4

4-347

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 28
Tabla
Número 60

R. 10760

# ANDREAE ALPAGI BELLVNENSIS

## De Arabicorum nominum ſignificatu.

POſtquam ego Andreas Alpagus Bellunenſis phyſicus correctiones ſuper libros Auicēnæ quos de medicina cōſcripſit, hoc eſt quinq; libros Canonis, ſextum de medicinis cordialibus, & Cātica ex originali Arabico aſſumptas edidi, animaduertens propter imperitiam nominum medicinarum ſimplicium, necnon aliarum dictionum Arabicarum excellētiſſimos philoſophos, & medicos multum laboraſſe, ac varias atq; erroneas expoſitiones in libris prædictis commentos eſſe, ſtatui in honorem Dei, & ad cōmunem hominum vtilitatem, Arabicas omnes dictiones in his ſeptem voluminibus repertas ad mētem Ebenbitar, Ebenſis, Siraſi, Benagi albian, & aliorum expoſitorum Arabum ſeruato ordine alphabeti pro viribus interpretari. Diuino itaq; auxilio implorato, prius notabo aliqua circa titulum libri Canonis, nomen, & patriam auctoris declarando. Titulus igitur libri in Arabico ſic iacet. Liber Canonis in medicina, quem princeps ſapientiſſimus philoſophus Abuhali, Alhaſen: Ebenhali, Ebenſina compoſuit: Circa quem titulum ſciendum, quòd Arabes appellant aliquem hominem, ſi filios procreauit, nominando ipſum primo patrem primogeniti ſui ſpecificando nomen primogeniti, deinde addunt nomē ipſius proprium ſpecificando cuius ſit filius vſque ad nomen aui ſui, Nomen Auicennæ fuit Haſen, cuius pater fuit nominatus Hali, qui quidem Hali fuit, filius Sina, & Auicenna habuit filium etiam nominatum Hali. Auicenna igitur ab Arabicis nominatus fuit hoc ordine, Alraiſs Abuhali, Alhaſen, Ebenhali, Ebenſina: quorum verborum interpretatio eſt. Princeps pater Hali Alhaſen filius Hali filij Sina. Et conſuetudo quidem Arabum eſt nominare aliquem inquantum eſt pater, nominando ſuum primogenitum, & ſic Meſue, & alij nòminant Auicennam Abuhali id eſt pater Hali: aliquando nominant ipſum inquantum eſt deſcendens à patre, & ſic dicitur Ebenhali: aliquando inquantum deſcendens ab auo, & ſic dicitur Ebenſina, & corrupto vocabulo appellatur Auicenna. Conſiderandum vlterius, quòd ille terminus Alraiſs ſcriptus per duplicem literam, ie, id eſt literam. i. apud Arabes importat primarium in gradu dignitatis, & honoris, & ſcriptus per ſimplicem literam, i, denotat quemcunque præſiſtentem, & principalem in aliqua arte, & gubernatione nauis, & familiæ, & ſimilium. Auicenna autem fuit dictus Alraiſs, id eſt princeps ſeu primarius in dignitate, & honore, non ſolum, quia fuit excellentiſſimus in ſcientijs omnibus, ſed etiam, quia fuit Vzir regis Perſiæ, id eſt primarius, & honoratior ſecretarius regis Perſiæ. Notandum præterea quòd Auicenna non fuit Hiſpanus, ſicut aliqui de ipſo ſcribunt, immo fuit Perſicus ex ciuitate dicta Bochara, ſicut in hiſtoria Arabica de vitis philoſophorum, & medicorum Arabum, & Græcorum per me ex arabica lingua in latinam traducta apparet. Quod etiam poteſt colligi. ij. ſen, primi can. cap. iij. de naturis temporum, &. ij. can. cap. de tereniabin, & multis alijs locis. Sciendum vlterius, quòd canon ſecundum expoſitores Arabes eſt dictio græca, aut ſecundum alios eſt dictio Syra, & Arabes vtuntur ea, & intentio apud eos per hoc nomen canon idem eſt, quod Arabice Almeſtarſa, quod eſt inſtrumentum, & tabula filijs inhærentibus directe lineata cum qua ſcriptores lineant chartas, vt dirigantur in ſcribendo recte. Et permutatum eſt hoc nomen canon ad vniuerſale, ſicut ſcitur, quòd hæc vel illa, aut illa ſanitas conſeruatur ſuo ſimili ex cognitione illius vniuerſalis, videlicet omnis ſanitas conſeruatur ſuo ſimili. Et iudicia quidem, & ſententiæ vniuerſales non dicuntur canones, niſi quia conſideratio ipſarum prohibet, nequis diuertat à via recta. Vltimo eſt notandum quòd ly, al, eſt quidam articulus, qui apud Arabes nominibus tantum quandoque ſecundum exigentiam loci præponitur, nunquam tamen eius nominis, cui præadditus eſt ſignificatum variat. Et ideo ſi aliquando in expoſitionibus noſtris aliquod nomen, cui præadditus ſit articulus ille, expoſuerimus, poſtea illud nomen ſine eo articulo inuentum nequaquam exponemus: puta ſi expoſuerimus Albacham in litera, A, poſtea inuenerimus Bacham, hoc in litera, B, non exponemus: ſed remittemus lectorem ad expoſitionem Albacham, ſcilicet in lilera, A, ex quo Bachā, & Albacham ſunt idem, Et ſi reperietur quandoque in lectione ipſius principis aliquod nomen incipiens ab al, puta Alchalef, nec in litera, A, expoſitionem poſuerimus. oportebit lectorem videre in litera, C, videlicet Chalef: ibi nanque eius exppſitio inuenietur: & hoc fecimus ne inutilis repetitio fiat: ex quo Chalef, & Alchalef ſunt idem: & ita in ſimilibus, Et ſi in aliquibus hic noſter ordo non ſeruabitur: ſcito nos id conſulto feciſſe: vt melius manifeſtetur quodcunque nomen tam cum al addito, quàm ſine al idem penitus ſignificare vt ſupra diximus.

# BENEDICTVS RINIVS AD LECTOREM.

VT facile tibi conſtet ratio ſtudioſe lector, qua indicamus, quæcunque longo tempore in Auicennam laborata, nunc primum ædimus, monendus es mihi pauca hæc.

Primum quidem apponimus in textu elementa latina parua, vt a, b, c, ijs potiſsimum, quæ habent veluti relationem & mutuum conſenſum cum citatis in foliorum margine autorum locis: tum vero præponimus citatis eiſdem locis in margine latina eadem elementa, ſed magna, vt A, B, C,

Loca vero illa, quæ eiuſmodi elementis inuicem ſe veluti ſpectantibus oſtenduntur, quãdo ſola per ſe ſunt, duplici ſibi ratione conſentiunt, altera, cum Auicenna aliquam ſentẽtiam ſcribit, aut in libro de animalibus, aut etiã alibi hoc ipſo in opere, quæ conueniat cum illa ipſa, quæ potiſsimum eſt pre oculis. Altera vero, cũ Auicenna, quæ obſeruauimus illi ab alijs autoribus accepta, huic operi accommodat. Omnium aũt nomina quàm breuiſsime ob loci anguſtiam cum librorum nominibus, & numero capitum, & aliquando foliorum, & columnarum, & aliquãdo etiam linearum notantur, vt quiſque ſuum opus, aut inſcripſit, aut diuiſit: atque etiã vt hac vel illa forma impreſſis vſi ſumus. Vbi in Auicenna ſciendũ, cum caput tantum cito omiſſo libro, Fen, & cæteris, cõprehendi illud eo libro, qui tunc eſt præ oculis in foliorum ſupremo, ex more notatus, & ſua Fen pariter, ceterisq; diuiſionũ nominibus: ſic item nos Summas, Doctrinas, & Fen, ſic & Tractatus citare neglectis quandoq; alijs diuiſionum nominibus ea complectentibus: In Raſi vero, ſi plerunq; folium primum ab illo, qui eſt impreſſus in margine, adiueris, locum te citatum inuenturum ob male poſitum ſemel in Raſi ab impreſſore numerum 305, qui bis eſt impreſſus.

Quando ponimus elementum aliquod in textu a titulum capitis, itidemq, in margine Dioſcoridi præponimus, in ſecundo præſertim huius operis libro, vbi de ſimplicibus agitur, quæcunq; inferius idem elementum adſcriptũ habent eodem capite, ea omnia apud Dioſcoridem eſſe ſignificantur, licet illi elemẽto ſæpius iterato nihil in margine reſpondeat.

Illa autem ſimplicia, aut aliorum nomina, quæ Arabice, aut barbare nominantur, latine interpretamur, quæcunque præcipue apud Dioſcoridem, ſed & etiam alios licuit inuenire.

Elementa præterea latina parua copulamus in textu cum charactere †, & vacuo loco lineis intercluſo, verbi gratia ſic ᵃ†{ } quando ſignificamus aliqua eſſe illuc ex bonorum autorum conſenſu reſtituenda: tum quæ putamus reſtituenda, reſpondent in margine præpoſito illis latino elemento magno, & dicto charactere, ſic Q†ex mulſo: quæ ſcilicet ſunt ea, quæ in vacuum illum locum reſtituere iubemus.

Iiſdem vtimur elementis, & charactere in textu, ſed cum verbis aliquibus, quæ lineis intercludũtur, verbi gratia ſic ᵃ†{Demeſt} cum exponere, aut aliter appellare volumus, quod eſt intercluſum, vt ſi exemplo poſito reſpondeat in margine, A†Demeſt.i.laurus. Sed hic quandoq, omiſſo elemento, hoc ſumus charactere † contenti.

Idem poſtremo penè vſus eſt, cum quid cenſemus eſſe delendum. In textu enim verbi gratia ſic eſt ᵐ†{acuta} ſed in margine reſpondet elementum, & character, nec non protenſa linea, qua ſignificatur id eſſe delendũ, quod in textu lineis intercluditur, hoc pacto M†———

Adhibemus in textu græca elementa parua, ſola, vt α, β, γ, quoties oſtendere volumus eandem rem capite eodem repetitam vel autoris obliuione, vel etiam conſultò: aut idem etiam caput alibi repetitum, vt ſæpe libro quinto videre licet: quod errore potius antiquorum excriptorum factum eſſe putarim.

# BENEDICTVS RINIVS

## *FABRICIO, SCIPIONI, ALBERTO, ET CLAVDIO FILIIS IVCVNDISSIMIS.*

CVm ipſe mecum amantiſſimi filij ſæpe conſiderarem, ſi quo vos munere, proſequi poſſem, quod non minus vtilitatis ꝙ delectationis vobis afferret: nec ornamento ſolum, verum etiam perfectioni mentibus veſtris eſſet: inter cõplura quæ tunc nobis in animum veniebant, obtulit ſe ſe mihi medicinæ cognitio. Hanc.n.accurate penſando, magnam partem inueni earum conditionũ continere, quas vobis adeſſe cupiebã. nam & vtilitatem nõ vulgarem habet, & delectationem eximiam præbet, fęlicitatisq; humanæ partem haud paruam complectitur, qñ multi naturales effectus, vnà cum ipſorum à quibus originem ducunt, cauſis, in ea tradantur. Medicina quippe non ſolum eam diſcentibus omnia proponit, quæ rerum omnium parens natura ex elementis genuit, quęq; & vita & ſenſu atq; motu prædita ſunt: verum etiam ſingulas cuiusq; & proprietates & virtutes exponit nec his contenta ſed admirabilem humani corporis ſtructuram eo docet artificio fabricatam, vt nulla eius pars tam intus, ꝙ foris extet vel minima, quæ ſuos vſus peculiaresq; functiones non poſſideat. Quocirca iudicaui haſce conſiderationes, & vobis magno futuras ornamento, & ijs omnibus, qui rerũ cognitionem aſſequi, & in ea conſiſtere deſiderant. præſertim cum viam, & rationem oſtendant, qua ſanitatem à natura nobis tributam conſeruare queamus, eandemq; caſu aliquo deperditam recuperare. accedit etiam quod homines, vt ſæpe contingit, vbi medici non extant degentes, poſſent hac imbuti cognitione non modo ſemetipſos, & præſeruare, & curare, & ab aliquo graui morbo ſe penitus explicare, verum etiam, vbi adeſſent, ſed vel imperiti, vel imprudentes, nunc præcauendo, nunc moderando, errores illorum emẽdare. itaq; ex hiſce maniſeſte colligitur, ingenia quæq; pręclara magno ſtudio omniq; diligentia eniti debere, vt tam vtilem tamq; iucundam diſciplinam aſſequantur quæ poſſeſſoribus ſuis tot bona largiatur, ipſisq; tantum præbeat emolumẽti. Atq; his ego de cauſis, & antiquorum codices, & recentiorum libros, quotquot à præclaris huiuſce diſciplinæ viris ſcripti extant, non mediocri diligentia quidem euolui, nec tñ inde vnum aliquod volumẽ excipere valui, quod omnes antedictas conditiones pro animi mei deſiderio complecteretur. nam vt à magno illo, & admirabili Hippocrate initium faciam, reliquit ſanè multos ac varios de re medica libros, ſed in eis nec ordinis ſeries, nec breuitatis perſpicuitas, nec artis complementum apparet, cum ſicut recte ſapientiſſimus vir Galenus affirmat, ſemina tantum medicinæ poſteris excolẽda Cous artifex tradiderit. vnde quãtum conijcere valeo, ipſemet Hippocrates operum à ſe conſcriptorum copiam, diuerſitatemq; ſecum animo reputans, librum ſuperaddere voluit qui prolixitatem præcedentium, breui ſumma contraheret, ipſumq;, aphoriſmos appellare, verum, & hic ipſe libellus, & mancus eſt, & conciſus nimium, & nullo docendi ordine digeſtus, quem, ſi quis aſſequi velit, egebit longis, & dilucidis expoſitionibus. Quam ob rem Hippocrate dimiſſo ad immenſum illud doctrinæ pelagus multæq; lectionis hominem Galenum veniamus. is, multis poſt ſeculis tam nobilem diſciplinam non adeo breuem quàm obſcuram cum reperiſſet, dicendi vbertate, magnitudineq; eruditionis extendere, & illuſtrare conatus eſt: ſed dum, & præcedentium extirpare delicta, & viuentium errores emendare conatur, vt inde poſtea medendi viam atq; modum ſyncere patefaceret, tot ac tanta congeſſit, vt eam doctrinæ puritatem quam requirebamus verborum, & rerum copia obruat: cum legendis eius libris vix hominis vita ſatis eſſe queat. perſimilisq; mihi deſcripta ab eo in his tam prolixis, & redundantibus libris medicina videtur tritico nuper à ſtipulis demeſſo, atq; adhuc ariſtis, & pulueri commiſto, a quibus ſi ipſum ſecernere velis, longa, & moleſta opus ſit tritura, & ventilatione: Quamobrem Galenum quoq; in præſentia miſſum faciamus, & Oribaſium pauliſper excutiamus: hunc arte iam conſtituta tres libros de re medica ſcripſiſſe certum eſt, qui & ſinguli, & cõiuncti multum ab integritate totius facultatis abſunt. Alexandro etiam medici nomen peritia medendi potius fecit, ꝙ opus eius longe ab artis perfectione ſemotum, Nec Paulus Aegineta, dum Galeni pampinos amputare nititur, mediocritatem tenuit: ſed in aliud quid extremum incidit, exilis, & mancus adeo, vt multa etiam ſcitu neceſſaria prætermiſerit. Aetius poſtremo Amidenus, tametſi Paulo copioſior videatur, multa tamen & ipſe contraxit quæ debuiſſet extendere: plura dimiſit, de quibus ſermo habendus fuiſſet: Quocirca cum in Græcis ſcriptoribus, quanquam, & eruditis, & magno iudicio præditis, non reperiſſem id quod magno ſtudio requirebam: ad Arabes qui de hac facultate ſcripſerunt me contuli, ac primum animaduerti Serapionem plura ſilentio prætermiſſe, quibus ignoratis hæc ſcientia mutila eſt admodum atq; imperfecta, quemadmodum vnuſquiſq; eius librum perlegendo, ſibi ipſi teſtis locupletiſſimus eſſe poteſt. Deinde magnum illum Empyricum Raſin appellatum conſideraui, tot ſuis voluminibus non ſatisfacere: cum plerunq; adeo conciſus, & anguſtus ſit, vt & obſcurus,

& difficilis euadat: & ea non adducat, quæ minime fuiſſent prætermittenda, nec vero ingenti illo volumine quod tanquam medicinam totam caperet continens appellauit, plus aſſecutus eſt, quàm vt vaſtam quandam ac confuſam rerum: Congeriem ſeneſcenti memoriæ remedium exhiberet. Halyabbatem poſtea in manus ſumpſi, Galeni ſimiam à pleriſq; cognominatum, ꝙ eius opera in compendium redigere, conatus ſit: atq; mihi vir iſte plus cæteris omnibus, ad id quod intendimus, propius acceſſiſſe viſus eſt, vſq; adeo plurima dilucide, & prudenter in regalem diſpoſitionem contulit, (ſic enim librum ſuum de re medica inſcribit) verum & hic author multa diſiungit, quæ coniuncta, maiorem claritatem commoditatemq; legentibus exhiberent: quæ ſingula recenſerem niſi prolixitatis vitium formidarem, Omittit inſuper plura, quæ tacenda non eſſent, vt nihil interim dicam, de quamplurimis Arabicis vocibus, ab interpretibus non explicatis, ꝙ nõ ſatis ab eis intelligerentur, vel quia eſſent ambiguæ, vel inuſitatæ, vel vni populo tantum propriæ. ſupereſt adhuc diſertus ac nobilis quidam, Alfarabius nomine: hic licet ordine non caruerit, tanta tamen vſus eſt breuitate, vt & rerum paucitate, & ſententiarum obſcuritate, Summa potius quàm Compendium liber eius nuncupari valeat. E latinis autem Cornelium celſum indictum non præteribo, tantum artis notitia præſtantem, quantum Romani ſermonis puritate inſignem. hic ſub Tiberio Cæſare floruiſſe traditur, nondum medicina ſatis conſtituta, atq; ideo cum empyricam ſectam non rationalem ſequatur, hoc eſt, cum cauſas rerum non excutiat, & explicet, ab eo quod quærimus abeſt plurimum. præter commemoratos alium quenquam medica arte præſtantem extare ſcio neminem, qui his coniungi, aut æquari valeat, vno tantum excepto, quẽ vulgato nomine Auicennam appellant, de quo latius verba facere, ea de cauſa inſtitui, quod propemodum viſus eſt intentum ſcopum attigiſſe. nec iniuria certe, quando & ſolerti ingenio Dialecticum, & magno iudicio Philoſophum, & ſublimi contemplatione Metaphyſicũ, extitiſſe, cum alij in eius vita ferant, tum ipſe ſuis ſcriptis atteſtetur, quæ de his ſingulis diſciplinis adhuc ſuperſunt pulcherrima, tantum enim nominis ob ea conſecutus eſt: vt tria totius orbis lumina, ſuas opiniones, iſtius auctoritate, comprobare non grauati ſint. Albertum dico non ſine cauſa MAGNI nomen adeptum. Thomam Aquinatem, qui expoſitoris lucidi nomen ſibi vendicauit, & Ioannem Scotum acumine ingenij nemini ſecundum. ij inquam tres viri ſine controuerſia præclari (ſicut affirmabamus) Auicennam, vt eximium, & approbatum ſcriptorem agnoſcunt, eiuſq; auctoritate ſæpe nituntur. Hic igitur admirabilis vir Auicenna, librum de re medica compoſuit, qualem enixe quærebamus, in quo vno, omnes illæ, quas ſuperius explicauimus conditiones, continẽtur. Nam ſi quis attente conſideret, ipſum liquido deprehendet vnum quid eſſe, non ex multis partibus, ſine continuatione & ordine aceruatum, ſed & apte & concinne, tanꝗ in vnum corpus coeuntibus membris, extructum: nec ipſum reperiet incultum ſemen continere, aut obſcurum adeo, & breue compendium, vt longam explicationem requirat: nec vſq; adeo prolixum, & diffuſum, vt moleſtia tedioq; legentes afficiat. Atq; vt in exemplo perſiſtamus, non offendet in hoc aliquis medicinam ſimilem eſſe demeſſo tantum tritico, ſed à ſpicis excuſſo, à glumis ſeparato, atq; ita propalato, vt nec puluerem, nec alieni quicꝗ admiſtum habeat, tanꝗ iam in horreis conditum. Ex quo fit, vt præclara queq; ingenia, hanc nobilem diſciplinam in hoc libro tam apte collectam deguſtare queant, minimo labore, nulla moleſtia, ſine diſpendio temporis, tanta animi delectatione, vt quicunq; hunc codicem in manus ſumpſerit perlegendum, nihil habeat quod vlterius requirat: nam in ipſo talem doctrinæ ordinem inſpiciet, qui à cauſis ad effectus procedit, à principijs ad compoſita deſcendit, nihilq; aut redundans, aut mancum offendet cum naturam imitatus, neq; neceſſaria prætermiſerit, neque vltra requiſita luxuriarit, id quod ipſe exordiens atteſtatum reliquit, inquiens opus iſtud ea omnia complecti, quæ ad ipſam conſequendam medicinam ſunt neceſſaria, tanto ordine, vt ſingula quæq; locum ſuum ſortita, nulliſq; digreſſionibus impedita, facilem intelligentiam, & memoriam legentibus afferant. Quamobrẽ mecum ipſe reputans huiuſce ſcriptoris tam exquiſitam doctrinam, quæ ſi è medio tolleretur, auderem pronunciare, mundum, hac artis ſpecie ſublata, imperfectum fore. Non poſſum non valde mirari, qua de cauſa nonnulli triginta ab hinc annis in tantum virum temere adeo inſurrexerint, vt ad eius nomen auditum, pene teneri nauſea videantur. Rem prorſus à cõmuni ſenſu ne ab humanitate dicam alienam, cum omnis ætas, vnumquemq; tanti ſemper fecerit, quantum ſapientia præſtare iudicatum ſit. An forſitan ſic afficiuntur, vt ſoli talem opinionem habere videãtur; quod vanum admodum eſt, aut quia Græcus natione Auicenna non fuerit? vel quia græcas literas didiciſſe non tradatur, tanꝗ non à rebus ipſis certitudinem, & ſoliditatem artes capiant, ſed à populis, aut idiomatibus? Atqui diſciplinæ creſcunt, & tandem ad ſummum perueniunt ſucceſſorũ additionibus, quoquo ex genere quacunq; ve conditione fuerint, ſicuti docet experientia: itaq; contemni non meretur Auicenna, ſi vel in Græcia natus non eſt, vel græcas literas non agnouit, cũ vnuſquiſq; per ſe ipſum inſpicere poſſit, quã conſummata eruditione Arabes in quauis facultate viguerint: modo illorum ſcripta ad nos tranſlata perlegere non grauetur, magnus ille Auerrois non contentus compendijs, & paraphraſi Ariſtotelem totum ornaſſe, demum editis commentarijs ſingula queq; diligenter, & copioſe diſputare voluit, tantaq; ſubtilitate, & acumine ꝑpendere,

vt merito

vt merito ſibi locum primum inter expoſitores arrogarit, commentatoriſq; vocabulo ſolus nuncupetur. Excitauit hic latinorum ſtudia occaſionemq; pluribus dedit acrius naturam inueſtigandi, qui nunc ea de cauſa celebrantur. tantum enim Auerrois doctrina eruditionis plena fuit, vt ſectatores etiam inuenerit, qui hodiernis temporibus adhuc illius placita defendunt acerrime, cum in eis non ſolum ſimplicem doctrinæ peripateticæ narrationem intueantur, ſed etiam omnium difficultatum nodos ſolutos inueniant. Græcos enim & Arabes ſuos vbi non à recta philoſophiæ ſemita videntur deuiare, ſequitur quidem, vbi autem male ſenſiſſe conuincuntur, pluribus atque ijs quidem validioribus rationibus inſectatur. Quare Græcum, Latinum, aut Barbarum eſſe, neq; debet, neq; poteſt, claris hominibus præiudicare, derogareue laudibus ipſorum. Conſtat autem Auicennam quanꝗ græcas literas non tenuerit, magnopere tamen græce eruditionis peritos adamaſſe: atq; interpretum auxilio magna diligentia, ſummoq; ſtudio voluiſſe eos legendo, & meditando imitari, ſicut aperte colligi ex hoc opere poteſt, in quo locos oſtendimus quos de græcis auctoribus tranſtulit, & ſæpe interpretum culpa falſos detegit. licet & ipſe lapſus interdum ſit interpretum vitio, idq; in quarundam herbarum, & animalium nominibus ſolummodo, à quibus cauere nemo valuiſſet, cum proprie verborum ſignificationes ſimplici cognitione teneantur, & à ſolis linguarum peritis internoſci queant: At ex pluribus vocabulis conſurgentes ſententiæ, etiam ab ignaris linguarum perpendi facile, & argui queunt veritatem ne an falſitatem contineãt, modo rerum peritiam, is qui indicat adeptus ſit: itaq; dedimus operam vt quantum nobis eſſet hoſce verborum lapſus emendaremus, vt in ſecundo, & quarto huius voluminis libro apparebit: Ad hæc ingenui hominis eſſe non duco, quenquàm indicta cauſa condemnare, ſicut veteratores iſti planè faciunt, exclamantes opus iſtud legendum non eſſe, quòd multis abundet erroribus. nec aduertunt hunc librum multoties primo tranſcriptum, deinde impreſſum complures mendas contraxiſſe: id quod omnium antiquorum voluminum commune, & peculiare eſſe vitium planè ſcimus.

Orationem noſtram confirmat Andreas Bellunenſis, qui diu in Syria verſatus, cum ſermonẽ Arabum aſſecutus eſſet, multa conquiſiuit exemplaria manuſcripta, è quibus integritatẽ ſcriptoris elicuit, atq; ſic gloriæ ſuæ poſteriſq; conſuluit, vnde colligitur deprauationes, quæ ſuperioribus annis in hoc codice reperiebantur, non auctoris culpa, ſed ſcriptorum atq; impreſſorum negligentia irrepſiſſe, quas omnes ſuſtulimus, inſertis Andreæ Bellunenſis annotationibus, tanquam ex antiquis exemplaribus acceptis. commonſtratiſq; græcorum aliorumq; Arabum locis, à quibus eximius hic ſcriptor ſumpſit, atq; ſingula iſta loca à nobis longo magnoq; labore conquiſita diligens lector in marginibus videbit, & ex eis fructum maximum capiet, nam & cõſenſum diuerſorum medicorum quod præclarum videtur intuebitur, & fidem indubitatam huic ſcriptori adhibebit, faciliuſq; quid à quoq; dicatur intelliget, cognoſcetq; ſemotis animi perturbationibus, hunc tam præclarum ac propemodum vnicum medicinæ aſſertorem, immerito accuſari, negligi, explodi: præſertim cum tam diligenter græcorum libros euoluerit: ac quod aliorum pace ſit, à me dictum, pleraq; melius intellexerit, quàm aliquot ætatis noſtræ homines, qui ſibi perſuadent, ſe poſſe mundum ſuis modulis menſurare. Non deſunt etiam qui obijciant quæcunq; ſunt in hoc volumen collata, de aliorum ſcriptis ſurrepta fuiſſe, commodiuſq; in proprijs auctoribus ea de cauſa legi poſſe. ſed ſi quis rem diligentius perpendere voluerit, calumniam profecto iſtam non veram accuſationem eſſe comperiet, quoniam vitio dari non debet, ſi quis ex alienis ſcriptis aliquid ſumat, quod exornet, quod explicet, quod in ordinem redigat, quod deniq; ſuo loco reſtituat. minorum hæc diligentia potius eſt habenda, quàm, aut latrocinium, aut furtum ſit appellandum, licuit enim ac licebit ſemper antiquorum inuenta augere, excolere, & meliora reddere: Quòd ſi hoc vitio dandum eſſet: quis quæſo hac tempeſtate magnus haberetur? quis non è priſcis auctoribus in ſuos libros plurima tranſtulit? Ac ne è longinquo exemplum petamus, nonne mirabilis, & excelſus Ariſtoteles ab antiquioribus, magnam partem eorum accepit, quæ ab ipſo diſſeruntur? certe: At ſi (quod Deus, & natura permittat) vita mihi per aliquot adhuc annos ſupererit, oſtendam profecto ſingula ſingulis comparando, penè omnia, quę in logicis, phyſicis, & metaphyſicis ab eo tractantur, de Platonis Dialogis tranſumpta. An ſi extarent omnes medicorum libri qui Galenum præceſſerunt, dubitaremus ex aliorum opibus ipſum ſe ditaſſe? Quid eſt in Hippocrate quod à Galeno non trãſcribatur? iam vero Dioſcorides, Damocrates, Archigenes, Soranus, Aſclepiades, & alij complures ſuiſmet verbis ab eo deſcribuntur, Quare quod ab omnibus vſitatum eſt, & recte vſitatum, vitio verti non debet Auicennæ, ſi vniuerſa quæ ſparſim à Galeno tradita fuerant, in ordinem ac ſeriem optimam redigat, & tanto minus, quanto plures quàm nunc habeamus Galeni libros excerpſit, qui funditus perijſſent, niſi in hoc opus traducta migraſſent: ex his quorundam malignitas ſeu potius cęcitas optime perſpici poteſt, qui non aduertunt ſe dum huic ſcriptori detrahere cupiunt, ipſi Galeno quem plurimum amant, maledicere, nam omnia quæ in Galeno aceruata fuerant, hic ſuis in locis repoſita, conſiſtunt. non igitur vituperari poteſt Auicenna, Galenus autem commendari, cum vtriuſq; cauſa tam ſit arctè coniuncta, quàm coniunctiſſima. Quid? quod multa hic deſcribuntur tam ſimplicia quâm compoſita remedia, nondum à Græcis forſan animaduerſa, ſicut ex eorum libris colligi facile poteſt, in quibus nulla mentio de

tio de

tio de talibus medicamentis habetur, vti ſunt SANDALI, CASIA, TVRBIT, MVSCVS, aliaq; quàm plurima, & tamen humanæ ſaluti tam neceſſaria ſunt, vt ſine ipſis recuperari ſanitas vix queat. cuius rei argumento ſunt Arabum inimici, qui languentes ſine Arabum remedijs curare neſciunt: nec erubeſcunt eos damnare, ſine quibus medicina, ſi non imperfecta, certe horrida, & formidoloſa fuiſſet, quam ob rem deberent iſti ſepoſita maleuolentia, temeritate ſciolorum quorundam excitata, potius Auicennam legere: & quæ ab eo dicuntur, attente conſiderare, quia non ſolum quicquid à græcis inuentum fuit, in ipſo deprehenderent: ſed multo plura etiam, vel certe meliora: neq; enim ſine cauſa inſtitutum eſt à primis vſq; temporibus, vt in omnibus gymnaſiis medicinę candidatis, auctor iſte, ſingulis annis, ſine intermiſſione legeretur, explicaretur, diſputaretur. Ex hoc factum eſt, vt tot excellẽtes magiſtri, tam multa in Auicennam excogitarint, ſicut magnus ſpeculator Gentilis, clarus expoſitor Iacobus, ſubtilis diſputator Dinus, & alij plerique, quos in præſentia commemorare non eſt opus, noti omnibus cum ſint, atq; hi ſemper Auicennã tanti fecerunt: vt medicorum principem ipſum cognominarint. taceo reliquos huiuſce ſcriptoris profeſſores, qui ſibi quidem ſummos honores compararunt, poſteris autem ingentes opes reliquerunt. finem dicendi facerem, niſi prætermittendum non putarem eximium hunc principem Auicennam, tanquam cõuiuis coronam nobis exhibuiſſe, libellum non minus eruditum, & argutum, ꝗ iucundum, & vtilem, in quo naturam ſpirituum ac qualitates conſiderat, quibusue de cauſis immutẽtur, & agat. Eſt autem ſpiritus vapor quidam è ſanguine in corde genitus, aere quidem craſſior, vapore autem tenuior, per quod tanquam idoneum inſtrumentũ anima corpus adminiſtrat, & agitat: Atque tam abditam materiam, tamq; reconditam ſpeculationem, nec antiquorum, nec recentiorum vllus attigit, vt ſolus hanc medicinæ partem, & inueniſſe primus, & abſoluiſſe ſolus, videatur: Adiecit poſtremo breue quoddam compendium, Cantica nuncupatum, in quo tanquam per principales ſententias comprahendit omnia ſummatim, quæ tam ad partem totius operis ſpeculatiuam ꝗ operatiuam pertinent: rem prorſus ad cognitionem, & memoriam valde neceſſariam. nunc igitur inſtituto ſermoni finem imponentes, euidentibus, & claris argumentis probaſſe mihi videor, vniuerſas illas conditiones, quas à principio ſtatim quærebamus in hoc præſtanti ſcriptore reperiri: Quocirca vos amantiſſimi filij, & quicunq; alij noſtra hæc legere non fuerint dedignati, hortor obteſtorq;, vt ſemper Auicennam in manibus habeatis, quia ſi ipſum etiam atq; etiam (nõ canis more Nili aquam delibantis) legetis, conſiderabitis, edidiceti, tale in eo pabulum inuenietis, quo animus veſter abunde ſaturari valebit, ſiue quid contemplari, ſiue operari voluerit: A vobis autem dilectis filijs hoc etiam amplius poſtulo, vt Auicennam ab inimicorum maledictis magno animo atq; omnibus viribus defendatis, meq; vt par eſt patrem veſtrum aduerſus illos protegatis, qui in me oblatrabunt, ꝙ huiuſce doctoris patrociniũ hac ætate potiſſimum ſuſceperim, qua paſſim ab omnibus impugnatur, cum is tamen per ſe & tutus, & munitus ſuis meritis eſſe debuiſſet, & ſicut ſuperioribus omnibus ſeculis, ita hac etiam tempeſtate celebratus.

Valete.

# PRINCIPIS AVICENNAE VITA,

## EX SORSANO ARABE EIVS DISCIPVLO,

A NICOLAO MASSA, philoſopho & medico præſtantiſſ. ſumpta, & latine ſcripta,

*Ad Carolum Borromæum Cardinalem ampliſſimum.*

CVM multa accepiſſem de tua doctrina, de præſtanti animi magnitudine, de vita, ac moribus tuis iuſtis, integris, religioſis: ſum adeò incenſus ſtudio tui, vt hac in re mens mea tota verſetur, quæ ſit dignitas, quis ſplendor tuarum virtutum, vt per me poſteritas intelligat. Quod cum diligentius animo tracto, occaſio venit edendi Auicennæ vitam, quã ego ex Sorſano Arabe eius diſcipulo ſumptam, latinis literis mãdaui. Viſum mihi eſt illã tibi mittere, vt in poſſeſſionem tuarum rerum iam pedem ponas. Quicquid enim à nobis antea elaboratum eſt in ſtudijs bonarum artium, quicquid poſtea elucubrabitur, id totũ tibi donare in animo habemus: quod ſuo loco, et tpe faciemus. Tu interim, dũ huius grauiſſimi ſcriptoris hãc vitã, ſi ꝑ tuas occupationes licebit, leges. (Scio enim quãta negotia, quæ tibi PIVS. IIII. Pontifex opt. maximus, auunculus tuus demandauit, ſolus tractes & de religione & de omnium gẽtium, ac populorum quiete, & demum de omni grauiſſima re, vt quaſi alter Atlas cœlum, ac terras ſuſtinere videaris) certè pignus quoddam habebis obſeruãtiæ in te meę. Sed tẽpus eſt, vt ordiamur. ANDREAS Alpagus Bellunenſis, vir & moribus, & doctrina noſtra tẽpeſtate celeberrimus, ita ſapientiam adamauit, vt ſpretis (more antiquorum philoſophorum) diuitijs, ac plurimis, & maximis commoditatibus, rerum veritati, generiſq; humani vtilitati per totam ferè vitam ſtudere voluerit. Teſtes huius ſunt, patria relicta, & nauigatio in Syriam: vbi, vt Arabicam linguam addiſceret, triginta & amplius annos commoratus, diu & multum ſtudijs operam nauauit: atq; ita profecit, vt non pauca doctiſſimorum Arabum volumina in latinũ ſermonẽ conuerterit: ac etiam verſa à prioribus, fideliter caſtigauerit: inter quæ Libros Canonis Auicennæ, viri non ſolum in re medica, ſed in omni genere optimarum ſcientiarum inter primarios meritò collocandi, qui vndequaq; ſcatebant erroribus, ad veram auctoris integritatem redegit, mutatis erratis, ac ſuperfluentibus amotis, additiſq; vbi deficiebant & verbis, & ſententijs: vt nõ amplius in grauiſſimi auctoris ſententijs quis ambigere poſſit. Hos cum pridem Paulus Alpagus eius nepos, homo medicinæ intelligentia excellens, viro egregio, ac de literis, & literatis benemerito Thomæ Iuntæ ad communem hominum vtilitatem imprimendos tradidiſſet, & Arabica quædam ſcripta eius patrui reperiſſet, vbi præclari viri Auicennę vita per Sorſanum Arabem eius diſcipulum in quadam pagina Arabicis characteribus, ac idiomate ſcripta inerat: dolens mecũ cõqueſtus eſt, ꝙ neminem, qui hanc ipſam vitam interpretari poſſet, in hunc vſq; diem inueniſſet. Ego vero, qui ſemꝑ (vt decet) gloriam eminentiſſimorũ virorum non ſecus ac propriam tueri cõſueui, cum inueniſſem Marcũ Fadellam Damaſcenum, Venetorum mercatorum interpretẽ, atq; operamq; dediſſem, vt is verba Sorſani vulgari ſermone exponeret, latinis ea mandare literis decreui, quæ ante hunc diem noſtros de tanti viri memoria latuerunt. Eſt. n. laus nõ mediocris antiquos ſapientes amore proſequi, ac de eorum laudibus, moribus, & doctrina teſtimonium apud omnes exhibere. Enimvero venerandum, ac colendum inter omnes ſapientes Auicẽnam ſemper cenſui, vt pote, qui tot volumina, atq; eadem penè diuina in omni ferè genere ſcientiarum conſcripſit, vt ſi omnes in eo, ſicut par eſſet, illuſtrando tanq; de humano genere benemerente curam oẽm impendere vellent, nunquam ſatisfacere eius manibus poſſent. Quis enim, Dij boni, antiquorum ſcriptorum acutius, accuratiusve, aut accumulatius de omni genere ſcientiarum, præſertim de re medica ſcripſit? Is nanq; ſolus medicinam in cõpendium redegit, nihil tamẽ relinquẽdo: Neq; præſtantiorem quemquam facilè inuenire poſſes, qui (vt ipſe met Sorſanus ait) volumina permulta perſcripſit. quæ vtinã omnia haberemus. ſed de his ſatis. Nũc verò ad ea quæ tum ab Sorſano accepimus, tum nos ipſi etiam inuenimus, conuertamus orationem: Hæc porro, non iniucunda legẽtibus, ſed conducibilia fore cenſeo: cum, etſi longiuſcula ſunt, ea tamen contineant, quæ & attentum, & docilem, ac beneuolum reddere lectorem poſſint. Nam quibus medijs ad apicem ſapientiæ Auicenna aſcenderit oſtendemus, quibus etiam dignitatibus honeſtatus fuerit, quales Principes viros, & Reges amicos habuerit, & etiã quantis diuitijs abundauerit. quæ omnia ad ſapientiæ amorẽ homines accendunt. At ne fortè quis de nomine ſapientiſſimi viri hæſitet, operæpreciũ mihi viſum eſt quędam de nominis ipſius declaratione præponere, quæ ab eo, quem modo nominaui, Andrea Alpago in præfatione interpretationis nominũ Arabicorũ animaduerſa ſunt, cum titulum Librorum Canonum exponit, quæ ſic habentur. Liber canonis in medicina, quem Princeps ſapiẽtiſſimus Philoſophus Abuhali, Alhaſen, Ebenhali, Ebenſina compoſuit. Ex quibus clarũ eſt nomen Auicennæ apud Arabes, his dictis nominibus nominari. quæ nomina ſic interpretantur: Pater Hali,

Alhaſen

Alhaſen filius Hali, filij Sina. Ex qua nominum declaratione conſtat nomen Auicennæ inditum fuiſſe ex corrupta illa dictione, Ebenſina, mutatis literis prioribus. Et quãquam plures, qui titulũ librorum Canonum expoſuerunt, aliter interpretati ſunt, nihilominus maiorem fidem interpretationi Andreæ Alpagi viri in Arabica lingua præter ceteras doctrinas exercitatiſſimi adhibendam eſſe cenſui, quàm reliquis: q̃m non niſi à doctiſſimis Arabibus tum Auicennæ diſcipulis, tum interpretibus fide dignis accepit, nobiſq́ꝫ tradidit. AVICENNAE igĩ genitor fuit Hali, qui fuit Perſa. quod conſtat ex narratione Sorſani, & etiam ex multis, quæ paſſim per volumina ab ipſo Auicenna ſcripta inueniuntur, præſertim ex capite tertio doctrinæ ſecundæ primi Canonis, vbi oſtendit quomodo radij ſolares ſuam reſpiciant regionem: & etiam in capite de Tereniabin, ſecũdo canonis: & ex proceſſu capitis primi ſexti de animalibus. Hali ergo Perſa ex oppido Belch fuit, qui cum Bucharam ſe cõtuliſſet, tempore, quo inuictiſſimus Nuch filius Regis Bucharę, ciuitati Corraſan dominabaĩ, præfuit in villa Carmin negotijs Principis. etenim Carmin villa egregia inter ceteras villas Bucharæ eſt. huic verò villæ proxima erat villa Auſſene, in qua Hali Citarã in vxorẽ accepit, ibiq́ꝫ Citara duos peperit filios, Auicennam primogenitum, & alterum ſecundogenitum. Igitur Auicenna Perſa, ac de numero ſapientum philoſophorum ſub Maomethis lege fuit, ex iam nominatis parentibus. Poſtquam verò Citara ſecundum peperit filium, Hali Bucharã ciuitatem vnà cũ vxore, & liberis ſe contulit, Auicennãq́ꝫ præceptori docendũ tradidit. qui puer adhuc adeò acuti ingenij fuit, & virtutũ amore adeò inflãmatus, vt, dum adhuc ætatis decimũ annũ ageret, tñ in literis profecerit, vt omnibus admirabilis videretur. Etenim cũ etiam tunc eius genitor Mẽphiticis cantoribus, & aliarum ſcientiarum viris doctis delectaretur, & illos vnà cum filijs conueniret, de moribus, & rebus Memphiticis colloquentes, quibus ipſe mirum in modum delectabatur: Auicenna omnia non tantum audiebat, verum etiam memoriæ mãdabat: Sæpe etiam in colloquijs, de philoſophia, de architectura, ac etiam de iudicis cõputationibus ſermo inter ipſos erat: quas ſciẽtias iam Auicẽna ab illis diſcere cœperat. Sed cum deinceps Hali Bucharam rediſſet, Natalinum virum philoſophum in domum accepit, hac. ſ. ſpe ductus, vt ab ipſo, Auicenna edoceretur, ſub qua præceptoris tutela, ita tam in Grammaticis, quàm in Rhetoricis profecit, vt nulla eſſet in huiuſmodi ſcientijs dubitatio, quam non facilè declararet: ita vt Natalinus quãquam in ſtudijs philoſophiæ multum excelleret, tñ reſponſiones eius admiratus, fateretur ſe nuſquã ab alio tam arguta, et docta audiuiſſe. Superabat quidem et elegantia, & doctrina oẽs, præceptore melius etiam reſpondendo. Cœpit poſt hæc dialecticis ſtudere vnà cum Natalino præceptore, quæ cùm ardua eſſent, & minime à Natalino intelligerentur, Auicenna ſolus libros dialectices, & expoſitores legere ſtatuit, ſicq́ꝫ diligentiſſimè dialecticam didicit. Voluit ẽt libris Euclidis ſtudere, quos quinquies vidit, nec ſolum hos libros ſine præceptore lectitauit, ſed diuerſa, ac plurima alia volumina, inter quæ quædam erant de vero, & falſo, quibus ſumma cum diligentia ſtuduit. Dein ad naturalia, & ſupernaturalia vnà cum eorum interpretibus ſe totum conuertit: ex quibus portæ ſcientiarum ſibi adapertæ fuere. Erat quidem tantæ animi, atqꝫ ingenij magnitudinis, vt nihil non experiri cuperet, quod ad hominis perfectionem faceret. Quapropter quotquot medicinæ libros habere potuit, eos omnes diligenter perlegere voluit. aiebatq́ꝫ medicinę ſcientiam minime difficilem eſſe, cũ eam breui quidẽ tpe perfectè complexus eſſet, adeò vt medici ſeniores eum de medicina loquentem libentiſſimè audirent, ac ad omnes ægrotos vocarent. Cumq́ꝫ adhuc annos ſexdecim natus eſſet, & incredibili teneretur amore, & deſiderio ſcientiarũ, & iam plurima expertus eſſet, iterum dialecticis, & naturali ſcientiæ per annum cũ dimidio opam nauauit, tanta pertinacia, vt neqꝫ per id tẽpus integrã quieuerit noctem, die vero omnem curam ſtudijs adhibuerit. Quòd ſiquid inter ſtudendũ, aut pulchri, aut boni animaduerteret, erat in prõptu papyrus, in qua omnia ſelecta ſcribebat, ac ẽt multa quoqꝫ propria inuentione fauente Deo componebat. Præterea fuit vir religioſiſſimus, miſericors, & iuſtus, iucundus, & timens deum, gratias illi ſemper in omnibus agendo, ac eius auxilium ſemp implorando, quod minime latere eum iudico, qui ſcripta ipſius aliq̃n legerit. Nempe ſi aliq̃n (vt Sorſanus refert) rem arduam, ac difficilem ei legere contigiſſet, quæ ſtudẽdò eius defatigaret mentem, vnicus hic ſibi modus laxandi animũ fuit. Nam à lectione feſſus, mane templum ingrediebatur, et facta Deo oratione, veſperi domum reuertebatur, & accenſis luminibus aſſiduè ſtudijs incumbebat. Quòd ſi eum vigiliæ defatigaſſent, & laſſum reddidiſſent, vini cyathum ad virium inſtauratiõnẽ bibere ſolebat, deinde ad conſueta ſtudia reuertebatur. Sæpe ẽt ſomniare arduas difficultates ſolebat, quas etiam dormiens enodabat, & expergefactus optimè ſoluiſſe cognoſcebat. Voluit igitur has oẽs ſcientias cõplecti, necq́ꝫ quidquã, quod homines naturali ingenij lumine cognoſcere poſſunt, prætermiſit. Primum ſe ad dialectices, naturaliũ, & ſupnaturalium rerũ cognitionem applicuit, ac in eis profecit. Sed cũ ad res metaphyſicas cõuertiſſet ſtudium, & earum ſubtiliſſimas inquiſitiones minus intelligeret, totũ librũ illius ſcientiæ quadrageſies plegẽs, eum memoriæ mandauit, neqꝫ ob id ſupnaturalia illa penetrare potuit: quocirca deſperatione addiſcendi illã ſcientiã ductus, eam dimittere ſtatuit, vti prorſus impceptibilem. Verũ cùm certa die forte fortuna ad forum mercatoriũ pfectus eſſet, eſſentq́ꝫ ibi venales libri, qui de more plura offerenti auctionabanĩ, preco, qui eos vendebat, viſo Auicenna attulit ei librum quendã, cui Auicenna ſe minime eum velle emere dixit, cũ nihil ex eo addiſcere ſperaret. inſtabat tñ preco vt eum emeret, præſertim cum vili pretio eũ habere poſſet: aiebat. n. ſe daturum tribus denarijs: quo ſtimulo adactus librum emit. Erat

quidem



quidẽ liber, quẽ Albumazar Alpharabius in declaratione diuinę ſciẽtię ſcripſerat. hũc Librũ cũ primũ legiſſet, mox ex illis quæ iã memoriter didicerat, multa intelligere cœpit. quare vehemẽter gauiſus eſt. Cumq́ꝫ vir eſſet religioſus, & miſericors (vt ſuperius dictũ eſt) Deo inprimis gratias egit, mox ſequẽti die pauperibus multa munera dedit, ratus ſe Deo rem gratam facere, & fauere illius dignitati, cuius erat liber emptus. Proficiebat Auicenna & doctrina, & auctoritate, & fama: & nõ immeritò, cũ tãtas, ãq́ꝫ magnas ſciẽtias, quãtas iã diximus, ætatẽ decẽ & octo annorũ agẽs, didiciſſet: ita vt per vniuerſan regionẽ celebraretur. Quare cũ tẽpore illo Nuch inuictiſſimus filius Regis Bucharę dominaretur, & laboraret morbo maximi diſcriminis, adeò vt medici omnes de eius ſalute iã deſperarẽt, iuſſit Auicennã ad ſe accerſiri: qui tãdẽ ad Regẽ profectus eſt, ac vnà cũ illis qui aderant

medicis pri ſ collocutus, medelã Regi præſtitit. Cũ verò teneretur ſtudẽdi medicinæ ardẽti deſide
rio, rogaui Regẽ, vt ſe ĩ Regiã Bibliothecã admitteret: etenim in ipſa capſæ quãplurimæ plenæ an
tiquorũ a ctorũ libris erãt, quorũ multos vidit, quos antea minime viderat, neqꝫ nominari audie
rat, ex lec one quorũ multa didicit. Erat ei vicinus quidã Abuelchezin el larudi nomine, cuius pre
cibus Lib ũ cõmunẽ ad omnes ſciẽtias mira quidẽ doctrina, & ornatu cõpoſuit, nõ tamẽ in eo, quæ
experiẽti cognoſcuntur, ſcripſit. Dũ verò hęc ſcriberet Auicẽna, annũ vigeſimũ primũ ſuæ ætatis
agebat. E at & alter ei vicinus, qui Abubach el Barche vocabatur, ad preces cuius nõ tãtũ Librũ de
demõſtra one cõſcripſit, qui viginti libros cõtinebat, ſed etiã Librũ, cuius titulus de gratia, & ſatiſfa
ctione era . poſt quorũ cõpoſitionẽ, Hali pater Auicẽnæ ſuum obijt diẽ. Defuncto patre cœpit ne
gocia Prin cipis tractare. Primũ è Buchara diſceſſit, & Carnes ſe cõtulit: ſubinde Barud petere ei ne
ceſſum fui , ac è Barud Intrizit, deinde Ciminat petijt, & inde in Sarzet, quæ eſt vltima pars cõfiniũ
Coraſani: deinde ad Sorzanũ, & etiã ad Deheſtẽ Perſarũ regionẽ profectus eſt, ibiq́ꝫ grauiſſimo la
borauit m rbo: deinde Sorſanũ reuerſus eſt, quo in loco, & tẽpore, Libellũ de principio, & reditu
ſcripſit, cõp oſuitqꝫ Librũ de vniuerſa Magia, quã occultã vocãt philoſophiã, ẽt multa alia volumi
na hic ſcrip it, inter quæ Libros Canonis, & Abbreuiationis veri, & falſi, ac ẽt alios tractatus literis
mãdauit. R liqua verò volumina in Mõtanis cõſcripſit. Poſtq́ꝫ verò è Montanis diſceſſit, venit Ele
ram. hîc Pri ncipẽ ĩuenit laborãtẽ melãcholia, quẽ ſanitati reſtituit: p quod tẽpus Libellũ Almahad,
ideſt de loco animarũ poſt ſeparationẽ à corpore cõpoſuit. Cũ vero cogeretur hinc diſcedere, inſtã
tibus, & vr gẽtibus quibuſdã negocijs, venit Cazin, ac inde Abdã profectus: ibi Regem colicis do
loribus labo rãtẽ inuenit, ac eũ ſanauit: qui præterquã plurima Auicẽnę munera dedit, eũ etiã in pri
mariũ, & h o noratiorẽ cõſiliariũ inter oẽs elegit, ibiqꝫ a Sorſano diſcipulo rogatus, vt librorũ Ariſt.
expoſitiões ſibi tradere vellet, ſcripſit Librũ rerũ naturaliũ, quæ manifeſte verę, ac notæ ſunt: cœpit
ẽt Libellũ d e tuẽda valetudine ſcribere. Et quoniã multis detinebatur negocijs, ſi qui aliquid ab ip
ſo diſcere c upiebãt, qui certe multi erant, nocte ad eum accedebãt. vbi poſtq́ꝫ lectionẽ declarauerat,
muſicæ, ep ulæ, & potus mox accedebãt: ita vt nõ ſine maxima voluptate cũ eo diſcipuli cõmorarẽ
tur. Dein de cũ fratre, & Sorſano diſcipulo, ac duobus ſeruis, ex Abdau diſceſſit, indutus ſacerdotali
veſte Per ſarũ, & Aſpeham profectus eſt. Cũq́ꝫ intellexiſſent quidã viri grauiſſimi eius amici, & ſo
cij, & apu d Iſphecã Principẽ primarij, aduẽtũ Auicẽnæ, læti obuiã ei venerũt, eũq́ꝫ honoratiſſimo
hoſpita ſunt hoſpitio: ſimiliter & Princeps benigne, & honorifice eũ recepit, ac primarios docto
res, vt orã ipſo diſputarẽt, cõuocauit. quibus oĩbus Auicẽna reſpõdebat. Atqꝫ hoc ĩ loco cõmorãs
Libel de tuẽda valetudine cõpleuit, addiditqꝫ Correctionẽ errorũ, q in regimine ſanitatis fiũt, cũ
nul lus ante ipſum hoc fecerit: iteq́ꝫ Dialecticæ, ac Libris de vero, & falſo vltimã manũ impoſuit: ſcri
p ſitqꝫ Abbreuiationes librorũ Euclidis, & Mathematicarũ, & etiã Alchimiæ. addidit etiã Operi de
vero, & falſo capita decẽ cõtradicẽtia Mamãdari: in fine cuius orbis Geographiã ſcripſit: præterea
adiũxit libris Euclidis, duos valde opportunos ordines, & ſenſus egregios in Metaphyſicis: adiũxit
quoqꝫ libro Alchimiæ duos quæſtionis, & inquiſitionis modos: ſic. n. eos appellat Sorſanus, quos
antiqui ptermiſerãt: Librũ etiã de aĩalibus, & plãtis cõpoſuit. Cũq́ꝫ cũ Rege Senſaledule, de ſcientijs
Magicis, & Aſtronomicis colloqueretur, Sẽſaledule Rex, vt daret operã huiuſcemodi ſtudijs, Aui
cẽnæ ſuaſit, quæ ſtudia maxima diligẽtia proſequutus eſt, atqꝫ vt ea perficeret, impoſuit Sorſano di
ſcipulo, vt opportuna illis ſciẽtijs inueniret inſtrumẽta. ſicq́ꝫ vnà cũ Sorſano p decẽ annos cognitio
ni ſtellarũ, & ſiderũ ſtuduit. attamẽ Auicẽna, qui oĩa intelligere, & facere potuit, inſtrumẽta oĩa pro
prijs manibus parauit, quæ nullus antea parauerat. Dũ vero huiuſmodi ſtudijs operã daret, Abbre
uiationes quaſdã ĩ iſtis ſciẽtijs cõprobatas experimẽto collegit, cogitabatqꝫ eas Libris canonũ adde
re, quod minime exequi potuit: etenim cœpit malo affectu in capite laborare: vnde timẽs ne forte
ex illo tumor pter naturã ſuboriretur, qui poſſet eũ etiã perdere, iuſſit apportari niuẽ, qua in pãno
lineo poſita, caput ipſa ſibi circũdedit, ſicq́ꝫ ſanitati reſtitutus eſt. Erat quidẽ Auicẽna vir fortis, qui
minime à venereis abſtinebat: quare cũ ſe ob hãc cauſam imbecillẽ ex reſolutione cognoſceret, ab
oĩ medicamine expurgãte, & ſoluẽte ſemp abſtinuit. Vnde factũ eſt, vt cũ eſſet cũ Rege in exercitu,
inciderit in vehemẽtiſſimos dolores colicos, ac cũ ſuſpicaretur ne forte aliquid accidere poſſet, quo
cogeretur ſe dare fugæ, vna die octo clyſteres ſibi imponi iuſſit, ex quorũ caliditate, & frequẽti ad
miniſtratione, ſuborta eſt inteſtinorũ exulceratio. poſtea cũ rediret cũ Rege, incidit in morbũ comi
tialẽ: etenim morbus hic dolores colicos inſequebatur. Medebatur igitur inteſtinorũ excoriationi
clyſteribus refrigerantibus: ſed doloribus colicis calidis medicinis in clyſteribus additis, iuſſit enim,
drachmas duas ſeminũ apij, vt ventum cauſam doloris diſcuterẽt, in clyſteribus poni: ſed ſerui, qui

illi

illi inſeruiebant, drachmas quinq; poſuerũt: ex qua maiori quãtitate quæ nimiũ calefaciebat, aucta eſt exulceratio. Morbo verò comitiali mithridatica confectione auxiliabatur: at ſerui clàm notabilẽ opij quãtitatẽ mithridaticę cõfectioni admiſcuerũt: q, quoniã Auicẽna ſeruis malè cõminatus erat, vtpote qui non rectè in ſuis rebus ſe geſſiſſent, eũ odio proſequebãtur ita: vt mortẽ ipſius procurarent, ſicq; iſtis medicinis accelerarint. Cũq; ita malè haberet, per lecticã iumẽtis additis, eũ Iſphechã Aſpeam duxerũt, ibiq; optimo regimine indicto melius valere cœpit: atq; aliquãdo Regẽ Semſaledule inuiſebat: Sed cum minime à venereis abſtineret, nunc in melius, nũc in deterius prolabebatũ. Cũq; iterum à Rege vocaretur, in eũdẽ incidit morbũ: quare Medenã venit, vbi cũ vires ſuas imbecilles cognouiſſet, ab omni medicinali regimine ſe abdicauit: aiebat. n. virtutem rectricẽ planè eum deſtituiſſe, ita vt nihil ſibi profuturum ad ſalutẽ ſperare poſſet. Itaq; Auicẽna in primis animã Deo commendauit, deinde iuſſit bona ſua pauperibus diſtribui, ſeruoſq; qui aderant, libertate donauit. Obijt diẽ ſuũ die veneris, veſperi, menſe Iulij qui eſt Maomethanorũ mẽſis Rhamadan. Anno aduentus Maomethi, 428. qui cum ortus eſſet anno 370. poſt Maumethi aduentum, vixit annos 58. Sepelierunt eum in ciuitate Chemedan, & ibi vſq; in hodiernum diem eius extat monumentum. His omnibus Sorſanus teſtatus eſt ſe interfuiſſe, & etiam Auicennam audiuiſſe, cum eſſet Sorzani, & de vero & falſo legeret, ac etiam Dialecticis ſtuderet. Quæ ego ſcripſi eo ordine, quo Sorſanus antea ſcripſerat, & ferè ſum ad verbum interpretatus. Quare boni cõſulant qui legunt, ſi interdum videor quædã repetere, quæ fortaſſe ſi ademiſſem, politiorem, ſplendidioremq; orationẽ reddidiſſem. & ſunt quædã, quæ omnino mihi arida viſa ſunt, quæq; luminibus orationis certe ornãda erãt, tamen ea non immutaui: facile. n. poterã, ſed nolui in alienã ſegetem falcẽ meam imponere: mihi ſatis erit materiã ſcribendi alijs ſuppeditaſſe. Qui. n. voluerit pulchriorem hiſtoriã de tanti viri vita texere (quod ego ſtudioſos, vt faciant rogo, atq; oro) colligere ex his poterit. nomen in primis ſapientiſſimi viri, nomenq; parentum, patriã, educationẽ, præceptores, diſciplinam, addiſcendi modũ, negocia ingentia, ſub qua lege vixerit, qualem habuerit religionem: item ſapientiã, & doctrinã, diſcipulos, & cum eis, & alijs comitatem, affabilitatem, ac honeſtas voluptates, diſputationes: quòd præterquam quòd medicinam compleuerit, ẽt medelã feliciter, & non ſine maximis honoribus, & muneribus exercuerit, diuerſarumq; ciuitatũ, & regionũ peragrationes, cum Principibus viris, & Regibus familiaritatẽ, & etiã quibus dignitatibus Reges eum honeſtauerint: quæ volumina ſcripſerit, quibus locis, & quo tempore, & eius mirã, ac potius diuinã in componendo facilitatem in oĩum ſcientiarũ genere, quibus laborauerit ægritudinibus, quibusq; medelis vſus fuerit, quo loco obierit diem ſuum, & quo tempore, quoq; etiã loco ſepultus fuerit, quibus poſt eius vitæ curſum bona ſua reliquerit. Sit Amplitudo tua felix vt optat. Venetijs Cal. Septemb. M. D. L X I I.

# Typographus lectori.

Sed quoniam de Auicennæ natiuitate HIERONYMVS RHAMNVSIVS celebris Medicus qui ex Arabico in latinum ſermonem Auicennæ librorum magnam partem ſuperioribus annis Damaſci accurate conuertit, ab SORSANO Arabe, ipſius Auicennæ diſcipulo qui illius vitam confecit, quam Nicolaus Maſſa ex Arabico translatam poſtea latine conſcripſit, differre admodum videtur: eam nos Rhamnuſii ſupputationem in eruditorum, atque eorum maxime gratiam quibus iuxta annos Hegiræ, quæ ſecundum Arabas eſt fuga Mahometis, hanc rationem in hoc vſque tempus inire libuerit, hic breuiter deſcribendam iudicauimus.

Is in ſuo Auicennæ codice quem arabice prius ex antiquiſſimo exemplari deſcriptum, latinitate donauit, & apud illius hæredes VENETIIS etiamnum ſupereſt, iſthæc ipſa propemodum verba refert.

Damaſci 1484. Nouembris x. Rhamn.

سعش ideſt 373. nam ش ſignificat 300. ع 70. & ج ſignificat 3. Quare Abuhali, quem nos dicimus Auicennam, natus eſt annos 373. à fuga Mahometis. nã habent nunc illi pro ſuo milleſimo, annos 890. à fuga Mahom. nos autem à Chriſto nato 1484. Annus horum conſtat ex duodecim Lunæ curſibus: vnde fit vt eorũ annus ſit minor noſtro, circiter diebus nouem. Atque hæc Rhamnuſius.

# LIBER CANONIS IN MEDICINA

## Quem princeps ſapientiſſ. philoſophus Abuhali Alhaſen, filius Hali Ebenſina compoſuit.

guinis,& ſpiritus q ſunt in eis. Poſtea ſunt venarũ nõ pulſatiliũ tunicę,pp̄ ſanguinẽ ſolum.Poſtea E cutis manus tpatæ.[m]Frigidius vero quod ẽ in corpore ẽ phlegma. Poſtea pili.Deĩde os.Poſtea cartilago.Poſtea ligamẽtũ.Deĩde chorda.Poſt pãniculus.Deĩde neruus. Poſtea nucha. Poſt cerebrũ. Deĩde adeps.Poſtea pĩguedo.Poſtea cutis.[n] Humidius vero,quod ẽ in corpore ẽ phlegma.Poſtea ſanguis. Poſtea[o] pĩguedo.Poſtea adeps.Poſtea cerebrũ.Poſtea nucha.Poſtea caro mamillarũ,& teſticulorũ. Poſt pulmo.Poſtea hepar.Deĩde ſplẽ.Deĩde renes.Poſtea muſculi.Poſt cutis.Et hic qdẽ ẽ ordo quo [p] Gal.diſponit ea.Scire tñ debes,ꝙ pulmo ĩ ſui ſubſtãtia & natura nõ ẽ humidius vehemẽti humiditate.[q]Oĩs.n.cõplexio mẽbri naturalis,ſimilis ẽ ei quo nutritur:& ſm̃ ſuã accidẽtalẽ cõplexionẽ ſimilaẽ ei,quod ĩ ipſo ſuperfluit.Pulmo aũt nutritur calidiſſimo ſanguine, et multę admiſto choleræ,& hoc quidem ipſemet [r] Gale. nos docet.In ipſo vero multa humiditatis ſuperfluitas colligitur,propter illud,quod ad ipſum aſcendit de vapore corporis,& propter illud,quod ad ipſum deſcendit ex catarrhis. Poſtq̃ igitur ſic eſt res:hepar multo magis humidum eſt pulmone humiditate naturali:& pulmo magis eſt madefactus:licet aſſiduatio madefactionis iam fecerit ipſum humidiorem in ſui etiam ſubſtantia,& diſpoſitiones phlegmatis: & ſanguinis ita intelligẽdę ſunt. Phlegmatis nanq; humectatio eſt,ſm̃ modum madefaciendi,& ſanguinis humectatio eſt,ſm̃ modum penetrandi in ſubſtantiam membri penetratione ita perfecta,ꝙ conuertatur in ſubſtantiam ipſius membri.Licet phlegma naturale aqueum pleruñq; ſit maioris humiditatis, q̃ ſanguis. Ex F ſanguine.n.cum quantum digeri debet,digeritur,multum humiditatis ex eo reſoluitur, quę erat in phlegmate aqueo naturali,quod ad ipſum conuerſum fuit.In [s] ſequentibus autẽ ſcies,ꝙ phlegma naturale eſt ſanguis,qui aliqua conuerſus eſt conuerſione.Res autem ſiccior,quę eſt in corpore ſunt [t] pili:ſunt enim ex vapore fumoſo, qui eleuatur. Reſolutum nanq; fuit,quod in eo de vapore miſtum erat,& pura fumoſitas congelata remanſit. Poſtea eſt os:ipſum nanq; omnibus mẽbris durius exiſtit:humidius tamen pilis eſt, Oſſis nanq; generatio eſt ex ſanguine: cuius ſitus eſt ſitus,in quo os exuccat humiditates naturales locatas circa ipſum. Quapropter os multa nutrit animalia.Pili vero eorum nullum nutriunt:aut fortaſſe ſi nutriunt ex eis aliquod,valde eſt rarum, & extraneum:ſicut exiſtimant quidam,ꝙ veſpertiliones eos digerant,& in eis delectẽtur. Nos aũt cum duas quãtitates oſſis,& pilorum,in pondere æquali aſſumpſerimus:& eas in cucurbita alembico ſuperpoſito diſtillauerimus: egredietur ex oſſe plus aquæ, & plus olei: & remanebit minus fęcis. Os ergo pilo humidius ẽ. Poſt os aũt ĩ ſiccitate ẽ cartilago.Poſtea ligamẽtũ.Poſt chorda.Poſt pãniculus.Poſt arteriæ. Poſt venæ.Poſt nerui motiui.Poſt cor.Poſt nerui ſenſus:motionis.n.nerui frigidiores,& ſicciores ſimul exiſtũt tpato.[u]Nerui aũt ſenſus frigidiores qdẽ,ſed nõ multũ ſunt tpato ſicciores:& fortaſſe ſunt ei ꝓpĩqui: & neq; ẽt ĩ frigiditate ſunt ab eo valde remoti.Poſtea ẽ cutis.

G

## *De complexionibus ætatum, & generum.* Cap. III.

AEtates [x] omnes ſunt quatuor.Aetas adolendi,quæ vocatur ætas alhadate, & eſt fere vſq; ad xxx.annos. Poſtea ætas conſiſtentiæ, quæ eſt ætas iuuentutis, & fere à.xxxv.vſq; ad.xl.annos.Et ætas declinationis cum remanentia virtutis,& hæc eſt ætas almechthelin, & eſt vſq; ad annos.lx. Et ętas declinationis cum manifeſta virtutis debilitate,& hæc quidem ætas eſt ſenij, vſque ad finem vitæ.Aetas vero alhadate diuiditur in ætatem infantiæ,& hæc quidem eſt,cum membra pueri nõdum ad motiones,& ad ambulandum ſunt apta,Et in ætatem puerilem,quę eſt poſt ambulationem, & ante fortitudinem vel ſoliditatem, & illud quando nondum dentes ceciderint,& nati fuerint.Poſtea eſt ætas altherharha,quæ poſt fortitudinẽ, ſeu ſoliditatem & natiuitatem dentium ante almeracha.Deinde eſt ætas algulamie,& alreach quouſq; barbeſcat. Deinde eſt ætas alfethian quouſq; deſinat creſcere. Puerorum vero, ſcilicet ab infantia ſua vſq; ad alhadate complexio in calore fere temperato:& in humiditate fere ſuperflua exiſtit.Medici autem antiqui inter [y] ſe diſceptauerunt de duabus caliditatibus,pueritiæ & iuuẽtutis. [z] Fuerunt enim eorum quidam,qui dixerunt,ꝙ caliditas pueri eſt maior:& propter illam plus creſcit: ideoq; omnes eius operationes naturales appetitus & digeſtionis, ſunt maiores,& diutius durãtes: qm̃ calor innatus,qui ineſt eis ex ſpermate,magis eſt aggregatus:& eſt minoris temporis.[z] Et ex eis fuerunt,qui dixerũt,ꝙ calor H innatus in iuuenibus,eſt valde fortior:qm̃ eorum ſanguis eſt maioris quantitatis,& magis ſpiſſus: ideoq; accidit eis fluxus ſanguinis ex naribus plus & fortius:& ꝙ eorum cõplexio,plus ad choleram declinat:& puerorum complexio,plus declinat ad phlegma:[z] & ꝙ iuuenes vehementiorum motionum exiſtunt.motus vero,non eſt niſi propter calorem.& ipſi etiã vehementioris iſtimbre exiſtunt,& ſunt melioris digeſtionis. Et hoc ex calore. Deſiderium nanq; non eſt ex calore,ſed ex frigiditate:ideoq; caninus appetitus ex frigiditate ſæpius contingit. Signum autem,ꝙ vehementioris iſtimbre iſti exiſtant, eſt,ꝙ neq; nauſea accidit eis,neq; vomitus,neq; ſatietas nauſeatiua,ſeu corruptio cibi in ſtomacho,quemadmodum contingit pueris propter digeſtiuę eorum malitiam. Et ſignum,ꝙ eorum camplexio magis cholerę pertinet, eſt,ꝙ [a] omnes eorum ægritudines ſunt calidæ:ſicut febris tertiana:& eorum vomitus eſt cholericus.Aegritudines autem plurimę, quę pueris eueniunt,ſunt frigidæ & humidę:& eorũ febres phlegmaticæ:& plurimum quod vomunt,eſt phlegma.[z] & augmentum quod eſt in pueris,non eſt propter fortitudinem caliditatis eorũ,neq; eſt niſi propter multam ipſorum humiditatem.maximum etiam eorum deſiderium,ſignificat caloris eorum diminutionem. Hæ quidem ſunt duarum ſectarum ſententiæ & ipſarum rationes.

Galenus

M G.l.1.de tẽp. c.9.c
N Gal.li.1.de tẽp. c.9.c d
O Gal.li.3.aĩa. c.11.
P Gal.li.1.&.2. tempera.
Q L.12.de aĩal.
R G.li.4.de vſ. c.15.d
S Doct.4.c.1.
T G.lib.1.de tẽp. ra.c.9.c
V G.lib.1.de tẽp. ra.c.9.e
X Lib.12.aĩa.c.4
Y Lib.12.aĩal.c.4
Z Gal.li.2.de tẽp. ra.c.2.d
Z Gal.ibidem.e
Z Gal.ibidem.e
A Li.12.aĩa.c.4
Z Gal ibidem.e



A [a] Galenus vero, ambabus ſectis contradicit.dicit enim, ꝙ in ambobus caliditas eſt æqualis in radice,ſed puerorum caliditas,eſt maioris quantitatis,& minoris qualitatis, ſcilicet acuitatis:& iuuenũ caliditas,eſt minoris quãtitatis, & maioris qualitatis.ſ.acuitatis. Et huius quidem declaratio, ſicut ipſe dicit, eſt vt opinemur vnam [a] ſolam caliditatem in mẽſura:aut corpus ſubtile, calidum, vnum in quantitate & qualitate in ſubſtantiã humidam multã ſemel ſparſum eſſe ſicut aqua:& alia vice ſparſum eſſe in ſubſtantiã ſiccam & paucã,ſicut lapis. & cũ ſic fuerit, inueniemus caliditatẽ aqueã maioris quantitatis,& mollioris qualitatis: & caliditatem lapideam minoris quantitatis,& acutioris qualitatis:& ita debes agnoſcere caliditatem,quę eſt in pueris & iuuenibus.[b] Pueri.n. non fuerunt generati niſi ex ſpermate, quod eſt multum calidum,& huic calori,nondum accidit res,quæ ipſum extinguat.Puer nanq; augeri non ceſſat:ſed creſcendo graditur:neq; adhuc ſtetit,nedum,ꝙ iam retro cedat.[b] Iuuenibus vero,nihil accidit,quod eorum calorem augmentet innatum, neque etiam aliquid,quod ipſum extinguat:ſed ille calor in eis conſeruatur humiditate minoris quantitatis,& qualitatis ſimul,donec ad declinationem perueniat: neq; tamen huius humiditatis diminutio [b] computatur diminutio per comparationem,ad conſeruationem caloris,ſed per comparationem ad augmentum: erat igitur prius humiditas in tanta quãtitate, quòd duas res facere poterat, cuſtodire,videlicet,calorem:& ſupereſſe etiam ad augmentum faciendũ. ad vltimum vero ad hoc B deueniet,ꝙ neutram duarum rerum efficere valebit.oportet ergo,vt in medio talis exiſtat,ꝙ poſſit vnam rem efficere,& non alteram.[b] Falſum autem eſt, vt dicamus ipſam poſſe augmentare,& non poſſe retinere calorem innatum. Quomodo.n.in re augmentum pręſtare poteſt,quod radicem non valet cuſtodire? Reſtat ergo vt dicamus,ꝙ calorem cuſtodire poteſt, & in corpore augmentum pręſtare non poteſt. Et ſcitum eſt,ꝙ hęc eſt ætas iuuentutis. [b] Quod autem dixit ſecunda ſecta,ꝙ augmentum,quod eſt in pueris,non eſt niſi propter humiditatem: & non ꝓpter calorem: eſt dictio falſa:humiditas nanq; augmenti eſt materia.Et [b] materia non patitur per ſe:neque per ſe creatur:immo apud operationem virtutis in eam agentis. virtus autem hoc agens,eſt anima: aut natura pręcepto Dei.neq; agit niſi cum inſtrumento: & illud eſt calor innatus.[b] Quod autem dixerunt etiam,ꝙ vehemens appetitus,qui eſt in pueris,non eſt niſi propter frigiditatem complexionis eorum:eſt dictio falſa.ex malo nãq; deſiderio,quod eſt propter frigiditatem complexionis, non prouenit iſtimbre:neq; nutrimentũ.puerorum enim iſtimbre,melior eſt,q̃ eſſe poteſt in pluribus horis:[b] & ſi non foret illud,non adueniret in eorum corporibus de permutatione,ſeu reſtauratione:quę eſt nutricatio,pluſq̃ ſit illud quod reſoluitur:propter quod creſcunt.[b] Aliquando vero accidit eis malitia iſtimbre propter eorum guloſitatem:& quia eorum comeſtiones malis diſponuntur ordinibus:& comedunt res malas,& humidas,& multas:& deſuper malis mouentẽ motiC bus:quapropter de ſuperfluitatibus plus in eis adunatur:vnde purgatione indigent, & præcipue eorum pulmones.Ideoq; eorum anhelitus eſt ſpiſſior,& velocior:magnitudinem tamen non habet,eo,ꝙ eorum virtus nondum ad complementum peruenit.Iſte igitur eſt ſermo de complexione pueritiæ, & iuuentutis, quemadmodum [c] Galenus declarauit: cuius nos ſumus interpretes. Præterea[d] ſciendum eſt,quod caliditas poſt tempus cõſiſtendi minui incipit: propterea quod [e] aer circundans materiam eius,quę eſt humiditas, exſiccat.[f] Calor quoq; innatus, qui eſt intus ad hoc adiuuat: [g] & labor proueniens ex motionibus corporeis, & animalibus,quę neceſſariæ ſunt in vita:[h] & defectus naturę ad reſiſtendum illi ſemper. [i] Omnes enim virtutes corporeę ſunt finitæ,hoc autem iam ratiocinatum fuit in [k] ſcientia naturali. eius ergo operatio non ſemper exiſtit in reſtauratione.Amplius ſi hęc virtus infinita foret, & ſemper [l] fieret reſtauratio loco eius,quod reſoluit equaliter ſecundum quantitatem vnam,fieret tamen reſolutio non ſm̃ quantitatem vnam:immo augeretur ſemper omni die,tunc nõ eſſet reſtauratio reſiſtens reſolutioni: & eſſet reſolutio finiens humiditatem,quanto magis cum duę res ſe iuuent ad minorationem faciendam, & retrocedendum? Et poſtq̃ ſic eſt,oportet neceſſario finiatur humiditas, & calor extinguatur,& pręcipue cũ ad eius extinctionem adiuuet pręter materiei defectum,alia cauſa. Et illud eſt humor extraneus, qui accidit aſſidue, propterea quòd cibus priuatur digeſtione:& adiuuat ad extinguẽdum ipſum D duobus modis: vno ſuffocando & tegendo:alio,qualitati obuiando. hic.n.humor eſt phlegmaticus frigidus.Et hęc eſt mors naturalis cuiq; indiuiduo deſtinata, ſm̃ ſuam primam cõplexionem, vſq; ad terminum,quem in ſua potentia habet ad ſuam humiditatẽ conſeruandam.[m] Vnũquodq; enim eorum terminum pręfixum habet,qui in indiuiduis diuerſificatur,propter complexionum diuerſitatem. Et hi quidem ſunt termini naturales. Sunt vero & alij termini nõ naturales,totum tamen diuino prouenit pręcepto. Quod ergo ex hoc acquiſiuimus eſt,quòd puerorum & iuuenum corpora ſunt calida temperate.[n] Et corpora ſenum,et decrepitorum ſunt frigida.Sed puerorum corpora,æquali ſunt himidiora propter augmentum:& hoc quidem nobis inſinuat experimentum,quod de mollicie oſſium eſt,& neruorum,vel membrorũ ipſorum,& conſideratio: qm̃ parum eſt tempus,ex quo fuerũt ſperma:& ſpiritus vaporalis.[o] Senes autem & decrepiti proprie pręter hoc,ꝙ ſunt frigidiores,adhuc ſunt ſicciores. Et hoc quidem ſcitur experimento, quod habetur de duritie oſſium eorum,& aſperitate cutis eorum,& conſideratione, eo ꝙ prolixũ eſt tempus,ex quo fuerunt ſperma, & ſanguis, & ſpiritus vaporalis. Et in pueris quidẽ,& iuuenibus eſt igneitas ęqualis, ſed in pueris plus abundat aeritas & aqueitas. Et in ſenibus & decrepitis, plus abundat terreſtreitas,q̃ in illis duobus: & eſt in decrepitis plus. Iuuẽtus autem habet complexionem

A Gal.Ibidem.fo. 17.c,d
A Gal.Ibidem.
B Lib.12.de aĩal. c.4.
B Ibidem.
B Ibidem
B Ibidem.
B Ibidem
B Ibidem.
B Ibidem.
B Ibidem.
B Ibidem.
C Lib.2.de tempera.c.2.d e f
D Lib.12.aĩal.c.4.
E Fẽ.2.doc.2.ſum. 1.c.3.et Ga.l.7.aph. 59.apho.
F Li.12.aĩal. c.4.& Ga.li.7.apho.59. & li.1.de ſa.tu.c.2. f g
G Lib.12. aĩal.c.4.
H L.12.aĩal.c.4.& Ga.lib.1.de ſan.tu. c.2.f g
I Fẽ tertia.c.1.ſingulari capite.
K Ariſ.22.meth.t. 41 &.8. phyſi.t.79.
L Oppoſitum vĩ lib.12.aĩal.c.4.
M Fen.3.c.1.
N Ga.li.5. de ſan. tuen.c.8.d
O Ga.li.5. de ſan. tuen.c.3.e

nem magis æqualem complexione pueri.comparatione tamen pueri,eſt eius complexio ſicca:& E ſenis & decrepiti comparatione, eſt humida. Decrepitus vero eſt ſiccior iuuene & ſene in membris radicalibus,& humidior vtriſq; humiditate extranea madefaciente. Secundũ vero diuerſitatẽ cõplexionũ generũ, [a] fœminę frigidioris exiſtũt cõplexionis:ideoq; ſunt ĩ creatura minores maſculis:& ſunt humidiores.ergo pp cõplexionũ earũ frigiditatẽ multiplicant earũ ſupfluitates:& pp paucũ ipſarũ exercitiũ: & ſubſtãtia [b] carniũ earũ ẽ aſcaf.i.mollior,licet viri caro ex parte cõpoſitionis eius,p id,quod ei admiſcetur ſit aſcaf. qm̃ ſua ſpiſſitudine,ẽ maioris & vehemẽtioris ſeparationis ab eo,quod in ipſo penetrat de venis & de villis neruorũ. Qui vero terras inhabitãt ſeptẽtrionales,humidiores ſunt: [c] & q artes exercẽt aqueas, humidiores exiſtũt.Et q ab iſtis diuerſificant,diuerſi exiſtũt. Signa aũt cõplexionũ narrabimus,vbi [d] vniuerſalia ſigna & particularia referemus.

## *Doctrina quarta ad ſciendum quid ſit humor, & eius diuiſiones.* *Cap.* I.

HVmor eſt corpus humidum,fluidum,in quod in primis nutriens conuertitur. Et ex eo quidem alius eſt humor bonus: & eſt illud de cuius proprietate eſt,vt fiat pars ſubſtantię nutriti ſolus:vel cum alio:& vt aſsimiletur ei ſolus,aut cum alio,& in ſumma eſt ſupplens loco eius quod ex eo eſt reſolutum.Et quidã ex eo eſt ſuperfluitas,& humor malus,& eſt ille,qui non habet proprietatem illam,aut raro in bonum cõuertitur humorem:& ante illud à corpore expelli & proijci F debet.Dicemus ergo,quod humiditatum corporis:[e]quędam ſunt primę,quędam ſecundę. Primę ſunt quatuor humores,quos paulo poſt noĩabimus. Secundarũ vero duę ſunt diuiſiones: aut.n. ſunt ſupfluitates,aut nõ ſupfluitates. Superfluitates vero in ſequentibus noĩabimus. [f] Et quę ſunt non ſuperfluitates,ſunt humores, qui à principali diſpõe conuerſi,membris delegati fuerunt: ſed nondum alicuius membrorũ ſimpliciũ operatione perfecta,pars effecti ſunt: quorum [g] ſunt quatuor ſpecies. [h] Vna eſt humiditas in foraminibus extremitatũ paruarum venarum contenta,mẽbris ſimplicibus,ꝓpinquarum imbibentium ea,vel à quibus ipſa membra imbibunt. [i] Alia eſt humor ꝑ omnia ſimplicia tranſiens mẽbra:ſicut ros,qui in nutrimentum conuerti eſt aptus:cum corpus nutrimento caret: & vt membra humectet:cum aliqua cauſa fortis motus, aut alia ea exiccauerit. Tertia eſt humiditas,quę in tẽpore proximo fuit coagulata.Et eſt nutrimentum, quod in ſubſtantiam mẽbrorum ex parte complexionis & ſimilitudinis conuerſum eſt, ſed ex parte eſſentię complete nondum conuerſum fuit. Quarta eſt humiditas, quę eſt intus in membris ſimplicibus à principio natiuitatis: per quam partium eorum continuitas exiſtit:cuius principium eſt ex ſpermate.Spermatis vero principiũ eſt ex humoribus. [k] Et dicemus etiam, ꝙ humores humoroſi boni & ſuperflui,quatuor continentur generibus:genere ſanguinis, qui omnibus illis melior exiſtit:& genere phlegmatis: & genere cholerę rubeę:& genere cholerę nigrę. [k] Sanguis vero,na- G tura calidus exiſtit,& humidus: [l] Cuius ſunt duę ſpecies,naturalis, & nõ naturalis. [l] Naturalis aũt eſt,cuius color eſt rubeus,malo carens odore,& eſt valde dulcis. [l] Non naturalis vero,ſunt duę diuiſiones. Alius enim eſt,qui à complexione bona fuit mutatus: non propterea ꝙ aliquid ei admiſtum fuerit:ſed quia eius complexio in ſe vitiata fuit.verbi gratia,quia aut fuit infrigidatus,aut calefactus.Et eſt alius,qui non fuit mutatus,niſi ꝓpter humorem malum,qui ei admiſtus fuit. Quod eſt ſm duas diuiſiones:aut.n.ad eum humor deforis venit,& penetrauit in ipſum & corrupit.Aut in ipſomet fuit generatus humor, verbi gratia:aliqua eius pars putruit:& eius ſubtile in choleram rubeam:& ſpiſſum in cholerã nigram conuerſum eſt:& remanſerunt ambę, aut vna earum in eo. Et huius quidem diuiſionis partes,diuerſificantur ſm id,quod ei admiſcetur, & ſm ſpecies eius ex ſpeciebus phlegmatis, & ſpeciebus cholerę nigrę,& ſpeciebus cholerę rubeę,& ſm aquoſitatem eius.plerũq; ergo fit turbidus:& aliqñ fit ſubtilis: & aliqñ niger,multa infectus nigredine:& qñq; albus. Similiter quoque in odore ſui, & ſapore mutatur:fit nanq; amarus,aut ſalſus, aut acetoſus. Phlegmatis autem,aliud eſt naturale,& aliud nõ naturale. Naturale eſt dulce, quod eſt aptum vt in aliquo tempore fiat ſanguis: [m] quoniam eſt ſanguis non plene coctus.Et ipſum eſt quidam modus dulcis phlegmatis,quod non valde exiſtit frigidum:immo corporis comparatione,eſt frigiditatis paucę:ſanguinis vero comparatione & cholerę rubeę,eſt frigidum. Et eſt etiã phlegma dul- H ce,quod non eſt naturale,quod eſt phlegma ſaporem non habens:quod nominabimus: ſi accidat, vt cum eo ſanguis miſceatur naturalis:quod multoties in rheumatiſmis: & in ſputo ſentit. [n] Dulcis vero naturalis receptaculum dixit. [o] Gal.naturam non feciſſe membrum proprium,quemadmodum duabus fecit choleris.hoc nanq; phlegma ſanguini propinquam habet ſimilitudinem:& egent eo membra omnia:ideoq; fecit natura,vt cum ſanguine vadat. Dicimus autem,ꝙ hæc indigentia eſt propter duas res:vna eſt neceſſaria,& altera iuuatiua. Neceſſaria vero, eſt propter duas res:vna eſt neceſſaria,& altera iuuatiua. Neceſſaria vero,eſt propter duas res. [p] Vna eſt,vt ſit iuxta membra,ad hoc, vt cum membra nutrimentum, quod ad ipſa cõſueuit venire miſerint,quod eſt ſanguis bonus propter retentionem materiei eius, quę à ſtomacho fit, & hepate,propter aliquas cauſas,quę acciderunt:operẽtur virtutes eorum ſua caliditate naturali, & coquant:& digerant:& nutriantur ex eo.Et ſicut calor innatus digerit ipſum, & rectificãdo facit ipſum ſanguinem,ſimiliter calor extraneus ipſum plerunq; putrefacit, & corrumpit. Hanc vero neceſſitatis partem nõ habent duę cholerę. Duę nanq; cholerę phlegmati in hoc non communicant: [q] ꝙ calor naturalis eas rectificat, & faciat ex eis ſanguinem: licet in hoc cõicent ei,ꝙ calor accidentalis ipſas mutet,&

faciat

A G.li.5.aph. et Haly.etc.
B G.li.3.de q. pul.c.2.g
C Haly li.1.th. ca.23.
D Fen.2.doc.
E Lib.13.aial.
F li.13.aial.c. Ga.li.7.de me. med.c.6.d
G Ser.t.6.c.11. lib.4 Fẽ.1.t.3.c.1 Serap.t.6.c.11.
H Alſaharli.th. t.1.c.4.
I lib.4.Fen.1. 3.c.1.
K L.13 aial.c. Ga.li.1.de ca. c.6.b c,& lib. ſimpli.fac.74.
K Gal. ibidem ca.morb
L Lib.13.aial.
L Ibidem.
L Ibidem.
M Do.3.c.1.& l. 13.aial.c.1.
N Lib.13.aial.c.
O Lib.de atra b. c.8.a,& li.2.de n. fa.c.9.ſo.302.a
P Lib.3.Fen.13. 5.c.8.
Q Ga.li.2.de rõne cõmen.30. Haly.li.1.the.c.



A facíat eas putridas corruptas. Altera eſt vt ſanguini admiſceatur: vt ipſum aptum reddat ad membra phlegmaticarum complexionum nutrienda:in ſanguine quorum,qui ea eſt nutriturus,oportet phlegma actualiter eſſe ſecundum menſuram notam, ſicut eſt cerebrum: Et hoc quidẽ in duabus eſt repertum choleris. [a] Iuuatiua vero, eſt vt humectet iuncturas & membra, quæ multæ exiſtunt motionis: ne ſiccitas eis accidat propter calorem,qui ex motu prouenit & fricatione. Et hoc quidem eſt iuuamentum ſtans in terminis neceſſitatis. Non naturalis autem phlegmatis, aliud eſt ſuperfluitas diuerſæ eſſentiæ apud ſenſum: & iſtud eſt mucilaginoſum. Et aliud eſt in ſubſtantia æquale in ſenſu,& in veritate diuerſum:& eſt phlegma crudum. Aliud eſt valde ſubtile: & ipſum eſt aquoſum. Aliud eſt valde groſſum album,nominatum gypſeum:& ipſum eſt cuius ſubtile fuit reſolutum: ideo ꝙ in foraminibus & iuncturis, diu fuit retentum: quod omnibus exiſtit groſſius. Et ex phlegmate eſt quoddam, quod eſt ſalſum, quod omnibus phlegmatis ſpeciebus calidius eſt, & ſiccius,& leuius. [b] Omnis vero ſalſuginis cauſa, eſt, vt aquoſæ humiditati pauci ſaporis,aut priuatæ eo:terreæ partes aduſtæ complexionum ſiccarum,& ſaporis amari miſceantur miſtione temperata.Si enim multa fuerit,amarus ſapor prouenit,& ex hoc quidem ſimiliter fiunt ſales: & aquæ ſalſæ. Et eſt etiã cum ſal fit artificialiter ex cinere,& alchali,& calce,& ex alijs,cum in aqua coquuntur,& colantur: & coquitur illa aqua donec in ſalem coaguletur: aut ita dimittitur, donec per ſe B coaguletur. Similiter quoq; phlegmati tenui, quod ſaporem non habet: aut cuius ſapor adeo eſt paruus,quod nõ ſuperat,cũ cholera amara ſicca ex natura & aduſta ſe miſcuerit,moderata miſtione ipſum faciet ſalſum,& ſalmaſtrũ,ſeu ſalitum efficiet.hoc igitur phlegma eſt cholericũ. [c] Galenus vero dixit phlegma hoc ſalſum fieri propter ipſius putredinem aut aquoſitatem, quæ ei admiſta fuit. [d] Et nos quidem dicimus putredinem ipſum ſalſum efficere. ideo ꝙ in ipſo aduſtionem facit, & cinereitatem,quæ cum eius humiditate commiſcetur. Sola autem aquoſitas cum ei admiſcetur, ſalſedinem in ipſo efficere non valet:cum ibi vlla alia non fuerit cauſa. Et mihi quidem videtur,ꝙ loco aut diſiunctiuæ,debet eſſe & cõiunctiua:tunc enim locutio cõpleta erit: [e] & ex phlegmate eſt, quod eſt acetoſum.Et quemadmodũ dulce eſt ſm duos modos,dulce per ſuam eſſentiam: & aliud propter rem extraneam,quę ei admiſta fuit:ſimiliter acredo phlegmatis acetoſi ſm duos contingit modos:vno,ideo quia res extranea ei admiſta fuit,quæ eſt cholera nigra acris,quam in ſubſequenti nominabimus:altero,propter cauſam,quæ in ipſomet contigit:& illud quidem eſt vt phlegmati dulci,quod diximus,aut ei quod eſt in via ipſius accidat: ſicut accidit alijs ſuccis dulcibus,qui prius bulliunt, & poſtea aceſcunt. Et eſt aliud ponticum, cuius diſpoſitio eſt, quemadmodum hæc diſpoſitio. Fortaſſe enim erit eius ponticitas, propterea ꝙ cholera nigra pontica ei admiſta fuit. Et fortaſſe erit eius ponticitas, propter cauſam, qua in ſe vehementi infrigidatione, infrigidatum C eſt,adeo ꝙ eius ſapor ad ponticitatem ſit conuerſus.ideoq; eius aquoſitas congelata eſt,& ad ſiccitatem parum, & terreſtreitatem alterata eſt. Et neq; fuit calor debilis, qui ipſum bullire faceret, & conuerteret in acredinem:neq; calor fortis, qui ipſum coqueret. [f] Et eſt phlegmatis ſpecies vitrei, ſpiſſi,groſſi, vitro liquefacto ſimilis,in ſui viſcoſitate & ponderoſitate: quod plerũq; eſt acre: & plerunq; ſaporem nõ habebit. Et videtur,ꝙ illud ex eo,quod eſt groſſum,ſaporẽ nõ habens,ſit crudum:aut conuertitur in crudum. Et hæc quidẽ eſt illa phlegmatis ſpecies,quæ in principio rei, erat aquoſa frigida,quæ neq; putruit,neq; res alia ei admiſta fuit, ſed ſic permanſit recõdita,donec fuit ingroſſata:& frigiditas fuit ei addita.Iam igitur declaratum eſt,ꝙ corrupti phlegmatis modi ex parte ſaporum ipſius,ſunt quatuor:ſalſum, [g] acidum,dulce,& inſipidum.Et ex parte ſuæ eſſentiæ, ſunt quatuor: [g] aquoſum,vitreum,mucilaginoſum,& gypſeum:crudum vero eſt de ſumma mucilaginoſi. [h] Cholera autem rubea,alia eſt naturalis:alia eſt,quæ eſt ſuperfluitas non naturalis.Naturalis eſt ſpuma ſanguinis,cuius color eſt rubeus clarus:& eſt leuis acuta:& quanto magis fuerit calida,erit eius rubedo maior. Quæ cũ in hepate generatur, in duas diuiditur partes,quarũ vna cum ſanguine vadit,& altera ad cyſtim tranſmittitur fellis. Illud vero, quod de ea vadit cum ſanguine, cum eo penetrat cauſa neceſſitatis & iuuamenti. Neceſſitas vero eſt, vt ſanguini admiſceatur ad nutrienda membra,in quorum complexionibus, conuenientem choleræ rubeæ partem eſſe opor- D tet ſm modum,quem meretur de diuiſione:ſicut pulmo. Sed iuuamentum [i] eſt, vt ſanguinẽ ſubtiliet,& in vijs ſtrictis,ipſum penetrare faciat. Quod vero de ea colatum ad cyſtim tranſmittitur fellis,cauſa neceſſitatis tranſmittitur & vtilitatis. Neceſſitas autem,aut eſt ſm totum corpus,quod eſt ipſum à ſuperfluitate mundare: aut ſecundũ vnum ipſius membrum,quod eſt fel nutrire. Vtilitatis vero duo ſunt iuuamenta: vnum eſt, [k] inteſtina à ſtercore & phlegmate viſcoſo abluere. & aliud, inteſtina & ani muſculos pungere: vt quid ſit ei neceſſarium ſentiat: & egeſtiones emittat. [l] Ideoq; ſæpe accidit colica cauſa oppilationis, quæ fit in foramine, quod à felle deſcendit ad inteſtina. Non naturalis vero cholera,alia eſt,quæ à natura egreditur propter cauſam extraneam,quæ ei admiſcetur.alia eſt,quæ à natura egreſſa eſt propter cauſam in ſe:quia eius ſubſtantia eſt non naturalis. Partis primæ eſt alia,quæ eſt ſcita & famoſa:& [m] eſt illa cui extraneum illud,quod eſt admiſtum,eſt phlegma,cuius generatio,magis eſt in hepate. Et alia eſt,quæ eſt minoris famæ: & eſt illa, cui extraneum,quod eſt admiſtum,eſt melancholia. Nota autem & famoſa,aut eſt cholera citrina, aut eſt cholera vitellina. [n] Phlegma nanq; cui admiſcetur cholera, quandoq; eſt tenue:& generatur inde prima.quandoq; eſt [o] groſſum:& generatur inde ſecunda.ſ.cholera, quæ ouorũ vitellis ſimilis exiſtit. Quæ autem minoris eſt famæ,eſt illa, quæ cholera vocatur aduſta: quæ aliquo duorum

generatur

A Li.13.aial.c.1.& Ga lib.13.de vſu p. c.8.h.2.
B Lib.3.Fẽ.18.t.2.c. 16 & lib.4.Fẽ.1.t.2. c.40.
C Li.2.de differentijs feb.c.6.f.
D Lib.4.Fen.1.t.2. c.40.
E Gal. lib. de plenitudine c.11.f.
F Ga.li.de differentijs morbo.c.6.c.
G Gal.li.1. alimẽt. c.1 fo.8.a.
G Gal. ibidem.
H Gal.li.2.de nat. fa.c.9.g.h.
I Haly.li.1.theo. c.25.
K Haly.lib.1.theo. c.25.
L L.3.F.15.t.1.c.3. & Fen.16.t.3.c.6. & li.13.de aial.c.2.
M Halya.ibidem.
N Gal.lib.2.prognoſ.38.f. & Haly. ibidem.
O Gal. ibidem & Halya.ibi.

generatur modorum: Vnus eſt, vt cholera in ſe aduratur: & accidat in ea cinereitas: ſed eius ſubtile E non ſeparetur ab ipſius cinereitate: immo cinereitas in ea contineatur. & hæc quidem eſt peior. Et alius eſt vt melancholia, ſeu humor melancholicus extrinſecus ad eam veniat: & cum ea miſceatur: & hæc quidem eſt melior. Huius autem ſpeciei choleræ color eſt rubeus: ſed non eſt clarus: neq; floridus: immo eſt magis ſimilis ſanguini: ſed ipſa eſt tenuis: & plerunq; à ſuo colore propter aliquas mutatur cauſas. Quæ vero in ſui ſubſtantia extra naturam eſt, alia eſt, cuius generatio, ſæpius eſt in hepate: alia eſt, cuius generatio, magis eſt in ſtomacho. Et illa quidem, cuius generatio magis eſt in hepate, eſt vna ſpecies: quæ eſt ſubtilior pars ſanguinis cum aduritur, cuius ſpiſſum efficitur cholera nigra. Et quę in ſtomacho magis generatur, duas habet partes, [a] porrinam, ſcilicet, & zinariam, ſeu ſimilem viridi æris. Et mihi quidem videtur, ꝙ porrina ex vitellina generatur cum aduritur. Cum enim aduritur, aduſtio in ea efficit nigredinem, ex qua cum citrinitate miſta generatur viriditas. Zinaria vero videtur mihi, ꝙ generetur ex porrina, cum tantum aduritur, donec eius humoroſitas finiatur, & ad albedinem redire incipit, propter ſui ſiccitatem. [b] Calor nanq; in humido corpore in primis nigredinem efficit: deinde denudat ipſum nigredine, quando eius omnino finit humiditatem. & quando ſuperfluit in eo, ipſum albificat: & hoc quidẽ in lignis attende, quæ prius in carbonem vertuntur: deinde in cinerem. Calor enim in humido efficit nigredinem: & in eius contrario albedinem: [c] & frigiditas in humido albedinem operatur: & nigredinem in eius cõtrario: F hæc tamen duo iudicia, quæ in porrina & zinaria iudicaui, æſtimatiua ſunt iudicia. hæc autem ſpecies, quæ dicitur zinaria, omnibus choleræ rubeæ ſpeciebus calidior exiſtit: & peior, & magis pernicioſa: & dicitur, ꝙ eſt de ſubſtantia venenorum. [d] Choleræ autem nigræ, alia eſt naturalis, alia non naturalis ſuperfluitas. Naturalis, eſt boni ſanguinis fęx & reſidentia ipſius, & turbidum eius, cuius ſapor inter dulcedinem & ponticitatem exiſtit. Quæ cum in hepate generatur, in duas ſeparatur partes: quarum vna in ſanguinem penetrat, & alia ad ſplenem tranſmittitur. Pars autem, quæ cum ſanguine penetrat, vadit cum eo cauſa neceſſitatis & vtilitatis. Neceſſitas vero [e] eſt, vt ſanguini admiſceatur eo modo, quo debet in nutrimento cuiuſq; membrorum, in quorum complexionibus conuenientem melancholiæ partem eſſe oportet, ſicut ſunt oſſa. Vtilitas [f] vero eſt, vt ſanguinem reſtringat, & confortet, & inſpiſſet ipſum. Et pars eius, quæ ad ſplenem tranſmittitur, eſt illud, quo ſanguis non indiguit: quæ ad ipſum vadit cauſa neceſſitatis & vtilitatis. Neceſſitas vero, aut eſt ſm corpus totum ſcilicet, vt à ſuperfluitate mundetur: aut ſm vnum membrum, quod eſt vt ſplenem nutriat. Vtilitas vero ideo accidit, quia in os ſtomachi quaſi mulgendo profluit. Et hæc quidem vtilitas duobus eſt modis: [g] vno, quia os ſtomachi ſtringit & confortat & inſpiſſat: Alio, vt in ore ſtomachi cõmotionem faciat propter acredinem: & excitet ad famem: & faciat deſiderium. Debes autem ſcire, ꝙ cholera rubea, quæ ad cyſtim tranſmittitur fellis, eſt illud, quo ſanguis non G indiget: & illud, quod à felle egreditur, eſt illud, quo fel non indiget: & ſimiliter cholera nigra, quæ ad ſplenem tranſmittitur, eſt illud, quo ſanguis non indiget. & illud, quod à ſplene egreditur, eſt illud, quo nõ indiget ſplen. Et quemadmodum illa [h] cholera rubea poſtrema euigilat virtutem expulſiuam inferius, ſic cholera iſta nigra poſtrema virtutem attractiuam euigilat ſuperius. Vnde ſit Deo omnibus meliori factoribus laus. Melancholia vero non naturalis, non eſt ad modum hypoſtaſis & fęcis: immo eſt ad modum aduſtionis & cinereitatis. Res nanq; humidæ cum rebus terreſtribus admiſcentur, ſeparatur terreſtreitas ab eis aliquo duorum modorum: aut ad modum hypoſtaſis, & tale quale illud de ſanguine eſt melancholia naturalis: aut ſecundum modum aduſtionis, quod eſt cũ reſoluitur ſubtile, & ſpiſſum remanet, & tale quale illud eſt de ſanguine & humoribus eſt melancholia ſuperfluens: & iſta quidem vocatur cholera nigra. Et neq; habuit hypoſtaſim, niſi ſanguis. Ex phlegmate. n. propter ſui viſcoſitatem nihil deſcendit, ſicut fęx. Et ex cholera rubea propter ſui ſubtilitatem & ſuæ terreſtreitatis paucitatem & ſui motus aſſiduitatẽ. Et propter paucitatem quantitatis, quæ de ea ſeparatur à ſanguine, non reſudat ex ea aliquid. Nec cum ſeparatur, moratur niſi parum, ſed putreſcit: aut à corpore expellitur. Et cum putreſcit, eius ſubtile reſoluitur: & ſpiſſum remanet, & fit cholera nigra aduſta, & nõ hypoſtaſiua. Melancholia autem, quæ eſt ſuperfluens: alia eſt, quæ eſt cinis choleræ, & aduſtionis eius: & ipſa eſt amara: inter quam H tamen & choleram rubeam, quam aduſtam vocamus, exiſtit differẽtia: ꝙ illa eſt cholera rubea, cui cinis hic fuit admiſtus: hæc vero nõ eſt, niſi cinis per ſe ſeparatus, cuius ſubtile fuit reſolutum. Alia eſt, quæ eſt cinis phlegmatis, & quod de eo aduſtum fuit: & ſi phlegma valde ſubtile & aquoſum fuerit, eius cinis erit ſalſus: & ſi non, trahit ad acredinem, aut ponticitatẽ. Alia eſt, quæ eſt cinis ſanguinis, & quod de eo eſt aduſtum: & hæc quidem eſt ſalſa ad paucã trahens dulcedinem. [i] Alia eſt, quæ eſt cinis melancholiæ naturalis: quæ ſi ſubtilis fuerit, erit eius cinis, & quod de ea aduſtum eſt, valde acre: ſicut acetum, quod cum ſuper terræ faciẽ cadit, ebullit: & eius odor eſt acris, à quo muſcæ fugiunt & alia: & ſi groſſa fuerit, minoris erit acredinis cum ponticitate & amaritudine. Malæ igitur choleræ nigræ ſpecies ſunt tres: [k] cholera rubea cũ aduritur, & eius ſubtile reſoluitur: & duæ aliæ diuiſiones, quas poſt eam diximus. Melancholia vero phlehmatica eſt tardioris nocumenti & minoris malitiæ. Et melancholia cholerica eſt, quæ eſt fortioris malitiæ & velocioris corruptionis: Veruntamẽ eſt ſuſceptibilior curationis, q̃ illæ. De alijs vero duabus diuiſionibus, quæ magis acris eſt, deterior exiſtit: ſi tamen in eius principio auxilium præſto fuerit, citius medicationem recipiet. Tertia vero, quæ minus ſuper terram ebullit: & minus in membra penetrat: tardius perimit: ſed ad reſol-

Hæc melancholia nõ poſſe dari vide .S. D. in .l. 4. de vſu ... c. 3. folio. 12.

A Gal. li.2. de ... c.6.d & lib. ... gnoſ.39. & ... li.1. theo.c. ...

B Lib.2.t.1.c. ...

C Lib.2.t.1.c. ...

D Gal. li.2. de ... facul.c.9 h. & ... ly. lib.1.the.c. ...

E Gal. ibi. & ... lya. ibi.

F Halya.

G Ga. li.5. de ... c.4.g

H G. li.2. aph. ...

I Gal. lib.14. ... me.c.9.de

k Gal. in ... hip. cõment. ... & li. de atra b. ...



A reſoluendum, & ad maturandũ, & medicationem recipiendum, magis eſt effrenis. Hæ ergo ſunt ſpecies humorũ naturaliũ & ſuperfluentiũ. Inquit [a] Gal. ille, qui dixit, ꝙ humor naturalis ſolũmodo eſt ſanguis: & alij humores ſunt ſuperfluitates, quibus nõ egetur, nõ dixit verum. Si enim ſolus ſanguis eſſet humor, qui mẽbra nutrit, omnia in ſuis cõplexionibus & eſſentijs ſimilia forẽt: os aũt carne durius nõ exiſtit, niſi quia ſanguis cui ſubſtãtia dura melancholica fuit admiſta, ipſum nutriuit: neq; cerebrũ mollius eſt carne, niſi quia ſanguini, qui ipſum nutriuit, ſubſtantia mollis phlegmatica fuit admiſta. Ipſum quoq; ſanguinem alijs inuenimus admiſtũ humoribus, qui ab eo ſeparantur. Cum. n. extrahitur & ſteterit in vaſe, ſeu firmatus fuerit in vaſe, viſu diſcernitur, ꝙ ſeparatur in partẽ, quæ eſt ſicut ſpuma, & eſt cholera rubea: & partẽ quæ eſt ſicut fæx & res turbida, & eſt melancholia: & partẽ, quæ eſt ſicut albumen ouorum, & eſt phlegma: & partem aquoſam, quæ eſt aquoſitas, cuius ſuperfluitas in vrina euacuatur. Aquoſitas nãq; nõ eſt ex humoribus: neq; eſt niſi ex eo quod bibitur, & nõ nutrit: neq; eſt neceſſaria, niſi in nutrimenti attenuatione, & penetratione. humor nanq; eſt, quod ex eo quod bibitur & comediẽ, eſt nutriens. Quòd aũt dico [b] nutriens, volo intelligi, ꝙ eſt in potentia ſimile corpori. Quòd aũt in potentia corporis. ſ. humani ſimilitudinem habet, eſt corpus cõmiſtum nõ ſimplex. Et aqua quidẽ eſt ſimplex. Sunt aũt quidam hominum, qui opinantur corporis virtutẽ ſanguinis ſequi multitudinẽ, & ipſius debilitatem ſequi eius B paucitatẽ. Sed non eſt ita. Immo, quod de eo attenditur vel conſideratur, eſt diſpoſitio, quam corpus ex eo ſugit vel nutritur. Et ſunt quidam, qui opinantur, ꝙ cum humores aucti fuerint, aut diminuti: dummodo ſint ſm proportionẽ, quam corpus hominis requirit in menſura vnius ad alterum, tunc ſanitas erit cõſeruata, ſed nõ eſt ita. immo oportet vt humores cum illa ſint cõſeruantes menſuram, in quanto nõ per comparationẽ ad alium humorem, ſed in ſeipſis cum conſeruatione menſuræ, quę eſt in eis, per cõparationẽ ad aliud. Adhuc quidem remanſerunt de rebus humorũ quæſtiones: quæ non medicis, ſed tantum pertinent philoſophis. Ideoq; eas prætermiſi.

## *De qualitate generationis humorum.* *Cap.* II.

NVtriens maſticatione aliquam habet digeſtionẽ: [d] ſuperficies enim oris cõtinua exiſtit cum ſuperficie ſtomachi. immo eſt ac ſi vna eſſet ſuperficies: eſtq; in ea virtus digeſtiua ex ipſo. Cumq; maſticatum tetigerit, aliqua ipſum conuerſione permutabit. Et in hoc quidem auxiliatur ſaliua acquiſita per digeſtionem, in qua cadit calor innatus. Ideoq; [e] triticum maſticatum, in maturatione furunculorum & exiturarũ operatur, quod nõ operatur triticum cum aqua tritum: neq; illud, quod cum aqua coquitur. Et dixerũt [f] quidam, ꝙ ſignum oſtendens nobis, ꝙ maſticatũ iam parum incipit digeri, eſt, ꝙ neq; primus odor, neq; primus ſapor in eo inuenitur. Deinde poſtquã C ſtomachum ingreditur, integra digeritur digeſtione: [g] non propter ſtomachi calorem tantum: ſed propter calorem membrorum, quæ ipſum circundant: & à dextra quidẽ hepar, & à ſiniſtra ſplen, ſplen nãq; calefacit, nõ propter ſui ſubſtantiã: ſed propter arterias & venas multas, quæ in eo ſunt. & ab anteriori quidẽ eſt zirbũ adipinũ, quod cito ſuſcipit calorẽ cauſa adipis, & ad ſtomachũ reducit. & ſuperius quidẽ cor mediante diaphragmate ab eo calefacto. Cumq; nutriens in primis digeritur, fit ſua eſſentia in multis animaliũ auxilio eius, quod ei admiſcetur de eo, quod bibitur: plerunq; chylus: & eſt ſubſtantia fluuida aquæ alkiſch ptiſanæ in ſpiſſitudine ſimilis: deinde eius ſubtile à ſtomacho & inteſtinis attrahitur, & per vias venarũ, quę meſaraicæ vocantur impellitur, quæ ſunt venæ ſubtiles duræ, omnibus inteſtinis continuæ. [h] Cumq; per eas impellitur, ad venam peruenit, quæ porta hepatis vocatur, & penetrat in hepar in diuiſionibus & ramis portę intrantibus & ſe minorantibus, & ſubtiliantibus ad modũ capillorũ occurrentibus orificijs diuiſionũ radicum venæ, quę à gibbo hepatis aſcendit. Et nõ facit ipſam penetrare in illas coanguſtationes in nobis, niſi bona cõmiſtio aquæ bibitæ ſupra id, quod indiget corpus. Cum ergo in iſtarũ venarum villis diuiditur, fit quaſi hepar totaliter tangat huius chyli totalitatẽ: & propter illud, tunc eius operatio eſt vehementior & fortior, & velocior: & tunc coquitur. [i] In omni autẽ decoctione, quæ eſt huiuſmodi, eſt res, quæ eſt ſicut ſpuma: & res, quæ eſt ſicut hypoſtaſis: & res fortaſſe erit cũ eis, quæ D ad aduſtionẽ pertinet: ſi decoctio ſuperflua fuerit: aut res, quæ non eſt bene cocta: ſi decoctio fuerit minor, q̃ debet. Spuma aũt eſt cholera rubea. & hypoſtaſis eſt melancholia: quæ ambo ſunt naturales. Aduſti vero ſubtile, eſt cholera mala, & eius ſpiſſum eſt melancholia mala, & ambæ ſunt nõ naturales, & quod nõ bene coctum eſt, phlegma eſt. Quod aũt de hoc toto res colata eſt, quæ eſt bene cocta, eſt ſanguis. [k] Qui tamen quãdiu eſt in hepate, ſubtilior exiſtit, q̃ debet propter aquoſam ſuperfluitatẽ, quæ propter rem quam [l] diximus, eſt neceſſaria. Iſtud vero, quod eſt ſanguis, cũ ab hepate ſeparatur, ab aquoſitate ſuperflua illico mũdatur: quę neceſſaria nõ eſt, niſi propter cauſam quandã, quæ iam [m] ſublata eſt. Extrahitur ergo aquoſitas à ſanguine in vena, quæ ad renes deſcendit: & fert ſecũ ſanguinẽ, qui ad renes nutriẽdos ſua quãtitate & qualitate bonus exiſtit. [n] Nutritq; renes vnctuoſitas & ſanguineitas huius aquoſitatis, deinde illud, quod remanet, ad veſicam expellitur, & poſt ad virgam. [o] Sanguis aũt eſſentiæ bonæ per venã magnã ex gibboſitate hepatis aſcendente, vadit & tendit per venas, quæ ab ea vt rami ſeparantur: [p] deinde in [q] giedaul venarũ, deinde in ſuachi giedaul, deinde in ruada ſuachi, deinde in venis, quæ ſunt ſicut villi ſimiles capillis: poſtea ſanguis ab earum orificijs reſudando labitur in membra ex parte diuina. α Sanguinis [r] ergo cauſa efficiens, calor eſt temperatus. Et cauſa materialis eſt, ꝙ de nutricibus eſt temperatũ: & de potibus bonis.

Lib. 2. elementorum c.5.g

Gal. lib.3. de temp. ... ra.c.2.c, & lib.1. ſimp. med. fac. ... c

Lib.3. F. 6. c.1. & 14.t.1.c.1. & G.l.3. nat. fac.c.7. a b

Lib.3. F. 6. c.1. & Gal. lib.4. de vict. ... tione.6.

Lib.4. Fen.3. t.1. 13. & Gal. lib.3. de nat. facul.c.7.a

Gal. lib.3. de nat. facul.c.7.a

Lib.3. F.13. t.1 c.1. Gal. li.4. de vſu p. ...3.c, & li.3. de nat. facul.c.7.b

Gal. li.4. de vſu par.c.2.h

Gal. lib.4. de vſu par.c.5.a

Gal. ibidẽ. c.5. c

L Cap.1.

M Cap.1.

Gal. lib.5. de vſu par.c.6. g

Gal. lib.4. c.5.c

Gal. lib.4. c.5.c

Ramis paruis deinde in paruioribus deinde in adhuc minoribus.

*Infra* α

Gal. li.2. de nat. fac.c.8.c, & lib.8. de Hip. & Pla. c.4.e

bonis. Et formalis cauſa ipſius, eſt decoctio bona. Et eius cauſa finalis eſt, vt nutriat corpus. β Efficiens [a] vero choleræ rubeæ cauſa, eſt igneus calor ſuperfluus & proprie in hepate. Et eius [b] cauſa materialis eſt, quod de nutrientibus eſt ſubtile, calidum, dulce, & vnctuoſum, & acutum. Et eius cauſa formalis eſt, decoctionẽ ad ſuperfluitatẽ procedere. Et eius finalis cauſa eſt neceſſitas & vtilitas, quas [c] nominauimus. γ Efficiens aũt phlegmatis cauſa, eſt caliditas attenuata. Et eius materialis [d] cauſa eſt, quod de nutrientibus eſt groſſum, humidum, viſcoſum & frigidũ. Et eius cauſa formalis eſt decoctionis attenuatio. Et eius finalis cauſa eſt neceſſitas eius, & vtilitas ipſius, quas [e] nominauimus. Melancholiæ aũt hypoſtaſiuæ quidem [f] cauſa efficiens eſt calor tẽperatus. [g] Sed δ cauſa efficiens aduſtæ eſt caliditas, quæ ab æqualitate eſt egreſſa. Et eius cauſa [h] materialis eſt, quod de nutrientibus eſt vehemẽter groſſum paucæ humiditatis, & quod ex eis eſt calidũ, eſt fortius in hoc. Et cauſa eius formalis eſt fæx hypoſtaſiua ſm vnum duorum modorum: vnde neq; labitur, neq; reſoluitur. Et eius cauſa finalis, eſt neceſſitas eius & iuuamentũ ipſius, quæ [i] nominauimus. Melancholia aũt fit multa: aut propter caliditatem hepatis: aut ſplenis debilitatẽ: aut propter frigoris vehementiam congelantis: aut propter cõculcationis perſeuerantiã: aut propter ægritudines, quæ multæ & prolixæ fuerunt. quare propter illud humores facti ſunt cineres. Cumq; melancholia multiplicatur, & inter ſtomachum & hepar ſtat: ſanguinis & bonorũ humorum generatio cum ca minoratur, quare ſanguis minoratur. Debes autẽ ſcire, ꝙ generationis humorũ cauſæ, caliditas, & frigiditas cum alijs exiſtunt cauſis. Sed α caliditas æqualis, ſanguinẽ generat: & β ſuperfluens choleram gignit rubeam: multumq; δ ſuperflua melancholiã generat propter ſuperfluitatẽ aduſtionis. [k] Et γ frigiditas quidẽ phlegma generat. Et multũ ſuperflua generat melancholiã propter ſuperfluitatẽ congelationis. Debes aũt attendere virtutes paſſiuas cum virtutum actiuarũ proportione. [l] Neq; oportet vt ſit credulitas, ꝙ omnis cõplexio ſibi generat ſimile: & non ſui contrariũ per accidens, licet non ſit per eſſentiã. Complexioni.n. multoties accidit vt contrariũ generet: [m] frigida nanq; complexio & ſicca, plerunq; generat humiditatem extraneam: nõ propter conuenientiam, ſed propter digeſtiuæ debilitatem. [n] Et huiuſmodi quidem complexionem habens, eſt homo macer: cuius iuncturæ ſunt laxæ: & eſt azor, id eſt ſine pilis, & frigidus, tactu lenis: & venæ anguſtæ: & ſimilatur huic, quod generat ſenium de phlegmate: licet in veritate ſenij complexio frigida ſit & ſicca. Debes aũt ſcire, ꝙ ſanguis & quod cum eo labitur, tertiam habet in venis digeſtionem: & cum per membra diuiditur, vt vnumquodq; ſuum recipiat nutrimentum, habet digeſtionẽ quartam. [o] Superfluitas igitur digeſtionis primæ, quæ eſt in ſtomacho, per inteſtinorũ egreditur viam. & [p] ſecundæ digeſtionis, quæ fit in hepate ſuperfluitas, plurimũ cum vrina egreditur. Quod aũt de ea remanet ad ſplenem & fel tendit. Duarum vero digeſtionum remanentium ſuperfluitates: per reſolutionem, quæ non ſentitur: [q] & per ſudorem, & per ſorditiem extrinſecã egrediuntur. Cuius pars eſt, ꝙ per foramina egreditur ſenſibilia: ſicut per nares: & inſtrumentum auditus. aut non ſenſibilia, ſicut per poros: aut extra naturam, ſicut per apoſtemata cum aperiuntur: aut quod naſcitur ex additionibus in corporibus, ſicut pili & vngues. Debes aũt ſcire, ꝙ ſi alicuius humores ſubtiles exiſtunt: eorum euacuatio eum debilitat, & lædit ipſum in virtute ſua pororum ſuorum amplitudo, propter illam debilitatem, quæ ſequitur ad reſolutionem: & propterea, ꝙ humores ſubtiles ad euacuandum & reſoluendum ſunt faciles. Quod autem ad reſoluendum & vacuandum eſt facile, ſpiritui facile aſſociari poteſt in ſua reſolutione: cum eo igitur reſoluitur. Et debes ſcire, ꝙ quemadmodum humores iſti in ſuis generationibus cauſas habent: ſic & in ſuis motibus habent cauſas. Motus nanq; & res calidæ ſanguinem mouent & choleram rubeam: & fortaſſe mouebunt melancholiam: & fortem facient eam. Quies vero mouet phlegma & fortificat ipſum. & aliquas melancholiæ ſpecies, [r] & etiam ipſemet æſtimationes mouent humores. verbi gratia: ſanguinem enim mouet res intueri rubeas: quapropter prohibemus illum, ex cuius naribus ſanguis fluit, res ſplendorem habentes rubeum aſpicere. Et hęc quidem dicimus de humoribus & eorum generationibus. Loqui vero contra proteruos & deuiantes, debent ſapientiarum opifices & nõ medici.

## DOCTRINA V. *ad ſciendum quid ſit membrum & ſuæ partes.* Cap. I.

Membra autem ſunt corpora, quæ ex prima humorum generantur commiſtione: quemadmodum humores ſunt corpora, quę ex prima ciborum generantur commiſtione: ſicut cibi ſunt ex prima cõmiſtione generati elementorum. Membrorũ autem [s] alia ſunt, quæ ſunt ſimplicia: alia ſunt, quæ ſunt compoſita. Et ſimplicia quidem ſunt, quorum quamcunq; ſenſibilẽ aſſumpſeris partẽ, in nomine & diffinitione erit toti cõmunicans: ſicut caro in ſuis partibus: & os in ſuis partibus: & neruus in ſuis partibus, & his ſimilia: ideoq; ſimiliũ vocantur partiũ. Compoſita vero ſunt illa, quorum quãcunq; acceperis partẽ, in nomine, diffinitione toti cõmunicans nõ erit, ſicut manus & facies. Pars.n. faciei nõ eſt facies: neq; pars manus eſt manus. & vocantur mẽbra inſtrumentalia: eo ꝙ ſunt animæ inſtrumenta ad complendũ motus & operationes. Primum membrorum ſimilium partium eſt os: quod durum eſt creatum: [t] qm̃ ipſum eſt corporis fundamentũ, & ſuſtentaculum motuum. Poſt ipſum vero eſt cartilago, quæ oſſe exiſtit mollior: ideoq; flecti poteſt: ſed eſt omnibus alijs membris durior: cuius iuuamentum in creatione fuit [u] vt oſſium cum corporibus mollibus per ipſam melior fieret continuatio: & vt durum cum molli nõ abſq; medio componeretur: duro.n. molle læderetur. [x] & præcipue in hora percuſſionis, & caſus ſeu obuiationis.

Immo

E *Infra β*
A Gal.li... ca.3.d, & ... Hip.& Pla...
B Gal.li... facul.c.8...
C Cap.1.
*Infra γ*
D Gal.li... c.6.d
E Cap.1.
F Ga.li... med.c.9...
G Gal.ibi... de cau. ſy... fo.28.b
*Infra δ*
H G.li.3.de ... c.7.fo.18... atrabile...
I Cap.1.
F
*Supra α*
*Supra β*
*Supra γ*
K Gal.lib.3... ſis ſympt.c...
*Supra δ*
L Gal.li.2.de... pera.c.6.fo...
M Gal.ibi...
N Gal.li... pera.c.6.fo...
O Gal.li... tuen.c.11...
G P Ga.li... ſympto... li.de atrabi...
Q Ga.li... tuen.c.11...
R F.2.do.1. doct.2.ſũ... lib.3.F.1.t.4... Fen.13.t.3.c... 15.t 1.c.6.&... t.1.c.2.&.14...
H li.de mot... c.67.d.e.h, de theri.ad c.11.e
S Ariſ.li.1... aĩa.c.1.& G... ferentijs ... f, & lib.6.de tuen.c.9.d...
T Sũ.1.c.1... li.16. de vſu...
V G.li.16.de ... c.2.g, & lib...
X Haly.li... c.9.



A Immo ſit compoſitio gradata, ſicut eſt in oſſe ſpatulę & hypochondriorum, & in coſtis mendoſis, & ſicut cartilago alcangiara ſub thorace: & vt per ipſam etiam fieret melior iuncturarum ſe adinuicem fricantium vicinitas: ne ſua duritie rumperetur: & etiam, vt cum aliquis muſculus ſe extendendo, ad aliquod perueniret membrorum, in quo os nõ exiſtit: cui innitatur, & à quo confortet, ſicut palpebrarũ muſculi: vt ſit ibi ſuſtentaculum chordis eorum & defenſio: & plerunq; etiam in multis locis eſt neceſſe rem aliquam rei alicui inniti, quę non ſit dura in vltimo, ſicut epiglottis. Poſtea ſunt [a] nerui, qui ſunt corpora à cerebro orta, aut à nuca: alba: ad flectendum mollia: & ad ſeparãdum dura, ad hoc creati, vt per eos membra ſenſum habeant & motũ. Poſt neruos ſunt [b] chordę, quę quidem ſunt corpora, quę ab extremitatibus muſculorum oriuntur, & neruis ſimilantur: & ad membra tendentes mobilia, plerũq; ſua retractione retrahunt ipſa propter muſculi contractionem & congregationem: & propter ipſius retrorſum reductionem: & qñq; laxant ipſa membra laxamento ſui: propter dilatationem muſculi redeuntis ad ſitũ ſuum, aut addentis in eo ſupra menſuram ſuam in longitudine eius in hora diſpõnis, in qua ipſe exiſtit in ſitu ſuo cõueniente ei: ſicut in quibuſdam videmus muſculis: quæ quidem ſm plurimum ſunt compoſitæ ex neruis, qui in muſculum penetrant: & ab altera parte egrediuntur, & ex corporibus, de quibus poſt chordarum relationem tractabimus: & hęc quidem ſunt, quę ligamenta vocantur: quæ etiam ſm viſum

B & tactum neruoſa exiſtunt, & ab oſſibus venientia, ad partem muſculi diuiduntur ipſa et nerui in partes villoſas: & quod ex eis, muſculo vicinatur, repletur carne: & quod ab eo ſeparaẽ verſus iuncturã & mẽbrum motũ, colligitur in ſeipſo, & inuoluiẽ, & fit chorda. Poſt eas aũt ſunt [c] ligamenta, quę ꝑdiximus, quę etiam ſunt corpora neruo ſimilia. quorum quędam ſunt, quę abſolute ligamẽta vocantur: & quędam ſunt, quę nomine alhacab appropriantẽ. illud vero, quod [d] ad muſculum extenditur, non vocatur niſi ligamentum. Et illud, [d] quod ad muſculum non extenditur: ſed tantum quod eſt inter duo extrema oſſium iuncturę continuat: aut inter alia membra: & vnam rem alij firmiter annectit, ligamentum vocatur: & qñq; nomine alhacab appropriatur. [e] Nullum vero ex ligamentis ſenſum habet, ne propter motũ multum, & fricationem doleret. Iuuamentũ autem ligamenti, ex eo quod pręmiſſum eſt, perpenditur. Et poſt ligamenta ſunt arterię, quę ſunt corpora, [f] quæ à corde naſcuntur, concaua, in longitudinem extenſa, neruoſa, & in ſui ſubſtantia ligamentalia, habentia motiones, dilatando ſe & conſtringendo, quę ex quietibus diſcernuntur: quę quidem ad hoc fuerunt creatę [g] vt cor euentetur: & fumoſus vapor ab eo expellatur: & ſpiritus membris corporis diſtribuatur. Poſt ſunt venę, quę arterijs ſimiles exiſtunt: [h] ſed ſunt ab hepate: & ſunt quietę: quę quidem fuerunt creatæ ad hoc, vt [i] ſanguis, membris, quę ſunt in corpore, partiatur. Deinde ſunt panniculi, qui ſunt corpora de villis neruoſis non ſenſu perceptis texta: quorũ

C groſſitudo vel profunditas tenuis exiſtit, & ſunt corpora lata aliorum corporũ ſuperficies cooperientia, & continentia ea, propter iuuamenta, ex quibus eſt, vt ſummam eorum in ſua figura & fractura cuſtodiant, Et ex eis eſt, vt ea ab alijs membris ſuſpendant, & eis annectãt, mediantibus neruo & ligamento diuiſis in villis, ex quibus texti ſunt, ſicut renes dorſo. [k] Et ex eis eſt, vt membra ſm ſui ſubſtantiam ſenſum non habentia, per ipſos habeant ſuperficiem ſui eſſentia ſentientem: illud quod ei occurrerit: & accidentaliter ſentiant, quod accidit corpori, in quo ſunt inuoluta. Et hæc quidem membra ſunt ſicut [l] pulmo: [m] hepar: ſplen: & renes. hęc.n. ſua ſubſtantia nullo modo ſentiunt: ſed neq; ſentiunt res obuiantes eis, niſi per panniculum ſuper ea exiſtentem. Cumq; in eis accidit ventus aut apoſtema, ſentitur. Sed ventum ſentit panniculus accidẽtaliter propter extenſionem, quæ contingit in ipſo: apoſtema vero ſentit principium panniculi: & eius appenſionẽ accidentaliter: ideo ꝙ membrum apoſtematis grauitate remanet pendens. Poſtea eſt caro, quę eſt locorum vacuorum [n] impletio, quę in horum mẽbrorum ſitu in corpore exiſtũt, & ipſorũ fortitudo, qua ſuſtentanẽ. [o] In vnoquoq; vero mẽbro eſt virtus naturalis, qua ei res nutrimenti cõpletur. Et hoc quidem eſt nutrimentum attrahere, & retinere, & aſſimilare, & vnire, & ſuperfluitatem expellere. Et poſt hæc quidem, membra diuerſificantur. ſunt enim eorum quędam, quę pręter hanc virtutem, inſuper aliam virtutem habent, quę ab eis ad aliud procedit: & quædam ſunt eo-

D rum, quę hoc non habent: & diuerſificantur etiam ſm modũ alium. Quędam enim eorum ſunt, quę pręter hanc virtutem inſuper virtutem habent, quę eis ab alio influit: & ſunt eorũ quędam, quę non. Cum ergo compoſitio fiet, ſequetur, quod eſt membrum ſuſcipiẽs & tribuens, & membrum tribuens & non ſuſcipiens: & mẽbrum ſuſcipiens & non tribuens: & mẽbrum neq; tribuẽs neq; ſuſcipiens. De membri aũt tribuentis & ſuſcipientis inuentione nõ dubitamus. [p] In cerebro nanq; & hepate oẽs conuenerũt medici, quod vnũquodq; eorum virtutẽ vitę ſuſcipit, & calorem naturalem, & ſpiritum à corde, & vnũquodq; eorum principium habet virtutis, quã alijs tribuit. Sed cerebrum quidem prębet ſenſum ſm quoſdam [q] abſolute, & ſm [r] quoſdam non abſolute: & hepar eſt principium nutrimenti ſm quoſdam abſolute, & ſm quoſdam non abſolute. De mẽbri autem ſuſcipientis & non tribuentis inuentione non dubitamus: ſicut caro eſt, quæ ſentiendi virtutem vitę ſuſcipit: & non eſt alicuius virtutis principium: quam alij vllo modo tribuat. De alijs vero duabus diuiſionibus partibus, in vna earũ, medici à magno philoſophorum diuerſificati ſunt. Philoſophorum nanq; [s] magnus dixit, ꝙ membrum tribuens & nõ recipiens, eſt cor: ipſum.n. eſt omnium virtutum prima radix: & omnibus alijs mẽbris ſuas tribuit virtutes, quibus nutriuntur, & viuunt, & quibus apprehendunt, & quibus mouentur. [t] Medici autem, & quidam primorum

A Gal.li.3. de lo.af. c.7.fo.20. b.& li.7. de.v.p.c.14. d.e, & li.1.de mo.mu.c.1. h. a
B Gal.li.1. de mo. mu.c.2.c
C G.li.6.de meth. med.c.4.g.h
D Gal.li.1.de mo. muſ.c.1.h a
D Gal. ibidem.
E Gal.lib.6.meth. med.c.4..g.h
F Ga.li.1.de v.par. c.16.b, & li.16.c.1.d, & li.1. de mo.muſ. c.1.b
G G.li. 8.de Hip. & Pla.de.c.8.b
H G.li.1. de v.p.c. 16. b, & li.13 meth. med.c.15.f, & li.de plenitu.c.3.a
I Ga.li.1. de v par. 16.b
K Ga.li.de renum dig.c 3.a, & li.5.de v.p.c.9.c, & li.2 de loc.af.c.3.b, &.4.b, & Haly.lib.2.theo. c.15.
L G.li.4.de lo. af. c.8.e
M Ga.li.4. de v p. c.13.e
N Halya.li.2.the. c.14.
O Ga.li.8.de cõp. me. ſm lo.c.7.a, & li.3.de nat. fa.c.8.c, & lib.5. loc.af.c. 7. 30.34.d
P Gal.li.de fœtuũ forma.c.5.h
Q G.li.7.de Hip. & Pla.c.3.g.h
R Ariſt li.3.de par ti.aĩa.c.4.
S Li.3.de part.aĩa. c.4.& Auicẽ. do. 6. ſnm.1.c.1.
T Gal.li.9.de metho.med. c.10. li.5. de Hippo. & Plat. c 2.g.h



philo-

plato in thimeo

philoſophorum has virtutes in membris partiti ſunt: & non dixerũt, ꝗ ſit membrum tribuens & non ſuſcipiens. Et [a] philoſophi quidem ſermo cum ſubtiliter certificatur, eſt veracior. [a] Sed medicorum ſermo, in primis cum attēditur, eſt magis manifeſtus. Poſtea in alia diuiſionis parte, diuerſificati ſunt medici inter ſe, & philoſophi inter ſe. [b] vna enim Secta dixit: ꝗ oſſa & caro non ſentiētia & eorum ſimilia, non permanent niſi per virtutes proprias, quę ſunt in eis, quę non ab alijs principijs eis influxerunt: ſed per illas virtutes, cum nutrimentum eis tranſmittitur, ſibi ſufficiunt: & neq; ipſa alij rei virtutem tribuunt, neq; etiam aliud membrum eis aliam tribuit virtutem. Alia vero Secta dixit, ꝗ virtutes iſtę nō ſunt eis proprię: ſed ab hepate & corde in generationis principio eis influxerunt: & in eis fixę permanſerunt. Medico tñ non attinet, vt inſequendo, demonſtratiua procedat argumentatione: vnde de his duabus diuerſitatibus ad veritatem exitus prouenit. neq; patet ei ſemita ad hoc inquantũ eſt medicus: neq; hoc ipſum in aliqua ſuarũ perſcrutationum & ſuarum actionum impedit. Debet autem ſcire & credere in diuerſitate prima, quod non eſt ei curandum: vtrum cor ſit principium ſentiendi & motionis cerebro: & virtutis nutrientis hepati, aut non ſit. Cerebrum nãq; ſiue per ſe, ſiue poſt cor habeat, principium aīalium actionum exiſtit, comparatione aliorum membrorum. Et hepar ſimiliter actionum naturalium nutriētium principium exiſtit aliorum membrorum comparatione. Et de alia quidē diuerſitate debet ſcire & credere, ꝗ non eſt ei curandum, vtrũ virtus naturalis in tali, quale eſt os in principio generationis, ab hepate venerit: aut eam pro ſuamet complexione meretur, aut nihil ſit eorum. Sed debet credere, ꝗ hęc virtus ad ipſum non profluit ab hepate taliter, ꝗ ſi clauderetur via inter ea ambo: & os nutrimentum aptũ haberet, eius actio deſtrueretur, quemadmodum fit in ſenſu & motu: cũ neruus, qui prouenit à cerebro ſtringit, ſeu oppilatur. Imo virtus illa oſſi facta naturalis eſt, dum eius permanſerit complexio. Et tunc quidem explanabitur ei diuiſionis habitudo, & videbit mēbra principalia, quę ſunt, & membra principalibus deſeruientia, & membra moruſe abſq; ſeruitio, & mēbra, quę nō ſunt principalia, neq; ſunt moruſe. Mēbra vero principalia ſunt membra, quę primarum virtutum, quę in corpore exiſtūt, quę ad hoc ſunt neceſſarię, vt ſingularę aut ſpēs perdurent, principia habent: [c] ſecundum vero ſingularis durabilitatem ſunt tria principia. [d] Cor quidem eſt principium virtutis vitę, & [e] cerebrũ quidem eſt principium virtutis ſentiendi & mouēdi, [f] & hepar quidē eſt principium nutriēdi. Sed ſm ſpeciei durabilitatem ſunt principalia hęc tria: [g] & etiā aliud quartum, quod ſpeciei exiſtit proprium, & ſunt teſticuli, qui vni rei ſunt neceſſarij, & ad rem aliam iuuatiui. Neceſſitas vero eſt [h] ad ſperma generandũ, quod genealogiā conſeruat. Iuuamentum vero, eſt ad hoc vt complementum formę detur: [i] & complexio maſculina & fœminina conſeruetur: [k] quę ſpeciebus aīalis accidentia ſunt inſeparabilia: & nec ſunt ex rebus īnaīalitatis eſſentiam ingredientibus, Membrorum vero deſeruientium, alia ſunt, quę ſeruitute deſeruiunt preparatoria, alia quę ſeruiunt ſeruitute latoria. Et pręparatoria quidem ſeruitus, vocatur vtilitas: latoria vero, ſeruitus abſolute vocatur. Seruitus autem pręparatoria eſt antequã principale operetur: & latoria ſeruitus, poſtquã principale operatur. Cordis vero ſeruiens preparator eſt [l] ſicut pulmo, & eius ſeruiens lator eſt ſicut arterię. Cerebri vero ſeruiens pręparator eſt ſicut hepar, & alia nutrimenti membra, & cuſtodię ſpiritus: & lator eſt ſicut nerui. Hepatis vero preparator ſeruiens eſt ſicut ſtomachus, & lator eſt ſicut venę. Et teſticulorũ quidem [m] ſeruiens pparator ſunt, ſicut membra, quę antequã ipſi, generãt ſperma, ſed eorum ſeruiens [n] lator eſt virga in viris: & [o] venę quę ſunt inter eos & ipſam: & in mulieribus ſimiliter ſunt venę, quę ſperma ad locum conceptionis impellunt. & mulieres inſuper habent additamenta matricis, in quibus ſpermatis completur, ſeu perficitur vtilitas. [p] Gal. autem dixit, ꝗ mēbrorũ alia ſunt, quę operationē tm̃ efficere habēt: alia, quę iuuamentũ tm̃: & alia ſunt, quę operationē & iuuamentum habēt: primũ eſt ſicut cor, ſecũdũ [q] eſt ſicut pulmo, [q] tertium ſicut hepar. Dico autem, ꝗ per operationē oportet intelligi illud, quod de operationibus in vita ſingularis ingredientibus, [r] aut in ſpeciei pmanentia cōpletur per aliquid vnum. ſicut illud quod fit p cor in generatione ſpiritus. Et per iuuamētum oportet intelligi illud, quod preparatur ad alterius mēbri operationem ſuſcipiendã: & tunc erit operatio completa ad dandã ſingulari vitã aut ſpeciei permanentiã, quemadmodũ pulmo aerem pręparat. Ipſum vero hepar ſecundã ſuam perficit primo digõnem: & digeſtioni tertię, & quartę apparatũ pręſtat: ergo inquantũ digeſtionē ſecundã adeo perfectam efficit quoad ſanguis ad ipſummet nutriendum ſit bonus, actionē operatus eſt: & inquantum operationem efficit, quę in alia expectata operatione auxiliat, iuuamentum efficit. Et ēt denuo dicemus, ꝗ mēbrorum alia ſunt, quę generantur ex ſpermate, quę ſunt ſimilium partium mēbra, preter carnem & adipē, & alia ſunt, quę ex ſanguine generantur ſicut adeps & caro. quod enim eſt preter hęc duo ex duobus generatur ſpermatibus, maſculorũ ſpermate, & ſpermate mulierũ. [s] Sed ſecundũ ſermonē eius, qui de ſapientibus verificauit: de ſpermate maſculi generaẽ, ſicut generaẽ caſeus de coagulo: & de ſpermate mulieris generatur, ſicut caſeus generaẽ de lacte. Et ſicut principiũ coagulans eſt in coagulo: ita principium coagulans formã, eſt in ſpermate viri. Et ſicut principiũ ſuſceptiuũ coagulationis eſt in lacte, ita principium ſuſceptiuũ coagulationis formę. ſ. virtus paſſiua, eſt in ſpermate mulieris. Et quemadmodũ vnũquodq; duorum coaguli, videlicet, & lactis, eſt pars ſubſtantię caſei, qui fit ex eis: ita vnumquodq; duorum ſpermatum eſt pars ſubſtantię embryonis: hoc autem verbum non parum, immo multum verbis [t] Gal. eſt contrarium. Sibi nanq; videtur, quòd cuiq; duorum ſpermatum ineſt virtus coagu-

A Doc.6.ſum. A Ibidem. B Ga.li.ar.me 9.b, & c.83.h. 2.att.cur.ad c.2.b C Gal.li.5. af.c.1.h D Ga.li.7.da ana.c.8.c met. me.c. li.5.loc.af.c. E Gal.li.8.de c.4.b F G.li.13.de med.c.15.f G Gal.li.2. ad gla. c.2.h b, & lib.art. 9.b H G.li.14.de c.13.b, & li. mine c.16.h 14.de v.p.c. I Gal.lib.1.de c.16.a K Ariſt.lib. thaph.c.11. L Gal.lib. ſis ſympt.c. M Ga.li.14.de par.c.13.b N Ga.li.15.de c.3 h O Ga.li.14.de c.13 b, & li.1.de mine.c.17.ef P Li.17.de v.p c.1.e Q Gal.li.7.de med.c.11.b.c Q Gal.ibidem R G.li.1.de ſe ſ.c, & c.11.c cōme.1 in li. de natu.hu. S Ariſt.li.2.de ne.aial.c.4.& de ſemine.c. T Li.2. de ſem c.2.c.d.e, & li. 20.t.1.c.3.



A coagulatiua, & virtus coagulationē ſuſcipiens: & propter hoc nō ſe prohibet, quin dicat, ꝗ virtus coagulatiua in maſculis, eſt fortior, & virtus coagulationem ſuſcipiēs, eſt fortior in fœminis. Qualiter aũt ſermo in hoc certificetur, [a] inuenitur in noſtris libris, qui ſunt de ſapiētijs radicalibus. [b] Poſtea vero ſanguis, qui in tpe menſtruorũ à muliere ſeparabaẽ, fit nutrimentum. Sed alia pars eius eſt quæ in ſimilitudinem conuertitur ſubſtantiæ ſpermatis & membrorum, quæ ex eo generanẽ: & erit nutrimentum augmētans ipſum. Alia pars eius eſt, quæ non nutrimentum fit ad illud: ſed eſt conueniens vt coaguletur ad implenda loca membrorum primorũ vacua: & fit caro & adeps. Et [b] alia pars eius eſt ſuperfluitas, quæ nulli harum duarum rerum eſt bona, & remanet vſq; ad horam partus, quam natura vtpote ſuperfluam expellit: cumq; infans parturitur, ſanguis, quē ipſius hepar generat, huius ſanguinis vices ſupplet, & generatur ex eo, quod ab illo ſanguine generabatur. [c] Et caro quidem ex ſanguine generatur ſpiſſo, quem caliditas & ſiccitas coagulant. adeps vero ex eius aquoſitate & vnctuoſitate generatur, quam frigiditas coagulat, ideoq; ipſam caliditas reſoluit. [d] Membra autem, quæ ex ſpermate ſunt creata, cum ſolutionem continuitatis patiuntur, vera continuitate non reſtaurantur, niſi pauca ex eis, & in paucis habitudinibus, [e] & in ætate pueritiæ: ſicut oſſa, & rami venarum parui: non enim magni, neq; arteriarum: cum enim aliqua eorum pars ſeiungitur, nihil loco eius naſcitur. Et hæc quidē ſunt ſicut oſſa, [f] & nerui. [g] Illa vero, quæ B ex ſanguine ſunt creata, renaſcuntur poſt perditionem ſuam: & continuantur tali ſubſtantia, qualis ſunt ipſa, ſicut caro. Et illud quidem, quod eſt creatum ex ſanguine, in quo adhuc virtus exiſtit ſpermatis, dum nōdum inter ipſum & ſperma tempus interceſſerit niſi paruum: illud membrum quando tollitur, iterum naſci poteſt: ſicut dentes in ætate pueritiæ. Cum autem ſanguis ad aliam conuerſus fuerit complexionem, non iterum renaſcetur. [h] Et dicemus etiam, ꝗ membrorum ſentiētium mobilium, plerunq; motus & ſenſus ſimul principium eſt vnus neruus: & plerunq; ſeparantur: & erit principium cuiuſq; virtutis neruus. Et etiam dicemus, ꝗ origo panniculorum viſcerum omnium, quæ panniculis ſunt inuoluta, eſt ex vno panniculorum pectus, aut ventrem intrinſecus cooperiente vel cooperientium. [i] Sed eorum, quæ in pectore ſunt, ſicut diaphragmatis, & venarum, & arteriarum, & pulmonis, origo pãniculi, eſt ex pãniculo interiore, qui coſtas tegit. [i] Et membrorum quidem & venarum, quæ ſunt in ventre panniculi, oriuntur ex ſiphac, qui interius vētris cooperit muſculos. [k] Omnia quoq; membra carnoſa ſunt, aut villoſa: ſicut caro, quæ eſt in muſculis: aut villis carentia, ſicut hepar. [l] Et nullus quidem motus fit niſi per villos. [m] Voluntarius vero motus fit cauſa villorũ, qui ſunt in muſculis. [n] Et naturalis, ſicut motus matricis & venarum. [o] Et compoſitus, ſicut motus tranſglutiendi fit villis proprijs per formam, ex ſitu longitudinis, & latitudinis, & tranſuerſiōis. [p] Attractioni vero ſunt villi, qui in longitudinē protenduntur: [q] & expulſioni villi, qui in [q] {latitudinē} tēdunt: cōſtringentes & retentorij, villi, qui ex [q] {trãſuerſo} vadũt. C Membrorũ autem, quæ vnam habent tunicam, [r] ſicut venarũ & veſicæ, tres villorũ ſpēs adinuicem ſunt textæ. [s] Et membrorũ, quæ ſunt duas habentia tunicas [t] villi, qui in [t] {latitudinem} tēdunt, ſemper in extrinſeca exiſtunt eorum tunica, & alij duo in tunica eorum intrinſeca. Illi tamen, qui in longitudine protenduntur, ad ſuperficiem magis declinant intrinſecam: qui taliter non creati fuerunt niſi ne attrahendi & expellendi villi ſimul exiſtãt: immo melius eſt [u] vt villi attrahendi & retinendi ſint ſimul, niſi in inteſtinis: non enim multa indigent retentione, ſed attractione, & expulſione. Et dicemus etiam, ꝗ membrorum neruoſorum corpora, à ſui ſubſtãtia aliena continentium: alia ſunt, quæ vnam habent tunicam: & alia, quæ duas. Quæ autem duabus conſiſtunt tunicis, non taliter creata fuerunt niſi propter iuuamenta multa: quorum vnum eſt, multa neceſſitas multæ cuſtodiæ fortitudinis ſuæ corporeitatis, [x] ne findantur cauſa fortitudinis motus eius, quod continetur in eis, ſicut arteriæ. Secũdum eſt, multa neceſſitas multæ cuſtodiæ in re corporis, quod in eis eſt reconditum, ne reſoluatur & egrediatur. Reſolutionis vero timor prouenit cauſa ſuæ raritatis, ſi vnam haberēt tunicam. Et exitus timor eſt, ideo ꝗ propter hoc etiam ad ſcindendũ eſſent apta, & hoc quidem corporis, quod in eis eſt reconditum, eſt ſicut ſpiritus & ſanguis, qui in arterijs ſunt reconditi: in quorum cuſtodia valde eſt ſtudendum, & de quibus timetur ne D euaneſcant, ſpiritus quidem propter reſolutionem, & ſanguis quidem propter fiſſuram: ex hoc nanq; maximum timetur malum. Tertium eſt, quoniam cum alicui membro fuerit neceſſarium, vt ſit ipſius attractio & expulſio motu vehementi, [y] factum eſt vnicuiq; earũ ſingulariter inſtrumentum ſine permiſtione, & hoc eſt ſicut ſtomachus & inteſtina. Quartum eſt, quoniam cum voluntas fuerit, vt vnaquæq; membri tunica operationi, quæ eſt ei, ppria ſit præparata: & vnaquæq; duarum operationum acciderit propter complexionem, ab alterius operationis complexione diuerſam, fuit melius inter eas diuidere: ſicut ſtomachus, in quo fuit voluntas ſentiendi virtutem eſſe, quod quidem non fit niſi in membro neruoſo: & digerendi, quod ſimiliter non fit niſi per membrum carnoſum. Vnicuiq; igitur harum duarum rerum tunicam poſuerunt per ſe, tunicam neruoſam virtuti ſentiēdi, & tunicam carnoſam digeſtioni. [z] Et natura quidem intrinſecam tunicam fecit neruoſam, & extrin ſecam carnoſam. Poteſt nanq; digerentis operatio ad id, quod digerendum eſt in potentia ſine occurſu peruenire. ſentiens vero id, quod ſentitur non poteſt ſentire: niſi obuiando ei, ſenſu videlicet tactus. Et dicemus etiam, ꝗ ſunt quædam membra, quorum complexio ſanguini eſt propinqua. [a] non ergo indiget ſanguis in eorũ nutrimēto multoties conuerti: ſicut carnis: quapropter in ea, neq; foramina facta fuerũt: neq; ventriculi, in quibus aliquanto tpe

A Li.15.anima.c.3. B G.li.de atra bile c.8.h, & cōmē.3.in lib.3.de mor.vulg. 73.d, & cō. 2.in.Y. porthet. hi.48.d.e B Gal. ibidem. C G.li.1.de natur. fac.c.10.d, & lib.2. de tēper.c.4.d.e, & 16.de v. par. c.2.h. & .11.de ſimp. me dica.fac.fo. 78.h D L.4.F.4.t.1.c.1. & G.l.5. de me.me. c.7.b c, et li.art.me dici.c.91.h E G.l.5.de me.me. c.2.a, & .7.b.c F G.li.1.de ſeie.c. 13.h G Ga.li.14. meth. c.17.fo.93.b H Li.3. F. 2. c.2. & 13. & Ga.lib.3.loc. af.10.c, & lib. 1. de cau.ſym.c.5.e, & li. 3.de admi. anato. c.1.e I Ga.li.7.de admi. anato.c.2.c I Gal.ibidem. K Gal.li.2.de tēpa. c.3.g L G.li.3 de nat.fa. c.8.e,f M G.l.1.lo.af.c.6. fo.7. d.e, & li.1. de mo.mu.c.1.f, & li. 16.de v.ſ.p. c.2.h, & li.3.loc.af.c.6.e N G.l.1.d mo.mu. c.1.b O Alr do.6.c.vl.& l.3.F.13.t.1.c.1.&c. 3.& F.16.t.1.c.1 P G.l.4.d v.p.c.17 b, & l.3.de natu. fa. c.8.e.f Q Gal.5.de. v. par. c.11.h.a *Q tranſuerſum* *Q obliquo* R G.l.3. de nat.fa. c.11.e.f, & l.5.de v. p.c.11.h.a, & .12.a b S Ga.lib.5.de v.p. c.11.h.a T Gal.li.5. de v.p. c.12.a.b *T tranſuerſum* V Alr G.l.5. de v. p.c.12.a b, & li.3.de natu.fac.c.8.e.f X G.l.6.d v.p.c.10. b, & .11.a Y Aliter G.l.5. de v.p. c.12.a b, & l.3. nat.fac.c.8.e.f Z Ga.li.4. de v.p. c.8.a A Ga.li.1. de nat. fac. c.10. d, & lib.3. c.15.b

nutrimentũ,quod ei digeritur immoreſ,& deinde caro ex eo nutriatur:immo illico cum ei nutrimentum occurrit,in ipſam conuertitur. E Et ſunt ex membris quædam, quorũ complexio à ſanguinis complexione valde eſt remota:ideoq; cum neceſſe fuerit ſanguinem ea nutrire, oportebit,vt in ſimilitudinem ſubſtantiæ eorum multis conuerſionibus ordinatim conuertatur,[a] ſicut os:quapropter in creatione,aut vnum poſitum fuit foramen, quod eorum nutrimentum tanto cõtineat tempore,quanto illud in eius ſimilitudinem conuertatur, ſicut in oſſe cruris & adiutorij:aut foramina multa in ipſis diuiſa,ſicut in oſſe mandibulæ inferioris.Et mẽbris quidẽ,quæ ſic ſunt,neceſſe eſt,vt nutrimẽto ampliori q̃ eis in hora ſit neceſſe repleant:vt paulatim & paulatim,pcedant, illud in ſui ſimilitudinem conuertendo.[b] Mẽbra aũt fortia ſuperfluitates ſuas ad mẽbra debilia ſibi vicina expellunt,ſicut cor ad aſcellas,& cerebrum ad loca,q̃ ſunt poſt auriculas,& hepar ad inguina.

*Summa prima doctrinæ quintæ, eſt ſermo vniuerſalis de oſſibus & iuncturis.* Cap. I.

DIcemus,ꝙ oſſium,quæ ſunt in corpore:alia ſunt,[c] quæ ſunt ſicut α fundamẽtũ: quoniam ſuper ea eſt corpus fabricatum,ſicut ſpondiles dorſi. Spondyles nanq; illæ corporis ſunt fundamentum ſuper quas ipſum fabricatum[d] eſt,quemadmodum nauis ſuper lignũ fabricatur, quod in ea primũ ponitur.[e] Et alia ſunt,quæ ſunt in corpore,ſicut[f] clypeus ad tuendum,ſicut os cranei.[g] Et alia ſunt,quæ ſunt ſicut arma,quibus repelluntur bellatores occurrẽtes & nocẽtes, ſicut oſſa, quæ vocantur alſenaſcen.& ſunt oſſa,quæ ſunt ſuper ſpõdyles dorſi ſicut ſpinæ.[h] Et alia ſunt,qui- F bus iuncturarum vacuitates replent: ſicut oſſa ſiſamina,q̃ inter oſſa digitorũ exiſtũt.[i] Et ſunt alia, quæ ſunt ad corpora ſuſpendẽda,q̃ ſuſpenſione indigent,ſicut os laudæ aſſimilatum,quod eſt muſculi,gutturis,linguæ,& aliorum ſuſpenſoriũ.[k] Omnia autem oſſa corporis α ſuſtentaculũ ſunt & erectio.Et oſſa quidem,quæ ad[l] ſuſtentandum tantum ſunt,aut defendendum,& ad membra mouenda neceſſaria non exiſtunt, ſolida facta fuerunt:licet ſint in eis vacuitates,& foramina parua,& pori,qui fuerunt neceſſe in eis eſſe.[m] Eorum vero,quæ propter motũ etiam neceſſaria fuerunt,in quantitate concauitatis augmentum factum fuit,& ipſorũ concauitas in medio eorũ poſita fuit,& vna:ne corpus eius receptaculis nutrimenti paruis & ſeparatis indigeret, qm̃ laxũ inde fieret.immo durũ factum eſt eius corpus:& ipſius nutrimentũ,quod eſt medulla, in eius interiore eſt aggregatum.Iuuamentũ igitur additionis concauitatis intrinſecæ,eſt vt ſit leuius.Et iuuamentum vnitatis cõcauitatis intrinſecæ,eſt vt ſit corpus ipſius durius. Et duritiei ſui corporis iuuamentum eſt,ne in hora fortiſſimorũ motuum rumpatur.[n] Et iuuamentũ medullæ, quæ eſt in eo,eſt vt nutriat ipſum,ſicut[o] ante declarauimus:& vt ipſum ſemper humectet ne frangaſ, ſeu cõminuaſ, ideo ꝙ motus ipſum exiccat:& vt ſit ſicut ſolidum licet ſit cõcauum. Cõcauitas vero eſt minor, cũ firmitudo magis eſt neceſſaria.Et eſt maior cum plus neceſſaria eſt leuitas.Oſſa autem[p] ſpongioſa facta ſunt ſic,propter rem nutrimenti prædictam cum additione neceſſitatis cauſa rei,quæ ne- G ceſſe eſt vt in ea penetret ſicut odor,qui cum aere attrahitur in oſſe collatorio:& propter cerebri ſuperfluitates,quæ per ipſum expelluntur.[q] Omnia vero oſſa ſunt vicina occurrẽtia ſibi inuicem: neq; inter aliquod os & os,quod ipſum ſequitur,magnum exiſtit ſpatium.Inter aliqua tamen eorum inuenitur ſpatium paruum,quod implẽt luhach cartilaginoſa,aut cartilaginibus ſimilia:quę propter iuuamentum creata fuerunt,propter quod & cartilagines. Et vbi quidem de iuuamento illo non eſt curandum,iunctura inter ea ſine luhach facta fuit,ſicut in mandibula inferiori. Vicinitates vero,quæ inter oſſa exiſtunt, multis ſunt modis. Sunt enim ex eis,quæ vicinantur vicinitate iuncturæ firmæ ſeles.i.faciliter flexibilis vel mobilis.[r] & ex eis ſunt,quæ vicinantur vicinitate iuncturæ difficilis motus non ſtrictæ,vel non firmæ.[r] & ex eis ſunt, quæ vicinantur vicinitate iuncturæ fortis ſeu ſtrictæ, ideſt firmæ, quæ nominatur merchuzan, & mederuzan, & melſach. & iũctura quidem fortis ſeles.i.faciliter flexibilis vel faciliter mobilis,eſt illa,cuius vnum duorum oſſium ſuis motibus facile moueri poteſt abſq; hoc,ꝙ moueatur cũ eo os aliud:ſicut iũctura raſcetæ manus cum brachio ſeu adiutorio.Et iunctura quidem difficilis motus non ſtricta vel non firma eſt illa,cuius motus vnius oſſium de per ſe eſt difficilis,& paucæ quãtitatis:ſicut iunctura, quæ eſt inter pectinem manus, & raſcetam, aut iunctura, quæ eſt inter duo oſſa pectinis manus.iunctura vero ſtricta vel firma valde eſt illa,cuius nullum oſſium vllo modo moueri poteſt:ſicut iun- H ctura thoracis.ſtricta vero, quæ nominatur merchuzan eſt illa,cuius vnum oſſium habet additamentũ,& aliud os habet foramen, in quo figitur illud additamentum fixione,in qua non moueſ, ſicut dentes in ſuis originibus.[s] Medaruzan vero eſt illa,cuius vnumquodque oſſium habet vacuitates & dentes,ſicut ſerra: & dentes vnius taliter ſunt præparati, ꝙ alterius oſſis vacuitates ingrediuntur,quemadmodum ærarij æris tabulas componunt:& hæc quidem iunctura vocatur ſenan,& derezan, ſicut ſunt iuncturæ oſſium cranei.Et mulſach quidem alia eſt,quæ in lõgitudine eſt conexa,ſicut iunctura,quæ eſt inter duo oſſa alſahad:alia eſt,quæ in latitudine continuatur, ſicut iuncturæ ſpondylium inferiorum ex ſpondylibus dorſi.Earum enim,quæ ſuperius ſunt iuncturæ,non valde ſunt firmæ vel ſtrictæ.

*De anatomia cranei.* Cap. 2.

OMnium[u] quidem oſſiũ cranei iuuamentũ,eſt,ꝙ ſunt[x] vt clypeus cerebri ipſum cooperientia,& ab omnibus malis defendentia.Iuuamentum vero,quod multa creata fuerunt: & non fuit vnum tantum os,in duas partitur ſummas.quarum vna cõſideratur ſecundum res,quæ ſunt, in comparatione ipſius oſſis: & alia conſideratur in comparatione eius, quod ipſum os circuit.

Prima

A Sũ.1.c.1.& Gal. li.3.de nat.fa.c.11. & li.1.c.10.d
B G.li.1.de ali.fac. 5.g, et.l.2. de diff. fe.c.11.g, & lib.13. meth.med.c.5.h
*Infra* α
C Do.5.c.1.& li.1. aïaliũ. c. 6. & Gal. lib.16. de v.p.c.14.
D G.li.12.de vſu p. c.11.e.f
E G.li.9. de vſu p. c.1.f
F Cap.2.
G Gal. 12. de v.p. c.11.f
*Supra* α
H C.23.& Gal.li.8. de v.p.c.12.h
I Sũ.2. c.11.& Ga. li.7.de v.p.c.19.d.e
K G.lib.16.de vſu par.c.2.g
L Ga.li.11.c.18.d.e
M G.li.11. c.18.de
N Gal. li.11.c.18.
O Doct.5.c.1
P Ga.lib.11.c.18.
Q Ariſt.lib.3.de natura animaliũ.c. & lib.2.de partib.
R G.li.de oſſi.ad tyrones.c.1.h,& li.9. de vſu partiũ.c.18.
S G.l.9. de v.par. c.1.f
T Gal.ibidem.
V Lib.13. aïalium. c.7. & G.l.9.de vſu par.c.1.f
X Cap.1.



A Gal.lib.9.de vſu par.c.1.f, & repetit Gal.c.17.g.h
B Gal.lib.11.de vſu par.c.19.b
C Cap.3.
D Gal.lib.9.de vſu par.c.1.f
E Ga li.8.de vſu p. c.9.c, & li.9.c.17. g
F Gal.lib.9.c.17.g
G Gal. li.8. de vſu pat c.11.g.h, & li.1. c.14.f
H G.li.9. de vſu p. c.17.h, & lib. artis medic. c.11.c
I G.li.de oſſi.c.1.d
K Gal.li.9. de vſu par.c.1.e.f, & c.2.h
K Gal.ibidem.
K Gal.ibidem.
L Gal lib.de oſſi. c.1.d, & li.9. de vſu par.c.17.h
M Gal.lib.de oſſi. c.1. d.e, & lib 9. de vſu par.c. 17.h
N Gal.li.9. de vſu par.c.17.a.b,& lib. de oſſi.c.1.d
O Li.9.de uſu par. c.17.h.a
P Li.9. de uſu par. c.17.a
*ſeptem
Q Gal.li.11.de uſu par.c.20.c.d, & li. de oſſi.c.1.g
R Li.9.de uſu par. c.1.e.f,& c.2.h
S Gal.li.de oſſ.c.1.h
* *Id eſt ſutura.*
T Gal.li.de oſſ.c.1.g.h, & lib.9.de vſu par c.18.c
V Ga.li.de oſſ.c.1. f.g.h, & li.9.de uſu par.c.17.h.a
X Gal.li.11. de uſu par.c.19.b.c
Y G.li.de oſſ.c.1.h de iugali h, & li.11. de uſu par.c.3.bis a.b.c

A Prima vero ſumma in duo diuiditur iuuamenta.[a] Vnum eſt, ꝙ ſi craneo impedimentũ in vna ſui parte euenerit fracturæ,aut putrefactionis,nõ erit toti craneo cõis,quemadmodũ eſſet ſi vnũ foret os.[b] Secundũ eſt ne in partibus vnius oſſis diuerſitas in duritie,& mollitie,& raritate,& ſpiſſitudine,& ſubtilitate,& groſſitie,habeatur.Et hæc quidẽ diuerſitas eſt neceſſaria propter intentionem, quam in proximo[c] dicturi ſumus: Summæ vero ſecundæ iuuamenta ſunt,quæ per ſuum,ſeu derezi,id eſt per cõmiſſuram complentur,[d] quorum quædam ſunt,quę ſunt in comparatione ipſius cerebri:vt vapores groſſi prohibiti à penetratione in ipſum os, propter eius groſſitiẽ habeant viã & tranſitum per ſeparationem,quæ eſt in cõmiſſura, vt cerebrum mundificetur cum reſolutione.[e] Et aliud eſt iuuamentũ in comparatione eius, quod de villis neruorum à cerebro egreditur, qui per membra capitis vadũt,vt viã habeant.[f] Et ſunt alia duo iuuamẽta cõmunia inter oſſa, & inter alias duas res: Vnũ eſt in cõparatione venarũ & arteriarũ, quæ interius ingrediuntur in capite,vt viã habeãt:& Aliud eſt in cõparatione duræ matris ſpiſſæ & grauis, vt aliquæ eius partes cũ adorẽ teneanſ,& à cerebro eleuentur,ne ei grauamen inferant. Et huius quidẽ naturalis figura oſſis eſt, vt ſit[g] rotundũ propter duas res,& duo iuuamenta: Vnũ eſt propter comparationem ad interius: figura nanq; rotunda eſt maioris dimenſionis ea,quam rectę lineæ cõprehendunt figuræ,cum earum cõprehenſiones æquales fuerint. Et aliud eſt in cõparatione ad exterius, qm̃ figura rotunda B ab eis,quæ ei occurrunt,nõ patitur,quemadmodum additamenta habentes,patiuntur.[h] Et ipſum quidem licet ſit rotundũ,in longitudine tñ factum eſt, qm̃ origines neruorum à cerebro in longitudinem ſunt poſitæ:& ſic oportet,vt non coanguſtetur.[i] Et duas habet eminentias ante,& retro, vt neruos defendat,qui deſcendunt ab vtriſq; lateribus,ſeu partibus.[k] Et hæc quidẽ figura tres veras habet adorẽ,& duas habet mendoſas. Et in primis[k] vna adorem.i.ſutura fronti eſt cõicans arcualis,hoc modo,C.& vocaſ coronalis.[k] Et alia adhæret adorem.i.ſutura quæ directe tranſiens in longitudinẽ,diuidit caput in duo media,& per ſe cõſiderata, vocatur ſagittalis,& inquantũ eſt cõtigua coronali,vocatur nerualis. Et huiuſmodi quidẽ figura arcui ſimilatur,in cuius medio linea recta ſicut perpendicularis eſt erecta, quæ eſt hoc modo.  [l] Et adorẽ.i.ſutura tertia inter occiput & baſim ipſius cõis exiſtit:cuius puncto, cum ipſa ſit ſm̃ figurã anguli, extremitas ſagittalis cõtinuatur,& vocaſ adorem laudæ,eo, ꝙ laudæ literæ græcæ ſimilis exiſtat, quæ eſt ita.  Cumq; duabus adorem, quas prius nominauimus cõiungitur fit figura talis  [m] Duæ vero adorem mendoſæ ſm̃ capitis longitudinẽ, ſunt protenſæ vtrinq; æquidiſtantes ſagittali, quæ profunditate integra in oſſibus nõ profundantur, & hæ duæ corticales vocantur. & cum cõtinuantur cum cõmiſſuris veris, efficiunt figurã iſto modo  & hæc figura eſt capitis naturalis completarũ cõmiſſurarũ.[n] Nõ naturales aũt capitis figuræ ſunt tres.vna eſt vt anterior eminẽtia minuatur:quare C deficit ei cõmiſſura coronalis. Et ſecunda eſt,vt poſterior minuatur eminentia,quare ei deficit cõmiſſura laudæ.Et tertia eſt illa,cui deficiunt vtræq; eminẽtiæ ſimul,& fit caput vt ſphæra,longitudinem & latitudinẽ habens æquales. de hac quidẽ figura ſummus medicorum[o] Gal.dixit,ꝙ propterea,ꝙ dimenſiones in ea ſunt æquales, oportuit ſm̃ æqualitatem vt dimenſiones adorem eſſent æquales:ſed diuiſiones adorem in primis erant tres in longitudine, & duæ in latitudine. Erit itaq; in hac,adorem vna in longitudine,& ſimiliter adorem vna in latitudine. Et erit adorem quidẽ latitudinalis in medio latitudinis ab aure ad aurem,ſicut longitudinalis adorem in medio longitudinis.Dixit etiam ſummus medicorum[p] Gal.impoſſibile eſt caput aliam figuram quartam nõ naturalẽ habere.ſ.ita vt ſit longitudo minor latitudine:niſi de ventriculis cerebri, aut de ipſius corpore aliquid minueretur.quod quidem vitæ eſt contrariũ & cõpoſitionis prohibens bonitatem. Et hic quidem primi medicorum Hipp.dicta conceſſit, qui dixit capitis figuras quatuor tantũ exiſtere.

*De anatomia eius,quod eſt ſub craneo.* Cap. 3.

CAput poſt hoc[q] quinq; habet oſſa,quorũ quatuor ſunt vt parietes, & vnum eſt ſicut baſis:hi aũt parietes cũ eo facti ſunt duriores,q̃ ſinciput ſeu pars ſuperior capitis,eo ꝙ caſus & percuſſiones ad eos ſm̃ plurimum tendunt.& quia neceſſe fuit vt craneum & ſinciput eſſet rarum: plurimum neceſſitatis eſt,[r] propter duas res:vna eſt:vt vapores inde egrediantur,qui reſoluuntur: & al- D tera ne grauamen cerebro inferat.[s] Et de parietibus quidem poſterior durior factus eſt, eo ꝙ à ſenſus cuſtodia eſt remotus. Paries primus,eſt os frõtis, cuius ſuperior terminus eſt,*{adorem} coronalis: & inferior adorẽ,quę ab vna extremitate coronalis proueniens,tranſit ſuper oculos apud ſupercilia,& continuatur eius finis alij extremitati coronalis.[t] Alij vero duo parietes, qui à dextra ſunt & à ſiniſtra, ſunt oſſa, in quibus ſunt aures, & vocantur petroſa propter ſui duritiem: quorum vnumquodq; terminatur ſuperius ad adorem corticalem: & inferius ad adorem, quæ prouenit ab extremitate adorẽ laudæ, & protenditur vſq; ad coronalem:& ab anteriori eſt pars coronalis,& à poſteriori eſt pars adorẽ laudæ.[u] Quartum vero parietem terminat ſuperius adorẽ laudæ, & inferius adorẽ, quæ eſt cõmunis inter caput & baſilare, & coniungitur inter duo extrema laudæ.[x] Baſis autem cerebri eſt os,quod omnia alia ſuſtinet oſſa,& vocatur baſilare:quod quidem durum propter duo iuuamenta fuit creatum:vnum eſt, ꝙ durities ad portandum iuuat:& aliud,ꝙ durum minus ſuſcipit putrefactionem ſuperfluitatum: Et hoc quidẽ os ſub ſuperfluitatibus, quę ſuper ipſum ſemper deſcendunt poſitum eſt:ideoq; fuit melius ipſum eſſe durum.[y] In vnaquaq; præterea duorum temporũ parte,ſunt duo oſſa dura,quæ cooperiunt neruũ,qui tranſit in tẽpore, quorum ſitus eſt ſm̃ longitudinem temporis ex tranſuerſo, & vocantur hæc duo oſſa paria.


De

*De anatomia oſſium mandibularum & naſi.* Cap. 4.

OSſium quidem mandibulæ & temporis numerũ declarabimus, [a] adorem mandibulæ declarando. Et dicemus, ꝙ ſuperiorẽ mandibulam terminat ſuperius adorem cõmunis [b] inter eã & frontem tranſiens ſub ſupercilijs à tempore ad tempus. Et inferius terminant eam dentium origines. & à duabus partibus adorem, quæ à parte auris venit cõis inter eam & os baſilare, quod eſt retro poſt dentes maxillares. Deinde alia extremitas, quæ eſt eius finis, videlicet declinat ad partem laudæ domeſticam parumper, & eſt adorem, quæ diuidit inter hæc & adorem quã nominauimus, quæ eſt illa, quæ in longitudine ſuper palatum ſecat. Iſti quidem eius ſunt termini. Adorem vero terminos eius ingredientium, quædam eſt, quę ſecat in longitudine, quod in palato eſt ſupremum: & alia adorem eſt, quæ incipit inter duo ſupercilia, & vadit ad oppoſitum, quæ eſt inter duos dentes duales: & eſt adorem, quæ in principio incipit huius adorem, & deſcendendo declinat ab ea ad oppoſitionem, quæ eſt inter quadruplum & caninum à dextra, & cõmiſſura alia qualis illa à ſiniſtra. Et ex his quidem tribus adorem, ſcilicet media & duabus extremis, & inter oppoſitiones originum dentium prædictorum fiunt duo oſſa triangula. Sed triangulorũ baſes nõ ſunt apud dentium origines: ſed ante illam in latitudine ponitur adorem ſecans circa baſim nariũ. tres enim adorem hanc ſecantem in locis prædictis tranſeunt, & fiunt ſub duobus triangulis duo oſſa: quorum ambo horum triangulorum & origines dentium cõtinent baſes, & duas partes adorem extremarum: & vnum os ſeparat ab alio illud, quod de media adorem deſcendit. In vnoquoq; ergo illorũ duorum oſſium, ſunt duo anguli recti apud hanc adorem ſecantem, & acutus eius apud duos caninos: & obtuſus eius apud nares. Et de adorem mandibulæ ſuperioris, eſt adorem quædam, quæ deſcendit ab adorem cõmuni ſuperiori, & ad partem dirigitur oculi: & cum peruenit ad orbitam in tres ſeparatur ramos: Quorum vnus progreditur ſub adorem, quæ cum fronte eſt communis, & ſuper oculi orbitam, donec ſupercilio continuetur. Et alia adorem, eſt ſub ea, & ſimiliter continuatur, præter ꝙ orbitam nõ ingreditur. Et alia adorem tertia ſimiliter cõtinuatur, poſtq̃ orbitam ingreditur. Et quicquid de illis inferius exiſtit in cõparatione adorem, quæ eſt ſub ſupercilijs, longius eſt loco, q̃ illud, quod ſuperius tangit: os vero, quod adorem prima trium ſeparat, eſt maius. Et poſt illud, quod ſeparat ſecunda. [c] Naſi autem iuuamenta manifeſta ſunt, quæ ſunt tria. vnum eſt qm̃ cum foramine, quod eſt in eo in [d] odoratione iuuat, donec plus aeris in eo contineatur, [e] & etiam temperetur prius q̃ in cerebrum penetret. licet.n. plurimũ aeris, qui attrahitur ad pulmonẽ vadat: magna tamen eius pars ad cerebrũ etiam tendit. & cum aeris etiã attractione, cum quis odorare vult, multus in vno loco aer coram inſtrumẽto odoratus adiungitur: vt ſit apprehẽſio plus, & copioſior. In vno igitur iuuamento, ſunt hæc tria iuuamenta. [f] Secundum autẽ eſt, quod ad literas iuuat diſtinguendas: & vt earum exitus ſit facilis in inciſione: & ne totus aer apud locum, cui literarum accidit inciſio comprimatur: ſed ſecundum menſuram. Et hæc duo iuuamenta in vno conſiſtunt iuuamento. Et tantum eſt, quod facit naſus in menſuratione aeris harum literarũ, quantum illud, quod facit foramen perforatum abſolute poſt fiſtulam, quod nihil obturat. [g] Tertiũ vero eſt, vt ſuperfluitates à cerebro egredientes, tegumentum & defenſionẽ à viſibus habeant, & etiam eſt inſtrumentum iuuatiuum ad ipſas excutiendas cum exſufflatione. Et oſſium quidẽ naſi compoſitio, [h] ex duobus eſt oſſibus ad modum duorum triangulorum: quorum duo anguli ſuperius concurrunt, & baſes apud vnum angulum ſe contingunt & in duos ſeparantur angulos. Et vnumquodq; duorum oſſium, vnicuiq; duarum adorem ſuperponitur extremarũ, quas nominauimus. & ſuper duas eorum inferiores extremitates, ſunt duæ cartilagines molles. & inter eas ſm longitudinem adorem, medialis eſt cartilago: cuius ſuperior pars inferiore eſt durior, quæ tota alijs duabus cartilaginibus durior exiſtit. Huius vero mediæ cartilaginis iuuamentum, eſt, vt naſus in duas partiatur nares: ideo vt cum à cerebro ſuperfluitas deſcendit, ſm plurimum ad vnam earum declinet, & non totam attrahendi aerem viam obturet: quæ cerebro aerem defert: qui quod ibi de ſpiritu exiſtit, euentat. Duarũ vero cartilaginum extremarũ iuuamentum, tres res exiſtunt. vna eſt [i] iuuamentũ omnibus cartilaginibus, quæ ſuper omnes oſſiũ exiſtunt extremitates, cõmune: quod [k] iam executi ſumus. & [l] ſecunda eſt, vt expandantur & dilatentur, ſi neceſſe fuerit aerem ſuperflue attrahere, aut expellere. & [l] tertia eſt, vt ad vaporem excutiendum cum impetuoſa narium exſufflatione cum tremore ipſarum iuuet. Et duo quidem naſi oſſa, facta fuerunt minuta & leuia: quoniã leuitas magis eſt hic neceſſaria, q̃ firmitudo, & præcipue, quia à membrorum cõtinuitate ſunt ſeparata, quæ nocumenta ſunt recipientia, [m] & ſunt poſita cum cuſtodia ſenſus. Oſſium vero mandibulæ inferioris forma, & iuuamentum, ſcita ſunt. [n] Ex duobus nanq; conſiſtit oſſibus, quę ſtricta ſub mento connectit iunctura. [n] Et in ſummitate cuiuſq; duorum aliorum extremorũ eorum ſecando, facta eſt ſerratura curua: quæ cum additamento ei ingenioſe præparato componitur: quod ex oſſe naſcitur, quod ad eam peruenit: quarum vnaquæq; ligamentis fuit ligata.

[o] *De anatomia dentium.* Cap. 5.

D[p] Entes quidem ſunt. xxxij. eſt tamen cum cõtingit, quoſdã homines non habere {nuaged,} qui ſunt quatuor extremi: & tunc non erunt niſi. xxviij. Eorum vero duo ſunt duales: & duo quadrupli ſuperius: & totidem inferius ad incidendum: & duo canini ſuperius: & duo inferius ad frangendum: & molares ad molendum, ab vtraq; ſuperiores & inferiores quatuor, aut quinq;. Et huius totius ſumma eſt, aut. xxxij. aut. xxviij. quatuor duales, & quatuor quadrupli, & quatuor canini, & octo molares, & quatuor {nuaged} & nuaged quidem ſm plurimũ naſcuntur in medio temporis augmenti. Et hoc quidẽ eſt, poſt ſpermatis emiſſionem vſq; ad cõſiſtentiã: [a] quoniam conſiſtentia eſt circa. xxx. annos: ideoq; dentes iſti, dentes alhalm vocantur. Et dentes etiam habent radices & capita acuta, quæ in foraminibus figuntur oſſium duarum mandibularum in quibus conſiſtunt. Et ſuper marginem cuiuſq; foraminis additamentum oſſuoſum rotundum oritur, quod dentem circundat & ſtringit, & illic fortia ſunt ligamenta. [b] Vnuſquiſq; vero dentium, præter molares, vnum habet caput. Sed molariũ in inferiori mandibula fixorum, quiſq; ad minus duo habet capita: & eſt etiam cum habet plura, & præcipue nuaged, qui tria habent capita. [c] Sed fixorum in mandibula ſuperiori, quiſq; ad minus tria habet capita, & fortaſſe plura, & proprie nuaged, qui quatuor habent capita. Capita vero molarium multa facta ſunt, quoniam ſunt magni: & quoniam eorum operatio eſt maior. Et ſuperioribus quidem additamenta ſunt, eo ꝙ ſunt ſuſpenſa: & quod grauitas facit eos ad oppoſitionem partis ſuorum capitum declinare. Inferiorum vero ponderoſitas, infixioni eorum non exiſtit contraria. Nullum præterea oſſium vllo modo ſentit præter dentes. [d] Galenus enim dixit, ꝙ experimentum nobis demonſtrauit eos ſenſum habere, de quo natura ſolicita fuit: & fecit ipſum cum virtute, quæ à cerebro prouenit: idcirco, vt ipſi etiam inter calidum & frigidum diſcernant.

*De iuuamento dorſi.* Cap. 6.

DOrſum propter quatuor iuuamenta fuit creatum. [e] Vnum eſt, vt ſit nuchæ ſemita, quæ in permanentia animalis eſt neceſſaria, propter illud, quod [f] in ſuo loco de nuchæ iuuamento clare narrabimus. Nunc autem ſummam aggregatam de eo referemus. Et hoc eſt, ꝙ ſi nerui omnes à cerebro naſcerentur, eſſet neceſſariũ caput multo maius eſſe, q̃ ſit, & ſic grauaret ſupra totũ corpus. [e] Neruo quoq; eſſet neceſſariũ grande pertranſire ſpatium & longum, donec ad extremorum finem perueniret: & eſſet nocumentis expoſitum, & inciſioni, & eius quidem longitudo, ipſius debilitaret fortitudinem ad attrahendũ membra grauia ad ipſorum principia. Ideoq; Deus, cuius nomen ſit benedictum, miſericorditer egit, faciens partem cerebri, quæ eſt nucha, ad inferiora corporis incedere, ſicut canales à fonte, quatenus ex ea neruorum diuiſiones, à duobus ſuis lateribus & eius extremitatibus, ſecundũ eius oppoſitionem & vicinitatem, ad membra egrediantur vel partiantur. poſtea factum eſt dorſum ſemita eius & cuſtodia. [g] Et ſecundũ quidem eſt, quoniã dorſum eſt cuſtodia & clypeus membrorũ nobilium, quę ſunt poſita coram ipſo. [h] Ideoq; in creatione factæ fuerunt ei: & ſpinæ & ſenaſen. [i] Et tertium, ꝙ dorſum creatum fuit, vt ſit aliorũ oſſium principium: ſicut lignũ, quod in exordio nauis primo ponitur, cui alia ligna infiguntur ſecundo, & annectuntur. Ideoq; dorſum durum creatum fuit. [k] Et quartum eſt, vt poſſit homo ſtare, erecte & firmiter, & ad multas ſe mouere partes. Ideoq; dorſum de ſpondylibus ordinatis factum eſt, nõ de oſſe vno, neq; de oſſibus magnis. Iuncturæ quoq; inter ſpondyles factæ ſunt non laxæ: quoniã ſtandi potentiam debilitarent: neq; valde ſtrictæ: quoniam prohiberent inclinare.

*De anatomia ſpondylium.* Cap. 7.

S[l] Pondylis eſt os in cuius medio eſt foramen per quod nucha tranſit. [m] Et eſt cũ ſpondylis quatuor habet additamenta, à dextra, & à ſiniſtra, & à duobus lateribus foraminis. Et ea quidem, quæ ſurſum tendunt, ſurſum aſpicientia dicuntur. Et quæ ſunt inferius tendentia, inferius aſpicientia & inuerſa. Et eſt etiam cum additamenta ſunt ſex, quatuor ab vna parte, & duo ab alia. Et eſt cum ſunt octo. In his vero additamentis exiſtit iuuamentum, vt per ea continuitas, quæ eſt inter ſpondyles, continuitate iuncturali ordinetur cum concauitatibus, in quibuſdam earũ, & capitibus buccellis ſimilibus in quibuſdã. [n] Sunt præterea, ex ſpondylibus, quæ alia habent additamenta, nõ propter hoc iuuamentũ: ſed propter defenſionẽ & clypeum & repulſionẽ eius, quod percutit, & vt ſuper ea texantur ligamenta. Et ipſa quidẽ additamenta ſunt oſſa lata, & dura, ſm ſpondylium longitudinem poſita. Quæ autem ex eis retro poſita fuerunt, ſpinæ vocantur, & ſenaſen. Et quæ ex eis à dextris & à ſiniſtris ſunt poſita, vocantur alæ. Ipſa vero ſunt ad defendendum illud, quod in longitudine corporis, ex neruis & venis, & muſculis profundius, q̃ ipſa ingreditur. Et quædam ex alis, quæ ad partem coſtarum tendunt, aliud proprium habẽt iuuamentum. quod quidem eſt, vt in eis creentur vacuitates, quibus capita coſtarũ gibboſa mirabiliter ligentur. In vnaquaq; enim ala, ex eis ſunt duæ vacuitates: & in vnaquaq; coſta ſunt duo additamenta gibboſa. Sunt præterea ex alis, quæ duo habent capita: & alæ duplici ſimilantur. Et hoc quidẽ in ſpondylibus exiſtit colli, cuius iuuamentum nunc nominabimus. Spondyles quoq; præter foramen medium, alia habent foramina: propter illud, quod ab eis [o] egreditur de neruis, & quod in eis ingreditur de venis. Quædam autem illorum foraminum ſunt, quæ complentur in corpore vnius ſpondylis: & ſunt quædã eorũ, quæ cõplentur inter duas ſpondyles cum cõmunicantia inter eos. Et locus earum eſt cõmunis terminus, qui inter eas exiſtit. Et plerunq; eſt, cum iſtud à duabus partibus. ſ. ſuperius & inferius exiſtit. Et plerunq; eſt, in vna parte. Et eſt etiam cum in vnaquaq; ſpondyli eſt ſemicirculus. Et eſt cum in vna earum eſt maior, & in altera minor. Et hæc quidẽ foramina à duobus lateribus ſpondylis poſita fuerunt & non retro, propter defenſionis defectum illic eius, quod egreditur, & quod ingreditur, & quia percuſſionibus eſſet expoſitum. Neq; fuerunt poſita anterius: quia in locis eſſent ad quæ corpus ſua naturali ponderoſitate, & ſuis voluntarijs motibus etiam declinat. & tunc quidem ipſi debilitarentur. & non eſſet poſſibile, vt eſſent fortiter ligati cum ligamentis, & cum

Marginal notes (left page):

A Id eſt ſm
A Ga.li.de oſſ.
B Gal.lib.de c.1.c.f
C Lib.13.aſa. & Gal.li.8.de par.c.6.f
D Gal.lib.8.de par.c.7.e
E Gal.lib.11.de par.c.11.e, & li. cauſis ſympt.
F Gal.li.4.de affec.c.6.b.e
G Gal.lib.8.de par.c.7. bis li.9.c.1.d.e, c.6.c.d
H Gal.lib.de c.4
I Gal.li.11.de c.12.g.h
k Cap.1.
L Gal.ibi.c.17
L Gal.ibi.c.17
M Gal.li.8.de par.c.7.d
N Gal.lib.de c.6.&lib.11.de par.c.20.d.
N Gal.ibidem
O Lib.13.aiala
P Ga.li.de oſſi & li.11. de vſu c.8.g.&.9.e.
* molares vltimos,

Marginal notes (right page):

* molares vltimi
* molares vltimi
A Ga.li.3. ꝓgnoſt. cõmen.28.c
B Gal.li.11.de vſu par.c.8.a, & lib.de oſsi.c.5.f
C Gal.lib.de oſsi. c.5.f
D Ga.li.5.de cõpõ. medica ſm locos c.8.d, & li.de oſsi. c.5.f, & li.16.de vſu par.c.2.a
E Gal.li.12.de vſu par.c.11.d.e.f
F Summa.3.c.3
E Gal.ibidem d.e
G Gal. 12. de vſu par.c.11.d.e.f
H Gal.li.12.de vſu par.c.16.b
I Gal.li.12.de vſu par.c.11.f, & c.10.a
k Gal.lib.3.de vſu par.c.3.f, & lib.12. c.11.f, & c.12.h
L Gal.li.12.de vſu par.c.14.c
M Gal.li.13.de vſu par.c.2.f, & lib.12. c.16 & lib.de oſsi. c.8.&.9.10.
N Gal.li.12.de vſu par.c.16.b
O Gal.li.13.de vſu par.c.9.a.b

cum ligatura facta cum alhacab: & tunc eſſet etiã declinatio ſupra exitum illorum neruorum coar- E
ctans eos, & debilitans eos. [o] His autẽ additamentis, quæ pro defenſione exiſtunt, ſuperpoſita fuerunt ligamenta & alhacab: & currunt ſuper ea humiditates, vt ſint lenia & flexibilia, ne tactu, carni inferant nocumentum. Additamentorum quoqꝫ coniuncturaliũ de natura, eſt hoc. Sunt enim adinuicem fortiter ligata cum alhacab, & ligamento ab omnibus lateribus: veruntamen ligatura eorum cum alhacab anterius eſt plus ſtricta, & poſterius plus laxa: quoniam anterius curuari & conflecti, eſt magis neceſſarium, ꝗ ad latera flecti, & ad poſterius curuari. Et propterea, ꝙ ligamenta, quę ſunt poſterius, facta fuerunt laxa, impleta fuerunt ſpatia, quæ illic proculdubio cadunt, licet ſint parua, humiditatibus viſcoſis. [a] Spondylium autem dorſi, quædam ſunt, quæ valde bene ligantur cum alhacab, ac ſi eſſent vnum os creatum ad fixionem & quietem: & quædam ſunt, quæ ſunt laxa, ac ſi eſſent oſſa multa creata propter motum.

*De iuuamento colli & anatomia oſsium eius.* Cap. 8.

C[b]Ollum fuit creatum propter tracheam arteriam. Et trachea quidem arteria fuit creata propter illud, quod narrabimus de creationis eius iuuamentis in [c] ſuo loco. Et propterea, ꝙ ſpondyles colli, & omnes ſpondyles ſuperiores ſunt delati & deportati ſuper eos, qui ſunt ſub ipſis in dorſo, oportuit vt ſint minores. [d] Quod enim defertur, deferente leuius eſſe oportet, cum placuerit, vt motus quidem ſint ſm ſapientiæ ordinem. [e] Et qm̃ neceſſe fuit initium nuchæ groſſius eſſe F
& maius, ſicut principium fluminis, qm̃ illud, quod eſt proprium parti ſuperiori rei diuiſæ in neruos, ſeu rei, ex qua diuiduntur, & profluunt nerui, plus eſt, ſeu maius eſt, ꝗ illud, quod eſt propriũ parti inferiori: oportuit in ſpondylibus colli foramina ampliora fore. Et quia paruitas & foraminis amplitudo, earũ attenuauerũt corpora, oportuit firmitudinis intentionẽ ibi affuiſſe, qua illud, quod duæ res, quas narrabimus, debilitauerunt, emendaretur. Oportuit igitur eas omnibus alijs ſpondylibus duriores creari. [f] Et quia cuiuſqꝫ ſpondylis earum corpus fuit ſubtile, creata fuerunt eorum ſimenia parua. Magna enim ſi creata forent, ſpondyles eſſent expoſitæ rupturæ & nocumentis: cum res fortes, ſeu duræ occurrerent ſimenijs ipſarum ſpondylium. [f] Et quia earum ſimenia fuerunt parua, factæ fuerunt alæ earum magnæ, duo duplicia habentes capita. Et qm̃ motus magis fuit neceſſarius ꝗ fixio: cum delatio vel oneratio ipſorum ad oſſa plurima non ſit, ſicut delatio eorum, quæ ſunt ſub ipſis: propter illud laxæ factæ fuerunt ſpondylium earum iuncturæ, comparatione iuncturarum earum, quæ ſunt inferius. Et quoniam quantum defuit eis ex firmitudine propter laxitatem: tantundẽ recuperatur, aut plus eo ex parte eius, quod eas circundat, & ſuper eas graditur de neruis & muſculis & venis: ideo non fuit neceſſaria multa firmitudo in iuncturis. [g] Et quia non fuit neceſſarium multum firmare iuncturas, & ſufficit eis menſura neceſſaria, pro eo ꝙ operatur: ideo earũ additamenta coniunctionalia ſurſum aſpicientia, & inferius, non fuerunt crea- G
ta magna, & multæ latitudinis: quemadmodum illa, quæ ſiunt ſub collo. Veruntamen earũ baſes poſitæ ſunt longiores, & earum ligamenta laxiora. [g] Et neruorum egreſſiones in eis poſitæ fuerũt cõmunes, ſicut diximus: qm̃ non fuit poſſibile, vt in vnaquaqꝫ ſpondylium, propter ſubtilitatem & paruitatem ipſarum, & propter amplitudinem meatus nuchæ, in eis ſit foramen proprium, niſi in illis, quas declarabimus: & quarum demonſtrabimus diſpoſitiones. [h] Nunc autem dicemus, ꝙ ſpondyles colli ſeptem ſunt numero. Hæc nanqꝫ menſura in longitudine & numero fuit æqualis: & quæqꝫ earum [i] omnia. xi. prædicta habet additamenta, præter primam. ſ. ſimenia, & duas alas, & quatuor additamenta coniunctionalia ſurſum aſpicientia: & quatuor inferius aſpicientia. Et vnaquæqꝫ ala duos habet ramos. Et circulus egreſſionis nerui inter omnes duas ſpondyles diuiditur in duo media. Prima autem ſpondylis & ſecunda, quaſdam habent proprietates, quas non habent aliæ. [k] In primis vero eſt tibi ſciendum, ꝙ motus capitis, à dextris, & à ſiniſtris fit iunctura, quæ eſt inter caput & ſpondylem primã. [l] Et ipſius motus anterius & poſterius fit iunctura, quæ eſt inter illam & ſpondylem ſecundam. Eſt igitur nobis de iunctura prima in primis loquendum. Dicemus igitur, ꝙ ſuper duas partes aſpicientes in ſurſum ſpondylis primæ, à duabus partibus, vel à duobus lateribus, quæ [l] ſunt ſuperius, creatæ fuerunt duę vacuitates, in quas duo oſſis capitis additamenta ingrediuntur. Et cum vnum eorum eleuatur, & alterum deprimitur, declinat caput ad H
depreſſum: & ꝙ in hac ſpondyli alia ſit iunctura impoſſibile fuit. [l] Ibi igitur alia facta fuit ſpondylis per ſe, quæ eſt ſecunda, ex qua creator à parte eius anteriore, quæ eſt ad anteriora additamentum longum durum oriri fecit, quod pertranſit & ingreditur foramen primæ coram nuca, & foramen inter ea ambo eſt cõmune, & eſt tale foramen à poſteriori ad anteriora longius, ꝗ à dextra & ſiniſtra: qm̃ inter poſterius & anterius ſunt duo ingredientia, quæ maiorem occupant locum, ꝗ vnũ ex ingredientibus occuparet. Latitudo autem menſuratur ſecundum vnum ex iſtis ambobus ingrediens, quod eſt maius, & eſt nuca. Et hoc quidẽ additamentum, vocatur [m] dens, & [n] ab ipſo ſeparatur nuca cum ligamẽtis fortibus, quatenus dentis extremitas, à nuchæ extremitate ſeparetur: ne dens ſuo motu nucam percutiat, & ei coanguſtationem faciat, deinde additamentũ hoc, à ſpondyli prima eleuatur, & vacuitatẽ, quæ eſt in capitis oſſe ingreditur: quod vacuitas, quæ in oſſe exiſtit capitis anterius & poſterius circundat. Et hic quidem dens nõ ad anterius fuit factus, niſi propter duo iuuamenta quorum vnum eſt, vt ſit amplius cuſtoditum. & alterum, vt latus ſpondylis, quod eſt magis ſubtile, ſit interius & non exterius. [o] Et primæ quidem ſpondylis proprietas eſt, ne ſimenia habeat: ideo ne ei inferat grauamen, & ne propter ipſam nocumentis ſit expoſita. Addi-

tamentum

O Gal. ibid.
A Gal. lib. 13. par. c. 4. c
B Gal. lib. 8. par. c. 1. a
C Lib. 3. Fen. c. 1
D Gal. li. 11. de par. c. 13. b
E Gal. c. 13. d
F Gal. li. 11. de par. c. 14. c. & lib. c. 2. f. g
F Gal. ibidem
G Gal. li. 13. de par. c. 3. b. c
G Gal. ibidem
H G. li. de oſ. & li. 13. de vſu c. 6. c. bis & lib. 12. c. 12. g
I Gal. lib. 13. de par. c. 2. g
K Gal. li. 12. de par. c 4. & 5. & lib. de oſsi.
L Gal. lib. 11. de oſsi. ibidem
L Gal. ibidem
L Gal. ibidem
M Gal. li. 11. de par. c. 7. e, & lib. oſsi. c. 8. h
N Gal. lib. de oſsi. c. 8. h
O Gal. li. 13. de par. c 3 d, & lib. oſsi. c. 8. a



A tamentum nanqꝫ quod repellit id quod eſt fortius, ipſummet fracturam & nocumentum afferret ei, quod eſt debilius: & etiam ne muſculos & neruos multos, qui in eius circuitu ſunt poſiti, lædat: & quia etiam parum indigemus hic ſpinis cuſtodientibus. Hæc. n. ſpondylis eſt quaſi ſubmerſa & ſepulta cuſtodijs ſecundæ, quæ ipſam à nocumentis cuſtodiunt: & propter has quidem intẽtiones non factæ fuerũt ei alæ duplices & propriæ: cum neruorum & muſculorum plures in duobus eius lateribus poſitione ſtricta poſiti ſunt, propterea, ꝙ principio ſunt propinqua. Ideoqꝫ alæ locũ non habuerunt ibi. Amplius ex proprietatibus huius exiſtit ſpondylis, ꝙ nerui ab ea, non per duo eius egrediunt̃ latera: neqꝫ per duo foramina cõia, ſed ꝑ duo foramina, q̃ in ea poſterius ad partẽ tendũt ſuperiorẽ. Si. n. eius neruorũ egreſſiones eſſent vbi in ſuis recipiuntur concauitatibus vel foraminibus: & vbi motus eorum ſunt vehementes: vehementi impedimento caput impediretur. [a] Similiter quoqꝫ ſi eſſent vbi ſecunda recipit duo. ſ. ipſius additamenta, quæ ingrediuntur ab ipſa in vacuitatibus ſecundæ, cum iunctura laxa mota ad anterius & poſterius: neqꝫ fuit conueniens, vt anterius & poſterius egrederentur, propter cauſas, quas in declaratione cauſæ aliarum ſpondylium demonſtrauimus: neque à duobus lateribus, propter oſſis ibi exiſtentis ſubtilitatem cauſa dentis. quapropter fuit neceſſe, vt parũ ſub iunctura capitis eſſet poſterius â duobus lateribus, ſcilicet in medio eius, quod eſt inter id, quod eſt poſterius & latus. Oportuit igitur, vt duo foramina eſſent
B parua. quapropter neceſſe fuit neruos fuiſſe ſubtiles ſeu tenues. Quia vero in ſpondyli ſecunda, impoſſibile fuit neruorum egreſſiones ſuperius fuiſſe: ſicut fuit poſſibile in hac: eo ꝙ ſi in ea eſſent neruorum ſuorum egreſſiones, ſicut in prima: timeretur ne conquaſſarentur, & rumperentur motu primæ ſpondylis ſuper eã, cum caput anterius, aut poſterius mouetur, neqꝫ etiam fuit poſſibile, vt anterius egrederent̃, & poſterius, propter illud, quod diximus. Nec fuit poſſibile vt à duobus egrederetur lateribus: quoniam ſi ita eſſet, tunc eſſet illa egreſſio cõis cum prima: & quod inter eas oriretur, eſſet ſubtile de neceſſitate, neqꝫ primorum corrigeret paruitatem ſeu defectum: & quod de neruis adueniret, ſeu comprehenderetur, eſſent paria debilia ſimul iuncta: & cõicaretur etiam cum primis: & manifeſtaretur nocumentum primæ incorruptione diſpoſitionis, ſi perforaretur à duobus lateribus: quare oportuit foramina in ſecunda eſſe in duobus lateribus ſimeniæ, vbi opponit̃ duobus foraminibus primæ. & tolerat quidem corpus primæ cõicantiam inter ea ambo: & dens quidem, qui ex ſecunda oritur, eſt bene annexus cum prima ligamento forti. Et iunctura capitis cum prima: & iunctura capitis, & prima ſimul cum ſecunda ſunt laxiores reliquis iuncturis ſpondylium, propter vehementem neceſsitatem motuũ, qui fiunt per eas ambas: & qui ſunt vehementes, & apparentes. Et cum caput mouetur cum iunctura vnius duarum ſpondyliũ, ſecunda remanet adhærens firma in alia ſua iunctura, ſicut res vna: ita, vt ſi caput mouetur ad anterius & poſte-
C rius, ſtat cum prima ſpondyli, ſicut vnum os. Et cum ad duo latera ſine tranſuerſione mouetur, fit ſpondylis prima cum ſecunda, ſicut vnum os. Hoc eſt, quod de ſpondylibus colli, & earum ꝓprietatibus narrare volumus.

*De anatomia ſpondylium pectoris & eorum iuuamentis.* Cap. 9.

S[b]Pondyles pectoris, illæ ſunt, cum quibus iunguntur coſtæ, quæ comprehendunt membra anhelitus: & ſunt ſpondyles xi. ſimænia habentes & alas, [c] & vna, quæ alas non habet. [d] Sunt igitur xij. ſpondiles. Earum vero ſimenia non ſunt æqualia. Quæ. n. ex eis ſunt coram membris, quæ ſunt nobiliora, maiora ſunt & fortiora. Et ſpondylium quidem pectoris alæ alijs duriores exiſtunt, propterea, ꝙ cum eis coſtæ iunguntur. Septem autem ſupremarũ ſpondylium ſimenia ſunt magna. Et ipſarum alæ groſſæ, vt cor fortiſſime tueatur. [e] Et ideo quia earum corporeitas in hoc fuit diminuta, facta ſunt ipſarum additamenta coniunctionalia, curta & lata. & [f] illarum quidem infra decimam additamenta coniunctionalia, quæ ſurſum tendunt, ſunt illa, in quibus eſt vacuitas buccellæ. Et illa, quæ inferius tendunt, ſunt illa in quibus egrediuntur gibboſitates, quæ adaptant̃ vel ingrediuntur in vacuitates, quarum ſimenia ad inferiora curuãtur. Decimæ autem ſimenium eſt rectum & non curuum. & eius additamenta coniunctionalia [g] vtrinqꝫ habent vacuitates, quæ abſqꝫ buccella exiſtunt: cũ ſuperius & inferius ſimul buccellarum ſit receptio. poſtea vero illarum,
D quæ ſub decima exiſtunt, buccellæ ſunt ad ſuperiora, & eorum vacuitates ad inferiora, & ipſarum ſimenia ad ſuperiora curuantur. Et nunc huius totius iuuamentum [h] nominabimus poſt. Duodecima vero ſpondylis alas non habet, quoniam neceſſitas multa, quæ coſtarum cauſa inerat, iam eſt diminuta: ſed firmitudo alio modo eſt ingeniata, in quo firmitudo, cum alio iungitur iuuamento. Et huius quidem exiſtit declaratio, ꝙ ſpondyles alchatim nimia indiguerunt magnitudine, & iũcturarum multa firmitudine: quia ferũt totum, quod eſt ſupra ipſas. Ideoqꝫ neceſſe fuit vt in iũcturis vacuitates & buccellæ plures numero fierent: & duplata fuerunt additamenta iuncturarum ipſius. & fuit neceſſe vt poneretur vel fieret pars, quæ vicinatur duodecimæ ſimilis ei: quapropter eius additamenta coniunctionalia duplata fuerunt. In his igitur additamentis deſtructa fuit res, ex qua dignum erat vt alæ fierent. Poſt hoc ampliſſime fuit dilatata, & quod ex ea ampliatum fuit, feræ alæ ſimile exiſtit. Duo igitur iuuamenta ſimul in hac creatura coniũcta fuerũt. Et hæc quidem duodecima eſt illa, cum qua diaphragmatis iungitur extremitas. Illæ aũt, quæ ſupra hanc exiſtunt ſpondylem, quia ſunt paruæ, non hac indiguerunt firmitudine in multiplicatione additamentorũ coniunctionalium: immo quod ex eis oritur de ſimenijs & alijs, magnificatum fuit: quare earum corpus ad hoc occupatum fuit. Et propterea, ꝙ pectoris ſpondyles, maiores exiſtunt ſpondylibus

colli,

A G. li. 12. de v. p. c. 7. g, & li. de oſsi. c. 8.
B Lib. 14. aĩa. c. 1.
C Alr Gal. ibi. 5. li. 13. de uſu par. c. 2. h, & 3. d
D Gal. lib. de oſsi. c. 7 & 9 & li. 13. de v. p. c. 7. f, & li. 12. c. 12. h
E G. 13. de v. p. e. 2. g
F Gal. l. 13. de v p. 2. h
G Aliter Gal. ibi.
H Cap. 13.

colli, non fuerunt poſita foramina inter duas ſpondyles, communia æqualiter diuiſa, ſed paulatim E fuerunt ordinata: quoniam in illis, quæ ſunt ſuperius, fuit factum augmentũ: & in eis, quæ ſunt inferius, fuit facta diminutio, donec totum foramen in vna remãſit. Et huius quidem finis in decima exiſtit ſpondyli. Earũ vero, quæ ex ſpondylibus dorſi remanẽt: & ſpondylium alchatim corpora, tolerare potuerunt à dextris & à ſiniſtris, vt in eis fiat foramen completum. Fuit ergo in ſpondylibus alchatim, foramen à dextris, & foramen à ſiniſtris, propterea vt neruus egrederetur.

[a] *De anatomia ſpondylium alchatim.* Cap. 10.

SVper alchatim vero ſpondyles, ſunt ſimenia, & alæ latæ. Et ipſorum quidem additamẽta coniunctionalia inferiora dilatantur, & aſſimilantur alis firmis, ſeu defendentibus. Et ſpondyles iſte ſunt quinque: alchatim[b] vero, cum alhagiazi eſt ſicut baſis totius dorſi, & ipſæ quidem ſuſtinẽt & deferunt os femoris, & ſunt à quibus nerui pedis oriuntur.

*De anatomia alhagiazi.i.oſſis ſacri.* Cap. 11.

O[c]Sſa alhagiazi ſunt tria, quæ magis ingenioſe ſunt coniũcta, ꝙ̃ omnes ſpondyles. Et earum iuncturæ ſunt firmiores. Et ipſarum alæ ſunt magis amplæ. Et neruus quidem, qui de foramine in eis exiſtente egreditur, non exit à certitudine duorum laterum, ne anchæ iunctura ipſum comprimat: ſed eſt magis remotus, & magis ingrediens ad anterius & poſterius. Et oſſa quidem alhagiazi ſimilia oſſibus exiſtunt alchatim. F

*De anatomia alhoſos.i.coccygis.* Cap. 12.

A[d]Lhoſos eſt compoſitus ex tribus ſpondylibus cartilaginoſis, quæ nõ habent additamenta. Et neruus quidem à foraminibus illarum communibus oritur, ſicut eſt in collo, propterea quod ſunt paruæ. ſed à foramine tertiæ, neruus egreditur impar.

*Sermo qui eſt ſicut finis de iuuamento dorſi.* Cap. 13.

IAm[e] locuti ſumus de oſſibus dorſi verba moderata. Nunc autem de toto dorſo verba loquamur continentia ſummã.[f] Dicemus igitur, ꝙ totum dorſum eſt, ſicut res vna, propriam habẽs figuram alijs figuris meliorem, quæ eſt circularis.[g] Hæc nanq; figura remotior eſt à receptione nocumentorum ex percuſſione, vel impulſione euenientium, ꝙ̃ omnes aliæ figuræ: & propter hoc, capita eorũ, quæ ſuperius, ad inferiora fuerunt curuata: & eorum, quæ ſunt inferius, ad ſuperiora, & coniunxerunt ſe apud mediam, quæ eſt decima. Hæc vero ad nullam curuata fuit partem: ideo vt ſuper eam duæ ſimul conueniant curuitates.[h] Et decima quidem inter ſimenia non ſm̃ numerum. ſed longitudinem media exiſtit. Et quia qñq; eſt neceſſe dorſum ad aliquod duorum curuari laterum: & iſtud non fit niſi vt declinet medium ad contrarium partis: & declinet illud, quod eſt ſupra ipſum: & ſub ipſo ad illam partem, ac ſi duo extrema dorſi ad ſibi obuiandum declinarent: propterea in medio, non factæ fuerunt buccellæ: ſed vacuitates tantum: & factæ fuerunt buccellæ ſuperiores G & inferiores ad ipſum declinantes, ſed ſuperiores deſcendentes, & inferiores aſcendẽtes: Ideo vt earum ablatio ad contrarium partis declinationis facilis ſit, & vt ſuperiores attrahantur ad inferiora: & inferiores ad ſuperiora.

*De anatomia coſtarum.* Cap. 14.

COſtæ ſunt tutamentum eius, quod ex inſtrumentis attractionis aeris, & ex ſuperioribus inſtrumentorum nutrimenti circundant.[i] Et ipſæ quidem non factæ fuerunt vnum os, ne grauarent: & ne ſi aliquod accideret nocumentum foret cõe: & vt facile eſſet dilatari cum neceſſitas addit ſuper illud, quod eſt in natura: aut cum impleta ſunt viſcera nutrimento & inflatione: quare neceſſe eſt tunc loco magis amplo, propter aerem, qui attrahitur: & vt inter eas muſculi pectoris, qui in operationibus attrahendi aerem iuuant, & eius, quod continuatur cum ipſo mediarent. Et propterea, ꝙ pectus circundat pulmonem & cor, & quod eſt cum eis: neceſſaria fuit cautela vehementiſſima in eorum defenſione: qm̃ nocumentorum impreſſiones, quæ eis accidunt, ſunt maiores, & cum hoc eorum munitio, ſeu tutamẽ vndiq; non ea anguſtet, neq; eis noceat. Et ideo[k] ſeptẽ coſtæ ſuperiores creatæ fuerunt continentes illud, quod eſt in eis ſibi apud caſſum obuiantes, & membrum circundantes principale ab omnibus partibus. Illæ vero, quæ exiſtunt in parte inſtrumentorum nutrimenti, creatæ fuerunt, ſicut diminutæ, à parte poſteriori, vbi ſenſus non peruenit H viſus: ſed anterius non fuerunt continuatæ. Immo gradatio fuit facta paulatim, paulatim in ſectione, ſeu in diminutione. & ſuperiores earum propinquius habent ſpatium illud, quod eſt iter duas extremitates ipſarum egredientes. & inferiores earum longinquius habent ſpatium. Et iſtud oĩno fuit, vt cum cautela membrorum nutrimenti. ſ. hepatis, & ſplenis, & aliorum amplitudo loco ſtomachi iungeretur, ne cum impleretur nutrientibus, & inflationibus, comprimeretur. Septem vero coſtæ ſuperiores, pectoris coſtæ vocantur, quæ ab vnaquaq; parte ſunt ſeptẽ: ſed duæ, quæ ſunt in medio, ſunt maiores & longiores: & illæ, quæ ſunt in extremitatibus, ſunt breuiores. hæc. n. figura vt comprehenſum vndiq; comprehẽdatur, melior exiſtit. Et coſtæ quidem iſtæ, in primis ſupra ſui gibboſitatem ad inferiora inclinantur: deinde redeundo ad ſuperiora incedunt: & continuant cum thorace: ſicut nominabimus poſtea: ideo vt ſit earum comprehenſio in locis amplior. duo præterea cuiuſq; earum additamenta duas profundas ingrediuntur vacuitates, quæ ſunt in vnaquaque ala, quæ eſt ſupra ſpondyles, & prouenit iunctura dupla. Et ſimiliter ineſt ſeptem ſuperioribus cum oſſibus thoracis.[l] Quinq; autem curtæ vel breues, quæ remanſerunt, ſunt oſſa poſteriora & coſtæ falſæ: quarum capita creata fuerunt cum cartilaginibus continuata, vt ſint ſecuræ à fractura

A Gal. lib. ... c. 10. de ver. lumborum.
B Ga.li.13.de ... c.7.e
C Ga.li.de ... 11.de oſſe ſac. l.13.de v.p.c.
D G.li.de oſ. & li.6.anato.c.
E Cap.6.&li. ... aĩal.c.1.
E G.l.11.de vſ. c.12.h
G G.li.8.de v. 11 g,&li.1.c.
H Ga.l.13.de ... c.2 a
I Ga.li.7.de ... c.21.b
k G.li.de oſ. & li.8.anat.c.1
L Ga.lib.8. ... c.1.d,e,&li. ... g,h,&li.de oſ.



A fractura cum percuſſiones affuerint, & ne occurrant membris lenibus & diaphragmati cum ſua duritie: ſed occurrat ei cum corpore, quod inter eas & membra lenia exiſtat, medium: & inter duritiem & lenitatem mediocritatem habeat.

*De anatomia thoracis.* Cap. 15.

THorax[a] ex ſeptem oſſibus eſt compoſitus, ex vno autem oſſe non fuit creatus propter iuuamentum, quod in[b] alijs locis ſciuiſti: & vt ſit laxior in adiutorio eius, quod circundat mẽbra anhelitus in dilatatione. Ideoq; creata fuerunt nõ ſolida, cum cartilaginibus continua, vt in ipſorũ occulto motu ſe adinuicem adiuuent: licet ſint iuncturæ eorũ firmæ. Quæ etiã ſeptẽ creata fuerũt, ſm̃ numerum coſtarum, quæ cum eis iunguntur. Cum inferiori præterea parte thoracis, os cartilaginoſum latum continuatur, cuius inferior extremitas rotunditati attinẽs, vocatur alchangieri, eo ꝙ ſit ſimilis alchangiar.[c] Et ipſum quidem eſt tutamentum oris ſtomachi, & medium inter thoracẽ & membra lenia, ideo vt continuitas duri, cum leni ſit melior, queadmodũ multoties diximus.

*De anatomia furculæ.i.clauiculæ, vel iuguli.* Cap. 16.

F[d]Vrcula eſt os poſitum ſuper vnamquãq; duarum partium eius, quod i thorace eſt ſupremũ, curuatum coram anhar.i.loco, qui eſt in inferiori parte gulæ, & propter ſui concauitatem accidit foramen, in quo penetrat vena ad cerebrum ſubiens, & nerui ab eo deſcendentes: & declinat B ad partem ſylueſtrem: & continuatur cum capite ſpatulæ: & cum ipſo, ſpatula ligatur: & cum eis ambobus, adiutorium.

[e] *De anatomia ſpatulæ.i.ſcapulæ.* Cap. 17.

SPatula fuit creata propter duo iuuamenta.[f] Vnum eſt vt adiutorium, & manus ab ea ſuſpendantur, ne adiutorium cum pectore ſit continuum: qm̃ facilitas motus vniuſcuiuſq; duarum manuum ad alteram deſtrueretur: & coãguſtatio fieret: immo creata, eſt ſeparata à coſtis: & partes motuum ei fuerũt ampliatæ.[f] Et alterum eſt, vt ſit defenſio firma membrorum, quæ intra pectus exiſtunt: & vt ſtet, vel, vt ſuppleat loco ſimeniorum ſpondylium, & alarum ipſarum, vbi non ſunt ſpondyles: quæ percuſſiones repellant, neq; ſenſus, qui eas pręcipiant. Spatula vero à parte {ſylueſtri} ſubtiliatur, & à parte {domeſtica} ingroſſatur: & ſuper extremitatem ipſius ſylueſtrem fit vacuitas non profunda, quam rotunda adiutorij ingreditur extremitas.[g] Et ipſa quidem duo habet additamẽta. vnum eſt ad ſuperiora & poſterius, & vocatur {alãcharã} roſtrum corui: & per ipſum ligatur ſpatula cum furcula: & ipſum eſt, quod prohibet ne adiutorium ad ſuperiora de ſuo moueatur loco. & aliud eſt interius ad inferiora, quod etiam prohibet ne caput adiutorij diſlocet. Poſtea ſine intermiſſione dilatatur quantum plus ad partem incedit domeſticam: ideo vt ſit eius comprehenſio plus defendens. Et ipſa quidem ſupra ſui dorſum additamentum habet ſicut triangulum, C cuius baſis eſt ad partem ſylueſtrem, & ipſius angulus ad partem domeſticam, ne dorſi ſuperficies deſtruatur. ſ. n. foret baſis ad partem domeſticam, eleuaret cutem, & cum percuſſiones adeſſent, efficeret dolorem. Et hoc quidem additamentum eſt ei, ſicut ſimenia ſpondylibus creatũ ad defendendum: & vocatur oculus ſpatulæ. Vltima vero ſpatulæ dilatatio, eſt, vbi eſt cartilago, cũ qua continuatur: cuius extremitas eſt rotunda, quæ cum ea continuatur propter cauſam, quam in alijs diximus cartilaginibus.

[h] *De antaomia adiutorij.i.humeri.* Cap. 18.

ADiutorij os rotundum fuit creatum, vt à nocumẽtorum receptione magis foret remotum.[i] Cuius quidem ſuperior extremitas eſt gibboſa, vt ſpatulæ vacuitatem ingrediatur, cũ iunctura laxa non valde firma,[k] & laxitatis cauſa iuncturæ huius accidit ei frequẽter diſlocatio. Iuuamentum vero, quod in hac exiſtit laxitate, ſunt duæ res: neceſſitas, & ſecuritas.[l] Sed neceſſitas eſt facilitas motionum ad omnes partes. Et ſecuritas eſt, ꝙ licet adiutorio ſit neceſſarium, vt diuerſis motionibus ad partes poſſit moueri diuerſas: motiones tamen iſtæ, neq; ſunt multæ, neq; perdurãt vſquequo timeatur, ne eius rumpantur ligamenta & diſlocentur: immo adiutorium in pluribus diſpoſitionibus eſt quietum: & aliud quod eſt ex manu eſt mobile: & propter hoc aliæ iuncturæ firmiores factæ ſunt, quàm adiutorij. Adiutorij vero iuncturam[m] quatuor amplectuntur ligamẽta. D Vnum eorum eſt dilatatum panniculare iuncturã circundans: ſicut oẽs aliæ circundant iuncturæ. Et duo alia ligamenta, q̃ à roſtro corui, {quæ ab alachãram} deſcendunt, quorũ vnum eſt habens extremitatem dilatatam, & circundat adiutorij extremum: & alterum eſt maius & durius deſcendens cum quarto, quod etiam deſcendit ab additamento roſtrali in vacuitate vel ſciſſura præparata, vel facta propter ipſa ambo, quorum figura ad latitudinem trahit, & próprie cum adiutorium tangunt. Et ipſa quidem ſolent occultari ſub adiutorio, & continuari muſculis, qui in eius interiore extenſi ſunt ſequentes adiutorium.[n] Adiutorium præterea à parte domeſtica eſt concauum: & à parte ſylueſtri gibboſum: vt propter hoc, quod ſuper ipſum ex muſculis & venis, & neruis diſponitur affirmetur: & vt homo bene amplectatur, quod vult amplecti, & ꝙ vna manus ad alteram perueniat.[o] Super inferiorem autem adiutorij extremitatem duo additamenta cõtinuata compoſita fuerunt ex quibus illud, quod eſt ad interiora, eſt longius & ſubtilius cum nulla re habens iuncturam: qm̃ non eſt niſi neruorum, & venarum defenſio. Sed cum eo, quod eſt ad exteriora completur iunctura cubiti per buccellam, quæ in ipſo exiſtit ſecũdũ modũ, quem nominabimus, & in ter ea pculdubio vacuitas vel ſciſſura exiſtit. & in duabus quidẽ illius vacuitatis, vel ſciſſuræ extremitatibus, duæ ſunt concauitates ſuperius ad anteriora, & inferius ad poſteriora. Et earũ ſuperior domeſtica

A G.lib.de oſs.c.13.e,&l.8.ana,c.1.d &l.7.de v p.c.21.a
B Cap.14.
C G.li de oſs.c.13. &l.7.de v.p.c.21.a & li 8.anat.c.1.d
D G.li.de oſſ.c.15. & l.8.đ anato.c.1.c & l.13. de v.p.c.11.b
E G.li.de oſs.c.14
F G.li.13.de vſ.p.c.10.d,e
F G.ibid.
* *ima*
* *ſumma*
G G.l.de oſ.c.14.g & l.13.de v.p.c.12.e
* *anchora,*
H Lib.13.aĩa.c.22.
I G.li.de oſs.c.16.
k G.li.13.de vſ.p.c.12.c
L Gal.li.2.de v.p.c.17.h,a,b
M G.li.13.de v.p.c.12.c, ꝙ tria
* *vel ab anchora,*
N Ga.li.2.de v.p.c.16.a
O G li.de oſ.c.16 & l.2.de v.p.c.15.d

domeſtica concauitas eſt lenificata, & non exiſtit ſuper eam ſeparatio : ſed ſylueſtris concauitas eſt E maior eis: & quod ad finem domeſticæ concauitatis tendit, non eſt lenificatum : neq; eſt ipſius perforatio rotunda: ſed eſt ſicut paries rectus: ita vt cum additamento alſahad in ipſa ad partem moue tur ſylueſtrem, & cum ad ea peruenit ſtet. Et nos quidem declarationem neceſſitatis earum cito[a] afferemus. Has vero concauitates duas vocat Hipp.[b] {duos oculos.}

*De anatomia alſahad.* i. cubiti. *Cap.* 19.

ALſahad ex duobus oſſibus in longitudine coniunctis eſt compoſitum : & vocantur focilia. Superius vero ex eis, quod ad pollicem tendit eſt ſubtilius, & vocatur focile ſuperius. [c] Et inferius ex eis, quod vadit ad auricularem, eſt groſſius, quoniã eſt deferẽs, & vocatur focile inferius. [d] Superioris vero focilis, iuuamentum eſt. ꝙ per ipſum eſt motus alſahad ad ſe torquendum & reſupinandum. Et inferius focilis, iuuamẽtum eſt, vt per ipſum ſit motus alſahad ad conſtringendũ & dilatandũ. [e] Cuiuſq; vero ipſorum medium attenuatũ fuit: qm̃ groſſitudine non indigent, propterea, ꝙ ſunt circundata ex muſculis groſſis, & ipſorum duo extrema ingroſſata fuerunt: propterea, ꝙ ſuper ipſa multa ligamentorum origo eſt eis neceſſaria: quia frequenter accidunt verbera & percuſſiones fortes cum motus eſt iuncturarum : & propterea, ꝙ carne denudantur & muſculis. [e] Superius vero focile eſt tortum, quaſi veniat à parte domeſtica : & paululum tortuoſe ad partem ſylueſtrem gibboſum fiat. Et iuuamẽtũ in hoc exiſtit præparamẽti bonitas ad motum torquendi. F [e] Sed inferius eſt focile rectum: quoniam hoc ad conſtringendum, & dilatandum melius exiſtit.

[f] *De anatomia iuncturæ cubiti.* *Cap.* 20.

CVbiti vero iunctura ex iunctura focilis ſuperioris, & inferioris focilis iunctura, cum adiutorio componitur. Superius quidem focile in ſui extremitate vacuitatem ingenioſe factam habet, in quam buccella ſylueſtris extremitatis adiutorij ingreditur, & ligatur cum ea: & ex ipſius reuolutione in vacuitate illa prouenit motus reſupinus & tortionis. Inferius autem focile duo habet additamenta, inter quæ exiſtit vacuitas vel ſciſſura, quæ ſigma græcæ literæ ſimilatur, & eſt[g] ita C. Et huius quidem vacuitatis vel ſciſſuræ cõtorquetur ſuperficies illa, quæ eſt in ipſius concauitate, vt bene ſit factus eius introitus, in [h] {alhazi,} quæ eſt in extremo adiutorij, quod cõcauum exiſtit: ſed ſuæ concauitatis figura gibboſitati circuli ſimilatur. Ex bona igitur ingreſſione vacuitatis, vel ſciſſuræ, quæ inter duo focilis inferioris additamenta exiſtit, in illam inferiorem vacuitatẽ, iunctura componitur cubiti. [h] Cumq; vacuitas vel ſciſſura ſuper vacuitatem vel ſciſſuram ad poſteriora mouetur, & ĩferius extendit manus, & cũ parietalis vacuitas vel ſciſſura eam refrenat à concauitate buccellam tenẽte, tenet eam, & prohibet à dilatatione ſuperflua. Stant igitur adiutoriũ & alſahad ſm̃ rectitudinem. Cum vero vna duarum vacuitatum vel ſciſſurarum ſuper aliam ad interiora, & ſuperius mouetur, conſtringitur manus donec[h] {alſahad} tangat adiutorium ad partem domeſti- G eam, & ab anterioribus. Et extremitates duorum focilium inferiores ſimul iunguntur, ſicut res vna. & accidit in eis vacuitas ampla communis, cuius plurimum in focili exiſtit inferiori. Quod autem ſuperfluit ab hac vacuitate remanet gibboſum lenificatum, vt ſit longinquum à nocumentorum receptione. Et poſterius quidem ex vacuitate focilis inferioris oritur additamẽtum, quod ad longitudinem quandam trahit. Et de huius totius iuuamento [i] loquemur, ſi Deus voluerit.

[k] *De anatomia raſetæ.* i. brachialis, ſeu carpi. *Cap.* 21.

R[l] Aſeta ex multis compoſita oſſibus, ne nocumentum ſi accideret, commune fiat: vt per ipſam planta concauari poſſit: cum corpora rotunda continẽdi voluntas affuerit: et cũ liquida currentia retinere voluerimus. Et hæc quidem oſſa iũcturæ ſuæ firmiter & bene adinuicem ſunt ligata ne ſeparentur, & planta debiliter illud teneat, quod colligit, & quod tenet ita vt ſi cutis plantæ excoriaretur, inuenirentur hæc omnia oſſa continua, quorum ſeparatio à ſenſu ſit longinqua. Et cum hoc ligamentum firmiter ſtringit vnum cum vno, ſed in eis exiſtit obedientia ad paruam conſtrictionẽ, ex qua prouenit vt interius plantæ concauetur. [m] Raſetæ vero oſſa ſunt ſeptem, & vnum additum: ſed ſeptẽ radicalia in duabus cõſiſtũt aciebus: vna acies eſt ad partem [m] {alſahad} cuius oſſa ſunt tria, quoniam propterea ꝙ eſt ad partem alſahad, oportuit vt eſſet plus ſubtilis. Et alterius aciei oſſa ſunt quatuor, quæ ſunt ad partẽ pectinis & digitorum: vnde propter hoc opor- H tuit vt eſſent magis ampla. Et tria quidem oſſa ordinata fuerunt. Eorum. n. capita, quę ſunt ad partem alſahad, ſubtiliora ſunt: & melius adinuicem collecta & plus continuata. & earum quidem capita, quæ ſunt ad partem aciei alterius, ſunt latiora, & minus bene collecta & continuata. [n] Octauũ vero os, non conſiſtit in duabus raſetæ aciebus: ſed fuit creatum ad defendendum neruum, qui eſt in kef. & aciei trium oſſium fit extremitas ex coniunctione capitum oſſium eius, & ingreditur vacuitatem, quam nominauimus, quæ eſt in extremitate duorum focilium. Fit ergo iunctura dilatationis & conſtrictionis. Additamentum vero prædictum, quod eſt in focili inferiori vacuitatem oſſium raſetæ ingreditur, & fit inde tortionis, & reſupinationis iunctura.

*De anatomia pectinis alkef.* i. poſtbrachialis, ſiue metacarpij. *Cap.* 22.

O[p] Sſa pectinis plantæ ſunt quatuor : propterea, ꝙ cum quatuor continuantur digitis, & ſunt coniuncta à parte, quæ eſt ad raſetam, ideo vt cum oſſibus, quæ ſunt ſicut connexa & coniũcta, bene continuentur: quæ in parte digitorum parumper dilatantur: vt cum oſſibus, quæ ſunt diſtincta & ſeparata, bene continuentur : & fuerunt ad interiora curuata, propter illud, quod iam [q] ſciuiſti. Raſetæ vero iunctura, cum pectine componitur per concauitates, quæ in extremi-

tatibus

A Cap. 20.
B Gal. li. 1. de ... c. 15. d, & li. de ... c. 17.
*B duas ca... tes.*
C Ga. lib. 1. de ... c. 2. a, b, & li. ... to. c. 1. a
D Gal. lib. de ... c. 17.
E Ga. lib. 1. de ... c. 13. b, c,
E Gal. ibid.
E Gal. ibid.
F G. li. de oſ...
G G. li. de oſ... & l. 2. de motu ... ſcu. c. 1. g, & li... v. p. c. 14. c
H Ga. li. 2. de ... c. 15. d
*H ſimilitu... concauitat... tarum*
H Gal. ibid...
*H Cubitu...*
I Cap. 21.
K Lib. 11. aĩ...
L Gal. li. de ... 18. & li. 2. de ... c. 8. g, h. & li... lium. c. 11.
M G. li. de oſ... & li. 2. de v. p. ...
*M Cubiti*
N G. lib. 2. de ... c. 10. d, & c. ...
O G. li. de oſ...
P G. li. de oſ... & li. 2. de v. p. ... & li. 13. de aĩa...
Q Cap. 11.

A G. li. de oſ. c. 19. & lib. 1. de v. p. c. 6.
B Gal. li. 1. de v. p. c. 12. h, & c. 6. c
C G. 1. đ v. p. c. 12. a
D G. li. 1. de v. par. c. 14. e
D Gal. Qñ ſi plura eẽnt, pterq̄ ꝙ nullã iuuarent actionẽ, fortaſsis vtique & perfectã extẽſionem, minus firmã q̄ nũc ſit eã efficiẽdo vitiarẽt: quę. n. ex pluribus particulis cõpoſita ſunt facilius q̄; ea, q̄ ex paucioribꝰ fatigãtur, & flexa collabuntur.
E G. li. 1. de v. par. c. 14. e. f
F Ga. li. 1. de v. p. c. 11. h, & c. 14. f
G Gal. ibi c. 15. a
H G. ibi. c. 14. f
I Gal. ibi. f
k Gal. ibi f. g
L Gal. ibi. c. 13. c
M Gal. c. 23. c. d, & c. 24. d
N Li. 13. aĩal. c. 22. & Ga. lib. 2. de v. p. c. 9. a b
O G. li. 1. de v. par. c. 20. e. 22. a, & lib. 2 c. 9. a b
P Cap. 1. & G. li. 2. de vſu par. c. 12. h
Q G. li. 1. de v. par. c. 10. 1. e. f
R G. 1. đ v. p. c. 10. f
R Gal. ibi. c. 11. h
S G. li. 1. de v. par. c. 11. h
T Cap. 2.
V Ariſ. li. 3. de nat. aĩal. c. 9 & G. lib. 2. anato. c. 11. a, & li. 1. de v. par. c. 11. g
X G. li. đ oſs. c. 20. de oſsibꝰ, q̄ cũ oſſe ſacro committunt
*X os ſacrum*
X Gal. ibidem.
Y G. cõmẽ. 2. đ fracturis đ coty. 70. h
Z Gal. lib. 3. de vſu p. c. 5. b, & lib. 15. de vſu par. c. 8. f.



A tatibus oſſium raſetæ conſiſtunt: in quas buccellæ oſſium pectinis, quæ iam cartilaginibus inueſtitæ fuerunt, ingrediuntur.

[a] *De anatomia digitorum.* *Cap.* 23.

DIgiti ſunt inſtrumenta, quæ ad colligendum res iuuant. [b] Et ipſi quidem non fuerunt creati carnei ab oſſibus vacui, & ſi tamen hæc diuerſis motibus poſſent moueri, quemadmodum multi vermium & piſcium, potentia debili mouerentur: & hoc ideo ne eorũ operationes forent debiles, & etiam debiliores, q̄ patientes tremorem. [c] neq; etiã ex vno creati fuerunt oſſe, ne eorum operationes forent difficiles, quemadmodum accidit patientibus cuzez. & ipſis quidem tria ſuffecerũt oſſa: [d] qm̃ ſi eorum numero adderetur, [d] {& iuuaret illud augmentum ad numerum motuum ipſorum, faceret poſſidere debilitatem conſtrictionis, quæ neceſſaria eſt cum additione firmitudinis, & ſimiliter} & ſimiliter ſi ex paucioribus, q̄ tribus creati fuiſſent, quemadmodũ ſi creati fuiſſent ex duobus oſſibus: eſſet firmitudo maior, ſed motus minuerentur ab eo, quod ſufficit: & nos quidem plus indigemus motibus diuerſis, q̄ augmento firmitudinis terminũ tranſeuntis. [e] Ipſi vero creati fuerunt ex oſſibus, quorũ baſes ſunt latiores, & ipſorum capita ſunt magis tenuia. Et quæ eis ſunt inferiora, ſunt maiora ſm̃ gradationem, ita vt quæ in eis ſunt ſubtiliora, ſint extremitates anemel: & hoc quidem eſt propter decorationem comparationis, quæ inter portantem exiſtit B & portatum. [f] Ipſorum autem oſſa creata fuerunt rotunda, timore nocumentorum. [g] Et facta fuerunt dura, non habentia concauitatem, neq; medullam. vt eſſent fortiora, & ad conſtringendum, & ad figendum in motibus, & attrahendum. [h] Et fuerunt creata interius curua: & exterius gibboſa, ꝑpterea, vt illud, quod tenent, melius retineant: & melius fricent: & melius premant illud, quod fricant, & premunt. [i] Et inter vnumquodque & aliud non fuit in medio concauitas, neque gibboſitas, vt bene, tanq̄ res vna continuentur, cum neceſsitas fuerit, vt ex eis iuuamentum quaſi vnius oſſis habeatur. [k] Extremitates vero extrinſecæ ipſorum, ſicut pollicis, & auricularis, gibboſitatem ad partem in qua non eſt digitus habent: vt ſit eorum ſumma cum applicantur ſimilis figuræ rotundæ, quę à nocumentis tuetur. [l] Et intrinſeca eorũ pars fuit carnoſa vt ſuſtentet eos, & vt tueantur ab obuiantibus, cũ ea ſtrinxerint. A foris vero non taliter facti fuerunt, ne grauarent, & vt pugnus eſſet arma dolorem faciens. Verũtamen in alanamel plus carnis poſitum fuit, vt bene apud concurſum quaſi coniuncta applicentur. [m] Et medius quidem ex longioribus factus fuit iuncturis. Et poſtea annularis. Deinde index. Et poſtea auricularis. Ideo vt eorũ extremitates apud comprehenſionem æquentur: & non remaneat apertio : & cum hoc vt quatuor digiti, & vola manus ſuper rotundum cõcauentur, cum colligitur. [n] Pollex vero æquatur omnibus quatuor digitis: qui ſi non in ſuo poneretur loco, eius iuuamentum deſtrueretur. Si. n. in parte interiori volæ manus, C poneretur: plurimum operationũ, quas per volam habemus, deſtrueretur nobis. Et ſi ad partem poneretur auricularis: vna manus ad aliam, ad tenendum illud, in quo iunguntur, non perueniret. [o] Et remotius, q̄ hoc eſſet, ſi poneretur retro. Et pollex quidem non fuit alligatus cum pectine, vt non coanguſtaretur diſtantia, quæ eſt inter ipſum, & inter alios digitos. Cum ergo alij quatuor digiti comprehendunt, & pollex ab alia parte adiuuat, poſſibile eſt vt manus aliquam rem magnam comprehendat: & pollex ab alia parte eſt, ſicut claudens vel conſtringens illud, quod manus conſtringit & occultat: & auricularis, & annularis ſicut coopertorium inferius. Omnia autem digitorum oſſa continuata fuerunt cum extremitatibus & concauitatibus intrãtibus, inter quas humor exiſtit viſcoſus: quorum iuncturas ligamenta comprehendunt fortia, quæ ſibi obuiant cum panniculis cartilaginoſis. [p] Et vacuitates quidem implent, quæ in iuncturis exiſtunt, propter nocumentum firmitudinis oſſa minuta, quæ ſiſamina vocantur.

*De iuuamento vnguis.* *Cap.* 24.

VNguis propter quatuor fuit iuuamenta creatus. [q] Vnũ eſt, vt carnis extremitatis digitorum podium exiſtat: ne cum ſuper aliquam preſſerit rem, debilitetur. [r] Et aliud, vt digitus per eã res minutas poſsit capere. [r] Et tertium, vt per eas valeat ſcalpere & mũdare. Et quartum vt quandoq; ſit arma. Tria vero prima ſpeciei humanæ dignius conueniunt. Et quartum cæteris animali- D bus. [s] Et vnguis quidem extremitas rotunda creata fuit, propter illud, quod [t] ſcis. Et ipſa ex oſſibus [u] creata fuit lenibus, vt ſub eis flecteretur, quæ ipſum percutiũt, ne ſcinderetur. Et [s] vngues quidem creatæ ſunt ſemper creſcentes: propterea, ꝙ ſunt aptæ vt fricentur & radantur.

[x] *De anatomia oſsium femoris.* *Cap.* 25.

COram[x] {alhagiazi} ſunt duo oſſa a dextris, & a ſiniſtris, quæ in medio, firma cõtinuãtur iunctura: & ipſa quidem ſunt, ſicut omnium ſuperiorum oſſium fundamentum, & portantia, et mutantia localiter inferiora. Vnũquodq; autem ipſorum, in quatuor diuiditur partes. illud quod eſt ad partem ſylueſtrem vocatur alhar caſa, [x] & os ilij: & illud quod eſt ad anteriora, os vocatur femoris: & illud quod eit ad poſteriora, vocatur os anchæ: & domeſticum, quod eſt ad ſuperiora, vocatur pixis coxæ : quia in ipſo [y] eſt concauitas, quam caput coxæ gibboſum ingreditur : & ſuper hoc os, membra poſita ſunt nobiliora ſicut veſica & matrix: & ſpermatis receptacula in viris: & fiſteris, & inteſtinum rectum.

[z] *Sermo aggregatus de iuuamento rigil.* i. cruris. *Cap.* 26.

HOrum iuuamenta in duabus conſiſtunt rebus : vna eſt figere & ſtare : & hoc eſt per pedem: & altera mutatio æqualis, aut aſcendens, aut deſcendens : & hoc fit per coxam & per crus.

Cumq;

Cumq; pedi nocumentum acciderit, ſtare & figere difficile erit: ſed mutari, non: niſi tantum quantum neceſſaria fuerit mutatio multæ fixionis, quæ eſt ad vnum pedem. cum autem muſculis coxę, aut cruris nocumentum acciderit, figere erit facile: ſed moueri difficile. E

*[a]De anatomia oſſium coxæ.* *Cap. 27.*

PRimum ex oſſibus rigil, eſt coxa. Et ipſum quidem eſt os maius, quod in corpore exiſtit: quia ipſum eſt deferens illud, quod eſt ſupra ipſum: & mutans illud, quod eſt ſub ipſo. Cuius ſuperior extremitas fuit facta rotunda, vt in pixidem anchæ bene ingrederetur. Et ipſum quidem eſt gibboſum ad partem ſylueſtrem, & curuatum ad partem domeſticā, & ad poſteriora.[a] Si.n. ipſum foret poſitum ſm̃ rectitudinem & pixidis æquidiſtantiā, accideret inde [a] {ſpēs alſegiha,} quemadmodū accidit ei, cuius talis eſt creatio,[a] neq; bene defenderet muſculos magnos, & neruos, & venas: neq; ex hoc toto recta res generaretur: neq; ſedendi forma eſſet bona. Amplius, ſi curuum ad partem domeſticam non fuiſſet reductum, proueniret inde alterius modi claudicatio, neq; forma illi media foret: & fieret ei cōis declinatio, neq; eſſet æqualis. Et in ipſius extremitate inferiori ſunt [b] additamēta duo, ꝑpter poplitis iuncturā. Nos tñ prius de crure: & poſtea de iunctura loquemur.

*[c] De anatomia oſſium cruris. i. tibiæ.* *Cap. 28.*

CRus eſt, quemadmodum[c] {alſahad} ex duobus oſſibus cōpoſitum. Vnum eſt maius & longius, & ipſum eſt domeſticū, & vocatur[c] {cāna magna.} Et aliud eſt minus & breuius: non enim peruenit vſq; ad coxam: immo ab ea breuiatur: inferius tamen peruenit ad locum, ad quem protenditur maius, & vocatur[c] {canna minor.} Crus etiam habet gibboſitatem ad partem ſylueſtrem. poſtea apud extremitatem inferiorem habet gibboſitatē aliam ad partem domeſticam, propterea vt per eam melior ſit ſtatio: & æquetur. & canna maior, quæ pro certo eſt crus, minor creata fuit, q̃ coxa. & illud eſt: propterea, ꝙ adiunctæ fuerunt res: propter quas ei in magnitudine fuit addendum, & hoc eſt figere & deferre, quod eſt ſupra ipſum. Et res propter quam fuit addēdum ei in paruitate, eſt leuitas ad motum. Et res ſecunda magis cōueniens fuit intentioni, pro qua fuit factum crus minus: & res prima intentionī, pro qua fuit facta coxa maior. Duo autem cruris oſſa ſunt quantitas temperata: adeo ꝙ ſi vnum os adderetur, accideret de debilitate & duritie motus illud, quod accidit habenti elephantiam & varices. Et ſi vnum minueretur, accideret de difficultate motus illud, quod accidit crura habentibus de natura ſubtilia: & propter hoc, totum ſuſtētatum fuit, & fortius factum eſt, cum canna minore. In canna præterea minore, alia exiſtunt iuuamenta, [d] ſicut neruos & venas, & quæ ſunt inter eas cooperire,[d] {& communitas cannæ minoris in iunctura pedis: vt velox & fortis fiat iunctura dilatationis & tortionis.} F

*[e] De anatomia poplitis. i. de genu conſtructione ac dearticulatione.* *Cap. 29.*

IVnctura poplitis prouenit propter ingreſſum duorum additamentorum, quæ ſunt ſuper extremitatem coxæ in duas vacuitates, quæ ſunt in capite oſſis cruris: quæ firmata fuit ligamento cingente, & alio ligamento in profundum tendente, & duobus ligamentis fortibus à duabus partibus: cuius quidē pars anterior, bene facta fuit cum [e]{raſga,} [f] ideſt patella, hoc eſt oculo poplitis, & eſt os ad rotunditatem trahens. Cuius iuuamentum eſt reſiſtere ei, quod timetur ex ruptura & diſlocatione apud algiethu. i. apud ſeſſionem ſuper calcaneos pedum iūcturis poplitum plicatis, & ſuper terram adhærentibus, & apud ſeſſionem ſuſpenſam. Et iunctura quidē laborioſa ſuſtentata fuit: propterea, ꝙ ſuo motu defert corpus. Et poſitus fuit locus eius ad anteriora, quoniā plurimum, quod ei accidit de labore in clinationis, eſt ad anteriora. nō enim habet ad poſteriora inclinationem laborioſam: ad duas tamen partes rem modicam declinationis habet. Tota vero eius declinatio eſt ad anteriora, & illic accidit ei labor apud eleuationem à terra, vel cum homo ſurgit à terra, & apud algiethu. i. apud ſeſſionem corporis ſuper calcaneos pedis, & quæ illis ſimilantur. G

*[g] De anatomia pedis.* *Cap. 30.*

P[h]Es creatus fuit vt ſit inſtrumentum figendi,[i] & figura eius facta fuit figura in longum protenſa ad anteriora, vt adiuuet ad ſtandum erecte cum appodiatione ſuper ipſum: & creatum fuit ei achmas, ideſt pars concaua plantæ pedis declinans ad latus domeſticum, vt ſit declinatio pedis in hora ſtandi, & proprie in hora deambulationis ſit declinans ad partem contrariam parti pedis eleuati vel commoti: vt reſiſtat grauitati per id, quod oportet vt firmetur fundamentum ſuper partem firmam cauſa pedis moti, ſeu eleuati, & vt ſit ſtatio æqualis: & etiam vt ſit facile appodiare vel calcare ſuper res eminentes abſq; magno dolore, & vt pes bene comprehendat illud, vel bene applicetur illi. ꝙ gradibus & extremitatibus eorum per quæ fit aſcenſio, ſimilatur.[k] Et pes quidem ex multis oſſibus creatus fuit propter iuuamēta, ex quibus eſt vt bene retineat: & circundet illud ſuper quod appodiatur vel applicatur ex terra cum neceſſe fuerit. Pes nanq; plerunq; tenet illud ſuper quod calcat, & applicatur, quemadmodū manus retinet illud, quod recipit: & cum tenens præparatur vel diſponitur vt moueatur ſuis partibus ad aliquam formā, vt per eum retentio fiat melior, erit melius, q̃ vt totum ſit vnum fruſtum, ne figura poſt figuram figuretur. Et ex eis eſt iuuamentum toti commune, cuius oſſa ſunt multa. Pedis vero oſſa ſunt viginti ſex.[l] {Chahab} per quod iunctura pedis cum crure completur. Et calcaneus, quod eſt ſuſtentamentum fixionis. [l] {Et nauiculare} per quod cōpletur & perficitur[l] {achmas.} Et quatuor oſſa raſetæ cum quibus pecten continuatur: quorum vnum eſt os [l]{nerdi} hexagono ſimile, poſitū ad partem ſylueſtrē, propter quod pars illa ſuper terram bene figit. Et quinq; pectinis oſſa. Alchahab vero humanum H

vehemen-

A G.lib. de oſſi. 21. de oſſe femo. & li.3. de v. p.c.

A Gal. ibidem. b

A blæſi ad genu,

A Gal. ibidem.

B Ga.li. de oſ.c.

C G.li. de oſs. c. de tibia, & lib. 3. de vſu p.c. 13.a

C cubitus

C tibia.

C ſura vel fibula.

D Ga.ibi.li.3. de v. par.c. 13.a.b

D G. & vtilitat. de articulatiōn. aſtragalū à quo tēdi, & flecti p. dicebam', Tert. vſus eſt in extr. femoris capite, tibia ſuſtinet, id: loci enim a. mata ad ſecun. tem ſimul, & mationem nō. rum confert.

E Li. 14. aīa. c. Ga.li.3. d v.p.c.

E rotula, vel mola,

F Ga.li. de oſ.c. & li.3. de v.p.c.

G Lib. 14. aīa. c.

H G.li. de oſ.c. & li.3. de v.p.c.

I Gal.c.5.b.c.d

K Ga.lib.3. de vſu p. c.7.h

L Gal. ibi. de oſſ. & lib.3. de vſu p. c.7.a.b

L talus

L calx

L pars concaua plantæ pedis.

L cubiforme

A Talus

L pars concaua plante pedis.

A Gal.3. de v. par. c.7.b

A cubiformi,

B tarſi

B Gal.3. de v. part. c.6.g

B tarſus

C Ga.li. de oſ c.25. de oſſi. plantę, & 3. de v.p.c.8.d

D Ga.li.2. affec. lo. c.8.g, & 12. de v.p. c.4.e

E Ga.li.12. de v.p. c.2.g, & li.1. d mo. muſ.c.1. h, & 1. de v.p.c. 17.c.

E corda

F G.li. 2. de loc. af. c.2.g, & 12. de v.p. c.3.c.d

G Gal.li.3. loc. af. c. 1.a

H G.li. de diſſect. muſc.c.4. f, & li. 11 de v.p.c. 14.f, & c. 15.c.



A vehementius eſt thecaiban, q̃ alchahab, aliorum animaliū: & ipſum eſt quaſi nobilius oſſibus pedis in motu iuuantibus, ſicut calcaneus eſt nobilius oſſibus pedis in figendo adiuuantibus. Et alchahab quidem inter duo extrema poſitum eſt, à duabus cannis egredientia, ipſum à ſuis partibus circundantia. ſ. à ſupremo ipſius, & à poſteriori, & à duobus eius lateribus ſilueſtri & domeſtico, & eius duo extrema in calcaneo, in duabus vacuitatibus ingrediuntur rachezan.[a] Alcahab, pręterea inter crus & calcaneum medium exiſtit: per ipſum. n. melius continuatur, & iunctura inter ea firmatur, & ſecura fit à diſlocatione: & ipſum quidem pro certo in medio eſt poſitum: licet exiſtiment quidam, ꝙ ad ſylueſtrem ſit declinans propter[l] {alachmas,} Ad alcahab vero os nauiculare, ab anterioribus coniunctionaliter ligatur. Et hoc quidem os nauiculare, continuatur cum alchahab poſteriori, & ab anteriori cū tribus oſſibus[b] raſetę: & a parte ſylueſtri[a] {cū oſſe alnerdi,} prędicto. Quod ſi volueris, vocabis ipſum os ſingulare, vel ſolitariū: & ſi volueris, pones ipſum quartum oſſium raſetę. Calcaneus autem ſub alchahab poſitus eſt: durus, rotundus ad poſteriora vt percuſſionibus & nocumentis reſiſtere valeat: & inferius leniſicatus, vt melius appodietur vel applicetur, & pes melius cooperiat illud, ſuper quod quieſcit cum ſtat: cuius quātitas magna facta fuit vt corpus portare queat: & fuit factus triangulatus ad longitudinem: & ſubtiliando paulatim protenditur, donec finiatur & annihiletur, apud alachmas ad partem ſylueſtrem, vt ſit cōcauatio B concauitatis plantę pedis gradata a poſteriori verſus medium.[b] Raſeta vero, à palmę raſeta eſt diuerſa, qm̄ hęc eſt vna acies: & illa duę acies: & quia eius oſſa ſunt numeri multum minoris: & in hoc quidem iuuamentum exiſtit: qm̄ in palma, motus fit plus neceſſarius & comprehenſio, q̃ in pede: & maius iuuamentum, quod in pede cōſiſtit, eſt figere. Multiplicare autē diuiſiones & iuncturas in retinendo nocet, & in cooperiendo illud ſuper quod ſtat: propterea ꝙ prouenit inde laxitas, & apertio multa. Quemadmodum ſi nulla foret ibi laxitas, noceret: propterea ꝙ dilatatio ęqualis, quę eſt conueniens, deeſſet. Iam. n. ſcitum fuit, ꝙ circundare & retinere cū eo quod eſt numeri maioris, & quantitatis minoris, eſt melius: & bene ſtare, & bene poſſe deferre cū eo quod eſt numeri minoris & maioris quantitatis, eſt melius.[c] Pedis vero pecten de quinq; oſſibus fuit creatus, vt cum vnoquoq; ipſorum quiſq; digitorum, qui ſunt quinq; conſtituti in vna acie, continuetur: qm̄ in eis fuit plus firmitudo neceſſaria, q̃ comprehenſio & circundatio: quod in oſſibus manus fuit neceſſarium. Quiſq; autem digitus, pręter pollicem, ex tribus cōſiſtit oſſibus. Iam de oſſibus locuti fuimus quantū ſufficit. Et hęc quidem oſſa cum computata fuerint, erunt ducenta & quadraginta octo: pręter ſiſamina, & pręter os, quod laudę literę gręcę ſimilatur.

*Summæ ſecundæ doctrinæ quintæ, & eſt verbum vniuerſale de neruis, muſculis cordis, & ligamentis.* *Cap. 1.*

C QVoniam[d] motus voluntarius membris non completur, niſi virtute à cerebro, eis mediantibus neruis adueniente: & neq; erat conueniens, vt nerui oſſibus continuarentur: quę pro certo ſunt membrorum mobilium radices in motu propter intentionem primam: quia oſſa ſunt dura, & nerui ſunt ſubtiles: ingenioſe conſtruxit creator ſublimis, & fecit oriri ex oſſe, rē neruo ſimilem quę[f] nominatur hachab, & ligamentum, quod coniunxit cum neruo, & cum eo contexit ſicut rete, & quaſi rem vnam effecit. Et propterea ꝙ corpus, quod ex neruo & ligamento componitur, prorſus fuit ſubtile: cum nerui quantitas vel magnitudo non vltimetur perueniendo ad membra vltimitate, de qua ſit curandum: & ſit magnitudo vel quantitas eorum apud ortū ipſorum: ſm̃ ꝙ corpus cerebri, & nucha, & magnitudo capitis, & neruorum egreſſiones tolerare poſſunt, tunc, ſi cauſa motus membrorum eſſent nerui, ipſis in ſua magnitudine poſſibili exiſtentibus, & proprie cum diuiduntur, & partiuntur, & ramificantur in membris, & ſit illud, quod ex eis vni accidit membro, multo ſubtilius q̃ radix: & cum à ſuo principio & ortu elongatur, eſſet in hoc corruptio manifeſta. Sua igitur ſapientia Deus ipſum gubernauit, groſſitiem ei tribuendo: cū ratificatione & ſparſione corporis compoſiti ex eis, & ligamentis villorum, quorum vacuitates carne impleuit: & hoc ipſum panniculo texit: & in ipſius medio perpendicularē ſicut[e] {mhaur,} de ſubſtantia nerui poſuit.[f] Et huius ſumma facta eſt membrum ex neruo & ligamento, & eorū D villis & carne implente: & panniculo cooperiente compoſitum. & hoc quidem membrū eſt muſculus: & ipſum eſt, qui cum colligitur, vel contrahitur, trahit chordam, quę ex ligamēto & neruo componitur, illa. ſ. quę ab eis ad membri partem tranſit, & colligitur ad membrum attrahendum, & cum dilatatur laxatur chorda, & elongatur membrum.

*De anatomia muſculorum mouentium, qui ſunt in facie.* *Cap. 2.*

EX eo quod ſcitur eſt, ꝙ muſculi faciei ſunt ſm̃ numerum membrorum mobilium, quę ſunt in facie,[g] membra autem mobilia, quę ſunt in facie ſunt frons, & oculi, & palpebrę ſuperiores, & maxilla ſuperior, vel pomus maxillaris cum communitate, cum labijs, & labia ſola: & duę leporis naſi extremitates, & mandibula inferior.

*De anatomia muſculorum frontis.* *Cap. 3.*

FRons aūt per muſculū tenuē dilatatū pannicularē mouet, qui ſub cute frontis dilatat:[h] & cum ipſa adeo miſcetur, donec ſit quaſi eſſentię cutis pars, & fiat impoſſe ipſum ab eo excoriari. & mēbro quidē, quod ꝑ ipſum mouet, abſq; chorda obuiat: qm̄ illud, qđ ꝑ ipſum mouet, eſt cutis dilatata leuis: & mouere tale, quale ipſum eſt, ꝑ chordā nō eſt bonū. Et huius quidē muſculi motu eleuantur ſupercilia. Et eſt etiam cum ad claudendum oculum iuuat cum mollificatione ipſius.

De

*De anatomia muſculorum oculi..* *Cap. 4.* E

M[a] Vſculi vero oculum mouentes ſunt ſex, quorum quatuor in quatuor eius lateribus conſiſtunt, ſurſum & deorſum, & duo[a] {almachin:} vnuſquiſq; .n. ipſorum ad ſuam parte͂ mouet. et ſunt duo muſculi ex transuerſo incedentes, qui ſm rotunditatem mouent.[b] Ab oculo vero, poſterius eſt muſculus, qui neruum concauum, quem [c] poſt nominabimus, ſuſtentat: propterea, ꝙ cum eo miſcetur & continuatur, & fortificat ipſum, & prohibet ipſum à laxitate, ex qua prouenit [c] {almahagiar} & retinet ipſum cum fixe & attente intuetur. Et huius quidem muſculi panniculis ligamentalibus accidit ex ramificatione, vnde in eius eſſe ad dubietatem peruenitur. [d] Sunt nanq; ex anatomicis, qui tenent, quòd eſt vnus muſculus: & ſunt ex eis, qui duo: & ſunt ex eis, qui tres: quocunque tamen modo ſit, eius caput vnum exiſtit.

*De anatomia muſculorum palpebræ.* *Cap. 5.*

H[e] Arum vero inferior motu non indiget. intentio nanq; prouenit & completur motu ſuperioris ſolum: & eo completur oculi clauſura & aſpectus, qui fit inte͂te. Voluntas.n. Dei fuit, vt inſtrumenta, quanto plus poſſibile fuerit, ſint pauciora, cum non prouenerit impedimentum: qm̄ in multiplicatione eorum prouenit ex nocume͂tis illud, quod eſt ſcitum. Et poſſibile quidem erat, vt palpebra ſuperior quieta maneret, & inferior eſſet mobilis. Sed factoris volu͂tas eſt, vt operationes ſuis approximent principijs: & cauſas ad ſuos fines eleuet temperatiori via & rectiori ſe- F mita. Superior autem palpebra neruorum origini propinquior exiſtit: vnde nerui cum ad ipſam tendunt, reflexione & reuolutione non indigent: & quia palpebra ſuperior duobus indiget motibus, eleuationis cum aperitur oculus, & depreſſionis cum clauditur: & clauſura indiget muſculo trahe͂te ad inferiora, fuit neceſſariu͂, vt neruus ei adueniret ad inferiora declina͂s, & ſurſum eleua͂s. Et ſi vnus fuiſſet: tunc impoſſibile foret, vt continuaret̃, niſi aut cu͂ extremitate palpebrę, aut cum ipſius medio: Et ſi cum palpebræ medio continuaretur, cooperiret pupillam cum ad ipſum eleuaretur. Et ſi cum extremitate palpebrę continuaretur, non co͂tinuaretur niſi cum extremitate vna: & non proueniret palpebrę coopertura ęqualiter, ſed transuerſaretur: quia clauſura in parte vbi eſſet chorda, conſtringeretur primo: & ab alia debilitaretur parte: & coopertura non eſſet ęqualis: ſed ſimilis eſſet cooperturæ palpebrę hominis torturam patientis: propter hoc ei non vnus creatus fuit muſculus: ſed duo, qui à partibus duorum [e] {almachin} naſcentes, palpebram ad inferiora ſimili deponunt attractione. [f] In apertione autem palpebrę vnus ſufficiebat muſculus, qui ad medium perueniret palpebrę: & eius chordę extremitas ſuper palpebrę dilataretur extremitatem, & cum contraheretur, aperiretur: & propterea ad hoc vnus creatus fuit, qui ſecundum rectitudinem inter duos deſcendit panniculos. & dilatatur, & continuatur cum corpore cartilagini ſimili: Et expanditur ſub pilorum ciliorum origine. G

*[g] De anatomia alchad.i.pomorum genarum buccarum.* *Cap. 6.*

A Lchad [h] duos habet motus. vnus eſt ſequens motum mandibulę inferioris. & alter eſt ei cu͂ labio communis. Motus autem, qui ſequitur motum alterius membri, cauſa eſt muſculus illius membri. Et motus, quem cum alio membro habet cõem, cauſa eſt muſculus, qui eſt ipſius, & illius alterius co͂itate. Et iſte quidem muſculus in vnaquaq; maxillaru͂ gena vnus exiſtit latus, qui & hoc nomine ſcitur. Vnuſquiſq; autem eorum, ex quatuor compoſitus eſt partibus: qm̄ villus à quatuor ei aduenit locis. [i] Vnius origo, eſt ex furcula, cuius fines cum extremitatibus labiorum ad inferiora continuantur, & trahunt os inferius ex transuerſo. [i] Et ſecundi origo, exiſtit inter thoracem & furculam à duabus partibus, & ipſorum villi transuerſi protenduntur. & ille, qui à dextris oritur, cum eo, qui à ſiniſtris naſcitur, transuerſando iungitur & penetrat. & continuatur ille, qui naſcitur à dextris, cum inferiori parte extremitatis ſyniſtrę labij: & ille, qui à ſiniſtris naſcitur, econtra. Cum villus iſte colligitur vel contrahitur anguſtat os, & ipſum ad anteriora protrahit, ſicut in burſa efficit corrigia, quæ burſam claudit. [i] Et tertius oritur ab oſſe alacharã, quod roſtro corui in ſpatula ſimilatur, & continuatur ſuperius continuitate illius muſculi, & trahit labium in duas partes attractione ſimili. [i] Et quartus, oritur à ſimenijs colli, & tranſit circa terminos aurium, & continuatur cum fine maxillę, & mouet maxillam motu manifeſto, quem ſequitur labium, & fortaſſe H valde approximat̃ loco, vbi eſt auris igreſſus in pleriſq; hoı̄bus, & co͂tinuat̃ cu͂ ea, & mouet [k] aure͂.

*De anatomia muſculorum labiorum.* *Cap. 7.*

E [l] X muſculis vero labij ſunt illi, quos [m] diximus ei & maxillę cões eẽ. Et ex muſculis eius ſunt, qui ſunt ipſius proprij: & ſunt muſculi quatuor. par vnum aduenit ei à ſuperiori in rectitudine duarum genarum maxillarum, & continuatur prope ipſius extremitatem: & duo ab inferiori. Et hi quide͂ quatuor ad hoc vt ſolu͂ labium moueatur, ſufficiunt. vnaquæq; .n. pars eoru͂ cum mouetur, ad partem illam mouet. Cumq; duo ad duas mouentur partes, ad duas dilatantur partes. Adſunt igitur ei, ſecundum complementum motus ad quatuor partes: neq; vllum habet motum, niſi iſtos. In his igitur quatuor, adeſt ei ſufficie͂tia. Et iſti quidem quatuor muſculi & extremitates muſculorum communium cum corpore labij miſcentur: taliter, ꝙ ſenſus à ſubſtantia labij prima ipſos diſcernere non valet, propterea ꝙ labium eſt membrum molle, carneum os non habens.

*De anatomia muſculorum naſi.* *Cap. 8.*

C [n] Vm extremitate vero leporis, duo parui continuant̃ muſculi fortes. Paruitas autem exiſtit, ne ſuper alios muſculos plus neceſſarios coanguſtatio fiat: qm̄ membrorum maxillę & labij

motiones

A G.li.de muſc.c.5.& ... de v.p.c.8. ... loc.aſ.c.2.
*A angu...*
B Gal.li. ... par.c.8.f
C Summ...
*C prolo...*
D G.li.de ... muſc.c.5. ... de v.p.c.8.
E Ga.li. ... ca.9.h.c
*E angulu...*
F Gal.li. ... c.2. a, ... li.10.de v. ...
G Ga.li. ... ca.15.e
H Lib.de ... muſcu.c. ...
I Halya ... c.3.
I Halya.
I Halya.
I Halya.
K Ga.li.il. ... c.12.a.b.
L Ga.li.de ... muſcu.c. ... de v.p.c.16.
M Cap.6.
N G.li.de ... muſcu.c. ... de v.par.c. ...



A motiones plures ſunt numero: & frequentius fiunt: & perſeuerant plus: & plus ſunt neceſſariæ, ꝙ motus extremitatis leporis. Fortes autem creati fueru͂t, vt eorum fortitudine, illud, quod ei defuit propter oſſis defectum, emendetur. Quorum adue͂tus eſt à parte genæ maxillæ: & miſcetur prius cu͂ villis pomi maxillæ, non au͂t à parte genæ maxillæ adductæ fueru͂t, niſi vt ipſum ad cu͂ moueat.

*[a] De anatomia muſculorum mandibularum ſuperioris & inferioris.* *Cap. 9.*

M [b] Andibulæ inferiori abſq; mandibula ſuperiori motus proprie attributus fuit propter iuuamenta, ex quibus eſt, ꝙ leuioris motus eſt melior. Et ex eis eſt, ꝙ motus eorum, quæ vacua ſunt à comprehenſione & circuitione, vel vicinitate membrorum nobilium, quibus nocet motus, eſt dignior & ſalubrior. Et ex eis etiam eſt, ꝙ ſi ſuperior mandibula tali modo eſſet, vt ipſius motus facilis foret, non fieret iunctura, quæ eſt inter ipſam & caput firma. Præterea in mandibula inferiori motus plures, quàm tres non fuere neceſſarij: motus aperiendi os. ſ. & claudendi ipſum, & motus maſticandi & molendi. Aperiens autem, mandibulam ad inferiora deſcendere facit: & claudens, ipſam eleuat: & molens, ipſam circuire facit, & ad duas partes declinare. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ oportet vt motus claudendi ſit per muſculos, qui à ſuperioribus deſcendunt, & ad ſuperiora retrahuntur: & aperiendi, econtrario: & molendi, cum transuerſione. [c] Quapropter ad claudendum duo creati fuerunt muſculi, qui duo temporis muſculi vocantur. Ipſorum vero quantita- B tes in homine paruæ factæ fuerunt: quoniam membrum, quod per eos mouetur, i homine paruæ exiſtit quantitatis, in medio vacuitates habens: & eſt in pondere leue. Nanq; motus, qui huic accidunt membro, per hos duos venientes muſculos magis ſunt leues. In cæteris autem animalibus inferior mandibula eſt maior & grauior, ꝙ ſit in homine: vnde per eos moueri in motu morde͂di, & res comedendi duras, & incidendi, & eradicandi, eſt difficilius. Et hi quidem muſculi duo ſunt molles, propterea, quòd iuxta principium exiſtunt, quod eſt cerebrum, quod eſt corpus in vltimo molle. [d] & neq; eſt inter ipſos & cerebrum, niſi vnum os. Vnde tum propter hoc: tum propter illud, quod timetur ex ſocietate cerebri cum eis, in nocumentis ſi accideret, & in doloribus ſi euenirent: adeo, quòd ille, cui accidiſſent, inde ad phreneſim perueniret, & ad eas, quæ ſunt ſimiles eis ex ægritudinibus: ſepeliuit eos creator apud ipſorum originem, & egreſſionem à cerebro in duobus oſſibus paribus: & ipſos penetrare fecit in coopertura, quæ ſimilis eſt canali: & eſt compoſita ex duobus oſſibus paribus. & ex tortuoſitate foraminum, per quæ tranſit, quæ cum eis vadu͂t eorum veſtientes extrema magno ſpatio, donec par pertranſeant, vt eorum ſubſtantia paulatim induretur, & à loco vbi orti fuerunt paulatim elongentur. Vnicuiq; autem duorum horum muſculoru͂ magna generatur chorda, quæ ſuper mandibulæ inferioris incedit extremitatem, & ipſam cu͂ contrahitur eleuat. Et hi quidem duo muſculi ab alijs duobus adiuti fuerunt muſculis, qui intra os in- C cedentes, ad mandibulam deſcendunt inferiorem in fornace: qm̄ in eleuando graue, eſt neceſſariu͂ ipſum ingenioſe regere, & ſolicitari pro ipſo, qualiter plus habeant fortitudinis. [e] Et chorda etiam, quæ ex iſtis duobus naſcitur muſculis, ex ipſorum oritur medietate, & non ex eorum extremitatibus, propter firmitudinem. [f] Muſculorum vero aperiendi, & mandibula͂ deſcendere facientiu͂ villi, ex additamentis naſcuntur & [f] {alaberie} quæ ſunt poſt aures, deſcendu͂t, & fit vnus muſculus: poſt ſeparantur, & fiunt chorda, vt firmitudinem augeat: deinde iterum rarificatur, & carne repletur, & fit muſculus, qui denominatur muſculus reiteratus, ne propter ſui tenſionem ad nocumenta recipienda ſit præparata: deinde mandibulæ reflexio mento obuiat: & cu͂ contrahitur, trahit mandibulam retro, & deſcendit proculdubio: & propterea, ꝙ naturalis grauitas in deſce͂dendo adiuuat, duo ſuffecerunt, & neq; adiutorio eguerunt. [g] Maſticandi vero muſculi ſunt duo: ab vnaquaq; .n. parte vni muſculo triangulato, cum eius caput poſitum fuerit, triangulus, qui ex ſuis angulis in gena conſiſtit, duo protenduntur latera: vnum ad mandibulam deſcendit inferiorem: & alterum ad partem paris aſcendit: & inter ea, baſis co͂tinuatur recta, & applicatur quiſq; angulus ei, quod ante ipſum exiſtit: ppea, vt muſculus iſte diuerſas in co͂trahendo habeat partes: & non ſit ei motus æqualiter: ſed diuerſis poſſit inclinari inclinationibus: ideo, vt per eas mollitio & maſticatio compleatur.

*[h] De anatomia muſculorum capitis.* *Cap. 10.*

D C Aput, motus habet proprios: & motus cum quinq; colli ſpondylibus communes, per quos eſt motus compoſitus ex declinatione capitis, & declinatione colli ſimul. [i] Vnuſquiſque vero duorum motuum, ſcilicet proprius & communis, aut erit curuans anterius, aut curuans poſterius, aut inclinans ad dextram, aut ſiniſtram. Et inter ipſos quidem ſecundum circu͂da͂di formam, motus generatur conuerſionis. [k] Muſculi autem, qui caput ad inferiora proprie curuant, ſunt duo muſculi, qui à duabus deſcendunt partibus, qui cum villis ſuis miſcentur retro poſt aures, a ſuperioribus, & ab oſſe thoracis ab inferioribus, & eleuantur ſicut continui. Et fortaſſe exiſtimant [l] quidam, quòd ambo ſit muſculus vnus: & fortaſſe exiſtimant, quòd ſint duo: & fortaſſe, quòd ſint tres muſculi, quoniam extremitas cuiuſque eorum ramificatur, & fit habens duo capita. [m] Cumq; mouetur vnus eorum, curuatur caput ad anteriora declinando ad partem cuiuſque eorum. Et cum ambo mouentur, caput mouetur ad anteriora æqualiter. [m] Muſculi vero, qui caput & collum ſimul anterius curuant, ſunt par ſub meri poſitum, quod ad partem ſpondylis primæ, & ſecundæ vadit: & cum eis miſcetur. Cumq; pars ipſius, quæ eſt ad partem meri contrahitur, curuatur caput ſolum: & ſi pars cum duabus ſpondylibus continuata, contrahitur, curuat ad anteriora etiam collum. Sed muſculi, qui ſolum caput ad poſteriora curuant, quatuor ſunt pa-

ria

A G.lib.de diſſec. muſc.c.6.& li.11.de v.p.c.3.4.& 6.
B G.li.4.ana.c.2.b
C Lb.11.de v.par. c.4.d
D Ga l.11. de v.p. c.3.b,c
E Ga.li. de diſſec. muſcu. c.6 & li. 11. de vſ. p.c.4 e
F Ga. 11. de vſu p. c.4.d
*F .i. ad ſimilitudinem acuũ.*
G G.li.11. de vſ. p. c.4.e,f
H lib.13. aïa.c.10. & Ga.lib.de diſſe. muſ.c.9. & li.12.de v.p.c.4 5.8.9.
I Ga.li.12. de v.p. c.8:&.9.&.c.4.g
k Lib.13.aïal.c.10. & Gal.ibid.
L Ga. li.13. de v.p. c 8.d
M Li.13.aïal.c.10. & G1.li.12.de v.p. c.8.c,d
M Ga.ibidem.

tria ſub paribus, quæ nominauimus poſita. Et horum quidem parium origo, ſupra iuncturam exiſtit (E): & ex eis etiam ſunt, quæ ad ſimenia perueniunt: & ipſorum origo, eſt longinquior medietate, quæ eſt poſterius: & ſunt ex eis, qui ad alas perueniunt, quorum origo eſt ad medium. [a] Ex iſtis ſunt par, quod ad duas primæ ſpondylis alas peruenit ſuper par, quod ad ſecundæ peruenit ſimenium. Et par, cuius villus ex ala primæ oritur: & vadit ad ſimenium ſecundæ. Et eius quidem proprietas eſt, vt capitis declinationem, cum ipſum curuatur, ad naturalem eleuet diſpoſitionem ſui tranſuerſione. Et ex eis eſt par quartum, quod a ſuperioribus incipiens, penetrat ſub tertio, cum tranſuerſione ad partem ſylueſtrem, & comitatur primę ſpondylis alam. [b] Duo prima paria, caput poſterius ſine declinatione, aut cum declinatione valde parua curuant. Et tertium, declinationis rectificat torturam. Et quartum, tranſuerſione manifeſta ad poſteriora curuat, & quicunque tertij & quarti ſolus declinauerit, inclinabit caput ad ſuam partem. Et cum ambo retrahentur, mouebitur caput ad poſteriora concurſum abſq; declinatione. [c] Muſculi vero, qui caput cum collo curuant, ſunt paria tria profunda, & par vnum cooperiens, vnumquodque impar eorum eſt triangulus, cuius baſis eſt poſterius os cerebri: & quod ex ea remanet, ad collum deſcendit. Sed trium parium ſub eo expanſorum, vnum ſuper duo latera ſpondylium deſcendit: & aliud multum declinat ad alas: & aliud per medium tranſit inter duo ſpondylium latera, & duo extrema alarum. Muſculi autem, qui caput ad duo inclinant latera, ſunt duo paria capitis iuncturam concomitantia. (F) Vnius paris eorum locus eſt anterius, & ipſum eſt, quod inter caput & ſpondylem continuat ſecundam, cuius [c] vnum impar eſt ad dexteram: & alterum ad ſiniſtram. Et par ſecundum eorum eſt, cuius locus eſt poſterius, & coniungit inter ſpondylem primam, & caput, cuius vnum impar incedit à dextra: & alterum a ſiniſtra. Et quodcunq; vnum ex iſtis quatuor contrahetur, caput declinabit ad partem ipſius, cum tranſuerſione. Et quicunq; duo ab vna parte contrahentur, declinabit ad eos caput abſq; tranſuerſione. quòd ſi anteriores mouebuntur, iuuabunt in curuando caput ad inferiora: & ſi poſteriores mouebuntur, reducent caput ad poſteriora. Et ſi omnes quatuor ſimul mouebũtur, ſtabit caput recte. Et hi quidem quatuor muſculi, alijs muſculis ſunt minores. Veruntamen eis, ſuccurritur cum bonitate locorum ipſorum, & cum tutela ipſorum ſub muſculis alijs reſtaurando, quantum alij per magnitudinem habent. [d] Iuncturæ præterea capitis, duæ res neceſſariæ fuere, quibus duæ intentiones contrariæ erant opportunæ. Vna eſt firmitudo, & hæc quidem pendet ex affirmanda iunctura: & vt parum motibus obediat. Et altera eſt multitudo numeri motuum: & hæc pendet ex facilitate iuncturarum & laxatione earum. Factum eſt igitur, vt, tutamen iuncturæ [e] laxæ cum complemento firmitudinis, quæ propter muſculos multos, qui ſunt cingentes eas, & circundantes, acquiritur. Duæ igitur intentiones ei acquiſitæ fuerunt, vnde Deus omnibus factoribus melior ſit benedictus. (G)

*De anatomia muſculorum epiglottis*.i.laryngæ. *Cap*.11.

E[f] Piglottis eſt membrum cartilaginoſum creatũ, vt vocis ſit inſtrumentũ: quod quidem ex tribus compoſitum eſt cartilaginibus. [g] Vna eſt cartilago, quam tactus & ſenſus comprehendũt coram gula: ſub mento, quę vocatur peltalis & clypealis: quoniam eius venter eſt concauus, & dorſum gibboſum peltæ ſimilis, & clypeo cuidam. [h] Et ſecunda, eſt cartilago poſt illam poſita ad partẽ colli cum ea ligata, & vocatur ea, quæ nomen non habet. Et tertia eſt ſuper illas cooperiens, quæ cum ea, quæ nomen non habet, continuatur: & obuiat peltali abſq; continuitate. Et inter ipſam & illam, quæ nomen non habet, eſt iunctura dupla propter duas vacuitates, quæ ſunt in ipſa, in quas duo additamenta ex ea, quæ non habet nomen, decenter ingrediuntur, cum eis ligamentis connexa, & [i] vocatur coopertorialis & [i] {althargiheali.} Et propterea, ꝙ peltalis qñq; adiungitur non habenti nomen: & qñq; elongatur ab ea, eſt epiglottis amplitudo, & eius coanguſtatio. & propterea, ꝙ cymbalaris cooperit clypealem: & ipſam comitatur: & propterea, ꝙ ab ea ſeparatur, eſt epiglottis apertio, & clauſio ipſius. Vbi autem eſt epiglottis, & coram ipſa, [k] eſt os triangulatum, lauda vocatum: quod laudam græcam literam ſignificat: & eſt ita. Λ. In creando vero os huiuſmodi exiſtit iuuamentum, vt ſit origo & principium, ex quo villi muſculorum epiglottis oriuntur. [l] Epiglotti præterea muſculi fuere neceſſarij, qui clypealem nomen non habenti applicent, & muſculi, (H) qui cymbalarem applicent ipſis, & eas cum ea cooperiant: & muſculi, qui cymbalarem ab alijs duabus elongent, vt epiglottis aperiatur. [m] Ex muſculis vero, epiglottim aperientibus, eſt par, quod ab oſſe laudæ naſcitur, & vadit ad anteriora peltalis, & continuatur, & expanditur ſuper ipſam: & cum contrahitur, trahit cymbalarem ad anteriora & ſuperius. Et dilatatur epiglottis. & par, quod numeratur inter muſculos gulæ ad inferiora trahentes: & nobis quidem videtur, vt ipſum numeretur inter eos, qui inter eas ſunt communes: cuius origo eſt interius in thorace, & vadit ad peltalem. Ei vero in multorum animalium motu, aliud aſſociatur par, & duo paria, quorum vnum ad cymbalarem peruenit poſterius, & continuatur cum ea: cumq; contrahuntur, cymbalarem eleuant, & eam ad poſteriora trahunt, & ſeparatur ab applicatione ſui cum peltali, & dilatatur epiglottis. Et alterius paris muſculi ad duos cymbalaris margines veniunt, qui cum contrahuntur, ipſam a peltali ſeparant, & in latitudinem extendunt, & in dilatando, epiglottim adiuuant. [n] Ex muſculis autem, qui epiglottim coanguſtant, eſt par, quod a parte laudæ venit, & continuatur cum peltali: poſtea dilatatur, & cingitur ſuper illam, quæ non habet nomen: donec duo extrema duorũ impariũ ipſius, poſt illam, quæ nomen non habet, vnian-

tur.

A G.li.11.de c.8.c

B Li.13.aïal.

C Lib.13.aïal & Gal.lib.11. p.c.8.c

C Gale.ibid.

D Gal.11.de c.9.f

E G.lib.11.de c.5.b, & c.4. ꝙ aliter dica[tur] mero muſc[ulorum] vide.c.8.

F G.li.6.de ... da.c.9.e, & li[b] v.p.c.11.a, & l c.4.f, & l.de inſtru. diſſec. 5.6.7.

G Ga.li.7.de c.11.a

H G.li.de v[oc]. inſtru.diſſec.

I Ga.li.7.de c.11.b

*I aritenois fi gurę vaſis ſi litudine.*

K Sũ.1.c.1.&c 7.de v.p.c.19.d

L Ga.lib.de d[iſſec]. muſ.c.11.b,c

M Ga.li.7.de c.11.d, & c.11.

N G.lib.7.de c.12.& l.16.c.4



(A) tur. & cum contrahitur, coanguſtat. Et ex eis ſunt quatuor muſculi, & fortaſſe exiſtimatur, ꝙ ſint duo muſculi dupli, continuantes peltalis extremitates, cum extremitatibus eius, quæ nomen non habet, qui cum contrahũtur, inferiora epiglottis coanguſtant. Et ſunt, qui exiſtimãt, ꝙ vnum paripſorum ſit occultum, & alterum manifeſtum. [a] Ex ſitibus vero muſculorum, qui claudũt, melior fuit, vt in interioribus epiglottis creati fuiſſent, ita vt, cum contrahuntur, cymbalarem ad inferiora traherent, & eam claudendo cooperire facerent: & propter hoc, par creati fuerunt, quod de radice peltalis naſcitur, & eleuatur interius ad duo cymbalaris extrema, & ad radicem eius, quæ nomen non habet à dextra & à ſiniſtra: & cum contrahuntur, iuncturam ſtringunt, & epiglottim tali clauſura claudunt, quæ muſculos pectoris & diaphragmatis refrænare valeat in prohibendo aeris attractionem. Qui quidem parui creati fuerunt, ne in interioribus epiglottis coanguſtationem facerent: & fortes fuerunt creati, vt eorum fortitudine, cum impediti fuerint in claudendo epiglottim, & prohibendo aeris attractionem, defectus multus corrigatur, qui eis ex paruitate aduenit: [b] & ipſorum via, eſt ſm rectitudinem aſcendentium cum declinatione parua, propter quam fit cõtinuatio conueniens inter peltalem, & non habentem nomen. Et eſt etiam cũ duo inueniuntur muſculi ſub cymbalari poſiti, qui hoc prædictum par iuuant.

[c] *De anatomia muſculorum alhalchum, & de anatomia alhalch.* *Cap*.12.

(B) G[d] Vttur in ſumma duo habet paria, quæ ipſum ad inferiora trahunt: vnũ eorũ eſt par, quod iã in [d] capitulo epiglottis noïauimus: & alterũ eſt par etiam ex thorace naſcens, quod eleuat, & cum lauda continuat primo, poſtea cũ gutture: & trahit ipſum ad inferiora. [e] Gutturis vero muſculi, ſunt duo muſculi amygdalarũ, q ſunt duo muſculi apud gulã poſiti ĩ trãſglutiẽdo adiuuãtes.

[f] *De anatomia muſculorum laudæ*.i.yoidis. *Cap*.13.

LAuda vero muſculos habet, qui ſibi ſunt proprij, & muſculos, in quibus aliud membrum cũ ipſo cõicat. Sed qui laudæ ſunt proprij, tria ſunt paria. Vnum par venit à duobus mandibulę marginibus, & cum linea recta, quæ ſuper hoc os exiſtit, continuatur: & ipſum eſt, quod ipſum ad mandibulam trahit. Et par, quod oritur ſub mẽto, & incedit inferius ſub lingua ad linguam, & ad extremitatem ſuperiorem huius oſſis: & iſtud etiam trahit hoc os ad partem mandibulæ. [g] Et aliud par oritur ex additamentis [g] {shemie.i.alaberie,} quæ ſunt apud aures, & continuatur cum extremitate inferiore lineæ rectæ ſuper hoc os. Illi vero, quos habet cum alijs communes, iam [h] nominati ſunt, [i] & nominabuntur.

[k] *De anatomia muſculorum linguæ.* *Cap*.14.

MVſculi vero linguam mouentes ſunt nouem: duo ſunt latitudinales [l] ab additamẽtis [l] {alshemie vel alaberie} venientes, & cum duobus ipſius lateribus continuantur. Et duo lon(C)gitudinales à ſupremo oſſis laudæ naſcentes: qui cum medio linguæ continuantur. Et duo, qui eã in tranſuerſo mouent: & naſcuntur à latere, quod eſt inferius ex duobus oſſis laudæ lateribus: & penetrant in linguam, inter longitudinales & latitudinales. Et duo muſculi linguam reſupinantes & conuertentes eam. quorum loca ſub iſtorum locis, quos nominabimus, exiſtunt: & ipſorum villi iam expanſi fuerunt ſub eis in latitudine, & cum toto oſſe mandibulæ continuati fuerũt. In ſumma præterea muſculorum linguæ nominauerunt quidam, muſculum ſolitarium, qui inter linguã & os laudæ continuat, & vnum ad aliud trahit, & nec eſt longe, quin muſculus, qui linguam ad exteriora in longitudinem mouet, moueat eam ſic. Ineſt enim ei, vt in extenſione in ſeipſa moueat, quemadmodum ineſt ei, vt in curtatione vel coarctatione, & ſpaſmatione in ſeipſa moueatur.

[m] *De anatomia muſculorum colli.* *Cap*.15.

MVſculi, qui collum mouent, ſunt duo paria: vnum par à dextra, & alterum a ſiniſtra: ſed quicunq; eorum ſolus contrahetur, collum ad ſuam partem tranſuerſe trahet: & quicũq; duorum eorum, qui ſunt ab vna parte ſimul contrahẽtur, inclinabitur collum rectum in parte illa, nõ cum tranſuerſione: immo cum rectitudine. [n] Et cum omnium quatuor ſimul erit operatio, ſtabit collum erectum abſq; declinatione aliqua.

*De anatomia muſculorum pectoris.* *Cap*.16.

(D) MVſculorum, qui pectus mouent, quidam ſunt, qui tm̃ dilatant ipſum, & non conſtringũt. & ex eis ſunt, qui conſtringunt & non dilatant: & ex eis ſunt, qui dilatant & conſtringunt. ſimul. & illi, qui dilatant tm̃ ſunt nouem, & ex eis eſt velamen diſtinguens inter membra ſpũalia & mẽbra nutrimenti, quæ poſtea [p] noïabimus. Et par ſub furcula poſitũ a parte naſcitur, quæ ad caput portendit ſpatulæ, quod poſtea noïabimus: & eſt continuum cũ coſta prima à dextra & ſiniſtra, & cũ ipſo vnitur par vnũ, cuius vnumquodq; impar eſt duplans ipſum, & faciẽs ipſum duas partes: quarũ ſuperior cum collo continuatur: & ipſum mouet: & inferior earũ mouet pectus, & miſcet cum muſculo eius, quẽ nũc noïabimus: & ipſe eſt ille, qui eſt continuus cũ coſta quĩta & ſexta. Et par, quod eſt in loco ſpatulæ concauo infuſum, & cum quo par continuat quod à ſpondylibus ad ſpatulã deſcendit: & fiunt ſicut muſculus vnus: & cũ coſtis cõtinuant poſterioribus. [q] Et par tertiũ, quod naſcit à ſeptima ſpondyliũ colli: & à prima, & ſecũda ſpondyliũ pectoris: & cõtinuat cum coſtis thoracis: iſti ſunt muſculi dilatantes. [r] Muſculorum vero pectus conſtringentium, alij ſunt, qui pectus per accidens conſtringunt, & eſt diaphragma cum quieſcit. Alij ſunt, qui ſecundũ eſſentiam. Et ex iſtis eſt par, quod ſub radicibus coſtarũ ſuperiorum eſt extenſum, cuius operatio eſt ſtringere & aggregare. Et ex eis eſt par, apud extremitates iſtius cũ thorace vel adhærens thoraci,

A Gal.li.7. de vſu par.c.12 f, & lib.16. c.4.f

B Li.13.aïal.c.12.

*C .i. Gutturis ubi fit deglutitio & vbi eſt prĩcipium cannæ pulmonis.*

C Gal.li. de muſc. faucium diſſectione.c.15.

D Gal.li. de muſc. diſſect.c.11.b

D Gal. ibidem.

E Gal.li. de muſ. diſſect.c.15.g

F Ga.l.de diſſect. muſ.c.13. & li.7. de vſu par.c.19.d,e

G Gal. de mu. diſſect c.13. d, & lib.7 de vſu par.c.19. d,e

*G ſtilis ſimilibus,*

H Cap.11.12.

I Cap.14.

K Ga.l. de diſſect. muſc.c.14.f, & lib. 1.de vſu par. c.10.

L Ga.li.de diſſec. muſc.c. 14.f

*L de acubus vel ſtilis ſimilibus.*

M Ga.l.de diſſec. muſ.c.16. & lib.12. de vſu p.c.8.& 9.

N Gal.l.de diſſec. muſ.c.16.a

O G.li.de diſſect. muſ.c.17.& li.7. de v.p.c.20.& lib.5.& 8.ana.c.3. & lib. de cauſis reſpiratiõis.

P Lib.3.Fẽ.10. c.1.

Q Haly.li.3.theo. c.7.

R L.14.anima.c.2.

raci, inter epiglottale & furculam continuatum, & continuatur cum muſculis ventris, qui ſunt recti. E Et alia duo paria, quæ ipſum adiuuant. Muſculi vero, qui ſimul conſtringunt, & dilatant, ſunt muſculi, qui ſunt inter coſtas: verũtamen perſcrutatione in conſiderando cognoſcit̃, ꝙ conſtringẽtes, alij ſunt à dilatantibus.[a] Inter omnes.n. duas coſtas ſunt ex eis, quatuor pro certo muſculi: licet quidam exiſtiment, ꝙ ſit vnus muſculus. Et hic quidem, quem vnum exiſtimant muſculũ, ex villis contextus eſt tranſuerſis: quorum quidam ſunt intrinſeci, quidam, qui cooperiunt. Eorum, qui cooperiũt, quidã ſunt, qui ſunt ad partem extremitatis cartilaginoſæ coſtæ. Et quidam ſunt, qui ſũt ad partem alterius extremitatis, q̃ eſt fortis. Quod vero interius exiſtit, totũ in ſitu cooperiente eſt diuerſum. Et illud, quod eſt in extremitate coſtæ cartilaginoſæ, diuerſum eſt in ſitu ab eo, quod eſt ſup aliam extremitatem. Et qñ quidem hic quatuor habent̃ villi numero, oportet, vt muſculi ſint numero quatuor. Et, qui ex eis ſunt ſuperius poſiti, ſunt dilatantes. Et, qui ex eis ſunt inferius poſiti, ſunt conſtringentes. Per hoc itaqꝫ ſit oĩum muſculorũ pectoris[b] numerus lxxxviij. muſculi. Et eſt etiam, cum muſculos pectoris duo alij iuuant muſculi, qui à furcula ad ſpatulæ caput venientes, ad primum eius continuantur latus, & ipſum ſurſum eleuant, & in dilatando pectus adiuuant.

*[c] De anatomia muſculorum adiutorij.* *Cap.17.*

EX muſculis motus adiutorij ſunt illi, qui mouẽt ſpatulæ iuncturam. Et ſunt tres muſculi, qui ei à pectore adueniunt & ipſum attrahunt ad inferiora. & ex eis eſt muſculus, qui [d] ſub mamilla oritur: F & cum parte adiutorij antecedente cõtinuatur apud antecedentem partem marginis cartilaginis concauitatis: & ipſe eſt, qui adiutorium ad pectus applicat, cum cõitatæ, qua ſpatula ipſum ſequitur.[e] Et muſculus, qui à ſupremo thoracis naſcitur, & efficit, vt domeſticum capitis adiutorij cooperiat, & eſt applicãs ipſum ad pectus, cum curuatione vel eleuatione pauca.[f] Et muſculus duplus magnus, qui à toto oritur thorace continuatus cum infimo anterioris partis adiutorij, qui cum operatur cum villo, qui in ſuperiori parte eius eſt, adiutorium ad pectus ducit, ipſum eleuando, & cum alia parte ducit illud ad ipſum, faciens ipſum ad inferiora deſcendere: & cum eis ambobus ducit ipſum ad pectus ſm rectitudinem.[g] Et alij duo muſculi, qui à parte naſcuntur ilij, magis interius continuati, ꝙ ſit continuitas magni muſculi, qui à thorace aſcendit.[h] Vnus eorum, eſt magnus, veniens à loco, qui eſt apud ilium, & à coſtis poſterioribus, & trahit adiutorium ad coſtas poſteriores directe: & alter eſt ſubtilis, qui naſcitur a cute ilij, & non ab eius oſſe: & declinat magis ad medietatem, ꝙ ille, & continuatur cum chorda illius, qui a parte mamillæ aſcendit & profundatur. Et hi quidem operationem primorum efficiunt ſm modum adiutorij: ſed tamen ad poſteriora parumper declinant.[i] Et quinque muſculi, qui ab oſſe ſpatulæ naſcuntur vnius muſculi, eorum ortus eſt ab oſſe ſpatulæ, & implet illud, quod eſt inter ſeparans, & latus ſuperius ſpatulæ, & penetrat ad partem ſuperiorem capitis adiutorij ſylueſtrem, declinando parumper ad domeſticam: & G ipſe cum declinatione elongatur ad domeſticam. Et duorum muſculorum ex iſtis quinque, origo eſt a latere ſuperiore ſpatulæ: quorum vnus eſt maior: & villi ipſius vadunt ad inferiores partes ſeparantis: & implent illud, quod eſt inter ſeparans & latus inferius: & continuantur valde cum capite adiutorij a parte ſylueſtri: & penetrant cum declinatione ad ſylueſtrem.[k] Et alter eſt cum hoc primo continuus, adeo quod eſt quaſi eius pars: & penetrat cum eo, & ipſius operationem efficit. Iſte vero non multum pendet niſi a ſuperiori ſpatulæ, & eius continuitas eſt ſecundum tranſuerſionem in manifeſto adiutorij, & declinat ad ſylueſtrem. Et quartus eſt muſculus, qui locum concauum oſſis ſpatulæ implet, cuius chorda cum partibus interioribus lateris domeſtici capitis adiutorij cõtinuatur: & eius operatio eſt efficere, vt adiutorium poſterius circumeat. Et alter muſculus eſt, qui ab inferiore extremitate lateris ſpatulæ ĩferioris naſcitur: cuius chorda ſuperius continuat̃ ſm continuitatem magni ab ilio aſcendentis: & eius operatio eſt trahere ſupremum capitis adiutorij ad ſuperiora. Adiutorium præterea alium habet muſculum, duo habentem capita, qui duas efficit operationes, & operationem cõem. Et ipſe quidem ſub furcula venit, & a collo deglutiens capitis adiutorij buccellam, peruenit vſqꝫ iuxta locũ continuitatis chordæ muſculi magni a pectore aſcendentis.[l] Quidam aũt dixerunt, ꝙ vnum capitum ipſius interius,[m] declinat ad interiora cum tranſuerſione pauca, & caput alius exterius ſuper manifeſtum ſpatulæ apud infimum eius: & cum H operatur, cum duabus partibus eleuatur ſm rectitudinem.[n] Sunt præterea hoĩum qdam, qui duos addiderunt muſculos: muſculorum paruum, qui ad mamillam venit: & alium, qui in ſpatulæ iũctura eſt ſepultus: & fortaſſe ponunt cubiti muſculos cum eis habere communitatem.

*De anatomia muſculorum brachij.* *Cap.18.*

MVſculorum brachium mouentium, alij ſunt, qui ipſum contrahunt: alij ſunt, qui ipſum dilatant, & iſti poſiti ſunt ſuper adiutorium: & ex eis ſunt, qui [o] conuertunt brachiũ ſituando volã manus ad inferiora. & ex eis ſunt, qui ipſum reſupinant & non exiſtunt ſuper adiutoriũ. Dilatantes vero, ſunt par vnum neruorum, cuius vnum impar vel ſingulare cum declinatione ad interiora dilatat: qm̃ origo eius, eſt ſub anteriori parte adiutorij, & ex latere vel coſta ſpatulæ inferiori: & continuantur cũ cubito, vbi partes eius ſunt intrantes. & ĩpar vel ſingulare ſm dilatat cum declinatione ad exteriora, qm̃ a poſteriori parte adiutorij prouenit: & cum extrinſecis cubiti partibus continuatur.[p] Cumqꝫ ambo ſimul cooperantur, proculdubio ſecundum rectitudinem extendunt. Conſtringentes vero ſunt par aliud. cuius vnum impar, quod eſt maius, trahit ad interiora cum declinatione: quoniam[q] eius origo, eſt ex loco iuncturæ ſuperioris partis ſpatulæ, & a roſtro:

vnicuiqꝫ

Q Halya.
A G.l.7. de r. c.20.f,g
B Ga. li. de d. ſpirationis. c. rius numerus.
C G. li. de diſ. muſcu. c.18. de muſcu. humeri, & culum mouen. & li.13. de v.p. e, & l.2.c.16. & anato, c.1.
D Lib.14.aïal. & Gal. lib.13. de v.p.c.13.e
E L.14.aĩa.c.4. Ga.l.13. de v.p. e,f
F Li.14.aĩa.c. G.li.13. de v.p. e,f
G L.14.aĩa.c. Gal.lib. de diſ. muſ.c.18.b
H Gal.ibid. lib.13. de vſ.p.
I Li.14.aĩa. G. de diſſec. c.18.b
k Lib.14.aĩal.
L G.li.13. de v.p. 13.f
M Li.14.aĩa.
N G.ibid. & l. 14.aĩa.c.4.
O G.l. de diſſe. muſcu.c.20. & li. v.p.c.16. & c.7.
P Li.14.aĩa.c.
Q Halya.3. c.6.



A vnicuiqꝫ quorum proprie ineſt caput, & declinat ad interiora adiutorij, & continuatur ei chorda neruoſa cum parte focilis ſuperioris anteriori.[q] Et ſecundum impar trahit cum declinatione ad exteriora: quia eius ortus eſt à manifeſto adiutorij poſterius. Et eſt muſculus duo carnoſa habens capita: quorum vnum eſt in poſterioribus adiutorij, & alterum in anterioribus: & occultantur hi duo in ſuo inceſſu parumper, donec ad anteriorẽ partem focilis inferioris vadant. Et cum eo quidem iam continuatum fuit, quòd ipſum inclinat contrahens cum inferiori ad exteriora, & cum eo quod declinat trahens cum ſuperiori ad interiora, vt ſit tractio melior. Et cum iſti duo muſculi in ſuis coniunguntur operationibus, ſecundum rectitudinem contrahũt proculdubio. Et duos quidem muſculos dilatantes veſtit muſculus, qui os adiutorij circundat. Et veriſimile eſt, vt ſit pars alterius muſculi conſtringentis vltimi. Facientes vero brachium iacere ſupinum, ſunt par. cuius vnũ ex imparibus eſt poſitum in exterioribus duorum focilium: & obuiat focili ſuperiori abſqꝫ chorda & alterum ſubtile prolongatũ, naſcit̃ à ſuperiori abſqꝫ chorda, & alterũ ſubtile prolongatũ naſcit̃ ex parte ſuperiori capitis adiutorij, cũ eo, quod vicinatur, vel ſequit̃ eius manifeſtũ, & maior pars eius vadit in brachium, & penetrat, donec propinquum fiat iũcturæ raſetæ: & venit ad partem interiorem focilis ſuperioris: & continuatur cum eo chorda pannicularis. Conuertens autem manũ ſuper volam ſunt par poſitum exterius. cuius vnum, ex duobus imparibus à ſupremo domeſtico B capitis adiutorij incipit, & continuatur cum ſuperiori focili ſub iunctura raſetæ. & alterũ eſt magis curtum ipſo, & eius villus ad latitudinem eſt decliuis: ſed eius extremitas eſt plus neruoſa: & incipit ab ipſomet ſuperiori focili, & continuatur cum eius extremitate ſuperiori, apud raſetæ iũcturam.

*[a] De anatomia muſculorum raſetæ.* i. brachialis. *Cap.19.*

M[b] Vſculorum vero iuncturarum raſetæ mouentium, quidam ſunt conſtringentes, & quidam dilatantes, & quidam conuertentes manum ſuper volam, & quidã reſupinantes eam ſuper eius connexum, vel ſuper partem eius poſteriorem, vel ſylueſtrem. Ex dilatantibus vero, eſt vnus muſculus cum alio continuus, ac ſi ambo vnus eſſent muſculus. & iſtius quidem origo, eſt à medio focilis inferioris, cuius chorda cum pollice cõtinuatur, ꝑ quem pollex ab indice elongatur. Et alterius origo, eſt a focili ſuperiori, cuius chorda cum primo oſſium raſetæ continuatur. ſ. poſito coram pollice. Cumqꝫ iſti duo ſimul mouentur, dilatant raſetam cũ conuerſione pauca manus ſuper volam. Et cum ſecũdus ſolus mouetur, facit ipſam iacere reſupinam. Et cum primus mouet̃ ſolus, elongat inter pollicem & indicem. Et muſculus, qui iacet ſeu extẽditur ſuper focile ſuperius a parte ſylueſtri, cuius ortus eſt ab ĩferiori parte capitis adiutorij, a quo procedit[c] chorda: duo habẽs capita: quorum vnum cum medio pectinis coram indice & medio continuat̃: &[d] iſtius chordæ caput ſuſtentatur ſup focile ſuperius apud raſetã & dilatat raſetam conuertẽdo manũ ſuper volam. C Conſtringentes autem muſculi, ſunt par ſuper latus brachij ſylueſtre: quorum inferior incipit ab interiore duorum capitum adiutorij, & peruenit ad pectinem coram auriculari. Et ſuperior vtrorumqꝫ incipit altius, quàm ille & peruenit ibi. Et muſculus amborum incipit ab inferioribus adiutorij partibus inter loca prædictorũ medias, quod duo habet extrema, quæ ad modum crucis tranſuerſantur: & poſtea cum loco, qui eſt inter pollicem & medium, continuantur: cumqꝫ ambo mouentur, conſtringũt. Iſti igitur conſtringentes & dilatantes ſunt ipſimet, qui faciunt conuerſionem manus ſuper volam, & reſupinationem, cum duo oppoſiti ex eis ſecundum tranſuerſionem mouentur. Sed muſculus cũ pectine continuus coram auriculari, cũ ſolus mouet̃ conuertit volã manus. & cum muſculus pollicis, quem nominauimus, ipſum adiuuat, plenarie plantã reſupinã iacere facit: & cum ille, qui eſt cum raſeta continuus coram pollice ſolus mouet̃, conuertit manũ ſuper volam, parũper: & cum auriculari, quẽ noĩabimus, efficit cõuerſionẽ manus cõpletã ſup volam.

*[e] De anatomia muſculorum digitorum.* *Cap.20.*

M[f] Vſculorum vero digitos mouentium, quidam ſunt, qui ſunt in planta: quidam ſunt, qui ſunt in brachio: quia ſi omnes in planta coniungerentur, propter carnem [f] multam grauarent: & propterea, ꝙ illi, qui ſunt ex eis in raſeta, a digitis elongati fuerunt: chordæ ipſorum neceſſario fuerunt longæ. Munitæ ergo fuerunt panniculis, qui eis ab omnibus adueniũt partibus: & ipD ſorum [f] quidem chordæ rotundæ & fortes creatæ fuerũt, [f] & non dilatantur niſi cum ad mẽbrum perueniunt. Ibi igitur dilatantur vt membrum motum bene comprehendant. Omnes autem muſculi digitos dilatantes ſuper brachium ſunt poſiti, & ſimiliter ipſos ad inferiora mouentes. Et ex dilatantibus quidem, eſt [g] muſculus, qui in medio manifeſti brachij poſitus, naſcitur a parte ſuprema capitis adiutorij inferioris: & quatuor digitis chordas, quæ ipſos dilatant, mittit.[g] Ex eis vero, qui eos ad inferiora inclinant, tres adinuicem in latere iſtius, ſunt continui: Quorum, vnus a parte media capitis adiutorij ſylueſtris inter duo ipſius additamenta oritur, & duas chordas auriculari & annulari tranſmittit.[g] Et vnus a ſumma duorum muſculorum duplorum, qui ſunt duo ex his tribus, oritur ſub duobus additamentis adiutorij interius, & a margine focilis inferioris: & duas tranſmittit chordas medio & indici. & illi, qui eſt inter ambo.[h] Et eſt tertius, cuius origo eſt ex ſuperiori focili, & chordam pollici mandat: & apud hunc muſculum eſt muſculus, qui eſt vnus duorum muſculorum inter muſculos motus raſetæ nominatorum: & naſcitur a loco medio focilis inferioris, cuius [h] chorda pollicem ab indice elongat.[h] Conſtringentium autem, quidam ſunt, qui ſuper brachium exiſtunt: & quidam, qui ſuper volam plantæ. Et illi quidem, qui ſunt ſuper brachium, ſunt tres muſculi, quorum vnus, ſecundum aciem in medio ſuper



alium

A G. de diſſec. muſcu. c.21.
B Ga. lib.2. de v.p. c.4.h
C L.10.aĩa.c.4. & Gal. lib.2. de vſ. p. c.4.a
D 14.aĩal.c.4.
E G. li. de diſſect. muſcu. c.21.c
F Lib.1. de vſ. p.c. 17.d,e
F Ga.ibid.d
F G.ibid.d
F Gal.ibid.d
G G. de diſſec. muſcu.c.21.c
G Gale.ibid.
G Ga.ibidem.
H G. de diſſe. muſcu.c.21.d
H Gal.ibidem
H Gal.ibidem

alium eſt poſitus. Ex quibus, nobilior eſt inferior, qui inferius eſt ſepultus, & cum oſſe focilis inferioris continuus, quoniam eius operatio exiſtit nobilior: quapropter oportuit, vt eius locus magis eſſet cuſtoditus: cuius principium eſt à medio capitis adiutorij ſylueſtris ad interiora: deinde penetrat & dilatatur eius chorda, & in quinque partitur chordas, quarum quæque ad interiora digiti perueniunt. Illarum vero, quæ ad quatuor perueniunt, queq; iuncturam primam ipſius conſtringit & tertiam: primam vero, propterea, quòd eſt ibi annexa ligamento, quod ſuper eam eſt cinctum: & tertiam: propterea, ꝙ eius caput peruenit ad eam & continuatur cum ea. Quæ autem ad pollicẽ vadit, eius ſecundam & tertiam conſtringit iuncturam: quia non continuatur niſi cũ eis. Et ſecundus quidem muſculus, qui eſt ſupra iſtũ, eſt minor ipſo: & incipit à capite ingrediẽte, quod eſt vnũ ex capitibus adiutorij, & cũ focili inferiore parũper continuatur: & tranſit per terminũ cõem, qui eſt inter latus ſylueſtre & domeſticum: & eſt ſuperior ſuperficies focilis ſuperioris: & cum ad partẽ peruenit pollicis declinat parumper ad interiora, & cum iuncturis medijs quatuor digitorum chordas mandat, vt eos conſtringat. Ad pollicem vero, non peruenit niſi ramus paruus, qui non eſt ex chorda eius: immo ab alio loco. Et primi quidem origo, eſt poſt principium noïatum, quod eſt à capite focilis ſuperioris & inferioris. Et ſecundi origo, eſt à capite focilis inferioris. Factum eſt autem, ꝙ pollex vno muſculo in ſui conſtrictione ſit contentus: ſed quatuor, duobus conſtringũtur muſculis, quoniam nobilior ex operationibus quatuor, eſt conſtrictio: & ex operationibus pollicis nobilior eſt, vt dilatetur, & ab indice elongetur. Tertius autem muſculus, non eſt ad conſtringendum: ſed eius chorda interius in planta penetrat & dilatatur deſuper ad hoc, vt in eam adipiſci faciat ſenſum, & in ſentiendo iuuamentum præbeat: & pilos in ea naſci prohibeat: & ad ſuſtentandum illud, quod eſt in interioribus plantæ: & vt fortis fiat ad ſuas actiones peragendas. hi quidem ſunt illi, qui ſuper raſetam exiſtunt. Muſculi vero, qui ſunt in planta, ſunt xviij. in duabus aciebus ordinati adinuicem ſibi ſuperpoſiti. Vna acies, eſt ad inferiora & interius. Et altera acies, eſt ſuper cutem exteriorem. Qui autem in acie exiſtunt inferiore, numero ſunt ſeptem, quorum quinque digitos ad ſuperiora inclinant: & qui ex eis delegatus eſt pollici, a principio oſſis raſetæ naſcitur. Et ſextus eſt curtus & latus, cuius villus eſt tranſuerſus: & ipſius caput pendet a pectine manus, donec perueniat in rectitudine medij, cuius chorda cum pollice continuatur: & ipſum ad inferiora inclinat. Et ſeptimus, eſt apud auricularem incipiens ab oſſe pectinis, quod in eius rectitudine exiſtit, et ipſum ad inferiora inclinat. Nullus vero horum ſeptem, eſt ad conſtringendum. ſed quinque ſunt ad eleuandum, & duo ad flectendum inferius. Illi vero, qui ſunt in acie ſuperiore ſub muſculo ſup volam expanſo, qui quidem eſt muſculus, quem ſolus cognouit [a] Gale. ſunt muſculi vndecim: ex quibus ſunt octo: quorum duo cum prima iuncturarum quatuor digitorum continuantur, ſcilicet vnus ſuper alium, vt hanc conſtringant iuncturam: ſed qui ex eis eſt inferior, conſtringit cũ applicatione & compreſſione: & eius, qui eſt ex eis ſuperior, eſt ſtrictura cum modico eleuationis & ad ſuperiora aſcenſionis. Cumq; coniuncti fuerint, extendit directe: & eorũ tres pollici ſunt ꝓprij: quorum vnus primam conſtringit iũcturam: & duo ſecũdam, ſicut ſciuiſti. dilatantes ergo quinq; ſunt. Et de comprimentibus, exceptis pollice & auriculari, vnicuiq; ineſt vnus: pollici vero & auriculari, vnicuiq; aſſunt duo. Et de conſtringentibus, vnicuiq; digito aſſunt quatuor. Et de his, qui ad ſuperiora inclinare faciunt, vnicuiq; digito adeſt vnus.

E F G

*[b] De anatomia muſculorum dorſi.* Cap. 21.

MVſculorum dorſi, alij ſunt, qui ipſum ad poſteriora flectunt: alij, qui curuant ad anteriora. Ex iſtis enim omnes, alij oriuntur motus. Ad poſteriora vero flectentes ſunt illi, qui ꝓprie dorſi vocantur muſculi. Et ſunt muſculi duo, de quibus exiſtimatur, ꝙ vnuſquiſq; eorum ex xxiij. compoſitus exiſtat muſculis: quoniam vnicuiq; ipſorũ ab vnaquaq; ſpondyli aduenit muſculus: ab vnaquaq; nanq; ſpondyli aduenit ei [c] villus tranſuerſus niſi a prima. [c] Et iſti quidem muſculi cũ æqualiter tenduntur, ſtat dorſum: & cum ſuperflue tenduntur, declinant ad poſteriora. Et cũ illi, q in vno exiſtunt latere mouent, dorſum ad illud inclinatur. [c] Muſculi vero curuantes, ſunt par deſuper poſitum, qui ſunt ex muſculis caput & collum mouentibus: q a duobus meri veniũt lateribus: quorum inferiores extremitates cum quinq; ſpondylibus pectoris ſuperioribus continuantur in aliquibus hominibus: & in pluribus hominibus cum quatuor. Et eorum ſuperiores extremitates ad caput perueniunt & collũ. Et par quidem ſub iſto eſt poſitum, & vocatur [c] {almenthenein,} q ambo a decima & vndecima pectoris incipiũt: & ad inferiora deſcendũt: & plerũq; curuant flectẽtes. [c] Et medio quidẽ in ſuis motibus horũ muſculorũ ſufficit inuentio: qm̃ incuruatione & inclinatione a dextra & a ſiniſtra duarum extremitatum ſequitur motus.

H

*[d] De anatomia muſculorum ventris.* Cap. 22.

MVſculorum autem ventris, ſunt octo, qui in iuuamentis communicant: ex quibus eſt [f] iuuamentum præbere in exprimendo illud, quod ex ſtercore & vrina in viſceribus continetur: & quæ in matricibus non nata exiſtunt. Et ex eis eſt, quòd diaphragma ſuſtinent, & ipſum cum adeſt exſufflatio, quæ eſt in conſtrictione, adiuuant. Et ex eis eſt, ꝙ inteſtina calefaciũt & ſtomachum: propterea, ꝙ ea cooperiũt. [g] Ex his autem octo, eſt vnum par rectum, quod ſecũdum rectitudinem à mali granati deſcendit cartilagine: cuius villus in longitudine vſq; ad femur extenditur: & eius extrema in eis, quæ ſunt coram ipſis, expandũtur. Huius vero paris ſubſtantia à ſui principio vſq; ad ipſius finem carnoſa exiſtit. [g] Et duo muſculi, qui cũ iſtis in latitudine ſecantur.

quorum

A Lib.1.d. c.4.f
B Ga.li. de muſ. dorſi.c. & li.12.de v.
C Ga.li.de muſcu.c.24.
C Ga.li.de muſcu.c.24.
C Gal.ibid.
C Ga.ibid.
C pſoæ
C Ga.ibi.g
D Ga l. de muſ.abdomi.
E Lib.5.de v. c.14.g
F G.de diſſe. c.26.c, & 5.de c.15.d
G G.li.6.de medẽ.c.4.b, & diſſec. muſc.
G Ga.ibi.b

G G.ibid. b
G *ſunt ſupra latitudinales.*
A Ga.li. de diſſec. muſ. c.27.
B Ga.l.14. de v.p. c.14.h, ꝙ vnũ muſculum tantum habet teſtis quiſq;.
C G.li. de diſſect. muſ. c.28. & li.5. de v.p.c.16.e, & li.2. de mo. muſ. 8.h, & li. 6.lo.af.c.4.e, & li.1. de ſan. tuen. c.12.g
D G. li. de diſſect. muſ. c.29. & l. 15. de v.p.c.3.h
E G.li. de diſſect. muſ. ſedis. c.30. & li.4.b, de v.p.c.19.e li.5.c.14.e, & l.3. de vict. rõne in acut. 31 d, & li.2. de mo. mu.c.8.h, & Haly. 3.theo.c.8.
F 13.aïal.c.17.
G Gal.lib. de diſſect. muſ. coxẽdicis dearticulationem mouentium.c.31.
H Li.15. de v. p.c. 8.e
H Ga.ibid.
H Ga.ibid.f,g
H G.ibid.g
H *trochanter*
I G.l.15. de vſu p. c.8.g
I Gal.ibid.g

A quorum locus eſt ſub panniculo, qui ſuper totum extenſus eſt ventrem: & ſub duobus longitudinalibus. Sectio autem, quæ inter iſtorũ duorũ, & duorũ primorum villos accidit, eſt ſm angulos rectos: [g] & duo paria, quæ per tranſuerſum vadunt, quorũ vnumquodq; eſt in latere à dextra & a ſiniſtra. Et vnũquodq; eorum par, ex duobus exiſtit muſculis, ſe ad inuicẽ ad modum crucis ſecantibus, a cartilaginis coſtarum non completarũ extremitate vſq; ad femur: & ab ilio vſq; ad malũ granatum. Et duorũ parium extremitates ſibi a dextra & a ſiniſtra apud femur obuiãt. & aliorum duorũ extremitates apud malum granatum, q̃ ſuper carnoſas partes ab vnaquaq; parte duorum muſculorum latitudinaliũ ſunt poſitæ. Et hic quidẽ duo paria ſemper carnoſa incedunt, donec rectos muſculos cum chordis latitudinalibus tangant, quæ panniculis ſimilantur. Et hæc etiam duo paria ſub duobus longitudinalibus ſunt poſita [g] {quæ ſub duobus poſita ſunt latitudinalibus.}

*De anatomia muſculorum teſticulorum.* Cap. 23.

T[a]Eſticulorum autem virorum muſculi, ſunt quatuor: propterea, vt teſticulos cuſtodiant, & eos eleuent ne laxetur. [b] Quiſq; teſticulus habet par ſibi proprium. Mulieribus vero vnum par ſufficit, ſcilicet cuiq; teſticulo impar: propterea, quòd earum teſticuli non ſunt in exterioribus: neq; ſunt ſuſpenſi quemadmodum virorum.

*De anatomia muſculorum veſicæ.* Cap. 24.

B S[c]Vper os veſicæ vnus exiſtit muſculus, qui ipſam circundat: cuius villus ſuper ipſius os dilatatur. Et eius quidem iuuamentum eſt vrinam vſq; ad horam voluntatis retinere. Et cum voluntas expellendi aduenerit, eius laxabitur conſtrictio: & ventris muſculi veſicam vrgebunt: & vrinam expulſiua adiuuante expellent.

*De anatomia muſculorum virgæ.* Cap. 25.

M[d]Vſculi, qui virgam mouent duo, ſunt paria, duo vnius paris muſculi in duobus virgæ lateribus ſunt extenſi, qui cum tenduntur foramen dilatant, & ipſum amplificant, & penetratio rectificatur: & ſperma ĩ ipſa cum facilitate diſcurrit. Aliud vero par, quod a femoris oſſe oritur, & cum radice virgæ ſm tranſuerſionem cõtinuatur: & cum æquatur tenſio ipſius, eleuatur inſtrumentum ſm rectitudinem: & cum vehementior fit, reducit ipſum ad poſteriora. Quod ſi vni eorũ acciderit tenſio, ad ipſius partem declinabit.

*De anatomia muſculorum ficteris.* Cap. 26.

FIcteris muſculi, ſunt [e] quatuor. Vnus eorum, eſt muſculus, qui ipſius comitatur os, & cum eius carne vehementer miſcetur: quæ permiſtioni muſculorum labiorũ ſimilatur, & ipſe quidem coercet & conſtringit anũ, & ſua expreſſione ſtercoris reliquias, quæ ſunt in ipſo, excutit. [f] Et muſculus, qui eſt poſitus magis interius: ꝗ iſte: cuius ſtatio eſt ſupra ipſum, per comparationem ad caput hominis: & exiſtimatur, ꝙ ſit habens duo extrema, cuius extremum, cum radice virgæ pro certo continuatur. Et par, quod ſuper hos omnes tranſuerſum exiſtit: cuius iuuamentum, eſt longaonem ſurſum eleuare: & neq; accidit longaonem egredi, niſi propter ipſius laxitatem. C

*De anatomia muſculorum coxæ.* Cap. 27.

E[h]X muſculis coxæ, maior eſt ille, qui eam extendit: deinde ille, qui eam contrahit. Ex ſuis nãq; operationibus, nobiliores ſunt iſti duo motus. Veruntamen [h] extenſio, contractione nobilior exiſtit, qm̃ ſtatio non conuenit niſi cum extenſione. Poſtea ſunt muſculi, qui elongant: deinde illi, qui appropinquare: poſt illi, qui circuire faciunt. [h] Ex muſculis autem coxæ, iuncturam extendentibus, eſt vnus, qui eſt omnibus corporis muſculis maior: & ipſe eſt muſculus, qui os femoris & ancham cooperit, & ſuper totam coxam voluitur ab interioribus & poſterioribus, donec ad poplitem vel ad genu perueniat: Cuius villi diuerſa habẽt principia: quapropter ipſius operationes, ſecundum diuerſas ſpecificantur ſpecies. Ex ipſius nanque villis eſt, qui ab infimo oſſis femoris naſcitur, & declinando ad domeſticum dilatat. Et eſt alius ex villis eius, cuius ortus, eſt parum altior ortu iſtius, qui coxam ad ſuperiorem eleuat. Et eſt alius ex villis, cuius ortus eſt valde altior ortu iſtius, qui coxam ad ſuperiora ad domeſticum declinantem eleuat. Et ex eis alius, cuius origo, eſt ab oſſe anchæ, qui ſatis coxam ſecundum rectitudinem dilatat. Et eſt ex eis muſculus, qui D totam anchæ iuncturam poſterius cooperit, tria habens capita, & extrema duo. Et hæc quidem capita, ab ilio, & ancha, & alhoſos naſcuntur, quorum duo ſunt carnoſa, & vnum panniculare. Duo vero extrema cum poſteriore capitis coxæ parte continuantur: & ſi cum vno traxerit extremo, cũ declinatione ad ipſum dilatabit: & ſi cum duobus traxerit extremis, ſecundum rectitudinem dilatabit. [h] Et ex eis eſt muſculus, qui ex tota oſſis ilij ſuperficie oritur, & cum ſupremo maioris additamenti continuatur, & vocatur [h] {tharuca} per reſpectum ad os: & parum ad anteriora extenditur & cum declinatione ad domeſticum dilatatur. [i] Et eſt alius talis qualis iſte, qui in primis cum infimo additamenti minoris continuat: deinde deſcendit: & illius operatione operatur: veruntamen eius eſt paruam dilatationem & multam efficere declinationem: cuius origo eſt ab infimo ſuperficiei oſſis ilij. [i] Et eſt ex eis muſculus, qui ab infimo oſſis anchæ oritur ad poſteriora declinans, & dilatat ipſam, & eam ad poſteriora parumper declinare facit, & ad domeſticum ſufficienter declinare facit. Ex muſculis vero coxæ iuncturam conſtringentibus, eſt muſculus vnus, qui cum declinatione ad domeſticum parua conſtringit: & eſt muſculus rectus, qui a duabus deſcendit originibus, quarum vna cum fine lumborum, & altera cum oſſe ilij continuatur. Et ipſæ quidem ſunt, quæ cum minore additamento domeſtico continuantur. Et muſculus, qui ab oſſe femoris



naſcitur,

naſcitur, & cum infimo additamenti minoris continuantur. Et muſculus ad duo latera ipſius tranſ E
uerſe extenſus, qui eſt ſicut pars maioris. [i] Et quartus, qui à re præparata ſtante poſt os ilij oritur,
& ipſe etiã crus contrahit colligendo coxam. Muſculi vero, qui ad interiora declinare faciunt, iam
quidam nominati fuerunt, vbi dilatationis, & conſtrictionis mentionem fecimus. Et hæc quidem
mouendi ſpecies habet muſculum, qui ab oſſe naſcitur femoris, & adeo fit longus vt ad poplitem
vel ad genu perueniat. Declinare vero ad exteriora faciẽtes ſunt duo muſculi: vnus eorum ab oſſe
venit lato. Sed circuire facientes ſunt duo muſculi, quorum vnus à ſylueſtri femoris: & alter ab ip-
ſius oritur domeſtico: & cum ſibi obuiant tranſuerſantur. & continuantur apud locum profundũ
circa poſteriora additamẽti maioris. Et quicunq; eorum ſolus traxerit coxam ad ſui partem, cum
pauca dilatatione torquebit.

*[a] De anatomia muſculorum mouentium iuncturam cruris & poplitis.* *Cap. 28.*

E[b]X muſculis autem iuncturam poplitis mouentibus ſunt tres in anterioribus coxæ poſiti, ꝗ
muſculis in ipſamet coxa poſitis ſunt maiores. Et eorum operatio eſt dilatare. vnus autem ho
rum trium eſt, ſicut duplus, duo habens capita: quorum vnum ab additamento incipit maiore: &
alterum ab anteriore coxæ. & duo habet extrema: quorum vnũ eſt carnoſum, & cum [b] {alraſafc}
anteq; chorda fiat continuatur: & alterum eſt panniculare, cum domeſtica duarum extremitatum
coxæ continuatum. Aliorum vero duorum vnus eſt ille, quem inter coxam conſtringentes nomi F
nauimus. ſ. à ſeparante, quod eſt in oſſe ilij naſcens: & alter ab additamento ſylueſtri, quod eſt in co
xa, oritur. Et iſti quidem duo continuantur & vniuntur: & generatur ex eis chorda vna, quæ dila
tatur, & circundat [b] {alraſafe,} & ipſam cum eo, quod eſt ſub ea conueniẽter affirmat: deinde cum
capite cruris continuatur: & poplitem dilatat, & crus extendit. Dilatatio vero vnum habet muſcu
lum, qui ab obuiatione oſſis femoris naſcitur, & incedendo deſcendit in latus coxæ domeſticum
ſm tranſuerſionem: deinde cum parte profunda ſupremæ partis cruris continuatur, & crus decli-
nans ad domeſticum, dilatat: Et muſculum alium in quibuſdam anatomiæ [c] libris ei oppoſitum in
parte ſylueſtri, qui incipit ab oſſe anchæ, & ſm tranſuerſionem in latus ſylueſtræ tendit, donec ad
locum peruenit profundum. Et neq; eſt muſculus maioris tranſuerſionis iſto, & cum declinatio-
ne ad ſylueſtre dilatat: & cum ambo dilatant, eſt dilatatio recta. Ex eis vero, qui crus contrahunt,
eſt vnus muſculus anguſtus & longus, qui ab oſſe ilij oritur & femoris, circa originem dilatãtis, in
grediens à ſeparante, quod eſt in medio ilij: deinde ſecũdũ trãſuerſionem penetrat ad interiora dua
rum extremitatum poplitis: poſtea egreditur exterius, & vadit ad eminentiam, quæ eſt in loco po
plitis profundo, & cum ea vnitur. Et ipſe quidem eſt, quo crus ad ſuperiora trahitur, declinans cũ
pede ad partem inguinis. Et tres muſculi: domeſticus, & ſylueſtris, & medius. Sed domeſticus &
medius cum declinatione ad ſylueſtrem contrahunt. Et ſylueſtris contrahit cum declinatione ad G
domeſticum. Et domeſticus, quidem oritur à baſi oſſis anchæ, deinde tranſuerſe incedit per poſte-
riora coxæ, donec peruenit ad locum cruris profundum ĩ parte domeſtica, & vnitur cũ eo, cuius
color ad viriditatem trahit. Et aliorum duorum etiam origo, eſt à baſi oſſis anchæ: ſed declinant vt
cum loco profundo lateris ſylueſtris continuentur. [c] In iunctura præterea poplitis, eſt muſculus,
ſicut in flexuoſitate poplitis ſepultus, qui operationem efficit, qualis huius medij exiſtit operatio.
[c] Et quidam exiſtimant, ꝙ pars eminens muſculi dilatantis dupli à ſeparante quandoq; poplitem
accidentaliter cõſtringit: [c] qm̄ ex coniunctione amborum oritur chorda, quæ conſtringit pixidem
vel concauitatem anchæ, & continuat cum eo, quod ei vicinatur.

*[d] De anatomia muſculorum pedis iuncturam mouentium.* *Cap. 29.*

E[e]X muſculis autem pedis iuncturam mouentibus, ſunt quidam, qui ipſum ad ſuperiora ele-
uant: & quidam, qui ipſum deſcendere faciunt. Ex eis autem, qui ipſum eleuant, [f] eſt vnus mu
ſculus magnus, qui eſt poſitus in parte anteriori cannæ domeſticæ, cuius principium eſt pars ſyl-
ueſtris capitis cannæ domeſticæ. Et ipſe quidem cum ad exteriora egreditur, inclinatur ſuper crus
ad partem pollicis vadens, & continuatur cum eo, quod radici pollicis eſt propinquum: & pedem
ad ſuperiora eleuat. [f] Et alter oritur à capite ſylueſtris, ex quo naſcitur chorda, quæ cum eo, quod
eſt iuxta radicem minimi continuatur: & pedem ad ſuperiora eleuat, & proprie qñ cum eo conue H
nit primus muſculus, & fuerit hoc ſm æqualitatem & rectitudinem. Facientium vero deſcendere,
eſt vnum par, cuius origo, eſt à capite coxæ, quod poſtea deſcendit, & cruris ventrem carne replet,
ex quibus chorda naſcitur, quæ ex maioribus exiſtit chordis, & ipſa quidem eſt chorda calcanei,
quæ cum oſſe tali continuatur: & ipſum ad poſteriora tranſuerſe ad ſylueſtrẽ trahit: & eſt hæc cau
ſa fixionis pedis ſuper terram. Et ipſum quidem adiuuat muſculus, qui à capite ſylueſtris oritur:
[g] cuius color eſt melongianus: & deſcendit donec ipſemet abſq; chorda, quam mandat: ſed carneus
remanens, continuatur cum poſtrema alacahab parte ſupra continuitatem, quam ante diximus.
Cumq; muſculis iſtis, aut ipſorum chordis nocumentum accidit, pes [h] claudicat. Et muſculus, ex
quo duæ naſcuntur chordæ: quarum vna pedem conſtringit: & altera pollicem dilatat. Illud vero
eſt, qm̄ iſte muſculus à capite cannæ domeſticæ oritur, vbi ipſa ſylueſtri obuiat, & deſcendit inter
eas: & in duas diuiditur chordas: quarũ vna ſub raſeta in anteriore pollicis parte continuatur, cum
qua etiam exiſtit chorda pedem deprimens, vel inferius declinare faciens. Et altera chorda, quæ ac
cidit ex parte iſtius muſculi pertrãſit originem chordæ primæ, & trãſmittit chordã ad alchahab,
primo ex pollice & dilatat per tranſuerſum. Et iam etiam à capite coxæ ſylueſtri oritur muſculus,



& cum

I Gal. ibid.
A G. li. de diſ muſc. genu de culatione me tium. c. 32.
B Ga. lib. 3. de c. 16. a
B Gal. ibidem
*B mola*
*B molam*
C Ga. lib. 3. de c. 16. a
Ga. ibi d b
C Ga. ibidem
C Gal. ibidem
D G. li. de diſ muſc. c. 33.
E Gal. li. 3. de c. 10.
F G. ibi. c. 10 d
F Ga. ibid.
G G. li. de diſſ muſc. c. 33. a
H Ga. li. 3 de vſ 10. e



A & cum vno duorum muſculorum alachabalium continuatur & ramificatur. deinde ab eo ſepa-
ratur, cum occultum cruris pertranſit: ex quo oritur chorda, quæ dilatatur ad inferiora pedis, &
ſub eo toto ſpargitur, quemadmodum facit muſculus, qui ſuper plantæ occultum dilatatur, pro-
pter iuuamentum tale, quale eſt eius.

*[a] De anatomia muſculorum digitorum pedis.* *Cap. 30.*

E[b]X muſculis vero pedis digitos mouentibus, qui ſunt conſtringentes, muſculi ſunt multi, ex
quibus eſt muſculus, qui à capite cannæ ſylueſtris oritur, & extenſus ſuper ipſam deſcendit, &
chordam vnam tranſmittit, quæ in duas diuiditur chordas, quæ mediũ conſtringunt & anularem
digitum. Et alter iſtorum minor, cuius ortus eſt à poſtremo cruris: cuius chorda cum ipſam tranſ-
mittit, in duas diuiditur chordas, quæ indicem conſtringunt & minimum. Deinde ramificatur ab
vnaquaq; duarum partium chorda, quæ cum eo, quod ab alia ramificatur, continuatur: & fiunt
chorda vna, quæ ad pollicem peruenit & ipſum conſtringit. Et tertius muſculus, quem iam nomi
nauimus à ſylueſtri duarum extremitatum: quæ in canna exiſtunt domeſtica oritur: & inter duas
deſcendit cannas. & ex ſe partem tranſmittit ad pedem conſtringendum, & ad primam iunctu-
ram pollicis. Et horum quidem muſculorum digitos mouentium, quos nominauimus, ſitus eſt
ſuper crus & poſterius. Illi vero, quorum ſitus eſt ſuper plantam pedis. x. ſunt muſculi: & in hoc
B quidem anatomici decepti fuerunt. Sed primus, qui iſtud ſciuit, fuit [c] Gal. Ipſi vero, cum quinq;
continuantur digitis ſcilicet cum vnoquoq; duo lacerti à dextra & à ſiniſtra, & mouent vt cõſtrin-
gant ſecundum rectitudinem ſi ſimul mouerint, & vt declinent, ſi vnus mouerit. Et ex eis quidem
ſunt quatuor ſuper raſetam: quorum vnus vnicuiq; digito delegatus eſt: & duo, qui proprie ſunt
ad cõſtringendum pollicem & minimum. [d] Et iſti quidem muſculi adeo ſunt permiſti, vt cum vni
eorum accidit nocumentum, prouenit inde, vt reliquorũ operatio debilitetur in eo, quod eorum
eſt proprium, & vt vicem iſtius aliquo modo gerant in eo, quod huic eſt proprium: & hac de cau-
ſa difficile eſt vnum digitorum pedis, proprie abſq; alijs conſtringere. Et ex muſculis quidem pe-
dis, ſunt quinq; ſupra pedem poſiti, qui ad ſylueſtrem declinare ſolent, & quinq; ſub eis poſiti, quo
rum vnuſquiſq; digitum ad illud, quod ipſum ſequitur, trahit à parte domeſtica, & ipſum cum mo
tu ad partem eleuat domeſticam. Et iſti quinq; ſunt, cum duobus, qui pollici & minimo ſunt pro-
prij, ſecundum ſimilitudinem, ſeptem, qui ſunt in planta pedis, & ſimiliter decem primi. Omnes
igitur corporis muſculi ſunt [e] quingenti & vigintinouem.

*[f] Summæ tertiæ doctrinæ quintæ, & eſt ſermo vniuerſalis de neruis proprie.* *Cap. 1.*

IVuamentorum neruorum alia ſunt, quæ ſunt ſm eſſentiam: alia ſunt, quæ ſunt per accidens.
Quod vero ſm eſſentiam: eſt, [g] ꝙ cerebrũ eis, mediantibus omnibus alijs membris iuuamentũ
C præſtat, dando eis ſenſum & motum. Sed quod eſt per accidẽs, eſt ad hoc, vt caro corroboretur, &
corpus fortius fiat. [h] Et ex eis etiam eſt percipere id, quod ex nocumentis membris accidit ſenſu ca-
rentibus, ſicut hepar, & ſplen, & pulmo: licet enim mẽbra iſta ſenſum nõ habeant, ſuper ea tamen
circunuoluens, poſitum eſt neruoſum, & panniculo tecta fuerunt neruoſo, quæ cum apoſtemata
fuerint, aut ventoſitate tenſa, perueniet apoſtematis grauedo, aut ventoſitatis partitio ad circun-
uoluens & ad ipſius radicem, vnde accidet ei ex grauedine attractio: & ex ventoſitate extenſio, &
ſentiet ipſam. [i] Et neruorum quidem principiũ ſm modum ſcitum eſt cerebrum: & illud ad quod
iſtorũ perueniunt extrema, eſt cutis. Cum cute enim villi miſcentur ſubtiles, qui in ea oriuntur ex
neruis membrorum vicinorum eis, [k] & cerebrum quidem neruorum principium exiſtit, duobus
modis, qm̄ quorundam eorum eſt principium ſm ſui eſſentiam, & aliorum eſt principiũ median-
te nucha, quæ currit ex eo. [l] Ex neruis vero, qui à cerebro egrediuntur, non iuuantur membra in
ſentiendo & mouendo, niſi capitis & faciei membra, & viſcerum interiorum: alia vero mẽbra hæc
iuuamenta non habent, niſi à neruis nuchæ. [m] Et Gal. quidem iam oſtendit nobis ſolicitudinẽ ma
gnam, quæ neruis à cerebro ad viſcera deſcendentibus eſt propria. Creator. n. de eorum munitio-
ne ſolicitus, aliter ipſos muniuit, ꝗ alios neruos: & illud eſt, qm̄ propterea, ꝙ à principio elongati
fuerunt, oportuit vt ſuſtentarentur ſuperflua firmitudine vel tutela, & cooperuit eos cum corpo-
D re medio inter neruum & cartilaginem, in ſubſtantia conformi ei, quod accidit in corpore nerui
cum torquetur. Et iſtud quidem eſt ex tribus locis. quorũ vnus eſt apud epiglottim. & ſecundus
cum ad coſtarum radices veniunt. & tertius cum pectoris locum tranſeunt. Factum eſt autem, vt
alij nerui à cerebro progredientes, in quibus exiſtit vtilitas in ſentiendo iuuamentum præſtare, pe-
netrarent a ſui principio ſm rectitudinem ad membrum ad quod diriguntur: qm̄ rectitudo ad id
ad quod dirigitur, propinquiore defertur via: & illic ex hoc eſt impreſſio, quæ emanat ex princi-
pio, fortior, & propterea ꝙ in neruis ſenſibilibus nõ quæritur de duritie, quæ facit neceſſitatẽ elon
gandi à ſubſtãtia cerebri cũ circuitione, propterea, vt à ſui ſimilitudine in lenitate gradatim elonge
tur, quantũ in membris quæritur motus: immo quanto plus fuerunt leniores, plus fuerunt virtutẽ
ſentiendi dantes. Sed factũ eſt, vt motiui ad id ad quod dirigũtur, eant poſt circuitiones, in quibus
ipſi incedunt: propterea, vt à principio elongent, & in duritie ordinentur. In vnoquoq; etiã duorũ
modorum ad id, quod ex duritie & mollitie in ipſo eſt neceſſariũ, adiuuat ſubſtantia ſui principij
vel ſuæ originis: [n] plurimi nanq; eorũ, qui ſenſum tribuunt, ab anteriore oriuntur cerebri. [o] Et par
tis quidem, quæ eſt cerebri anterior, eſt eſſentia mollior: Et plurimi eorum, qui motum præbent, à
poſtremo oriuntur cerebri. [p] Et partis, quæ eſt cerebri poſtremum, eſſentia eſt magis ſpiſſa.

De

A Ga. li. de diſſect. muſc. qui ſunt in pede c 34.
B Gal. lib. 3. de vſu par. c. 10. h. a ſo. 132.
C Lib. 3. de vſu par. c. 10. c
D Ga. 3. de vſu par. c. 10. b
E Haly. 3. the. c. 10
F Lib. 13. aïal. c. 5.
G Ga. li. 1. de vſu p. c. 16. b, & li. 7. met. c. 13. c, & lib. 7. de Hip. & Plat. decre. c. 3 h
H Gal. lib. 5. de vſu par. c. 9. d, & lib. 14. c. 13. d
I Gal. lib. de neru. diſſec. c. 1. & do. 5. c. 1.
K Gal. lib. 3. de lo. af. c. 7. fo. 20. b. c, & li. 1. de vſu p. c 16. b
L Oppoſitũ c. 2. & à Gal. lib. 16. de vſu par. c. 6. g
M Lib. 16. de vſu par. c. 5. c. f
N Gal. lib. 9. de vſu par. c. 14. a
O G. li. 1. de muſc. motu. c. 1. h, & li. 8. de vſu par. c. 6. b
P Gal lib. 8 de vſu part. v. p. c. 6. b

*De anatomia neruorum egredientium à cerebro & eorum vijs.* *Cap.* 2. E

A [a] Cerebro ſepteni neruorum paria oriuntur: primi paris principium, eſt ex [b] fundo duorum ventriculorum cerebri antecedentium, apud duorum additamentorum [c] vicinitatem mamillarum extremitatibus ſimilium, quibus fit odoratus. Et ipſum quidem eſt paruum concauum. Et ille, qui à ſiniſtra oritur, dextratur: & [d] ille, qui à dextra oritur, ſiniſtratur: deinde ſibi ſuper ſectionem cruceam obuiant: poſtea ille, qui à dextra oritur, ad pupillã dextram penetrat: & qui naſcitur à ſiniſtra, ad ſiniſtram pupillam: quorum adeo dilatantur orificia, donec humorem, qui vocatur vitreus, comprehendant. [e] Quidam vero, qui non eſt, Galenus dixit, ꝙ ad ſectionem cruceam ſine reflexione penetrant, & dixerunt, ꝙ in hac ſectione tria exiſtunt iuuamenta. [f] Vnum eſt, propterea ne ſpiritus, qui ad vnam currit pupillam, ad alteram ire prohibeatur, cum acciderit nocumentum: & propter hoc vnaquæq; duarum pupillarum, cum alter clauditur oculus in videndo fit fortior & clarior, quam ipſamet eſſet, ſi altera intuente intueretur: & propter hoc foraminis vuei dilatatio augmentatur, cum alter clauditur oculus: & hoc quidem eſt, propterea, ꝙ ſpiritus vehementer vadit ad ipſum. [f] Secundum vero eſt, propterea, vt duo oculi vnum habeant deferens, quod viſus ſimulachrum eis afferat, & ibi vniatur, & ſit duobus videre oculis vnum videre: propterea, ꝙ ſimulachrũ in termino vnitur cõmuni. Ideoq; luſcis accidit, vt ex re vna videant duas: cum vna pupilla ſuperius eleuatur, aut inferius deprimitur & deſtruitur rectitudo penetrationis foraminis ad F ſectionem, & ante cõmunem terminũ accidit terminus in loco torturæ vel plicaturæ nerui. [g] Et tertium eſt, vt vnuſquiſq; duorum neruorum ab alio ſuſtentetur, & illi innitatur, & fiant, ac ſi ad pupillam ex propinquo venirent. [h] Secundum autem parium neruorum à cerebro procedentium, naſcitur poſt ortum primi paris, & ab eo ad ſylueſtrem declinat: & à foramine, quod eſt in orbita, quæ totum comprehendit oculum, egreditur: & in muſculis partitur oculi: & hoc quidẽ par, valde eſt groſſum: ideo, vt eius groſſities ſuæ parificetur mollitiei quam habere debuit, propterea, ꝙ eſt circa principium: & confortetur in faciendo motum, & præcipue cum adiutorem non habeat, cum tertium par ſit conuerſum ad mouendum magnũ membrum, quod eſt mandibula inferior: quare ei non remanet ſuperfluitas: immo adiutore alio à ſe indiget, ſicut modo referemus. [i] Tertij vero paris origo, eſt à termino cõmuni inter anteriorẽ cerebri & ipſius poſtremum. ſ. à loco baſis cerebri, quod primo cum quarto pari pauliſper miſcetur: deinde ab eo ſeparatur, & in quatuor ramos ramificatur. Vnus ramus ab ingreſſu egreditur venæ ſubeticæ, quã poſtea nominabimus, & deſcendendo ſuper collũ vadit, donec diaphragma pertranſeat: & in viſceribus, quæ ſunt ſub diaphragmate partitur. [i] Et ſecundæ quidem partis egreſſio, eſt a foramine, quod in oſſe exiſtit temporis, quæ cum egreditur, cum neruo continuatur, qui a quinto diuiditur pari: cuius modo nominabimus diſpoſitionẽ. [i] Et ramus tertius in foramen deſcendit, a quo ſm egreditur par, q̃m ipſius G directio eſt ad membra in anterioribus faciei poſita. Et neq; fuit cõueniens vt in penetratione primi paris concauitatem habentis penetraret, quia nobiliori neruorum coanguſtationem faceret, & ipſum cõprimeret, & via cooperiretur. [i] Et hæc quidem pars cum ſeparatur, in tres diſtribuitur ſectiones: quarum vna ad partẽ lachrymalis declinat, & vadit ad muſculos temporum, & maſticantium, & ſupercilij, & frontis, & palpebræ. Et pars ſecunda [i] penetrat in foramine creato apud angulum lachrymalem magnũ, & inde ad naſi tendit interiorem ſuperficiem, & in tunica ſpargitur, quæ in interioribus naſi eſt expanſa. Pars quoq; tertia, eſt pars nõ parua in concauitate deſcendens barbachi, quæ in oſſe genæ eſt facta, & duobus ramificatur ramis. Vnus vadit ad interiora concauitatis oris, & in dentibus ſpargitur. ſed illud, quod inde pertinet dentibus, eſt manifeſtum: quod vero inde alijs pertinet, eſt viſui ſicut occultum, & in gingiua etiam ſpargitur ſuperiore. Alter autem ramus in membrorum ſpargitur ſuperficiebus, quæ ſunt ibi, ſicut cutis genæ, & extremitatis naſi & labij ſuperioris. hæ quidem ſunt ſectiones partis tertiæ paris tertij. [k] Quartus autem ramus tertij paris vadit penetrãs a foramine ſuo, quod in mandibula exiſtit ſuperiore, & vadit ad linguã: & in eius manifeſta diuiditur tunica, & tribuit ei ſenſum propriũ: qui eſt guſtus. & illud, quod remanet vel ſuperfluit ex illo, in radice carnoſa dentium inferiorũ & in ipſorum gingiuis diuiditur: & in labio inferiori. ſed pars, quę peruenit ad linguam, ſubtilior eſt, q̃ neruus oculi: q̃m iſtius duri- H tiem, & illius mollitiem temperant groſſities illius, & ſubtilitas iſtius. [l] Quarti vero paris origo, eſt poſt tertium, ſed ad cerebri baſim eſt magis declinans, & cum tertio, quemadmodum diximus miſcetur: deinde ab eo ſeparatur, & ad palatum vadit, & dat ei ſenſum, quod quidem eſt paruum, ſed eſt plus durum, q̃ tertium: quia palatum & palati panniculus durior eſt linguæ panniculo. [m] Sed vnumquodq; paris quinti impar in duobus diuiditur medijs ſm dupli formã: immo multi illorũ tenent, ꝙ vnumquodq; ipſius impar eſt par, cuius quidem origo, a duobus eſt cerebri lateribus. Et pars quidẽ prima cuiuſq; paris ipſius, ad panniculũ vadit, qui in interioribus inſtrumenti auditus eſt dilatatus, & in eo diuiditur totus. Et huius quidẽ diuiſionis origo, proculdubio [n] eſt à parte cerebri poſteriore, & per ipſam eſt audiendi ſenſus, ſed ſecũda diuiſio eſt minor prima. [o] Ipſa nanq; egreditur à foramine, quod in oſſe perforatum eſt petroſo. Et ipſe quidem eſt, qui vocatur monoculus & [o] cæcus, propterea, ꝙ multum torquetur, & eius viæ in obliquationibus incedunt, ideo ꝙ voluntas affuit prolongandi ſpatium, vt eius finis à principio remoueretur: propterea vt neruus anteq̃ inde egrederetur, à principio eſſet lõginquus, ideo vt durities ei inde acquireretur. [o] Cumq; egreditur cum neruis tertij paris miſcetur, quorũ plurimi. [o] Ad maxillæ{ }& ad latum



A G.li.9.de c.9.d, & li.16 & li.de diſſec. uorum c.1.
B Gal.li.16. par.c.3.d
C Gal.li.10. par.c.14.ſ, & diſſect.neruo.
D Oppoſitũ animal c.5.
E Halyabbr theo.c.10.& c.11.
F Gal.li.10. par.c.14.a
F Gal.ibidem
G Gal.10. par.c.14.a
H G.li.8.de c.6.c, & li.9. & li.de ner. diſſec.c.3.& lib.2.theo.c.
I Gal.lib.9. par.c.8.g.h, de ner.diſſec. & Raſ.trac. Haly.li.2.the. de verbo ad bum.
I Halya.
I Halya.
I Halya.
I Halya.
X Gal.li.11.de c.7.d, & de diſ. neru.c.4, & H. li.2.theo.c.10.
L Ga.li.9.de c.9.d, & li.de au.diſſect.c. Halya.
M Gal.li.9.de c.10. & de diſ. neru.c.6. & H.
N Oppoſitũ tertij tra.1.c.1.
O Gal. de diſ. neruo.c.6.g
O Gal. ibidem
O Gal. ibidem
O Gal. ibidem
*O dearticulationem.*

A Gal.lib.8. de vſu par.c.6.g
B Ga.9.de vſu par. c.13.h
C Ga.li.9.de vſu p. c.11.f, & de diſſect. neruo.c.10.b
*C ſuturæ*
D Haly.lib.2.the. ca.10.
E Oppoſitum c.1.
F Gal.7. de vſu p. c.15.g.h, & lib.16. ca.4.g
G Gal.li.7. de vſu par.c.15. de neruis recurrentib.g.h, & lib.16. de vſu part. ca.4.g
H Gal.16.de vſu p. ca.4.c
I Gal.li.9.de vſu p. c.12.c, & li.de ner. diſſec.c.8.& Haly. lib.2.the.c.10.
K Gal.li.13. de vſu par.c.5.f, & lib. de diſſect.neruo. c.11.
L Lib.13.aĩa.c.5.& Haly.2.theo. c.10.
M Oppoſitũ Gal. lib.13.de vſu p. c.5.f
N 13.anima.c.5.
O 8.ſum.1.
P 13.animal.c.5.& Gal.lib. de diſſect. neruo.c.12. & li.13. de vſu par. c.5.f, & Haly.2.theo. c.10.
Q Halya.2. theo.



A vadunt muſculum: & quod remanet ad muſculos protenditur temporum. Guſtus autem in quarto creatus fuit neruo. Et auditus in quinto. quoniã inſtrumento auditus fuit neceſſarium, vt [a] eſſet diſcoopertum, ne aeris via ad ipſum clauſa foret. Et inſtrumento guſtus fuit neceſſarium, vt eſſet munitum, propterea oportuit, vt nerui auditus eſſent duriores. & ideo origo eorum poſtremo cerebri fuit propinquior. Et neq; oculi muſculis vnus ſuffecit neruus: & muſculorum temporum nerui multiplicati fuerunt, niſi quia foramini oculi multa neceſſaria fuit amplitudo, propterea ꝙ neruus virtutem afferens viſus, multa indiguit groſſitudine, ideo quia ei neceſſarium fuit ventrem habere: non ergo os, quod ad comprehendendum oculum eſt perforatum, multa foramina tolerare potuit. Temporis vero neruis [b] multa fuit durities neceſſaria: ſed groſſitudine multa non indiguere: immo groſſitudo eſſet faciens motus difficultatem, & etiam egreſſio, quam in oſſe duro petroſo habent, foramina poteſt tolerare multa. [c] Par vero ſextum, à poſtremo oritur cerebri cum quinto continuum, & cum eo panniculis & ligamentis ligatum, ac ſi eſſet vnus neruus: deinde ſeparatur ab eo, & egreditur à foramine, quod eſt in extremitate [c] {alderazi} quæ laudæ ſimilatur. Et ipſum quidem anteq̃ egreſſum eſſet, [d] iam in tres diuiſum fuit partes, quæ omnes ſimul ab hoc egrediuntur foramine. Vna earum ad gulæ muſculos ſuo protenditur itinere, & ad linguæ radicem, propterea vt par ſeptimum in ipſorum adiuuet motu. [e] Et pars ſecunda ad muſculos deſcen- B dit ſpatulæ: & eius quod eſt circa eam: & ipſius plurimum in muſculo ſpargitur lato, qui eſt ſuper ſpatulam: & hæc quidem pars eſt magnæ quantitatis, & ſuſpenſa penetrat, donec perueniat ad terminum ad quem intenditur. Pars vero tertia, quæ maior eſt ex tribus partibus, ad viſcera deſcendit in aſcenſione venæ ſubeticæ, & eſt illi annexa, & cum ea ligata, & cum opponitur epiglotti, ſeparantur ab ea rami, qui ad muſculos veniunt epiglottales, quorum capita ſunt ad ſuperiora, qui epiglottim & ipſius eleuant cartilagines. [f] Cumq; epiglottim pertranſeunt, ex eis aſcendunt rami, qui ad muſculos vadunt capita ad inferiora habentes: & ipſi ſunt, qui ad cymbalarim claudendã, & ipſam aperiendam, ſunt neceſſarij, cum ad inferiora trahere neceſſarium eſt. & propter hoc vocantur nerui retro redeuntes. [g] Hic autem neruus retro rediens, non egreſſus fuit à cerebro, & non à nucha, niſi propterea ꝙ ſi à nucha aſcenderent, ab ipſorum principio ſubirent tranſuerſi, & non recti, & ad inferiora attractio cum eis non proueniret ſecundũ actionem decentem. Et ipſi quidã nõ de ſexto pari creati fuerunt, niſi propterea ꝙ illud, quod ex neruis, eſt molle, aut molli vicinum ſcilicet illud quod fuit ex eis, antequam ſextum iam in muſculis faciei & capitis: & in eo, quod eſt in eis fuit diuiſum: & ſeptimus non ſecundum rectitudinem deſcendit, quemadmodũ ſextus deſcendit, immo proculdubio tranſuerſitas eos comitatur, & propterea ꝙ illud, quod aſcendit & redit, quandoq; indiget re firma, cui innitatur, ad ſimilitudinem girgilli, vt ſuper ipſam reuoluatur aſcen- C dens: & ex ea adiuuetur, vt ſit ſitus durus, & fortis, & lenis, [h] & iuxta poſitus non fuit ibi ad hoc idoneum ſicut arteria maior. Et illud quod ex iſtis ramis à ſiniſtra aſcendit, hanc inuenit arteriam ipſa recta & groſſa: ergo ſuper eam reflectitur non multa indigens firmitudine. A dextra vero aſcendenti hic non vicinatur arteria ad modum primi: ſed vicinatur ei, poſtquam iam accidit ei paruitas propter ramorum diuiſionem, qui iam ex eo egreſſi fuerunt: cui etiam iam defuit rectitudo in ſitu, quia tranſuerſatus fuit ad aſellam declinando. fuit ergo neceſſarium, vt ipſi re aliqua affirmarentur, cui inniterentur cum ligamentis, in quibus rami ſtringerentur: ideo vt per ipſos illud, quod defuit ex rectitudine & groſſitie in ſitu corrigeretur. Et ſapientia quidem in hos redeuntes ramos elongando eſt, vt talis qualis eſt hęc ſuſpenſio, proximi fiant, & propter elongationem à principio fortitudinem habeant & duritiem. Ex neruis autem redeuntibus, fortior eſt ille, qui in duabus muſculorum epiglottis ſpargitur tunicis, cum alijs neruorum adiuuantium ramis. poſtea illud, quod ex hoc remanet neruo, deſcendit, à quo rami ſeparantur, qui in panniculis ſparguntur diaphragmatis, & pectoris: & in muſculis ipſius, & in corde, & in pulmone, & in venis, & in arterijs, quæ ibi ſunt. Illud vero, quod remanet, penetrat in diaphragma: & aſſociatur ei, quod ex parte tertia deſcendit, & in panniculis ſpargitur viſcerũ, & peruenit ad os latum. [i] Septimi autem paris origo, eſt à termino cõmuni, qui eſt inter cerebrum & nucham, cuius plurimum incedit ſe in muſculis, D ſpargendo linguam mouentibus, & in muſculis inter peltalem, & os laudæ cõmunibus: & eſt cum ipſius reſiduum in alijs ſpargitur muſculis, qui huic muſculo ſunt vicini: non tamen ſemper eſt iſtud: & propterea, ꝙ alij nerui ad alias reducti fuerunt neceſſitates, & neq; fuit bonum, vt foramina in interioribus, neq; in inferioribus multiplicarentur: fuit melius, vt ad linguæ motum, neruus ab hoc loco veniret: quia ipſius ſenſus iam ei ab alio venit loco.

[k] *De anatomia neruorum nuchæ, & colli, & vijs eorum.* *Cap.* 3.

NErui ex nucha naſcẽtes, qui per colli vadũt ſpondyles, [l] octo ſunt paria. Vnius paris egreſſio à duobus eſt ſpondylis primæ foraminibus, [m] quod in capitis muſculis ſolum ſpargitur: & eſt paruum, & minutũ: quoniã [n] melius fuit, vt locus, à quo egreditur, ſit anguſtus, quemadmodũ in [o] capitulo de oſſibus diximus. [p] Et ſecundi quidem paris egreſſio eſt inter ſpondylem primam, & ſecundam. ſ. foramen in loco, vel capitulo de oſſibus nominatum. cuius plurimũ capiti tangendi ſenſum defert. tranſuerſe enim ad id quod in ſpondylibus eſt ſupremũ aſcendit, & ad anteriora reflectitur: & ſuper tunicam extrinſecam aurium ſpargitur. Et quod par primũ minus facit propter ſui paruitatem & abbreuiationem, ob quam expandi expedite nõ poterat, & dilatari in locis. qui ſequuntur ipſum, complete emendat. [q] Quod autẽ ex hoc remanet pari ad muſculos, qui ſunt

in poſterioribus colli, & ad muſculum latum venit, & eis dat motum. [a] Et paris tertij origo, & ipſius E egreſſio eſt à foramine, quod eſt inter ſecundam, & tertiam. Et vnuſquiſq; eorum in duos partitur ramos. Ab vno ramo ſparguntur rami in profundo muſculorum, qui ſunt ibi, & proprie caput cum collo in gyrum mouentiũ: deinde ad ſpondylium aſcendunt ſpinas, & cum in earum rectitudine veniunt, ad radices tenentur earũ: & poſt ad ipſarũ eleuantur capita, & cum ligamentis miſcentur pannicularibus, quæ ab illis naſcuntur ſimenijs, poſtea ad partẽ aurium reflectendo penetrant: [b] & in alio animali ab homine ad aures perueniunt, & auriũ muſculos mouent. Et ramus ſecundus ad anteriora vadit, donec ad muſculũ peruenit latum. Et hoc q̃ primum aſcendit, miſcetur cum venis, & muſculis, qui ipſum cooperiũt, propterea vt in ſe ipſo ſit fortior. Et eſt etiã quando cum muſculis miſcetur temporum, & cum muſculis auriũ in beſtijs. Plurimũ tamen ſparſionis ipſius, non eſt niſi in muſculis maxillarum. [c] Quarti vero paris egreſſio eſt à foramine, quod inter tertiam exiſtit, & quartam, & partitur ſicut ille, qui eſt ante ipſum parte antecedente, & parte poſterius conſequente: ſed pars eius, quæ antecedit eſt parua: & ideo cum quinto miſcetur. [d] Et quidam iam dixerũt, ꝙ ab ea penetrant rami, ſicut araneæ tela, extenſi ſuper venam ſubeticam, donec perueniant ad panniculũ ſeparantem, incedentes ſuper duo latera panniculi diuidentis pectus in duas medietates. Sed eius pars maior ad poſteriora reflectitur: & in fundo muſculorũ profundatur, donec ad ſimenia vadit: & muſculis mandat ramos, [e] qui inter caput & collum ſunt cõmunes: F & deinde itinere ſuo ad anteriora reflectendo vadit: & cum muſculis maxillæ, & auriũ in animalibus continuatur. [f] Et dixerunt, ꝙ ab eo ad dorſum deſcendit ramus. [g] Quinti autem paris, egreſſio eſt à foramine, quod eſt inter quartam & quintã, quod etiam in duos partitur ramos. vnus ramus, ſcilicet iſte, qui eſt antecedens, & ipſe minor ad muſculos peruenit maxillarum: & ad muſculos, qui caput anterius curuant, & ad alios muſculos, qui capiti & collo ſunt cõmunes. Et ramus ſecundus in duos diuiditur ramos. Vnus ramus inter primum, & inter ramum ſecundũ eſt medius, & peruenit ad ſpatulæ ſupremum: & miſcetur cum eo quidam ſexti, & ſeptimi. Et ramus ſecundus cum ramis quinti, & ſexti, & ſeptimi miſcetur, & ad medium penetrat diaphragmatis. [h] Par vero ſextum, & ſeptimum, & octauum ab alijs ſm ordinem egrediuntur foraminibus. Sed octaui, egreſſio eſt à foramine cõmuni inter finem ſpondylium colli, & inter primam ſpondylium dorſi: & eorũ rami vehementi cõmiſcentur miſtura. [i] Sed plurimum ſexti ad ſpatulæ peruenit ſuperficiẽ, & pars eius maior parte, quæ eſt ex quarto, & minor parte, quæ eſt ex quinto, ꝑuenit ad diaphragma. [i] Et plurimum ſeptimi, peruenit ad adiutorium: licet ſint quidam ex ipſius ramis, qui ad muſculos capitis, & colli, & dorſi, cum ramis quinti aſſociati vadunt, & ad diaphragma ꝑueniunt. [i] Sed octaui, poſt cõmiſtionem, & ſocietatem omnes ad brachium, & [i] {aſeid} perueniũt. Et neq; eſt aliquis eorum, qui ad diaphragma perueniat. [i] Sed tamen ille, qui ex quinto ad partem manus tendit, non tranſit G ſpatulam, & ex ſeptimo non tranſit adiutorium. Sed ille, qui à ſpatula peruenit ad brachium, eſt ex octauo miſto cum primo ramo, [i] qui ex ſpondylibus pectoris venit, & nõ ſunt diuiſi ad diaphragma, niſi ex iſtis neruis, & non ex neruis nuchæ, qui ſunt ſub iſtis, propterea vt ad ipſum veniens ab alto foret deſcendens loco: ideo vt eius partitio in ipſo eſſet melior: & præcipue, quia prima eorum directio fuit principium panniculi pectus per medium partientis. [i] Et impoſſibile quidem erat, vt nerui ad ipſum à nucha directe venirẽt abſq; fractura cum angulo. [i] Et ſi omnes nerui, qui ad diaphragma deſcendunt à cerebro protenderentur, ipſorum prolongaretur inceſſus, & neq; eorum neruorũ continuitas cum medio diaphragmatis poſita fuit, niſi propterea ꝙ non fuit conueniens, vt in ipſo ſecundum iuſtitiam & ęqualitatem ſpargerentur, ſi cum extremitate, & non cum medio continuarentur: aut ſi cum tota continuaretur circuitione, & eſſet hoc contrarium viæ, quę eſt neceſſaria: quoniam muſculi non faciunt aliquid moueri, niſi extremitatibus ſuis. propterea illud, quod ex diaphragmate mouet̃, eſt illud, quod eſt non circuens. oportuit ergo vt in ipſo finirentur nerui, & nõ vt in ipſo inciperent. [k] Et quoniam neceſſarium fuit eos ad medium venire, oportuit neceſſario vt penderent. oportuit ergo, vt ipſi defenderentur, & panniculis cum munitione tegerentur. tecti ergo panniculis fuerunt cum munitione defendente, in qua eis aſſociatur panniculus, qui pectus per medium partitur, ſuper quem miſti perrexerunt. Et quia huius membri operatio H fuit nobilis, facta fuerunt neruis eius principia multa, ne eius operatio propter aliquod deſtrueretur nocumentum, quod vni accideret principio.

*[l] De anatomia neruorum nuchæ ſpondylium, quæ ſunt in rectitudine pectoris.* *Cap.* 4.

PRimi ex paribus ipſorum egreſſio eſt inter primam ſpondylium, & ſecundã pectoris, quod in duas diuiditur partes: quæ maior in muſculis ſpargitur coſtarũ, & muſculis dorſi. Et quod remanet ſup primas coſtas extenſum procedit: & octauo neruorũ colli obuiat, & ſimul ad manus protendũtur, donec ad adiutoriũ & ſpatulã perueniant. [m] Par vero ſecundũ à foramine egreditur, quod prædictũ ſequitur foramen: cuius pars ad adiutorij tendit ſuperficiẽ, dans ei ſenſum: & ipſius reſiduũ cum alijs paribus, q̃ remanſerũt, aggregat̃: & ad muſculos ſpatulæ, qui ſup eam ſunt poſiti, deſcendũt, ipſius mouentes iuncturã, & ad muſculos ꝑueniunt dorſi. [m] Qui igit̃ ex neruis iſtis ſpondyliũ pectoris oriunt̃, & ramis, q ad ſpatulã nõ protendunt̃, ad muſculos dorſi vadũt, & ad muſculos, q ſunt inter coſtas puras in poſterioribus pectoris poſitas. [n] Qui vero ex ſpõdylibus falſarũ naſcunt̃ coſtarũ, ad muſculos veniũt, q ſunt inter coſtas, & ad muſculos vẽtris. Cũ iſtorũ neruorũ præterea ramis arterię, & venę getæ currũt, & nuchã ingrediunt̃ ꝑ loca inferiora, vnde ipſi egrediunt̃.



A 13. anima. Gal. de diſſec. uo. c. 13. & lib. vſu par. c. 5. g Haly.
B 13. anima. c.
C Gal. 13. de c. 5. g
D 13. anima.
E Haly. 2. the.
F Raſis t. i. c. Almanſ.
G Li. 13. aĩal. Gal. de diſſe. uo. c. 15. h, & de vſu par. c. & Haly.
H Li. 13. aĩal. Gal de diſſe. uo. c. 15. h, & de vſu par. c. Haly. 2. theo.
I 13. anima.
I Auic. ibidem.
I Auic. ibidem.
I *cubitum*
I Auic. ibidem.
I Auic. ibidem.
I Auic. ibidem.
I Auic. ibidem.
K 13. anima.
L 13. anima. Gal. de diſſec. uo. c. 16.
M Li. 13. aĩa. Haly. 2. theo.
M Auic. ibidem.
N Gal. de diſſ. neruo. c. 16. b



A *De anatomia neruorum alchatim* id eſt lumborum. *Cap.* 5.

NErui alchatim in hoc communicant, ꝙ pars eorum ad dorſi muſculos peruenit: & pars ad muſculos ventris, & ad muſculos, qui ſunt in dorſo expanſi. [a] Tria autem ſuperiora cum neruis miſcentur, qui à cerebro ſunt deſcendentes, & non alia. Et duo paria inferiora ad partem crurium multos trãſmittũt ramos, cum quibus rami tertij paris, & ramus nerui primi ex [a] {alagiazi} miſcetur: ſed iſti duo rami nuchæ non tranſeunt iuncturã: ſed in ipſius ſparguntur muſculis, & illi eos pertranſeunt incedendo ad crura. [b] Neruorum aũt crurium & pedũ forma, à neruis manuum ſeparatur in hoc, ꝙ non oẽs coniunguntur, & declinant ſubmerſi incedendo ad occultũ: non enim eſt forma continuitatis adiutorij cum ſpatula, ſicut forma continuitatis coxæ cum ancha: neq; eius continuitas cum origine ſuorũ neruorum, ſicut continuitas ipſius cum ſuorum neruorũ origine. Et iſti quidẽ nerui, ad partem cruris, diuerſis tendunt itineribus, Sunt enim ex eis, qui occultantur, & ſunt ex eis qui manifeſtant̃, & ſunt ex eis, qui ſubmerguntur ſub muſculis cooperti. Et quia muſculi, qui à parte oſſis femoris oriuntur, vias ad vtroſq; pedes nõ habuerunt à poſterioribus corporis, neq; ab occulto coxarum, propterea ꝙ ſunt ibi muſculi multi, & venæ: factum fuit, vt pars neruorum, qui ſunt proprij muſculorũ, qui ſunt in pedibus, curreret, & penetraret in foramine, quod ad teſticulos deſcendit, donec ad muſculos vadat femoris, & deſcendat ad muſculos poplitis.

B *De anatomia neruorum nuchæ, alagiazi*.i.oſſis ſacri, *& alhoſos*.i.coccygis. *Cap.* 6.

P [c] Rimum par ex alagiazi, miſcetur cum neruis [c] {alchatim} ſicut diximus. Alia vero paria, & impar, quod ab extremo oritur alhoſos, in muſculis ſparguntur ficteris, & ipſius virgæ: & in muſculo veſicæ, & matricis: & in panniculis ventris: & in partibus domeſticis interioribus oſſis femoris: & in muſculis, qui naſcuntur ab oſſe [c] {alagiazi.}

*Summa quarta doctrinæ quintæ, cuius ſunt quinq; capitula.*

*Sermo de forma arteriarum.* *Cap.* 1.

V [d] Enæ pulſatiles ſunt arteriæ, quæ creatæ fuerunt præter vnam earum, duas habentes tunicas: quarum durior eſt occulta: [e] quoniam ipſa eſt illa, quæ pulſationi obuiat: & forti motui ſubſtantiæ ſpiritus: qui celari voluit: & ipſius receptaculum cuſtodiendum, & corroborandum fuit. [f] Arteriarum autem origo, eſt, à ſiniſtro ventriculo duorum ventriculorum cordis, quoniam dexter eorum, hepati eſt propinquior: quapropter oportuit, vt ipſe poneretur occupatus in attrahendo nutrimentum, exercendo ipſum.

*De anatomia arteriæ aluridi, id eſt venalis.* *Cap.* 2.

Q [g] Vod in primis à ſiniſtro oritur ventriculo, duæ ſunt arteriæ: vna ad pulmonem vadit, & in ipſo partitur: propterea vt aer attrahatur, & ſanguis, qui pulmonem nutrit, à corde deferatur, ad pulmonem: quia tranſitus nutrimenti pulmonis eſt cor: & à corde, vadit ad pul- C monem. Et huius quidem partis origo, eſt ex partiũ cordis ſubtiliore, & vbi venæ ad ipſum penetrant: quæ eſt vnã habens tunicam ab omnibus alijs arterijs diuerſam, & propter hoc vocãt ipſam arteriam venalem. Ex vna autem creata fuit tunica, vt ſit mollior & lenior: & ad dilatandum, & ad conſtringendum magis obediens: & ad reſudationem eius faciendam: ꝙ ab ea ad pulmonẽ reſudat ex ſanguine ſubtili vaporoſo, qui ſubſtantiæ pulmonis magis eſt cõueniens, ſit apta ſcilicet, qui cõplemento digeſtionis in corde iam propinquus fuit. Et neq; eſt ei neceſſaria ſuperfluitas digeſtionis, ſicut ea indiget ſanguis, qui in vena currit concaua, vel in vena kili, quã modo nominabimus: & proprie, quoniam eius locus eſt iuxta cor, & vadit ad ipſum eius virtus calida, facile digerens: & etiam quia membrũ in quo pulſat, eſt rarũ, & non timetur cum pulſauerit in illo raro, & percuſſerit, ꝙ ipſius durities ei noceat, & propter hoc in corpore ipſius, non tantum duritiei fuit neceſſarium, quanto aliæ indiguerunt arteriæ, quæ ſunt alijs membris duris. [h] Vena autẽ arterialis, quam dicam: licet pulmoni ſit vicina: non tamen ei vicinatur, niſi ipſius poſtremum, à parte dorſi. & hæc arteria venalis, in antecedente pulmonis parte, ſpargitur: & in ipſo ſubmergitur, quæ iam quidem in partes, & ramos diuiſa eſt. Sed cum inter duas huius arteriæ neceſſitates cõparatum fuerit, quæ attenduntur ſm firmitudinem & lenitatem, quæ facit ei dilatationem facilem & conſtrictionem, & D reſudationem eius quod ab ea reſudat: inuenietur ꝙ lenitas magis eſt ei neceſſaria, q̃ ſpiſſitudo, & firmitudo. Aliam autem arteriam, quę eſt maior, quam [i] Ariſtoteles vocat orithi, in primis cum ex corde oritur, [k] duos tranſmittit ramos: ex quibus, maior in circuitu cordis reuoluitur, & in ſuis diuiditur partibus: & minor reuoluitur, & in ventriculo ſpargitur dextro. [k] Quod aũt poſt duos remanet ramos, cum ſeparatur, in duas diuiditur partes: vna pars eſt maior, & ad deſcendendum apta: & altera eſt minor, & eſt apta ad aſcendendũ. [k] Et quæ eſt apta ad deſcendendum, creata fuit in quantitate ſui, [l] ſuper aliam addens, q̃m ad membra tendit, quæ numero ſunt plura, & in quãtitate maiora: & hæc quidẽ ſunt membra, quæ ſub corde ſunt poſita. [m] Super orithi autem eſſentiã, vel egreſſionem, tres duri conſiſtunt panniculi, ab interioribus ad exteriora: ſi enim vnus, aut duo, fuiſſent, non præberent iuuamentũ, quod in eis quæritur, niſi quantitates ipſius, aut ipſorum, magnificando, & tunc fierent motus eorum graues, & difficiles. Quod ſi eſſent quatuor, fierẽt valde parui, & deſtrueretur iuuamentum eorum: & ſi in ſuis quantitatibus magni fierent, viam coanguſtarent. [m] Venalis arteria, duos habet panniculos, ad interiora declinantes, & duo, quidẽ ſuffecerunt: quia non eſt ibi tantum neceſſitatis ad decenter claudendum, quantum hic: immo neceſſitas ibi eſt debilior plus: ideo, vt fumoſum vaporem expellere ſit facile, & ſanguinem ad pulmonem euntem.



A Gal. li. 13. de vſu par. c. 7. e. f
*A oſſe ſacro*
B Gal. li. 16. de vſu par. c. 8. b, &. 13. de vſu par. c. 7. c
C Gal. de diſſect. neruo. c. 17. c. d, & lib. 19. de vſu par. c. 7. d. e, &. 13. de vſu par. c. 7. e
*C lumborum*
*C ſacro*
D Gal. li. 7. anato. c. 5. a. b, & lib. 6. de vſu par. c. 10. 11. 12.
E Haly. 2. the. c. 13.
F G. 16 de v. p. c. 10. e, & G. li. de diſſec. ve. c. 9. a, & l. 7. anato. c. 5. b, & Halya. ibi.
G Ga. de diſſect. arteri. c. 9. h, & lib. 6. de vſu par. c. 10. a, & c. 11. a, & lib. 16. de vſu par. c. 10. e, & li. 7. anato. c. 5. b, & Halya. 2. theo. ca. 13.
H Gal. 6. de vſu p. ca. 11. a. b
I Lib. 3. de hiſt. aĩa. c. 4. & li. 3. de parti. anima. c. 5.
k G. de diſſec. arte. c. 9. h. a, & Haly. 2. theo. c. 13.
k Haly. ibidem.
k Haly. ibidem.
L Gal. li. 16. de vſu par. c 10. e
M Gal. li. 6. de vſu par. c. 14. g
M Gal. ibidem.

*De anatomia arteriæ orithi aſcendentis.* Cap. 3

P[a]Ars autem, quæ a duabus orithi eſt aſcendens, in duas diuiditur partes:[b] quarũ maior, ad partem[b] {alleba} aſcendendo tendit, deinde ad partẽ tranſuerſatur dextrã, donec ad carnẽ laxam, moro ſimilem peruenit, quæ eſt ibi: Et in tres diuiditur partes: Quarum duæ, ſunt duæ arteriæ, quę ſubeticæ vocantur: & ad dextram, & ad ſiniſtram, cum duabus aſcendit guindegis profundis, quas poſtea[c] nominabimus: & in diuidendo, cum eis aſſociantur, ſicut poſt referemus. Pars autẽ tertia, in thorace ſpargitur, & coſtis primis: & in ſex ſpondylibus colli ſuperioribus: & in partibus furculæ, donec ad caput peruenit ſpatulæ: poſtea exinde, ad manuũ pertranſit mẽbra. Pars vero minor, ex partibus orithi aſcendens, ad partem aſellæ vadit, & diuiditur, ſicut pars tertia maioris partis.

*De anatomia duarum arteriarum, quæ ſubeticæ vocantur. i. carotidæ, vel ſoporariæ.* Cap. 4.

V[d]Naquæq; duarum arteriarum, quæ ſubeticæ vocantur, cum ad collum perueniunt, in duas ſeparantur partes: partem anteriorem, & poſteriorẽ. Anterior vero pars, in duas ſequeſtratur partes: in partem occultã, quæ ad linguã tendit: & ad muſculos occultos, qui ſunt muſculi mandibulæ inferioris. & partẽ, quæ manifeſtatur, & aſcendit ad illud, quod eſt coram duabus auribus, & ad muſculos temporũ, & pertranſit eos, poſtquã in eis reliquit ramos multos, & ad capitis cacumen tendit: & obuiant ſibi, dextræ earũ exiſtentes, cum extremitatibus ſiniſtræ. Pars aũt poſterior, in duas diuiditur partes. quarũ minor, plus ad poſteriora eleuatur, & in muſculis, qui capitis ſunt continentes iuncturam, ſpargitur. [e] ex qua etiam eſt, quod ad baſim poſtremi cerebri tendit, in foramen ingrediens magnum, quod eſt apud cõmiſſuram laudæ. [f] Maior aũt, coram foramine, in foramine petroſo, ad rete ingreditur: immo rete ex ea texitur. ſ. ex venis in venis, & tunicis ſuper tunicas, & rugis ſuper rugas: ita, vt nemo ex eis, vnã ſolã apprehendere poſſit: niſi cum alia continuã, & cum ea ligatam, ſicut rete, & ſpargitur ad anteriora, & poſteriora, ad dexteram, & ſiniſtram: & vadit per totum rete: deinde aggregatur ex ea, par, ſicut erat ante: & perforatur ei, panniculus, & aſcendit ad cerebrũ, & ſpargitur in ipſo, in panniculo ſubtili: poſtea interius, in cerebro in ſuis ventriculis, & ſiphac ventriculorum ipſius, & obuiant orificijs ramorum ſuorum, qui iam paruificati ſunt valde. orificia ramorum venarum nõ pulſatilium, quæ deſcenderunt. Et iſta quidẽ aſcenderunt, & illa deſcenderunt, quoniam illa ſunt rigantia, & fundentia ſanguinem, quoniam melior ex ſitibus ſuorum vaſorum rigantiũ eſt, vt eorum extremitates ſint capita, ad inferiora habentes, ſed iſta iuuamentũ præſtat in dando ſpiritũ: & ſpiritus quidẽ, eſt ſubtilis ad ſuperiora mobilis. Et neq; eſt neceſſe ſuorum vaſorum capita ad inferiora reducere, donec fundant: immo ſi hoc fieret: multa inde proueniret effuſio ſanguinis, qui ei aſſociatur, & difficultas motus ſpiritus in eis, quoniam ipſius motus ad ſuperiora eſt facilior, & propter illud, quod in ſpiritu exiſtit, ex motu & ſubtilitate ſufficit in eo, ꝙ ex ipſo ad cerebrum vadat, vel ſpargatur illud, quod eſt neceſſe, & calefaciat ipſum. Et propter hoc, ſub cerebro quidem fuit expanſum [g] rete, vt ſubminiſtretur ei paulatim ſanguis arterialis, & ſpiritus in eo, & aſſimiletur cum cõplexione cerebrali poſt digeſtionem, deinde cum gradatione ad cerebrum vadat. Et rete, quod inter os, & panniculum durum, eſt poſitum.

*De anatomia partis orithi deſcendentis.* Cap. 5.

P[k]Ars autem orithi deſcendens, primum ſecundũ rectitudinem incedit, donec ſuper quintam mittitur ſpondylem, cuius ſitus capitis, cordis ſitui, eſt oppoſitus: & ibi quidẽ eſt pulmo, ſicut accubitatio, & ſuſtentamentum ipſi ad hoc, vt inter ipſum, & oſſa dorſi, ſeparationem faciat. Meri quoq;, cum ad hunc peruenit locum, ab eo, ad dextram declinat, & non ſm̃ rectitudinem tranſit, deinde, cum panniculis appenſus incedit, cum ad diaphragma peruenit, ne ipſum coanguſtet. Et hæc quidem arteria deſcendens, cum ad ſpondylem. 5. peruenit, ad inferiora trahitur, extendẽdo ſe ſupra dorſum, donec ad os peruenit, quod eſt ex [h] {alhagiazi.} Et cum eſt in pectoris rectitudine, tranſit inde, & dimittit ibi ramũ ſubtilem paruũ, & diſpergitur in receptaculo pulmonis, quod eſt ex pectore, & perueniunt extrema ipſius ad cannam pulmonis. Et ipſa quidem non ceſſat dimittendo in omnibus ſpondylibus per quas vadit, ramum, qui inter coſtas & nucham incedit. Cumq; pertranſit pectus ex ea. duæ diuiduntur arteriæ, quæ ad diaphragma perueniunt, & in ipſo à dextra ſparguntur, & à ſiniſtra. [i] Deinde dimittit arteriam, cuius rami in ſtomacho, & hepate, & ſplene, ſparguntur, & ipſius rami ab hepate egrediuntur, & ad veſicam vadunt. Et poſtea oritur arteria, [k] quæ ad [k] {gedaul} quæ ſunt in circuitu minutorum inteſtinorum & colõ vadit. Deinde poſt hos, tres ab ea ſeparantur rami: quorũ minor, reni ſiniſtro propius eſt, & ſpargitur in circunuolutionibus, & in corporibus, quæ ipſum circundant, & eius iuuamentum præbet, dando eis vitam. Alij autem duo, ad duos [l] vadũt renes: ideo vt ex eis ren, ſanguinis aquoſitatem trahat, qm̃ multoties à ſtomacho, & inteſtinis, ſanguinem trahunt non purum. Poſtea vero duæ ſeparantur arteriæ, [l] quæ ad teſticulos vadunt: ſed, quæ ex eis [m] ad teſticulum peruenit ſiniſtrum, ei ſemper aſſociatur fruſtum eius, quod peruenit ad renem ſiniſtrum. Immo fortaſſe origo eius, quæ peruenit ad teſticulum ſiniſtrum: eſt ex rene ſiniſtro tantum. [m] Et origo eius, quæ peruenit ad dextrum, ſemper eſt ab arterijs magnis: & raro contingit, vt cum aliqua eius, quæ ad dextrum peruenit renem, aſſocietur. Poſtea ab hac arteria maiore, duæ ſeparantur arteriæ, quæ in vijs venarum ſparguntur, quæ in circuitu recti ſunt inteſtini, & rami, qui in nucha ſparguntur, in foramina ſpondylium ingrediuntur: [m] & venæ, quæ ad duo vadunt ilia, & aliæ, quæ ad teſticulos vadunt. Ex iſtius autẽ ſumma, par egreditur paruum, quod ad membra genitalia vadit, præter illud, quod α nominabimus poſtea. & illud

A Gal. lib. 13. anima. c. 14. — A ſacrum — A ſacrum ſupra — Gal. li. 15. de vſu par. c. 5. f. g, & li. 16. a. 13. e. f — D G. de … 3 iugulum — Gal. li. 9. de vſu par. c. 5. h. a — ſacro — Gal. li. 16. de vſu par. c. 10. f — G. li. 2. loc. affec. a. 7. fo. 11. a — Gal. lib. 5. de vſu par. c. 2. c — E Gal. li. 6. de vſu p. ap. 10 fo. 151. h, & lib. 9. c. 5. h — Li. 13. anima 18. — Gal. li. 1. de motu muſcu. c. 1. b. & li. 1. de vſu p. c. 16. b, & li. de pleni. c. 3. a, & li. 13. metho. c. 15. f, & lib. art. medic. a. 95. a — Gal. lib. 4. de vſu p. c. 13 h, & Haly. 2. theo. c. 12. — L G. de vena. diſſe. ca. 1. g — M 13. aĩa. ca. 18. & Haly. 2. theo. c. 12. — N Lib. 13. aĩa. c. 18. — O 13 anima. ca. 18. — P Haly. ibi, & Gal. de diſſec. ven. c. 1. g — Q ſeptem. — Q Gal. ibi. g — R pancreon — R Gal. ibi, & 13. ani. ca. 18. — S Li. 13. aĩa. c. 18. & Gal. ibi. h, dicit ad concauum g. — T Li. 3. Fẽ. 13. t. c. 1. & Gal. li. 3. natural. fac. c. 13. b. c, & li. 6. de decret. Hip. c. 8. & li. 2. apho. 18. apho. a, & lib. 4. de ani. tuen. c. 11. a — H oſſa — V pancreon — V 13. aĩa. c. 18. & G. de diſſec. ven. c. 1. h — X 13. anima. c. 18. — Y Ga. ibi de diſſec. ven. c. 1. h — Z Gal. ibi. h — A 13. anima. c. 18. — A Gal. ibidem. — B Ga. li. 4. de vſu p. c. 15. b, & ſ. c. 4. g. h — K meſente. — C 13. anima. c. 18. — D Doc. 4. c. 1. — E 13. anima. ca. 18. — F Gal. lib. de diſſe. ven. c. 1. a, & 13. anima. ca. 18. — G 13. anima. ca. 18. — H Gal. ibi. a — I 13. anima. ca. 18. — K Gal. ibi. — α ad meſenterium quod eſt — M Gal. ibi. — α Infra

A illud eſt in viris ac mulieribus: & miſcentur cum eis, venæ non pulſatiles. [a] Poſtea hæc maior arteria, cum ad finem peruenit ſpondylium, diuiditur cum vena non pulſatili: quæ ſibi aſſociatur, ſicut dicemus, in duas partes ſm̃ ſimilitudinem laudæ in ſcriptura græca hoc modo. λ. Vna pars earum dextratur, & altera ſiniſtratur: quarum, vnaquæq; ſuper os [a] {alhagiazi} equitat, vadens ad coxas. Veruntamen, antequã ad coxas perueniat, vnaquęq; ipſarum venam dimittit, quę ad veſicam tendit, & ad vmbilicũ, & ſibi apud vmbilicũ obuiant: & in non natis manifeſte apparent, ſed in completis earum extrema iam ſiccata fuerunt, & radices remanſere earum. Et ab ipſis quidem diuiduntur rami, qui in muſculis ſparguntur, qui ſuper os [a] {alhagiazi} ſunt poſiti. Et illud, quod ad veſicam peruenit, ex eis in ea partitur, cuius extrema peruenit ad virgam: α & ipſius reſiduum in mulieribus vadit ad matricem, & eſt par partium. Duæ vero ad pedes deſcendẽtes, in coxis in duos diuiduntur ramos magnos. ſ. ſylueſtrem & domeſticum, & in ſylueſtri etiam, eſt declinatio ad domeſticum, & ramos in muſculis, qui ſunt ibi poſiti, dimittit: poſtea deſcendit & declinat ex eo, ad anteriora, ramus magnus, inter pollicem & indicem, & quod remanſit occultatur. Et ipſæ quidem in plurimo partium pedis penetrant tenſæ ſub ramis venarum non pulſatilium, quas poſtea nominabimus. [b] Ex his autem pulſatilibus ſunt, quæ non pulſatilibus non aſſociantur, ſicut duæ, quę ab hepate ad vmbilicum in corporibus embryonum perueniunt, & ramus pulſatilis venæ, & pulſatiles quæ ad ſpondylem penetrant quintam: aſcendens ad [b] {allebe:} & declinans ad aſellam, [c] & duæ ſubeticæ, quæ ſparguntur in reti, & illa, quæ peruenit ad diaphragma, & illa, quæ ad ſpatulam cum ſuis penetrat ramis. & illa, quæ ad ſtomachum, & hepar, & ad ſplenem, & inteſtina venit: & illæ, quæ de mirach ventris deſcendunt. & venæ, quę ſunt in oſſe [c] {alhagiazi} ſolũmodo. [d] Cumq; arteria venæ aſſociatur, non pulſatili, ſuper dorſum, tunc equitat arteria ſuper venam non pulſatilem, propterea, vt ignobilius amborum ſit deferens nobilius. [e] In membris autem manifeſtis, arteria ſub vena non pulſatili ſubmergitur, ideo vt ſit magis cooperta, & magis tecta: & ſit vena non pulſatilis, ſicut clypeus ei. Arteriæ autem, non fuerunt venis aſſociatæ, niſi propter duas res, vna eſt, [f] vt venæ panniculis ligentur, qui ſunt cooperientes arterias, & quieſcant in eo quod eſt inter ea ambo ex membris. [g] Et altera eſt, vt vnaquæq; illarum, alteram imbibat.

*Summa quinta de venis, quæ quinque continet capitula.*

*Summæ quintæ, quod eſt de modo [h] venarum non pulſatilium.* Cap. 1.

OMnium autem venarum quietarum [i] origo, eſt ab hepate. Et quod in primis ab hepate oritur, ſunt duæ venæ, vna, à parte ipſius concaua oritur, cuius maius eſt iuuamentum, in attrahendo [k] ad hepar nutrimentum, & vocatur porta. Et altera, oritur, à parte eius gibboſa, cuius eſt iuuamentum, nutrimentum ab hepate membris deferre, & vocatur concaua.

*De anatomia venæ, quæ vocatur porta.* Cap. 2.

I[l]Ncipiemus venæ, quæ porta vocatur anatomiam. Et dicemus, ꝙ portæ extremitas, quæ in hepatis ſubmergitur ventriculis, [m] in primis, in quinq; diuiditur partes: & ramos à ſe emittit, donec ad gibboſas hepatis peruenit extremitates, [n] ex quibus vna vena ad fel tendit. Et iſti quidem rami, ſunt ſicut arboris radices, quæ ad fundum originis ipſarũ vadunt. [o] Extremitas vero, quę eius concauitatem ſequitur, cum ab hepate egreditur, [p] in. viij. diuiditur partes. quarum duæ ſunt paruæ, & ſex ſunt maiores. [q] Et vna quidem, ex duabus minoribus cum parte inteſtini continuatur, quod duodenum vocatur: ad hoc vt ab eo nutrimentum attrahat: & ab eo etiam iam diuiſi fuerunt rami, qui ſeparati fuerunt in corpore, quod vocatur [q] {bancharas.} Et pars ſecunda in inferioribus diuiditur ſtomachi apud portanarium, qui eſt os ſtomachi inferius, ideo, vt nutrimentũ trahat. [s] Vna autem ſex remanentium, ad partem ſtomachi latam tendit, ad ipſius ſuperficiem interiorẽ nutriendum. [t] Occultum nanq; ſtomachi primum nutrimentũ, quod eſt in ipſo tangit, & ex eo per tactũ nutritur. [u] Et pars ſecunda, ad partem peruenit ſplenis, ad ſplenem nutriendum, à qua antequã ad ſplenem nutriendum perueniat, ſeparantur rami, qui corpus, quod [u] {bancharas} vocatur, ex clariore eius parte, quod in ipſo penetrat ad ſplenem, nutriunt, deinde peruenit ad ſplenem: & ex ipſa cum eo cõtinua reuertitur ramus magnus, qui in latus ſtomachi ſiniſtrum ad ipſum nutriendum partitur. [x] Et cum illud, quod ex ipſa penetrat in ſplenem, [y] in medio ponitur, aſcendit ex ea pars, & deſcendit ex ea pars. Et ex aſcendente quidem, ſpargitur ramus in medietate [z] ſtomachi ſuperiore ad nutriendum ipſum. [a] Et altera pars in ſplene ad ipſum nutriendum. [a] Et pars altera egreditur, donec ad ſtomachi peruenit gibboſitatem: deinde in duas partitur partes. vna pars in manifeſto ſiniſtri ſtomachi ſpargitur, vt nutriat ipſum. [b] & altera ad os ſtomachi ſubmergitur ad ſuperfluitatem ponticam, [c] acetoſam, cholerę nigræ ibi proijciendam, quę cum ſuperfluitatibus egreditur, & os ſtomachi titillat, titillatione deſiderium excitante, & iam ipſam [d] ante nominauimus. Pars vero ex ea [e] deſcendens, in duas etiam diuiditur partes, vnius quarũ rami in inferiore ſplenis medietate diuiduntur, ad ipſum nutriendũ: Et altera, ad zirbum vadit, & in ipſo ad ipſum nutriendum, [f] Et pars tertia, ex ſex primis, ad latus vadit ſiniſtrum, & in omnibus vijs venarum, quæ in circuitu recti conſiſtunt inteſtini, ſpargitur, ad ſugendum illud, quod ex reliquijs nutrimenti eſt in ſtercore. [g] Et pars quarta, ex ſex ad modum capillorum ſeparatur, ex quibus ſunt, qui in manifeſto dextri gibboſitatis ſtomachi oppoſiti parti, quæ in ſiniſtro à parte ſplenis ad eum venit, ſparguntur: & ex eis ſunt, quæ ad partem zirbi dextram vadunt, & in ipſo ſparguntur oppoſiti parti, quæ ad ipſum à parte ſiniſtra venit ex ramis venæ ſpleneticæ. [h] Quinta vero, ex ſex [h] {vijs} ſpargitur, quæ ſunt in circuitu

circuitu inteſtini colon ad nutrimentum ex eo ſumendum. [a] Et ſexta, eſt, ſicut hæc, & ipſius plurimum in circuitu ieiuni ſpargitur, & quod remanet in circuitu inteſtinorum inuolutorum minutorum, & cum monoculo continuatur & trahit nutrimentum. E

*De anatomia venæ concauæ, & eius, quæ ex ea aſcendit.* Cap. 3.

S[b]Ed concauæ radix, in primis in ipſomet hepate ſpargitur in partes, quæ ſunt, ſicut capilli ad attrahendū nutrimentū, à ramis portæ, qui etiā ſicut capilli partiuntur. Rami vero venæ concauæ, à gibboſitate hepatis, ad ipſius ventrem ſunt venientes. Et rami quidem portæ, ſunt venientes à concauitate hepatis ad eius ventrem. Poſtea eius ſtipes, apud hepatis eleuatur gibboſitatem, & in duas diuiditur partes: vnā aſcendentem, & alteram deſcendentem. [c] Sed aſcendens, ex ea rumpit diaphragma: & penetrat in ipſum, [c] & duas in diaphragmate dimittit venas, quæ in ipſo ſparguntur, & dant ei nutrimentum: [c] deinde capſulæ cordis opponitur, cui multos tranſmittit ramos, qui ad modū capillorum diuiduntur, & eam nutriunt. [d] Et poſtea in duas diuiditur partes: quarū vna, quæ eſt magna, peruenit ad cor. [e] & in ipſum penetrat apud dextrā cordis aurem. [e] Et hęc quidem vena, venis cordis maior exiſtit: & non eſt hæc vena, alijs venis maior, niſi propterea, ꝙ aliæ venæ ſunt ad aerem attrahendū, & hæc eſt ad nutriendum: ſed nutrimentū groſſius eſt aere: oportuit ergo, vt eius penetratio eſſet amplior: & vas in quo ſtat, eſſet maius. Et huic quidem cum cor ingreditur, [f] tres creantur panniculi: quorum partitiones, vel rami, ſunt ab exterioribus ad interiora, F propterea, vt cor attrahat cum trahitur ab eis nutrimentū, [g] & poſtea non reuertatur cum dilatabitur. Et hi quidē panniculi omnibus alijs panniculis duriores ſunt. [h] Hæc autē vena in oppoſito cordis, tres dimittit venas: quarū vna ab ea ad pulmonem vadit apud arteriarum originem naſcens iuxta ſiniſtram, & in ventriculo dextro ad pulmonē reflectitur. [i] Et ipſa quidem iam creata fuit, duas ſicut arteria habens tunicas: & ideo etiam arterialem vocant venam. [i] Primum autē iuuamentum in hoc exiſtit, vt ſit illud, quod ab ea reſudat ſanguis in vltimo ſubtilis, pulmonis ſubſtantiæ ſimilis parum, quoniā parum eſt ex quo ſanguis hic à corde exiuit, neq; in eo talis exiſtit digeſtio, qualis eſt eius, qui ad arteriā effunditur venalem. [i] Et ſecundum exiſtit iuuamentum, vt in ea ſanguis multum digeratur. [k] Secunda vero ex his tribus partibus, in circuitu cordis reuoluitur: poſtea in interioribus ipſius ingreditur ad ipſum nutriendum. Et hoc quidem eſt, cum fere vena ventrem habens venit, vt ſubmergatur apud aurem dextram intrans ad cor. [k] Sed pars tertia in hominibus proprie ad partem declinat ſiniſtram. deinde vadit ad quintam ſpondyliū pectoris, & ſuper eam accubitatur, & in octo coſtis inferioribus ſpargitur, & in eo quod ipſas ſequitur ex muſculis, & alijs corporibus. [k] Ex ea vero, quæ habēte ventrē, poſt tres penetrat partes, cum parte pertranſit cordis aſcendendo, ſparguntur in ſupremo panniculi, pectus per medium partientis, [l] & in ſupremo capſulæ, & in carne laxa, quæ morū vocatur rami capillares. [m] poſtea apud furculę propinquitatem, G duo ab ea ſeparantur rami, quorū ambo ad partem furculæ, tranſuerſi incedunt. & quantūcunq; plus vadunt, adinuicem elongatur, & fit vnuſquiſq; ramus ex eis, [n] duo rami. ſ. vnus in vnoquoq; latere, deſcendentes ſuper extremitatē thoracis à dextra & ſiniſtra, donec ad [n] {alchangeri} perueniunt, & in ſuis itineribus ramos dimittunt, qui in muſculis ſparguntur, qui inter coſtas exiſtunt, quorum orificia venarū obuiant orificijs, quæ in ipſis penetrant, & egreditur inde collectio ad muſculū pectoris extrinſecum. [n] Cumq; ad [n] {alchangeri} perueniunt, egreditur ab eis exterius collectio ad muſculos cōculcatos ſpatulam mouentes, & ſpargitur in eis, & alia collectio [n] ſub muſculis rectis deſcendit, ex qua in eis ſparguntur partes, quarum extremitates cum partibus aſcendentibus continuantur venę [n] {alhagiazi,} quam nominabimus. Reſidui autem vniuſcuiuſq; eorum, & eſt par vnumquodq; duorū impariū, [n] quinq; dimittit ramos. [n] Vnus ex eis in pectore ſpargitur, & quatuor ſuperiores nutrit coſtas. [n] Et alter ramus nutrit duarum ſpatularū locum. [n] Et alter ramus ad muſculos ſubmerſos vadit, qui ſunt in collo ad nutriendum eos. [n] Et alter ramus penetrat in foraminibus ſex ſpondyliū ſuperiorum, quę ſunt in collo. & inde ad caput tranſit. [n] Et alter ramus magnus, qui illis exiſtit omnibus maior, ad aſellam, ab vnoquoq; vadit latere: & in, quatuor diuiditur ramos, [n] primus in muſculis, qui ſuper thoracem ſpargitur: & ipſi quidem ſunt ex illis, qui ſpatulæ iuncturam mouent. [n] Et ſecundus in carne laxa, & in panniculis, qui ſunt in aſella. H [n] Et tertius eorum deſcendit incedens ſuper latera pectoris tendens ad mirach. [n] Et quartus omnibus illis eſt maior, & in tres diuiditur partes. [n] Vna pars ſpargitur in muſculo, qui in cōcauitate exiſtit ſpatulæ. [n] Et altera pars, in muſculo magno, qui eſt in aſella. [n] Et tertia, eſt maior ipſis omnibus ſuper adiutorium tendens ad manum, & ipſa eſt, quæ aſellata vocatur. Et illud, quod ex ramis remanet primis: quorum vnum ex imparibus in multas partium fuerat partes, ad partem colli aſcendit, & antequam multum ſuperfluat in hoc, in duas diuiditur partes: vna eſt guidez manifeſta: & altera eſt guidez ſubmerſa. [o] Et guidez quidē manifeſta, illico cum à furcula aſcendit, in duas diuiditur partes, quarū vna illico cum ſeparatur ad anteriora tēdit, & ad latus: & altera vadit primo ad anteriora, & deſcendit, & poſtea aſcendit, & [p] reuoluitur ſuper furculā: deinde eleuatur, & manifeſta aſcendit ſuper collum, donec ad primam partem peruenit, & miſcetur cum ea, & fit ex eis guidez manifeſta, quæ eſt ſcita. Veruntamen antequā cum ea miſceatur, ſeparantur ab ea duo paria, quorum vnum ad latitudinem tendit: deinde ſibi apud furculam duarum obuiationum, obuiant in loco profundo. Et in ſecundum in collo manifeſte tranſuerſatur, & duo eius imparia: non poſt hoc ſibi obuiant. Et ex iſtis quidem duobus paribus [q] rami ſeparantur araneales, qui ſenſui non ſubiacent.

A 13.anima. Gal. ibidem.
B 13.anima. G.de venę c.2.c, & li. c.15.d, & li. ne vict.10. Hippo.de c.6.fo.184 de fœtuum ca.3.d.e, & li.2.theo.
C 13 anima. Gal.& Ha.
C Halya.
C Gal.& H.
D 13.anima. Gal.et Ha.
E 13.anima.
F Ga.li.6. c.14.bis d. nat. c.13. & li.7.ana. &.13.anima.
G Li.13.ai. Haly.li.3. et Ga.dici. 6.de vſu p.
H 13.anima.
I Gal.li.6. c.10.11.12. ſect.ven. anima.c.11.
I Auic.ibi.
I Auic.ibi.
K Gal.de na.c.2.
k Ga.
k Ga.
L 13.anima.
M Gal.de ven.c.1.
N Gal.ibi. Haly.2.the.
N enſiſo
N enſiſo
N Halya.
N Gal.ibi.
N oſsis
N Gal.ibi.
N Haly.
O Gal.li. ratio.10.d
P G.de diſſe. c.6.d, & Ha.
Q G li.de ven.c.6.d, et ibidem.

Ga.ibi.& Haly. ibi.
A Halya. 2. theo. c.12.& G.de diſſec. ven.c.7.h.a
A Haly.ibi. a Gal. ibi.
B Gal.lib.9. de vſu par.c.6.c
C Li.3.Fē.1.t.1.c.2. &.13.anima.c.18.
D G.de ven, diſſe. ca.3.&.4. & li.2. de vic.rōne.10. & li.3. anato. c.5. b.c.d
E Haly.2 the.c.12. &.13.anima.c.18.
E Haly.& Aui.ibi.
E *cubiti*
F 13.anima.c.18.& Raſ.t.1.c.5. & Hal.
F Auic.ibidem.
F *brachiale*
F Auic.ibidem.
F Auic. ibidem.
F Auic.ibidem.
F Auic.ibidem.
G Auic.ibi. & Gal. li.3.anato.c.5.h
H G.de ven.diſſe. cap.8.
I Haly.2.the.c.12. e, & Gal. de diſſec. ven.c.8.b, &.13 anima.ca.19.
k 13.anima.c.19.
L Gal.li.de diſſec. ven.c.8.c, &.13.anima.ca.19.



A ſubiacent. Ex ſumma autē ramorum iſtius ſecundi paris, proprie tres venæ iam ſeparatæ fuerunt, ſenſu perceptæ, quantitatē habentes: ſed aliæ ſunt nō perceptæ ſenſu. Vna vero harū venarū ſuper ſpatulam extenditur, & ipſa [q] eſt, quæ vocatur ſpatularis, ex qua eſt cephalica. Et duæ ad duo, iſtius ſpatularis latera, ipſam vſq; ad caput ſpatulæ ſimul comitantes. vna vero earū ibi retinetur, & non pertranſit eam: immo ibi ſpargitur. ſed ſecunda anterior earum eam pertranſit ad caput adiutorij, & ibi ſpargitur. Spatularis quoq; eas ambas pertranſit ad vltimum, quod eſt in manu, & hæc eſt. [a] Guidez autem manifeſta, poſtquā eius duo imparia miſcentur, in duas diuiditur partes: quarum vna occultatur, & ſeparantur ex ea rami parui, & in mādibula ſparguntur ſuperiore. Et alij rami, multum maiores iſtis, in mandibula inferiore ſparguntur. Ramorū aūt duorum modorū partes, in circuitu linguæ ſparguntur, & in manifeſto partium muſculorū, qui ſunt ibi poſiti, & pars altera manifeſtatur: & in locis, qui ſequuntur caput, & aurē ſpargitur. [a] Guidez vero ſubmerſa comitatur meri, & aſcendit cum eo directe, & in ſuo itinere dimittit ramos, qui miſcētur cum ramis, qui à guidez manifeſta veniunt: & oēs in meri, & in epiglotti, & in omnibus partibus muſculorū profundorum ſparguntur: & penetrat extremum [a] eius ad finem cōmiſſuræ laudę, & ſparguntur illic octo rami, qui in membris ſparguntur, quæ ſunt inter ſpondylem primā & ſecundā: & inde vadit [a] vena capillaris apud iuncturā, quæ eſt inter caput & collū, à qua rami ſeparātur, qui ad panniculū B veniunt, qui eſt cooperiens craneū: & veniunt ad locū, vbi duo oſſa cranei ſibi obuiāt, & ſubmerguntur ibi in craneo. [a] Quod autē poſt harum venarū tranſmiſſionem remanet, ad cranei ventrē, penetrat in fine cōmiſſuræ laudæ: & inde ſpargitur ramus in duobus cerebri panniculis ad nutriendum eos, & ad ligandū panniculū durum cum eo quod eſt in ipſius circuitu: & ſupra ipſum poſtea egreditur ad exteriora, & panniculum, qui cooperit, craneum nutrit: deinde à panniculo ſubtili ad cerebrum deſcendit, & in ipſo diſpargitur, ſicut arterię diſparguntur, quas oēs panniculi groſſi replicatio ſtringit, & [b] eas ad locū amplum, & ad ſpatium, in quod ſanguis funditur, & congregatur: deinde ab eo ſeparatur inter duas replicationes, & vocatur torcular. [c] Iſtis quoq; ramis, cum ventriculo medio propinqui fiunt, eſt neceſſe, vt magnæ fiant venæ, & ex torculari ſugant, & ex ſuis vijs, quæ ab eo ſeparantur: deinde à ventriculo medio ad duos anteriores ventriculos tendūt, & arterijs ad locum illum aſcendentibus obuiant, & texitur panniculus qui recte vocatur ſecundinum.

*De anatomia venarum manuum.* [d] Cap. 4.

PRimum autē quod ex ſpatulari diuiditur vena [e] eſt cephalica, cum in rectitudine ſiſtitur adiutorij, & in cutem & partes muſculorū ſpargitur manifeſtas: poſtea iuxta cubiti iuncturam, in tres diuiditur partes. quarum [e] vna eſt brachij funis, quæ ſuper manifeſtū ſuperioris focilis extenditur, deinde ad ſylueſtrem inclinatur, & ad focilis inferioris gibboſitatem declinans, & in eo, quod C in inferioribus partibus raſetæ ſylueſtribus eſt, ſpargitur. [e] Secunda aūt ad cubiti flexionem tendit, in manifeſto [e] {alſeid} & ramo aſellaris cōmiſcetur: & fit inde vena nigra. [e] Tertia autē ſubmergitur, & in profundū etiam cum ramo aſellaris miſcetur. [f] Ex aſellari vero, in primis cum oritur, procedunt rami, qui in adiutorio ſubmerguntur, & in muſculis, qui ſunt ibi ſparguntur, & ibi finiuntur, excepto vno eorum, qui peruenit ad alſeid. Cumq; aſellaris circa cubiti peruenit iuncturam in duas diuiditur partes: quarum vna ſubmergitur, & ramo cephalicæ cōtinuatur, qui profundatur, cum quo parumper incedit, ſed poſtea ab eo ſeparatur, & declinat vna earum ad domeſticū, donec ad auricularem & anularem peruenit, & ad medium medij: & pars eleuatur, & in partibus manus extrinſecis, quæ tangunt os, diuiditur. [f] Secunda aūt partium aſellaris, apud alſeid in quatuor partitur ramos, quorum vnus inferioribus cubito diuiditur, & ad [f] {raſetam} tendit. [f] Et ſecundus diuiditur ſupra diuiſiones primi, cuius diuiſiones ſunt, ſicut illius diuiſiones. [f] Et tertius ſimiliter diuiditur in medio alſeid. [f] Quartus vero, eſt maior eorum, & ipſe eſt ille, qui manifeſtatur & eleuatur: à quo procedit ramus, qui ad vnum cephalicæ peruenit ramum, & fit ex eis vena nigra: cuius reſiduum eſt baſilica, quæ etiam occultatur, & ſubmergitur alia vice. [f] Vena autem nigra à domeſtico incipit, & ſupra ſuperius facile eleuatur, deinde ad ſylueſtrē peruenit, & in duas [g] ad laudæ græcæ ſimilitudinem diuiditur partes: quarum ſuperior ad extremum ſuperioris focilis tendit, & vadit ad D raſetam & in pollicis dorſo ſpargitur, & inter ipſum & indicem. pars aūt eius inferior, ad extremū focilis inferioris vadit: & in tres diuiditur ramos: quorū vnus ramus ad locum tendit, qui eſt inter mediū & indicē, & ramo, qui ad indicē à ſuperiore proficiſcitur parte, continuatur, & fit inde vena vna. Ramus vero ipſius ſecundus, & ipſe eſt ſceilen, procedit: & inter mediū & anularē diuiditur. Et protenditur tertius, ad anularē, & minimū. Et iſti poſtea coniungunt, & in digitis ſparguntur.

[h] *De anatomia venæ concauæ deſcendentis.* Cap. 5.

IAm quidem compleuimus ſermonem de parte ventrem habentis aſcendente, quæ eſt duarum partium ipſius minor. [i] A parte vero deſcendente primū, quod diuiditur illico cū oritur ab hepate, anteꝗ ſupra dorſum appodietur, eſt rami capillares, qui ad inuolutiones dextri renis vadūt, & ſpargunt in eis, & in eo quod circa eas exiſtit de interioribus, ad nutriendū ea. [k] Poſtea procedunt ab ea duæ magnæ venæ, quę emulgētes vocant: & ad renes vadunt ad ſanguinis aquoſitatē colandam. Ren.n. nō trahit niſi nutrimentū ſui, qđ eſt ſanguinis aquoſitas. [l] A ſiniſtra aūt venarū emulgentiū vna procedit vena, quæ ad ſiniſtrū maſculorū & fęminarū teſticulū vadit, ſēm modū, quem in arterijs diximus: non. n. alterat in hoc, neq; in hoc [l] ꝙ poſt diuidunt duæ venæ, quæ ad duos incedunt teſticulos. [l] Et illa, quæ ad ſiniſtrū tendit ſemper à ſiniſtra harū duarum accipit ramū. & fortaſſe

taſſe in aliquibus tota eius origo erit inde. Illa vero, quæ ad dextrum tendit, raro à dextra iſtarum E
duarum emulgentium accipit ramum: immo ſæpe non ei cõmiſcetur, neq; in eo alteratur, quod à
rene peruenit ad teſticulos, & in foramine, in quo ſperma digeritur, & albificatur, cum prius eſſet
rubeum, propter multitudinem tortuoſitatum ſuarum venarum, & reuolutionum ſuarum, &
quod ad eas etiam peruenit, à dorſo. Et huiuſmodi quidem venæ, plurimum in virga, & in collo
matricis finitur, quemadmodum in arterijs declarauimus. [l] Poſtquã vero duæ emulgentes, & ca-
rum rami naſcuntur, ventrem habens, è vicino ſupra dorſum appodiatur, & deſcendere incipit, à
qua corã omni ſpondyli ſeparatur ramus, & in ea egreditur, & ſpargitur: & in muſculis, qui apud
eas ſunt poſiti: & venæ ſeparantur, quæ ad duo tendunt ilia, & ad ventris muſculos vadunt: poſtea
venæ, quæ per foramina ſpondylium ingrediuntur ad nucham, quæ cum ad extremũ perueniunt
ſpondylium in duas diuiduntur partes: quarũ vna ad dextram: & altera tendit ad ſiniſtrã, & vna-
quæq; ipſarum ad vnam tendit coxam. [a] Ab vnaquaq; tamen earum, antequam ad coxam perue-
niat, decem ſeparantur tunicæ, quarum vna [a] {ad methenem tendit.} [b] Secundæ vero earum par-
tes ſubtiles ſunt, & capillares, quæ ad inferiora partium ſiphac tendunt. [b] Tertia autem, in muſcu-
lis ſpargitur, qui ſuper [b] {alhagiazi} os exiſtunt. [b] Quarta ſpargitur in muſculis, qui ſunt in ano, &
in manifeſto ex [b] {alhagiazi.} Quinta vero, ad collum matricis mulierũ vadit, & in ipſo ſpargitur:
& in eo quod ei continuatur, & ad veſicam tendit. [b] Sed illa, quæ ad veſicam vadit, in duas diuidi- F
tur partes, quarum vna in veſica ſpargitur, & altera ad ipſius tendit collum. Et hec quidem pars in
viris, eſt valde magna propter virgam: ſed in mulieribus eſt parua. [b] Sexta vero, ad muſculos ſuper
os femoris poſitos vadit. [b] Et ſeptima, ad muſculos tendit, qui in rectitudine corporis ſuper ventrẽ
ſunt poſiti. Et hæ quidem venæ, cum extremitatibus venarum cõtinuantur, quas in pectore dixi-
mus ad mirach ventris deſcendere. Et ex harum quidem venarũ radice egrediuntur in mulieribus
venæ, quæ ad matricem tendunt. Et à duobus quidem lateribus venarum, quæ ad matricem ten-
dunt, [c] diuiduntur venæ, quæ ad mamillas aſcendũt, per quas mãmillæ matrici aſſociant. [d] Octa-
ua vero, ad virorum & fœminarum receptaculum vadit. [e] Et nona quidem, peruenit ad muſculos
eius, quod in coxa eſt occultum, & ſpargitur in eis. Decima vero, à parte emunctorij manifeſta ve-
niens, ad duo tendit ilia, & cum extremitatibus venarum deſcendentium cõtinuatur, & præcipue
eis, quæ à parte mammillarum deſcendunt, & fit ex eis pars magna, quæ ad natium muſculos va-
dit. [f] Quod vero ex iſtis remanet, ad coxam tendit, vbi prouenjunt rami, quorum vnus in muſcu-
lis diuiditur, qui ſupra antecedentẽ coxæ partem conſiſtunt, [f] & alius in muſculis eius, quod in co-
xa inferius eſt, & in ipſius domeſtico profunde, & alij multi rami in coxæ profundo ſparguntur.
[f] Quod autem poſt hoc totum remanet, poſtquam poplitis iuncturam parum cooperit, in tres di-
uiditur partes, quarum ſylueſtris ſuper cannam extenditur minorem, vſq; ad [f] {alchahab} iunctu- G
ram. Et ipſarum media in flexione poplitis extenditur deſcendens, & in lacertis occultis cruris fa-
cit deſcendere ramos, & in duas diuiditur partes: quarum [f] vna occultatur in eo, quod in interiore
cruris parte exiſtit: altera vero vadit inter duas cannas extenſas ad anteriorem pedis, & ramo ſylue-
ſtri miſcetur, quem nominauimus. [f] Tertia vero, & ipſa eſt domeſtica, ad locũ cruris venoſum de-
clinat, & extenditur, & ad alchaab ad extremitatem cannæ maioris gibboſam, & ad pedis domeſti
cum deſcendit, [f] & ipſa quidem eſt ſaphena. Iſtæ vero tres, factę fuerunt quatuor, quarum duę ſyl-
ueſtres, ad pedem veniunt, à parte cannæ minoris. Et duarum domeſticarum, & vna duarum ſyl-
ueſtriũ ſupra pedem eleuatur, & in ſupremo eius à parte minimi ſpargitur. Secunda vero, eſt illa,
quæ cum domeſtico ramo ſylueſtris miſcetur partis, quam nominauimus: & ſparguntur ambo in
partibus inferioribus. Iſti quidem ſunt venarum numeri. Et iam quidem membrorum conſimi-
lium habentium partes, anatomiam compleuimus. Compoſitarũ vero inſtrumentalium cuiuſq;
anatomiam nominabimus in [g] dictione, quæ eorum diſpoſitiones, & medicamenta comprehen-
dit. Nunc de virtutibus loqui incipiamus.

DOCTRINA VI. *cuius eſt ſumma vna, & vnum Capitulum.*

*Summa eſt de virtutibus, cuius ſex ſunt Capitula.*

*Summæ quæ eſt Doctrinæ ſextæ, quæ eſt dictionis primæ, quod eſt de generibus virtutum ſecundum ſermonem vniuerſalem.* Cap. I. H

Virtutum & operationum [h] adinuicẽ, aliæ ex alijs cognoſcuntur. Omnis enim virtus
operatiõis exiſtit initiũ: neq; aliqua operatio prouenit niſi ex virtute: ideoq; vtraſq;
in vno poſuimus cap. [i] Virtutum aũt genera, & operationũ ex eis prouenientium,
apud medicos ſunt tria. Quę ſunt genus virtutũ vitaliũ: & genus virtutũ naturaliũ:
& genus virtutũ animalium. Et multis quidem philoſophorũ, & medicis omnibus,
& pręcipue [k] G. videtur, ꝙ vnaquæq; virtutũ, membrũ principale habet, quod eius exiſtit minera,
& à quo eius procedunt operationes. Et videtur eis, ꝙ virtutis animalis [l] ſedes ſit cerebrũ, & ipſius
ab eo proueniãt operationes. Et ꝙ virtus naturalis, duas habet ſpecies. Et ſpecies eſt, cuius finis eſt
conſeruare indiuiduũ, & regimen eius, & ipſa operatur in re nutrimenti, vt nutriatur corpus, vſq;
ad finem vitæ. [l] Et huius quidẽ ſpeciei ſedes, & operationũ ipſius proceſſus, eſt hepar. Altera vero
ſpecies eſt, cuius finis eſt ſpeciem conſeruare, quæ eſt miniſtrans in re generationis, & ſeparat ex
[l] {amſagi} corporis ſpermatis ſubſtantiã, deinde ipſum informat, ſui creatoris pręcepto. [m] Et huius
quidẽ ſpeciei habitatio, & operationũ ipſius prouentus, ſunt teſticuli. [n] Vitalis vero virtus eſt illa,

quæ

A Li.3 … Haly.1 … *A pſoas* B Gal.de ven.ca. … *B ſacrum* *B oſſe* … C Gal.li. … par. capi. aphor. … D Gal.de ven.ca. … *Idem ſupra æ* E Gal.de ven.ca. … F Gal.de natu.c. … & Haly. … F Gal.li. … *F tal* … G Lib. … H Gal.lib. … ca.7.a I Ga.li.9.de … ca.10.h, & gnoſ.6.d, & 4.theo.c. … K Ibi cõme. gnoſt.6.d L Ga.li.1.ad glauco. 99.g, & li. … affect.c.1. … L Gal.lib. … *L humidi bus ſecunde* M G.li.1. ad glau.c. … b, & lib. … ca.9.b N Ga.li.9 … ca.10.h

A Haly.4.the.c.5.
B Doc.5.c.1.
B Li.3 de parti.ani ma.ca.4.
C Ca.4.& de viri. tor.t.1.c.1.
D Doc.5.c.1.
E Haly.li.4.theo. ca.2.
F Ga li.3.natu.fac. ca.1.d, & li.1.c.8.b
G Gal.li.1.natu. fac.ca.7.a.b
*Idem infra æ*
*Idem ſupra æ*
*G tabes*
H Gal.li.1.nat.fac. ca.11.f, & li 3 ca.13. a.b, & lib.3.de cau. ſympt.c.2.c.d.e, & lib.7.meth.med. ca.6.d
I Gal.li.1.nat.fac. c.11.f, & li 3.de cau. ſympt.c.2.c.d.e
K Haly.4.theo.c.2
L Ga.li.3.de cauſis ſympt.c.2.c.d.e
M Gal.li.3.nat.fac. ca.13.c
N G.li.de cib.bo. & mal.ſucci.c.5.a
O Haly.li.4.theo. ca.2.
P Gal.li.1.nat.fac. ca.5.e
Q G.li.1.nat fac. c.6 h, & l de fœtuũ forma.c.6.a.b.c, & Halya.lib.4.theo. ca.2.
R Gal.li.3.nat fac. ca.9.c
S Gal.li 3.nat.fac. cap.1.d, & Halya. li.4.theo.c.2.
T Gal.lib.5.de vſu par.c.11.h.a
V Gal.li.5.de loc. affec.c.7.fo.35.b
X Haly.li.4.theo. ca.2.
*X obliquo*
Y Gal lib.5.de vſu par.c.11.h.a
Z Gal.lib.5.de loc. affec.c.7.fo.35.b
*Z concoctio*

A quæ ſpiritus eſſe rem conſeruat, qui ſenſus & motus vehiculum exiſtit, & ipſum reddit aptum ad
eorum impreſſiones recipiendas, cum ad cerebrum peruenit, & facit ipſum potentem dandi vi-
tam, vbicunq; expanditur. [a] Et huius quidem virtutis ſedes, & operationis ipſius, proceſſus eſt cor.
Omnibus autem philoſophis maiori. [i] [b] Ariſtoteli videtur, ꝙ omnium iſtarum operationum prin
cipium exiſtit cor: ſed primarum operationũ earum manifeſtatio in his prædictis exiſtit principijs,
[c] quemadmodum apud medicos cerebrũ eſt ſentiendi principium, & poſt hoc quiſq; ſenſus habet
membrum, in quo eius apparet operatio. Præterea cum conſiderant, ſicut debent, & certificant,
[d] inueniunt rem ſicut videtur Ariſtoteli: & non quemadmodũ ipſis videtur. & inueniunt ſermo-
nes ſuos extractos ex præmiſſis probabilibus nõ neceſſarijs, in quibus nõ aſſequuntur, niſi [d] quod
ex rebus appareret. Medico autem inquantum medicus, non attinet, vt conſideret, quæ ſit harum
duarum ſententiarum veritas, ſed illud conſiderare philoſophus, aut phyſicus debet. Medicus au-
tem, cum conceditur ei membra hæc prænominata iſtarum virtutum principia exiſtere, non curat
in eo, quod de eſſe medicationis conſiderat, an ex alijs habeantur principijs, quæ ſunt ipſis priora,
vel non: verum illius ignorantia eſt de his, in quibus non conceditur philoſopho.

*De virtutibus naruralibus, quibus miniſtratur.* Cap. 2.

Virtutum vero naturalium, aliæ ſunt, quæ ſunt [e] miniſtrantes: aliæ ſunt quæ miniſtratæ. Et mi-
B niſtratarum quidem, duo ſunt genera. Vnum genus miniſtrat in re nutrientis ad hoc, vt in-
diuiduum remaneat: quod in duas partitur ſpecies, nutritiuam, & creſcitiuam. Et alterũ genus mi-
niſtrat in nutriente, ad hoc, vt remaneat ſpecies: quod etiã in duas diuiditur ſpecies, in generatiuã,
& formatiuã. [f] Virtus vero nutritiua eſt illa, quæ nutriens in nutriti conuertit ſimilitudinẽ, ideo, vt
per ipſum reſtaurationem eius recuperet, quod diſſolutum fuit. [e] [g] Virtus autem creſcitiua eſt illa,
quæ in totius corporis diametris addit, ſm proportionalitatẽ naturalem, quatenus ipſum ad finem
augmenti perducat per illud, quod ipſum ex nutriẽte ingreditur. Nutritiua vero virtus, creſcitiuæ
ſeruit, eo ꝙ nutritiua qñq; affert nutriẽs ei quod diſſoluitur æquale, quãdoq; minus, quãdoq; plus.
Sed creſcitiua nõ erit, niſi cum quod ingreditur plus fuerit eo, ꝙ diſſoluitur. Non tamen totũ, quod
taliter exiſtit, eſt creſcitiua. Impinguari.n. poſt macredinẽ in ætate cõſiſtentiæ, eſt huius ſectæ, nõ ta-
men eſt creſcitiua. æ Non eſt.n. augmentũ, niſi illud quod ſm naturalem proportionalitatẽ in om-
nibus exiſtit diametris, quatenus ipſum ad creſcentiæ perducit complementũ. Deinceps vero, poſt
hoc nullo modo eſt ibi creſcentia: & ſi ſit ibi impinguatio: quemadmodũ ante cõſiſtentiam nõ exi-
ſtit etiã [g] {debul} & ſi ſit ibi macredo, licet illud longius exiſtat, & à neceſſario exiens magis. [h] Et nu
tritiuæ quidẽ operatio, tribus particularibus cõpletur operationibus. Vna eſt, aduentus ſubſtantię
cambij, quę eſt ſanguis, & humor, qui eſt in potẽtia propinqua in effectu ſimilis mẽbro: quod qñq;
C fallit, quemadmodum in ægritudine cõtingit, quæ atrophia vocatur, quæ eſt nutrimenti defectus.
[i] Et alia eſt adhærentia, quæ eſt, vt hoc receptum, nutrimentũ completo effectu efficiat. ſ. vt mẽbri
pars fiat, quod plerunq; fallit, quemadmodũ [k] in hydropiſi contingit carnoſa. [l] Et tertia eſt ſimilitu
do, quę eſt, vt hoc receptum, quod iam factũ eſt pars membri ponat ei ab omnibus partibus ſimile,
vſq; in eſſentia & colore: quod qñq; fallit, quemadmodũ cõtingit in baras, & morphea. Cambium
enim & adhærentia iam ibi ſunt reperta, ſed ſimilitudo nõ ibi inuenitur. Et hanc quidẽ operationẽ
efficit virtus immutatiua, quæ eſt vna de virtutibus nutritiuæ, & eſt in homine vna in genere, aut
principio primo, ſed in membris ſimiliũ partiũ diuerſificatur. [m] In vnoquoq; enim mẽbro exiſtit
virtus ſm eius cõplexionem, quæ nutrimentũ in eius conuertit ſimilitudinẽ, diuerſa à virtute, quæ
nutrimentum in ſimilitudinẽ alterius permutat. [n] Immutatiua vero, quæ eſt in hepate operationẽ
efficit toti corpori cõmunem. Generatiuæ vero virtutis, duæ ſunt ſpecies. [o] Vna eſt, quę in maſcu-
lis & fœminis ſperma generat. [p] Altera eſt, quæ diuidit virtutes, quæ ſunt in ſpermate, & permiſcet
eas cum permiſtionibus, ſm ꝙ vnicuiq; cõuenit mẽbro, dans neruo complexionẽ propriã, & oſſi
cõplexionem propriã: hoc tamen totũ prouenit de ſpermate ſimiliũ partiũ, aut ſimilis permiſtio-
nis. [p] Et hanc quidẽ virtutẽ vocant medici, virtutẽ immutatiuã primam. [q] Virtus vero informati-
ua imprimens, eſt illa ex qua præcepto ſui creatoris procedit membrorũ lineatio, & ipſorũ figura-
D tio, & concauitas, & foramina, & lenitas, & aſperitas, & eorũ ſitus, & ipſorũ cõmunicatio, & ad vlti
mum operationes, quæ ex finibus dimenſionũ eorum pendent. Et huic quidẽ virtuti miniſtrantes
ſunt, quæ rem nutrimenti miniſtrant ad ſpeciem cuſtodiendã, & ſunt virtus nutritiua & creſcitiua.

*De virtutibus naturalibus miniſtrantibus.* Cap. 3.

Virtutes vero naturales, quæ miniſtrant, tantum virtuti nutritiuæ ſunt miniſtrantes, [r] quæ ſunt
quatuor virtutes. ſ. attractiua, retentiua, digeſtiua, & expulſiua. [s] Attractiua vero, fuit creata
ad attrahendum iuuatiuum, quæ quidem operatur hoc villis membri, in quo eſt [t] ſecundum lon-
gitudinem protenſis. [u] Et retentiua, fuit creata, vt [x] iuuatiuum retineat, donec virtutes ipſum im-
mutantes in eo operantur, quæ ab ipſo alimentum ſuſcipiunt, quod equidem efficitur [y] villis, qui
ex [x] {tranſuerſo} protenduntur. Et eſt etiã cum villi, qui ſm latitudinẽ incedunt auxiliũ præbent.
[z] Digeſtiua vero, eſt illa, quæ quod attractiua attraxit, & retinuit retentiua, in eſſentiam conuertit
præparatam operationi virtutis in ea permutationem facientis ad cõplexionem, quæ conuerſioni
nutrientis in effectu eſt cõpetens. Hæc eſt enim eius operatio in iuuatiuo, quę vocatur [z] {henadã.}
Eius vero operatio, in ſuperfluitatibus eſt, vt ſi poſſibile fuerit, eas in hanc mutet diſpoſitionẽ, quæ
etiã vocatur digeſtio: aut, vt earum egreſſionem à membro, in quo ſunt retentæ, facilẽ efficiat cum

expulſione, earum [a] attenuando eſſentiam, ſi quod prohibet, fuerit groſſities: aut ingroſſando, ſi quod vetat, fuerit tenuitas: aut incidendo ſi quod prohibet, fuerit viſcoſitas. Et hæc quidē operatio vocatur alandagi, eſt tamen cum alhenadam, & alhandagi, ſynonyma dicuntur. [b] Expulſiua autē, eſt illa, quæ ſuperfluitatem expellit ex nutrimento reſiduam, quæ ad nutriendum non eſt conueniens, aut quæ excedit menſuram, quæ ſufficit ad nutriendum: & quæ non eſt neceſſaria: aut completa eſt eius adminiſtratio ſm modum intentum, vel in parte intenta, ſicut vrina. Et hæc quidem virtus has expellit ſuperfluitates, aut per partes & foramina, quæ ſunt eis præparata: vel ſi non fuerint ibi foramina præparata, à nobili expellit ad ignobile, & à duro ad laxum. Cumqꝫ in parte expulſionis fuerit declinatio materiei ſuperfluitatis, nō conuertit eam virtus expulſiua ab illa ſemita, inquantum poſſibile fuerit. His aūt quatuor virtutibus naturalibus, quatuor primæ ſeruiunt qualitates. ſ. caliditas, frigiditas, ſiccitas, & humiditas. [c] Sed caliditatis ſeruitium omnibus quatuor pro certo eſt cōmune. α [d] Frigiditas vero eſt, cum alicui earum ſeruit accidentaliter, & non eſſentialiter. [e] Quod enim frigiditati ineſt eſſentialiter, eſt, vt omnibus virtutibus ſit contraria: qm̄ omniū virtutum operationes per motū exiſtunt: & hoc quidem in attractione & expulſione manifeſtū exiſtit: ſed in digeſtione etiam, qm̄ digeſtio cōpletur cum ſeparatione partium, quæ ſunt groſſæ, & ſpiſſæ: & aggregatione ipſarum cum ſunt tenues & ſubtiles. Et hæ quidem motiones ſunt ſeparantes, & permiſcentes. Retentiua vero operatur, [f] villos mouendo {tranſuerſos} ſm figuram comprehenſionis firmam. [g] Et frigiditas quidē eſt mortificans, & ſtupefaciens, & ab omnibus iſtis prohibens operationibus: ad retentionē tamen faciendā accidentaliter confert, quoniam villos ſm bonæ comprehenſionis figuram tenet. Non ergo in operationibus virtutum eſſentialiter ingreditur, ſed tali præparat inſtrumentum diſpoſitione, qua ipſum ſuā cuſtodit operationem. [h] Et expulſiua quidē à frigiditate iuuatur: propterea ꝙ ventoſitatis prohibet fieri diſſolutionem, quæ ad expellendum iuuat, & quia in eius auxiliatur groſſitie, & propterea ꝙ villum, qui ſm latitudinē protenditur exprimentē contrahit, & inſpiſſat ipſum. Et hoc eſt etiā inſtrumentū præparare, & nō eſt in ipſamet operatione auxilium ferre. α Et frigus non intrat in ſeruitium harum virtutum, niſi per accidens. Si enim in ipſiſmet ingrederetur operationibus, noceret, & motiones debilitaret. [i] Siccitas vero, in trium virtutū operationibus neceſſaria exiſtit, quæ ſunt duæ mutatiuę localiter, & retentiua. Duabus vero localiter mutatiuis, quæ ſunt attractiua & expulſiua, præbet ſiccitas auxilium, eo ꝙ multam eis efficit ſuſtentationem, quæ in motu eſt neceſſaria, motu videlicet ſpiritus, qui has virtutes ad ſuas defert operationes, impulſione vehementi, quam & talem, qualis eſt ipſa prohibet mollificatio humida, cum in ſubſtantia fuerit ſpiritus, aut inſtrumenti: ſed retentiuæ propter conſtrictionem. [k] Digeſtiua autem plus indiget humiditate. Poſt hæc autem, cum inter qualitates actiuas, & paſſiuas comparaueris, inquantum iſtæ virtutes eis indigent, reperies virtutem retentiuā plus indigere ſiccitate, ꝗ caliditate, eo ꝙ tempus in quo quieſcere debet retentiua, maius eſt tempore in quo moueri debet villus, qui ſecundum {latitudinem} tendit ad conſtringendum. Nam tempus motionis eius in quo caliditas eſt neceſſaria, eſt breue, & totum reliquum tempus eius operationis eſt ad tenendum, & ad quieſcendum. Et quia puerorū complexio plus declinat ad humiditatem, [l] ideo virtus hæc in eis plus eſt debilis. [m] Attractiua vero plus indiget caliditate, ꝗ ſiccitate, quoniā caliditas adiuuat in attractione, in eo ꝙ maior pars ſuæ operationis eſt mouere, & plus neceſſe eſt ei mouere partes ſui inſtrumenti, ꝗ quietas facere, & cum ſiccitate ſtringere. Hæc enim virtus non tantum indiget multo motu: ſed plerunqꝫ etiam motu indiget vehementi. [n] Et attractio quidem fit, aut virtute attractiua, quemadmodum magnes attrahit ferrum: aut implendo vacuum, ſicut aqua trahitur in alzarachat: aut calore, ſicut in lampade attrahitur oleum: licet hæc pars tertia reducatur neceſſario ad implendum vacuum apud certificantes, immo eſt ipſamet. Cum ergo virtus attractiua caliditatis habuerit auxilium, fortior erit attractio. Expulſiua vero minus indiget ſiccitate, ꝗ attractiua, & retentiua: non enim indiget conſtrictione retentiuæ, neqꝫ adhærentia, ſeu applicatione, quæ fit in attractiua, & conſtrictione eius, & circundatione attracti, tenendo partes inſtrumenti, donec ad illas alterius partis attractio perueniat. Et ad vltimum nullo modo indiget expulſiua quiete, ſed motu & inſpiſſatione pauca, quæ ad exprimendum, & ad expellendum tali adiuuet menſura, quatenus per ipſam remaneat inſtrumentum figuram expreſſionis, & conſtrictionis conſeruans: quemadmodum in retentiua tempus longum, & in attractiua tempus breue eſt neceſſarium, donec partium attractio vnam applicet alij, ideoqꝫ ſiccitate parum indiget. Quæ autē plus eis omnibus indiget caliditate, eſt digeſtiua, quæ ſiccitate non indiget, ſed humiditate, vt nutriens fluidum efficiat, & ad penetrandū in foramina, & ad figuras recipiendas aptum reddat. Neqꝫ pōt aliquis dicere, ꝙ ſi humiditas in digerendo eſſet iuuatiua, pueri poſſent res duras digerere. [o] Non enim prouenit pueris nō poſſe iſtud, & iuuenibus poſſe propter hoc, ſed propter homogeneā, & homogeneæ elongationē. Quod. n. ex rebus durum exiſtit, cōplexioni puerorum nō eſt homogeneum. Virtutes igitur digeſtiuæ in eo non operantur, neqꝫ ipſum recipiunt retentiuæ, ſed cito ipſum expellunt expulſiuæ. Iuuenū vero cōplexionibus eſt id conueniens, & ad eos nutriendos conueniens. [p] Et ex hoc quidem quod collectū eſt, ꝙ retentiua indiget conſtrictione, & figurarū conſtrictionis fixione longo tēpore, & pauco motionis adiutorio. Et attractiua conſtrictione indiget, & fixione, & cōſtrictionis tpe breuiſſimo, & ī motu multo indiget auxilio. Et expulſiuę eſt neceſſarium ſtringere tantū ſine fixione, de qua nō eſt curandū: & indiget adiutorio ad motū faciendum.

Et

E A Lib.4. c.7.& Gal. medi.con. B Ga.li.5. ca.7.fo. | C Fē.1. Gal.li.8. Plat.ca. D Fen.1. & li.3.Fen. & t.4.c. lib.2.loc. fo.14.b.& &.1.dec. ca.7.b.c Infra α | F E Gal.li. ſympto. F Gal.li. par.ca. G Gal. affec.ca. H Lib. ca.4. Supra α I Gal.li. ſa ſympto. | G K Gal. li.3.Fen. K obl. | L Gal.li. ſa ſympto. M Li.3.Fen. ca 4. N G.li. c.15.a.& pli.med. & li.3.de c.15.g.& theo.c. | H | O G.li.3.de cau.ca. | P Gal.li. ſa ſympto.



A Et digeſtiuæ eſt neceſſarium eliquare, & permiſcere, ideoqꝫ virtutes iſtæ qualitates illas quatuor inæqualiter operari faciunt, & eis inæqualiter indigent.

*De virtutibus alhaiuanie.* i. vitalibus. *Cap.* 4.

Virtutes autem alhaiuanie, intelligi volunt [a] per illas, virtutem illam, quæ cum in membris recepta fuerit, præparabit ea ad recipiendū virtutē ſenſus & motus, & operationis vitæ, quibus etiā adduntur timoris & iræ motiones, per id quod in eis reperitur de dilatatione, & conſtrictione, quæ accidunt ſpiritui, qui huic proportionatus eſt virtuti. Nos aūt explanabimus ſummam hanc, & [b] dicemus, ꝙ quemadmodum ex humorū ſpiſſitudine ſm aliquam cōplexionem, ſubſtantia generatur ſpiſſa, quæ eſt membrū, aut pars mēbri: ita ex humorū vaporibus, & [c] eorum α ſubtilitate, ſm aliquam complexionē ſubſtantia generatur ſubtilis, quæ eſt ſpiritus. Et ſicut apud medicos hepar primæ generationis eſt principiū, ita [c] cor generationis ſecundæ, principiū exiſtit. Et hic ſpūs cum ſm complexionē prouenit, quam debet habere præparatur ad hanc virtutē recipiendā, quæ præparat omnia mēbra ad recipiendū alias virtutes animales, & etiā reliquas. Virtutes equidē animales in ſpiritu quidem, & in membris non proueniunt, niſi poſtꝗ hæc vitalis prouenit virtus. [d] Ideoqꝫ licet virtutes animales alicuius membri deſtruantur: viuum tn̄ membrū adhuc exiſtit, niſi hæc virtus in eo fuerit deſtructa. Nonne vides, ꝙ membrū ſtupidum, aut paralyticū vnumquodqꝫ B ſm habitudinē eſt non habens ſenſum, neqꝫ motum: aut propter cōplexionē, quæ prohibet ipſum eos recipere: aut propter oppilationem, quæ accidit inter cerebrū, & ipſum in neruis, qui ad ipſum perueniunt, & tn̄ ipſum eſt viuum? Et membrū cui accidit mortificatio, eſt nō habens ſenſum nec motū, & accidit ei vt putrefiat & corrumpatur. In membro ergo paralytico eſt virtus, quæ eius cuſtodit vitam: donec cum remotū fuerit quod prohibet, profluat ad ipſum virtus ſenſus & motus. Ipſum nanqꝫ præparatū erat ad ſuſcipiendū eam propter virtutis vitalis ſanitatē in eo. Prohibens enim nō prohibuit, niſi, vt nō eam in effectu reciperet, ſed membrū non ſic eſt mortuū. Et præparans nō eſt virtus nutriendi tantū, ita vt dicamus, ꝙ quādiu virtus nutriendi affuerit, viuum erit, & cum deſtruetur, erit mortuum, qm̄ [e] hoc ipſum verbum virtuti afferemus nutritiuæ. fortaſſe enim plerunqꝫ in aliquo eius operatio deſtrueretur, & membrū viuū remanebit, & fortaſſe plerunqꝫ remanebit eius operatio, & membrū tendet ad mortē. Et ſi virtus nutritiua, inquantū eſt nutritiua, eſſet ipſa virtus, quæ præparat ad ſentiendum & mouendum, vegetabilia præparata forent ad ſenſum, & motum recipiendum. Reſtat ergo, vt ſit præparans alia res, quæ propriā ſequatur complexionem, quæ vocatur virtus vitalis. Et ipſa quidem eſt prima virtus, quæ in ſpiritu prouenit, cum α ſpiritus ex ſubtilitate humorum procedit. Deinde ſpiritus ſm philoſophū Ariſtotelem per eam recipit principiū primum, & animā primam, ex qua aliæ profluunt virtutes. Harum vero virtutū C operationes, nō proueniunt à ſpiritu in principio rei, [f] ſicut etiā ſenſus apud medicos nō prouenit per ſpiritū animalem, qui eſt in cerebro, niſi ad cryſtalloidem penetret, aut ad linguam, aut ad alia. [g] Cum ergo pars ſpiritus in ventriculū peruenerit, cerebri cōplexionē recipiet, & erit conueniens, vt ex eo proueniant virtutum operationes, quæ in eo primo repertæ ſunt, & ſimiliter in hepate, & ſimiliter in teſticulis. Et apud medicos quid, [h] niſi poſtꝗ ſpiritus in cerebro ad aliam conuertitur cōplexionem, non præparatur ad recipiendū animam, quæ eſt principiū motus & ſenſus: & ſimiliter in hepate, licet prima cōplexio iam iuuerit ad recipiendum virtutē primam vitalem: & ſimiliter in vnoquoqꝫ membro. Apud eos enim vnumquodqꝫ operationū genus aliam habet animam. Et neqꝫ eſt anima vna, ex qua virtutes profluunt, aut erit anima aggregans hāc ſummam, qm̄ & ſi prima cōplexio iam adiuuerit ad virtutē primam alhaiuanie recipiendā, vbi vel in hora, qua aduenit ſpiritus, & virtus, quæ eſt eius perfectio, tn̄ hæc virtus apud eos ſola nō ſufficit, vt ſpiritus per ipſam oēs, alias ſuſcipiat virtutes, niſi propria prouenerit cōplexio. Præterea dixerunt, ꝙ virtus hæc, præter hoc ꝙ ipſa eſt præparans [i] vitā, eſt etiā motus ſubſtātiæ ſpiritualis ſubtilis principiū ad membra, & principiū cōſtrictionis & dilatationis propter attractionē aeris, & eius expulſionē. [i] Affert enim adiutoriū in cōparatione vitæ, quod eſt paſſio, & in cōparatione operationū animæ, & pulſus præbet auxiliū, quod eſt actio. Et hæc quidē virtus virtutibus naturalibus ſimilatur, ideo ꝙ nō D à voluntate proueniūt, quæ ab ea proueniunt. Et ſimilatur virtutibus animalibus propter operationū earū diuerſitatē: ipſa. n. dilatat & conſtringit ſimul, mouet ergo duobus motibus contrarijs. Philoſophi aūt, cum animam dicūt, animā terrenam dicere volunt, perfectionē corporis naturalis inſtrumentalis. Et volunt dicere principium omnis virtutis, ex qua met ipſi motus proueniunt, & operationes diuerſæ. Erit igitur hæc virtus ſm philoſophorū ſententiā virtus animalis, ſicut virtutes naturales quas nominauimus apud eos virtutes vocantur animales. Quod ſi noluerint dicere animam ſm hanc intentionē, ſed velint dicere virtutē, quæ eſt principiū cōprehendendi & mouendi, quod ex aliqua prouenit cōprehenſione voluntarie: & naturalē velint dicere, pro omni virtute ex qua operatio prouenit in ſuo corpore ſm huius formæ diuerſitatē: non erit virtus animalis: ſed erit naturalis & altioris ordinis, ꝗ ſit virtus, quā medici vocant naturalē. Et ſi naturalem vocauerit illam, quæ rem nutrimenti miniſtrat & cōuerterit, ſiue ad hoc, vt remaneat indiuiduum, ſiue vt remaneat ſpecies, non erit hæc naturalis, ſed erit tertiū genus. [k] Et quia ira & timor, & ſimilia eorum, huius virtutis ſunt paſſiones: tunc licet eorum principia ſint ſenſus, & exiſtimatio, & virtutes apprehendentes: huic tamen comparatæ ſunt virtuti. Huius autē virtutis declarationem certificare, & an ſit vna, an plures ꝗ vna, in ſapientia continetur naturali, quæ philoſophiæ pars exiſtit.

A Haly. li.4. theo. ca.5.
B Lib. de vir. cord. t.1. ca.1.
C Ga. li.7. de Hip. & Pla. c.3. e, & li.6. de vſu par. c.17. c
*Infra* α
D Gal. li.5. de loc. affec. ca.1. h
E Gal. lib.5. de loc. affec. ca.1. h. a.
*Supra* α
F Cap.1. & li. de vi rib. cord. t.1. c.1.
G Li.7. de Hippo. & Plat. c.3. e, & li.9. de vſu par. c.4. e
H Gal. ibi, & li.9. de vſu par. c.4. e
I Haly. li.4. theo. ca.5.
K Gal. li.2. de ſani. tuen. c.9. b, & li. de cauſ. morb. ca.2. e. & li.3. de loc affec. c.4. fo.16 e, & li.7. de Hippo. & Plat. ca.3. h, & Halya.4. theo. ca.8.

*De virtutibus animalibus comprehendentibus.* *Cap.* 5. E

I[a]N virtute autem animali duæ copulantur virtutes: quarũ ipſa eſt ſicut genus, vna eſt ſicut virtus comprehenſiua, & altera virtus motiua. Et comprehenſiua quidem eſt, ſicut duarum virtutum genus. Vna virtus comprehenſiua eſt manifeſte, & altera virtus comprehenſiua occulte: Et virtus, ꝙ manifeſte comprehenſiua eſt ſenſibilis: quæ eſt genus, ſm quoſdam quinq; virtutum, & octo ſm alios. Quòd ſi dixerimus[b] ꝙ ſint quinq;, erunt virtus videndi, & virtus audiendi, & virtus guſtandi, & virtus tangendi, & virtus odorandi. Et ſi dixerimus ꝙ ſint octo, erit huius cauſa, ꝙ pluribus certificatorum videtur, ꝙ tactus ſit plures virtutes. ſ. quatuor, & ponunt proprie vnumquodq; quatuor generũ tactus virtutem per ſe: licet in membro ſenſibili ſint cõmunia: ſicut guſtus & tactus in lingua, & viſus & tactus in oculo. hoc aũt certificare eſt philoſophi. Et virtus quidem cõprehenſiua occulte. ſ. animalis, eſt ſicut genus quinq; virtutũ, vna eſt virtus quæ vocatur ſenſus cõmunis, & phantaſia, & apud medicos quidem ſunt vna virtus, ſed apud certificantes, qui ſunt ex philoſophis, duæ ſunt virtutes. Senſus enim cõmunis, eſt illa, quæ omnia ſenſu percepta recipit. & ab eorũ formis patitur, quæ in ipſa coniunguntur. Phantaſia vero, eſt illa, quę eas cuſtodit poſtquã coniunguntur, & retinet eas poſt ſenſus abſentiam. Et quæ harum duarum eſt recipiens, alia eſt à cuſtodiente. Hoc autẽ certificare eſt philoſophi. Sed qualitercunq; fuerit,[c] eius ſedes, & operationis eius principium eſt anterior cerebri ventriculus. Et ſecunda quidem eſt virtus, quã medici vo- F cant cogitatiuam. Sed certificatores vocant quandoq; imaginatiuam, quandoq; cogitatiuam. Si enim adminiſtrauerit eam, ſeu ea vſa fuerit virtus exiſtimatiua animalis, quam poſtea nominabimus, aut ex ſeipſa promouerit ad ſuam operationẽ, vocant eam imaginatiuam. Et ſi virtus rationalis vſa fuerit, & reduxerit eam ad illud, quod ei prodeſt, vocatur virtus cogitatiua. Quocũq; tamen modo fuerit, inter hanc virtutem & primam exiſtit differentia, ꝙ prima eſt recipiens, & cuſtodiens id quod ad eam peruenit de formis ſenſu perceptis. & iſta eſt illa quæ ſe exercet in eis, quæ in imaginatione recondita ſunt, exercitio cõponendi & diuidendi. & præſentes ſibi efficit formas, quemadmodum perueniunt à ſenſu, & alias formas ab eis diuerſas, ſicut hominẽ volare, & montẽ ſmaragdinum. Sed phantaſia nõ appreſentat, niſi quantum recipit à ſenſu. & huius quidem[d] virtutis ſedes eſt ventriculus cerebri medius. & hęc quidem virtus, eſt inſtrumentum virtutis, quæ proculdubio in animali eſt occulta comprehenſiua. Et eſt exiſtimatiua. & ipſa quidem eſt virtus, qua animal iudicat, ꝙ lupus eſt inimicus, & filius eſt dilectus, & qui annonam præbere conſueuit, eſt amicus, à quo non eſt fugiendum. Et hoc iudicium ſm modum exiſtit non rationale. Amicitia enim & inimicitia non ſenſu animalis ſunt perceptæ, neq; ſenſus eas comprehendit, neq; de eis iudicat, niſi virtus alia. & licet non ſit comprehenſio rationalis, eſt tamen proculdubio aliqua apprehenſio non rationalis. Homo etiam plerunq; vtitur hac virtute in multis ſuorum iudiciorum, & procedit G in hoc, quemadmodum animal non rationale. Et hæc quidem virtus diuiditur à phantaſtica, quoniam phantaſtica, ſenſu percepta retinet: & hæc in perceptis ſenſu intentiones diſcernit non ſenſu perceptas. Et ſeparatur ab ea, quã imaginatiuam vocamus, & cogitatiuam: qm̃ illius operationes nullum ſequitur iudicium, ſed iſtius operationes, nõ ſolum iudicium: ſed etiam iudicia ſequuntur: & illius operationes ſunt in ſenſu perceptis compoſitionẽ facere, & iſtius operatio in ſenſu perceptis iudicare intentiones non ſenſatas. Et quemadmodum in animali ſenſus eſt iudicans de formis ſenſu perceptis, ſimiliter exiſtimatiua eſt iudicans de intentionibus illarum formarum, quæ ad exiſtimatiuam perueniunt, & non ad ſenſum. Quidam autẽ hominum ſunt, qui præſumunt, & hanc virtutem imaginatiuam vocant. ſed tamen nõ curamus: quia de nominibus non diſputamus, ſed intentiones & differentias intelligere debemus. Et medico quidem non eſt curandum, vt hanc virtutem ſciat. Impedimenta nanq; operationũ eius, impedimenta operationum aliarum virtutum, quæ ſunt anteq; ipſa, ſequentia ſunt, ſicut[e] phantaſia, & imaginatiua, & memorialis, quam poſtea nominabimus. Et medicus quidẽ non curat, niſi de virtutibus, in quarum operationibus cum accidit læſio, prouenit ęgritudo. Quod ſi læſio acciderit operationi alicuius virtutis, cauſa impedimẽti, quod accidit prius operationi virtutis, quæ eſt ante ipſam: fueritq; impedimentum illud ſecutum malitiam complexionis alicuius membri, aut corruptionem cõpoſitionis: ſufficit medico, vt ſciat H impedimentum illud propter malitiam complexionis membri, aut ſuæ compoſitionis corruptionem, accidiſſe: ad hoc, vt cum medicina ei ſubueniat, aut ab eo fugiat. & non curat ſcire diſpoſitionem virtutis, cui quod accidit, non accidit niſi alio mediante, poſtquam ſciuerit diſpoſitionem eius cui accidit illud, quod accidit ſine medio. Tertia vero illarum, quas nominãt medici, eſt quinta, aut quarta, cũ certificauerimus,[f] quæ eſt virtus conſeruatiua, & memorialis: & eſt theſaurus eius, quod peruenit ad exiſtimatiuam de intentionibus imperceptis ſenſu extra formas eorum ſenſu perceptas, ſicut phantaſtica eſt theſaurus eius quod peruenit ad ſenſum ex formis ſenſu perceptis.[g] & eius quidem locus eſt poſterior cerebri ventriculus. Hic vero eſt locus cõſiderationis philoſophicæ, vtrum virtus conſeruatiua & memorialis virtus, quæ reducit illud quod eſt abſens ad memoriam ex eis, quæ ab exiſtimatiua ſunt repoſita, ſit virtus vna, aut virtutes duæ. Medico tamen non eſt inde curandum, quoniam nocumenta, quæ eis qualitercunq; ſint, accidunt, ſunt homogenea: ſunt enim nocumenta, quæ in ventriculo cerebri poſteriori accidunt, vel de genere complexionis, vel de genere cõpoſitionis. Reliqua vero virtus, quæ eſt vna de virtutibus animæ cõprehenſiuis, eſt humana rationalis. Et quia medici virtutẽ exiſtimatiuã non conſiderauerunt propter cauſam,

quam

A Ga.li.7.de & Plat.c.3.g

B G.li.de diff. ſympto.c.3.d

C Lib.3.Fen ca.2.& Haly theor.ca.9.

D Haly.ibi.

E Gal.li.de ſp diffe.ca.3.d

F Gal.li.2.de motu muſcu.ca.6.

G Lib.3.Fen.1 ca.2.& Halya theor.ca.9.



A quam diximus: ideo hanc virtutem non conſiderauerunt. Non enim fuit eorum conſideratio, niſi in operationibus trium virtutum tantum, & non in alijs.

*De virtutibus animalibus motiuis.* *Cap.* 6.

M[a]Otiua vero virtus eſt illa, quæ chordas contrahit, & laxat, propter quod mouentur mẽbra & iuncturæ, dilatatione ſua, & flexione. Et eius quidẽ penetratio eſt in neruis, qui ſunt cum lacertis continui.[a] Et eſt genus, quod ſm ſpecificationẽ principij motuũ ſpecificatur. In vnoquoq; igitur muſculo, eſt alia natura, quæ eſt ſequẽs iudiciũ exiſtimatiuæ, à qua prouenit cõmunis ſenſus.

*De operationibus.* *Cap.* *Vltimum.*

DIcemus ꝙ operationũ ſingularium,[b] aliæ ſunt, quæ ab vna complentur virtute. verbi gratia digeſtio. Aliæ, quæ à duabus complentur virtutibus,[c] ſicut cibi deſiderium, quod completur a virtute naturali attractiua, & à virtute ſenſibili, quæ eſt in ore ſtomachi. Attractiua vero operatur ex hoc, ꝙ mouet villum, qui ſm longitudinẽ protenditur apprehendendo illud, quod attrahitur: & ſugendo ex humoribus, quod eſt ſibi proprium. Senſibilis autem operatur in hoc, quod hanc ſentit paſſionem, & quia ſentit mordicationem choleræ nigræ, quæ eſt excitans deſiderium, cuius eſſe[d] nominauimus. Et hanc quidem operationem non dicimus duabus compleri virtutibus, niſi ideo, ꝙ cum ſenſibili acciderit nocumentũ, deſtruetur intentio, quæ vocatur fames & deſi- B deriũ: neq; deſiderabitur cibus, licet eo corpus indigeat.[e] Et ſimiliter tranſglutiendi operatio duabus cõpletur virtutibus: vna eſt attractiua naturalis, & altera eſt[f] {attractiua} voluntarie. & prima quidem ſuam cõplet operationẽ per villum, qui ſm longitudinem protenditur, qui eſt in ore ſtomachi, & iſophago. Et ſecundæ completur operatio per villum lacerti tranſglutiendi. Cumq; vna duarum virtutum deſtruetur, tranſglutiendi operatio duriter prouenit: immo cum non fuerit deſtructa, ſed ipſa nõ ſe promouerit adhuc ad operationẽ ſuam, erit tranſglutiendi operatio difficilis.[g] Nonne vides, ꝙ cum deſiderium non recte procedit, duriter prouenit operatio tranſglutiendi illud, quod non deſiderat: immo cum abhorremus aliquã rem, & eam poſtea tranſglutire voluerimus, & territa fuerit ab ea virtus noſtra attractiua deſideratiua, dura erit operatio voluntarie trãſglutiendi. Tranſitus quoq; nutrimenti perficitur virtute mẽbri expulſiua, à quo ſeparatur, & attractiua mẽbri ad quod accedit.[h] Et ſimiliter ſuperfluitatũ egreſſio, quæ fit per duas vias. Et forſitan plerunq; exiſtunt operationis principiũ duæ virtutes ſcilicet animalis, & naturalis. Et fortaſſe plerunq; exiſtunt eius cauſa virtus, & qualitas,[i] ſicut infrigidatio, quæ prohibet materias, quoniam adiuuat expulſiuã reſiſtendo humori, qui effunditur ad membrũ: & prohibet ipſum: & repercutit ipſum. Et frigiditatis quidem qualitas, propter duas prohibet cauſas per ſe ſcilicet ſubſtantiã eius, quod effunditur ingroſſando,[k] & coanguſtando poros. & propter rem tertiã, quæ eſt per accidẽs, C quæ eſt, qua caliditas extinguitur attractiua.[l] Et qualitas caliditatis attrahit per illud, quod iſtis opponitur modis, quos prædiximus.[m] Et caliditatis quidẽ qualitas, & neceſſitas vacui non attrahunt in primis, niſi illud quod eſt ſubtile, & poſtea quod eſt ſpiſſum:[m] Virtus vero attractiua naturalis non attrahit, niſi quod eſt ei magis conueniens, & quod naturæ eius eſt proprium attrahere: & plerunq; quod eſt magis ſpiſſum, eſt magis proprium, & magis conueniens.

## Fen Secunda Libri primi canonis incipit: cuius ſunt doctrinæ tres.

*Doctrina prima eſt de ægritudinibus.*
*Doctrina ſecunda eſt de cauſis.*
*Doctrina tertia eſt de accidentibus.*

### Doctrinæ primæ ſunt octo Capitula.

*De doctrina cauſæ, & ægritudinis, & accidentis.* *Cap.* 1.

D DIcemus, ꝙ cauſa in libris medicorũ eſt id, quod primo eſt, & ex quo prouenit inuentio alicuius diſpoſitionis in corpore humano, aut eius fixionis.[n] Et ęgritudo eſt diſpoſitio non naturalis in corpore humano, ex qua in operatione eſſentialiter prouenit nocumentũ[o] prouentu primo: & eſt aut complexio nõ naturalis: aut cõpoſitio nõ naturalis:[p] Et accidẽs eſt res, q̃ hanc ſequit̃ diſpoſitionẽ, quæ eſt nõ naturalis: ſiue ſit naturali contraria, ſicut dolor in colica: ſiue nõ ſit cõtraria, ſicut rubedo multa maxillæ in peripneumonia. Cauſæ[q] exemplũ eſt putredo. Aegritudinis exẽplũ eſt febris.[q] Exemplũ accidẽtis eſt ſitis & dolor capitis. Cauſæ quoq; exẽplũ eſt repletio in receptaculis, q̃ ad oculũ deſcendũt. Exemplũ ægritudinis, oppilatio in vuea, q̃ eſt ægritudo inſtrumẽtalis cõpoſitionalis. Exẽplũ accidentis, eſt deſtructio viſus. Exẽplũ etiã cauſæ, eſt rheumatiſmus acutus. Exẽplũ ægritudinis, eſt vlcus in pulmone. Exemplũ accidentis eſt rubedo in pomis, ambarũ maxillarum, & gibboſitates vnguiũ.[r] Accidens aũt, vocatur accidens, reſpectu ſuæ eſſentiæ, aut cõparatione eius cui accidit: & vocat̃ ſignificatio reſpectu conſiderationis medici ad ipſum: & proceſſionis eius ab eo ad ſciẽdũ ægritudinis eſſentiã.[s] Et eſt cum ægritudo fit alterius ęgritudinis cauſa, ſicut colica ſyncopis, aut paralyſis, aut epilepſię.

A Haly.li.4.theo. ca.17.

B Haly.li.4.theo. ca.18.

C Gal.li.1.de cauſa ſympto.c.7.a, & Haly.ibi.

D Doc.4.c.1.

E Aliter.d.5.ca.1. & li.3. Fẽ.13.t.1.c.1. & ca.3.

F Li.3.Fẽ.16.t.1.c.1.

F *expulſiua*

F Halya.4.theor. ca.18.

G Gal. lib.3.natu. fac.ca.8.h

H G.li.5 de vſu p. ca.14.d.e, & lib.4. ca.19.e, & lib 6.de loc. affec. c.4,e, & 1.de ſani.tuẽ.c.12.g

I Gal.li.16. de vſu par.ca.14.f.g

k Gal.li.6.de med. compo.c.1.a

L G.li.16.de vſu p. ca.14.f.g, & li.2.de differen. feb.c.11. a

M Gal.lib.3.natu. facul.c.15.g

N G.li.de differẽ. ſympt.c.1.c, & li.2. natu.fac.ca.9.b, & cõ.2.in lib Hippo. de natu.hu.1.f

O Haly.li.6.theo. ca.1.

P Gal.li.de differ. ſympt c.1.h, & li.2. meth.med c.1 d

Q Haly.li.6.theo. cap.1.

R Haly.li.6.theo. ca.8.

S Ga.li.de differẽ. morb.ca.8.h

[a] Accidens quoq; plurimum eſt cauſa ægritudinis, ſicut in colica, dolor fortis, qui fit cauſa, vt acci- E
dat ſyncopis: [b] & ſicut dolor vehemens, qui fit cauſa apoſtematis: propterea ꝙ materiæ ad locum
effunduntur doloris. [c] Et plerunq; etiam ipſum accidens, fit ægritudo, quemadmodum dolor ca-
pitis, qui ex febre accidit, cum quandoq; figitur, & tandiu fit manſiuus, donec fit ægritudo. [d] Et eſt
etiam cum vna res comparatione ſui & rei, quæ eſt ante ipſam: & rei, quæ eſt poſt ipſam eſt ægri-
tudo, & accidens & cauſa: quemadmodum: verbi gratia febris in phthiſi, quæ eſt accidens vlceris
pulmonis, & eſt ægritudo ſecundum ſe, & eſt cauſa debilitatis ſtomachi: & ſicut dolor capitis, qui
accidit ex febre, quando dolor ille figitur: quia eſt accidens febris, & ægritudo in ſe, & plerunq;
prouenit ex eo ſirſen, & fit ipſius cauſa.

*De diuiſionibus diſpoſitionum corporis humani, & de generibus ægritudinum.* Cap. 2.

CОrporis humani diſpoſitiones ſm̃ [c] G. ſunt tres, [f] Sanitas, quę eſt diſpoſitio, per quam corpus
hominis in ſui complexione, & compoſitione tale exiſtit, vt ex eo operationes eius oẽs proue
niant ſanæ incolumes. Et ægritudo, quæ eſt diſpoſitio in corpore hominis huic cõtraria. [g] Et diſpo
ſitio, quæ eſt apud eum, neq; ſanitas, neq; ægritudo: aut ideo ꝙ nõ eſt ſanitas in vltimo, nec ægritu-
do in vltimo, [h] quemadmodũ corpora ſenum, & [i] cõualeſcentiũ, & puerorũ: aut ideo, ꝙ ambæ [k] res
in vno tempore, in duobus ſunt copulatæ membris, aut in vno membro, ſed in duobus generibus
remotis, ſicut, qui eſt in cõplexione ſanus, & in cõpoſitione æger: exempli cauſa, aut in vno mẽbro F
duorum generum propinquorũ, ſicut, qui eſt ſanus in figura, & nõ ſanus in quantitate & ſitu: aut,
qui eſt ſanus in duabus qualitatibus paſſiuis, & nõ ſanus in duabus qualitatibus actiuis, [l] aut viciſſi
tudine duarũ rerũ in duobus tẽporibus, ſicut qui ſanatur in hyeme, & infirmatur in vere. [m] Aegri
tudinum vero, aliæ ſunt, quæ ſunt ſimplices: aliæ ſunt, quæ ſunt cõpoſitæ. [m] Simplices aũt ſunt, quæ
ſunt vna ex ſpeciebus ægritudinis cõplexionis: aut vna ex ſpeciebus ægritudinis cõpoſitionis, quã
poſtea nominabimus. [m] Compoſitæ vero ſunt in quibus duę ſpẽs, aut plures cõiunguntur, ex qui-
bus vna cõponitur ægritudo. Incipiemus igiť, prius loqui de ęgritudinibus ſimplicibus. α Et dice-
mus, ꝙ ægritudinũ ſimpliciũ, [n] genera ſunt tria. Primũ eſt genus ægritudinum, quæ membris com
parantur, quorũ partes ſunt ſimiles, & ſunt malę cõplexionis ſpecies. [o] Et ipſe quidẽ non ſunt com
paratæ membris, quorũ partes ſunt ſimiles, niſi ideo ꝙ in primis, & eſſentialiter partibus accidunt
ſimilibus, & per eas membris accidunt cõpoſitis, ita vt poſſibile ſit imaginari eas comprehenſas, &
repertas eſſe in quocunq; membrorum volueris: quorum partes ſunt ſimiles, & nõ in compoſitis.
Et ſecundũ genus eſt ægritudinis membrorũ officialium, quæ ſunt ægritudines cõpoſitionis, quæ
membris cõpoſitis accidunt, quæ ex membris cõponuntur, quorũ partes ſimilantur. Membra au-
tem officialia, ſunt operationũ inſtrumenta. Et tertium eſt genus ægritudinum cõmunium, [p] quæ
membris accidunt: quorum partes ſimilantur, & accidunt inſtrumentalibus, inquantũ ſunt inſtru G
mentalia: ita ꝙ nõ ſequatur eas inſtrumẽtalibus accidere, propterea ꝙ ſimplicibus acciderũt. Et hæ
quidẽ ſunt, quę cõtinuitatis ſolutio vocanť, & imparis diſſolutio. Solutio. n. cõtinuitatis plerũq; ac
cidit iuncturæ: ita ꝙ ſimplicibus membris, ex quibus iunctura fuit cõpoſita, nullo modo accidit. Et
plerunq; accidit neruo, aut oſſi, aut venis ſolũmodo. α Et ad vltimũ quidẽ ægritudinũ tria ſunt ge-
nera, Aegritudines, quæ cõplexionis ſequunť malitiã. Et ęgritudines, q̃ ſequunť malitiã cõpoſitio-
nis. Et ægritudines, quæ cõtinuitatis ſolutionẽ ſequunť. Et oĩs ægritudo, quæ vnã harũ ſequitur, &
per eã exiſtit, ei cõparať. Aegritudines aũt cõplexionũ ſcitę ſunt, q̃ ſunt ſexdecim, quas noĩauimus.

*De ægritudinibus compoſitionis.* Cap. 3.

C[q] Ompoſitionis ægritudines, quatuor comprehenduntur generibus, Aegritudines creaturę.
Aegritudines quantitatis, Aegritudines numeri. Et ægritudines ſitus. [q] Et creaturæ quidem
ægritudines, quatuor comprehenduntur generibus. Aegritudines figuræ, [r] & eſt, vt figura à ſuo
curſu naturali mutetur, & ex eius mutatione proueniat in operatione nocumentũ: ſicut eſt tortura
recti, & rectitudo torti, & quadratura rotundi, & rotunditas quadrati. [s] Et ex hoc capitulo eſt figu
ra capitis quadrata non habens cõmiſſuras, cum prouenit inde nocumentũ: & multa ſtomachi ro-
tunditas, & priuatio ſuperficiei, vel planitiei æqualis in pupilla. [t] Et ſecundũ eſt ægritudines viarũ,
quarum ſunt tres ſpecies: quia aut dilatantur, ſicut dilatatur oculus, & ſicut ſebel, & varices: aut cõ- H
ſtringuntur, ſicut cõſtringitur oculus, & penetratio anhelitus, & meri: aut clauduntur, ſicut oppi-
latio foraminis vueæ, & venarum hepatis, & aliorum. [u] Et tertium eſt ægritudines receptaculorũ,
& ventriculorum, quarum ſunt quatuor ſpecies: quia aut fiunt maiora, & dilatantur, ſicut teſticu-
lorum dilatatur folliculus. aut minorantur & conſtringuntur, ſicut minoratio & cõſtrictio ſtoma-
chi, & cõſtrictio ventriculorũ cerebri cum eſt epilepſia, aut oppilantur & implentur, ſicut oppilan
tur ventriculi cerebri cum eſt apoplexia: aut euacuantur & deſeruntur, ſicut euacuãtur ventriculi
cordis ſanguine, cum multũ [x] gaudiũ pernitioſum adeſt, aut [y] multus timor pernitioſus. [z] Et quar
tum eſt ægritudines ſuperficierũ membrorũ. Et ſunt, quia aut fit lene, quod debet eſſe aſperũ, ſicut
ſtomachus, & inteſtina, cũ leniuntur: aut exaſperatur, quod debet eſſe lene, ſicut trachea arteria, qñ
exaſperať. Aegritudinũ aũt quãtitatis, duę ſunt ſpecies, Quia aut ſunt ex genere augmẽti: ſicut eſt
elephãtia, & [a] magnitudo virgæ, & eſt ægritudo, q̃ vocatur [a] {feriſmus} aut ſicut accidit cuidã ho-
mini, qui vocabať [b] Nicomachus, ſicut cum oĩa mẽbra adeo creuerũt, ꝙ ſe mouere nõ potuit. Aut
ſunt ex gñe diminutionis, ſicut extenuatio, vel arefactio linguæ, & pupillæ, [c] vt phthiſis. Numeri
quoq; ęgritudines, aut ſunt ex gñe augmenti. Et hoc quidẽ augmentũ, aut eſt naturale, ſicut dens
additus,

A G. li. 11. ... ca. 1. g
B Ga. li. 5. ap...
C Li. 3. Fẽ. 1...
D Ga. li. 11. ... ca. 13. c. d
E Lib. arte... ca. 8. h
F Idẽ. F. 1. ... & G. li. de di... morb. ca. 2. ...
G Ca. 8. & F... c. 2. & Ga. 1... pli. me. fac...
H Gal. li. 8. de ... tuen. ca. 4. ...
I Li. 3. F. 11...
k Gal. li. ar... c. 8. h, & li. ... pli. med. c. ...
L Gal. li. ar... c. 8. h, & li. ... pli. med. c. ...
M G. li. de d... morb. c. 13. ...
M Gal. ibid...
M Gal. ibid...
α Infra
N Gal. li. ar... ca. 8. h
O Gal. de diff... morb. ca. ...
P Gal. li. de cu... morb. ... meth. ...
α Supra
Q G. li. de di... mor. c. 4. h, & ...
Q Gal. ibidem
R Gal. ibi. c. ... li. de differ. ... c. 7. b, & Haly. theo. c. 3.
S Gal. 9. de ... ca. 17. h. a
T Gal. de diffe... morb. ca. 4. h. ... ca. 7. c. d, & Ha... ibi.
V Gal. de diffe... morb. ca. 4. h. ... c. 7. c. d, & Ha... theor. c. 3.
X Gal. 2. de ... ſympto. c. 5. ...
Y Gal. aliter...
Z Gal. de diffe... morb. ca. 4. h. ... Haly. 6. theo. c...
A Gal. li. 6. de ... affec. ca. 6. f, & ... differ. morb. c...
A priapiſm...
B Gal. de diffe... morb. c. 9. b
B Gal. ibidem
C Gal. li. de di... morb. ca. 9. b

A G. de differẽtijs morb. c. 10. c
B G. ibi. & Halya. li. 6. theo. c. 6
C Haly. l. 6. the. c. 3
D G. lib. 4. met. c. 1. b, & lib. 3. c. 1. e, & lib. de drĩjs morb. c. 11. d, vulnus, & vlcus, & Halya. lib. 6 theo. c. 3.
E G. li. 1. de differẽtijs feb. c. 6. b, c
E *ſeparatio vel inciſio.*
F G. l. de tum. p̃ter natu. c. 11. d, & li. 5. meth. c. 4. h, & de cur. ratiõe p ſang. c. 23. e
F *Aneuryſma*
G Li. 3. Fen. 11. t. 1. c. 2. & G. li. 6. apho. 18. apho. & cõmẽ. 2. in primum porrheti, Hip. 37. b
H. L. 4. F. 4. & F. 5.
I Do. 2. ſum. 2. c. 18 & lib. 3. Fẽ. 1. t. 3. c. 1. & F. 7. c. 1. & Ga. l. 5. de cõpoſitione medica. ſm loc. c. 8. e, f



A additus, aut digitus additus: aut eſt non naturale, ſicut glandula, aut lapis. Aut ex genere diminu-
tionis, & diminutio hæc eſt naturalis, ſicut cum alicui non creatur digitus: aut non naturalis, ſicut
cum alicui abſcinditur digitus. Aegritudines vero ſitus (Et ſitus quidem ſm̃ [a] Gal. dicitur pro lo-
co, & dicit[illegible]ſocietate) ſunt quatuor. Exitus membri à iũctura ſua: aut, vt à ſuo moueatur ſitu:
ita ꝙ non egrediatur, aut ſicut in ruptura, quæ proportionatur, vel, quæ comparatur ĩteſtinis, aut,
vt moueatur ſubito motu in eo non ſm̃ curſum naturalem, neq; voluntarium, ſicut tremor. aut in
ſuo figuratur loco, & non moueatur ab ipſo, quemadmodum accidit cum iuncturæ in ægritudine
podagræ indurãtur. [b] Aegritudines vero ſocietatis omnem colligunt diſpoſitionem, quam habet
membrum comparatione ſua ad membrum, quod ſibi vicinum exiſtit, ſiue ei appropinquet, ſiue
ab eo elongetur non ſm̃ curſum naturalem. Et ſunt duarum ſpecierum: vna eſt, vt accidat ei prohi
bitio motus ſui ad ipſum, aut vt duriter ſit poſtquam poſſibile erit, ſicut digitus cum ſibi vicinum
tangere prohibetur, aut cum accidit ei vt ab eo moueri prohibeatur, aut, vt ſeparetur ab eo poſtq;
erat poſſibile, aut fit difficile ĩ eis illud, quod de hoc enumerauimus, ſicut palpebræ laxatio, & iun-
cturarum laxatio in paralyſi, & durities aperiendi manum, & aperiendi oculum.

*De ægritudinibus ſolutionis continuitatis.* Cap. 4.

SOlutionis vero continuitatis ægritudo, plerunq; accidit cuti, & vocatur excoriatio, aut ſcarifi-
B catio. Et plerunq; accidit carni, [c] & quæ ex ea eſt propinqui temporis, in qua nondum factum
eſt pus, & vocatur plaga. [d] Sed cum pus fit ibi, vocatur vlcus. Fit autem pus propter expulſionem
ſuperfluitatum ad ipſum [e] & defectum ipſius ab adminiſtratione nutrimenti, & digeſtione eius,
quare conuertitur etiam in eo in ſuperfluitatem. & quandoq; dicitur plaga, & vlcus ſolutio conti-
nuitatis, quæ accidit in alio q̃ in carne. Quandoq; etiam accidit oſſi, quod ipſum in duas frangit
partes, aut in partes magnas, aut paruas, aut eſt cadens ſm̃ longitudinem ſcindens ipſum. Aut con
tingit, vt cadat in cartilaginibus ſm̃ tres diuiſiões. Aut, vt accidat neruis. Sed ſi latitudini accide-
rit, vocatur inciſio. Et ſi acciderit ſm̃ longitudinem, & eius numerus non fuerit multus, vocatur
ſciſſura. Et ſi eius numerus fuit multus, vocatur contuſio. Plerunq; etiam fit in partibus muſculi, q̃
ſi in extremitate ceciderit muſculi, vocatur attritio: ſiue cadat in neruo, ſiue in chorda. Et ſi ſm̃ lati-
tudinem muſculi proueniat, vocatur inciſio. Et ſi acciderit ſm̃ longitudinem, & fuerit eius nume-
rus paruus, & fuerit eius profundatio multa, vocatur [e] {ſagdun.} Et ſi fuerint partes eius multæ,
& dilatetur, & profundetur, vocatur attritio, & contuſio: eſt etiam cum dicitur attritio & contuſio,
& ſeparatio, vel inciſio omne quod in medio muſculi accidit, quomodocunq; contingat. Quod ſi
in arterijs, aut in venis acciderit, vocatur apertio. Et ſi contingat ſm̃ eius latitudinem, vocatur in-
ciſio & ſeparatio. Et ſi proceſſerit ſm̃ eius longitudinem, vocatur fiſſura. Et eſt etiam cum hoc con
C tingit ſm̃ modum apertionis orificiorum earũ, & vocatur perforatio. Quod [f] ſi arterijs acciderit,
& non conſolidata fuerit, & ex ea ſanguis ad receptaculum, quod ipſam circundat, exierit, donec
receptaculum illud impleatur, & cum premitur ad arteriam reuertatur, vocabitur [f] {mater} ſan-
guinis, alij tñ homines, omnem ſanguinis egreſſionem ab arterijs matrem ſanguinis vocant. De-
bes autem ſcire, ꝙ non omne membrum in partes ſolutionem tolerat. [g] Cor. n. non tolerat eam,
quia ſit vel accidit cum ea mors. Quod ſi in panniculis cadit & in diaphragmate, vocatur ruptura.
Et ſi inter duas partes membri compoſiti cadat, & vnam ab alia ſeparat, ita, vt mẽbro ſimplici non
accidat nocumentum, eius ſeparans continuitatem, vocatur ſeparatio & diſlocatio. Et ſi acciderit
neruo, qui ſe de vno loco remouit, vocatur fecha. i. remotio nerui à ſuo loco, vel diſtorſio eius, vel
vocatur diſlocatio. Et quandoque etiam fit in foraminibus continuitatis ſolutio, & dilatantur. Et
plerunq; fit in locis vbi non ſunt foramina, & facit ibi foramina, quæ non fuerunt. Et ſolutio qui-
dem continuitatis, & vlceratio, & his ſimilia, cum in membro fuerint bonæ complexionis, cito ſa-
nantur. Et cum fuerint in membro malæ complexionis, longo reſiſtunt tempore: & præcipue cũ
in corporibus contingunt eorum, qui patiuntur hydropiſim: & ſcias, ꝙ vlcera ſtricta, cum prolon
gantur cadunt in herpetem heſtiomenũ. & tu inuenies in libris [h] particularibus perſcrutationẽ rei
reſolutionis continuitatis: dimittamus ergo, vſq; ibi.

D *De ægritudinibus compoſitis.* Cap. 5.

IN ægritudinibus autem compoſitis dictionem proferemus vniuerſalem. Dico ergo, ꝙ cũ ægri
tudines dicimus compoſitas, non quaslibet ægritudines coniunctas ĩtelligi volumus, ſed ægri-
tudines ex quibus omnibus cum coniungentur, proueniet ex eis res, quæ eſt vna ægritudo: & hæc
quidem eſt ſicut apoſtema: & eminentia in cute, eſt ex genere apoſtematis. Eminentiæ. n. ſunt apo-
ſtemata parua, ſicut apoſtemata ſunt eminentiæ magnæ. & in apoſtemate quidem omnia ægritu-
dinum genera reperiuntur. In eo nanq; reperitur ægritudo malitiæ complexionis. Nullum nanq;
accipit apoſtema, niſi ex complexionis malitia cum materia: & in ipſo etiam inueniuntur formæ,
& compoſitionis malitia. Nullum. n. fit apoſtema, quin cum eo proueniat læſio in figura, & in di-
menſione. & plerunq; etiam adeſt cum eo ægritudo ſitus. Et inuenitur in ipſo ægritudo cõis, quæ
eſt continuitatis ſolutio. Nullum. n. accidit apoſtema niſi proculdubio continuitas ſoluatur: pro-
pterea, ꝙ effunduntur materiæ ſuperfluæ ad membrum apoſtematum, & inter partes penetrant
ipſius, & ſeparationem inter vnas faciunt & alias, ita, vt ſibi ipſis loca capiant. & apoſtemata acci-
dunt membris mollibus. [i] & eſt etiam cum oſſibus accidit res, quæ apoſtemati ſimilatur per quam
eius ingroſſatur magnitudo, & eius augmentatur humiditas. Neq; eſt mirum aut extraneũ, ꝙ re-
cipiens

E cipiens augmentum vel additionem cum nutrimento recipiat eam.i.ſ. additionem cum ſuperfluitate, cum in ipſo penetrauerit, aut in ipſo acciderit. Et omne quidem apoſtema, quod cauſam non habet primitiuam vel exteriorem, & eius cauſa corporalis monſtrat materiã de vno membro ad aliud, quod eſt ſub eo, fuiſſe mutatam, vocatur [a] {catarrhus.} Et eſt cum cauſa materialis ex qua apoſtemata, & eminẽtiæ generant, eſt in alijs ſubmerſa humoribus, non ſm ſuas nocentibus qualitates. Cumq; humores boni aliquo euacuatiõis modo poſtea ſe euacuauerit, aut naturali, ſicut mulieribus accidit, enixis in lactatione: aut non naturali, ſicut eis accidit, qui vulnerantur, cũ egreditur ſanguis bonus, remanent humores illi mali puri ſingulares, & nocetur per eos natura, & expellit eos. Et eſt cum expulſionis modus eſt ad cutem, & faciunt apoſtemata, aut eminẽtiam. Apoſtemata vero diuerſis differunt differentijs, ſed quæ magis ſunt conſiderandæ, ſunt differentiæ, quæ propter eorum exiſtunt cauſas, quæ quidem ſunt materiæ ex quibus generantur apoſtemata. [b] Materiæ vero vñ fiũt apoſtemata [b] {ſunt ſex,} humores quatuor, & aquoſitas, & ventus. [c] Et apoſtema quidem, aut erit calidum, aut non calidum. [d] Neq; exiſtimandum eſt, ꝙ apoſtema calidum ſit illud, quod ex cholera, aut ſanguine generatur tantum, ſed ex quacunq; materia, ſiue ſit calida per ſuam eſſentiam, ſiue accidat ei caliditas propter putrefactionem, licet etiam hæc genera ſm ſpeciei diuiſionem cuiuslibet materiæ diuidãtur: & illud cum ſermone ſpeciali in apoſtematibus eſt dignius. [e] Et ſanguineum quidem purum, phlegmonem appellare conſueuerunt, [f] & quod ex cholera rubea & pura, eryſipela. F Et ex eis eſt [g] compoſitum nomine compoſito ſuperantis præponendo nomen: qñq;.n. phlegmonem eryſipelatodem dicunt, & qñq; eryſipela phlegmonide. Et cum collectionem, vel [h] ſaniem facit, vocatur [h] {exitura.} Cumq; exitura in carnibus fit laxis, & ſub aſſellis: & poſt auriculas, & in inguinibus, & eſt ex genere corrũpente, quod in ſuo particulari [i] loco nominabimus, vocatur thahaun vel althoin. Et apoſtemata quidem calida habent principiũ, in quo humor [k] expellitur & apparet magnitudo, deinde augmentatur, & additur cum eo magnitudo: & extenditur: poſtea ſtat apud vltimitatem magnitudinis eius: poſtea incipit declinatio, & digeritur cũ reſolutione aut pure: & declinat eius eſſe, aut ad reſolutionem, aut ad puris collectionẽ, aut ad conuertendum in duritiem. Non calida vero apoſtemata ſunt, aut de materia melancholica, aut phlegmatica, aut aquoſa, aut ventoſa. Et illorũ quidem, quæ ex materia ſunt melancholica tria ſunt genera, durities, & cancer: quorum plurima ſunt autumnalia, & glandularum genus, ex quibus ſunt ſcrofulæ, & nodi. Inter genus vero glandularum, & inter alia duo genera eſt differentia, eo ꝙ genera glandularum, [l] aut ſunt ſeparata ab eo, quod ipſa circũdat, ſicut glãdulæ puræ, aut ſunt fixæ ei cũ ſuperficie ipſius tantum, ſicut ſcrofulæ: ſed illa alia, ſunt miſta & infuſa in ſubſtãtia membri, in quo ſtant. Et inter cancrum etiam & duritiem eſt differentia, qm̃ [m] durities eſt apoſtema quietum ſedatum deſtruens ſenſum, & permanens in membro in eodem ſtatu cum quo non eſt dolor: & [n] cancer eſt mobilis, addens, lædens, & habet radices innexas membro: neq; oportet, vt per ipſum de- G ſtruatur ſenſus niſi elongatum fuerit eius tempus, & mortificet eius membrum, & deſtruatur eius ſenſus. Neq; multum diſtat, quin differentia inter cancrum & duritiem exiſtat per accidentia inſeparabilia, & non propter differentias ſubſtantiales. Apoſtemata vero dura melancholica plerunq; ã principio ſuæ generationis incipiunt cum duritie, & plerunq; in duritie mutãtur, & proprie ſanguinea. Et eſt cum hoc qñq; contingit in phlegmaticis. Et differunt glãdulæ & alſelha, & quæ eis ſimilantur ã nodoſitate nerui, ſeu ã nodo nerui, qm̃ nodus vel nodoſitas eſt adhærens loco, & tactus eius eſt neruoſus, & cum figendo, vel præmendo ſpargitur, vel tangitur, redit, & cum præmitur, vel ſpargitur cum forti medicamine abſq; compreſſione, nõ redit. Et plurimum eius accidit poſt laborem & [o] deſtruitur propter ponderoſa, ſicut plumbum & ſimilia. Phlegmaticorum vero genus diuiditur in duas ſpecies in apoſtema laxum, & alſelha mollem & hæc quidem differũt, qm̃ alſelha ſunt ſeparati in coopertorio ſeu panniculo ſuo. Et apoſtema latum eſt miſtum non ſeparatum. & ſm plurimum [p] apoſtemata hyemis ſunt phlegmatica ita vt illorum, quæ ſunt calida, ſint coloris albi. Et tibi quidem ſciendum eſt, ꝙ apoſtemata phlegmatica diuerſificantur ſm diuerſitatem groſſitiei phlegmatis, & mollitiem ipſius, & eius ſubtilitatem, & laxitatem ipſius, & duritiem: ita, vt qñq; melancholicis ſint ſimilia, & qñq; videantur vẽtoſa. Phlegma præterea ſubtile multo- H ties deſcendit in rheumatiſmis in vacuitatem, quæ eſt in villis neruorum, ita vt perueniat ad muſculos, qui ſunt ſub epiglotti, & ad ea, quæ ſunt ſub iſtis. Aquoſa autem apoſtemata ſunt, ſicut [q] hydropiſis, & hernia aquoſa, & ſicut apoſtema, quod accidit [r] in craneo de aquoſitate, & horum ſimilia. Et ventoſa quidem apoſtemata, ſm duas diuerſificantur ſpecies, vna eſt cachexia, & altera eſt inflatio. Inter cachexiam vero & inflationem eſt differentia, duobus modis. vnus eſt eſſentia, & alter eſt cõmiſtura. Et declaratio iſtius eſt, ꝙ ventus huiuſmodi in cachexia in mẽbri ſubſtantia eſt admiſtus, ſed in inflatione eſt aggregatus, & faciens tenſionem vel tumeſcentiam, & non admiſtus membro. Et cachexiam quidem inuenit ſenſus mollem: ſed inflatio ſenſui reſiſtit reſiſtentia multa, aut pauca. Amplius bothor ſunt ſm numerũ apoſtematum: Earum enim, aliæ ſunt ſanguineæ, ſicut variolæ, aliæ ſunt ex cholera rubea pura, ſicut eſſere cholericũ, & formica miliaris, & [s] deſudationes: & aliæ ſunt ex eis permiſtæ ſicut morbillus, & formica, & claui, & ſcabies, & verucæ, & horum ſimilia. & plerunq; ſunt aquoſæ ſicut veſicæ, & quandoq; ventoſæ ſicut inflaturæ. Tu autem in [t] lib. iiij. inuenies diſtinctionem, quæ ſibi in diſpoſitionibus ſufficiet apoſtematum & bothor, de qua conueniens eſt vt in ipſo ſit, ſi Deus voluerit.

De

A G.lib. ad Glau. / A decub. / B L.3.F. li.13.meth. / B tantu / C Li.4.F. & Halya. / D Li.3.F. & Fé.10. / E G.de ... mor.c. met.c.3.f / F G.ibi. cau.ſympt. / G G.li. med.c. / H G.ibi. / H abſc / I L.4.F. / K Ga.li. tpi.c.3.f / K L.4.F. / M L.4.F. / N L.4.F. / O Li.4.F. / P G.lib. cõm.29. / Q G.li.de ... pter nat. / R L.3.F. / S G.l.3.aph. / T F.3.



A *De rebus, quæ cum ægritudinibus numerantur & non exiſtunt ægritudines. Cap.6.*

QVædam res ſunt, quæ extra ægritudines exiſtunt, & cum eis tamen numerantur. Et res quidem iſtæ ſunt: quæ in decoratione ingrediuntur. quarum aliæ conſiſtunt in pilis, aliæ in colore, aliæ in odore, aliæ in figura poſt colorem. Et ægritudinum quidem pilorum genus cõſiſtit in alopecia, & detruncatione, & paucitate, & vt ſint curti & pauci, & vt ſcindantur, & ſint ſubtiles, & groſſi, & multa criſpitudine, & multa lenitate, & canitie, & coloris alteratio quocunq; modo fuerit. Et nocumentum coloris quatuor continetur generibus. Vnũ eſt genus mutationis eius propter malitiam complexionis cum materia, ſicut icteritia, aut ſine materia, ſicut gypſeitas, quæ fit in colore propter complexionem frigidam ſingularem, & citrinitas, quæ accidit propter cõplexionem calidam ſingularem. Et genus mutationis eius propter cauſas primitiuas, quemadmodũ ſol, [a] & frigus, & ventus mutat colorem. Et genus expanſionis corporum colores habentium extraneos ſuper cutem, quæ colorem defert ſicut morphea nigra: aut quæ ibi naſcuntur ſicut lentigines, & maculæ. Et genus veſtigiorum, quæ proueniunt ex conſolidatione ſolutionis continuitatis, quæ accidit, ſicut variolarum veſtigia, & vlcerum foramina. Et nocumentum in odore, ſicut fetor corporis, & alij odores horribiles, qui egrediuntur ex corpore. Et nocumentum figuræ poſt colorem ſunt: aut macies ſuperflua, aut graſſities ſuperflua.

B *De horis ægritudinum. Cap.7.*

SCire [b] debes, ꝙ ægritudinum plurimæ quatuor habent horas, horam principij, & horam augmenti, & horam ſtatus, & horam declinationis. Quæ vero extra iſtas ſunt de horis ſunt ſanitatis. Cumq; dicimus horam principij, & horam ſtatus. non volumus [c] intelligi duo extrema, in quibus ægritudinis non manifeſtetur diſpoſitio: ſed, ꝙ vnumquodq; eorum habet tempus perceptum ſenſu, quod proprium habet iudicium. Et hora quidem principij, eſt tempus in quo ægritudo apparet, & eius ſimilãtur diſpoſitiones, & neq; apparet in ea augmentum eius. Et hora augmenti, eſt tempus in quo ægritudinis manifeſtatur vehementia omni hora poſt horam. Et hora ſtatus, eſt hora in qua ægritudo in omnibus ſuis partibus ſm vnam manet diſpoſitionem. Et hora declinationis, eſt tempus in quo eius apparet diminutio, & quantum plus procedit, eius minoratio, eſt magis manifeſta. [d] Et hæ quidem horæ quandoq; attenduntur ſm ægritudinem ã principio eius vſq; ad finem eius in ſuis paroxyſmis, & vocantur horæ vniuerſales. [e] Quandoq; conſiderantur ſm vnumquemq; paroxyſmum, & vocantur horæ particulares.

*Ad complendum ſermonem de diſpoſitionibus ægritudinum. Cap.8.*

AEgritudines multis modis ſortiuntur nomina, aut ã membris in quibus [f] ſunt, ſicut illa, quæ eſt lateris, & illa, quæ eſt pulmonis. [f] Aut ã ſuis accidentibus, ſicut epilepſia. [f] Aut ã ſuis cau- C ſis, ſicut dicimus ægritudinem melancholicam. [f] Aut ã ſui ſimilitudine, ſicut dicimus ægritudinem leoninam, & ægritudinem elephanticam. [f] Aut comparatæ ei, cui primo accidiſſe dicuntur, ſicut dicimus vlcera [g] {balchiæ.} [f] Aut comparatæ ei cuius fama fuit, ꝙ medicando eas curabat, ſicut dicimus vlcera chironia. Aut ã ſui ſubſtantia & eſſentia, ſicut dicimus febris, & apoſtema. Inquit [g] Gal. ægritudines, aut ſunt manifeſtæ, quæ ſenſu cognoſcuntur: aut ſunt occultæ, quas facile eſt cognoſcere, ſicut dolores ſtomachi, & pulmonis: aut quas difficile eſt cognoſcere, ſicut ægritudines hepatis, & cannalium pulmonis: aut non comprehenſæ niſi cum exiſtimatione, ſicut ægritudines, quæ vijs accidũt vrinæ. [h] Aegritudines quoq; eſt cũ ſunt propriæ, & eſt cũ ſunt ſm ſocietatem. Et membrum quidem alij membro in ægritudine ſua aſſociatur, aut quia natura ſunt continua inter quæ aliqua continuantur inſtrumenta, ſicut [i] cerebrum & ſtomachus propter continuitatem neruorũ inter ea: aut matrix & mamillæ propter continuitatem venarum inter illa: aut quia vnum eſt via alterius, ſicut inguina apoſtematis cruris: aut quia ſunt vicina, ſicut [k] collum pulmo & cerebrũ. Oẽ enim membrum, quod alteri aſſociatur, et proprie cum vnum eorum alteri vicinum debile fuerit, ſocij ſui recipit ſuperfluitates, ſicut aſellæ cordis. Aut quia vnum eſt principium & radix operationis alterius, [l] ſicut diaphragma pulmonis in attrahendo aerem. Aut quia vnum ſeruit alteri, ſicut nerui cerebro. Aut quia alij tertio membro aſſociantur, [m] ſicut cerebrũ aſſociatur reni. propterea, D ꝙ vnumquodq; eorum aſſociatur hepati. Et qñq; ſocietas retrocedit vel reflectitur augẽdo nocumentum, quemadmodum cerebrum cum læditur, & aſſociatur ei ſtomachus. debilitatur.n. tunc eius digeſtio, & mandat ipſi ſtomachus vapores malos, & nutrimentum non digeſtum, & auget ipſius cerebri ægritudinem. Et cõitas quidem ſeu ſocietas currit ſm iudicium radicis, ſeu principij in continuatione & periodicatione. [n] Corporum vero ordines inter ſanitatẽ & ægritudinẽ ſunt ſex, Corpus, quod eſt in vltimo ſanitatis. Et corpus, quod eſt ſanum non in vltimo. [o] Et corpus, quod eſt nec ſanum nec ægrum, quemadmodum dicunt. Et corpus ægrotatiuum, quod ægritudinem cito recipit. Et corpus ægri, qui paruam habet ægritudinem. Et corpus ægri, qui habet ægritudinem in vltimo. Oẽs vero ægritudines aut ſunt ſanatiuæ, aut non ſanatiuæ. Et ſanatiua quidẽ ægritudo eſt, quæ non habet, quod prohibeat quin medicetur, vt debet. [p] Non ſanatiua vero eſt, cum qua eſt aliquod prohibens, & neq; conceditur medico, vt medicetur, ſicut debet, ſicut dolor capitis ſi fuerit cum eo rheumatiſmus. Et eſt tibi ſciendum, ꝙ ægritudo [q] proportionalis complexioni, ætati & tempori eſt minoris timoris ea, quæ eis non proportionatur. non.n. accidit hæc niſi propter cauſæ eius magnitudinem. Et ſcias, ꝙ ægritudo cuiuslibet temporis ſperatur reſolui, ſeu ſanari cum contrarietate temporis ipſius. Debes autem ſcire, ꝙ quædam ægritudinum ſunt, quæ

ad

A Ga.lib.3.de cãis ſympto.c.5.a / B Ga.lib.de totius mo.tempor.c.1.c, & cõmẽ. in primũ porrhe.Hip.1.d,e, & li.1.apho.12.h, & li.1.de criſi.c.2.g / C G.lib.1.de criſi. c.8.d,e / D Ga.li.1.de criſi. c.2.g / E Ga.ibi. & lib.4. Fẽ.1.t.1.c.3. / F G.li.2.de meth. med.c.2.d,e,f / G tolophia / G Ga.li.1.de lo.aff. c.1.e / H G.li.2. loc.affe. c.4.g.& li.3 c.5.a,b / I Li.3. Fẽ.1.t.2.c.1. / K Lib.3.F.1.t.2.c.1. / L Gal.li.de motu tho.& pul.h / M Li.3. F.1.t.2.c.1. & Fẽ.18.t.2.c.1. / N Ga.lib. ex arte medici.c.8.h / O Cap.2. & Fẽ.1. doc.1.c.2. / P Li.3.F.1.t.2.c.1. & G.li.6.de ſa.tuẽ. c.10 d / Q G.li.2. apho.34 & lib.1.pgnõ.7.b, & li.3.39.d

ad alias mutantur ægritudines,& deſtruuntur ipſæ:& in hoc conſiſtit bonitas, & eſt vna ægritudo alterius ægritudinis medicamentum,ſicut quartana,ex qua multoties [a] ſanatur epilepſia,& podagra,& varices,& articulorum dolores.Et quidam etiam ſanantur [b] à ſpaſmo propter ſcabiem,pruritum,& bothor:venter quoq; ſimiliter ſanatur propter oculorum ægritudinem. [c] Et lienteria ſanat apoſtema lateris.Et ſimiliter ani venarum [d] apertio, omnibus confert melancholicis ægritudinibus,& doloribus ſciæ,& doloribus renum,& matricis.Et eſt cum ægritudines in alias mutantur ægritudines:& propter hoc fit diſpoſitio maioris malitiæ, ſicut cum mutatur [e] apoſtema lateris in apoſtema pulmonis,& ſicut cum [f] mutatur phreneſis in lethargiam. Et eſt præterea ex ægritudinibus quædam, quæ de vno ad alium tranſit,ſicut [g] lepra,& ſcabies,& variola,& [g] febris peſtilentialis,& vlcera putrida,& præcipue cum [g] domus ſtrictæ fuerint: & ſimiliter cum vicinus fuerit ſub vento:& ſicut [h] opthalmia,& præcipue ei,qui oculis eum intuetur:& ſicut congelatio [i] cum imaginatur aliquis,ꝙ acetoſum illud operetur, & ſicut pthiſis,& albaras. Et ſunt ægritudinum quædã, quæ in ſemine hereditantur,ſicut albaras alba & caluities naturalis,& [l] podagra,& pthiſis,& lepra. Et ſunt ægritudinum quædam, quæ ſunt generales, [m] quæ ſunt alicui genti propriæ,aut in aliqua regione morantibus,aut in eis multum abundant.Debes præterea ſcire, [n] ꝙ membrorum debilitas complexionis ſequitur malitiam & raritatem texturæ corporis.

DOCTRINA II. *Fen ſecundæ.Cuius ſunt duæ ſummæ.*

*Summa prima eſt de rebus,quæ accidunt ab vnaquaque cauſarum communium. Cuius ſunt xix.capitula.*

*Verbum vniuerſale de cauſis.* *Cap. 1.*

CAuſæ diſpoſitionum corporis,quarum iam præmiſimus narrationẽ. ſ. ſanitatis,& ægritudinis,& diſpoſitionis,quæ inter eas media exiſtit,ſunt tres, antecedentes, & primitiuæ,& coniunctæ.Antecedentes vero & coniunctæ cõicant in hoc,ꝙ ambæ ſunt res corporeæ.ſ.humorales,aut complexionales,aut compoſitionales. [o] Primitiuæ vero ſunt,q̃ extra corporis exiſtũt ſubſtãtiã,aut ex parte corporũ extrinſecorũ, ſicut quod ex verberatione accidit,& ex caliditate aeris,& ex cibo calido & frigido,q̃ corpori aduenįunt,aut ex parte aĩæ:aĩa.n.aliud eſt à corpore,ſicut quod accidit ꝑp iram & timorẽ,& ſimilia. Et cauſæ quidẽ antecedẽtes & primitiuæ cõicant in hoc,ꝙ inter eas & diſpõnes,quas noîauimus, aliquod exiſtit mediũ.Et cauſæ primitiuæ & coniunctæ q̃nq; cõicant in hoc,ꝙ inter ipſas & inter prędictas diſpoſitiones non interuenit medium.Antecedentes vero cauſæ à coniunctis differunt, eo ꝙ cum cauſis antecedentibus non ſequitur immediate diſpoſitio, ſed inter eas aliæ exiſtunt cauſæ, quæ ſunt diſpoſitioni propinquiores antecedentibus. Et cauſæ antecedentes differunt à primitiuis in hoc,ꝙ ipſæ ſunt corporales,& etiam inter antecedentes, & inter diſpoſitionem proculdubio interuenit medium,ſed in cauſis primitiuis non eſt hoc neceſſarium.Cauſæ quoq; cõiunctæ, à primitiuis differunt in hoc,ꝙ ſunt corporales,& etiam,ꝙ inter cauſas coniunctas, & inter diſpoſitionem non eſt medium omnino.In cauſis vero primitiuis non eſt hoc neceſſarium,immo duæ res in eis ſunt poſſibiles. [p] Cauſæ ergo antecedentes ſunt cauſæ corporales.ſ.humorales, aut complexionales,aut compoſitionales.& ipſæ [q] quidem ſunt,ex quibus aduenit diſpoſitio non primo aduentu,ſed aduenit ex eis aliquo mediante. [q] Et cauſæ coniunctæ,ſunt cauſæ corporales ex quibus diſpoſitiones corporales proueniunt aduentu primo.ſ.abſq; medio. Et cauſæ primitiuæ ſunt cauſæ non corporales,ex quibus proueniunt diſpoſitiones corporales aduentu primo, aut non primo. [q] Exemplum cauſarum antecedẽtium,eſt repletio febris,& repletio receptaculorum oculi,vt aqua in ipſum deſcendat. [q] Exemplum cauſarum coniunctarum,eſt putredo febris,& humor,qui ad foramen deſcendit oppilationis,& oppilatio cæcitatis.Exemplum cauſarum primitiuarum, eſt caliditas Solis,aut fortitudo motus,aut triſtitia,aut vigilia,aut comedere rem calefacientem ſicut allia, & hoc totum febri,aut percuſſio perducens ad dilatationem & deſcenſum aquæ ad oculum. [r] Oẽs autem cauſæ,aut ſunt cauſæ ꝯm eſſentiam,ſicut piper cum calefacit, & opium cum infrigidat: aut ſunt cauſæ ꝯm accidens,ſicut aqua frigida cum calefacit:propterea,ꝙ inſpiſſat cutim, & coarctat caliditatem:& aqua calida infrigidat:propterea,ꝙ reſoluit, [s] & ſicut ſcammonea cum ĩfrigidat: ideo, ꝙ humorem expellit calefacientem. [t] Non omnis vero cauſa,quæ corpori aduenit, in ipſum operatur:imo præter hoc,tria ſunt neceſſaria,fortitudo.ſ.ſuæ virtutis agentis:& fortitudo virtutis corporis diſpoſitiuę,& poſſibilitas permittendi vnum tangere aliud tanto tempore , vt in tali quale illud poſſit ex vno prouenire operatio in aliud.Eſt autem cum cauſarum diſpoſitiones diuerſificantur in eo,ꝙ prouenit ex eis. [u] Eſt enim cum ex cauſa vna in corporibus diuerſis,diuerſę proueniunt ęgritudiues,aut in horis diuerſis ęgritudines diuerſę, & eſt cum eius operatio diuerſificatur in [x] debili & forti,& [y] fortis ſenſus,& [z] debilis ſenſus. Cauſarum preterea,alię ſunt, quę habent vicarium,alię quę non.& habentes vicarium,ſunt illę,quę cum ſeparantur,remanet veſtigium,vel impreſſio earum.Non habentes vero vicarium ſunt,ex quarum ſeparatione prouenit ſanitas. Dicemus etiam,ꝙ [a] cauſę,quę mutant diſpoſitiones corporis:& illę, quę conſeruant, [a] aut ſunt neceſſarię,à quibus impoſſibile eſt hominem egredi in toto tempore ſuę vitę,aut non neceſſarię. [a] Et neceſſarium quidem, [b] {ſex ſunt} genera. Genus aeris circundantis.Et genus eius, quod comeditur & bibitur.Genus motus & quietis corporeę.Et genus motuum aĩalium.Et genus ſomni & vigilię.Et genus euacuationis & retentionis.De genere ergo aeris eſt nobis prius loquendum.

De

(Handwritten marginal notes, left margin:) dilatatione pupille — 2. partitio cauſarum — tria requisita ad eo ut cause efficientes agant in passo — 3. partitio cauſarum — 4. partitio cauſarum

(Marginal letters: E, F, G, H)

(Marginal references:) A Li.3.Fẽ. & li.4.Fẽ.1.t. & G.cõm. mum Hip. vulg.4.h B Lib.4.Fẽ. 61.& G.li. 70.ꝙ quan C Gal.li.4. D Lib.3.Fẽ 15 & F.1 4.Fẽ.1.t. li.6.aph. 25 & li. de aduer. & c.4.c E Lib.3.Fẽ c.1 & c.10. F Lib.3.Fẽ G Ariſt.li. 4.& Gal.li. feb.c.2.b H Ariſt.lib. lib.1.de dif. 2.b.c I doct.1.li. 14.& Fen c.2.e,& li. c.23.& Fẽ & F.15.t. Fen. 21.t 14.a L Lib.3.Fẽ 5.& lib.6. M Gal.li. rõne.9.& in prim. de morb. argument. N Doct. 29.Fẽ. driis P Gal.lib. c.8.h Q Halyab. the.c.4 R G.li.4. medic.fac. lib.1.c.1.e S Lib.2.t. Raſ.30.cõn 396.4 T G.l.& bo.c.1.a V Gal.li. feb.c.4.e X Gal.li.4. c.4.c Y G.lib.3. ſympto.c. Z Gal.li. c.1.e A Gal.lib. med.c.84.a A G.lib. A G.lib. B F.3.in B quod

A Fẽ 1.doc.6.c.4. B G.lib. 6.de v.p. c.2.b,& de vſu pul. c.3.d C Fen 1.doc.3.c.2. D Halyab. lib. 4. the.c.6. E G.li. de vſu pul. c.3 d,& li.6.de v.p. c.2.b,& de vtili. re ſpi.c.4.b,& 5.e F Cap.5.

G G.li. 1. de tpat. c.4.b,& l.3.de cau. pul.c.6.a, & lib.de rõne vict.priuat.c. 3.c,& Halya. lib. 5. theo.c.3. H G.lib. 1. de tem per.c.4.c I Ga.cõmẽto 1.in Hipp.lib. de natura humana.35.a k Haly.l.5.the.c.3. L G.lib.3.apho.13. & Haly.li.5.th. c.3.



*De impreſſione aeris,qui circundat corpora noſtra.* *Cap. 2.*

A AEr eſt elementum noſtrorum corporum & ſpirituum, & præter hoc,ꝙ eſt elementum noſtrorum corporum & ſpirituum:eſt etiam quid ſucceſſiue noſtris adueniens ſpiritibus:& eſt cauſa meliorationis eorum,non tantum ſicut elementum:ſed etiam ſicut faciens.ſ.temperans. Iam autem [a] declarauimus in his,quæ præceſſerunt, quid velimus intelligi cum ſpiritum dicimus : non enim dicere volumus illud,quod philoſophi animam vocant. Et hoc quidem temperamentum, quod ex aere noſtris aduenit ſpiritibus, [b] ex duabus pendet operationibus,quæ ſunt mundificatio, & euentatio.Euentatio vero eſt temperamentum complexionis ſpiritus calidi,cũ ſuperfluit propter coarctationem ꝯm plurimum, & alteratur,& per temperamẽtum intelligimus temperamentum comparatiuum,quod [c] ſciuiſti.Et hoc quidem [d] temperamentum attribuit nobis aeris attractio à pulmone:& à poris,euentatione pulſus,qui ſunt cum arterijs continui. Aer autẽ,qui nos circũdat,valde eſt frigidus cõparatione cõplõnis,ſpũs innati,q̃to plus cõplõnis eius euenĩẽtis ꝑp coarctationẽ.Cũq; acr ad ipſum peruenit,impellit ipſum,& miſcet cum eo,& prohibet ipſum ne ad igneitatem conuertatur coarctatiuã vel ſuffocatiuam,ex qua ipſe ad malitiã peruenit cõplexionis, per quam remouetur à preparatione recipiendi impreſſiones animales in eo,qui eſt cauſa vitæ, & prohibet ne reſoluatur ipſiuſmet ſubſtantia vaporalis humida.Mundificatio vero fit apud reuer-B ſionem vel egreſſionem anhelitus propter aſſociationem eius, quod ei attribuit virtus ſeparatiua ex vapore fumoſo,cuius cõparatio ad ſpiritum eſt cõparatio humoris ſuperflui ad corpus. [e] Temperamentum ergo eius eſt:propterea,ꝙ ſpiritui aduenit aer cũ attrahitur,& mundificatio eſt propter eius exitum cum expellitur. Aer.n.qui attrahitur,in primis cum ingreditur ad temperandum neceſſe eſt, vt ſit in effectu frigidus:ſed poſtq̃ conuertitur ad qualitatem ſpiritus propter calorem, longitudine moræ,deſtruitur eius iuuamentum,& non indiget eo:& eſt aer nouus neceſſarius, ꝙ ingrediatur,vt illius alterius ſuppleat vices. Oportet igitur neceſſario,vt egrediatur ad hoc,vt ſuo ſucceſſori locum expediat,& vt fumoſæ ſuperfluitates ſubſtantiæ ſpiritus cum eo expellantur. Et aer quidem,dum eſt temperatus & clarus, neq; ſubſtantia extranea complexioni ſpiritus contraria ei admiſcetur,eſt ſanitatem efficiens & ipſam conſeruans.Et cũ mutatur, ſuæ operationis contrarium operatur. [f] Aeri præterea accidunt mutationes naturales,& mutationes non naturales, & mutationes curſum egredientes naturalem ei contrariæ.Naturales vero mutationes, ſunt mutationes temporales,quoniam in vnoquoq; tempore ad aliam conuertitur complexionem.

*De naturis temporum.* *Cap. 3.*

DEbes autem ſcire,ꝙ tempora iſta,ꝯm medicos,alia ſunt ab eis , quæ ſunt ꝯm aſtronomicos. Quatuor nanq; tempora ꝯm aſtronomicos ſunt,mutationes Solis in vnaquaq; quadra cir-C culi ſignorum,à puncto incipientes vernali.Secũdum medicos vero , Ver,in terris temperatis, eſt tempus in quo non tantum ſunt neceſſariæ res cooperientes, vel calefacientes propter frigus, vt inde ſit multum curandum,neq; euentatio in eo eſt neceſſaria, de qua ſit curandum propter calorem.Et in ipſo quidem eſt principium frondendi arbores.Et eius tempus, eſt tempus exiſtens inter æquinoctiale vernale,ſeu in medio æquinoctialis vernalis;aut ante ipſum, aut poſt ipſum parum,donec Sol ſit in medio tauri.Et autumnus eſt huic oppoſitus ĩ talibus quales ſunt noſtræ terræ.In alijs vero terris,eſt poſſibile,vt præcedat ver,& tardetur autumnus.Et æſtas quidem, eſt totum tempus calidum.Et hyems totum tempus frigidum. Vnumquodq; igitur duorum temporũ veris & autumni,eſt magis breue ꝯm medicos,q̃ vnumquodq; duorum temporum æſtatis & hyemis.Et hyems quidem eſt tempus æſtati oppoſitum,aut minus eo,aut maius eo ꝯm terras . Et videtur,ꝙ ver ſit tempus florum & initium pomorum. Et autumnus,tempus mutationis coloris foliorum,& principium caſus eorum.Et quod eſt præter iſta eſt hyems & æſtas. Et dicemus, ꝙ [g] veris complexio eſt temperata,neq; eſt,ſicut [h] quidam exiſtimant, calida & humida: certificare vero iſtud multa inueſtigatione,eſt in parte naturalis philoſophiæ: credere autem debemus, ꝙ [i] ver eſt temperatum.Et æſtas eſt calida: proprerea, [k] ꝙ ſol oppoſitioni capitum eſt propinquus, & fortitudo exiſtit radij,qui ab eo profluit,qui imaginatur retrocedere ſeu reflecti in æſtate, aut ſuper angu-D los valde acutos,aut ſuper ſeipſum,in lineis in quibus penetrauit, & propterea inſpiſſatur radius. Huius vero cauſa pro certo exiſtit:eo ꝙ caſus radij Solis,alius eſt,qui eſt ſicut caſus axis , ſeu lineæ rectæ ex rotundo & pyramide,ſicut ſi à centro corporis Solis penetret ad illud,quod eſt ei oppoſitum. Alius eſt, qui eſt ſicut ſuperficiei, & circumferentiæ,aut qui eſt propinquus circunferentiæ.& eius quidem virtus exiſtit in axe, ſeu in linea recta cum impreſſio adueniat ei ab oĩbus extremis: ille vero,qui eſt in parte extremorum, eſt magis debilis . Nos aũt in æſtate ſumus cadentes in axe, aut circa ipſum: & perdurat hoc tempus ſuper nos, qui in terris moramur ſeptentrionalibus,& in hyeme ſumus circa circunferentiam.Ideoq; in æſtate lumen exiſtit magis ſplẽdidum,licet ſpatium, quod eſt à noſtro loco ad locum Solis,ſit longius,cum Sol circa ſuam exiſtit augem. Iſtius vero lõginquitatis & propinquitatis comparatio , in parte aſtronomica partis diſciplinalis philoſophiæ declaratur:& certificatio fortitudinis caloris,& fortitudinis luminis monſtratur in parte naturalis philoſophiæ.Et æſtas præter hoc,ꝙ eſt calida, eſt etiam ſicca propter reſolutionem humiditatum, quæ fit in ea multa caliditate,& propter raritatem ſubſtantiæ aeris,& ipſius ſimilitudinem cum natura ignea,& propter paucitatem eius,quod cadit in ea de rore & pluuia. [l] Et hyems quidem frigida eſt & humida, propter harum cauſarum contraria.In autumno vero iam calor diminutus fuit

&

& frigiditas nondum peruenit ad complementum. Et ſimile exiſtit, ꝙ iam in medio ſtamus longi- E
tudinis, quæ eſt inter axem, quam nominauimus, & inter circunferentiã: propinquus igitur exiſtit
temperamento, quod inter caliditatem exiſtit & frigiditatem. Inter humiditatem autem & ſiccita-
tem non exiſtit temperatus. Quomodo enim hoc eſſet, cum Sol iam ſiccauerit aerem, & nondum
acciderit ex cauſis humectantibus, quod ſit exſiccationi cauſæ exſiccantis oppoſitum? Diſpoſitio
quoq;, quæ eſt ad infrigidandum, non eſt quemadmodum ea, quæ eſt ad humectandum: qm̃ con-
uerſio, quæ eſt ad infrigidandum eſt leuis, ſed conuerſio, q̃ eſt ad humectandum, nõ eſt tam facilis:
neq; etiam conuerſio, quæ fit ad humiditatem propter frigus, ſicut conuerſio, quæ fit ad ſiccitatem
propter calorem. Conuerſio nanq;, quæ fit ad ſiccitatem propter caliditatem, eſt facilis: qm̃ quæli-
bet caliditas exſiccat, ſed non quælibet frigiditas humectat: immo plerunq; quælibet caliditas for-
tior exiſtit in humectando, cum materiam inuenit, ꝗ̃ ſit quælibet frigiditas in humectãdo. Quæli-
bet.n. caliditas euaporationem facit, & non reſoluit: ſed quælibet frigiditas non inſpiſſat, neq; coar
ctat, neq; adunat ſeu aggregat. Ideoq; non eſt diſpoſitio, q̃ faciat remanere ver in humiditate hye-
mis, ſicut eſt diſpoſitio, quæ facit remanere autumnum in ſiccitate æſtatis. Veris.n. humiditas, tem
peratur in tanto tempore propter caliditatem, in quanto nõ temperatur ſiccitas autumni propter
frigiditatem. Et videtur, ꝙ humectatio iſta & exſiccatio, ſimiles ſint operationibus habitus & pri-
uationis, & non duorum contrariorum operationibus. Exſiccatio nanq; in hoc loco, non eſt niſi F
ſubſtantiæ humidæ deſtructio, & humectatio non eſt ſiccæ ſubſtantiæ deſtructio: ſed ſubſtantię hu
midæ acquiſitio. Cum.n. in hoc loco dicimus [a] aerem humidum & aerem ſiccũ: non intelligimus
eius formam, neq; eius qualitatem naturalem: immo de hac non perſcrutamur aut parum perſcru
tamur: & cum aerem dicimus humidum, non volumus intelligere niſi aerẽ cui admiſti fuerint va-
pores multi aquoſi: aut aerem, cuius cõuerſio cum ſpiſſitudine eius fuit ad ſimilitudinem vaporis
aquoſi. Et aerem dicimus ſiccum, aerem videlicet ex quo reſolutũ fuit, quod de humoribus aquo-
ſis ei erat admiſtum, aut ſe conuertit ad ſimilitudinem ſubſtantiæ ignis propter raritatem, aut cum
quo admiſti fuerunt terreſtres fumi, qui terræ in ſua ſiccitate ſimilatur. Superfluitas igitur humidi
tatis hyemalis, minuitur ex vere, propter quãlibet caliditatem, quę in ipſo accidit: propterea, quòd
Sol oppoſitioni capitum propinquius exiſtit. Autumni vero aer, non propter quãlibet frigidita-
tem, quæ in ipſo accidat, humectatur: & cum hoc cognoſcere voles, conſiderabis an res ſiccæ ĩ aere
frigido tam cito humectentur, ꝗ̃ cito res humidæ in aere calido exſiccãtur: poſtꝗ̃ pones frigidum
in frigiditate ſua, ſicut calidum in caliditate ſua fere. Cum hoc.n. conſideraueris, inuenies rem inter
ea diuerſam: licet hæc exiſtat res alia maior iſta. & eſt, ꝙ humiditas in aere calido & frigido ſimul,
non permanent niſi propter emanationis permanentiam ad eas veniẽtis, ſed ſiccitas indiget nul-
lã emanatione. & non efficitur humiditas in corporibus diſcoopertis aeri, aut in ipſo aere non per G
manet, niſi propter emanationem ſucceſſiuam: qm̃ aer nõ dicitur eſſe fortis frigiditatis, niſi per cõ
parationem noſtrorum corporum: neq; eius frigiditas peruenit apud nos in terris habitatis, tanta,
quin aliquo modo reſoluat: [b] immo in oĩbus reſoluit diſpõnibus propter illud, quod in eo exiſtit
de virtute Solis & ſtellarum. Cum ergo abſcinditur emanatio, & perdurat reſolutio, cito aduenit
ſiccitas. In vere autem, illud, quod reſoluitur eſt plus eo, quod euaporat. & huius quidem cauſa eſt
eo, quòd euaporationem duæ res efficiunt, vna eſt caliditas ſubtilis pauca in manifeſto aeris: & ca-
liditas fortis in terra abſcondita, ex qua ad terræ ſuperficiem res profluit ſubtilis. Quod.n. de terra
occultum eſt, in hyeme vehementi calore calidum exiſtit: quemadmodum [c] in ſapientijs natura-
libus principalibus declaratum fuit: & eſt caliditas aeris pauca. Duæ igitur res ad humectandum
coniunguntur, quæ ſunt ſublimatio & inſpiſſatio: & præcipue, qm̃ etiam frigiditas in ſubſtantia ip
ſius aeris operatur ſpiſſitudinem & conuerſionem ad vaporationem. In vere autem reſolutio ae-
ris eſt magis fortis, ꝗ̃ eius euaporatio, & calor abſconditus occultus, valde minuitur: & apparet ex
eo, quod ſuperficiei terræ aduenit ſubito res, quę eſt fortior, ꝗ̃ vaporans, aut eſt fortior eo, quòd eſt
ſubtilis euaporationis, in modo, ꝙ occurrit euaporatio ſubtilis calori addito in aere, & cũ eo com-
pletur reſolutio, hoc fit ſm multitudinem, & ſm ſingularitatem iſtarum cauſarum præter cauſas
alias facientes res alias, quas dicemus. Amplius autem non eſt ibi materia multa, quæ illud, quod H.
fuit ſublimatum & ſubtiliatum reſtauret: & propterea oportet vt natura veris trahat ad æqualita-
tem inter humiditatem & ſiccitatem: ſicut eſt temperatum inter caliditatem & frigiditatem, licet
non prohibeamus quin principium veris trahat ad humiditatem quandam: & tamen non eſt lon
ginquum ab æqualitate, ſicut eſt ſiccitas autumni ab æqualitate. Præterea ſi non iudicauerimus, ꝙ
in autumno ſit fortis æqualitas inter caliditatem & frigiditatem, nõ erit ab eo, quod eſt cõueniens
longinquum. hora.n. meridiei eius eſt æſtiua. Aer nanque autumnalis eſt fortis ſiccitatis, & valde
aptus ad recipiendam caliditatem, & conuerti ad ſimilitudinem igneitatis: propterea, quod æſtas,
ipſum ad hoc præparauit. & eius noctes, & eius matutina ſunt frigida, propter Solis longitudinẽ
in autumno, ab oppoſitione capitum: & propterea, ꝙ ſubtile rarum fortiter recipit impreſſionem
eius, quod infrigidat. Ver autem, magis eſt circa æqualitatem in duabus qualitatibus, ideo, ꝙ aer
ipſius nil recipit ex cauſa: quæ, cauſæ, quæ eſt in autũno, ſimilis exiſtit. ſ. illud, quod recipit autum-
nus ex caliditate & frigiditate. Eius igitur nox, non multum longe eſt à die ſuſpſius. Quod ſi ali-
quis dixerit, qua ratione nox autumni eſt frigidior nocte veris, cum oporteret, vt eius aer eſſet ca-
lidior eo, ꝙ ſit magis ſubtilis: Reſpondemus, & dicemus, ꝙ aer, qui eſt fortis raritatis, citius recipit
B cali-

A Cap.9.
B Fen.1.doc.
C Lib.1.n



A caliditatem & frigiditatem, & ſimiliter aqua fortis raritatis: [a] ideoq; cum tu calefeceris aquam, et vo
lueris ipſam congelare, citius congelabitur ꝗ̃ frigida. propterea, ꝙ frigiditas in ipſam penetrat pro
pter eius raritatem. Corpora aũt non tantum ſentiunt ex frigiditate veris, quantum ſentiunt ex fri
giditate autumni, eo ꝙ corpora in vere ſunt exeuntia à frigiditate ad caliditatem conſueta in frigi-
ditate, & in autumno ſunt ad hoc contraria, licet autumnus ad hyemem tendat, & ver ab eo rece-
dat. Et eſt tibi ſciendum, ꝙ temporum diuerſitas facit commoueri in vnoquoq; climate ægritudi-
num modum. Et medicus quidem debet hoc in vnoquoq; climate cognoſcere, ad hoc, vt in ipſo
ſint conſtructæ cuſtodia & regiminis præmiſſio. Eſt etiam cum vnus dies alicui temporum ſimilis
exiſtit, & non alij. Eſt nanq; ex diebus, qui eſt hyemalis, & eſt ex eis, qui eſt vernalis, & eſt ex eis, qui
eſt æſtiualis, & eſt ex eis, qui eſt autumnalis, [b] qui in die vna calefacit & infrigidat.

*De iudicijs temporum, & eorum mutationibus.* *Cap. 4.*

O [c] Mne tempus ei, qui complexionem habet ſanam proportionale, eſt ei conueniens: ſed, qui
malitiam cõplexionis habet, proportionale diuerſificatur ab eo, niſi acciderit egreſſio mul-
ta ab æqualitate: tunc.n. proportionale & non proportionale ab eo diuerſificabitur, ideo ꝙ virtus
debilitabitur. [d] Vnumquodq; etiam tempus complexioni ægrotæ conueniens, ipſius contrarium
eſt. [e] Cumq; duo tempora à ſua egreſſa fuerint natura, & fuerit eorum exitus contrarius, neq; fue-
B rit ibi ſuperfluitas longa, quemadmodum ſi fuerit hyems meridiana, & ſuperuenerit ei ver ſepten
trionale, erit aduentus ſecundi ſuper primum conferens corporibus, & ipſa temperans: eo ꝙ ſeptẽ
trionalitas veris eſt oppoſita meridionalitati hyemis: [e] & ſimiliter ſi hyems valde ſicca fuerit, & ver
fuerit valde humidum: tunc ver hyemis ſiccitatem temperabit: & ſi humiditas non fuerit multa,
neq; prolongabitur tempore multo, non mutabit operationem temperandi ad humectationem
nocentem. Mutatio præterea temporis, in vno tempore eſt minus afferens mortalitatem, ꝗ̃ eius
mutatio in multis temporibus. ſ. mutatio adducens mortalitatem, & non eſt mutatio emendans il-
lud, quod prima attulit mutatio, ſicut diximus. [f] Et ex complexionibus aeris dignior, vt conuerta-
tur ad putrefactionem eſt calidi & humidi aeris complexio. Plurimum vero eius, quod accidit de
mutationibus aeris non fit niſi in loics diuerſorum ſituum & profundis: & minus fit in locis æqua
libus & in altis proprie. [g] Et eſt conueniens, vt tempora, ſicut debent, proueniant, & vt ſit æſtas ca-
lida, & hyems frigida, & ſimiliter vnumquodq; tempus. Quod ſi plerunq; non ita fuerit, erũt cau
ſæ malarum ægritudinum. [h] Annus præterea in quo omnia eius tempora ſm vnam eueniunt qua
litatem, annus eſt malus: quẽadmodum ſi totus annus fuerit humidus, aut ſiccus, aut calidus, aut
frigidus. Annus.n. qui eſt ſic, eſt multarũ ægritudinum ſuæ qualitati proportionalium: quarum
tempora poſtea erunt prolixa. vnum nanq; tempus multum cõmouet ægritudinem ſibi propor-
C tionalem, quanto magis totus annus. [i] Tempus.n. frigidum cum corpus inuenit phlegmaticum,
commouet epilepſiam, & paralyſim, & apoplexiam, & torturam, & ſpaſmum, & ſimilia. [l] Et tem-
pus calidum cum inuenit corpus cholericum, commouet maniam, & febres acutas, & apoſtema-
ta acuta. quanto magis ſi totus annus ſecundum vnius temporis naturam incedit. Amplius cum
cito prouenit hyems, cito hyemales adueniunt ægritudines. Et cum cito prouenit æſtas, cito æſti-
uæ adueniunt ægritudines, & mutantur ægritudines, quæ erant ante ſm iudicium tẽporis. Cumq;
aliquod prolongatur tempus, multæ eius fiunt ægritudines, & proprie æſtas, & autumnus. Debes
autem ſcire, ꝙ [k] effectus mutationum temporum non ſunt propter cauſam temporis, vnde eſt tem
pus: ſed propterea, ꝙ cum eo mutata qualitas, magnam efficit operationem in mutationibus diſpo
ſitionum. [k] Similiter quoq;, ſi aer in vna die mutatur de caliditate in frigiditatem, mutabuntur ſm
eas corpora. Et in temporibus quidem, ſanius exiſtit, vt ſit autumnus pluuioſus, & hyems tempe-
rata, neq; ſit non frigiditatem habens: non tamen ſit plurima in comparatione regionis. Et ſi ver
pluuioſum fuerit, & æſtas non abſq; pluuia fuerit, erit iſtud, quod ſanius eſſe poteſt.

*De aere bono.* *Cap. 5.*

A [l] Er bonæ ſubſtantiæ, eſt aer, cui non admiſcetur ex vaporibus, neq; ex fumis, res extranea, &
qui eſt diſcoopertus cœlo, neque eſt inter parietes & tecta conſtrictus. Cum vero in aere ac
D ciderit putrefactio, communis diſcoopertus, tunc erit ipſam magis recipiens, quàm conſtrictus &
occultatus. Aliter autem diſcoopertus melior exit. Et hic quidem bonus aer, eſt mundus clarus,
cum quo non miſcentur vapores lacuum & ſtagnorum, et profunditatum aquam continentium,
& terrarum paludoſarum, & locorum vbi naſcuntur olera, & præcipue, vbi talia quales ſunt cau-
les & eruca & arbores letihe. ideſt madefactæ putreſcẽtes, & arbores malæ ſubſtantiæ, ſicut [m] {al-
ſuhat} & nuces, & ficus, & odores putridi, aut venti putridi, & præter hoc non remouentur ab eo
venti boni, qui ſufflant ex terra alta, aut æquali. huiuſmodi enim aer, non eſt retentus in terra vel
loco profundo, & cito calefit, cum Sol oritur, & cito infrigidatur, neque eſt ſtrictus, ſeu clauſus in-
ter parietes, qui parum eſt ex quo fuerunt conſtructi, cum alſhearagi & horum ſimilia, & nõdum
integre ad ſiccitatem perfectam perueniunt, neq; obſiſtit attractioni aeris, ſicut, qui guttur ſtrin-
git. Et tu quidem iam [n] ſciuiſti, quòd mutationum aeris, aliæ ſunt naturales, aliæ ſunt naturæ
contrariæ, aliæ ſunt, quæ non ſunt naturales, neq; extra naturam. Debes autem ſcire, quòd muta-
tiones aeris, quæ non ſunt ſecundum naturam, ſiue ſint ei contrariæ, ſiue non contrariæ, quandoq;
eueniunt ſecũdum circuitum, & qñq; non ſeruant circuitum. Et ex diſpoſitionibus quidem tẽpo
rum [o] ſanior eſt, vt exiſtant tempora ſm ſuam naturã, qm̃ eorum mutationes afferunt ægritudines.
Aiiii De

A Ariſto. lib. 1. me teo.
B G. lib. 3. apho. 9. et cõmẽt. in primũ Hip. de mor. vulg. fo. 103. a
C Ga. lib. de rõne vic. priuatorũ ſiue d ſalubri diæta. 2. a & 24. d, & lib. art. med. c. 23. c
D Ga. lib. 9. meth. c. 14 a
E Raſ. li. 33. conti. t. 1. c. 1. 477. 2.
F G. li. 1. de tẽperamentis. c. 4. h
G Cap. 5.
H Raſ. li. 33. conti. t. 1. c. 1. 476. 3.
I Raſ. lib. 33. conti. t. 1. c. 1. 476. 3.
K Ga. lib. 3. aph. 4.
L Ga. li. 12. meth. c. 5. e, & li. 1. de ſan. tuen. c. 11. a, b
M. Li. 2. t. 2. c. 346. & Dio. lib. 4. c 68.
*M taxus*
N Cap. 2.
O Cap. 4. & Ga. 3. aphor. 1.

*De operatione qualitatum aeris, & eis, quæ ex temporibus proueniunt.* *Cap.6.*

E AEr calidus [a] diſſoluit & laxat. Et ſi eius caliditas fuerit temperata, tunc rubificabit colorem, eo ꝙ ſanguinem ad exteriora trahit. ꝙ ſi multa fuerit, [b] colorem efficiet citrinum: ꝑpterea, ꝙ reſoluit illud, quod attraxit. Ipſe quoq; multum efficit ſudorem, & minuit vrinam, & digeſtionem debilitat, & ſitim facit. Frigidus vero aer conſtringit, & [c] digeſtionem fortiorem reddit, & vrinam efficit multam, ideo, ꝙ humores conſtringit: & propterea, ꝙ in ſudorem parum reſoluuntur, & his ſimilia, & minuit egeſtionem: propterea, ꝙ muſculi ani ſe exprimũt, & ideo, ꝙ rectum inteſtinum parum obedit: vnde propter deſtructionem obedientiæ viæ, ſtercus non deſcẽdit, quapropter multum moratur, & eius aquoſitas in vrinam reſoluitur. [d] Aer vero humidus, cutem lenit & corpus humectat. Et ſiccus, exſiccat cutem, & arefacit vel exaſperat corpus. Et aer turbatus, triſtificat animam, & cõmouet humores. Aer vero turbatus, alius eſt ab aere groſſo. Aer.n. groſſus eſt ille, qui in groſſitie ſui ſubſtantię ſimilatur. Sed turbatus eſt ille, qui cum partibus miſcetur groſſis. Duarũ vero rerum ſignificatio eſt, ꝙ ſtellæ minutæ parum apparent, & ꝙ ſplendor eius, quod ex ſtellis fixis, ſicut eius, quod ſcintillat, parum reſplendet. Et eius quidẽ cauſa exiſtunt vapores multi, & fumi multi, & venti boni pauci. Nunc autem illum ſermonem ad hanc reducemus intentionem, & complebimus ipſum cum de mutationibus aeris, qui eſt præter naturam, [e] tractabimus. Et oẽ quidem tempus, quod prouenit ſm ꝙ debet, iudicia habet propria. [f] Et finis quidem cuiuſque F temporis principio temporis, quod eſt poſt ipſum, in iudicijs duorum temporum communicat, & in ægritudinibus ipſorum. Ver aũt cum eſt ſm ſuam complexionem, eſt melius tempus: & eſt ꝓportionale complexioni ſpiritus & ſanguinis. Et ipſe quidem cũ æqualitate ſua, quã noiauimus, declinat parumper, ſeu quaſi ad caliditatem ſubtilem, cœleſtem, & ad humiditatem naturalem, & rubificat colorem, eo ꝙ ſanguinem attrahit temperate, & non peruenit ad reſoluendum, quemadmodum æſtas peruenit æſtiualis. In vere quoq; mouentur ægritudines chronicę: facit.n. humores, qui ſunt quieti, currere & eos fluere. Ideoq; melancholiam patientium, melancholia cõmouetur. Et ille in quo multitudo exuberat humorum in hyeme propter eius guloſitatem, & exercitij eius paruitatem, fit in vere ægritudinibus aptus, quæ ex illis commouentur materijs: propterea, ꝙ ver eas reſoluit. Cumq; ver prolongatur & tẽperatur, æſtiuæ ægritudines paucæ fiũt. Veris aũt ęgritudines ſunt ſanguinis [g] egeſtio, & fluxus ſanguinis ex naribus, & [g] melancholiæ commotio vel excitatio, quæ de natura exiſtit choleræ, [g] & apoſtemata, & carbunculi, & [g] ſynanchæ, & ſunt plerunq; pernitioſæ, & aliæ exituræ. Et in ipſo multum contingunt venarum ſciſſuræ, & ſputum ſanguinolentum, & [g] tuſſis, & proprie in eo, quod ex ipſo eſt hyemale, & hyemi ſimilatur, & fiunt eorum diſpoſitiones malæ, qui has habẽt ægritudines, & proprie phthiſim. Et propterea, ꝙ ipſum in phlegmaticis materiam phlegmatis mouet, accidit in eo apoplexia & paralyſis, [g] & iũcturarum dolores. G Ex eis vero, quæ ducunt ad hoc, eſt aliquis fortis motus ex motibus corporeis & animalibus: & comeſtio etiam rerum calefacientium, eo ꝙ aeris adiuuant naturam. [h] Nulla aũt res eſt, quæ ita tueã ab ægritudinibus veris, quemadmodum phlebotomia & euacuatio, & diminutio comedendi, & multiplicatio ſyruporum, & fractio ſeu debilitatio virtutis vini inebriantis cum permiſtione, & minoratio eius. [i] Ver præterea pueris eſt conueniens, & eis, qui ſunt circa ipſos. [k] Hyems vero ad digerendum eſt melior: propterea, ꝙ frigus caloris innati ſubſtantiam comprehẽdit: vnde fortior efficitur, & non diſſoluitur: & ideo, quia fructus ſunt pauci, & gens contentatur veridicis nutrientibus, & quia hoĩum motus poſt repletionem eſt paruus: & quia ad loca ingrediuntur calefacientia. Ipſa quoq; choleram plus debilitat, ꝗ̃ omnia tempora, ſua frigiditate, & ſui diei breuitate: & ſuę noctis prolixitate. Et ipſa eſt magis conſtringens materias. Et in ipſa eſt plus neceſſarium aſſumere ea, quæ incidunt & ſubtiliant. Aegritudinum vero hyemalium plurimæ ſunt phlegmaticæ: & in ipſa phlegma fit multũ, & plurimum, quod eſt in eo, quod vomitu expellitur, eſt phlegma. Colores quoq; apoſtematum in ea, ſm plurimum ad albedinem trahunt: & in ipſa abundat [l] coryza, & incipit coryza, cum aer autumnalis mutatur: quem poſtea ſequũtur [m] apoſtemata lateris, & apoſtema pulmonis, & [m] raucedo, & dolor gutturis: deinde accidunt [m] dolor lateris ipſius, & dorſi, & neruorum nocumenta: & [m] capitis dolor chronicus: immo [m] apoplexia & epilepſia. Et hoc totum H propterea ꝙ materiæ conſtringuntur phlegmaticæ, & quia multiplicantur. [n] Senibus vero nocet hyems: & eis ſimiliter, qui eis ſimiles exiſtunt: ſed medijs iuuamentum præſtat. In hyeme præterea [o] hypoſtaſis in vrina multitudo exiſtit, comparatione æſtatis: & eius etiam quantitas eſt maior. Aeſtas autem reſoluit humores, & debilitat virtutem, & operationes naturales cauſæ ſuperfluæ reſolutionis, & minuitur in ea ſanguis & phlegma. In æſtate vero augetur cholera rubea, ſed poſtea in eius fine cholera nigra augetur: propterea, ꝙ ſubtile reſoluitur & groſſum retinetur & conſtringitur. Et inuenies ſenes & qui eis ſimilantur, in æſtate fortiores. Et æſtas quidem [p] citrinat colorem: propterea, ꝙ reſoluit illud, quod ex ſanguine attrahit. Aegritudinum quoq; tempora, in ea abbreuiantur: ſi.n. virtus fortis fuerit, aerem inuenit ad reſoluendum adiuuantem, & ad ægritudinis materiam maturandum, & expellet eam extra. Quod ſi debilis fuerit, calor aeris ei addet debilitatẽ: propterea, ꝙ laxat, & deſtruetur, & morietur æger. Amplius [q] æſtas calida & ſicca cito ſeparat vel remouet ægritudines: humida vero glutinoſa eſt, ſuarum ægritudinum tempora prolongans: ideoq; plurimum vlcerum [q] ad herpetem heſtiomenum peruenit. Et accidunt in ea hydropiſis, & lubricitas inteſtinorum, & lenitur natura, & ad hoc totum adiuuant humiditates multæ, quæ

A Cap.9. Hip.l.3.aph.21.
B Cap.9.
*Infra* [a]
C Cap.9.
Hip.l.3 aph.6.
D Cap.9.
Hip.l.3.aph.14.
G.li.1.de tpa.c.
E Cap.9. g. & cõmen.1.in
F Ga.li. imũ de mor.vul
& li.3.114. fo.103.a, & l.3.
pho.9.
G.li.3. aph.9.
G.ibid.
Raſ.li.33.conti.
1.c.1.476.3.
Haly.l.3. the.c.
G Hip. & Raſ.li.33. cõti.
.1.c.1.477.3. &
Hip.3 apho.22.
Raſ.ibi.477.3. &
Hip.3. apho.22.
Hip.ibi.
Raſ.l.33.cont. t.
c.1.477.2. & Hip
o.3.aph.22.
Hipp.ibi.
Raſ.477.3.
H Ga. Hip.3.apho.22.
purgate Hal. li.5.th.c.4.
b, & li.
& lib.
Hipp.3. aph. 22.
per ſang.
c.7.c G.3.aph.10.&
I Hip.
k G.li. G.3.aph.22.
G.li.3.apho.10.
Hippo. & Ga.3.
ph.22.
L Hip. Hipp.& Ga.l.3
M Hip. ph.12.
Hip.& G ib.
Hip.l.3.aph.12.
N G.lib. li.de aere aquis,
locis.c.6.b
Hip.3. apho.12.
O Raſ.lib.
1.c.1.4764 Hipp.& Ga.l.3.
pho.11.& li.de ae
&c.c.6.a
Hip.ibid.
P Cap.9.
*Supra* [a]
Hip.lib de aere
Q Hipp. quis et locis.c.6.b
6.1.c

A quæ a ſuperioribus ad inferiora deſcendunt: & proprie à capite. Aeſtiuæ vero ægritudines, quæ in tẽpore æſtuoſo, ſeu in vehementi calore æſtatis accidunt, ſunt ſicut febres [a] tertianæ, & [a] ſynochus, & [a] cauſon: & corporis extenuatio. Et ex doloribus [a] dolores auris, & [a] ophthalmia: & in ea multiplicantur proprie cum non fuerit ventoſum eryſipelas, & bothor, quæ ſunt eius naturæ, cuius eſt ipſa. Cum vero æſtas fuerit vernalis, erunt febres bonæ diſpoſitionis, non habentes aſperitatem & acuitatem ſiccam, & multiplicabitur [b] in ea ſudor, & expectabitur in criſibus: propterea ꝙ caliditas & humiditas huic proportionantur: quoniã caliditas reſoluit, & humiditas laxat, & poros dilatat. Cumq; æſtas fuerit meridionalis, multiplicabuntur in ea mortalitates, & ægritudines, variolæ, & morbilli. Septentrionalis vero æſtas eſt ſana, ſed exprimendi ægritudines in ea multiplicantur. Aegritudines autem iſtæ exprimẽdi, ſunt ægritudines, quæ proueniunt ex curſu materiei cum calore intrinſeco aut exteriori, cum percutit eas frigus manifeſtum vel exterius, & exprimit eas. Et hæ quidem ægritudines ſunt ſicut rheumatiſmi, & quæ ipſos ſequuntur. [c] Cumq; æſtas fuerit ſeptentrionalis ſicca, phlegmaticis confert, & mulieribus, & choleram habentibus accidet ophthalmia ſicca, & febres acutæ longi temporis, & prouenit ex aduſtione choleræ propter coarctationẽ, exuberatio choleræ nigræ. Autumnus vero multarum exiſtit ægritudinũ, eo quod in ipſo homo [d] ſub ſole calido multum incedit: deinde in nocte peruenit ad frigus: [e] & propterea ꝙ fructuum eſt B multitudo, qua humores corrumpuntur, & propter reſolutionem virtutis in æſtate: humores præterea fiunt in autũno mali, propter mala cibaria, [f] & propter ſubtilis reſolutionem, & quia remanet ſpiſſum, & propter eius aduſtionẽ. [f] Cũq; aliquis humor ebullierit: propterea ꝙ natura ipſum vult expellere, & reſoluere, reducit ipſum frigus ad coarctationẽ. Sanguis quoq; in autumno multum minuitur, immo ſanguini in ſua cõplexione contrarius exiſtit: Non ergo ad ipſum generandum ſituat. Et etiam reſolutio iam præceſſit, qua æſtas ſanguinẽ reſoluit, & ex ipſo minuit. In ipſo autem accreſcunt ex humoribus, cholera rubea reſidua ab æſtate, & nigra, propterea ꝙ [f] humores in æſtate fiunt cinis: & ideo in ipſo cholera multiplicatur nigra: quoniam æſtas incinerat humores: & autumnus infrigidat: & principium quidem autumni ſenibus aliquo modo conueniens exiſtit, & eius finis eos impedit maximo impedimento. Autũni autẽ ægritudines ſunt, [g] ſcabies, [g] quæ excoriat, & [g] impetigines, & [g] cancri, & [g] iuncturarũ dolores, & [h] febres cõmiſtæ, [h] & febres quartanæ, propter choleræ nigræ multitudinem, & propter illud quod de eius cauſa declarauimus: ideoq; ingroſſatur [i] ſplen in eo: & accidit in ipſo, vt vrina guttatim [i] emittatur, propter illud, quod veſicæ accidit ex diuerſitate complexionis inter caliditatem, & frigiditatem. difficultas quoq; accidit vrinæ, quod plus accidit, ꝗ̃ ꝙ vrina guttatim emittatur. Et accidit in eo [i] lienteria: & hoc quidem eſt: propterea ꝙ frigiditas expellit illud, quod ex humoribus eſt ſubtile ad interiora corporis: & fit C in eo [k] ſcia. & accidit in eo [k] ſquinãtia acuta, cholerica, & in vere phlegmatica: quoniã principium cuiuſcunq; humoris earũ, eſt ex humore, quẽ efficit tempus, quod ante ipſum fuit: & in ipſo etiã multiplicatur [l] iliaca ſicca. Et eſt cum in eo accidit [m] apoplexia, & ægritudines [n] pulmonis, & dolores dorſi, & coxarum propter motum ſuperfluitatum in æſtate primum, & poſtea earum conſtrictionẽ. [o] Et multiplicantur in ipſo vermes in ventre, propter debilitatem virtutis i digerẽdo & expellẽdo. In ipſo etiam, & proprie in ſicco multiplicantur variolæ, & præcipue cum ante ipſum fuerit æſtas calida. Et in ipſo etiam multiplicatur [p] mania, propter humorum cholericorum malitiam: & quia cholera nigra eis commiſcetur. Autumnus præterea eſt tempus, quod [q] in pulmone habentibus vlcus eſt deterius, qui ſunt habentes phthiſim: [q] & ipſe detegit occultum in ſua diſpoſitione: cum ante ipſum initium habuerit, & non bene manifeſtabatur per ſigna eius. [r] Hecticam quoq; habentibus ſingularem, eſt ipſe deterius tempus cauſa ſuæ exſiccationis. [s] Amplius autumnus eſt ſicut nutritor reliquarum ęgritudinum eſtatis. Et autumnus, qui melior exiſtit, eſt, qui eſt magis humidus & pluuioſus. Et deterior eſt ille, qui eſt ſiccus.

*De iudicijs compoſitionis anni.* *Cap.7.*

CVm hyemi meridionali, ver ſuperuenerit ſeptentrionale, quod poſtea æſtas ſequitur valde æſtuoſa ſeu valde calida, & multiplicatæ fuerint aquæ, & ver conſeruauerit materias D vſque ad æſtatem, multiplicabitur in autumno mortalitas in adoleſcentibus, & multiplicabuntur [u] dyſenteria, & inteſtinorum vlcera, & tertiana nota prolixa. Cumq; hyems multarum fuerit aquarum [x] abortient illæ, quæ ſe in vere parituras ſeparabant qualibet cauſa. Quod ſi pepererit, erit quod parient debile, aut mortuum, aut grandem habens malitiam. Et in hominibus multiplicabuntur [y] ophthalmiæ & ſanguinis egeſtio. Et catarrhi tunc multiplicabuntur, & proprie in ſenibus, & deſcendent in mẽbra eorũ occultata, & qñq; morte morientur ſubita, ideo ꝙ viæ ſpiritus ſubito ex multitudine oppilantur. [z] Et cũ ver pluuioſum & meridionale fuerit, ipſumq; hyemi ſuperuenit ſeptentrionali, multiplicabuntur in æſtate febres [z] acutæ, & ophthalmia, & [z] naturæ ſolutio, & ſanguinis egeſtio: & plurimũ horum omnium cõtinget propter rheumatiſmos, & ꝑpterea ꝙ phlegma, quod in hyeme adunatũ fuit ad cõcauitates tranſmittetur intrinſecus eo, ꝙ ipſum mouebit calor, & propterea in humidas habẽtibus cõplexiones, ſicut mulieribus: & multiplicabuntur putrefactio, & ipſius febres. quod ſi in aliquorũ æſtate euenerit pluuia tp̃e [a] quo canis eleuatur, & poſtea venerit vẽtus ſeptẽtrionalis, boni fiducia habebitur: & reſoluentur ægritudines. qbus autẽ plus nocet hoc tẽpus, [a] ſunt mulieres & pueri. Et qui ex eis euaſerit [a] ad quartanas deuenict propter humorum aduſtionem, & quia fiunt cinis: & poſt quartanas pueniet [a] ad hydropiſim, & ad dolores

res ſplenis.& ad hepatis debilitatem propter hoc.in ſenibus autem, & in corpore in quo eſt timor **E** frigoris, eſt eius nocumentum paruum.[a] Cum vero æſtati ſiccæ ſeptentrionali, ſuperuenerit autũnus pluuioſus meridionalis, præparabũtur corpora ad hoc, vt veniant in hyeme dolor [a] capitis, & tuſſis, [a]& raueſcẽt[a] eorũ guttura, & fluent:quoniam coryza multum accidet eis. Et [b] ſimiliter cũ æſtati ſiccæ meridionali ſuperuenerit autumnus pluuioſus ſeptẽtrionalis, multiplicabitur etiam in hyeme dolor capitis, & poſt rheumatiſmus, & tuſſis, & raucedo. Et cum æſtati meridionali autũnus ſuperuenit ſeptentrionalis, multiplicabuntur in eo ægritudines exprimendi, & conſtringendi:& iam[c] ſciuiſti hoc. Et cum autumnus & æſtas in hoc conueniũt, vt ſint ambo meridionales humidi, multiplicabuntur humores:& cum venerit hyems, venient ægritudines exprimendi, quas [d] nominauimus: neq; eſt longe quin coarctatio & materierum conculcatio propter multitudinẽ earum & priuationẽ tranſpirationis ſeu euentationis ad putridas perducat ægritudines: neq; fallet, quin hyems ſit infirma, propterea ꝙ inueniet malas materias conſtrictas, & multas. [e] Cum vero ambo fuerint ſicci ſeptentrionales, iuuabunt eum cui nocet humiditas, & mulieribus, & qui eſt talis quales ipſæ ſunt, accident ophthalmia ſicca, & catarrhus longi temporis, & febres acutæ, & melancholia. Hyems autẽ, quæ eſt frigida & pluuioſa ardorẽ efficit vrinæ. Et cum æſtatis caliditas fortis fuerit, & eius ſiccitas, prouenient ſquinantiæ pernitioſæ, aut non pernitioſæ:& quæ aperientur, aut quæ non aperientur, & illę quæ aperientur, aut erunt interius, aut exterius, & variola, & **F** mingẽdi difficultas, & morbillus, & hamicha, & variolæ ſalubres, & ophthalmiæ, & ſanguinis corruptio, & triſtitia, & menſtruorum retentio, & ſputũ ſanguinis. Et cum poſt hyemẽ ſiccam fuerit ver eius ſiccum, erit malum. Amplius mortalitas corrumpit arbores & vegetabilia: ideoq; corrũpuntur ex animalibus, quæ ea comedunt:& ideo homines, qui eis veſcuntur, corrumpuntur.

*De accidentibus aeris impreſſionibus, quæ non valde curſui naturæ contrariæ exiſtunt. Cap. 8.*

NVnc aũt dictionem complere debemus de alijs mutationibus aeris non naturalibus, neque contrarijs naturæ, quæ ſecundũ res cœleſtes, & res terreſtres eueniunt. Et iam quidem multas earum innuimus in narratione temporum. Illæ vero, quæ res ſequuntur cœleſtes, ſunt ſicut ea, quæ ſtellarum cauſa accidunt.[f] Eſt enim cum multæ ex ſtellis luminoſis in vno coniunguntur loco, & coniunguntur ſoli:& prouenit ex hoc calefactio multa eis, quorũ capita ſunt ipſis oppoſita, aut locis, quæ ſunt circa eas. & eſt cum ab oppoſitione capitum multa remouentur longitudine, & minuitur calefactio. Impreſſio enim rectitudinis capitis in calefaciendo, nõ eſt ſicut impreſſio durabilitatis rectitudinis & propinquitatis. Rerum autẽ terreſtrium: aliæ ſunt, quæ ſunt propter cauſam latitudinum regionũ: aliæ ſunt, quæ ſunt propter altitudinẽ ciuitatũ, & propter earũ profunditatẽ:& aliæ ſunt, quæ ſunt propter cãm montium:& aliæ ſunt, quæ ſunt propter marium cãm:et aliæ ſunt, quæ ventorũ cauſa exiſtunt:& aliæ ſunt, quæ ſunt propter cãm terræ. Illæ autẽ, quæ ſunt **G** propter cãm latitudinũ, ſunt, ꝙ ſi regio fuerit, quæ ſit circa reuolutionẽ capitis cancri in ſeptentrione, aut reuolutione capitis capricorni in meridie, erit æſtas magis calida, ꝙ̃ illa, quæ elõgabitur ab ea ad partẽ lineæ æquinoctialis, aut ad ſeptẽtrionẽ.[g] Credere vero dicunt ſermonẽ ex eo, ꝙ videt ꝙ terra, quæ eſt ſub circulo æquationis diei, eſt circa æqualitatem, qm̃ cauſa cœleſtis calefaciens ibi, eſt cauſa vna, quæ eſt ſolis oppoſitio capiti:& hæc quidem ſolis oppoſitio, ſola non magnam efficit impreſſionẽ. immo illud quod magnam efficit impreſſionẽ, eſt durabilitas oppoſitionis. Ideoq; calor circa veſperas eſt maior, ꝙ̃ in medio diei: & propterea cum ſol eſt in poſtremo cancri, & in principio leonis, eſt maior, q̃ eſt cum eſt in fine ſuæ declinationis. Et ideo cum ſol à capite cancri procedit ad illud, quod eſt minoris declinationis q̃ ipſum, eſt eius calor maior ꝙ̃ ſit cum eſt in tanta declinatione, & nondum peruenit ad caput cancri. In terra vero vbi eſt linea æquinoctialis, nõ opponitur ſol capiti, niſi paucis diebus: ſed poſtea cito elongatur. Augmentum nanq; partium declinationis apud duos nodos multo exiſtit maius, quàm augmentum, quod exiſtit apud tropicos: immo fortaſſe apud duos tropicos non operabuntur motus trium dierum, aut quatuor, aut plurium impreſſionem ſenſu perceptam: deinde ſol moratur ibi in latitudine vna aut circa, longo tempore & inceſſanter calefacit. Quapropter pro ſententia tenendum eſt, quòd terræ, quarum latitudines ſunt propinquæ declinationi toti, omnibus terris ſunt calidiores: & poſt ipſas, illæ quæ **H** ab ea in duobus elongãtur lateribus ad partes duorum polorum, quantitate quindecim graduũ. In linea vero æquinoctiali non eſt calor illius ſuperfluitatis, quam facit oppoſitio circa reuolutionem capitis cancri in locis habitatis. Frigiditas autem in terris, quæ ad ſeptentrionem longæ ſunt ab iſta reuolutione, eſt maior. Et hoc quidem eſt illud, quod eſt conſiderandum ſecundum latitudines terrarum, ita tamen vt in omnibus alijs diſpoſitionibus ſimiles exiſtant. Illud vero, quod eſt ſecundum terræ ſitum, eſt quòd quandoque in alto conſiſtit loco, quandoque in profundo. Et locus quidem profundus eſt calidior:& locus altus ſemper frigidior. Illud enim, quod eſt prope terram de aere in quo ſumus, eſt calidus, propterea quod ſolis radius circa terram fit fortior, & quod ab eo ad terram altam elongatur, eſt magis frigidum. Et eius quidem cauſa in [h] parte naturalis philoſophiæ continetur. Cumq; profundum cum hoc fuerit concauum plus comprehendit radium, & eſt magis calidum. Illud vero, quod cauſa montium exiſtit: ſi eſt illud, in quo mons exiſtit ſecundum intentionem habitationis, eſt ingrediens in diuiſionem, quam nominauimus: Et ſi eſt illud, quod eſt ſecundum intentionem vicinitatis, eſt id de quo loqui nunc volumus. Dicemus ergo quòd mons in aere duobus operatur modis: Et vnus eſt

A Hip.3.4
B Hipp.li. &c.c.6.c
C Cap.6.
D Cap.6.
E Ga.3.ap. Hip. de ae. & Raſ.li.5. 1.c.1.477.
F Haly.li.
G F.1.doc.3.
H Lib.1.me





**A** ex parte vnde ſuper ciuitatem Solis radios reducit, aut ipſos ab ea tegit. Et alter eſt ex parte vnde ventum prohibet, aut adiuuat eius ſufflationem. Primus autem eſt ſicut ſi à parte ſeptentrionis alicuius regionum, quæ ſunt ſeptentrionales, fuerint montes, & eleuetur ſuper eam Sol in ſua reuolutione, reflectetur ipſius calefactio ad regionem & calefaciet eam, licet regio ſit ſeptentrionalis: & ſimiliter cum mons eſt à parte occidentis, & diſcooperitur ab oriente. Et cum mons exiſtit à parte orientis minus eſt, ꝙ̃ iſtud in hac intentione. Sol nanq; cum mouetur, & ſuper montem illum eleuatur, in omni hora ab eo elongatur, & radij qualitas ſe minorando procedit, qui ab ipſo Sole ad illam tendit. Cum vero mons eſt ab occidente, non eſt ſic: Sol enim quaq; hora ei appropinquãdo incedit.[a] Modus autem ventum prohibendi eſt, ꝙ mons aut claudit à ciuitate flatum venti ſeptentrionalis infrigidantis, aut multiplicatur in ea flatus meridionalis calefacientis: aut eſt ciuitas inter duo cacumina montium ſita detecta faciei alicuius venti, cuius exſufflatio ibi fortior erit, ꝙ̃ ſit in terra plana. Solet enim aer cum per viam incedit anguſtam trahendo procedere, & non ceſſare, & ſimiliter aqua & alia. Et huius quidem cauſa in naturalibus eſt ſcita. Ciuitates vero magis temperatæ ex parte montium coopertæ aut diſcoopertæ ab eis ſunt illæ, quæ ab oriente diſcoopertæ ſunt, & à ſeptentrione, & coopertæ ab occidente & meridie. Ex maribus vero prouenit aſſidue ciuitatibus, quæ ſunt eis vicinæ, humiditatis augmentum.[a] Quod ſi maria fuerint à parte ſeptentrionis, **B** erit hoc adiuuans ad infrigidandum eas propter reuolutionem venti ſeptentrionalis, qui ĩ natura ſui frigidus exiſtit ſuper aquæ faciem. Et ſi à parte fuerit meridiei, proueniet ex eis groſſitiei meridionalis augmentum, & proprie ſi penetrandi locum non inuenerit: propterea, ꝙ mons ſibi ĩ facie reſiſtit:& cum à parte fuerit oriẽtis, erit humectatio aeris ab eis maior, ꝙ̃ ſi in parte fuerit occidentis. Sol. n. ſine ceſſatione reſolutionem augebit quãto plus appropinquauerit: ſed in occidentalibus non ſic efficiet. Ad ſummum vero ex maris vicinitate prouenit in aere humiditas: poſtea ſi fuerint venti multi ſibi ſuccedentes, quos non refrenauerint montes, erit aer magis à putrefactione ſaluus. Quod ſi venti exſufflare nequierint, erunt putrefactioni præparatæ, & vt humores putreſcant. In hac aũt intentione venti, qui ſunt meliores, ſunt ſeptentrionales, poſt orientales, poſt quos ſunt occidentales. Et deteriores ſunt meridionales. Sermo vero de eo, quod ventorum cauſa generatur duobus modis exiſtit: ſermo vniuerſalis abſolutus, & ſermo ſm illud, quod vnicuiq; ciuitati proprium exiſtit. Vniuerſalis vero ſermo eſt.[b] Quod meridionalis ſm plurimas ciuitatũ calidus eſt & humidus. ſed calidus: propterea, ꝙ à parte, Solis vicinitate calefacta venit: & humidus: propterea, ꝙ plurimum marium à nobis eſt meridionale: & præter hæc, ꝙ ſunt meridionalia operatur in eis Sol fortiter, & euaporant ex eis vapores, qui ventis cõmiſcentur:& ideo meridionales venti exiſtunt laxantes.[b] Septentrionales vero, ſunt frigidi, eo ꝙ ſuper montes tranſeunt, & ſuper **C** terras frigidas multarum niuium:& ſunt ſicci: propterea, ꝙ eis non multi aſſociantur vapores, qm̃ reſolutio à parte ſeptentrionis fit minus, neq; tranſeunt ſuper aquas fluidas marinas: ſed tranſeunt ſecundum plurimum ſuper aquas congelatas, aut ſuper deſerta.[b] Et orientales quidem inter caliditatem & frigiditatem ſunt temperati: ſed ſiunt occidentalibus ſicciores. Septentrionale nanque orientis minus habet mariã, ꝙ̃ ſeptentrionale occidentis. Et nos proculdubio ſeptentrionales ſumus.[b] Occidentales vero, parum plus ſunt humidi: quoniã ſuper maria tranſeunt: & quia Sol eos ſuo diuerſificat motu: vnuſquiſq; enim horum duorum. ſ. Solis, & ipſorum, alteri ſuo motu quaſi contrarius exiſtit. Ideoq; non tantum reſoluit eos Sol, quantum orientales reſoluit ventos:& proprie, quia maior orientalium exſufflatio eſt in principio diei: & maior occidentalium exſufflatio eſt in fine diei. Et ideo occidentales minoris exiſtunt caliditatis, ꝙ̃ orientales, & magis ad frigiditatẽ declinantes. Et orientales maioris caliditatis. licet ambo comparatione ventorum meridionalium & ſeptentrionalium ſint temperati. Quandoq; vero in ciuitatibus, ventorum iudicia ſm alias res mutantur. Eſt enim quandoq; in quibuſdam ciuitatibus conueniens, vt venti meridionales frigidiores ſint, cum circa eas montes fuerint niuoſi meridionales, & conuerterint ſe vẽti meridionales ad frigiditatem: ideo, ꝙ ſuper ipſos tranſeunt. Et eſt cum ſeptentrionales meridionalibus calidiores exiſtunt, cum circa eos deſerta fuerint aduſta. Sed alſemaim aut ſunt venti, qui per deſerta tranſeũt **D** valde calida, aut ſunt venti de genere fumorũ, qui in ſpatio ſigna efficiunt terrefaciẽtia ſimilia igni: qm̃ cum ſunt graues ibi accidit eis ſicut accenſio, & combuſtio:& ſubtile ſeparatur:& quod graue eſt, deſcẽdit, in quo exiſtunt aduſtionis, & igneitatis reliquię: quia omnes venti fortes, ſicut videtur ſapientibus philoſophorum, non incipiũt niſi à ſuperiori: licet materierum eorum principium ſit ab inferiori: principium vero motuum, & exſufflationum, & turbinis eorũ eſt à ſuperiori. Et hoc aut eſt iudicium commune, aut ſecundum plurimum. Et hæc certificatio in parte naturalis[c] philoſophiæ continetur. Et nos quidem nunc nominabimus[d] capitulum iſtius modi in locis habitatis. Ciuitatum vero diuerſitates ſunt ſm terram, qm̃ earum, aliæ ſunt lutoſæ liberæ: aliæ ſunt petroſæ: aliæ ſunt, quæ ſunt arenoſæ: aliæ ſunt, ꝙ ſunt limoſæ fœtentes: aliæ ſunt cœnoſæ paludoſæ: & aliæ ſunt ſup quarũ terrã eſt virtus metallina ſuperãs: & hoc totũ in eius aere & aqua operatur.

*De impreſſionibus aerearum mutationum malarum curſui naturali contrariarum. Cap. 9.*

MVtationes vero naturam egredientes ſunt:[e] aut propter conuerſionem in ſubſtantia aeris factam:[e] aut propter conuerſionem in qualitatibus ipſius. Quod vero in eius exiſtit ſubſtantia eſt, vt eius ſubſtantia ad malitiam conuertatur, non ideo, ꝙ aliqua ſuarum qualitatum valde fortior facta fuerit ſm augmentum vel diminutionem:& hæc eſt peſtilentia.[e] Et eſt putrefactio,

A Haly.li.5. theo. c.9.
B Haly.li.5. theo. c.8.
C Lib.2. metheo.
D Cap.11.
E L.4. F.1.t.4.c.1

quæ accidit aeri, ſimilis putrefactioni aquæ ſtagnantis fœtidæ. Nos nanque cum [a] aerem dicimus, nolumus dicere aerem ſimplicem nudum: quoniam ipſe non eſt aer, qui nos circundat, & ſi inuentus fuerit purus, fortaſſe erit alius. Ipſe enim & vnumquodq; ſimplicium nudorum non putreſcunt, ſed aut in ſui qualitate, aut in ſui ſubſtantia in aliud conuertitur ſimplex, ſicut aqua conuertitur in aerem. Cum autem aerem dicimus, nolumus dicere niſi corpus ſparſum in ſpatio. Et eſt corpus commiſtum ex aere certificato, & partibus aqueis vaporoſis, & partibus terreis eleuatis in fumo, & puluere & partibus igneis. Et nos neque dicimus illum aerem, niſi quomodo dicimus aquam maris, aut lacuum aquam: licet nō ſit aqua pura ſimplex, ſed miſta ex aere, & terra, & igne: ſed ſuperans in ea eſt aqua. Hic ergo aer putreſcit quandoque, & conuertitur eius ſubſtantia ad malitiam: ſicut aqua lacunarum putrefit, & conuertitur eius ſubſtantia ad eam. Peſtilentia autem & aeris putrefactio ſecundum plurimum euenit in poſtremo æſtatis, & in autumno. Et nos quidem [b] nominabimus accidentia, quæ ex peſtilentia in alijs locis proueniunt. Quod vero in ipſius exiſtit qualitatibus, eſt, vt ſecundum caliditatem, aut frigiditatem ad qualitatem perueniat intolerabilem, in tantum, vt per ipſum meſſes, & generatio corrumpantur. Et hæc quidem eſt, aut conuerſio homogenea, ſicut rabioſitas æſtatis, cum fortior ſit: aut conuerſio contraria, ſicut frigoris vehementia in ęſtate, quæ propter aliquod euenit accidens. Ex aere vero cum mutatur, proueniunt in corporibus accidentia. [c] Cum enim putreſcit, putrefacit humores, & incipit humorem putrefacere, qui à corde circundatus eſt, quoniam ad ipſum propinquius accedit, q̄ ad alium. Et ſi fortiter calefit, iuncturas [d] laxat, & humores reſoluit: ergo in ſiti augmentum præſtat: & reſoluit ſpiritum, & deijcit virtutes, & prohibet digeſtionem: propterea, q̄ calorem innatum, occultum, reſoluit, qui eſt inſtrumentum naturæ: & [e] colorem efficit citrinum: propterea, q̄ humores reſoluit ſanguineos colorem rubificātes, & quia choleram alios facit ſuperare humores. & cor calefacit calore non innato, & facit humores fluere, & ipſos putrefacit, & defert eos ad concauitates, & membra debilia: & corporibus ſanis non eſt bonus. eſt tamen cum hydropicis confert, & paralyticis, & patientibus catarrhos frigidos, & alcuzez frigido, & ſpaſmo humido, & torturæ humidæ. Aer vero frigidus calorem innatum ad interiora redire facit, niſi talem adeptus fuerit fortitudinem, per quam ad interiora ingrediatur, hic nanque eſt mortificans. Aer præterea frigidus non multum tamen, prohibet materierum fluxum, & continet eas, ſed facit catarrhum. & debilitat neruos, & tracheam arteriam magno lædit impedimento. Et cum non fuerit fortis [f] digeſtionem efficit fortiorem, & omnes occultas operationes efficiet fortiores, & excitabit appetitum. Ad vltimum vero eſt magis ſanis conueniens, quàm aer multæ caliditatis. Sed eius quidem nocumenta ſunt ex parte operationum, quæ ex neruis pendent: & ideo, quòd claudit poros, & exprimit illud, quod intus exiſtit in oſſibus. Aer vero humidus pluribus cōplexionibus eſt bonus, & colorem efficit bonum, & cutem claram, & reddit [g] eam mollem, & poros dimittit apertos: ſed ad putrefactionē præparat. Et ſiccus quidem huic exiſtit contrarius.

E F G — A Cap.3. B L.4.F.1.t.4. & 2. C Li.4.F.1.t.4. D Cap.6. E Cap.6.bis F Cap.6. G Cap.6.

*De naturis ventorum.* Cap. 10.

IAm ventorum diſpoſitiones narrauimus in capitulo mutationum aeris nominatione aliqua. Nunc vero in eis ſermonem volumus proferre aggregatiuum ſecundum alium ordinem, & incipiemus à ſeptentrionali.

*De vento ſeptentrionali.*

SEptentrionalis [h] corroborat, & [h] indurat, & quæ manifeſte fluunt [h] prohibet, & [h] claudit poros, & [h] digeſtiuam fortem efficit, & [i] ſtringit ventrem, & [k] prouocat vrinam, & [k] aerem putridum peſtilentialem ſanat. Cum vero meridionalis ſeptentrionalem præcedit, & ſequitur eum ſeptentrionalis, accidit à meridionali fluxus, & à ſeptentrionali expreſſio interius: & quandoque prouenit inde ruptura ad exteriora. Ideoq; multiplicatur tunc fluxus materierum capitis, & pectoris ægritudines. Et ægritudines quidem ſeptentrionales ſunt, dolores neruorum, de quibus ſunt veſica, & matrix, & [l] difficultas mingendi, & [l] tuſſis, & [l] coſtarum dolores, & lateris, & [l] pectoris, & [l] horripilationes.

H Haly.l.5.the. & Hip.li.3.aph. I Hipp.3.apho. k Raſ.t.3.c.3. L Hipp.li.3.aph.

H

*De vento meridionali.*

MEridionalis [m] laxat fortitudinem, & aperit poros, & agitat [n] humores, & mouet eos ad exteriora ab interioribus, & in [m] ſenſibus efficit grauitatem. Et ipſe eſt ex eis, quæ vlcera corrumpunt, & ægritudinum efficit recidiuationem, & debilitat, & ſuper vlcera, & podagram efficit pruritum, & commouet [n] epilepſiam, & affert ſomnum, & [o] facit febres putridas, [o] ſed non exaſperat guttur.

M Hip.l.3.aph. N Halyab. lib. the.c.8. O Raſ.t.3.c.3.

*De orientalibus ventis.*

VEnti iſti ſi in poſtremo noctis & principio diei flauerint, venient ab aere, qui iam temperatus eſt propter Solem, & ſubtiliatus, & eius humiditas iam fuit minorata: ideoq; ſunt ſicciores & ſubtiliores. q̄ ſi in fine diei & principio noctis flauerint, erit res contraria. [p] Orientales tamen vniuerſaliter occidentalibus ſemper exiſtunt meliores.

P Ibid.

*De occidentalibus ventis.*

VEnti iſti ſi flauerint in fine noctis & principio diei, venięnt ab aere in quo Sol operatus non fuit. Spiſſiores igitur & groſſiores erunt. quòd ſi in fine diei & noctis principio flauerint, erit res contraria.





*De his, quæ proueniunt ex habitationum locis.* Cap. 11.

IN [a] capitulo mutationum aeris, iam nominauimus diſpoſitiones quaſdam locorum habitabilium. Nunc vero etiam in eis ſermonem volumus proferre compendioſum ſecundum aliū ordinem, neq; eſt nobis curā. ſi aliquid ex his, quæ diximus reiteremus.

A Cap.8.

*Locorum habitabilium iudicia.*

IAm [b] ſciuiſti, q̄ locorum habitabilium diſpoſitiones in corporibus diuerſificantur, cauſa altitudinum, & profunditatum in ipſis, & cauſa diſpoſitionis eorum, quę eis vicinantur ex maribus, & ex montibus, & diſpoſitionibus terræ ipſius, ſi ſit lutoſa, aut paludoſa, aut cœnoſa, aut ſi eſt in ea virtus mineræ, & diſpoſitionis multitudinis aquarum, aut paucitatis earum, & diſpoſitionis eorū, quæ eis vicinantur, ſicut arborum & minerarum, aut locorum ſepulturæ, aut cadauerum, aut horum ſimilium: [c] & ſciuiſti quoniam aerum complexiones ex latitudinibus ciuitatum cognoſcunt, & ex terra ipſarum, & ex montium, & marium vicinitate, quam habent cum eis, & ex ventis earum. Et nunc quidem dicemus ſummatim, quòd omnis [d] aer, qui cito infrigidatur, cum Sol occidit, & cito calefit, cum ipſe oritur, eſt ſubtilis. Qui vero huic eſt contrarius, eſt econtrario. Deinde omnibus aeribus deterior eſt ille, qui cor conſtringit, & aeris attractionem anguſtat. Poſt hoc diuidemus nunc cuiuſlibet loci habitabilis diſpoſitionem.

B Cap.8. C Cap.8. D Halya.li.5.the. c.2.

B

*De locis habitabilibus calidis.*

LOca habitabilia calida nigrificant capillos & incriſpant eos in modum piperis, & digeſtiuam debilitāt & cum in eis maxima fuerit reſolutio, & minuetur humiditas, cito adueniet ſenium ſicut in terra abiſit. Illis nanque, qui ibi morantur, aduenit ſenium in [e] annis xxx, & eorum chorda ſunt timida: propterea, quòd ſpiritus multum reſoluitur. Corpora præterea in locis habitabilibus calidis morantium ſunt magis lenia.

E Raſ.li.33.conti. t.1.c.1.480.1.

*De locis habitabilibus frigidis.*

IN locis habitabilibus frigidis morantes ſunt fortiores, & audaciæ maioris, & melius digerentes, ſicut [f] ſciuiſti. Quæ ſi fuerint humida, erunt ibi morantes craſſi, & carnoſi, & multa abundantes adipe: quorum venæ erunt profundæ, & iuncturæ occultæ: & ipſi erunt teneri & albi.

F Cap.9.

*De locis habitabilibus humidis.*

IN locis habitabilibus morantes humidis pulchrarum ſunt facierum. Quorum cutes ſunt lenes. Et cum exercitantur, cito aduenit eis laſſitas. Et eorum æſtas non multum calefit, neque hyems valde infrigidatur. Et eis adueniunt febres chronicæ, & ventris fluxus, & ſanguinis exitus ex menſtruis & hæmorrhoidibus, & multiplicantur hæmorrhoides, & vlcera, & putrefactio, & alcola, & multiplicatur in eis epilepſia.

C

*De locis habitabilibus ſiccis.*

IN locis habitabilibus ſiccis morantium, exſiccantur complexiones. Et ipſorum offuſcantur cutes, vel exſiccantur & ſcinduntur. Et eorum cerebris cito aduenit ſiccitas. Et eorum æſtas eſt valde calida, & hyems quidem multum frigida.

*De locis habitabilibus altis.*

IN locis habitabilibus altis morātes ſunt ſani, & fortes, laboris multum patientes: & viuunt diu.

*De locis habitabilibus profundis.*

IN locis habitabilibus profundis morantes, exiſtunt ſemper in vmed.i.in calore æſtuoſo abſque flatu ventorum. & in chemed.i.in triſtitia ſeu meſtitia. Et aquæ ipſorum ſunt non frigidæ proprie ſi fuerint ſtantes, aut lacunę, aut aquæ eorum ſunt baurachiæ exiſtentes in locis aridis aduſtis, quamuis aquæ ipſorum cauſa aeris ipſorum ſint malæ.

*De locis habitabilibus petroſis & diſcoopertis.*

HOrum aeres in æſtate ſunt valde calidi, & in hyeme multum frigidi. Et eorum corpora ſunt dura, & ſolida: & multorum capillorum, fortia, & iuncturæ manifeſtæ, & vincit in eis ſiccitas: & ſunt multum vigilantes, & ſunt malorum morum ſuperbi, & eſt in eis bellorum fortitudo, & ſolertia in artibus, & acuitas.

D

*De locis habitabilibus montuoſis & niuoſis.*

IN locis montuoſis niuoſis morantium, iudicium eſt ſicut aliarum terrarum frigidarum. Et eorum terræ ſunt ventoſæ: [g] & dum nix moratur, generantur in eis boni venti: ſed cum reſoluit, ſi montes habent, qui ventos prohibeant, accidit vmed.i.calor æſtuoſus.

G Raſ.li.33.conti. t.1.c.1.479.3.

*De locis habitabilibus marinis.*

HOrum temperantur caliditas & frigiditas propter ſuæ humiditatis ad paſſionem inobedientiam, & ad recipiendum illud, quod in ipſa penetrat. In humiditate vero & ſiccitate proculdubio ad humiditatem declinant. [h] Et ſi ſeptentrionalia fuerint, erunt maris vicinitas, & habitationis profunditas magis temperatæ in eis. Et ſi meridionalia fuerint, calida, erit econtrario.

H Raſ.li.33.conti. t.1.c.1.479.4.

*De locis habitabilibus ſeptentrionalibus.*

HOrum habitabilium locorum hominum iudicium eſt, ſicut iudicium ciuitatum & temporum frigidorum, in quibus multiplicantur exprimendi & conſtringēdi, ægritudines, & multiplicantur in eis humores in occulto corporis congregati. Et ſolet in eis eſſe digeſtiuæ bonitas, [i] & vitæ longitudo, & multiplicatur in eis exitus [i] ſanguinis ex naribus propter multam repletionem, & reſolutionis paucitatem, [i] venæ ergo aliq̄n ſcinduntur. [i] Epilepſia vero non eis accidit: ppea, q̄

I Hip.lib.de aere. c.2.g

ſunt interius ſani,& quia calor eorum innatus eſt multus:quæ ſi acciderit, erit fortis:quoniam non B euenit,niſi propter fortem cauſam. In corporibus præterea eorum cito [a] vlcera ſanatur: propter eorum fortitudinem,& ſanguinis eorum bonitatem:& propterea, ꝙ exterius non eſt cauſa, quæ ea laxet & humectet ea, vel faciat ea fluida. Sed propter vehementiam caliditatis cordium eorum ſunt in [a] eis mores leonini. Mulieribus præterea eorum accidit, ne [a] à menſtruis perfecte mundentur:quoniam earum menſtrua non ſufficienti fluunt curſu propter viarum conſtrictionẽ, & quia non eſt ibi, quod ipſa faciat currere & laxet. Et propter hoc dixerunt [a] quidam, quòd ſunt ſteriles, quia earum matrices non ſunt mundæ:hoc tamen diuerſum eſt ab eo, quod in Turcarum terris vidimus. Ego autem dico, ꝙ caloris innati earum fortitudo æquipotens eſt ei, quod minuitur ex cauſis, quæ fluere faciunt & laxant ab exterioribus. Et dixerũt, [a] ꝙ raro accidit eis, vt abortum patiantur. Et hoc quidem demonſtrat, ꝙ virtutes morantium in iſtis habitabilibus locis ſunt fortes. Et partus [a] aduenit ei durus, quoniã membra earum pariendi ſtricta ſunt,& ſolida. Quod vero abortiuntur, ſecundum plurimum fit propter frigus. [a]Earum quoq; lac paucum eſt & groſſum, ꝓpter frigus non permittens penetrare & currere. Eſt etiam cum in hac terra accidit, & præcipue debiles habentibus virtutes, vt mulieribus cuzez,& [a] phthiſis:& eis proprie, quæ pariunt, accidit eis phthiſis,& [a] {cuzez} frequenter: propterea, ꝙ vehementer ſe exprimunt ex duritie partus. Venæ ergo, quæ ſunt in parte pectoris, ſcinduntur, & partes aliquot ex neruis & villis. Ex primo igitur F accidit phthiſis,& ex ſecundo cuzez. [b] Mirach quoq; ventris præparatus eſt ad ſcindendum apud vehementem expreſſionem. Et [b] pueris accidit ramex aquoſa, quæ ab eis remouetur cum creſcũt. [b]Ophthalmia vero raro accidit eis:ſed cum accidit eſt fortis.

*De locis habitabilibus meridionalibus.*

E[c]Orum iudicia ſunt iudicia terrarum,& temporum calidorum:plurimum autem aquarum, ꝗ ſunt in eis eſt ſalſum,& ſulfureum. [c]Et capita morantium in illis ſunt plena humidis materijs, quoniam meridies hoc operatur. Et eorum[c] ventres ſunt ſoluti, propter illud, quod ex eorum capitibus ad ſtomachos deſcendit. Membra[c] quoq; eorum ſunt laxa & debilia: & ſenſus ipſorum graues. [c]Et deſideria comedendi & bibendi debilia,& quolibet vino grauantur, propter quod eorum capita,& ſtomachi grauia exiſtunt. Vlcera quoque eorum duriter ſanantur & mollificantur. Mulieribus vero accidit [c] multum ſanguinis menſtrui exitus & non impregnantur niſi cum difficultate. [c]Et frequenter abortiuntur propter multitudinem ægritudinum earum,& non ab alia cauſa. [d] Viris quoq; accidit à ventre ſanguinis exitus,&[d] hæmorrhoides,[d] & ophthalmia humida, quæ cito ſanantur. [d]Senibus vero, qui tranſeunt quinquaginta annos, accidit paralyſis propter eorum catarrhos. Et accidit omnibus eis: propterea, ꝙ ſunt eorum capita plena,[d]aſthma[d] & tortura,&[d]epilepſia. Et accidunt eis febres in quibus caliditas & frigiditas coniunguntur:& febres[d]longę,hyemales & nocturnæ. G [d] Acutæ vero febres parum accidunt eis:propterea, ꝙ eorum ventres multum ſoluuntur, vnde diſſoluitur ſubtile, quod eſt in eorum humoribus.

*De locis habitabilibus orientalibus.*

C[e] Iuitas, quæ ab oriente eſt aperta, ei in oppoſitione poſita, eſt ſana & boni aeris. Sol enim in principio diei ſuper eam eleuatur, & aerem eius clarificat:poſtea recedit ab ea, aere iam clarificato,& exſufflant ſuper ipſam venti ſubtiles, quos præmittit ei Sol:deinde ipſemet eos ſequitur, & conueniunt ipſorum motus.

*De locis habitabilibus occidentalibus.*

IN ciuitate, quæ ab occidente eſt diſcooperta,& ab oriente cooperta, non venit ad eam Sol, niſi tarde,& illico cum venit ad ipſam, incipit elongari ab ea:quia non ei appropinquando incedit. Non ergo eius ſubtiliat aerem, neque exſiccat, ſed dimittit ipſum humidum groſſum. & ſi ventos ei mittit, mittit eos ab occidente,& in nocte. Iudicia ergo ipſorum ſunt iudicia ciuitatum humidæ complexionis, temperatæ caliditatis, groſſi aeris. Et niſi eſſet propter illud, quod ex ſpiſſitudine prouenit, aeris eorum natura, veris naturæ ſimilis exiſteret. Sanitas vero in eis minus exiſtit, ꝗ in terris orientalibus cum diminutione multa. Neque audienda ſunt verba [f] eius, qui dicit abſolute, ꝙ virtus huius terræ eſt virtus veris, immo ꝙ ipſa in comparatione ad regionem aliam eſt bona valde. H [f]Quod vero in ea vehementer exiſtit malum, eſt ꝙ [f] Sol non aduenit ei, niſi poſtquam iam inualuerit ad calefaciendum clima. Ideo, quia eſt altus ſuper eam, igitur poſt frigus noctis ob hoc ſubito eleuatur. Sed propter humiditatem complexionis aeris eius ſunt[f] voces hominum raucæ,& proprie in autumno propter rheumatiſmos ipſorum.

*De eligendis locis habitabilibus, & eis præparandis.*

Q[g]Vi loca eligit habitabilia, cognoſcere debet terram ciuitatis,& quomodo exiſtit eius diſpoſitio ſecundum altitudinem,& profunditatem,& diſcooperturam, aut coopertura. Et eius aquam & ſubſtantiam aquæ ipſius,& diſpoſitionem eius in exitu ipſius, & eius diſcooperturam, aut ſm ſui occultationem,& ipſius profunditatem. Et ſi ſit ventis expoſita, aut in terra profunda. Et debet cognoſcere ventos ibi flantes, ſi ſint ſani frigidi. Et quid ei ſit vicinũ ex maribus,& lacunis,& montibus,& mineris. Et debet ſcire qualis ſit terra ſm ſanitatẽ, & ægritudines: & quæ ægritudines illic cõmorantibus euenire ſoleant. Et debet cognoſcere illic commorantium fortitudines,& eorũ deſideria, & digeſtiuã,& nutrimentorũ eorum bonitatem. Et debet ſcire diſpõnem fabricarum eius,ſeu domorum ipſius,& an ſint amplum, ſpatioſum aut ſtrictum habẽtes

ingreſ

A Hipp. de &c.c.1.g
B Hip.ibi.&l. li.5.theo.c.9.
C Hipp.li.de c.2.c
D Hippo.de &c.c.1.f
E Multa hic dęciũt, quę videntur in lib. de c.2.g,h,ab Hip.
F Male hic acc. Hip. de acte
F Hip.2.h
F Hip.2.a
G Hip.lib.de aquis & loc.



A ingreſſum, vel introitum,& an feneſtras habeat, & vias per quas aer tranſpirat ſuffocatas ſeu impeditas. Poſt hoc oportet [a] vt feneſtræ, & portæ ſint orientales,& ſeptentrionales. Sitq; illud, vnde magis ſolicitari debes, vt venti orientales ſtructuras ingredi valeant:& vt Sol ad vnumquemq; locum intrare queat, qui ibi exiſtit, quoniam ipſe eſt, qui aerem rectificat. Vicinitas quoq; aquarum dulcium, mobilium, currentium, multarum,& mundarum,& quę hyeme infrigidantur,& æſtate calefiant,& diuerſæ ab eis, quæ ſunt ſtantes, eſt res conueniens,& adiutorium præbens. Et iam quidem locuti fuimus de aere:& locis habitabilibus verbis expoſitorijs. Nunc autem loqui debemus de cauſis, quæ iſta ſequuntur, quæ cum eis numeratæ ſunt.

*De eis, quæ proueniunt ex motu & quiete.* Cap.12.

MOtus operatio in corpore humano diuerſificatur, ideo [b] quòd eſt fortis, aut debilis, aut paucus, aut multus:& propter illud, quod ei ex quiete admiſcetur. Et iſtud quidem apud ſapiẽtes eſt diuiſio per ſe. Et propter illud, quod ex materijs ei aſſociatur ſeu cum ipſo motu mouetur. Et motus quidem fortis, & multus, & paucus, & cum quiete miſtus: [b] omnes communicant in hoc, vt calorem efficiant fortiorem. Sed fortis non multus differt à multo non forti, & à multo quieti admiſto, quoniam ipſe vehementer calefacit corpus,& ſi reſoluit, parum reſoluit. Multus vero paulatim reſoluit pluſquam calefaciat. [c]Et cum quiſque eorum ſuperfluus exiſtit, infrigidat: B propterea, quòd vehementer calorem reſoluit naturalem,& etiam exſiccat. [c] quando autem aſſociatur cum materia, plerunque materia illa efficit, quòd eius adiuuabit operationem, & plerũque facit, quòd ipſam diminuit: verbi gratia ſi motus fuerit motus artis fullonum, proueniet ex ea in frigiditate & humiditate augmentum. Et ſi motus fuerit motus artis ferrariorum, accidet ex ea in caliditate & ſiccitate augmentum. [c] Quies vero ſemper eſt infrigidans propter priuationem viuificationis caloris,& propter cõſtrictionem, quæ eſt ſuffocans,& humectans, propter defectum reſolutionis ſuperfluitatum.

*De his, quæ proueniunt ex ſomno & vigilijs.* Cap.13.

SOmnus quieti vehementer ſimilis exiſtit. Et vigiliæ, valde ſunt motui ſimiles. Ambobus tamen eorũ poſt hoc ſunt proprietates, quæ ſunt conſiderandæ. Dicemus ergo, ꝙ[d] ſomnus, omnes operationes[e] naturales fortes efficit: propterea, ꝙ calorem coarctat innatum, & virtutem laxat animalem: ideo, ꝙ ſpiritus animalis vias humectat,& eas laxat: & quia ſpiritus ſubſtantiam turbidam efficit, prohibitione eius, quòd reſoluitur. [f] Laſſitudinis vero modos omnes remouet,[g] & fortes retinet euacuationes. Motus nãq; omnis, quod ad currendum aptum eſt, currendi adauget virtutem: niſi ſint materiæ, quæ ad partem cutis exiſtant. Somnus.n. quandoque ad expellendum eas iuuat: propterea ꝙ calorem interius contrahit,& nutrimentum in corpore partitur, & expellit illud, C quod eſt iuxta cutem, impellendo, quod eſt elongatũ à cute ſucceſſiua impulſione, ita ꝙ illud, quod eſt interius expellit, id quod eſt ante ipſum vel ei oppoſitum verſus cutem. Vigiliæ vero hoc plus efficiunt, licet ſomnus plus efficiat ſudorem, ꝗ vigiliæ. & illud, quoniam ſudor quem efficit ſomnus, eſt ſm modum dominij vel dominationis ſuper materiam,& non ſm modum reſolutionis ſubtilis continuæ, ſicut in vigilia. [h]Qui autem in ſomno multum ſudat, nullam habens cauſam, nutrimento plenus exiſtit, quod tolerare nequit. Cumq; ſomnus materiam inuenit aptam ad digerendum,& maturandũ, ad ſanguinis naturã, eam conuertit,& calefacit ipſam,& procedit vel ſpargitur calor per corpus,& calefacit corpus calore naturali. Quod ſi humores inuenit calidos cholericos,& perdurauerit eius tempus, calefacit corpus calore extraneo. Et ſi inuenerit vacuitatem, infrigidabit, propter hoc, ꝙ reſoluit: aut humorem, qui virtuti digeſtiuæ ſit inobediens, infrigidabit propter illud, quod expanditur de eo. Vigiliæ vero huius, totius contrarium efficiunt. Cum autẽ ſunt multæ, complexionẽ corrũpunt cerebri aliquo ſiccitatis modo,& debilitant ipſum, & commiſcent rationem,& adurunt humores,& ægritudines faciunt acutas. Somnus aũt multus huius efficit contrarium. Operatur enim virtutum animalium obtuſionẽ,& capitis grauedinẽ,& ægritudines frigidas,& illud eſt propter illud, quod ipſe in reſolutione prohibet. Vigiliæ vero deſiderium augent,& famem efficiunt, propter illud, quod de materia reſoluit: & de digeſtiua minuũt, D propter illud, quod de virtute reſoluũt. Et[h] {altemelmel} quidem inter vigiliã & ſomnũ in omnibus diſpõnibus eſt mala. [i]Quod autem ex diſpõne ſomni eſt ſuperans, eſt quod in ipſo calor occultatur,& frigiditas manifeſtatur:& propter hoc omnibus membris tanta neceſſaria ſunt operimenta, quanta in vigilijs non ſunt neceſſaria. De iudicijs vero ſomni, & de eo, quod de ipſo conſideratur,& de ipſius diſpoſitionibus verba multa inuenies in libris, [k]qui ſequuntur ſi Deus voluerit.

*De his, quæ proueniunt ex motu animali.* Cap.14.

O[l] Mnia animæ accidentia ſequuntur, aut eis aſſociantur motiones ſpũs interius, aut exterius. Et iſtud, aut erit ſubito, aut paulatim. Et eius motionẽ ad exteriora ſequitur frigiditas eius, quod interius exiſtit. Et qñq; ſuperfluit illud,& fit reſolutio ſubito, quare infrigidatur interius & exterius ſimul,& ſequitur eam ſyncopis, aut mors. Et motum quidẽ eius ad interiora ſequitur frigiditas eius, quod eſt exterius,& caliditas interior. Et eſt cum multa coanguſtatione conſtringitur,& infrigidatur interius,& exterius,& ſyncopis magna, aut mors ſequitur ipſum. Et motus qdem ad exteriora, aut fit ſubito, [m]ſicut fit cum eſt ira: aut fit leuiter & paulatim, ſicut cõtingit cum adſunt delitiæ & gaudium temperatum. Motus vero ad interiora, [n]aut eſt ſubito, ſicut cum timor adeſt: aut eſt leuiter & paulatim, ſicut cum adeſt triſtitia. Et ſuffocatio quidẽ & reſolutio prædictæ

A Ral.l.33.cont.t.1.c.1.477.3
B Ga.l.de ſan.tuẽ. c.8.a
B G.ibid.c.9.b
C Halya.li.5.the. c.11.
D Fẽ.3.d 2.c.9.
E Gal.li.1.de cau. ſymp.c.8.h
F Paul.lib.1.c.97.
G G.li.2. de vict. rône 55.c
H Hip.l.4.aph.41
*H priuatio ſtabilitatis ſeu eſt inquietudo*
R Ga.2. apho 1.c, & Hip.l.6. epid.cõmen.4,14
K F.3.d.2.c.9.&l.3. F.1.t.4.c.1. & 4.& li.4 F.2.t.1.c.49.
L G.lib.2 de cau. ſympt.c.5.fo.23.c
M Ga.li.2.de cau. ſymp.c.5.fo.23.d,& li.4. de ſa.tuẽ.c.6.a
N L.4. F.1.t.1.c.22 & Ga.lib.2.de cau. ſymp.c.5.fo.23.d,& li.11.meth.c.5.d

nunq̄ ſequuntur, niſi illud, quod ſubito euenit. Diminutio vero & tabes naturæ nunq̄ ſequũtur, I
niſi quod leuiter & paulatine venit. Cumq; diminutionem dico, intelligo, ſuffocationẽ, quæ ordi-
natim & paulatim accidit, & non ſubito. Et cum dico tabes naturæ, intelligo reſolutionem, quæ fit
leuiter, & paulatim, & non ſubito. Et eſt cum accidit vt in hora vna ad duas moueatur partes, cum
accidens [a] duo concomitantur accidentia ſicut alhem. Eſt enim cum accidit cum ea ira, & triſtitia:
& diuerſificantur duo motus, & [b] ſicut verecundia, quia fit prius conſtrictio ad interiora, deinde
redit ratio & conſilium, & dilatat illud, quod eſt conſtrictum, & ægreditur exterius, & rubificat co
lorem. Et eſt etiam cum corpus patitur propter affectiones animales alias ab iſtis, quas nominabi-
mus, ſicut [c] ſunt imaginationes animales: ipſæ.n. imprimunt res naturales, quemadmodum acci-
dit, vt puer ei ſimiletur, cuius forma imaginata fuerit ĩ hora coitus: & vt ſit eius color propinquus
colori eius, quem viderunt, cum fit caſus ſpermatis. Et iſtæ quidem ſunt res, quas homines crede-
re abhorrent, qui non perſcrutantur diſpoſitiones, & ignorant diſpoſitiones exiſtentes. Illi vero,
qui ſapientiam diligunt, non negant eas, quemadmoum negant res, quæ eſſe non poſſunt. Et hu-
ius quidem generis eſt motus ſanguinis & conſecutio eius, qui præparatur ad eum, cum multum
intentus fuerit ad conſiderandum res rubeas. Et iſtius capituli eſt [d] congelatio dentium: propterea,
ꝙ alius acredinem comedit. Et inuenire dolores membri: propterea, ꝙ tale quale illud dolent alij cũ
de eo cogitauerit. Et iſtius capituli eſt mutatio complexionis: propterea, ꝙ imaginatur de re, quam F
timet ne cadat in eam, aut per quam lætatur.

*De his, quæ proueniunt ex his, quæ comeduntur, & bibuntur.* *Cap. 15.*

Q[e]Vod comeditur & bibitur in corpore humano, tribus operatur modis. Aut.n. in ipſo ſola
ſui qualitate operationem efficit, aut ſui materia. Aut operationem facit tota ſui ſubſtantia.
Et fortaſſe res, quæ ex his tribus intelliguntur verbis, propinqua erunt ſm linguæ conſide-
rationem. Sed cum de eis loquimur, intentiones exprimere volumus, quas modo nominabimus.
[f] Sui qualitate agens eſt illud, quod calefieri ſolet cum eſt in corpore hominis, aut infrigidari: & ca-
lefacit caliditate ſua, aut frigefacit ſui frigiditate, ita ꝙ non ei aſſimilatur. Et ſui quidem operãs ma-
teria eſt illud, quod à ſui conuertitur natura, & recipit formam alicuius partis membrorum huma
norum: ſed eius materia, licet formam illam recipiat, eſt tamen cum accidit, vt aliqua ſuarum
qualitatum, quas habebat, quæ ſuo modo fortior exiſtit, quàm humani corporis qualitas in ipſa,
remanere eam faciat à principio rei, donec cõpleatur coagulatio & aſſimilatio: ſicut ſanguis, [g] qui
generatur ex lactucis, qm̃ in ipſo eſt plus frigiditatis, q̃ ſit in complexione hoĩs, licet ſit factus ſan-
guis, & fit bonus ad hoc, vt membri hoĩs pars fiat, & ſanguis, qui ex allijs generatur huic exiſtit cõ-
trarius. Sui vero ſubſtantia operans, eſt forma ſui ſpecifica agens, & eſt illa, qua ipſum eſt id quod
eſt, & non qualitate ſui, [h] abſq; hoc, ꝙ corpori ſimile fiat, aut cum hoc, ꝙ corpori fiat ſimile. Cumq; G
dico qualitatem, vnã quatuor qualitatum intelligo. Qualitate igitur ſua operantis materia in ope-
re ingreſſum non habet. Sua igitur operans materia eſt illud, cuius materia cum de ſubſtantia, quã
habebat alteratur, alteratione, quam in ea fecit virtus, quæ eſt in corpore, reſtaurat illud, quod ex
eo fuit diſſolutum primo, & accendit calorem innatum: propterea, ꝙ in ſanguine facit augmentũ
ſecundo. Et eſt etiam cum operatur ſuis qualitatibus, quæ remanſerunt in ipſo tertio. [i] Et ſua qui-
dem operans ſubſtantia, eſt illud, quod operatur cum forma ſua ſpecifica, quã acquiſiuit poſt com-
plexionem, ad quam, cum eius ſimplicia ſe commiſcuerunt, accidit ex eis res vna præparans ad re-
cipiendum ſpeciem, & formam additam ſuper illud, quod habent ſimplicia. hæc ergo forma non
eſt qualitatis primæ, quas habet materia, neque eſt complexio, quæ generatur ex eis, ſed eſt perfe-
ctio, quam acquiſiuit materia ſm aptitudinem, quæ fuit ei acquiſita ex complexione, ſicut in [k] ma-
gnete virtus attractiua, & ſicut natura cuicunq; ſpecierum vegetabilium & animalium. ſ. illa, quã
habet poſt complexionem propter complexionis præparationem, & neq; eſt de ſimplicibus com
plexionis, neq; ipſamet complexio. quia non eſt caliditas, neq; frigiditas, neq; ſiccitas, neq; humi-
ditas, neq; ſimplices, neq; commiſtæ, ſed eſt ſicut color, aut odor, aut anima, aut alia forma de non
perceptis ſenſu. Et huic formæ aduenienti poſt complexionem qñq; accidit, vt ſit perfectio eius
paſſio ex alio, vel pati ab alio, cum fuerit iſta forma virtus paſſiua, & qñq; accidit, vt ſit eius perfe- H
ctio agere in aliud, cum fuerit iſta forma virtus operandi in aliud. Et cum eſt agens in aliud, quan-
doq; accidit, vt ſit operatio eius, vel actio eius in corpore hominis, & qñq; accidit, vt non ſit. Et ſi
eſt virtus in corpore hominis agens, aliqñ efficit operationem conuenientem corpori, qñq; ope-
rationem non conuenientem. Tota autem operatio hæc nõ prouenit ex eius complexione: immo
ex eius forma ſpecifica adueniente poſt complexionem. Vnde propter hoc vocamus huiuſmodi
operationem à tota ſubſtantia. ſ. forma ſpecifica, & non qualitate. ſ. non aliqua quatuor qualitatũ,
neq; eo quod eſt earum commiſtio. Conueniens vero eſt ſicut peoniæ operatio, quæ deſtruit epi-
lepſiam. Non conueniens autem, ſicut virtus napelli, quæ hoĩs corrumpit ſubſtantiam. Redimus
ergo nunc & dicemus, quia cum dicimus, ꝙ res, quæ comeditur, aut qua fit inunctio, eſt calida aut
frigida, [l] volumus dicere, ꝙ eſt ſic in potentia, & non in effectu: & volumus dicere, ꝙ eſt in poten-
tia plus calida, q̃ corpora noſtra, aut plus frigida, q̃ corpora noſtra. [l] Et cum hanc potentiam di-
cimus, volumus dicere virtutem conſideratam in hora operationis caloris, quam noſtra corpora
in ea efficiunt. qm̃ cum ſubiectum ipſius virtutis à calore innato, qui eſt in nobis patietur, accidet
in ea tunc illud in effectu. Eſt ẽt cum hanc potẽtiam dicimus, & volumus rem aliam dicere. [l] Et eſt,



A G lib.2. de ſympt.c.5.d, & ira & timor.
B Ga.ibidẽ, & 2. de ſan. tuẽ.
C Do.1.c.8. & 1.do.4 c.2. & Fen.1.t.4.c.13. & 13.t.3.c.5. & Fẽ. 1.c.6. & Fẽ.11. c.2. & c.14. & G. de mot. mã. 67.d,e,h, & li. ther. ad piſo.
D Ariſt.l.7.
E Ga.l.de tẽper. c.2.d, & Haly. 5.the.c.14.
F Gal.c.3.b, &
G G.c.4.a,b,d
H G.l.3.de tẽpera. c.d, & c.4.h
I Li.2.t.1.c.1. & de vir.cor.t.1.c.
k L.de vir.cor. c.10. & G. de ther. ad piſo.c.3.g
L G.li.de tempe. c.1.f



A vt ſit potentia cum intentione bonitatis aptitudinis, ſicut cum dicimus, ꝙ ſulfur eſt calidum in po-
tentia. [a] Et eſt cum dicimus, ꝙ res eſt calida, aut frigida, & attendimus illud, quod in eius cõplexio-
ne ex quatuor primis elementis eſt magis ſuperans, & nõ conſideramus operationem, quam in no
ſtris efficit corporibus. Eſt etiam cum de medicina dicimus, ꝙ eſt in potentia ſic, cum fuerit eius po
tentia in intentione habitus, ſicut potentia ſcribę, qui iam dimiſit ſcribendi operationem, & tamen
habet in ſcribendo potentiam, quemadmodum dicimus, ꝙ napellus in potentia eſt corrumpens.
Inter hoc vero, & primam exiſtit differentia, quia prima, niſi poſtquã corpus conuerſione manife-
ſta ea conuerterit non exeunt ad effectum. iſtud autẽ, aut operatur ipſamet obuiatione, ſicut vene-
num viperarum, aut per quamlibet conuerſionẽ in ſui qualitate, ſicut napellus. Et inter potentias
quidem primas, & inter potentiam, quam nominauimus, eſt aliqua potentia media, quæ eſt ſicut
potentia medicinarũ venenoſarum. [b] Præterea dicemus, ꝙ medicinarum gradus iam quatuor po-
ſiti ſunt. [c] gradus quidem primus eſt illud, quod cum comeditur & bibitur, & quo fit inunctio,
efficit in corpore ſua qualitate operationem non perceptam, ſicut cum calefacit, aut infrigidat, &
non percipitur, neq; ſentitur calor, aut frigiditas, niſi poſtquã reiteratum fuerit, & multum factum
fuerit. [d] Et gradus ſecundus eſt, vt ſit operatio fortior iſta, ſed tamen nõ peruenit ad impediendum
operationes manifeſte, neq; curſum earum naturalẽ mutat, niſi per accidens, aut niſi reiteretur, &
B multiplicetur. [d] Et tertius quidem gradus eſt, vt ex operatione eius eſſentialiter proueniat impedi-
mentum manifeſtũ, ſed nondum tamen peruenit ad mortificandũ, & corrumpendum. [d] Et quar-
tus eſt gradus, vt illud ad mortificandum perueniat, & corrumpendũ. Et hæc quidem eſt proprie-
tas medicinarum venenoſarum: hoc eſt illud, quod exiſtit per qualitatẽ. Cum tota vero ſui ſubſtan
tia mortificans, eſt venenum. Dicemus autem [e] denuo, ꝙ totum illud, quod corpori aduenit, quod
eſt ex eis, inter quæ currit agere & pati: aut mutatur à corpore, & non mutat ipſum, aut mutatur à
corpore, & mutat ipſum: aut nõ mutatur à corpore & mutat ipſum. Quod vero mutatur à corpo-
re, & non mutat corpus mutatione, de qua ſit curandum: aut conuertitur in ſimilitudinem corpo-
ris, aut non conuertitur. Illud autem, quod in eius conuertitur ſimilitudinem, nutrimentũ eſt abſo-
lute. Et illud, quod nõ in eius conuertitur ſimilitudinẽ, eſt medicina temperata. Quod vero à cor-
pore mutatur & ipſum mutat, non eſt poſſibile quin, aut ſi cum mutatur à corpore, mutat corpus,
& poſt corpus mutet ipſum ad vltimum, & deſtruatur eius mutatio. Aut nõ fit ita, ſed ipſum mu-
tet corpus ad vltimum, & deſtruat ipſum. Et prima quidem diuiſio, aut conuertetur in ſimilitudi-
nem corporis, aut non conuertetur in ſimilitudinem corporis. ſi in corporis conuertetur ſimilitu-
dinem, erit medicinale nutrimentum: & ſi in corporis non conuertetur ſimilitudinem, erit medi-
cina abſolute. Secunda autẽ diuiſio erit medicina venenoſa. [f] Illud vero, quod à corpore nullo mo
C do mutatur, & ipſum mutat, eſt venenum abſolute. Cum autem nos dicimus, ꝙ à corpore noſtro
non mutatur, nolumus dicere, ꝙ non calefiat in corpore per operationem innati caloris in ipſo: im
mo plurimum venenorum nõ operatur in corpore, niſi calefiat per operationem caloris innati in
ipſo: ſed volumus dicere, ꝙ nõ mutatur in ſui forma naturali: immo nec ceſſat ab operatione eius,
virtute & forma manentibus, donec corpus corrumpat. Et eſt quidem cum eius natura eſt calida,
& adiuuat tunc ſuam proprietatem natura eius ad reſoluendum ſpiritum, ſicut venenum vipera-
rum & napelli. Et eſt cum natura eius eſt frigida, & adiuuat ſuam proprietatẽ natura eius ad con-
gelandum ſpiritum & debilitandũ, ſicut venenum ſcorpionis, & alſucharan. [g] Totum vero illud
quod nutrit, in fine rei, naturali mutatione corpus mutat: & eſt calefacere, quoniam cum in ſangui
nem conuertitur, proculdubio in calefaciendo augmentũ præbet, ita vt lactucæ & cucurbitæ cale-
faciant iſta calefactione. [g] Cum vero calefacere dicimus, nolumus calefacere iſtud: ſed illud quod ex illud i. calor lactuce
qualitate rei prouenit eius remanente ſpecie. Et medicina quidẽ nutriens mutatur à corpore cum
ſui ſubſtantia: & mutatur ab eo cum ſui qualitate. Sed mutatio eius eſt primo in qualitate. Et alia
quidem mutatur primo ad caliditatem. quare calefacit, ſicut allia. Et eſt alia, quæ mutatur primo ad
frigiditatem, quare infrigidat ſicut lactuca. [h] Cumq; eius conuerſio in ſanguinem completur, plu-
rimum operationis eius eſt calefacere, propterea ꝙ in ſanguine augmentũ efficit. Quomodo enim
D non calefacit, cum iam facta ſit calida, & ſua frigiditate ſe expoliauerit? Sed vnicuiq; earum etiam
aliquid innatæ qualitatis aſſociatur poſt conuerſionem in ſubſtantia, quare in ſanguine, qui gene-
ratur ex lactucis aliqua remanet infrigidatio, & in ſanguine, qui generatur ex alijs aliqua calefa-
ctio, ſed eſt hoc vſq; ad tempus. [i] Medicinarum præterea nutrientium, alia eſt, quæ medicationi ma
gis exiſtit propinqua: alia eſt, quæ nutrimento eſt vicinior. [k] Quemadmodum ipſorum nutrientiũ
alia ſunt, quorum natura vicinior eſt ſubſtantiæ ſanguinis, ſicut vinum, & ouorum vitelli, & aqua
carnis: alia ſunt, quæ parumper ſunt longinquiora, ſicut panis & caro. & alia ſunt, quæ ſunt valde
longinqua, ſicut nutrientia medicinalia. [l] Amplius dicemus, ꝙ nutriens mutat corporis diſpoſitio-
nem qualitate ſui & quantitate. Qualiter vero qualitate ſui mutet, iam [a] ſciuiſti. Quantitate autẽ,
quoniam aut augmentabit, & peruenient ex eo ad nauſeatiuam ſatietatem, & oppilationes, & po
ſtea ad putrefactionẽ, aut minuet & perueniet ex eo ad arefactionem. [m] Sed augmentum in quan-
titate ex nutriente, ſemper eſt infrigidans, niſi proueniat ex eo putredo, quæ calefacit: ſicut [n] enim
putredo non accidit, niſi propter calorem extraneum, [o] ita propter ipſam etiam calor accidit extra
neus. Dicemus etiam, ꝙ [p] nutriens, aliud eſt ſubtile, aliud eſt ſpiſſum, aliud eſt temperatũ. [q] Et ſubti
le quidẽ, eſt illud ex quo ſanguis generatur ſubtilis: & ſpiſſum, ex quo ſanguis generatur groſſus:



A G.li.1.de tẽper. ca.1.c, & li.3.c.1.e
B Gal.lib.3.meth. ca.3 h.a, & lib.5.de ſimpl.med.c.27.b, & lib.8.ca.1.g
C G.li.5. de ſimpl. med.c.27.b, & li.7. ca.1.b.c
D Gal.ibi. c.27.b, & li.7.ca.1.b.c
E G.li.3. de tẽper. ca.3.c
F Gal.li.3. de tem pera.ca.4.e
G Gal.li 3. de tem pera.ca.4.a.b.c
H Gal.li.3.de tem pera.c.4.fo.24.e
I Gal.ibi.ca.4.e
K Gal.li.3. de tem pera.ca.2.c
L G.arte med.85.d
*A ſupra in hoc cap.*
M Gal.lib.de cau. morbo.ca.3.d
N Gale. lib. 2. de differen.feb.c.9.a
O G.de cau.mor. ca.2.d.e
P Haly. li.5. theo. ca.14.
Q G. de diſſoluti. continua.c.2.d.e

Vniuſcuiuſqꝫ autem harum diuiſionum, aut eſt eius nutrimentũ multum, aut eſt paucum. Exemplum ſubtilis & multi nutrimenti eſt aqua carnis, & vinum, & oua ſorbilia calefacta, aut trementia. Iſta enim multi exiſtunt nutrimenti: quoniã plurimum ſubſtantiæ ipſorum in nutrimentum conuertitur. Exemplum ſpiſſi & pauci nutrimenti eſt caſeus: & caro ſalita, & melongia, & his ſimilia. Res enim, quæ ex eis in ſanguinem conuertitur, eſt pauca. Exemplum ſubtilis & pauci nutrimenti eſt iuleb, & olera, quæ in ſubſtantia ſui temperata exiſtunt, & in ſui qualitate. & ex fructibus matiana, & mala granata, & quæ eis ſimilantur. Et exemplum ſpiſſi multi nutrimenti, eſt oua lixa, & caro vaccina. Cuiuſcunqꝫ etiam harum diuiſionum, aliæ ſunt, quæ ſunt boni chymi, aliæ ſunt, quæ ſunt mali chymi. Exemplum ſubtilis multi nutrimenti boni chymi, ouorum vitelli, & vinum, & aqua carnis. Exemplum ſubtilis, pauci nutrimenti, boni chymi, lactucæ, matiana, & mala granata. Exemplum ſubtilis, multi nutrimenti, & mali chymi, ſicut pulmo & caro aluualhed. Exemplum ſubtilis pauci nutrimenti, & mali chymi, raphanus, & ſinapis, & plurimum olerum. Exemplum ſpiſſi multi nutrimenti boni chymi, oua lixa, & caro annualis agni. Exemplum ſpiſſi multi nutrimenti mali chymi, caro vaccina, & caro anatis: & caro equina. Exemplum ſpiſſi pauci nutrimenti mali chymi, caro ſalita. In hac autem ſumma inuenies temperamentum. E

*De diſpoſitionibus aquarum.* Cap. 16.

Aqua vnum exiſtit elementorum: quæ ſola inter omnia elementa habet proprium, vt in eo, F quod comeditur & bibitur ingrediatur,[a] non ideo, vt nutriat: ſed quia nutrimentum penetrare facit, & eius rectificat ſubſtantiam. non autẽ dicimus, ꝙ aqua non nutriat, niſi quia nutriens eſt illud, quod eſt in potentia ſanguis: & in potẽtia longiore iſta, eſt pars membri hominis. Corpus vero ſimplex nõ conuertitur ad formam ſanguineam recipiendam, neqꝫ formam membri humani, niſi componatur. Sed aqua eſt ſubſtantia,[b] quæ adiuuat ad faciendum fluidum cibum, & ad ipſum ſubtiliandũ: & vt cito currat & penetret in venas, & ad loca expurgantia ſuperfluitates, neqꝫ eſſe poteſt abſqꝫ hoc auxilio eius, complementũ rei nutrimenti. Amplius, aquæ diuerſificantur, nõ ſolum in ſubſtantia aqueitatis: verum etiã ſm illud, quod eis admiſcetur: & ſm qualitatẽ, quæ in eis eſt ſuperans.[c] Aquæ vero, quæ ſunt alijs meliores, ſunt aquæ fontiũ. Neqꝫ tamen omniũ fontium, niſi fontium terræ puræ, in cuius territorio nulla diſpoſitionũ qualitatum extranearũ ſuperat, aut aquæ, quæ ſunt petroſe, quia ſunt digniores ne terreſtri putrefactione putreſcant. Illa tamen, quæ eſt terræ puræ melior eſt petroſa, neqꝫ ex omni fonte terræ puræ, ſed illa tantum, quę præter hoc eſt currens. Neqꝫ omnis currens, niſi currẽs, quæ eſt ſoli & ventis diſcooperta. hoc nãqꝫ eſt ex eo, quo currens nobilitatem acquirit. Non currenti vero acquiritur propter diſcooperturam malitia talis, qualis non acquiritur propter profunditatem & cooperturam. Et debes ſcire, ꝙ quæ ſuper lutum vadit melior eſt ea, quæ ſuper petras fluit:[d] lutum enim mundat aquam, & aufert ab ea res extra- G neas ſibi admiſtas, quæ ſunt in ea, & colat ipſam: ſed lapides nõ faciunt illud. Oportet autem, vt lutum, per quod tranſit, ſit purum, & non ſit lutum fętidum, neqꝫ baurachium, neqꝫ aliud. Quod ſi hæc aqua fuerit multa, & forti cucurrerit curſu, quæ propter ſui multitudinem, illud, quod ei admiſcetur in ſuam conuertat naturam, &[e] quæ ſuo curſu ad ſolem tendat. ſ. ad orientem, & proprie ad eius æſtiuum, erit melior aquis: & quãto magis cum multum à ſuo elongabitur principio.[f] Et poſt hanc, quæ ad ſeptentrionalem vadit. Illa nanqꝫ quæ ad occidentem tendit, & meridiem, eſt mala, & proprie cum meridionales exufflauerint venti.[f] Et illa quidem, quæ à locis deſcendit altis, cum alijs bonitatibus eſt melior. Et illa, quæ eſt[g] cum iſtis conditionibus, eſt quaſi dulcis, quæ dulcis eſſe imaginatur: neqꝫ vinum tolerat, vt ex ea ſibi admiſceatur, niſi parum: & eſt in pondere leuis: & cito infrigidatur, & cito calefit: propterea ꝙ eſt raræ ſubſtantiæ: frigida in hyeme, & calida in æſtate: in qua nullo modo[h] ſapor ſuperat aliquis, neqꝫ aliquis odor, & cito[i] deſcendit ab hypochondrijs: & quod in ea coquitur, cito coquitur, & cito diſſoluitur. Debes autem ſcire, ꝙ pondus ex experimentis eſt adiuuantibus ad cognoſcendum aquæ diſpoſitionem.[k] Aqua nanqꝫ quæ eſt leuior, in plurimis diſpoſitionum eſt melior. Eſt autem cum cognoſcitur pondus per menſuram. Et eſt cum cognoſcitur ſi in duabus aquis diuerſis duo panni, aut duo cocta vnius ponderis madefiant, & poſtea vehementer exiccentur: deinde ponderentur, quia aqua, cuius coctum fuerit leuius, erit melior.[l] Subli- H matio præterea, & diſtillatio aquas rectificat malas. Et ſi iſtud nõ fuerit,[m] decoctio rectificat. Aqua enim cocta, ſicut teſtificati fuerunt ſapientes, minoris eſt inflationis, & velocioris deſcenſionis. Et torpidi quidem medicorũ exiſtmant, ꝙ aquæ coctę ſubtile reſoluatur, & ipſius remaneat ſpiſſum: vnde in coquendo ipſam non exiſtit iuuamentum, qm̃ ſpiſſitudinem in aqua augmentat. Scire autem debes, ꝙ aqua in ſuæ aqueitatis diffinitione, exiſtit ex partibus in ſubtilitate, & ſpiſſitudine ſimilibus, quia eſt ſimplex: ſed non inſpiſſatur, niſi propterea ꝙ frigoris qualitas ſuper eam præualuit, aut propter fortẽ terreſtrium partium cõmiſtionem, quæ ob hoc ꝙ ſunt paruiſſimæ, ab ea nequeunt ſeparari, neqꝫ deſcendere in ea, quia non ſunt tantæ quantitatis, vt continuitatẽ aquæ ſcindere valeant, & in ea deſcendere ob multam paruitatẽ. Oportet ergo, vt eis accidat cõmiſtio cum ſubſtantia aquæ. Poſt hoc decoctio ſpiſſitudinem remouet: quæ propter frigus accidit primo: deinde partes aquæ vehementer rarificat, donec fiat ſubtilioris ſubſtantiæ, vt poſſint ab ea ſeparari partes graues terreſtres in eius ſpiſſitudine retentæ, & ſcindant, ſeu rumpant eam deſcendentes: & propter deſcenſum ab ea ſeparentur, & remaneat aqua, puræ, & ſimplici propinqua: & erit illud, quod propter vaporationem fuit ſeparatum homogeneum ei, quod remanſit: & nõ longinquum

ab eo:

A Gal. li. 3 de temperatio. 17. f, & lib. de vſu par. c. 5.
B Halya. 5. theo. ca. 29.
C Gal. li. 1. de ſanitate tuẽ. ca. 11. h, Hip. de aere & aquis c. 5.
D Aeti. lib. 1. ſer. c. 165. Gal. de bonit. aquę. a
E Gal. li. 1. de ſanitate tuen. c. 11. a, & Hippo. ibi.
F Gal. de bonit. aquæ. e
G G. li. de ptiſ. c. 2. a, & Hip. de aquis. c. 3. c aliter.
H Gal. 1. de ſanitate tuen. ca. 11. h
I Gal. ibi. & de ptiſana. c. 2. a
K Hip. li. 5. aph. 26. & Gal. de ptiſana. ca. 2. a
L F. 3. doc. 5. ſum. ca. 7.
M F. 3. do. 5. ſum. ca. 7.



A ab eo: quia cum aqua à cõmiſto ſeparatur, eius partes in ſubtilitate ſimilantur: neqꝫ multũ intereſt inter eam, quæ ſubleuatur, ſeu euaporat: & illam, quæ remanet:[a] decoctio ergo non ſubtiliat aquã, niſi propterea, quia aufert ſpiſſitudinem frigoris, & quia facit quod ei cõmiſtum eſt, deſcendere. Et huius quidem ſignificatio exiſtit, qm̃ cum aquæ groſſæ dimittuntur longo tempore, nõ deſcendit ex eis res de qua ſit curandum: ſed cum coquuntur, illico deſcendit ex eis res multa: & fit aqua, quæ remanet in pondere leuis & clara. Et deſcenſionis quidem cauſa, eſt ſubtilitas, quæ ex decoctione acquiritur. Nonne vides, ꝙ aquæ magnorũ fluminum, ſicut fluminis Gion, & præcipue illę, quæ in parte poſtrema eius, vel remota parte ab origine eius ſumuntur, illico cum ſumuntur, vehementer ſunt turbidæ, & poſtea in breui tempore in vna receſſione ſubito ita clarificantur: ꝙ ſi alia vice reſidere faceres, non deſcenderet ex eis res, de qua eſſet curandum. Sunt autem[b] qui aquam Nili maxima laude extollunt, & eius bonitates in quatuor comprehendunt, in longitudine manationis eius, & bonitate locorum per quæ vadit. Et quia in curſu ſuo à meridie tendit ad ſeptentrionem, ſubtilians illud, quod in ipſo currit ex aquis. In multitudine vero ſui, aliæ cõmunicant ei. In aquis autem malis ſi quotidie eas de vno vaſe in alio mutares, quotidie manifeſtã videres deſcenſionem, ſicut in primis. Et præter hoc nõ deſcendit ex eis, quod deſcendere conſueuit niſi paulatim, & non cito, & cum hoc non perfecte clarificantur. Et huius quidem cauſa eſt, ꝙ cõmiſtiones terreſtres le- B uiter à ſubſtantia ſubtili deſcendunt, in qua nõ eſt groſſitudo, neqꝫ viſcoſitas, neqꝫ vnctuoſitas: ſed à ſpiſſo non tam facile deſcendunt. Amplius decoctio ſubſtantiæ acquirit ſubtilitatem, & poſt decoctionem cõcuſſus. Ex aquis quoqꝫ laudabilibus ſunt aquæ pluuiæ, & præcipue illæ, quæ in æſtate eueniunt, & ex nubibus cum quibus accidunt tonitrua. Turbidatio autem vaporis, vnde generantur venti maximi cum nubibus venientes, turbidat nubes, ex quibus venit pluuia, ideoq́ꝫ eius ſubſtantia eſt falſa & non pura. Sed tñ aquæ pluuiali cito[c] aduenit putredo, licet ſit aqua melior, propterea ꝙ eſt valde ſubtilis, & quia in ipſa corrumpens terreum & aereum cito operatur: & fit eius putredo cauſa computreſcendi humores, & impedit pectus,[d] & vocem.[d] Quidam autẽ dixerunt huius cauſam eſſe, quod aquæ pluuiæ generantur ex vapore, qui fuit ex humiditatibus diuerſis ſublimatus, vel eleuatus. Sed ſi hoc eſſet cauſa, aqua pluuiæ vituperabilis eſſet, & non laudabilis: ſed non eſt ita: immo propter multã ſuæ ſubſtantiæ ſubtilitatem, quoniã omnis ſubtilis ſubſtantia plus recipit paſſionem: ꝙ ſi feſtine aqua pluuiæ ebullierit, eius receptio putrefactionis minuetur. Acetoſa quoqꝫ cum comeduntur, tunc cum neceſſe fuerit vti pluuiali aqua, opponuntur putrefactioni, & ab impedimento eius ſecuritatem faciunt. Puteorum vero aquæ, & aquæ ductuum ſunt malæ comparatione aquarum fontium: ſunt[e] enim aquæ cõſtrictæ, permiſtæ terreſtreitatibus longo tempore: ideoq́ꝫ eſſe non poteſt, quin in eis aliqua ſit putrefactio, qm̃ extractæ fuerunt, & com- C motæ virtute cogente, & non virtute, quę ſit in eis declinante ad hoc, vt manifeſtentur, & expellantur, ſed non fit illud niſi ingenio, & arte: quia via propinqua eis fuit adhibita ad exitum ad extra. Et eis tamen illæ ſunt deteriores, quibus ex plumbo viæ factæ fuerunt: qm̃ ex eius virtute aliquid aſſumunt, & frequenter ad dyſenteriam ducunt. Aqua autem paludis deterior aqua putei exiſtit, quoniã aqua putei bonificatur cum manatione, propter illud quod extrahitur de ipſa, & id quod ſcaturit loco eius vnde perdurat eius motus: & non multum moratur in conſtrictione, neqꝫ manet in foraminibus vnde manat, longo tempore. Aqua vero paludis, propterea ꝙ longo tempore moratur in foraminibus terræ putrefacientis, & eius motus in manando & egrediendo eſt motus tardus, qui nõ prouenit ex fortitudine ſuæ expulſionis, ſed propter multitudinẽ materiæ ipſius: neqꝫ eſt niſi in terra corrupta & putrida. Niuoſæ vero aquæ, & glaciales ſunt groſſæ. Et aquæ ſtantes, in quibus cannæ paluſtres oriuntur præcipue diſcoopertæ malæ ſunt, & graues, quia[f] in hyeme non infrigidantur, niſi propter niues, ideoq́ꝫ generant phlegma, & calefiunt[f] in æſtate propter ſolem, & propter putrefactionem vnde generant choleram. Et propter ſpiſſitudinẽ quidem ipſarũ, & cõmiſtionem terreſtrium cum eis, & propter reſolutionem ſubtilis[f] earum generantur in eis, qui eas bibunt ægritudines ſplenis,[f] & eorum mirach ſubtiliatur, & interiora ipſorum ingroſſantur, & eorum extrema macreſcunt,[f] & humeri, & colla: & comedendi[g] deſiderium ſuperat in eis, D & ſitis, & conſtringuntur eorum ventres, & difficile vomere poſſunt. & eſt etiã cum perueniũt ad[g] hydropiſim: propterea ꝙ aquoſitas in eis retinetur. & eſt cum perueniunt[g] ad apoſtema[g] pulmonis & ſplenis, & ad[g] dyſenteriam, & ad lubricitatẽ inteſtinorũ. & ſiccantur eorũ pedes & manus: & ipſorum hepata debilitantur,[g] & nutrimentũ eorum minuitur propter ſplenem: &[g] generantur in eis ſtultitia, & hæmorrhoides, & varices, & apoſtemata laxa, & proprie in hyeme: &[g] mulieres duriter impregnantur, & cum[g] difficultate pariunt, &[g] pariunt pueros apoſtemoſos, & frequenter fit in[g] eis mola, & impregnatio mendoſa: & eorum[g] pueri ſæpe patiuntur ramicẽ, & magni[g] varices, &[g] crurium vlcera: neqꝫ eorum plagæ ſanantur: & accreſcit eorum deſiderium, & ſoluuntur duriter. Et fit cum nocumento, & vlceribus viſcerũ, &[g] quartanis abundãt, & in[g] ſenibus febres fiunt adurentes, propter ſiccitatem naturarum ipſorum, & ventrium. Aquæ vero non currentes quocunqꝫ modo fuerint ſtomacho nõ conferunt. Et iudicium quidem eius, quæ ex fontibus hauritur, eſt propinquũ iudicio aquæ ſtantis non curentis: Eſt tñ melior aqua non currente: propterea ꝙ non longo tempore in vno moratur loco: & cum nõ currit, proculdubio aliqua in ea exiſtit grauitas, Et fortaſſe in multis earum exiſtit ſtypticitas, & cõuertuntur cito ad calefaciendum in ventre, ideoq́ꝫ non ſunt vtiles febres habentibus: & illis in quibus cholera ſuperat. In ægritudi-

nibus

A F. 3. doc. 5. ſum. 1. ca. 7. & Gal. cõ. 4. in. 6. Hip. de vulg morb. 10. d
B Gal. de bonita. aque. e
C Hip. li. de aere, & aquis ca. 4 e
D Hippo. ibi. e, & Raſ. li. vlti. cõti. t. 1. ca. 70. fol. 72.
D Hippo. ibi. e
E Gal. de bonita. aquę. d
F Hippo. ibi. c. 3. a
F Hippo. ibi. b
G Hippo. de aere aquis ca. 3. b

nibus vero, in quibus retentio & maturatio ſunt neceſſariæ, ſunt meliores. Aqua præterea quibus E ſubſtantia admiſcetur metallina, aut eius ſimile, & aquæ ſanguiſugales, omnes malæ ſunt. In quibuſdam tamen earum exiſtit iuuamentum. Illa enim in qua virtus ferri ſuperat, iuuamentũ præſtat ad hoc, vt [a] interioribus fortitudo tribuatur, & vt aldarab prohibeatur, & vt excitentur, vel cõmoueantur virtutes appetitiuæ omnes. Et nos quidem eius diſpoſitionem nominabimus, & eius, quæ eſt qualis ipſa, poſt. Nix vero & aqua glacialis cum munda fuerit, & non commiſta alij rei virtutem habenti malam, ſiue ſoluatur, ſiue fiat ex ea aqua, ſiue cum ea de foris infrigidetur aqua, ſiue ipſa mittatur in aqua, erit bona. Et ſuarum quidem diuiſionum diſpoſitiones non diuerſificantur diuerſitate multum extranea, ſed eſt ſpiſſior ꝙ omnes aquæ, & nocet dolores habentibus neruorum, ſed cum coquitur ad bonitatem redit. Quod ſi aqua glacialis ex aquis malis fuerit, aut fuerit nix virtutem contrahens malam, & extraneam à locis in quibus cecidit, erit melius, vt cum ea infrigidetur aqua exterius prohibendo ipſam à permiſtione eius. Aqua præterea temperatæ quantitatis frigida ſanis melior eſt aquis omnibus, licet neruos impediat: & apoſtema in interioribus habentes lædat. & eſt ex eis, quæ appetitum excitant, & ſtomachum fortem efficit. Aqua vero calida digeſtionem corrumpit, & facit natare cibum, neq; illico extinguit ſitim, & eſt cum ad hydropiſim adducit, & hecticam, & cõſumit corpus. Aqua autem calefacta cum fuerit [b] tepida, facit nauſeam, & cum fuerit calidior, [b] ꝙ hæc, & in ieiuno bibita fuerit, multoties ſtomachũ lauabit, & [b] ventrem F ſoluet: eam tamen frequenter [b] bibere eſt malum, quia ſtomachi debilitat virtutem. Illa vero, quæ multum eſt calefacta, quãdoq; colicam reſoluit, & ventoſitates ſoluit.[c] Et illi quidem, quibus aqua calida arte iuuamentũ præſtat, ſunt epilepſiam habentes, & melancholiam, & capitis dolorem frigidum, & aſthma, & ophthalmiam, & bothor in gutture, & gingiuis. & apoſtema poſt aures habentes, & rheumatiſmos, & vlcera in diaphragmate, & imparis ſolutionẽ in parte pectoris. Menſtrua præterea prouocat, & vrinam, & dolores ſedat.[d] Aqua vero ſalſa macreſcere facit, & exiccat. & primo ſoluit ventrem per vim abſterſiuam, quæ in ea exiſtit.[d] Poſtea reſtringit ventrem in fine, propter ſiccitatem, quæ eſt in eius natura: & corrumpit ſanguinẽ: ergo [d] pruritum generat & ſcabiem.[e] Aqua vero turbida lapidem generat & oppilationes. Ideoq; poſt ipſam, res comedenda eſt prouocatiua, licet ventrem habenti plerunq; conferat ipſa, & omnes reliquæ aquæ groſſæ & graues, propterea, ꝙ in eius ventre tenentur, neq; cito deſcendit. Ex cuius quidem theriacis exiſtunt res vnctuoſæ & dulces. Aqua autem ſalis ammoniaci ventrem reſoluit, ſi in ea ſederint, aut ex ea biberint, aut ex ea factum fuerit clyſtere. Aquæ præterea aluminoſæ [f] menſtruorum ſuperfluitatem currere non permittunt, neq; [g] ſpuere ſanguinem, & prohibent illud, quod de [g] hæmorrhoidibus egreditur, ſed corpora, quæ febribus ſunt apta, fortiter ad eas perducunt. Et ferreæ quidem ſplenem reſoluunt, & non coire valentes adiuuant. Aereæ vero [g] corruptioni complexionis vtiles G exiſtunt.[h] Cumq; aquæ diuerſæ, & bonæ & malæ cõmiſcebuntur, fortior ſuperabit. Et nos quidẽ declarabimus regimen aquarũ corruptarum in [i] capitulo de regimine iter agentium. Et quod de iudicijs aquæ, & ſuis proprietatibus, & modis ſuarum proprietatum remanſit, in [k] capitulo aquæ, quod eſt in medicinis ſimplicibus, nominabimus ſi Deus voluerit.

A Halya... ca.29. — B Halya... ca.29. — C Oppoſi... c.59.& Raſ... ti.t.c.70... tepida... cit fo.6.l. — D Haly.li... ca.29. — E Lib.2.t... Haly.5.the... — F Ca.19.&... ca.59.& Hal... — G C.19.&li... ca.59. — G Ca.19.& Haly ibi. — H Hippo.de... aquis ca.5.g — I F.3 d.5... — K Lib...

*De eis, quæ proueniunt ex retentione & euacuatione.* Cap. 17.

RETentio eius, quod naturaliter euacuari debet, aut eſt ex debilitate virtutum expulſiuarum, aut ex fortitudine virtutis retentiuæ: & retinetur ab ea, aut propter debilitatem virtutum digeſtiuarum, vnde elongatur mora rei in receptaculo, ideo ꝙ retinent eam ibi virtutes naturales, donec digeſtio compleatur: aut propter viarum coanguſtationẽ: aut propter oppilationes, quæ ſunt in eis: aut propter groſſitudinem materiei, aut propter ipſius viſcoſitatem, aut propter eius multitudinem, quam expulſiua nequit ſuperare, aut propter [m] defectum ſentiendi illud, quod neceſſe eſt expelli, ſi fuerit quandoq; adiuuans in expellendo virtus voluntaria. quemadmodũ accidit in colica & icteritia, aut quia virtutes naturales ad aliam partem tendunt, ſicut in criſibus accidit retentio vrinæ, aut ſtercoris: propterea ꝙ euacuatio cretica eſt in parte altera.[n] Cumq; retẽtio eius quod euacuari debet, acciderit, prouenient inde ægritudines, aut ex capitulo ægritudinum compoſitionis, & ſunt oppilatio, & laxitas, & ſpaſmus humidus, & quæ ſunt ei ſimilia: aut ex capitulo ægritu- H dinum complexionis, & ſunt putredo, & caloris innati coarctatio, & ipſius in igneitatem conuerſio, & caloris innati extinctio, ex prolixitate coarctationis, aut eius fortitudine: quapropter eam frigus ſequitur, & dominium humiditatis ſuper corpus. Cõmunes vero ægritudines ſunt receptaculorum fiſſura, & eorũ diſruptio. Nauſeatiua ſatietas quoq; eſt vna ex cauſis deterioribus harũ ęgritudinum, & proprie cum euenerit, poſtquã conſueuit euenire vacuitas,[o] ſicut accidit in multa ſaturitate in annis fertilitatis poſt ſuperfluam famem, & in annis ſterilitatis. Ex ægritudinibus vero compoſitis, ſunt apoſtemata & bothor.[p] Euacuatio autẽ eius, quod debet retineri, eſt, aut propter fortitudinem virtutis expulſiuæ, aut propter debilitatem retentiuæ, aut propterea, ꝙ materia nocet grauitate propter ſui multitudinem, aut diſtenſione propter ventoſitatem, aut mordicatione propter acuitatem, & aduſtionem eius, aut propter materiei ſubtilitatem, quare fit, vt ipſa quaſi ſit fluida per ſe, vnde ad expellendũ fit facilis. Eſt etiam cum ipſam viarum iuuat amplitudo, quemadmodum accidit in fluxu ſpermatis, aut propterea, ꝙ in longitudine ſcinduntur, aut inciduntur in latitudine, aut quia earum aperiuntur orificia, ſicut accidit in exitu ſanguinis ex naribus. Et eſt cum accidit hæc largitas propter cauſam, quę exterius accidit, aut interius. Cumq; euacuatio eius, quod retineri

L Gal.li.de... ſympto.ca... lib.1. de ſan... ca.13.a.b.c.d — M Gales.de... ſympt.ca... — N Haly.li... ca.37. — O Fen.3.do... & Gal.2. de... tione.c.3.g — P Gale.3. de... ſymp.c.2.fo...

A Li.3. Fen.21.t.2. ca.7.



A retineri debet, acciderit, proueniet propter ipſam complexionis frigiditas propter euacuationem materiei, quæ erat apta ad accendendũ, ex qua calor nutritur innatus.[a] Et fortaſſe proueniet inde calor complexionis, cum illud, quod euacuabitur, complexionis fuerit frigidæ, ſicut phlegma, aut fuerit circa æqualitatem complexionis, ſicut ſanguis, quia dominabitur calidum ſuperfluum, ſicut cholera & calefaciet. Et ex ipſa quidem ſemper accidet ſiccitas eſſentialiter. Et eſt cum ex ipſa prouenit humiditas ſm conſiderationem, quam nominauimus in accidentalitate caliditatis. Et hoc eſt cum humor ſiccans euacuabitur nõ ſuperflue, aut propter caloris innati defectũ, quando nutriens perfecte digerere non valet, vnde phlegma accreſcit: hæc tamen humiditas cõplexioni nõ confert innatæ, neq; eſt innata ſicut calor ille nõ eſt innatus. immo ad omnem euacuationem ſuperfluam, ſequitur frigiditas & ſiccitas in ſubſtantia membrorum, & in eorum natura: licet alicui ipſorũ calor accidat extraneus, & humiditas non bona. Et quãdoq; ad euacuationẽ ſuperfluam ſequuntur ægritudines inſtrumentales, ſicut oppilatio propter ſuperfluam etiam venarũ ſiccitatem, & propter earum coarctationem. Et ſequitur eam ſpaſmus, & cuzez. Retentio vero & euacuatio, quæ ſunt moderatæ, ſ. illæ, quæ in hora proueniunt, qua eſt neceſſe, conferentes ſunt, & vitam conſeruantes ſanam. Et iam quidem locuti fuimus de rebus, quæ ſua generalitate ſunt neceſſariæ, licet ſit cum plurimum ſuarum ſpecierum non eſt neceſſarium. Nunc ergo ad alias cauſas procedamus.

B *Sermo vniuerſalis de cauſis, quæ caſualiter corpori accidunt, & non ſunt neceſſariæ, neque impedientes.* Cap. 18.

LOquamur nunc de cauſis nõ neceſſarijs & non impedientibus. Et ſunt, quæ ſua generalitate non ſunt naturales, neq; naturæ contrariæ. Et iſtæ quidẽ ſunt cauſæ corpori obuiantes præter aerem, qui eſt neceſſarius: ſicut balneatio, fricandi ſpecies, & aliæ. Incipiemus autem & dicemus, ꝙ cauſæ, quæ in corpore hominis ſunt agentes exterius propter obuiationẽ, duobus operantur modis. Operantur enim in ipſo, aut penetratione illius, ꝙ ex eis eſt ſubtile in poris propter virtutem profundantem penetrantem, quæ eſt in ipſis. Aut quia membra ſibi attrahunt eas per poros ſuos. Aut ideo, ꝙ vnum iſtorum ab altero iuuatur. Alter vero modus eſt, vt nulla operentur cõmiſtione, ſed qualitate pura conuertente corpus. Et iſtud quidem, aut ideo, ꝙ hæc qualitas, aut eſt in actu, ſicut linimentum infrigidatum in actu, quod infrigidat: aut emplaſtrum calefactum in actu, quod calefacit: aut eſt propterea, ꝙ qualitas hæc eſt in potentia, ſed calor innatus, qui eſt in nobis commouet virtutem agentem in ea, & adducit ipſam ad actum, aut propter proprietatem. Sunt autẽ ex rebus, quæ obuiando mutant, & cum ingrediuntur corpus non mutant,[b] ſicut cepæ cum exterius ad modum emplaſtri corpori ſuperponuntur, vlcerant, ſed interius receptæ non vlcerant. Et ſunt ex rebus aliæ, quæ ad hoc contrariæ huic exiſtunt, ſicut ceruſſa, quæ cum bibitur, vehementer C mutat, ſed cum ex ea fit linimentum, nihil ex hoc operatur. Et ex eis ſunt, quæ operantur duobus modis ſimul. Et cauſa quidem diuiſionis primæ eſt vna ſex cauſarum, quarum [b] prima eſt, ꝙ cum tale aliquid, quale cepæ ingreditur corpus, virtus digeſtiua incipit frangere ipſum, & cito mutat eius complexionẽ, & debilitat eam, & non dimittit eam incolumen tanto tempore, vt in tali quale illud poſſit efficere ſuam operationem, & interius vlcerare.[b] Et alia eſt, ꝙ ſecundum plurimum comeditur miſta cum re alia.[b] Et tertia eſt, ꝙ commiſcetur in receptaculis nutrientis alijs humiditatibus, quæ ipſam ſubmergunt, & eius frangunt fortitudinem.[b] Et quarta eſt, ꝙ cum eſt exterius in vno ponitur ſitu, ſed interius non quieſcit ſe mouendo. [b] Et quinta eſt, ꝙ exterius multum ſtricte tenetur: ſed interius tangit non adhærendo.[b] Et ſexta eſt, quoniã cum eſt interius, præparationem eius ipſa virtus naturalis regit, & cito eius expellit ſuperfluitatem, & bonum in ſanguinem cõuertit. Eius vero, quod ex ceruſſæ diſpoſitione diuerſificatur cauſa eſt, quia ceruſſa eſt groſſæ naturæ, & groſſarum partium, quapropter cum eſt deforis non penetrat in poros: & ſi penetrat, non peruenit ad poros ſpiritus, neq; ad membra principalia: ſed cum comeditur eſt res huic contraria. Eſt etiam natura venenoſa, quæ eſt in ea, non efficit impreſſionem, niſi impreſſione ſuperflua à calore innato, qui eſt in nobis, in ea: & hoc quidem non acquiritur ipſa obuiatione extrinſeca. Et nos fortaſſe reiterabimus tibi in [c] libro de ſimplicibus medicinis verba modi iſtius.

B Lib.2.t.1.ca.1.& Gal.li.3. de tẽpera. ca.3 g — B Gal.ibi.h — C 2.t.1.ca.1.

D *De eis, quæ proueniunt ex balneatione, & ſtatione ad Solem.* Cap. 19.

QVidam ornate loquentium dixit. Ex balneis melius eſt, cuius fabrica eſt antiqua: & cuius aer ampliatur: & cuius aqua eſt dulcis. Et alius addidit, vt balneator ignem ſuum menſuret ſecundum complexionẽ eius, qui ipſum vult ingredi. Debes autem ſcire, ꝙ operatio naturalis balnei eſt calefacere ſuo aere, & humectare ſui aqua. Et [d] prima cauſa eſt infrigidans, & humectans. Et ſecunda, calefaciens & humectans. Et tertia, calefaciens & deſiccans. Et neq; attendenda ſunt verba illius, qui dicit, ꝙ aqua non humectat membra radicalia cum bibitur, aut cum ei obuiatur. Sed plerunq; ex balneo poſt illud, quod α nominauimus de ſuis impreſſionibus & mutationibus, aliæ accidunt mutationes: quarum [d] quædã ſunt per accidens, & quædã ſunt per eſſentiam. Eſt nanq; cum accidit balneo, vt ſuo infrigidet aere, propterea, ꝙ multum caloris reſoluit innati, & vt membrorum etiam ſubſtantias exiccet, propterea ꝙ vehementer humores reſoluit naturales, licet extraneos augeat humores.[e] Cumq; eius aqua multæ eſt caliditatis, cutis ex ea horripilatur, & inſpiſſantur eius pori. Quare ex eius humiditate nil va dit ad corpus, neq; bene reſoluit. Eſt tamen cum eius aqua calefacit, & eſt cum infrigidat. Sed eius quidẽ calefacere eſt, ideo ꝙ multum eſt calida: & cum ipſius calor paruus eſt minor ꝙ tepidæ, infrigidat & humectat: & cũ coarctatione cum fuerit

D Gal.10.meth. ca.10.e, aliter. — Supra α — E Gal.lib.7.meth. cap.6.f, & lib.3. de ſani.tuen.ca.8.e

fuerit frigida, quia coarctat caliditatẽ acquiſitam ex eius aere, & aggregat ipſam in viſceribus, cum E obuiauerit corpori ipſa exiſtente frigida. Eius vero infrigidare, erit cum in ea aliqui ſe multum balneauerint. Duobus nanq; infrigidat modis, vnus eſt, qm̃ aqua naturaliter eſt frigida, quare infrigidat in vltimo res, vel in fine rei, [a] licet calore accidentali calefaciat, qui non permanet, ſed tollitur, & remanet operatio naturalis propter illud, quod ex aqua penetrauit in corpus, & eſt infrigidatio: & etiam, quia aqua ſiue ſit calida, ſiue frigida, eſt humida: ideo cum multũ humectauerit calorem conſtringit innatum propter multam ſui humiditatem, & extinguet ipſum & infrigidabit. Eſt etiam cum balneum reſolutione calefacit, cum inuenit nutrimentum quod non fuit digeſtum, aut inuenit humorem frigidum, qui non fuit maturatus. Illud enim digerit, & hunc maturat. Eſt præterea cum ingrediuntur balneum ipſo ſicco, & exiccat: & confert hydropiſim habentibus, & diſpoſitionem ſimilem cachexiæ. Et eſt cum ingrediuntur ipſum eo humido, & humectat. Eſt etiam cum in ipſo diu morantur, & exiccat propter reſolutionẽ & ſudorem. Et eſt cum in ipſo parũ morantur, & humectat, cum corpus ab eo exuccet, ſeu recipiat ab eo, antequam egrediatur ſudor. Et eſt cum balneũ ingrediuntur [b] ieiuni, & vacui, & vehementer exiccat, & macreſcere facit, & debilitat. [c] Et eſt cum ipſum ingrediuntur illico poſt ſaturitatem, & impinguat, propterea ꝙ materiã ad exteriora trahit corporis. [d] Veruntamen oppilationes efficit, propterea quod ſui cauſa à ſtomacho, & ab hepate nutrimentum ad membra trahitur non coctum. & eſt cum in fine primæ digeſtionis, & F anteꝗ adſit vacuitas ingrediuntur, & confert, & impinguat mediocriter. Qui autem balneum ingrediuntur propterea, vt humectentur, ſicut hecticam patientes faciunt, debet in aqua mergi, niſi debilitentur, & poſtea [e] ex oleo inungi, ideo, vt in humectatione fiat augmentum, & vt teneatur aqueitas, quę in poris penetrauit, & conſtringatur inter cutem, & non longa ibi moretur mora, & locum eligant temperatum, & in balnei terra multam proijciant aquã: ideo vt vapor multiplicetur, & aer humectetur, & à balneo deferantur ſine ſolicitudine & labore, qui eis accidat, [e] ſed deferatur ſuper lecticam ſeu ſbaram, & odoret illico cum egrediuntur ex bene redolentibus frigidis, & dimittantur in domo, in qua homines denudãtur hora vna, donec eis attractio aeris temperata ad eos redeat, & ad potandum tribuatur eis parum ex humectantibus, ſicut aqua hordei, & lac aſinæ. Quod ſiquis eorum multã in balneo facit moram, timetur ne ſuperueniat ei [f] ſyncopis, propterea ꝙ calefit cor, & cõmouetur primo nauſea. In balneo præterea cum multis eius iuuamentis adſunt nocumenta. Facit enim ſuperfluitates ad membra, in quibus eſt debilitas leuiter deſcẽdere: & laxat corpus, & impedit neruos: & reſoluit calorem innatum, & comedendi deſideriũ deijcit: & coeundi debilitat virtutem. Balneum quoq; naturale differentias habet à parte aquarũ, quæ in ipſo fluunt. Si enim fuerint nitroſæ, aut bituminis iudaici, aut ſulfureæ, aut cineritiæ, aut ſalſæ, natura, aut ingenio ſcilicet, ꝙ in eis aliquid apponatur, aut in eis coquatur, ſicut ſtaphiſagria, aut ſicut baccæ lauri, G aut ſicut ſulfur, aut his ſimilia, reſoluent & ſubtiliabunt & auferent alterhel, & alterbel, & prohibebunt deſcenſionẽ ad vlcera, & conferunt habentibus venam medini. Aereæ vero aquæ, & ferreæ, & ſalſæ etiam, iuuant in ægritudinibus, quę ſunt ex frigiditate & humiditate, & in doloribus articulorum, & podagræ. Et conferunt laxitati, & aſthmati, & [g] ęgritudinibus renum, & fracturæ reſtaurationem fortem efficiunt, & conferunt carbunculis & vlceribus. Et æneæ quidẽ ori conferunt, & vuulæ, & oculo laxo, & humiditatibus auris. [h] Ferreæ vero ſtomachum iuuant, & [i] ſplenem. Et nitroſæ quidẽ & ſalſæ capitibus & pectori auxilium præbent, quæ materias recipere ſolent. [k] & conferunt ſtomacho humido, & habentibus hydropiſim, & inflationem. Aquis aluminoſis & attramentalibus balneari [l] confert ſputo ſanguineo, & [m] egreſſioni ſanguinis ab ano, & [n] menſtruis, & conuerſioni ani, ſeu egreſſioni ani, vel ficteris, & aborſui abſq; cauſa, & cachexiæ, & multo ſudori. Sulfureæ vero aquæ neruos mundificant, & dolores diſtenſionis, & ſpaſmi ſedant, & corporis ſuperficiem à bothor, & vlceribus malis antiquis, & ſignis violaceis mundificant, & à panno, & morphea, & albaras, & reſoluunt ſuperfluitates ad iuncturas, & ſplenem, & hepar deſcendentes, & matricis duritiei conferunt, ſed ſtomachum laxant, & deſiderium deijciunt. [o] Aquæ autem bituminis. Iudaici caput eius, qui in eis balneatur, replent. Ideoq;, qui in eis balneatur, caput in ipſis ponere nõ debet, & in eis tempore poſt tempus eorũ calefiunt complexiones, & proprie matrix, & veſica, H & colon. Et ideo omnes ſunt malæ & graues. Qui autẽ in thermis voluerit balneari, oportebit, vt balneetur in eis quiete, & ſuauiter, & ordinatim, & non ſubito. Et nos fortaſſe reiterabimus in [p] capitulo de cõſeruatione ſanitatis ſermonem de eſſe balnei, & continuandum erit, quod ibi dicemus ei, quod hic ante dixerimus. & ſimiliter loquemur [q] cum de potu aquæ frigidæ tractabimus.

I *De his quæ proueniunt ex vſu Solis, ſeu ſtatione in Sole: & ex ſepeliri in arena, & volutari, ſeu volui in ipſa, & ex balneari in oleo, ſeu ex infuſione in oleo, & ex aſperſione aquæ ſuper faciem.* Cap. 20.

STatio in Sole calido, & præcipue mouendo ſe cum motu maxime forti, ſicut cito eundo, & ſaliendo, vel currendo, eſt ex his, quæ ſuperfluitates vehementer reſoluunt, & prouocant ſudorem, & inflationem carminant, & reſoluunt apoſtemata alterbel, & hydropiſim, & cõfert in aſthmate, & in aeris attractione, in qua neceſſe eſt præparare corpus, vt facilis fiat attractio aeris: & reſoluit dolorem antiquum frigidum capitis, & cerebrum, cuius eſt cõplexio frigida, fortius efficit. Cum autem, quod eſt ſub eo non fuerit roridum, ſeu humidũ, ſed fuerit locus vbi ſedet ſiccus, confert doloribus ſciæ, & renum, & doloribus ani, & ſuffocationibus matricis, & mundificat matricẽ. Quod ſi aliquis in ſole ſteterit, inſpiſſabit corpus, & indurabit, & exiccabit ipſum, quemadmodũ

cauterium

A Gal.li.1.de po.med.per ra.ca.6.h
B Fen.3.d.
C Fen.3.d. Raſ.t.4.cap. li.4. Fen 7.
D Gal.3.de tio.55 g
E Gal.li. med.c.6.c. ca.10.fo.66.
F Raſ.t.4.
G Lib.2.t.1.
H Lib.2.t.
I Li.3. F.15.t.
K Lib.2.t.1.
L Cap.16.& t.2.ca.59.
M Cap 16.
N Cap.16.& tr.2.ca.59.
O Gal.li.6.de tuen.ca.9.g
P 5.Fen.3.do.
Q Fen.3.do.



A cauterium ſupra pororum orificia, & prohibebit reſolutionem. In Sole autẽ in vno loco morari, eſt vehementius in adurendo cutem ꝙ in ipſo ambulare, & eſt plus prohibens reſolutionem. Et arenæ quidem, quæ in deſiccando humores ſunt fortiores in parte cutis, ſunt arenæ marinæ. Et eſt cum ſuper eas calidas exiſtentes ſedent, & eſt cum in eis ſepeliuntur. Et eſt cum ſuper corpus paulatim aſperguntur, & reſoluunt dolores, & ægritudines prædictas in capitulo de Sole. Ad vltimũ vero vehementer exiccant corpus. Semicupium vero ingredi plenũ ex tali quale eſt oleum, quandoq; confert laſſitudinem habentibus, & febres patientibus longas, frigidas: & eis, qui cum febribus dolores habent neruorum, & articulorum, & habentibus ſpaſmum, & cuzez, & vrinę retentionem. Et oportet, vt oleum extra balneũ ſit calefactũ, ꝙ ſi in ipſo vulpes cocta fuerit, aut dabha, & factum fuerit, quemadmodũ [a] nominauimus: erit medicamen melius, quod eſſe poterit dolorem habentibus iuncturarum, & podagram. [b] Faciem vero madefacere, & ſuper [c] ipſam aquam rorare, virtutem viuificat, quæ eſt laxata ab anguſtia, & inflammatione febrium, & cum adeſt ſyncopis: & proprie ex aqua roſacea & aceto. Et eſt etiam cum deſiderio medicatur, & ipſum erigit: & obeſt rheumatiſmos patientibus, & dolorem frigidum capitis habentibus.

*Summa ſecunda de numeratione vniuſcuiuſq; cauſæ, cuiuslibet accidentium corporalium, quæ. x x i x. continet Capitula.*

B *De cauſis calefacientibus.* Cap. 1.

CAlefacientium multæ ſunt cauſæ, ex quibus ſunt [d] nutrimentum in quantitate temperatum: & [e] motus temperati, in quibus ingrediuntur [f] exercitia temperata: & [g] temperata fricatio: & temperata compreſſio membrorum exteriorum cum manibus facta: & [h] ventoſarum abſq; ſcarificatione poſitio. Quæ enim cum ſcarificatione eſt, infrigidat propter euacuationẽ. [i] Motus etiam, qui parumper pertinet fortitudini, & multitudini, & neq; eſt ſuperfluus: & [k] nutrimentũ calidum, & medicina calida, & balneum temperatum, ſicut [l] ſciuiſti, quod ſuo aere & aqua calefacit: & artificium calefaciens: & non ſuperflue [m] calefacientium obuiatio, ſicut aerum, & emplaſtrorum: & vigiliæ æquales: & ſomnus temperatus ſm̃ conditionem [n] prædictam. & ira [n] ſm̃ omnem diſpoſitionem, & alhem cum non fuerint ſuperflua: cum vero ſunt ſuperflua infrigidant: & gaudiũ temperatum. [o] Et eſt etiam putredo, cuius proprietas eſt, vt caliditatem extraneam euenire faciat, & nõ aliud, & eius quidem operatio eſt aliud à calefactione abſoluta, & ab aduſtione. Calefacere nanq; minus eſt proculdubio ꝙ adurere: multoties enim calefactio accidit, & nõ efficit putrefactionem. & eſt cum ante putrefactionem accidit. Putrefactio enim ſæpe accidit, cum in corpore remanet, poſtquã ab ea cauſa extranea calefaciẽs ſeparatur, caliditas extranea, quæ in materia humida accenditur, & eius humiditatem mutat ab eo, quod complexioni ſubſtantiæ in qua eſt, erat conueniens, C abſq; ꝙ conuertat eam poſtea ad complexionem aliam, ſeu diuerſam à complexione ſua ſpecifica naturali. Eſt nanq; cum caliditas & humiditas mutantur ab hoc, quod vni cõplexioni conueniũt, & fiunt alij complexionum naturalium congruæ: quod quidem non eſt putrefacere, ſed digerere. Adurere vero eſt, vt ſubſtantia humida à ſicca ſeparetur ſubſtantia, ita ꝙ illa ſublimetur, ſeu euaporet, & iſta deſcendat. Calefacere autem ſimpliciter eſt, vt omnes humores ſecundum ſuas ſpeciales remaneant naturas, ſed plus fiant calidi. Et de calefacientibus quidem, eſt [p] ſpiſſitudo ſuperficiei corporis: calefacit enim, propterea, ꝙ vaporem retinet, & raritas intus in corpore: quia calefacit propterea, ꝙ vaporem dilatat. [q] Gal. autem has omnes cauſas in quinq; generibus comprehendere conſueuit, ſcilicet [q] motu non ſuperfluo, & obuiatione eius, ꝙ non ſuperflue calefacit, & [q] materia calida, quæ corpori aduenit, & [q] ſpiſſitudine, & [q] putrefactione.

*De infrigidantibus.* Cap. 2.

INfrigidantium etiam multæ ſunt ſpecies, ſcilicet motus [r] ſuperfluus, qui calorem innatum ſuperflue reſoluit. [r] Et quies ſuperflua, quoniam coadunat, & claudit calorem, & [r] nutrimentum multum ſuperfluum comeſtum, aut ebibitum. [r] Et eius ſuperflua paucitas, & nutrimentum frigidum, & [r] medicina frigida. Et [s] obuiare ei, quod ſuperflue calefacit ex aeribus, & emplaſtris, & aquis thermarum, & vehementia raritatis corporis, quare reſoluitur ab eo calor innatus. Et obuia D re ei, quod temperate calefacit longo tempore, ſicut multa in balneo mora, & vehementia ſpiſſitudinis, quoniã calorem ſuffocat innatum. Et obuiare ei quod infrigidat in actu. & obuiare ei quod ſecundum potentiam infrigidat, & ſi in præſenti hora calidum exiſtat. Et retentionis ſuperfluitas, quoniam calorem ſuffocat innatum. Et in euacuatione ſuperfluitas, quoniam innati caloris materiam deſtruit, propterea ꝙ eam ſequitur euacuatio ſpirituum, & oppilationes, quæ ſunt ex ſuperfluitatibus. Et de illis eſt [t] vehementer ſtringere membra, & vt ſtricta permaneant, quoniam infrigidat, & propterea, ꝙ caloris viam claudit. [u] Et triſtitia ſuperflua, & [x] timor nimius, & gaudium nimium, & delitiæ ſuperfluæ. Et artificium infrigidans, & cruditas, quæ putrefactioni eſt oppoſita. [y] Gal. vero medicorum princeps, eas in [y] ſex ſolet comprehendere cauſis, ſcilicet motu ſuperfluo, & quiete ſuperflua, & obuiatione eius quod infrigidat, aut quod vehementer calefacit, donec reſoluat [y] {& materia infrigidans} & vehementia ſpiſſitudinis, & nimia [y] {nutrimenti paucitas.}

*De humectantibus.* Cap. 3.

H[z] Vmectantium multæ ſunt cauſæ. Ex eis nanq; eſt: ſicut [a] quies, & [b] ſomnus, & illud etiã retinere, quod euacuari ſolebat, & humorẽ ſiccantem euacuare, & [d] nutrimentũ multum, & [b] humectans nutrimentũ, & [d] medicina humectans, & [c] humectãtibus obuiare, & [d] præcipue balneo,

A Li.3. Fen.22.t.2. ca.12.
B Lib.3.Fen.11.t.2. ca.8.
C Ser.t.6.ca.19.
D Gal.li.3. de tempera.ca.2.f
E Gal.li. de cauſa morb.ca.2.d
F Gal.li.2.de ſani. tuen.ca.9.b
G Ga.ibi.c.4.g, & li. de cõſt.art.c.19.f
H Gal.li.3. de loc. affec.c.4.f.g
I Gal.lib.13.meth. cap.6.g, & lib.1.de differen.feb.c.3.e
k Gal.li.de cauſis morb.c.2.d, & .1.de differen.feb.c.3.e
L Cap.19.
M Gal.1.de differ. feb.c.3.e
N Cap.13.
N Gal.ibi.c.3.e
O Gal. de cauſis morb.c.2.d, & .1.de differen.feb.c.3.e
P G.li.de cau.morbo.c.2.d, & Haly. lib 6.theo.c.5.
Q Li.de cau.morbo.c.2 d e.f
R Gal li.de cauſis morb.c.3.b.c, & .1. de præſag.ex pulſ. ca.2.h
S G.1.de prę ſaga. ex pulſ.c.2.h
T Gal.de cã morbo.c.3.g.h
V Gal.4. de cau. pulſ.c.4.h
X Ga de prę ſaga. ex pulſ.li.1.c.2.h
Y Lib.de cau.morbo.ca.3.b
Y Aliter Gal.ibi.c
*Y Ciborum, potuum'ue quantitas, ac qualitas*
*Y raritas*
Z Gal.li.de cauſis morb.ca.5.h
A Gal.de his quos purg.3.d
B Gale.2. de vict. rat.55.b
C Halya.6.theor. ca.5.
D Gale. de cauſis morb.ca.5.h

neo, & poſt comeſtionem proprie. Et obuiare ei, quod infrigidat, quoniã coarctat humiditatem. E Et obuiare ei, quod calefactione tenui calefacit, qm̃ humorẽ currere facit, & gaudiũ temperatum.

*De deſiccantibus.* Cap. 4.

DEſiccantia quoq; ſunt multa, velut motus, & [a] vigiliæ, & vehementer [b] euacuare: & ex eis eſt coitus. [c] Et nutrientiũ paucitas, & vt [c] ſint ſicca. [c] Et medicinæ deſiccantes, & [d] motuum animalium frequentia: & [e] deſiccantibus obuiare. Et ex illis eſt in aquis [f] balneari ſtypticis: Et ex eis eſt frigus, quod congelat, qm̃ prohibet membrũ ſibi nutrimentũ attrahere, & propterea, ꝙ ipſum cõſtringit: [g] quare oppilationes in eo accidũt, quę nutrimentũ penetrare nõ permittunt. [h] Et ex eis eſt obuiare ei, quod eſt caloris vehementis, qui ſuperflue reſoluit, ita vt ex eis ſit multum balneari.

*De cauſis figuram corrumpentibus.* Cap. 5.

EX cauſis figuram corrumpentibus ſunt cauſæ, quæ in [i] principio creaturę acciderunt, propter quas virtuti informatiuæ, aut alteratiuæ, quæ ſunt in ſpermate ſuæ operationis complementũ defecit. Et ex eis ſunt cauſæ, quæ accidunt, cum à matrice ſeparatur. Et ex eis ſunt cauſæ, quæ accidunt, [i] cum infans ligatur, & cum tenetur. Et aliæ cauſæ primitiuæ, quæ extrinſecus adueniũt, ſicut caſus, aut percuſſio. Et ex eis ſunt cauſæ, quæ accidunt, propterea ꝙ [i] ſe vult mouere antequã membra dureſcant, & anteꝙ ambulare poſſit. Et ex eis ſunt cauſæ ægritudinales, ſicut [i] lepra, & [i] phtiſis, & [i] ſpaſmus, & [i] extenſio, & [i] paralyſis. Et eſt, cum prouenit propter [i] pinguedinẽ nimiam. Et eſt, F cum accidit [i] propter ſuperfluam maciem: & eſt, quando [i] propter apoſtemata. Et eſt, quando propter infirmitates ſitus. Et eſt, cum accidit propter [i] conſolidationis vlcerum malitiam.

*De cauſis oppilationis & coanguſtationis canalium.* Cap. 6.

O[k]Ppilatio accidit, aut propter cauſam extraneam, quæ in canali cadit: & hoc aut erit extraneum in ſuo genere, ſicut lapis: aut extraneum in quantitate ſui, ſicut fæx multa, aut extraneum in ſua qualitate: & hoc erit aut propter ſuam [l] groſſitiem: aut viſcoſitatẽ: aut [m] quia eſt congelatum, ſicut ſanguis ſimilis ſanguiſugæ congelatus. Hæ quidem ſunt partes eius, quod oppilat, propterea, ꝙ in canali cadit, ex quibus ſunt, quę in ſuo loco in canali fixa manent, & eſt ex eis, quod in ſuo loco eſt mobile. Et eſt cum accidit oppilatio propterea, ꝙ clauſum fuit [m] foramen propter vlceris conſolidationem, quod in ipſo factum fuit: aut propter naſcentiam additæ rei, [m] ſicut carnis verrucoſæ claudentis. Aut quia canalis propter apoſtematis comprimentis vicinitatem cooperitur: aut propter conſtrictionem, [n] quæ fit propter forte frigus: aut propter [o] vehementem ſiccitatem, quæ propter ſtypticantia accidit, aut propter [o] virtutis retentiuæ fortitudinem, aut propter fortem ligaturam. [p] In hyeme quoq; multæ fiunt oppilationes: propterea, ꝙ ſuperfluitates multum retinentur, & propterea, ꝙ frigus ſtringit.

*De cauſis amplitudinis canalium.* Cap. 7. G

CAnalis ampliatur, aut propter [q] retentiuæ debilitatem: aut propter [q] fortem expulſiuæ motum. Et ex hoc quidem modo eſt anhelitum retinere: aut propter [q] medicinas aperientes: aut propter medicinas mollificantes calidas & humidas. Et canales quidem ex contrarijs harum cauſarum coanguſtantur, & propter oppilationes.

*De cauſis aſperitatis.* Cap. 8.

ASperitas accidit, aut propter [q] cauſam medicinæ, quæ vehementer abſtergit ſua inciſione, ſicut acetum, & acetoſæ ſuperfluitates: aut ſua reſolutione, ſicut ſpuma maris, & ſuperfluitates acutæ: aut propter cauſam ſtypticam, quæ exaſperat propter ſuam ſiccitatem, ſicut res ponticæ, aut frigidæ, quæ exaſperant, propterea, ꝙ inſpiſſant: aut propter res terreſtres, quæ ſuper membrum iacent, [q] ſicut puluis.

*De cauſis lenitatis.* Cap. 9.

LEnitatis cauſa, aut eſt glutinans propter ſui [q] viſcoſitatem, aut ſubtiliter reſoluens, quæ materiam ſubtiliat: & ipſam currere facit, & ſpiſſitudinem à membri ſuperficie remouet.

*De cauſis diſlocationis, & ſeparationis à ſitu.* Cap. 10.

MEmbri remotio eſt: aut propter cauſam extendentem, ſicut cum aliquod trahitur membrũ & [r] extenditur donec diſlocatur: aut ex motu forti ſuper innixionẽ, ſuper quã innititur, vel H appodiatur, quæ membrũ à loco ſuo remouet, ſicut cum alicuius pes flectitur: [r] aut cauſa laxans, & humectans, queadmodũ accidit in ramice: aut propter cauſam ligamenti ſubſtantiã corrumpentẽ ipſum [r] corrodendo, aut putrefaciẽdo, aut laxũ reddendo, quemadmodũ in lepra accidit & ſciatica.

*De cauſis malitiæ vicinitatis, quæ appropinquationem prohibet.* Cap. 11.

CAuſa eius eſt, aut groſſities, aut viſcoſitas, aut [s] ſpaſmus, aut laxitas, aut humoris ſiccitas in iunctura: quia ibi fit lapis, aut cum qua natus fuit.

*De cauſis malitiæ vicinitatis, quæ dilatationem prohibet.* Cap. 12.

IPſius cauſa eſt, aut groſſities, aut [r] veſtigiũ incarnationis vlceris, aut ſpaſmus, aut cũ qua naſcit.

*De cauſis motuum non naturalium.* Cap. 13.

EOrum cauſa eſt, aut [u] ſiccitas debilitas, ſicut tremor ſiccus: aut ſiccitas ſpaſmificans, [t] ſicut cauſa ſingultus ſicci, & cauſa ſpaſmi ſicci, aut ſuperfluitates ſpaſmantes, aut ſuperfluitates, [u] & cauſæ virtutis viam claudentes membro, ſuã prohibentes penetrationẽ cum oppilatione: aut ſuperfluitates, quę nocent: aut propter ſuã frigiditatẽ, [x] ſicut in rigore: aut ſua mordicatione, ſicut [y] in horripilatione: aut propter caloris innati ſubmerſionem: aut propter ſui paucitatẽ, & propter illam accidit in muſcu-

A Gal. ex arte medicinali c.86.
B Gal. 1. de febri. c.7. fo.
C G.3. de præſa. ex pulſ. ca.8.c
D G. ibi, & ex medicinali.
E Halya. 6. ca.5.
F Ga. de cau. morbo. ca.5 h
G Cap.6.
H Gal. 1. de tuen. ca.13.c
I Gal. li. de morb c.7.f
I Gal. ibi h
I Gal. ibi a
K Halya. 6. ca.6.
L F 4. c.24. & Fẽ.1. t.2. c.5. & de cau. morb. a, & lib. ex arte medicinali. 94.
M Gale. de morb. ca.7.a
N Gal. 11. ca.4.h
O Gale. de morb. ca.7.b
P Cap.4.
Q Ga. li. de cau morb. c.7.b
Q Gal. ibi c
R Gal. lib. de morb. c.10.c
R Gal. ibi e.f
S Gal. li. de morb. c.10.e.f
T Gal. li 4. de ratio. 69.c, & apho. 1.d
V Gal. 2. de ſympto. c.2.e
X G. li.2. de ſympt. ca.5. fo. & li.4. de ſani. cap.6.a, & lib. criſi. ca.3.f
Y G. li.2. de ſym. cau. c.5. fo.22.





A in muſculorum ſuperficiebus frigiditas: & prouenit ventoſitas, quæ vult reſolui, & exire, ſicut in [a] ſaltu, ſeu in iectigatione. Et nũc quidẽ dicemus, ꝙ hæc nocumentalis materia, aut erit [b] vaporalis pauca, & accident propter eã alices: aut erit plus ea, & cõtinget propter ipſam laſſitudo laborioſa, ſi fuerit quieta: aut prouenient aliæ laſſitudinis ſpecies, quas noiabimus, ſi fuerit mobilis. [c] Quod ſi fortior fuerit, accidet inde horripilatio. Et ſi fuerit magis fortis, proueniet inde tremor & febris. Et materia quidẽ ventoſa cum in [e] muſculo tenetur, prouenit propter ipſam pulſatio, ſeu iectigatio.

*De cauſis augmenti & magnitudinis, & numeri.* Cap. 14.

HOrum cauſæ ſunt materiei [d] multitudo, & virtutũ [d] attractiuarũ in ſeipſis fortitudo, aut virtutũ attractiuarũ fortitudo propter fricationis adiutoriũ, & calefactionis cũ emplaſtris, ſicut cũ [f] emplaſtro de pice, & quod ei aſſimilat. Et hoc quidẽ eſt magnitudini propriũ, & nõ numero.

*De cauſis diminutionis.* Cap. 15.

H[g]Ae quidem ſunt, quæ aut in principio prouenerunt creaturæ, ſicut materiei diminutio, aut virtutis [h] alterantis, ſeu virtutis informatiuæ error, aut eius debilitas, aut nocumenta, quæ quandoq; extrinſecus adueniunt, ſicut [h] inciſio, aut percuſſio, aut corruptio, [h] quam fecit frigus, & quandoq; intrinſecus, ſicut herpes heſtiomenus, aut [h] putrefactio.

*De cauſis ſolutionis continuitatis.* Cap. 16.

B IStæ quidẽ ſunt, [i] aut intrinſecus, aut extrinſecus. Quæ vero fiunt intrinſecus, ſunt [i] humor comedens, & cõburens, aut humectans & laxans, aut ſiccans, & findẽs, aut ſicut repletio ventoſa pungens, aut [k] ventoſa extendens, aut humor extendens cũ motu humoris expulſi, aut penetrantis in corpus, propterea, ꝙ fortis motus ipſum ſeparat, aut humor pungens. Et hæ quidem oẽs, aut ſunt propter motus fortitudinẽ, aut propter materiei multitudinẽ, aut ſicut fortitudo motus expulſiuæ non ſ̃m naturalẽ curſum, & ſicut motus ſup̃ repletionẽ. & de his, quæ eis ſimilant eſt vox fortis, & ſaltus, & ſicut apoſtematũ apertio. Cauſæ aũt, quę extrinſecus ſunt, ſunt ſicut corpus [k] extendẽs, vt [k] funis, & põdera: aut quod [k] incidit, vt enſis, aut quod [k] adurit, ſicut ignis: aut quod cõtundit, ſicut lapis: qm̃ huiuſmodi ſi vacuũ inuenerit, cõtũdet, aut ſi repletũ, receptacula findet: aut ſicut corpus, quod perforat, vt ſagitta: aut quod pungit: aut mordet, ſicut canis rabioſus, aut vipera, aut homo.

*De cauſis vlcerum.* Cap. 17.

CAuſæ vlcerũ ſunt apoſtema, quod aperitur, aut plaga, quæ facit pus, aut bothor corroſiuum.

*De cauſis apoſtematum.* Cap 18.

H[l]Arum cauſarũ, quædã ſunt, quæ ſunt ex materia, & quædã ſunt ex diſpoſitione mẽbri. Quę vero ſunt ex parte materiei, ſunt repletiones ex ſex rebus [m] prænoiatis. & quæ ſunt ex parte diſpoſitionũ mẽbrorũ, ſunt ſicut [n] virtus mẽbri expellentis, [n] & debilitas mẽbri recipiẽtis, & quod C eſt præparatũ ad ſuperfluitates recipiendas, [n] aut propter ſuæ ſubſtãtiæ naturã, qm̃ ipſum ſic creatũ fuit, ſicut cutis: [n] aut propter ſui laxitatẽ, ſicut caro laxa, [n] quæ eſt in tribus reflexionibus. ſ. poſt aurẽ in collo, & in aſella, & in inguine, [n] aut propter viarũ, quę ad ipſum perueniũt, dilatationẽ, & earũ, quæ ab ipſo vadũt, coanguſtationẽ: [n] aut propterea, ꝙ inferius poſitũ eſt, aut propter ſui paruitatẽ, [n] qm̃ illud, quod ex cibo ad ipſum venit, colligere nõ valet: [n] aut, ꝑpter debilitatẽ ſui, qm̃ illud, quod ad ipſum venit, ex cibo digerere nõ poteſt propter nocumentũ, quod eſt in ipſo: [n] aut propter percuſſionẽ, quæ materiã in ipſo retinet: aut propterea, ꝙ reſolutio eius deficit ei, quod ab eo reſolui ſolebat ꝑ exercitiũ, [n] aut propter calorẽ ſuperfluũ, qui eſt in ipſo, vnde attrahitur. Et ille quidẽ calor, aut eſt naturalis ſicut carnis: aut non naturalis, quẽ dolor euenire facit, aut motus valde ſuperfluus, aut aliud ex calefacientibus. [o] Ex fractura quoq; ꝓuenit apoſtema ꝑ vnã ex iſtis rebus, quas prędiximus, ſicut cõcuſſio, & mẽbri cõpreſſio, & extẽſio cũ qua mẽbrũ reſtaurat, & ipſum [p] os, imo dens qñq; apatur, qm̃ nutrimẽti recipit augmẽtũ, & infuſionẽ, & putrefactionẽ, ergo recipit apoſtema.

*De cauſis doloris abſolute.* Cap. 19.

ET qm̃ dolor eſt vna ex diſpoſitionibus non naturalibus, quę corpori animalis accidunt in cauſis eius ſermonẽ faciemus vniuerſalẽ. [q] Dicemus igit, ꝙ dolor eſt ſenſibilitas rei cõtrariæ. [q] Omnes vero doloris cauſæ in [r] duobus cõprehenduntur generibus. ſ. genere mutationis cõplexionis D ſubito factæ, & eſt malitia cõplexionis diuerſæ, & genere ſolutionis cõtinuitatis. Per malitiã complexionis diuerſæ, intelligimus, vt mẽbra in ſui ſubſtantia complexionẽ habeant manſiuã: deinde aduenit eis cõplexio extranea huic contraria, ita vt ſit plus calida, aut plus frigida, ꝗ̃ erat. & virtus ſenſibilis rei aduentũ ſentiat cõtrariæ, & fiet dolor: Quoniã dolere nõ eſt niſi cõtrariæ rei cõtrarietatem ſentire. [s] Malitia aũt complexionis manſiuę nullo modo efficit dolorẽ, neq; ſentitur, veluti ſi cõplexio mala, quæ iam eſt in membrorũ ſubſtantia manſiua corrumpit cõplexionẽ principalẽ, & facta eſt ac ſi ipſa eſſet principalis. Iſta enim dolorẽ nõ efficit, qm̃ ipſa nõ ſentitur. Oportet enim ꝙ ſentiẽtes ab illo, quod ſentitur patiantur. [t] Res nanq; nõ patitur propter diſpoſitionẽ manſiuã, quæ ipſam nõ mutat, immo nõ patitur, niſi propter cõtrariũ adueniens, quod eam mutat ad illud, quod nõ erat. [u] Ideoq; hecticã habens, non tantum ſentit inflãmationis, quantũ habens ephemerã, aut tertianã: licet hecticæ calor calore tertianæ ſit maior. Calor enim hecticæ eſt mãſiuus, & in ſubſtantia membrorũ radicalium infixus. & tertianæ calor eſt à vicinitate veniens calidi humoris ad membra, in quibus adhuc naturalis ipſorũ cõplexio ita cõſeruata eſt, ꝙ ſi humor receſſerit, mẽbrũ in ſua remanebit cõplexione; neq; calor ille in eo figetur, niſi ægritudo in hecticã mutata fuerit. Et complexio quidem mala, non diuerſa, non fit manſiua in membro niſi ordinatim. Eſt etiam cum in diſpo-

A Gale. 2. de cau. ſympt. c.2.f, & li. de rigore palpit. c.5.d
B Fen.3. d.2. c.12. & Gal. lib.2. de cau. ſympto. ca.5.b.c
C Fen.3. d.2. c.12. & Gale.2. de cau. ſympto. c.2.f, & de rigore palpit. c.5.d
D Gal. li. de cauſis morb. ca.9.d
F Fen.3. do.4. c.4. & li.2. t.2. ca.539. & li.3. F.13. t.1. c.30. & Fen.20. t.1. c.46. & li.4. Fen.7. t.4. c.4.
G Gal. lib. de cau. morb. ca.9.d
H Haly. li.6. theo. ca.6.
H Halya. ibidem.
I Gal. lib. de cau. morbo. ca.11. h, & Haly. li.6. the. c.7.
k Haly. li.6. theo.

L Gal. li. de cauſis mor. c.6. & de oculis particu.6. c.1.d, quaſi hoc totũ caput accepit ibi de oculis.
M Doc.1. cap.5.
N Haly. li.6. theo. ca.5.
N G. ibi. de oculis ca.1.e, & Haly. ibi.
N G. ibi, & Haly.
N Halya. ibi.
N Gal. ibi.

O Gale. de oculis, particu.6. ca.1.e
P Doc.1. c.5. & li.3. F.1. t.3. c.1. F.7. c.1. & Gal. li.5. de compoſi. med. ſecundũ loc. ca.8.e.f
Q Li.3. F.1. t.2. c.1. & G.2. de loc. affe. ca.2.d
R Gale. 12. meth. c.7.e, & l. art. med. c.80.c, & 2. de rat. vict.1.b.c

S Gal.2. de ſympt. cau. c.5.a, & Haly. 6. theo. ca.16.

T Lib. de vir. cor. t.1. ca.4.

V De vir. cor. t.1. cap.4. & Halya.6. theo.16.

in diſpoſitione ſanitatis inuenitur hoc intellectui proximũ.[a] & hoc eſt qm̃ ei, qui ſe in hyeme ſubito balneat, ſi ſe cum aqua calida immo tepida lauat, accidit ei ex ipſa horripilatio, & læſio, qm̃ corporis eius qualitas ab eo eſt longinqua & ei cõtraria: poſtea vero vtitur ea, & delectatur ex ea, ſicut gradatim mutatur, vel remouetur frigus, quod in ipſo erat inhærens, vel agens. Deinde autẽ cum aliqua hora in caſa balnei interiore ſederit, fiet corpus eius aqua illa calidius, & cum illa eadẽ aqua prima repente eo inſcio ſuper eum proijcietur, horripilationem ab eo patietur, & ſentiet ex ea frigiditatem. Cum igitur hoc ſciuiſti dicemus: ꝙ licet vnum ex generibus cauſarum doloris ſit malitia cõplexionis diuerſæ: non tñ omnis malitia cõplexionis diuerſæ: immo calidũ eſſentialiter & frigidum eſſentialiter, & frigidũ eſſentialiter, & ſiccũ accidentaliter: &[b] humidũ nullo modo dolorẽ faciunt. Calor enim & frigiditas ſunt duæ qualitates agentes: & ſiccitas, & humiditas ſunt duæ qualitates patientes: quarum virtutes non ſunt, vt per eas corpus imprimatur in corpus, ſed vt per eas corpus à corpore imprimatur. Siccitas vero per accidẽs facit dolorem, qm̃ alterius generis eam ſequitur cauſa, quæ eſt continuitatis ſolutio. eſt enim cum ſiccitas propter ſuæ cõſtrictionis fortitudinem fit cauſa ſolutionis cõtinuitatis.[c] Gal. vero cum verificatur intentio, ad hoc ea reducit, vt eſſentialis cauſa doloris non ſit niſi ſolutio continuitatis, & non aliud, & ꝙ[d] calidum dolorem non facit, niſi propterea ꝙ continuitatẽ ſoluit: & neq; etiã[d] frigidum dolorem efficit, niſi propterea ꝙ continuitatis ſolutio ipſum comitatur: propter multã nanq; ſpiſſitudinem, & coadunationẽ ipſum proculdubio ſequitur, vt partes ad locũ aggregentur, vbi ſpiſſantur, & vt à loco ſeparentur à quo trahuntur. Et[e] in quodam ſuorũ librorum ſm̃ hanc ſententiã in tantũ proceſſit, donec opinari fecit, ꝙ omnia ſenſibilia nocumentũ faciũt, propter huiuſmodi videlicet faciunt nocumentũ, propter eius ſeparationẽ, aut propter coadunationẽ, ad quã ſeparatio ſequitur. Nigrum itaq; in viſibilibus dolorem efficit propter ſuæ coadunationis fortitudinẽ, & albũ propter ſuæ diſgregationis vehementiam: & amarũ, & ſalſum, & acetoſum in guſtatis dolorẽ efficiunt, propterea ꝙ fortiter diſpergunt, & ponticum, ideo quia vehementer coadunat, quod proculdubio ſeparatio ſequitur. & in odoratis ſimiliter. & propter hoc in fortibus ſonis fit dolor, ideo ꝙ diſpergũt propter motus aeris fortitudinem, cum obuiat alſemach. Verus aũt ſermo in hoc capitulo eſt, vt complexionis mutatio ponatur genus ex quo dolor eſſentialiter prouenit, licet cum eo quãdoq; continuitatis ſeparatio contingat. huius tñ declaratio verificata, in medicina nõ continetur, ſed in parte ſapientiæ naturali, ideoq; ad ipſius ſummã parumper innuemus. Dicemus igitur, ꝙ eſt, cum dolor eſt ſimiliũ partiũ in membro dolente, & cõtinuitatis ſolutio, nullo modo ſimiliũ erit partiũ. Cum enim inueniatur dolori in partibus in quibus non eſt ſolutio continuitatis, nõ ergo erit ibi dolor propter ſolutionẽ continuitatis, immo propter cõplexionis malitiam. Et etiã frigus facit dolorẽ, vbi conſtringit, & coadunat, & omnino vbi infrigidat. & ſolutio quidẽ continuitatis non eſt vbi infrigidat, immo in extremitatibus locorum infrigidatorũ. Amplius dolor proculdubio eſt, ſentire impreſſoriũ contrariũ ſubito ſm̃ ꝙ eſt contrarium, & dolere faciens, eſt ſenſatum contrariũ ſubito: & diffinitio conuertitur: nam omne ſenſatum contrarium ſubito, ſm̃ ꝙ eſt contrariũ, eſt faciens dolorem. Nonne vides, ꝙ ſiquis frigus cõplexionem corrumpens ſenſerit, vnde cõplexionẽ corrumpit, & nõ fuerit, verbi gratia ab eo accidens ſolutio cõtinuitatis, tunc ille non'ne ſentiet contrarium? & non'ne erit ille dolens? Ex hoc itaq; ſcies, ꝙ mutatio complxionis ſubito, cauſa exiſtit doloris: quemadmodũ ſolutio cõtinuitatis. & dolor quidem caliditatem commouet, & fit fortior dolor. Eſt etiam cum poſt dolorem remanet res, quæ ſenſum doloris habet, nec tamen eſt dolor certus, ſed eſt ex ſumma rerum, quæ per ſe reſoluuntur. & torpidus quidem in medicando laborat, & nocet ei.

*De cauſis cuiuslibet doloris.* Cap. 20.

DOlorum genera, quæ nomina habent, hæc ſunt prurituius, aſperatiuus, pungitiuus, cõpreſſiuus, extenſiuus, contuſiuus, frangitiuus, laxatiuus, perforatiuus, acualis, ſtupefactiuus, pulſatiuus, grauatiuus, laſſitudinalis, mordicatiuus. Iſta quidẽ ſunt quindecim genera.[f] Cauſa aũt pruritiui doloris, eſt humor acris, aut ſalſus. &[f] doloris aſperatiui cauſa, eſt humor aſper. Et[f] cauſa doloris pungitiui, eſt humor, qui panniculũ extendit in latitudine, ſicut eius ſeparans continuitatem, &[f] quãdoq; eſt æqualis in ſenſu: & quandoq; nõ eſt æqualis. Et ille, qui nõ eſt æqualis, aut eſt propterea ꝙ illius ſup quod extenditur panniculus, aut illius, quod ab eo tangitur, ſeu veſtitur, partes nõ ſunt ſimiles in duritie & lenitate, ſicut[g] ſe habet furcula ad pãniculũ tegentẽ intrinſecus coſtas, cum apoſtema in pleureſi fuerit attrahẽs ex ſuperiori parte:[g] aut nõ ſunt illius partes ſimiles in ſitu ſuo, ſicut diaphragma illi pãniculo: aut propterea ꝙ ſenſus mẽbri nõ eſt ſimilis in partibus eius: aut propter naturã: aut propter nocumẽtũ, quod alicui accidit ſuarũ partiũ, & nõ alijs.[h] Extenſiui doloris cauſa, eſt ventoſitas, aut humor qui neruũ, aut muſculũ extendit, ac ſi ipſum ad ſuas trahat extremitates.[i] Et doloris quidẽ compreſſiui cauſa, eſt materia, quæ mẽbro ſuum coanguſtat locũ, aut ventoſitas, quæ ipſum coanguſtat, & fit quaſi deſuper cõprimeretur & conculcaret. Sed cauſa contuſiui doloris, eſt materia, quæ inter ſuũ muſculũ, & ſuum panniculũ penetrat, & panniculum extendit, & continuitatem ſoluit panniculi, immo muſculi.[i] Et cauſa doloris frangitiui, eſt materia, aut ventoſitas, quæ interponitur media inter os & panniculum, qui tegit ipſum: aut frigus, quod illum panniculum fortiter ſtringit.[i] Cauſa vero doloris laxatiui, eſt materia, quę carnem muſculi extendit & non ipſius chordam. & hoc quidem neque vocatus eſt laxatiuus, niſi propterea, ꝙ caro eſt laxior neruo & chorda, & panniculo.[k] Et perforatiui doloris cauſa, eſt materia groſſa, aut

A Gal.3.de ſa. faeul.ca.8.
B Lib.3.F.11. & Fen.16.t.1. Gal.li.2.de ... medi. ſm̃ loc.
C Li.1.de cauſ. ſympto.c.6.g.h.i
D Halya.6.de ca.16.
E 1.de cauſ. ſy. c.6.h, & Haly.
F Gal.2.loc.aff. ca.7 fo.11.g.h
F Gal.ibi.e.f
F Gal.ibi.ca.5.
F Gale.ibi.ca. fo.11.b.c
G Li.3.F.10.t.4.
G Gal.ibi.c.7.b.c
H G.li.2.loc.aff. ca.5.c,& c.7.h.a
I G.ibi.c.7.fo.11.
I G.ibi.c.7.fo.11.
K Lib 3.Fen.16.t. cap.12. & Gal.ibi. ca.5.d.e



aut ventoſitas, quæ retinetur inter tunicas mẽbri duri & groſſi, ſicut inteſtini colon: quæ inceſſanter ipſum rumpit, & in ipſum penetrat ſtimulando, ac ſi terebello perforaret.[a] Acualis aũt doloris cauſa, eſt ipſa eadẽ materia in hmõi mẽbro: ſed eſt retenta in hora, qua rũpit.[b] Et ſtupefactiui doloris cã, eſt, aut fortis frigoris cõplexio, aut pororũ penetrationis ſpũs ſenſibilis, qui ad mẽbrũ venit, clauſura cũ ligatura: aut receptaculorũ repletio.[b] Cauſa vero doloris pulſatiui, eſt apã calidũ, & nõ frigidum. frigidum.n. quocunq; modo fuerit, ſiue ſit durũ, ſiue ſit molle: dolorẽ non efficit, niſi in calidũ cõuertatur.[b] Neq; etiã dolor pulſatiuus ex apãte calido accidit, niſi hoc modo. ſ. cum apoſtema cõtigerit, & mẽbrũ, quod eſt ei vicinũ fuerit ſentiẽs, circa quod exiſtunt arteriæ, q̃ ſemp pulſant. Cum.n. membrũ ſanũ fuerit, arteriæ motus nõ ſentietur pp ipſius profunditatẽ: ſed cũ infirmatur, & apoſtematur, eius pulſatio dolorẽ efficit.[b] Et doloris quidẽ grauatiui cauſa, eſt apã in mẽbro nõ ſenſibili, ſicut pulmone, rene, & ſplene. Illud.n. apã ſua grauitate trahit inferius, & mẽbrũ inferius trahiť per ſenſibilẽ faſcia ipſum circundantẽ, & ſuſpenſoriũ à quo oritur faſcia: & faſcia quidẽ & ſuſpenſoriũ ſentiũt, qñ inferius trahitur. Aut apã in mẽbro ſenſibili, cuius ſenſum ipſa ægritudo iam deſtruxit, ſicut cancer in ore ſtomachi, cuius ponderoſitas ſentitur, nec tñ dolorẽ efficit: propterea, ꝙ ipſe ſenſum deſtruxit.[c] Laſſitudinalis aũt doloris cauſa, aut eſt labor: & vocať dolor laſſitudinalis laborioſus,[c] aut humor extendens, & vocať, ꝙ accidit ex eo laſſitudo extenſiua: aut[c] ventoſitas, & vocať illud, quod accidit ex eo laſſitudo inflatiua, aut humor mordicãs, & vocať illud, quod accidit ex eo laſſitudo vlceroſa. Et ex eis quidẽ proueniunt cõpoſitiones: queadmodũ eas in[d] locis ſuis declarabimus, qui ſunt eis proprij.[e] Et ex ſumma cõpoſitionũ, eſt laſſitudo, q̃ apoſtemoſa vocať, q̃ eſt cõpoſita ex extẽſiua, & vlceroſa.[f] Et mordicatiuus dolor eſt ex humore, qui qualitatẽ habet acutã.

*De cauſis ſedandi dolorem.* Cap. 21.

CAuſa ſedationis doloris, aut eſt, quod abſcindit cauſam, ex qua ipſe prouenit, & ipſam euacuat: ſicut anethum, & lini ſemen cum ſuper locũ dolentem ex eis fit emplaſtrum,[h] aut quod humectat, & ſomnum inducit, vnde virtus ſenſibilis profundatur, ſeu interiora petit, & dimittit ſuam operationem, ſicut inebriantia: aut cum quo infrigidatur, & ſtupidum efficit, ſicut omnia narcotica. Sedans tamen certum eſt primum.

*De eo quod prouenit ex dolore.* Cap. 22.

D[i]Olor virtutem diſſoluit, & membra à ſuis proprijs operationibus prohibet, adeo, vt membra ſpiritualia ab aeris prohibeat attractione, aut eius deſtruat operationem, & facit eum interſectum, aut frequentem, & omnino non ſecundum naturalem curſum. & eſt cum in primis calefacit membra, poſtea infrigidat, propter illud, quod reſoluit, & fugat de ſpiritu & vita.

*De cauſis delitiarum.* Cap. 23.

DElitiarum quoq; cauſæ in duobus ſunt comprehenſæ generibus. vnum ipſorum eſt genus,[k] quod alterat cõplexionem non naturalẽ ſubito, vt ex hoc accidat ſenſatio. & alterũ eſt illud, quod naturalẽ continuitatẽ ſubito reducit. Nulla.n. res, quæ nõ ſubito venit, ſentitur: neq; delitiæ ex ea habentur.[l] eſt nanq; delitias ſentire cõueniens. Et omne quidẽ ſentire per virtutem eſt ſenſibilem, & ſentire eſt propter paſſionẽ ſui. Cumq; ſentire fuerit cum cõueniente, aut nõ conueniente, erunt delitiæ, aut dolor ſm̃ illud, quod imprimitur. Et propterea ꝙ tactus omnibus ſenſibus eſt ſpiſſior, & magis retinens illud, quod recepit ex impreſſione conueniente, aut non conueniente,[m] erit ſenſatio conueniens in eo, qui habet naturã ſpiſſiorem vehementioris delitiæ, & ſenſatio nõ conuenientis vehementioris leſionis, ſeu doloris, q̃ ſenſatio, quæ alijs virtutibus propria exiſtit.

*Ad ſciendum, quomodo motus dolorem efficit.* Cap. 24.

M[n]Otus dolorem efficit, propter illud, quod cum eo accidit ex extenſione: aut contuſione, aut attritione.

*Ad ſciendum, quomodo mali humores dolores efficiunt.* Cap. 25.

HVmores mali dolorẽ efficiunt,[o] aut propter ipſorum qualitatẽ, ſicut cum mordicationem faciunt: aut ſua multitudine, ſicut cum extenduntur, aut propterea, ꝙ vtraq; coniunguntur.

*Ad ſciendum, quomodo ventoſitates dolorem efficiunt.* Cap. 26.

V[p]Entoſitas dolorem efficit propter extenſionem. & ventoſitas quidem extendens,[q] aut erit in membrorum concauitatibus, & ipſorum ventriculis, ſicut inflatio in ſtomacho, aut in tunicis membrorum, & eorum villis, ſicut in colica ventoſa: aut in tunicis muſculorum, & ſub panniculis,[q] & ſuper oſſa: aut in circuitu muſculorum inter ipſos & carnẽ laxam, & cutem: aut occultata in membro, ſicut occultatur in muſculis pectoris, & ipſius quidẽ reſolutio, ſiue ſubita ſit, ſiue multo moretur tempore,[r] ſecundum multitudinẽ ſuæ materiæ, & ipſius paucitatem exiſtit, aut groſſitiem ſuæ materiæ, & ſubtilitate ipſius, aut ſpiſſitudinem membri, aut ipſius raritatem.

*De cauſis eius, quod retinetur, aut euacuatur.* Cap. 27.

REtentionis & euacuationis cauſas ſcire erit ei facile, qui ea conſiderauerit, quæ de retentione[s] diximus, & euacuatione. Illud igitur ibi legat.

*De cauſis eius nauſeatiuæ ſacietatis.* Cap. 28.

HAe quidem aut ſunt extrinſecæ, & ſunt primitiuæ, ſicut cum aliquis regimine vtitur, vnde multa prouenit humectatio, & corpus nõ indiget humectatione cibi & potus. & ideo cum hæc duo coniuncta fuerint ſimul, multiplicabitur in corpore materia, & corrumperetur operatio naturæ in ipſa,[t] ſicut multoties ingredi balneum, &[t] præcipue poſt comeſtionem: & reſolutionem prohi-

A Lib.3.Fen.16.t.5. ca.12.& Gal.ibi.
B G.li 2.loc.affec. ca.2.e.f
B Gal.ibi. c.3.g.h, & ca.7.g
B Gal.ibi.h.a
B Gal.ibi.c.4.b
C Gal.lib. de cau. morb.c.2.e, & li.3. de ſani.tuen.c.5.e
C Gal.ibi,& lib.3. de ſani.tuen.ca.5.e
D Fen.3.d.2.ca.12.
E Ga.li.2.apho.5.
F Gal.2.loc.affec. ca.7.fo.11.h
G F.4.c.30.& Gal. li.12.meth.c.8.c, & Gal.li.5.ſimpl.medi.ca.19.a
H F.4.c.30.& Ga. de phar.cõpo.ſecũ dum loc.c.1.lib.3. fo.141.e
I G.li.1.prognoſt. c.34.e, & 5.de vict. ratione.33 e,& li.2. de ſympt.cau.ca.5. fo.23.e
K G.li.1. de cauſis ſympto.c.6.g.a
L G.li.2.loc.affec. ca.2.d
M Gale.1. de cau. ſympto.c.6.c
N Gal.2.apho.48. &.12 meth.ca.7. e, &.4.loc. affe. c.7.c
O Ga.li.2.apho.5.
P Gal.4.loc.affec. ca.7.c.d
Q G.li.14. meth. ca.7. e
R Gal.2.loc.affec. ca.5.e
S Sum.1.ca.17.
T Gal.li.de cauſis morb.c.5.h.a

prohibentia, ſicut quies: & dimittere exercitium, & euacuationem.[a] & in comedendo & bibendo E importunitas, & regiminis malitia. Aut intrinſecæ, & ſunt ſicut virtutis digeſtiuæ debilitas, quæ non digerit: aut debilitas virtutis expulſiuæ, aut retentiuæ virtutis fortitudo: quapropter remanebunt humores, & exterius non exibunt: aut cannalium coanguſtatio.

*De cauſis debilitatis.* Cap. 29.

CAuſa debilitatis. aut erit veniens ſuper corpus membri, aut ſuper ſpiritum, qui erit virtutis lator, quæ in membro miniſtrat, aut ſuper ipſam virtutem. Illa vero cuius cauſa in membro propria exiſtit, eſt aut malitia cõplexionis manſiua, & proprie frigida, licet etiã ſit, cum calor illud efficit, ideo ꝙ eius operatio frigiditatis operationi in ſtupore ſimilis exiſtit, propterea ꝙ corrumpit complexionem ſpiritus, quemadmodum accidit[b] ei, qui multam in balneo moram facit, immo ei cui aduenit ſyncopis, & ſiccitas, propterea ꝙ virtutes penetrare prohibet, ideo ꝙ inſpiſſat. Et humiditas, propterea ꝙ laxat, & oppilat, aut aliqua ex ægritudinibus compoſitionis. Sed quæ ex illis maiorem proprietatem habet, ne in homine appareat, neq; nocumentum, neq; ægritudo, neq; dolor, eſt raritas texturæ illius membri in ſuis villis.[c] Omnes nanq; operationes naturales, & voluntariæ, per villos & ipſorum compoſitionem complentur. Digeſtioni quoq; bonæ neceſſaria eſt retentio ſm cõgruam diſpoſitionem, & hæc quidem per villos exiſtit. Illud vero in quo eſt cauſa ſpiritui propria, eſt aut propter complexionis malitiam, aut propter reſolutionẽ euacuatione facta, F quæ eſt ei propria: aut ſm modum ſequendi euacuationes alterius. Et illud quod eſt virtuti proprium, eſt operationum multitudo, & ipſarum reiteratio, qm̃ virtutem debilitat, licet ſpiritus reſolutio cum eo aſſocietur, quemadmodum aſſociatur cauſa ad cauſam. Cumq; cauſas ſm alium connumerauimus modum, & remotas cauſas cum eis miſcuerimus, quæ cõiunctarum cauſarum exiſtunt cauſæ,[d] inueniemus ex eis cauſas ex malitia complexionis, & cauſas ex corruptione aeris, & aquæ & comeſtionis. Et ex eis ſunt, quæ ſpiritum perturbãt,[e] vel concutiunt primo, ſicut fœtor & aqua alterata, ſeu fœtida, & venenoſarum virtutum expanſio in aere, aut in corpore.[f] Ex ſumma cauſarũ præterea debilitatis ſunt, quæ ex euacuatione pendẽt, ſicut ſanguinis exitus, & ventris ſolutio, & proprie in ſubtilibus humoribus, & aquę hydropicorũ[g] inciſione extracta, cum eius quantitas multa ſubito extrahitur: & perforatio magni apoſtematis, cum ab eo multũ pus ſubito exierit, ſiue ipſum per ſe aperiatur,[h] & ſudor multus & exercitium plurimum.[h] Dolores etiam cum ſpiritum reſoluunt, licet quandoq; complexionẽ permutent. Et ex ſumma iſtorum quidem dolorum ſunt, qui maioris exiſtunt impreſſionis,[h] ſicut dolor oris ſtomachi, ſiue ſit extenſiuus, ſiue mordicatiuus. Et omnis dolor, qui eſt cũ propinquitate parti cordis.[h] Febres quoq; ſunt ex eis, quæ debilitatem faciunt propter reſolutionem, & euacuationẽ ſanguinis & ſpiritus, & cõplexionis mutationem.[i] Amplitudo quoq; pororum eſt ex eo, quod ad hoc adiuuat, vt debilitas, quæ ex reſolutione G prouenit, accidat.[k] Et multa fames huius exiſtit modi. Eſt etiã cum totius corporis debilitas vnius membri, aut partis membri ſequitur debilitatem, quemadmodum corporis debilitas propter malitiam, quę ori ſtomachi accidit, quę tanta eſt, vt eius virtus reſoluatur, & cum alicuius cor, & cerebrum à quolibet nocumẽto vehemẽter patitur, erit homo hic velociter incurrens anguſtiã, & qui ex pauca reſoluitur cauſa. Et eſt cũ cauſa debilitatis exiſtit multitudo tolerantiæ ægritudinũ.[l] Et eſt cum aliquod membrũ in creatione eſt debilius quodã, aut alio debilius exiſtit, ſicut pulmo & cerebrum: ideoq; erit recipiens, quod fortius natura à ſeipſo expellit: locus.n. cerebri proprius, ſi altus nõ eſſet, ex tali modo res proueniret, quã tolerare nõ poſſet, neq; eius virtus cum ipſo remaneret.

DOCTRINA III. *Fen ſecundæ, cuius ſunt. x i. cap. & duæ ſummæ.*

*De accidentibus & ſignificationibus.* cap. 1.

ACcidentia & ſignificationes ſecundũ vnamquamq; trium prædictarum diſpoſitionum vnam trium declarant ſignificationum: aut rem pręſentem, de qua dicit[m] G. ꝙ ſoli confert infirmo, in eo quod facere debet: aut rem præteritam, de qua dixit G.[m] ꝙ ſoli prodeſt medico, quoniam declarat ipſum in ſua arte excellentem, & eius cõſilio magis credunt:[m] aut rem futuram, de qua dixit G. ꝙ vtriq; confert medico, quia demonſtrat ipſum in ſua ſcientia excellentem, & infirmo, quia demonſtrat qualiter ipſe ſit regendus. H Significationum ſanarum quædam ſunt, quæ complexionis ſignificant æqualitatem, quas in ſuo loco[n] nominabimus. Et quędã ſunt,[o] quæ ſignificant coæqualitatem cõpoſitionis, ex quibus ſunt ſubſtantiales, quæ verbi gratia ſunt, vt ſit creatura, & ſitus, & quantitas, & numerus, ſm ꝙ oportet. Et hæ quidẽ diſpoſitiones[p] diuiſę fuerũt.[p] Et ex eis ſunt accidentales, ſicut decoratio, & pulchritudo.[p] Et ex eis ſunt finales, & ipſæ ſunt, quæ fiunt ex cõplemento operationem, & quæ incedendo ſm perfectionẽ proueniunt.[q] Omne.n. membrũ cuius operatio cõpletur eſt ſanum: modus aũt ex operationibus cognoſcendi, eſt ſm membrorũ principaliũ diſpoſitiones.[r] Secundũ cerebrũ quidẽ eſt per diſpoſitiones operationũ voluntariarũ, & per diſpoſitiones ſenſus, & per operationes exiſtimationis.[r] Et ſm cor quidẽ eſt per pulſum, & per anhelitũ. Et ſm hepar quidẽ eſt per egeſtionẽ & vrinã: ipſius nanq; debilitatẽ[s] egeſtio, & vrina loturæ recentis carnis ſimiles ſequuntur. Accidentium aũt quæ ægritudines ſignificant, quædã ſunt quæ ipſam demonſtrãt ægritudinẽ,[t] ſicut diuerſitas pulſus in velocitate ſui in febre: ipſe nanq; ipſam ſignificãt febrẽ. Et quædã ſunt, quę ægritudinis ſignificãt locũ,[t] ſicut pulſus ſerinus, cũ in parte pectoris fuerit dolor: qm̃ ſignificat, ꝙ apoſtema eſt in panniculo, & in diaphragmate, & ſicut[u] pulſus vndoſus in ſimili huic, quoniam ſignificat, ꝙ

apoſtema

A G.li.de his q purga. oportet

B Gal. de vtili. reſpira. ca.4.b

C Gal.li.4. de par.c.8.a.b, & li.1. ca.14.f, & li.2. facul.c.8.f

D Gale.12.med ca.5.c

E Gal. de vtili. reſpir. ca.4.h

F Gal.li.2. de vict.47.g, & 3.

G Li.3. Fen.14. capi.13. & Gal. apho.27.

H Gal.2. de rat. vict.47.g

I Gal.lib.9.meth. ca.5.a

K Gal.2. de ratio. vict.47.g

L Gal.li.14. de vi par.ca.7.h

M Li.1. prognoſ.

N Cap.4.

O Gal.li.art.med. ca.8.g

P Doc.1.ca.4.

P Gal.ibidem.

Q G.li. de diff. morb.c.2.c, & li. de cõſti. art. med ca.10.h

R Lib.3. Fen.11. ca.4. & Gal.li. art. medici.ca.10.c

R Gal.ibi.c.19.

S G.li.5.loc.affec. c.7.f.34.f.g, & li. loc.affec.c.5.c

T Ga.li.2. de criſi ca.10.g

V G.li.4. de cauſis pulſ.ca.12.f, & li. pulſib. ad tiro. c. pi.11.fo.43.f



A apoſtema eſt in corpore pulmonis. Et quædam ſignificant ægritudinis cauſam, ſicut ſignificationes repletionis per diuerſitatem ſuarum diſpoſitionum, quarum quiſq; modus aliquem repletionis modum ſignificat. Amplius accidentium quædam ſunt ſubſtantialia, vel eſſentialia, quæ cum ægritudine incipiunt, & finiuntur,[a] ſicut febris acuta, & dolor pungitiuus, & coanguſtatio anhelitus, & tuſſis, & pulſus ſerinus cum apoſtemate lateris. Et quædam ſunt, quæ notam horam non habent, & ægritudinẽ quandoq; ſequuntur, quandoq; non, ſicut dolor capitis cum febre.[b] Et ſunt quædam, quæ in fine rei eueniunt, de quibus ſunt ſignificationes criſis, & maturitatis ſignificationes, & ſignificationes prohibitionis maturitatis, & ſigna mortis: harum aũt plurimæ ſunt in ægritudinibus acutis. Significationum præterea aliæ ſunt, quæ in eo, quod de membris apparet, ſignificant: quæ ſunt ex eis ſumptæ, quæ proprie ſentiuntur,[c] ſicut colorum diſpoſitiones, & diſpoſitiones[d] tactus in duritie, & mollitie, & in caliditate & frigiditate, & in reliquis: aut ex ſenſibilibus communibus, & ſunt ea, quæ ſunt ſumpta ex creatura membrorum, & ipſorum ſitibus, & motibus, & quietibus. Et fortaſſe illa ſignificabunt ipſorum diſpoſitiones occultas:[e] ſicut labij ſaltus vomitũ. Ipſorum præterea quantitates augmentatæ ſi fuerint aut diminutæ, & eorum numeri, fortaſſe occultorum diſpoſitiones ſignificabunt membrorum, quemadmodum[f] curtitas digitorum, quæ hepatis paruitatem ſignificat.[g] Et ſignificationes quidẽ ſicut icteritiæ, an ſit nigra, an cholerica, ſunt B res viſibiles.[g] Et ex rugitu ſuper inflationẽ & malitiam digerendi, eſt audibile:[g] huiuſmodi quoq; ſunt cognitiones per odores & ſapores oris, & reliqua. Et cognitiones phthiſis & hecticę[h] per vnguium gibboſitatem ſunt viſibiles, ſed ſunt de cap. eorum, quæ ſentiuntur cõmuniter. Eſt autem cum quod manifeſte ſentitur, rem ſignificat occultam, quemadmodũ[h] rubor α pomi maxillæ, pulmonis portendit apoſtema, & gibboſitas vnguis vlcus pulmonis. Ex cognitionibus vero, quæ habentur ex motibus & quietibus, trahitur res, quam modo narrabimus. Significationes vero, quæ ſumuntur ex modo quietis, ſunt ſicut apoplexia, & epilepſia, & ſyncopis, & paralyſis. Et quæ ex motu ſumũtur ſunt, ſicut horripilatio, & tremor, & ſingultus, & ſternutatio, & oſcitatio, & alices, & tuſſis: & ſaltus, & ſpaſmus cum incipit ſpaſmari. Et earum ſunt quædam, quæ proueniunt[i] ex operatione naturæ principaliter, ſicut ſingultus, & quædam, quæ[i] proueniunt ex operatione naturæ accidentaliter, ſicut ſpaſmus & tremor. Et earum, quædam ſunt voluntarię purę, ſicut æſtuatio, & reuolutio de latere ad latus, & quædam ſunt cõpoſitæ ex naturali, & voluntaria, ſicut tuſſis, & mictus, & egeſtio. Et iſtarum quidem, quædã ſunt, in quibus voluntas præcedit naturam, ſicut tuſſis: & quædam in quibus natura præcedit voluntatem, ſicut mictus, & egeſtio, cum voluntaria non cito vult efficere. Accidentium autem à natura ſine voluntate prouenientium, quædam ſunt, quæ excitant ſenſus: ſicut horripilatio: & quædam, quæ ſenſus non excitant, ſeu non cõmo C uent. quoniã non ſentiuntur, ſicut ſaltus. Hi autem motus diuerſificantur, aut propter diuerſitatem ſuarum eſſentiarum, quoniam tuſſis in ſeipſa fortior exiſtit q̃ ſaltus: aut propter diuerſitatem numeri motuum, quoniã ſternutatio plures numeros motuum habet, q̃ tuſſis.[k] Tuſſis enim completur motione membrorum pectoris,[l] ſed ſternutatio completur coniunctione motuum membrorum pectoris, & capitis ſimul. Sed quantitas timoris in eis eſt differens, quoniã motus ſingultus ſicci maioris eſt timoris, q̃ motus tuſſis, licet ſit tuſſis fortior: per quod autẽ natura iuuatur, eſt cum quandoq; adiuuatur per inſtrumentũ eſſentiale, & principale, ſicut cum iuuatur in expellendo ſtercus à muſculis ventris. Et eſt cum per inſtrumentũ iuuatur extraneum, ſicut iuuatur in tuſſiendo ab aere. Principiorum vero earum diuerſitates, aut ſunt ex membris, ſicut tuſſis, & nauſea: aut ex diuerſitate virtutum agentium, qm̃ ſaltus principium, eſt naturale, tuſſis vero principiũ eſt animale. Sed & per materiæ diuerſitatem: quoniã tuſſis eſt ab excreatione, & ſaltus à ventoſitate. Hæ ergo ſignificationes ſignificant in eo, quod de membris apparet. Et plurima eorũ demonſtratio eſt ſm diſpoſitiones manifeſtas. Eſt tamen cum occultas demonſtrat diſpoſitiones, α ſicut rubedo pomi maxillæ, quæ pulmonis apoſtema declarat. Et de ſignis etiam ſunt, quæ ægritudines demonſtrãt occultas. Quapropter oportet illũ, qui ægritudines vult cognoſcere occultas, β vt[m] anatomiæ notitiam adeptus ſit, ad hoc, vt per eam ſcientia ſubſtantiæ cuiuſcunq; membri acquiratur, D ſi eſt carnoſum, aut non carnoſum, & cuiuſmodi eſt eius forma: ideo vt ſciat, verbi gratia, ſi apoſtema hoc, quod habet hanc figuram eſt in eo, aut in alio ex parte, qua, an ſit proportionatum figuræ eius, aut non proportionatum, & ſciat ſi eſt poſſibile, ꝙ in ipſo aliquid retineatur, vel non, ſed id labi facit, quod recipit, ſicut ieiunum: & ſi eſt poſſibile, ꝙ in ipſo aliquid retineatur, aut ꝙ aliquid ab eo labatur. & quæ res ſit, quam in ipſo retineri ſit poſſibile, aut ab eo labi, donec eius locum ſciat, quatenus per ipſum iudicet de eo, quod in ipſo ſentitur de dolore, aut apoſtemate, ſi eſt in ipſo, aut ab eo longinquum. Et ſciat eius ſocietatem, ita vt iudicet ſi habet dolorẽ per ſe, aut propter ſocietatem: & ſi materia ab ipſomet proceſſerit, aut à ſuo ſocio ſibi influxit. Et ſi ſuperfluũ, quod ex eo ſeparatur, eſt de ſubſtantia ipſius, an ipſum eſt via per quam materia in ipſum penetrat, quę ab alio ſeparatur, donec ſciat illud, quod comprehendit, vt noſcat ſi eſt poſſibile illud, quod euacuatur, ab ipſo euacuatum fuiſſe. Et vt membri operationem ſciat, donec ipſius cognoſcat ægritudinem ex nocumento, quod in eius accidit operatione. Totum vero hoc per anatomiam ſcire potes. Scias præterea, ꝙ medico, qui vult ægritudines regere, quæ in membris exiſtunt occultis,[m] β neceſſaria eſt anatomia. Cumq; anatomiæ ſcientia ei acquiſita fuerit, oportebit poſt hoc totum ipſum ſtudere in ſignificatione ægritudinum[n] occultarum ſm ſex regulas.[o] Quarum prima eſt de nocumento

A Li.3.Fen.10.t.4. ca.2.& Gal.li.1.de criſi.ca.5.h, & li.5. loc.affec.ca.3.g

B G.li.1.apho.12.h

C Gal.li.art.med. ca.8.g

D Gal.li.de ſymp. differen.c.5.d.e

E Gal.li.3.de criſi. ca.11.fo.144.e

F Li.3. Fen.14.t.1. ca.3.& c.30. & Raſ. 17.conti.te.1. ca.2. 181.2.

G G.li. de ſympt. differen.ca.5.b

G Gal.ibi.e

G Gal.ibi.b

H Gal. lib.1.loc. affec.ca.5.d

H Gal.ibi.c

*Infra* α

I G.li.2.de ſympt. cau.c.1.f, aliter.

K Gal. lib.2. prognoſt.43.b

L Lib.7.apho.51.

*Supra* α

*Infra* β

M C.2.& G.li.art. med.ca 74.h, &.1. loc.affec.c.1.fo.3.e

M Gal.ibi.

*Supra* β

N Ga.li.art.med. ca.75.a

O Haly.li.9.theo. ca.1.

 opera-

operationum: & tu quidem operationes cum ſuis qualitatibus & quantitatibus iam [a] ſciuiſti, quarum ſignificatio eſt prima & perdurans.[a] Secunda vero eſt de eo, quod euacuatur, cuius ſignificatio perdurans quidem eſt, ſed non eſt prima. Et perdurans quidem eſt, propterea ꝙ in ipſa ſemper confidunt. Et prima quidem non eſt, ideo ꝙ ſignificat mediante digeſtione, aut priuatione digeſtionis.[b] Tertia autem eſt dolor, & [b] quarta eſt de apoſtemate, & [b] quinta eſt de ſitu, & [b] ſexta eſt de accidentibus manifeſtis,[b] {proportionatis.} Et eorum ſignificatio non eſt prima, neqꝫ perdurans, & in vnaquaqꝫ earum ſermonẽ diuiſim faciam. Ex operationibus vero ſignificatio habetur, quoniam cum operatio non ſm naturalem proceſſerit curſum, qui eſt ei, ſignificatur ꝙ virtuti accidit nocumentum, & virtutis nocumentum ægritudinem ſequitur, quæ eſt in membro, in quo eſt virtus. Operationum vero nocumenta ſunt ſecundum tres modos.[c] Operationes enim aut minuuntur ſicut oculi minuitur viſio, & rem videt minorem ꝗ ſit, & à propinquiore ſpatio: & ſicut ſtomachus cum durius digerit, & tardius, & minorem quantitatem. Aut mutantur ſicut cum oculus videt illud, quod non eſt, aut videt rem non ſicut eſt: & ſicut ſtomachus cum cibum corrumpit, & ipſum male digerit. Aut deſtruuntur, ſicut oculus cum non videt, & ſtomachus cum nullo modo digerit. Eius autem quod euacuatur, & quod retinetur ſignificationes multis ſunt modis: aut enim ſignificãt ex parte retentionis nõ naturalis, ſicut cum retinetur res, quæ ſolebat euacuari, quemadmodum accidit illi: cuius vrina retinetur, aut egeſtio:[d] aut ſignificant ex parte euacuationis nõ naturalis, & hoc quidem aut erit de ſubſtantia membrorum, aut nõ erit ita. Sed quod eſt de ſubſtantia membrorum tribus ſignificabit modis, aut enim per ſuiipſius ſubſtantiã ſignificabit,[e] ſicut annuli, qui expuuntur, herpetem heſtiomenum in canali pulmonis ſignificant: aut ſignificabit per quantitatem ſui,[e] ſicut cortices cum in dyſenteria egrediuntur. nam ſi fuerit groſſus, ſignificat ꝙ vlcus in groſſis exiſtit inteſtinis, & ſi ſubtile, ſignificat ꝙ in ſubtilibus eſt inteſtinis: Aut ſignificabit per colorem ſuum, quemadmodũ hypoſtaſis [f] petaloidis, quæ ſi fuerit rubea ſignificat,[f] ꝙ eſt in membris carnoſis, ſicut renibus. & ſi alba, ſignificat ꝙ eſt in mẽbris neruoſis, ſicut in veſica.[f] Quod vero ſignificat illud, quod non eſt de ſubſtantia membrorum, ſignificat, aut quia ipſius egreſſio nõ eſt naturalis, ſicut humores ſani, & ſanguis cum exierit: aut ꝙ eſt nõ naturale in qualitate ſui,[f] ſicut ſanguis corruptus, ſiue conſueuerit exire, ſiue non: aut quod eſt non naturale in ſubſtantia abſolute, ſicut [f] lapis: aut ꝙ eſt non naturale quantitate ſui, licet naturalis ſit eius exitus. Et iſtud eſt, aut propterea ꝙ augetur, aut propterea ꝙ minuitur, ſicut ſtercus & vrina, cum pauca fuerit, aut multa: aut vt ſit non naturale in qualitate ſui, licet exire ſoleat, ſicut ſtercus & vrina, quæ ſunt nigra: aut ſi egrediatur à parte non naturali, licet exire cõſueuerit, ſicut ſtercus & vrina [g] cum in ægritudine ileos per ſuperiora egrediuntur.[h] Doloris autem ſignificationes in duobus comprehenduntur generibus. Et illud eſt quoniam dolor, aut ſignificat per ſuum locum. verbi gratia, quoniam ſi fuerit in dextra, erit in hepate, & ſi in ſiniſtra in ſplene. Et eſt cum per ſuam ſpeciem ſignificat, quæ ſit ipſius cauſa: quemadmodum diximus [i] in doctrina cauſarum, verbi gratia, quoniam ſi fuerit grauatiuus, ſignificabit apoſtema, quod eſt in membro non ſentiente, aut cuius ſenſus deſtructus eſt. Et extenſiuus multam ſignificabit materiam. Et mordicatiuus materiam ſignificabit acutã. Apoſtematis autem ſignificationes, tribus exiſtunt modis: aut enim ſunt ex ſubſtantia ſui: ſicut eryſipelas, quod choleram ſignificat rubeam, aut ſcliroſis, quæ choleram demonſtrat nigram, aut ex loco ſui,[k] ſicut cũ fuerit in dextra ſignificat, verbi gratia, ꝙ eſt apud hepar, aut in ſiniſtra ſignificat, quod eſt ex parte ſplenis: aut per figuram ſui, qm̃ cum apud dextram fuerit, & [l] fuerit lunare, ſignificat ꝙ eſt in ipſo hepate, & ſi longum fuerit, ſignificat ꝙ eſt in muſculo, qui eſt ſuper ipſum. Situs vero ſignificationes, aut ſunt ex locis, aut ex communitatibus. Et ex locis quidem apparentes ſunt. Et ex cõmunitate quidem ſunt, ſicut per nocumentum, quod [m] eſt in digito, ex cauſa antecedente cognoſcitur, ꝙ eſt propter nocumentum, quod ſexto ex paribus neruorum colli accidit.

E — A Fen.1.doc.4. pi.1.23.&c. A Haly.& G. B Haly.li.9.the. ca.1. *B proprijs* C Gal.li.de diff. ſympto.cap.3.& ca.4.a.c

F — D Gale.lib.1.de affec.ca.5 b E Gale.lib.1. affec.ca.1.c E Gal.ibi.d F Sum.2.ca.6. F Gal.ibi.d,a. F Gal.ibi.f G Gal.li.3.de cauſis ſympto.ca.1.g H Halya.9.theo. ca.1.

G — I 2.ca.10. K G.li.1.loc.affec. ca.5 b L Li.3.Fen.14. ca.3.& Halya.li. theo.ca.1 &.30. M G.li.1.loc.af. ca.6.b.c, & lib. pi.10.c.

*De ſignis diſtinguentibus inter ægritudines proprias, & aſſociatas eis.* *Cap.* 2.

ET quoniam eſt, cum ęgritudines in principio accidunt in membro,[n] & eſt cum accidunt propter aſſociationem, quemadmodum [n] caput ſtomacho in ſuis aſſociatur ægritudinibus, tunc oportet vt ordinemus differentiam inter has duas res per ſignum diſtinguens. Dicemus igitur, ꝙ oportet nos conſiderare, quæ prius accidit, & autumabimus ꝙ [o] ipſa eſt principalis, & altera eſt ei aſſociata: & conſiderabimus etiam, quæ eſt illa, quæ remanet poſtquã altera finitur, & autumabimus, ꝙ ipſa eſt principalis, & ꝙ altera eſt aſſociata.[o] & econtra, quoniã aſſociata exiſtimatur, ex eo, quod eſt illa, quæ accidit poſtrema, & ꝙ ſedatur cũ ſedatione primæ. Et tñ eſt cum ex hoc prouenit error, & hoc eſt, qm̃ fortaſſe ægritudo principalis non erit percepta ſenſu, neqꝫ doloroſa in principio ſui, ſed poſtea ſentiemus ipſius impedimentum, poſtꝗ aſſociata ægritudo apparuerit, quæ pro certo eſt illa, quæ poſt ipſam accidit, & eſt eã ſequens: exiſtimabitur ergo, ꝙ aſſociata, & accidentalis ſit illa, quæ eſt principalis ægritudo. Et eſt cum non percipitur, niſi accidentalis tm̃, & quæ non eſt principalis ponitur principalis. Semita vero obſeruandi ſe ab hoc error eſt, vt medicus mẽbrorum noſcat cõmunitatem, quod quidem erit ex ſua [p] ſcientia in anatomia: & nocumenta ſciat, quę vnicuiqꝫ accidunt membro, quorum quædã ſunt ſenſu percepta, quædam non percepta: & moretur in ægritudine, & neqꝫ iudicet de ea ꝙ ſit principalis, niſi poſtquã conſiderauerit, quid ſit poſſibile, quod ei accidat ipſam ſequens.[p] Aegrum ergo interroget de ſignificationibus ægritudinum, quas membris ægro membro aſſociatis poſſibile eſt accidere, quæ non prius erant ſenſu perceptæ,

H — N G.li.1.loc.af. ca.6.c O Gal.li.de com. art.c.16.a.b,& li. loc.affec.c.8.fo. c,& lib.3.ca.1.c,& ca.5.a.b P Cap.1. P Halya.ibi.





A neqꝫ doloroſæ dolore apparente, neqꝫ cõmouentes accidentia, quæ ſunt eis propinqua, ſed nec etiã eas ſequuntur res, niſi quæ ab eis ſunt longinqua nõ ſenſu percepte, ęger quoqꝫ ignorat, ꝙ ſint accidentia illi longinqua radici. Iſtud tamẽ nõ dignoſcitur, niſi ſapientia medici.[a] Plurimũ vero, quod ex eo ad memoriã reducit eſt, cum operationũ impedimentum cõſideratur. Cumqꝫ operationum impedimentũ inuenerit antecedens, iudicabit, ꝙ ægritudo illa eſt aſſociata, licet quædã membrorũ ſint talia, ꝙ plurimum diſpoſitionũ ipſorum eſt, vt ſint eorũ ægritudines aliorum membrorũ ęgritudines ſequentes.[b] Capitis enim ſm plurimum ſuarum diſpoſitionũ, ſunt ægritudines per ſocietatem ſtomachi. Sed illud conuertere eſt perparum. Et nos quidẽ coram tuis manibus [c] ponemus ſigna complexionum principalium & accidentalium ſm modum cõmunem. Quæ vero vnicuiqꝫ membro ſunt proprie in [d] ſuo dicentur cap. Quæcunqꝫ aũt ex ſignificationibus ægritudinũ compoſitionis manifeſtæ fuerint, ſenſus dignoſcet. Sed quæ occultæ fuerint, exceptis repletione, & oppilatione, & apoſtematibus, & ſolutione cõtinuitatis, in dictione vniuerſali cõprehendere eſt difficile. Et ſimiliter illud, quod ex repletionibus & oppilationibus, & apatibus, & ſolutione cõtinuitatis vnicuiqꝫ mẽbro propriũ exiſtit. Melius igit̃ eſt, vt hoc totũ dictionibus reſeruet̃ particularibus.

A G.li 2.loc.affec. cap.8. fol. 14. c, & Haly.li.9.theo.c.1. B Gal.3. loc.affec. ca.7.c C Cap.3. D Lib.3.

*De ſignis complexionum.* *Cap.* 3.

B SIgnorum genera quibus cõplexionum dignoſcuntur diſpoſitiones ſunt decem: vnum eorũ eſt [e] tactus. Et modus quidẽ quo cognoſcit̃, eſt, vt conſideret, an tactui ſani ſit æqualis in terris temperatis, & aere temperato: nam ſi æqualis fuerit, ſignificabit æqualitatẽ. Quod ſi patiatur ab eo tactor complexionẽ habens ſanam, & infrigidetur, aut calefiat, aut ipſum ſentiat naturali molliorẽ, aut duriorem, aut aſperiorem ꝗ naturalis, neqꝫ fuerit ibi cauſa ex aere, aut balneatione cum aqua, aut alia re, quæ mollitiem addat, aut aſperitatẽ, eſt tunc ex cõplexione nõ temperata. Et ex diſpoſitione quidẽ vnguium manus in mollitie, & ſiccitate ipſarum, poſſibile eſt cognoſcere cõplexionis corporis diſpoſitionẽ: ſi nõ fuerit illud propter cauſam extraneam. licet [e] mollitiei, & duritiei iudicium non ſit [e] ſtabile, niſi prius æqualitatis inter caliditatẽ & frigiditatem ſignificationes præceſſerint. nam ſi nõ ita fuerit, poſſibile erit, vt caliditas durũ tactum & aſperũ mollificet, nedum illum, qui eſt temperatus propter reſolutionẽ ipſius, & faciat exiſtimari, ꝙ ſit mollis & humidus natura, & frigiditas mollem tactum induret, nedum illũ, qui eſt temperatus, propterea ꝙ multũ congelat & inſpiſſat, & opinabitur, ꝙ ſit ſiccus,[e] ſicut in [e] {niue} & pinguedine {niuem enim} frigiditas coagulat cõgelando, & pinguedinẽ ingroſſando. Eorum aũt plurimorum, qui frigidæ [f] ſunt complexionis, corpora mollia ſunt, licet ſint macra, qm̃ cruditas multa conſiſtit in eis. Secundũ vero eſt genus ſignorũ ex carne & adipe aſſumptorum, qm̃ caro rubea cum multa fuerit, humiditatẽ ſignificabit & caliditatẽ, & exiſtit ibi ſoliditas. Et ſi pauca fuerit, & adeps multus non ibi affuerit, ſignificabit ſiccitatem. C Pinguedo aũt & adeps ſemper frigiditatẽ ſignificant, & eſt cum eis laxitas.[f] Et ſi cum hoc fuerit venarum anguſtatio, & ſanguinis paucitas, & hoc habenti aduenerit debilitas ex fame propter minorationẽ ſanguinis naturalis, qui eſt præparatus ad illud, quo membra ex nutrimento indigent, ſignificabit, ꝙ cõplexio huiuſmodi eſt radicalis naturalis. Et ſi hæc alia ſigna nõ affuerint, ſignificabit, ꝙ eſt cõplexio acquiſita. Pinguedinis aũt & adipis diminutio ſemper caliditatem ſignificat, qm̃ pinguedinis, & [g] adipis materia, ſanguinis eſt vnctuoſitas, & earum factor eſt frigiditas, & propter hoc in [h] hepate minorantur, & ſunt in inteſtinis multæ. Et neqꝫ ſunt ſuper cor multæ pluſquã ſuper hepar, niſi propter materiã: non. n. propter complexionẽ & formã, ſed propter curam naturæ pendentem cum tali materia.[h] Pinguedinis aũt & adipis congelatio ſuper corpus minuitur, & augetur ſm minorationẽ caloris, & ipſius augmentũ. Et corpus quidẽ carnoſum abſqꝫ multa adipe & pinguedine, eſt corpus calidum & humidũ. Quod ſi fuerit caro rubea multa cum pinguedine & adipe pauca, ſignificabit humiditatem ſuperfluam: & ſi ſuperflua fuerit, humiditatis & frigiditatis ſignificabunt ſuperfluitatẽ, & ꝙ corpus frigidum factum eſt & humidum. Et ex corporibus quidem, quod magis eſt macrum, eſt frigidum & ſiccum, & poſtea calidum & ſiccum, deinde ſiccum quod in caliditate & frigiditate temperatum exiſtit: poſtea calidum, quod eſt in humiditate, & ſiccitate temperatum. Tertium vero genus,[i] eſt ſignorum ſumptorum ex capillis. Et D ipſa ſunt, quæ ſumenda ſunt ex parte horum modorum qui ſunt, velocitas originis, & ipſius tarditas: & [k] multitudo eorum, & paucitas ipſorum: ſubtilitas & groſſitudo eorum, planities [k] & criſpitudo. Et eorum color eſt vna ex radicibus in hoc. Signa vero ex velocitate natiuitatis eorũ, aut tarditate, aut prohibitione originis ipſorum ſumpta ſunt, ꝙ illi, qui tarde naſcuntur,[k] aut non naſcuntur, cum nõ affuerint ſignificationes, quæ corpus penitus ſanguinẽ non habere demonſtrent, ſignificant ꝙ complexio vehementer eſt humida. Quod ſi manifeſtauerint, non erit corpus illius humiditatis, immo ad ſiccitatẽ declinabit. Ipſius vero caliditas & frigiditas ex alijs ſignis, quæ iam diximus, cognoſcuntur.[k] Cum autẽ caliditas & ſiccitas coniungentur, capilli multo citius naſcentur, & erunt multi & groſſi, quoniã multitudo caliditatem ſignificat, & groſſities multam fumoſitatem: ideoqꝫ in iuuenibus eſt amplius ꝗ in pueris: quoniã puerorum materiæ vaporoſæ ſunt, & non fumoſæ. Et horum contraria ipſorum ſequuntur contraria. Significatio autem ex parte figuræ eſt, ꝙ [k] criſpitudo ſignificat caliditatem & ſiccitatem.[k] Eſt tamen cum foraminum & pororum inuenit tortuoſitatem: ſed iſtud non mutatur cum alteratur complexio. Duæ vero primæ cauſæ alterantur alteratione complexionis, & planities huius ſignificat contrariũ. Ex parte autẽ coloris, [l] nigredo ſignificat caliditatem, & ſubalbedo ſignificat frigiditatem, & ruſedo, & rubedo ęqualita-

E Gal.li.2.de tempera.ca.3.f, & Raſ. 1.2.ca.2.3. E Gal.ibi.f E Gal.ibi.c.4 b E Gal.ibi.f *E glacie* *E glaciem.n.* E Gal.li.2. de tempera.ca.6.c F Gal.ibi.ca.4.c G Gal.li.16.de vſu par.ca.2.h H G.li.1.de tẽper. ca.9.fo.15.d H Gal.li.2. de tempera.ca.4.c.d I Gal.li.2. de tempera.ca.5. K Ariſt.li.5.de generatione animaliũ c.3. k Gal.ibi.a k Gal.ibi.g.h k Gal.ibi.b L Gal.2. de tẽper. ca.5.a.e, & Halya. li.1. theo.21.t.c.17.

tem ſignificant: & albedo ſignificat aut frigiditatem, aut humiditatem vehementem, ſicut canities: E aut fortem ſiccitatem, ſicut accidit vegetabilibus cum ſiccantur, quæ ex ſua nigredine, aut viriditate tranſeunt ad albedinem: & hoc quidem non accidit hominibus, niſi in fine ęgritudinum ſiccantium. Et canitiei quidem cauſa apud [a] Ariſtotelem eſt conuerſio ad colorem phlegmatis, & [b] apud G. eſt [b] {atacharugi,} quæ nutrimentum comitatur, quod ad capillos venit cum frigidum fuerit, & fuerit motus eius, & ipſius penetratio in poris tardata. Cumq; duas dictiones conſideraueris, inuenies eas pro certo propinquas, quoniam cauſa in albedine coloris phlegmatis, & cauſa in albedine atacharugi eſt vna. Et de hoc quidem phyſicus tractare debet.[b] Poſt hoc aeres & regiones in re pilorum operationẽ habent, quæ eſt obſeruanda, non.n. expectatur, ſeu exiſtimatur, ꝙ per ruſedinem capillorum in nigro ſignificetur complexio æqualis, quę ei inhæret, neq; per nigredinem capillorum in alſachalebi ſignificatur complexio calida, quæ inhæreat ei ſm ipſum. Aetates etiã in re capillorũ operantur, qm̃ iuuenes ſunt ſicut meridionales: & pueri ſicut ſeptentrionales: & ſenectus eſt ſicut medij. Pili præterea in puero multi, ſignificãt, ꝙ ipſius complexio cum creſcet ad melancholiam conuertetur, & in ſene ſignificat, ꝙ in præſenti eſt melancholicus. Quartũ vero genus ſignorum, eſt ſumptũ ex colore corporis. Albedo.n. ſignum eſt priuationis ſanguinis, aut paucitatis ipſius cum frigiditate, qm̃ ſi cum caliditate eſſet, & humore cholerico, eſſet citrinitas.[c] Et rubeus quidem ſignificat multitudinẽ ſanguinis, & caliditatem: & citrinus, & rufus ſignificant caliditatẽ, F ſed citrinus eſt magis ſignificans choleram, & rufus ſanguinem, aut ſanguinem cholericum. [d] Et quandoq; citrinus, ſanguinis ſignificat priuationem, licet non ſit ibi cholera, quemadmodum accidit in conualeſcentibus.[d] Fuſcus autẽ vehementem ſignificat frigiditatem, ob quam minuitur ſanguis, & congelatur ille paucus, & ad nigredinem conuertitur, & cutis mutat colorem. Et brunus ſignificat caliditatẽ. Et melongianus frigiditatem ſignificat, & ſiccitatem, qm̃ color eſt, qui puram choleram nigram ſequitur. Sed [d] gypſeus puram frigiditatẽ ſignificat, & rem phlegmaticam.[d] Et plumbeus frigiditatem & humiditatem ſignificat cum pauca re melancholica, qm̃ eſt albedo cum pauco viriditatis. Erit ergo albedo ſequens colorem phlegmatis, & complexionem humiditatis: & viriditas ſequens ſanguinem cõgelatum, qui trahit ad nigredinem, qui cõmiſtus phlegmati factus fuit viridis: & [d] eburneus frigiditatem ſignificat phlegmaticam cum pauca cholera rubea.[e] Et ſm plurimum quidem mutatur color propter hepar ad citrinitatem, & albedinẽ, & [f] propter ſplenem ad citrinitatem & nigredinem. [g] Et in ægritudinibus hæmorrhoidarũ ad citrinitatem & viriditatem, & non eſt hoc ſemper, immo quandoq; diuerſificatur. Significatio vero ex colore [h] linguæ ſuper complexionem ſtomachi, & inteſtinorum, & venarũ quietarum in corpore eſt fortis. Et ſignificatio ex colore oculorũ ſuper complexionem [i] cerebri eſt fortis. Et fortaſſe eſt cum in vna ægritudine duorũ colorum diuerſitas in duobus contingit mẽbris, [k] ſicut cum albeſcit lingua, & nigreſcit G facies in vna ægritudine, quemadmodũ in icteritia, quæ propter vehementiam acuitatis choleræ rubeæ accidit. Quintum vero genus eſt ſignorum ex forma membrorum aſſumptorum, qm̃ complexionem calidam ſequuntur [l] pectoris amplitudo, & extremitatum magnitudo, & ipſarũ complementum in quantitate earum abſq; coanguſtatione, & ſine curtitate, [m] & venarum amplitudo, & earum apparitio, & [n] pulſus magnitudo, & fortitudo ipſius, & magnitudo muſculorũ, & propinquitas eorum ex iuncturis: qm̃ operationes augmentatiuæ, & compoſitiuæ formæ, caliditate complentur. Et frigiditatem ſequuntur omnium horum contraria, qm̃ propter eam deficiunt virtutes naturales à complemento operationum virtutis formatiuæ, & generatiuæ, [o] & complexionẽ ſiccam ſequitur aſperitas. & iuncturarũ manifeſtatio, & apparitio cartilaginũ in epiglotti: & naſo: & eſt naſus æqualis. Sextum vero, eſt genus ſignorum ſumptorũ ex velocitate paſſionis mẽbrorũ. Membrum enim cum cito caleſit abſq; difficultate, eſt calidæ cõplexionis, [p] qm̃ conuerſio in genere proportionali eſt facilior conuerſione ad contrarium: & ſi cito infrigidatur, res erit econtrario propter eandem cauſam. Quod ſi aliquis dixerit, ꝙ oportet vt res ſit huic cõtraria. Nos nanq; pro certo ſcimus, ꝙ res non patitur, niſi à ſuo cõtrario, & nõ à ſuo ſimili, ſed ex hoc verbo, quod tu præmiſiſti, prouenit, vt paſſio à ſimili ſit dignior. Reſponſio erit, ꝙ ſimile à quo nõ patitur res, eſt illud cuius qualitas, & qualitas illius quod ei ſimile exiſtit, eſt vna ſpecie & natura.[q] Quod autẽ calidius H eſt alio, nõ eſt ſimile ei, quod eſt minus calidum: immo duo calida, quorũ vnum eſt calidius, diuerſificantur: & illud quidem quod eſt minus calidum cõparatione eius quod eſt calidius, eſt frigidum. [r] Patitur ergo ex hoc vnde eſt frigidum comparatione illius, & non calidum. Patietur etiam ab eo, quod eſt ipſo frigidius, & à frigido: vnum tamen eorum ipſius qualitatem auget, & præbet ei augmentum, quod eſt in ipſo fortius, & alterum minuit qualitatem, ipſius ergo alteratio ad id, quod in ſui qualitate præſtat augmentum, & mutat illud, quod in ipſo eſt fortius, erit facilior: licet ſit hic alia cauſa, quæ alicui eorum, quæ in natura ſeu complexione cõmunicant, ſeu conueniunt eſt propria, & eſt remiſſior, ſeu diminuta in ea, ſicut illud, quod in ſui natura calidæ exiſtit cõplexionis, nõ cito recipit in ſe calidi operationẽ, niſi propterea, ꝙ caliditas deſtruit operationẽ contrarij, quod eſt frigidũ impediens illud, quod cõplexio calida vult efficere de augmento in calefactione. Cum ergo ſibi occurrunt, & prohibens deſtruitur, iuuant ſe ambo in calefaciendo, & eorũ adiutoriũ ſequitur duarũ qualitatũ fortitudo cõpleta. Cum vero extrinſeca caliditas æqualitatẽ deſtruere voluerit calor innatus: q eſt intus, erit res fortior in reſiſtẽdo, adeo vt venena calida nõ refrenet, neq; expellat, neq; ipſorũ corrũpat ſubſtantiã, niſi calor innatus. Calor nãq; innatus naturæ eſt inſtrm̃, qđ caloris

euenientis

A Li.5. de generat. animal.ca.4.
B Li.2. de tempe. ca.5.e
*B ſitus, vel m cor*
B Gal.ibi.c
C Gale.lib.3. pro gnoſt.34.d, & li.4 de ſanit. tuen.c.4 fo.84.b
D Raſ.t.2.c.1.
E Li.3. Fen 13.t.1. c.17.& F.14.t.2.c. & Gal.li.1. de loc. affec. ca.5.d, & li.5 ca.7. folio.34.b, & Raſ.ibi.
F Lib.3.Fen.15.t.1. ca.1.& Gale.lib.1. loc.affec.ca.5.d, & li.5.ca.7.fo.34.b
G Li.3.Fen.17.c.2.
H Li.3.Fen.13.t.1. ca.17.
I Lib 3.Fen.1.t.1. c.13 & Raſ.t.2.c.1.
K Lib.3.Fen.13.t.1. ca.4.
L Gal.li.art.med. ca.29.f
M Ga.li.2.de tempera.c.4.c, & li. art.med.ca.37.a
N Lib.1. de cauſ. pulſ.ca.4.c
O D.2.ſum.2.c.1. & Raſ.t.2.c.1.
P Lib.2.t.1.ca.3.& Ariſt.2 de generat. rex.24.&.26. Fen. doc.3.c.1.
Q Gal.3.de ſimpl. ca.8.b
R Lib.2.t.1.c.1.



A euenientis expellit nocumentum, propterea ꝙ ſpiritum mouet ad ipſum expellendum, & ad eius vaporem remouendum, & ad ipſum reſoluendum, & ipſius materiam adurendum. Et frigidi etiã aduenientis nocumentum per contrarium expellit. Hanc vero proprietatem nõ habet frigiditas: non enim impugnat, neq; refrænat niſi aduenientem caliditatem per contrarium tantũ, quia non impugnat aduenientem frigiditatem. Et calor quidem innatus eſt ille, qui humores naturales tuetur, ne eis caliditates extraneæ dñentur. Calor nanq; innatus cum eſt fortis, poteſt natura ipſo mediante in humoribus miniſtrare ſm modum maturandi & digerendi: & cuſtodire eos ſm ſanitatẽ: & mouentur humores ſm modum miniſtrationis ipſius: & prohibentur moueri ſm modum miniſtrationis caloris extranei, quare non putreſiunt. Sed cum calor iſte eſt debilis, fatigatur natura, & à regimine humorum abſtinet propter inſtrumenti debilitatem, quod inter ipſam & humores eſt mediũ & ſtat: & calor extraneus inuenit ipſum non occupatum in regimine. Comprehenduntur ergo ab eo, & facit eos obedientes, & motu extraneo ipſos mouet, & accidit putrefactio. [a] Calor igitur innatus virtutum omnium eſt inſtrumentũ: [b] Sed frigiditas eſt ei inconueniens: & neq; prodeſt, niſi accidentaliter. Ideoq; dicitur calor innatus, & non dicitur frigiditas innata, neq; proportionatur ad frigiditatem illud, quod ex colcodea corporis ad caliditatem proportionatur. Septimum autẽ eſt diſpoſitio ſomni, & vigiliarum qm̃ æqualitas amborum ſignificat cõplexionẽ tẽ-B peratam, præcipue in cerebro, & augmentum [c] ſomni ſignificat frigiditatem, & humiditatem, & [d] augmentum vigiliarum ſignificat ſiccitatem & caliditatem, proprie in cerebro. Octauũ autẽ genus eſt, quod ſumitur à ſignis operationum.[e] Cum enim operationes ſm naturalem curſum procedunt plene, & perfecte, ſignificant cõplexionis æqualitatem. Quod ſi à parte ſua ad motus mutentur ſuperfluus, ſignificant complexiones caliditatẽ. Et ſimiliter ſi properauerint, qm̃ caliditatẽ ſignificãt, ſicut augmenti velocitas & [f] velocitas natiuitatis capillorũ, & natiuitatis dentiũ. [g] Quod ſi debilitentur, & pigreſiant & [g] tardentur, ſignificant complexionis frigiditatem. Eſt tamen cum eorum debilitas, & ocioſitas, & tarditas, ſunt cadentes propter cõplexionem calidã, licet illud eſſe non poſſit abſq; mutatione à curſu naturali cum debilitate. Et eſt etiam cũ plures naturalium operationum deficiunt propter caliditatem, & minuuntur, ſicut ſomnus: quoniam fortaſſe eſt cum deſtruitur propter calorẽ cõplexionis calidæ, aut minuitur: Et ſimiliter eſt cum augetur aliqua diſpoſitionũ naturalium propter [h] frigiditatẽ, ſicut ſomnus: ſed tamen non erunt ex ſumma operationum naturalium abſolute, immo cõditionaliter, & per cauſam. [i] Somni nãq; neceſſitas inuita & ſanitate, non eſt neceſſitas abſoluta, immo propterea vt ſpiritus ab impedientibus ſeparetur propter illud, quod ei accidit ex laſſitudine, aut propterea, ꝙ eſt ei neceſſariũ incumbere ſuper digeſtionem cibi: & propterea ꝙ non poteſt perficere duas res. Sõni igitur neceſſitas non eſt [i] niſi ex parte ali-C cuius impotentię: & eſt exitus à neceſſitate naturali, licet ſit exitus ille naturalis ab eo, vnde eſt neceſſarius: naturalis enim dicitur de neceſſario cõitate nominis. Et hæc pars verior ſignificatio non eſt, niſi ſuper complexionem æqualem, & illud ſm ꝙ æquantur operationes & cõplentur. Eius vero ſignificatio ſuper caliditatem & frigiditatem, & ſiccitatẽ & humiditatem, eſt ſignificatio probabilis. Ex genere autẽ operationum fortium, quæ calorem ſignificant, eſt fortitudo vocis, & eius groſſitudo, & loquendi velocitas, & ipſius continuitas, & ira, & feſtinatio motionum, & palpebrarum citatio: licet ſit cum iſta adueniunt non propter cauſam cõem, immo propter cauſam mẽbro operationis propriam. Nonum vero genus eſt expulſio ſuperfluitatũ à corpore, & qualitates eorum, quæ expelluntur. Expulſio enim cum non aufertur: & illud, quod ex ſtercore, & vrina egreditur, & ſudore, & alijs, eſt [k] acutum habens odorem fortem, & tincturam ex eis, quæ tincturam habere conſueuerunt, & aduſtionem, & decoctionem ex illis, quæ aſſationem & decoctionem ſolent habere, eſt calidum. Quod vero diuerſum eſt ab hoc eſt frigidum. Et genus quidem decimum eſt ſumptum ex diſpoſitionibus virtutum animæ in ſuis operationibus, & paſſionibus [l] ſicut vehemens velocitas ad iram, & fortis, [m] mobilitas in opinionibus, & [n] ingenioſitas, & intellectus, [o] & audacia, & [p] inuerecundia, & bonitas exiſtimationis, & bonitas ſpei, & impietas, & impigritia, & morum virilitas, & celeritas in motibus, & operationibus, & pauca ocioſitas, & parum pati ab D vnaquaq; re, ſignificat caliditatẽ. Eorum autẽ contraria frigiditatẽ. [q] Et iræ perſeuerantia vel firmitas & manſuetudo, & imaginari, & rememorari, & reliquorũ, ſignificant ſiccitatẽ. A [r] paſſionibus vero cito remoueri, ſignificat humiditatem. Ex hac quidem ſecta eſt inſomnietas, & ſomniũ, qm̃ ille in cuius [s] complexione eſt dominium caliditatis, videt ſe quaſi ad ignem calefieri, aut ſicut ille, qui ſedet ad ſolem. [s] Et ille in cuius complexione eſt frigiditas dominãs, videt ſe ſicuti eſſet in niue, aut quaſi in aquam mitteretur frigidam. Amplius vnuſquiſq; humorem habens dñantem videt illud, quod ſuo pertinet humori, quẽadmodũ dicunt. Hoc autem totũ quod nominauimus, aut plurimum eius, eſt de modo ſignificationum cõplexionũ principalium, quæ ſunt ab initio creaturæ. Complexionũ vero extranearũ accidentaliũ illam, quæ calida eſt, ſignificat inflammatio corporis nociua, & à febribus noceri, & debilitas virtutis apud motiones propter cõmotionẽ caliditatis, & ſitis ſuperflua, & inflammatio in ore ſtomachi, & amaritudo in ore, & pulſus declinãs ad debilitatẽ, & velocitatem, & vehementiã, & frequentiam, & cui omnia calefacientia in regimine adhibita nocent, & quẽ infrigidantia curant, & cuius diſpõ in æſtate mala exiſtit. Cõplexionis autẽ frigidæ non naturalis ſigna ſunt, parum digerere, & ſitis pauca, & iuncturarũ laxitas, & ex phlegmate febres multæ, & cui reumatiſmi nocent, & comeſtio infrigidantiũ, & vt per calefacientia curetur, &

vt

A F.1.do.16.ſũ.1.c.3.& G.li.8.de Hip. & Plat.decre. c.7.e
B F.1.do.6.ſũ.1.c.3.
C G.li.art.med.c.22.c, & lib.de ple.c.11.g
D Ga.ibi.c.18.h, & lib. de pleni.c.11.g, & cõm.1. in primũ porrhe.Hip.5.
E G.l.2. de tẽpera. c.1.g,h
F G.li. art. med.c.14.g
G F.1 d.6.ſũ.1.c.3. & li.3.F.1.t.1.c.5. & t.4.c.11.& G.2.loc. aff.c.8.fo.14.b, & 3. c.5. e, f, & 2. de cã ſymp.c.7.b,c
H Ariſ.li. de ſom. & G.li.2.apho.3.
I Ariſ.lib. de ſom.
k Raſ.t.2.c.1.
L G.l. art. med.c.29.e
M G.c.12.e
N G.ibi.
O G.Cap.29
P G.ibi.Cap 33.
Q G.ib.ex art.medic.c.31.
R G.ibid.Cap.32.
S G.l.de digno.ex inſomniis.

vt in hyeme malam habeat diſpoſitionem. Signa vero humiditatis non naturalis ſunt pertinentia E ſignis frigiditatis, & eſt cum eis laxitas, & ſaliuæ fluxus, & mucilaginis, & ventris ſolutio, & digerẽdi malitia, & impedimentum, quod eſt à regimine, quod eſt humidum, & multus ſomnus, & inflatio palpebrarũ. Sed ſigna ſiccitatis non naturalis ſunt aſperitas, & vigiliæ, & macies accidentalis, & læſio à regimine in quo eſt ſiccitas, & malitia diſpõnis in autũno, & curari per id, quod humiditatẽ efficit, & curatio præſens per aquam calidam, & oleum ſubtile, & fortis receptio eorum.

*De comprehenſione ſignorum complexionem habentis æqualem.* Cap. 4.

SIgna [a] eius aggregata excepta de alijs, quæ diximus, ſunt æqualitas tactus in caliditate & frigiditate, & ſiccitate & humiditate, & mollitie & duritie: æqualitas coloris in albedine & rubedine, & figuræ mediocritas inter groſſitiem & maciem, quæ tamen magis declinet ad groſſitiem. Et ipſius venæ ſunt inter ſubmerſas & ſuper carnem procedentes, quæ ſunt ſeparatæ, & egredientes: & æqualitas capillorũ in multitudine & paucitate criſpitudinis & planitiei, & in tempore pueritiæ declinent ad rufedinem, & in tẽpore iuuentutis ad nigredinem aliquantulum: Et æqualitas diſpoſitionis ſomni & vigiliarum, & membrorũ in ſuis motibus conuenientia & facilitas, & fortitudo in imaginatione, & intellectu, & memoria: & in moribus mediocritas inter ſuperfluitatem & diminutionem, videlicet inter multam audaciam & timorem, & inter iram & patiẽtiam, & impietatem & miſericordiam, & furioſitatem vel iracundiam, & manſuetudinem, & ſuperbiam, & deiectam animam, F & in operationibus omnibus complementum, & ſanitas, & bonitas augmenti, & velocitas in ipſo, & longitudo ſtatus. Et erũt ipſius ſomnia delectantia, in quibus imaginãtur, odores boni, & voces delectabiles, & palatia noua ornata. Et hanc quidem habens complexionem faciem hilarem, amabilem, & iucundam habebit. Et erit temperatus in deſiderio comedẽdi & bibendi. Et erit bonæ iſtimbre in ſtõ, & hepate, & venis, & aſſimilatione in toto corpore. Et tẽperatus in expellendo ſuperfluitates à ſe ex canalibus, quæ illud efficere conſueuerunt.

*De ſignis eius, qui egreditur ab æqualitate ſuperflue.* Cap. 5.

ISte eſt, cuius complexiones [b] membrorũ non ſimilantur: immo fortaſſe membra ipſi pricipalia in exitu ab æqualitate ſibi contraria exiſtunt, & vnum eorum ad vnam egreditur cõplexionẽ, & aliud ad eius contrariam. Cumq; eius compoſitio diſſimilis fuerit, erit malus, & ingenio ſui, & intellectu [c] ſicut ille, qui magnum habet ventrem, & [c] digitos curtos, & [c] faciem & caput rotũdum, & ſtaturam magnam, aut ſtaturam paruam, & in facie, & fronte carnis multitudinem, & etiam in collo & pedibus, & eſt eius facies mediæ ſphæræ ſimilis. Et ſi ipſius [d] mandibulæ magnæ fuerint, erit valde diuerſus, & ſimiliter ſi caput & frons rotunda fuerint, ſed facies valde longa & collum vehementer groſſum, & in oculis motus habuerit tarditatẽ, erit hoĩbus oĩbus à bonitate remotior.

*De ſignis repletionem ſignificantibus.* Cap. 6. G

REpletio ſm duos exiſtit modos. [e] Eſt enim repletio ſm vaſa, [e] & eſt repletio ſm virtutem. Repletio vero ſm vaſa eſt vt ſint humores & ſpiritus. & ſi in ſuis qualitatibus boni exiſtant, in quantitate ſui ſuperflui adeo ꝙ vaſa impleuerint & extenderint: hoc autem habens ſm timorem motus exiſtit. [f] Eſt naq; cum repletio venas ſcindit, & ad ſuffocantia fit fluxus, & accidit ſuffocatio, aut epĩia, aut apoplexia. [g] Cuius quidem ſanatio eſt, vt cito cum minutione ſuccurratur. Repletio autem ſm virtutem eſt, vt non ſit nocumentũ ex humoribus propter quãtitatem ipſorum ſolum, immo propter malitiam qualitatum ipſorum: quapropter virtutem malitia ſuæ qualitatis vincũt, & fiunt inobedientes ad digerendum & maturandum. [h] Et hoc quidem habens ex ægritudinibus timet putrefactionis. [i] Repletionis vero ſigna vĩr ſunt, membrorum [i] grauitas, & in motibus [k] pigritia, faciei rubedo, & venarum inflatio, & cutis [l] extẽſio, & plenitudo in pulſu, & tinctura in vrina, & ſpiſſitudo: & [m] paucitas deſiderij, & fatigatio in viſu & ſomnia, quæ grauitatem portendunt, [n] ſicut eius, qui videt ſe quaſi mouere non poſſe, aut onus graue deferre, aut loqui non poſſe, ſicut [n] videre ſe volare. & motuum velocitas humores ſignificat ſubtiles, & in quanitate temperata. Et repletionis quidem ſm virtutem ſigna ſunt quidẽ, [o] grauitas, & [o] pigritia, & deſiderij [o] paucitas, quæ ei & primæ repletioni ſunt cõia. [p] Sed cum repletio ſm virtutem eſt ſimplex, non ſunt venæ adeo inflatæ, neq; cutis vehementis extenſionis, neq; pulſus adeo plenus, & magnus, neq; vrina multũ H groſſa, neq; color valde rubeus: & [q] fractio, & laſſitudo non proueniunt, niſi poſt motus & operationes. Et videt in ſomnis pruritum & mordicationem, & inceſſionẽ, & [r] odores fœtidos. Humor etiam dominans cognoſcitur per ſignificationes ipſius, quas nominabimus. Et ſm plurimũ repletio ſm virtutem generat ægritudinem antequam eius compleantur ſignificationes.

*De ſignis dominij cuiuslibet humoris.* Cap. 7.

SAnguinis ſignificationes cum dominantur, ſignificationibus repletionis ſm vaſa vicinæ exiſtunt, & propter hoc accidit ex dñio eius grauitas in corpore, et in origine oculorum proprie, & in capite, temporibus, & alices, & oſcitationes, & nauſea & ſomnolentia continua et in ſenſibus perturbatio, & in intellectu tarditas, & laſſitudo abſq; præcedente labore, & [s] dulcedo in ore præter ſolitum, & [t] rubedo in lingua, & fortaſſe in corpore apparebũt {aldemamil} & [u] in ore bothor, & ſanguinis fluxus accidit à locis, quæ facile ſcinduntur, ſicut [u] naribus, ano, & gingiuis. Et eſt etiã cum illud demonſtrat complexio, & [x] regimen præteritum, & regio, & [x] ætas, & tempus, & cõſuetudo, & tempus longum à minutione. [y] Et ſomnia, quæ illud ſignificãt, ſicut cum homo in ſomnijs res videt rubeas, aut ſanguinem multum ex ſuo corpore exire, aut [z] ſe in ſanguinẽ natare, aut his

ſimilia

A G.lib.arti.med. c.8.g, & c.51.&.. de tẽpera.c.1.g
I. Halya.li.the. c.18. & Raſ.
B G.li.6.de meth. c.1.d
C Raſ t.1.c.5
D Raſ.ibid.
E G.l.9.meth. c.5.c, et d cur. per ſãguis miſſi. c.4.e, & cõmẽ. Hipp.li. de natura huma.c.1.f, & lib. pleni.c.3.a, & Raz. 2.c.19.& G.apho. 17. & Alzara.lib. the.t.5.c.4
F G.cõ.1.in Hipp. lib.de natu.huma. 1.f, & li. de curãdi ne p ſanguinẽ.c. b, & lib. 1. aphoriſ.
G Ga.lib.9.med. med.c.5.d
H G.li.de curãdi ne per miſsi.ſanc. 5.a,b
I Ga.l.de mult. 12.c, & Alza.li.the. t.5.c.4.
H Raſ.t.2.c.19.
L Raſ.
M Alza.ibi.
N G.l.de digno. in ſomnijs.d
N G.ibid.
O G.li. de curãdi ne per ſangu. c.4
O Raſ. ibid.
P Raſ.t.2.c.19. Alzar.li.the.t.5.c.
Q G.lib. 2. de diff. ſympt.c.5.b,c
R G.l.2.de digno ex inſomniis.d
S Raſ.t.2.c.10.
T Alza. lib the. 5.c.5.
T *furunculi*
V Raſ.ibid.
X G.l.10.de cõpo. phar.c.2.h
Y Ga.cõmẽ.3.in Hip.de mor. vulg. i,h
Z G. li. de digno. ex inſomniis.d



A Alzara.li.the.t. 5.c.7.
B Raſ.t.2.c.23.
C G.l.10.de cõpõ. phar.c.2.h
D G.l.de digno.ex inſomnijs c & cõ. 3.in.1.de morb. vulga.i,h
E Raſ.t.2.c.21. & Alza.li.the. t.5.c.6.
F G.li.10.de cõp. phar.c.2.h
G G.l.de dign.ex inſom.c. & cõm.3. in de mor.vulg.i,h
H Raſ.t.2.c.22. & Alzar.t.5 c.8.
I G.l.4 apho.2.f & Raſ.ibi.
K G.l.10.de cõpo. phar.c.2.h
L G.de dign.ex in ſomnijs e, & cõ.3.ĩ 1.de mor. vulg. i,h
M G.l.5.lo.affe.c. 7.b
N G.l.9.metho.c. 2.b
N *vaſa*
O Do.1. ſum.2.c. 20.
P G.l.2. de cã ſympt.c.2.f
Q G.l.de ſymp.differen.c.5.e
Q *tumorem frigidum*
R G.l.14. meth.c. 7.e
S Lib.3.& 4.
T G.l.3. de cã ſympto.c.2 c.& l.2.art. cur. ad Gla.c.3 f
V G.lib.4. de vic. rõne.21.c, & l.5.ſimpt.c.9 d
X G.li.3. loc.affe.c. 7.c, & lib.art.med. 92.a

A ſimilia. [a] Dominij vero phlegmatis ſignificationes, ſunt albedo in colore ſuperfluitas, & laxitas, & tactus mollities, & frigiditas eius [b] & ſaliuæ multitudo, quæ fit viſcoſa, [b] & ſitis paucitas niſi ſalſum fuerit, & præcipue in ſenectute, [b] & digerẽdi debilitas, & oxyregmia, [b] & vrinæ albedo, [b] & ſomnus multus, [b] & ocioſitas, & [b] membrorũ laſſitas, & hebetudo, [b] & pigritia & pulſus lenitas, qui tarditati & raritati attinet. [c] Amplius ætas, & conſuetudo, [c] & regimen pteritum, & ars, & regio. [d] Et ſomnia in quibus videntur aquæ, & flumina, & niues, & pluuiæ, & frigus cum tonitruis. [e] Significationes autem dominij choleræ rubeæ ſunt, coloris & [e] oculorum citrinitas, & [e] oris amaritudo, & linguæ [e] aſperitas, & ipſius [e] ſiccitas, & narium ariditas, & vento frigido delectari, [e] & ſitis multa, & pulſus feſtinatio, [e] & deſiderij comedendi debilitas, [e] & nauſea, & vomitus [e] cholericus, & [e] viridis, & fluxus ventris mordificatiuus, & horripilatio ad modum puncturæ acuum. [f] Amplius præcedens regimen, [f] & ætas, & cõplexio, & conſuetudo & regio, & hora, & [f] tẽpus, & ars. [g] Et ſomnia in quibus videntur [g] ignes, & vexilla citrina, & videre res, quæ non ſunt citrinæ, citrinas: & videre incenſionem, aut calorem balnei, aut ſolis, aut his ſimilia, ſignificant illud. [h] Dominij vero choleræ nigræ ſignificationes ſunt, corporis [h] macies, & vt ſit [h] fuſcus, & ſanguinis [h] nigredo, & eius groſſities, & vigiliæ multæ, & multa ſolicitudo, & [h] ardor oris ſtõi, & [h] deſiderium mendoſum, & vrina fuſca & [h] nigra aut rubea groſſa, & vt [h] corpus ſit nigrum & piloſum: [h] quoniã cholera nigra raro generatur ĩ B corporibus albis abſq; pilis, & vt frequenter accidant [h] morphea nigra, & [i] vlcera mala, & [i] ægritudines in ſplene. [k] Et præter hæc, ætas, & cõplexio, & conſuetudo, & regio, & ars, & hora, & tẽpus, & regimẽ pteritũ. Et ſomnia terrorẽ facientia [l] ex tenebris, & cruciatu, & rebus nigris, & terroribus.

*De ſignis, quæ oppilationem demonſtrant.* Cap. 8.

CVm materiæ fuerint coarctatæ, ſeu conculcatæ, & ſignificationes eas demonſtrant, & ſentitur [m] extẽſio, & nõ ſentiuntur ſignificationes repletionis in toto corpore: oppilationes, proculdubio ibi adeſſe intelliguntur. Veruntamen [m] grauitas in oppilationibus ſentitur, cum oppilationes in canalibus exiſtunt, per quas multas currere materias eſt neceſſe, ſicut in oppilationibus, quæ in hepate fiunt: qm̃ illud, quod ex cibo ad hepar peruenit, cum oppilationes penetrare prohibuerunt, colligetur ex ea res multa, & retinebitur, & grauabit vehementius ꝙ apa, & diſcernetur ab apate per multam grauitatem, & febris priuationem. Cum autem oppilationes in alijs fuerint canalibus non ſentietur grauitas, ſed ſentietur retentio penetrationis ſanguinis, & extenſio. [n] Amplius plurimi oppilationes in venis habentium, colorem habent citrinum: quoniam ſanguis per {[n] foramina} ſua, ad cutis ſuperficiem non accedit.

*De ſignis quæ ventoſitates ſignificant.* Cap. 9.

C VEntoſitates cognoſcuntur per id, quod ex doloribus accidit membris ſenſibilibus. Et hoc quidem ſequitur illud, quod ipſe ex ſolutione continuitatis efficiunt. Et cognoſcuntur per motus, qui eis accidunt mẽbris. Et cognoſcuntur etiam per ſonos. Et cognoſcuntur per tactum. Dolores autem [o] extendentes, ventoſitates ſignificant, & præcipue ſi fuerint cum leuitate. Quod ſi illic permutatio ex dolore fuerit, iam ſignificatio cõpleta erit. Et hoc quidem non erit, niſi cum continuitatis ſolutio in membris fuerit ſenſibilibus. In eis autem, quæ ſunt ſicut oſſa, aut ſicut caro glandoſa. non apparet hoc per dolorem. Eſt tamen cũ in oſsibus fiunt ventoſitates, quę oſſa rumpendo frangunt, vbi non eſt dolor, niſi ſequens puncturam, oſsis fracti pungentis id, quod ei vicinatur. Cognitiones autem ventoſitatum ex motibus membrorũ ſunt, ſicut cognitiones ex [p] iectigatione accidente ex ventoſitatibus, quæ generantur, & mouentur ad hoc, vt exeãt, & reſoluãtur. [q] Ex ſonis autẽ cognoſcũtur, qm̃ ſoni, aut erunt in ipſis eiſdem, ſicut ventris rugitus, & eis ſimilia: & ſicut ſonitus in ſplene, cum eius dolor ex ventoſitate fuerit: cum compreſsione, aut ſonus in eis fiat per percuſsionẽ: quemadmodũ dignoſcitur hydropiſis inter aſcitem & tympanitem per percuſsionem. Earum autem cognitiones ex parte tactus ſunt, verbi gratia, quia tactus diſcernit inter inflationẽ et [q] {aſelha:} [r] propterea ꝙ inflatio eſt ibi cũ extenſione, & cedit preſsioni: & non in materia fluida quæ commouetur per compreſsionem: ſenſus enim tactus inter iſta diſcernit. Et differentia quidem inter inflationem & ventoſitatem non eſt in ſubſtantia, immo in forma motus rei D ſparſæ vel commotæ per ſe, vel per compreſsionem: & in forma ſtationis ſeu quietis.

*De ſignis apoſtemata declarantibus.* Cap. 10.

APparentia apata quidem declarant ſenſus & præſentia. Occultorũ vero calida, demonſtrant febris continua & grauitas, ſi membrum in quo exiſtit, caret ſenſu, & grauitas cum dolore pungitiuo, ſi membrum apoſtematum ſenſum habuerit. Et ex eis etiã, quæ ipſa declarant, aut declarando iuuant, eſt nocumentum in operationibus illius membri ingrediens. Et ex illis, quæ ipſa vehementer ſignificant, eſt ſentire inflationem in parte illius membri, ſi ſenſus ad ipſum ſemitam habuerit. Frigidum autem, dolor proculdubio non comitatur. Cuius vniuerſalia ſigna demõſtrare eſt difficile. Quæ ſi facilia fuerint, neceſſario in ſermone erunt tædioſa. Melius ergo eſt, vt ſermo de eis poſterius ad [s] dictiones cuiuſq; membri particulares referuetur. Quod autem hic dicimus, eſt ꝙ cum ſentietur grauitas, & non [t] dolor, & fuerint cum eo ſignificationes dominij phlegmatis exiſtimandum erit ꝙ ſit phlegmaticum. Et ſi cum eo fuerint ſigna dominij melancholiæ, erit melancholicum, & [u] proprie cum tangetur, & fuerit durum. Duricias naq; eſt de conuenientioribus ſignificationibus ad ipſum declarandum. Cum autem apoſtemata calida in neruis fuerint, erit dolor vehemens, & febres fortes, quæ cito ad extenſionem & [x] turbationem intellectus perducent,

& in

E & in motibus dilatationis, & conſtrictionis facient nocumentum. Amplius omnia interiorũ apoſtemata in mirach tenuitatem & macredinem efficiunt. [a] Cumq; collectionem facient apoſtemata in viſceribus, & ſecundum exituræ ſemitam proceſſerint, infeſtabit dolor vehementer, & febris, & exaſperabitur lingua valde, & vigiliæ fortes fient, & accidentia augmentabũtur, & accreſcet grauitas, & fortaſſe ſentietur durities & plenitudo extendens, ſicut plenitudo vtris valde pleni. Eſt etiam cum in corpore ſubita apparet macies, & in oculis repentina concauitas. [a] Cumq; illud, quod collectum eſt fit maturum, febris fortitudo, & doloris, & pulſus ſedatur: & loco doloris res aduenit, quæ eſt ſicut pruritus: & ſi rubedo, & durities ibi affuerint, minorabitur rubedo, & mollificabitur durities, vt compreſſio incedat, & ſedabuntur accidentia oĩa dolorem facientia, & grauitas ad ſui finem perueniet. Cumq; aperietur, accidet prius [b] rigor propter mordicationem ſaniei, deinde manifeſtatur febris cauſa mordicationis ſaniei, & erit pulſus latus propter euacuationem, & diuerſus, & incedet ſm viam debilitatis, & raritatis, & paruitatis, & tarditatis, & in deſiderio apparebit caſus, & ſæpe [b] caleſiunt per ipſum extrema. Materia autem expellitur per cauſam ſuæ partis, aut in itinere ſpuendi, aut mingendi, aut egerendi. [c] Et ſignificatio quidem bona poſt apertionem eſt, vt febris ex toto quieſcat, & anhelitus fiat facilis, & virtus viuificetur, et materia cito in parte ſua egrediatur. Eſt autem cum in occultis apoſtematibus materia de membro ad membrum mutatur. Et eſt cum hæc quidem mutatio eſt bona, & eſt cũ eſt mala. Bona autem eſt cum de mẽbro nobili ad ignobile F mutatur membrum, ſicut cum de apoſtematibus [d] cerebri mutatur ad id, quod eſt poſt aures, & de apoſtematibus hepatis ad inguina. Et mala eſt cum de membro ignobili ad membrũ eo nobilius mutatur, aut quod minus poſſit tolerare illud, quod ei accidit, ſicut cum apoſtema lateris ad partẽ cordis, aut pulmonis mutatur. Mutatio præterea occultorum apoſtematum, & inclinationes exiturarum ad ſuperiora, aut inferiora ſignificationem habẽt. Nam ſi in motibus ipſorum ad inferiora declinauerint, in hypochondrijs apparebunt extenſio & grauitas. Et ſi in motione ſui ad ſuperiora declinauerint, demonſtrabit illud nobis diſpoſitionis anhelitus malitia, & eius coanguſtatio, & ipſius difficultas, & pectoris conſtrictio, & ardor ab inferioribus incipiens, & ad ſuperiora tendens, & grauitas in parte furculæ, & capitis dolor. Et eſt etiam cum ſignum apparet in adiutorio, & [d] {alſeid.} Et illud quidem, quod ad ſuperiora declinat, ſi cerebro fuerit infixum, erit malum & terrefaciens. Verũtamen [e] ſi ad carnem laxam, quæ eſt poſt aures, declinauerit, euaſionis fiducia in ipſo erit. [f] Fluxus præterea ſanguinis ex naribus in talibus apoſtematibus eſt ſignum bonum, & in omnibus etiam interiorum apoſtematibus. Tu autem ad hoc inquirendum expecta in eo quod poſtea dicturi ſumus, vbi [g] ſermonem de apoſtematibus inueſtigabimus, [h] & diſpoſitionẽ cuiuſq; occultorum membrorum nominabimus.

A Hip. li. 2. aphor. 47. & Ga. de tot. morbi tẽpori. c. & l. 1. de criſi. c. h, & 2. prognoſt. 60 d
A Hip. ib. & G.
B G. l. 2. prognoſt.
B G. ibi. 60. e
C Hipp. l. 2. prognoſti. 56. g, & 63. g
D G. cõ. 1 in l. de morb. vul. & 3. de criſi. c. 7.
D cubito
E Hip. l. 2. prognoſt. 64.
F Hip. & G. l. 1. prognoſt. 32.
G L 4. F. 3.
H L. 3.

G

*De ſignis ſolutionis continuitatis.* *Cap. II.*

S [i] Olutionem continuitatis ſi in membris acciderit apparentibus, ſenſus declarabit. [i] Quòd ſi in membris acciderit occultis, dolor eam demonſtrabit perforatiuus, aut pungitiuus, aut corroſiuus, & præcipue ſi non cum eo affuerit febris. Et ipſam quidem multoties ſequitur fluxus humoris, ſicut ſputum ſanguinis, & effuſio ipſius ad ſpatium, & puris, & ſaniei egreſſio, ſi poſt ſignificationem apoſtematum fuerit, & eorum maturationem: Quæ autem eſt poſt apoſtemata, eſt cũ ſignificat apoſtematis apertionem cum maturatione, & eſt cum non. Si vero cum maturatione fuerit febris, cum apertione quieſcet, & euacuabitur pus, & quieſcet grauitas, & alleuiabitur. Quod ſi non ita fuerit, dolor fiet maior, & augmentabitur. Eſt etiam cum continuitatis ſolutio ex membri diſlocatione à ſuis locis, & receſſione membri à ſuo loco, & ſi non diſlocetur, ſicut ruptura, dignoſcitur. Et eſt cum ipſa cognoſcitur retentione eius quod euacuari conſueuerat ex canalibus, quoniam fortaſſe ad canales, aut amplitudinem, quam continuitatis ſolutio facit, deſcendit, & non ſm naturalem ſeparatur viam, [k] quemadmodum illi contingit, cui inteſtina rumpuntur, ſi egeſtiones retinentur. Et eſt cum continuitatis ſolutio non apparet, neq; per ſigna cognoſcitur vniuerſalia, quæ nominata ſunt: vnde in eius declaratione ſermones particulares ſunt neceſſarij, ſm vnũquodq; membrum: & hoc quidem erit, cũ membrum ſenſum non habet: aut non comprehendit humiditatem, quæ ex ipſo fluat: aut non habet ſpatium, propter quod à loco ſuo remoueatur: aut non ſuſtenta- H tur, vel appodiatur ſuper membrum, propter quod remoueatur ab eo per diſlocationem. [l] Et tu quidem ſcire debes, ꝙ apoſtemata, & [m] continuitatis ſolutio, quæ deteriora habent accidentia, ſunt quæ in membris exiſtunt neruoſis, quę ſunt fortis ſenſus: quoniã eſt cũ ſunt pernicioſa, & ſyncopis, & ſpaſmus ea ſemper comitantur: ſyncopis quidem propter doloris fortitudinem, & ſpaſmus propter membri neruoſitatem: [m] deinde illa, quæ ſunt ſuper iuncturas, qm̃ tarde meliorationem recipiunt, propter vehementem [l] iuncturæ motum, & propterea ꝙ amplitudo, quæ eſt apud iuncturã eſt apta, vt materia ad ipſam deſcendat. Et quoniam pulſus, & vrina exiſtunt ex ſignificationibus, diſpoſitionum vniuerſalibus: de eis igitur loquemur.

I G. l. art. med. c. 7.
I G. ib. & c. 80. c
k Li. 3. F. 16. t. 1. c.
L L. 4. F. 4. t. 1. c. & 3.
M G. li. 4. meth. 6. b, & l. 5. aphor.
M G. ibi. c. 6. b

*Summa prima dictionis ſecundæ de pulſu. Cuius ſunt xix. cap.*

*Sermo vniuerſalis de pulſu.* *Cap. I.*

P [n] Vlſus eſt motus receptaculorum ſpiritus ex diaſtole, & ſyſtole compoſitus ad regendũ ſpiritum per aerem attractum. Conſideratio autem, quæ attenditur in pulſu, aut eſt vniuerſalis, aut particularis ſm vnamquãq; ægritudinem. Et nos quidem hic de vniuerſalibus regulis ſcientiæ pulſus loquemur: ꝙ particulares ad loquendum de ægritudinibus particularibus in poſterioribus

N G. l. 4. de differ. pulſ. c. 2. e, f & Halya. l. 7. theo. c. 2.

reſer-



A reſeruabimus. Dicemus ergo ꝙ [a] quiſq; pulſus eſt compoſitus ex duobus motibus, & duabus quietibus. Omnis nanq; pulſus ex diaſtole & ſyſtole eſt compoſitus. Poſt hoc vero neceſſe eſt, vt inter omnes duos contrarios motus quies interueniat. Impoſſibile eſt nanque vt motus vnus alij motui continuetur, poſtquam ſpatio eorum applicatur terminus, & extremitas in effectu: hoc tamen in [b] ſcientia naturali declarabitur. Poſtquam igitur hoc ita eſt, impoſſibile eſt quin in vnoquoque pulſu, antequam alius conſequatur, quatuor interueniat partes. ſ. motus duo, & quietes duæ. ſ. motus eleuationis, & quies inter ipſam & depreſſionem, & motus depreſſionis, & quies inter ipſam, & eleuationem. Depreſſionis vero motus apud plurimos [c] medicorum nullo modo ſentitur, ſed apud aliquos eſt, cum aut in forti pulſu ſua fortitudine ſentitur, aut in pulſu magno propter eleuationem ſui, aut in duro propter multam ſui reſiſtentiam, aut in tardo propter longinquitatem temporis ſui motus. [d] Gal. quoq; dixit longo tempore nõ fui ſolicitus ex depreſſione: poſtea vero non quieui tangendo, donec ex eo aliquid percepi, & poſtea illud compleui. Nam poſtea portæ pulſus mihi apertæ fuerunt. Qui vero iſta ſtuduerit, vt ego, percipiet illud, quod cõſecutus fui. Et licet ita ſit, vt dicit: in plurimis tamen diſpoſitionibps depreſſio non eſt ſenſu percepta. [e] Cauſa vero ob quam ſtatutum fuerit tangere venas brachij, eſt facilitas præbendi ipſum: & ꝙ homo non eſt ſolicitus vt ipſum diſcooperiat, & rectitudo ſitus ipſius propter rectitudinem cordis, & eius quod eſt B iuxta ipſum. Et oportet quidem vt ſit tactus manu ſuper latus exiſtente, quoniã ſi manus ſuper volæ plantæ extẽdatur in latitudine, augmentum præbet, & ex eleuatione, diminutionẽ facit: & etiam diminuit ex longitudine, & proprie in macilentis. Et reſupinata augmentat in eleuatione, & longitudine, & diminuit ex latitudine. [f] Oportet præterea vt tactus fiat in hora, qua ille cuius pulſus eſt, ſit ab ira remotus, & gaudio, & exercitio, & omnibus paſſionibus, & ſaturitate, quæ grauedinem facit, & fame, & diſpoſitione in qua relinquuntur conſuetudines, & renouantur conſuetudines. [f] Et oportet etiam vt ſit de pulſu experimentum temperati nobilis, ita vt alius ei comparetur.

Amplius dicemus, ꝙ genera ex qbus medici pulſus diſpoſitionem cognoſcũt, ſm ꝙ ipſi referunt, ſunt. x. quãuis eis fuerit neceſſarium, vt poſuiſſent ea nouem. [g] Genus quidem, quod eſt ſumptum ex quantitate diaſtoles. Et genus, quod eſt ſumptum ex qualitate percuſſionis venæ in digitos. Et genus, quod eſt ſumptum ex tempore cuiuſq; motionis. Et genus, quod eſt ſumptum ex eſſentia inſtrumenti. Et genus, quod eſt ſumptum ex eius euacuatione, aut repletione. [h] Et genus, quod eſt ſumptum ex caliditate tactus ipſius, aut frigiditate. Et genus, quod eſt ſumptum ex tempore quietis. Et genus, quod eſt ſumptum ex pulſus æqualitate, aut diuerſitate. Et genus, quod eſt ſumptum ex eius ordinatione in diuerſitate ſui, aut inordinatione. Et genus, quod eſt ſumptum ex pondere. Genus vero quantitatis pulſus ſignatur ex quantitatibus ſuarum trium diametrorũ, quæ ſunt ip- C ſius longitudo, & latitudo, & eius profunditas. [h] Sunt ergo in eo nouem pulſus diſpoſitiones ſimplices, & compoſitæ. Et nouæ quidem ſimplices, ſunt [h] longus, curtus, & mediocris: & [h] latus, ſtrictus, & mediocris: & profundus, eleuatus, & mediocris. [i] Longus autem ille eſt, cuius partes in longitudine plus ſentiuntur, quàm naturalis abſolute, qui eſt pro certo eius, qui complexionem habet temperatam: aut naturalis proprius huic indiuiduo. & eſt temperatus ei, cui eſt proprius. Et tu quidem iam prius ſciuiſti differentiam inter eos. Curtus vero eſt ei contrarius. Et inter eos eſt mediocris, & tu quidem iudicabis ſm hanc regulam in ſex, quæ remanſerunt. Compoſitarum vero ex his ſimplicibus, quædam ſunt, [k] quæ nomen habent: & quædam, quæ nomine carent. Ille enim qui in longitudine, & altitudine, & latitudine eſt augmentatus, vocatur magnus: & qui in his omnibus eſt diminutus, vocatur paruus. Et qui inter eos exiſtit, tẽperatus. Qui vero in latitudine, & altitudine eſt augmentatus, vocatur groſſus. Et qui in eis eſt minutus, dicitur ſubtilis. Et qui eſt inter eos eſt æqualis. [l] Generis autem quod ex qualitate percuſſionis venæ in digitos ſumptum eſt, tres ſunt ſpecies. [l] Fortis & ipſe eſt, qui apud diaſtolem tactui reſiſtit. Et debilis, qui eſt ei oppoſitus. Et æqualis, qui eſt inter eos. [m] Generis quoq;, quod ex tempore cuiuſq; motionis ſumptum eſt, tres ſunt ſpecies. Velox, & eſt, qui motum in breui tempore complet. Et tardus ei contrarius. Et æqualis inter eos exiſtens. [m] Generis vero, quod ex eſſentia inſtrumenti ſumitur, D tres ſunt ſpecies. Mollis, qui eſt recipiens reditum ad interiora per compreſſionem facile. Et durus, qui eſt ei contrarius. Et inter eos mediocris. [m] Generis autem, quod eſt ſumptum ex eo, quod continetur, tres ſunt ſpecies. Plenus & ipſe eſt, qui ſentitur, ſicut ſi in eius concauitate eſſet humiditas replens, de qua eſt curandum non euacuata omnino. Et vacuus eſt ei contrarius. Et inter eos mediocris. [n] Et generis quidem, quod ex ſuo tactu ſumptum eſt, tres ſunt ſpecies, calidus, & frigidus, & temperatus. [n] Generis vero, quod eſt ſumptum ex tempore quietis, ſpecies ſunt tres. Frequens, & ipſe eſt, in quo tempus ſenſatum, quod exiſtit inter duas percuſſiones eſt breue, qui etiam vocatur conſequens & ſpiſſus. Et ei contrarius rarus, qui etiam dicitur laſſus, & raram habens compoſitionem. Et inter eos mediocris. Et hoc quidem tempus eſt, ſm ꝙ ex ſyſtole cognoſcitur. [n] Si vero ſyſtole nullo modo cognita fuerit, erit tempus, quod inter omnes duas diaſtoles continuatur. Et ſi ipſa cognita fuerit, erit ſm duo tempora duorum extremorum. [n] Genus vero, quod eſt ſumptum ex æqualitate & diuerſitate eſt, aut æquale, aut diuerſum. ſ. inæquale. Et hoc quidem eſt per comparationem ſimilitudinis, aut [a] diſſimilitudinis pulſuum, aut partium vnius pulſus, aut vnius partis pulſus in quinq; rebus, magnitudine, & paruitate, aut fortitudine, & debilitate, & velocitate, & tarditate: ſpiſſitudine, aut raritate: duritie, & mollitie, ita vt ſit vnus pulſus, in quo finis ſuæ diaſtoles

A G. l. 1. de differẽ. pul. c. 3. c, & lib. 3. de dignoſcẽ. c. 3. b
B Ariſ. l. 9. phyſ. 64
C G. li. 1. de dignoſcen. pul. c. 3. h, b
D Ibi. & c. 1. e, f, & c. 4. c
E G. li. de pulſ. ad Tyro. c. 1. c
E G. l. 2. d dignoſ. pul. c. 2. h, a
F G. ibi c. 3. b, c
G G. l. 1. de differẽ. pul. c. 3. c, d
H Haly. l. 7. theo. c. 7. & G. l. 1. de differẽ. pul. c. 24. g
H G. ibi. c. 5. e
I Raſ. t. 10. c. 32.
K G. ibi h, & li de pulſ. ad tyro. c. 8. g
L G. l. 1. de differẽ. pulſ. c. 6. b
M G. l. 1 de differẽ. pulſ. c. 5. d, & c. 7. d
M G. ibi. c. 6. b
N Haly. l. 7. theo. c. 3. & G ibi. c. 24. g
N G. ibid. c. 7. d, & c. 9. f
N G. ibi. c. 8. e
N G. ibid. c 3. d, & ca. 10. h
N G. ibi. c. 10. h

ſit

ſit velocior propter vehementem caliditatem, aut debilior propter debilitatem. Quod ſi volueris, E dilatabis ſermonẽ, & conſiderabis in æqualitate, & diuerſitate in tribus generibus prædictis alias partes: ſed conſiderationũ radix, ſeu fundamẽtum ad iſtas quinq; reductum eſt.[a] Pulſus vero æqualis abſolute eſt ille, qui in his omnibus eſt æqualis: qui ſi in aliquo eorum ſolo fuerit æqualis, in eo ſolo dicetur æqualis: ſicut ſi diceremus æqualem in fortitudine, aut æqualem in velocitate. Et ſimiliter diuerſus eſt ille, qui non eſt æqualis, aut abſolute, aut in ea re, in qua non eſt æqualis. Genus autem, quod ex ordinatione, et in ordinatione ſumptum eſt, duas habet ſpecies, diuerſe ordinatus, & diuerſe inordinatus.[b] Ordinatus autem eſt ille cuius diuerſitas habet ordinem conſeruatum, ſuper quem tranſit, & eſt ſm duos modos: Aut ordinatus abſolute: & eſt cum totum illud, quod ex eo prouenit non habet niſi tãtum diuerſitatem vnam.[c] Aut ordinatus cum circuitione, & ipſe eſt, qui habet duas diuerſitates, aut plures ſicut ſi ibi eſſet circulus, & alius circulus ab eo diuerſus: ſed ambo ad ſuum redirent ordinem, ſicut ſi eſſet vnus circulus. Et inordinatus eſt, qui eſt ei cõtrarius. Cumq; certificaueris, inuenies, ꝙ hoc genus nonum, eſt ſicut ſpecies octaui generis intrans ſub inæquali.[d] Debes autem ſcire, ꝙ in pulſu reperitur natura muſicæ: quoniam quemadmodum ars muſicæ completur per compoſitionem ſonorum ſm proportionem comitantem eos inter acuitatem & grauitatem, per circulos caſuum cum menſura temporis, quod eſt inter eorum percuſſiones, ſic eſt diſpoſitio pulſus: quia proportio ſuorum temporum ĩ velocitate, & ſpiſſitudine, eſt proportio F caſuum eius: & proportio diſpoſitionũ eius in fortitudine, & debilitate, & in quãtitate, eſt proportio quaſi compoſitionalis. Et quẽadmodũ tempus caſuum, & quantitas ſonorum eſt cum ſunt cõuenientia, & eſt cum non ſunt conuenientia, ſimiliter eſt cum ibi diuerſitates ſunt ordinatæ, & eſt cum ſunt inordinatæ. Et proportio etiam diſpoſitionum pulſus in fortitudine, & debilitate, & in quantitate eſt, cum eſt conueniens, & eſt cum non, immo diuerſa eſt. Et hic quidem eſt egrediens à genere conſiderandi ordinem.[e] Gal. autem videtur, ꝙ id quod poteſt ſentiri ex proportionalitatibus ponderis, eſt ſm vnam proportionem muſicarum quã dicemus, aut ſm proportionem quæ dicitur proportio totius, & quinq;, & eſt proportio tripli, cum eſt proportio dupli adiuncta cum proportione addentis medietatem, & ipſa eſt, quæ dicitur proportio per quinq;. Et ſm proportionẽ, quæ eſt per totum, & eſt dupla: & ſecundum proportionẽ, quæ eſt per quinq;, & eſt addens medietatem: & ſecundum proportionem, quæ eſt per quatuor, & eſt addens tertiam: & ſecundum proportionem addentem quartam, poſtea non ſentitur. Et ego quidem miror quomodo proportiones iſtæ per tactum diſcerni poſſunt: dico tamen, ꝙ ei eſt facile, qui in gradu tangendi conſueuit, & proportionatur ſonos per artem poſtq̃ erit ei potentia cognoſcendi muſicã acquiſitam, & comparabit artificioſe ſenſatum ad id, quod intellectu eſt perceptum. Dico autem, ꝙ ſingulare genus ſumptum ex ordinatione, aut inordinatione, licet ſit vnum ex decẽ generibus, & ſit iuuatiuum: ta- G men non eſt conueniens in diuiſione: qm̃ hoc genus ingreditur ſub[f] genere diuerſitatis, & eſt quaſi ſpecies eius.[g] Genus vero, quod ex pondere eſt ſumptum: eſt per comparationem proportionis quantitatum proportionum quatuor temporũ: quæ ſunt duobus motibus, & duabus quietibus.[h] Et ſi ſenſus totum hoc diſcernere non poteſt, tamen eſt per comparationem proportionis quantitatum proportionum temporum diaſtoles ad tempus, quod eſt inter duas diaſtoles: & ad totum tẽpus in quo eſt motus ad tempus, in quo eſt quies.[i] Qui autem ponunt in hoc capitulo comparationem temporis motus ad tempus motus: & temporis quietis ad tempus quietis, mittunt capitulum in capitulo: licet huiuſmodi miſſio ſit tolerabilis: & non ſit inconueniens, ſed tamen non eſt bona. Et pondus quidem eſt illud in quo proportiones muſicæ cadunt. Et dicemus, ꝙ pulſus, aut eſt boni ponderis, aut mali ponderis.[k] Et illius quidem, qui eſt mali ponderis ſunt tres ſpecies: Vna eſt illius cuius pondus eſt mutatum, & eſt iuxta pondus: & iſte eſt cuius pondus, eſt pondus ætatis,[l] quæ eſt iuxta ætatẽ illius, cuius eſt pulſus: ſicut cum iuuenes habent pondus pulſuum puerorum. Et altera eſt ſeparati ponderis: ſicut cum pueri habent pondus pulſus ſicut ſenum. Et tertia eſt egrediẽs à pondere: & eſt ille cuius ponderi, pulſus hominis non ſimilatur. Et multa egreſſio pulſus à põdere, magnam in diſpoſitionibus ſignificat mutationem.

A G.ibi.c.10.h.
B G.ibid.c.10.i.
C Ga.ibidẽ.h. Raſ.t.10.c.31.
D G.lib.1.de dif. pulſ.c.9.f
E Ibi.c.9.g.h
F G.l.1.de differ. pul.c.10.h
G Ga.ibi.c.9.h.i. Halya.li.7.the.c.
H Raſ.t.10.c.31.
I Halya.li.7.the. c.3.
k G.li.1.de diff. pulſ.c.9.f.g
L Raſ.t.10.c.31.

*De pulſu æquali & diuerſo.* Cap. 2. H

DIcunt, ꝙ diuerſi pulſus[m] diuerſitas, aut eſt in multis pulſibus, aut in vno pulſu.[n] Sed qui in pulſu diuerſificatur, aut in multis diuerſificatur partibus. ſ. in locis ſeparatis, in quibus cadunt digiti: aut in vna parte. ſ. in loco vnius digiti. Et illius quidem, qui in multis diuerſus exiſtit pulſibus, eſt diuerſus gradatus æqualiter currens.[o] & ipſe quidem eſt, qui ab vno incipit pulſu: & permutatur ad maiorem eo, aut ad minorem: & procedit ſic ſecundum hanc regulam, donec peruenit ad finem in diminutione, aut in augmento per ſimilem ordinem: deinde interſecatur, & ad primam magnitudinem redit: aut rediẽs ex paruitate ſua ſimili reditu in ambabus diſpoſitionibus ad primam regulam, aut diuerſificans poſtquam venerit à principio, quod eſt huiuſmodi ad finem, qui eſt huiuſmodi.[p] Et eſt cum ad finem peruenit, & eſt cum interſecatur infra ipſum, & eſt cum addit ſupra ipſum: cumq; interſecatur: quandoq; interſecatur in medio cum tepore, & eſt cũ agit ab hoc diuerſum, & illud eſt, vt in medio ſui interueniat motus. Et pulſus quidem interſectus cum tepore, eſt diuerſus, in quo expectatur motus, & venit quies. Et cadens in medio, eſt diuerſus in quo expectatur quies, & venit motus. Diuerſitas vero pulſus in multis partibus vnius pulſus, aut eſt in ſitu ſuarum partium, aut in motu ſuarum partium: ſed diuerſitas, quæ eſt in ſitu ſuarum

M G.l.1.de diffe. pul.c.10.h
N G.ibid.c.13.i. Raſ.t.10.c.31.
O G.ibid.c.11.d
P G.ibi.c.11.



A rum partium eſt diuerſitas proportionis partium venæ ad partes.[a] Et quoniam partes ſunt ſex, erit illud, quod in eis calidi ex diuerſitate ſimiliter.[b] Diuerſitas autem, quæ eſt in motu, aut eſt in velocitate & tarditate, aut in poſtpoſitione & anteceſſione ſcilicet, vt moueatur pars eius ante horam ſui motus, aut poſt horam: aut in fortitudine & debilitate: aut in magnitudine & paruitate. & hoc totum, aut curret ſecundum ordinem æqualem, aut diuerſum in augmento & diminutione: & illud quidem aut erit in duabus partibus, aut in tribus, aut in quatuor, ſcilicet in caſu digitorum. Et tu quidem componere poteris & ordinare. Ex diuerſitate vero pulſus in vna parte eſt ille, qui eſt interſectus, & reditiuus, & continuus. Interſectus autem eſt ille, qui in parte vna cum paruo ſeu leui tepore ſeparatur, & partis vnius ſeparatæ cum tepore ſeu cum paruo motu extrema diuerſificantur in velocitate, & tarditate, & in ſimilitudine.[b] Reditiuus vero eſt, vt pulſus magnus redeundo fiat paruus in vna parte: deinde reditu ſubtili redit. Et huius quidem modi eſt ille, cuius quædam ſpecierum in alias ingrediuntur: & hoc eſt vt ſit vnus pulſus, ſicut duo propter diuerſitatem: aut duo ſicut vnus, propterea quòd aliæ in alias ingrediuntur. Et iſtud quidem eſt ſecundum ſententiam eorum, qui in hoc non conuenerunt. Continuus autem eſt ille: cuius diuerſitas eſt graduata in continuitate non ſenſu percepta ſeparatione in eo, ad quod ipſa mutatur ex velocitate ad tarditatem, aut econtra. aut ad æqualitatem, aut ab æqualitate in eis: aut ex magnitudine, aut paruita- B te, aut æqualitate in eis ad aliquod eorum, ad quod mutatur. Et hoc quidem eſt cum ſecundum ſimilitudinem ſui procedit. Et eſt cum accidit vt cum continuatione ſua ſit in aliquibus ſuarum partium plus diuerſitatis, & in alijs minus.

A G.l.de pul.ad tyro.c.7.f
B Gal.li.1.de drĩjs pulſ.c.18.c
B G.ibid. c.17.a,b, & c.19.d

*De ſpeciebus pulſus diuerſi, quæ nomina habent propria.* Cap. 3.

EX[b] eis eſt {gazellans} qui eſt diuerſus in vna parte cum fuerit tardatus: & deinde interſecatur, & fit velox.[c] Et ex eis eſt vndoſus, & ipſe quidẽ eſt, qui eſt diuerſus in magnitudine partium venæ, & earum paruitate, & eleuatione ipſarum ad ſuperiora: & in latitudine, & poſtpoſitione, & præceſſione in principio motus pulſus, cum mollitie, quæ eſt in ipſa: & ipſe quidem non eſt valde paruus, & habet latitudinem quandam:[c] & aſſimilatur vndis, quarum aliæ alias ſequuntur ſecundum rectitudinem cum diuerſitate, quæ eſt inter eas in eleuatione earum ad ſuperiora, & deſcenſione ad inferiora, & velocitate, & tarditate.[d] Et ex eis eſt vermiculoſus, qui eſt illi ſimilis: ſed eſt paruus, multæ ſpiſſitudinis, cuius ſpiſſitudo exiſtimatur velocitas, ſed non eſt.[e] Et formicãs, qui eſt valde minor, & vehementioris ſpiſſitudinis. Et vermiculoſi quidem, & formicantis diuerſitas in eleuatione ad ſuperiora, & præceſſione, & poſtpoſitione in ſenſu eſt manifeſtior ipſorum diuerſitate in latitudine, immo quaſi non apparet id.[f] Et eſt ex eis ſerrinus, qui vndoſo in partium diuerſitate ſimilatur, & in eleuatione ad ſuperiora, & latitudine, & præceſſione, & poſtpoſitione, C ſed eſt durior: & cum duritie ipſius, partes in duritie diuerſæ exiſtunt.[g] Et ſerrinus quidem eſt pulſus velox, ſpiſſus, & durus: cuius partes in magnitudine diaſtoles diuerſæ exiſtunt, & in duritie, & mollitie.[h] Et ex eis eſt cauda ſoricina, & eſt ille, qui ordinatur in diuerſitate ſuarum partium, ex diminutione ad augmentum, aut ex augmento ad diminutionem. Et cauda quidem[i] ſoricina eſt, cũ eſt in pulſibus multis, & eſt cum eſt in vno pulſu in partibus multis, aut in parte vna. & eius diuerſitas magis propria eſt illa, quæ ex magnitudine pendet: & eſt cum eſt in comparatione velocitatis ad tarditatem, aut fortitudinis ad debilitatem.[k] Et ex eis eſt meſalius, & ipſe eſt, qui ex diminutione procedit ad aliquem terminum in augmento: poſtea reclinatur inferius ad ſuum ordinem, donec ad primum terminum diminutionis perueniat. Eſt ergo, ſicut duæ caudæ ſoricinæ, quæ continuantur apud maiores eius extremitates.[l] Et ex eis eſt biſpulſans. & in ipſo quidem diſcordati ſunt medici. Sunt enim[l] quidam, qui ipſum vnum pulſum ponunt, diuerſum in præceſſione, & poſt poſitione: & ſunt alij, qui ponunt ipſum duos pulſus, quorum vnum alter cõſequitur, & ad vltimum inter eos non exiſtit tempus, quod dilatetur ad colligendum ſyſtolem: deinde diaſtolẽ: non enim omne ex quo conſequuntur duæ percuſſiones, oportet vt ſint duo pulſus. Alioquin ille cuius interſecatur diaſtoles, & deinde redit, eſſet duo pulſus: neque etiam oportet, vt ſint duo pulſus, niſi cum incipit diaſtoles, poſtea redit ad fundum faciendo ſyſtolem: deinde redit iterum & diaſto- D lem facit. Ex eis ſunt quietem habens, & cadens in medio, quos prædiximus.[m] Sed differentia inter cadentem in medio & gazellantem, eſt, ꝙ gazellantis ſecunda ante venit q̃ compleatur prima, ſed in cadente in medio eſt pulſus, qui venit in tempore quietis cũ completur percuſſio prima. & ex iſtis quidem capitulis ſunt pulſus[n] ſpaſmoſus,[o] & tremulus, & retortus, qui filo, quod[p] torquetur aſſimilatur: & eſt ex capitulo diuerſitatis in præceſſione, & poſtpoſitione: & in ſitu, & ĩ latitudine. Et cordoſus quidem eſt ex ſumma retorti, & ſimilatur tremulo, ſed tamen in cordoſo diaſtoles eſt magis occulta: & ſimiliter exitus ab æqualitate ſitus in eleuatione ad ſuperiora, eſt in cordoſo occultior, ſed tenſio in cordoſo eſt manifeſta: & eſt cũ eius torſio eſt ad vnam partẽ tantum. Plurimũ vero tales accidunt quales iſti. ſ. cordoſus, & retortus ad vnum latus declinans, in ægritudinibus ſiccis. Pulſuum vero compoſitorum ſpecies quaſi infinitæ ſunt, & neq; habentes nomina.

B G.ibi.c.29.d
B *Caprizans*
C G.ibi.c.26.h, & Haly.l.7.the.c.3. & Raſ.t.10.c.33.
C G.ibid.
D G.ibi.& de pul. ad tyro.c.8.g, & Raſ.t.10.c.33.
E G.ib.c.27.& Haly.ibi.& G.de pulſ. ad tyro.c.8.g
F Raſ.t.10.c.33.
G Alzar.lib.the.t.7.c.2
H G.li.1.de drĩjs pul.c.11.d
I Raſ.t.10.c.33.
k G.lib.1.de drĩis pulſ.c.11.d
L G.ibi.c.17.g
M G.ibi.a,b,
N G.ibi.c.28.c
O Raſ.t.10.c.33.
P Alza.li.the.c.7.

*De primo, qui ex ſpeciebus pulſus eſt naturalis.* Cap. 4.

[q] CViuſq; generum prænominatorum in quo eſt diuerſitas augmenti, vel diminutionis, naturalis eſt æqualis, niſi fortis:[r] quoniam naturalis in eo eſt augmẽtatus. Et ſi aliquod aliorum generum: in quo fuerit augmentum, non augmentatur, niſi augmento facto ĩ virtute, & efficitur maius, verbi gratia, tunc illud eſt naturalis propter virtutem, ſeu propter fortitudinẽ pulſus. Alio-

Q G.l.2.de digno. pulſ.c.3.b
R Cap.8.& G.li.1. de cãis pul.c.7.g

Aliorum vero generum, quæ neq; augmentum, neque diminutionem tolerant, naturalis eſt mediocris, & ordinatus, & qui eſt boni ponderis. E

*De cauſis ſpecierum pulſus prædictorum.* Cap. 5.

CAuſarum pulſus quædã ſunt cões, neceſſariæ, eſſentiales, in conſtitutione pulſus ingredientes: & vocantur contentiuæ: & quædam ſunt in conſtitutione pulſus non ingredientes. Et harum quidem, aliæ ſunt inſeparabiles: quarum permutatione permutatur iudicium pulſus, & vocãtur cauſæ inſeparabiles: & aliæ ſunt ſeparabiles, quæ vocantur mutantes abſolute. Contentiuæ vero cauſæ, ſunt[b] tres, Virtus [c] vitalis, quæ eſt in corde mouens pulſum: & tu quidem iam ſciuiſti eam in [d] capitulo de virtutibus. Et ſecunda eſt [e] inſtrumentum, & eſt venæ pulſatiles, quas iam [f] ſciuiſti cum numerauimus membra.[g] Et tertia eſt neceſſitas extinguendi, & eſt adueniens, ſeu acquiſita per quantitatem notam extinctionis, & per menſurationem quantitatis termini caloris in ſua inflãmatione & extinctione ſua & temperamento ſuo. Et harũ quidem cauſarum contentiuarũ operationes mutantur ſm id, quod adiungitur eis ex cauſis inſeparabilibus, & mutantibus abſolute.

*De his quæ proueniunt ex cauſis contentiuis ſolummodo.* Cap. 6.

C[h]Vm inſtrumentum fuerit obediens ſui lenitate, & virtus fortis, & neceſſitas ad extinguendum vehemens, erit pulſus magnus. Veruntamen neceſſitas iuuantior his tribus eſt ad hoc. [i] Quod ſi virtus fuerit debilis, pulſus paruitas eam proculdubio ſequetur. Et ſi cum hoc [k] inſtrumentum fuerit durum, & neceſſitas pauca, erit minor. F Eſt etiam cum durities efficit paruitatem: ſed tamen paruitas cuius cauſa eſt durities ſeparatur à paruitate cuius cauſa eſt debilitas per hoc, ꝙ eſt durus, & non debilis: & breuitas eius, & profunditas non eſt multa, ſicut eſt cum eſt virtus debilis. Pauca quoq; neceſſitas paruitatem efficit, ſed debilitas ibi non erit. Et neque eſt aliqua harum trium, quæ plus efficiat paruitatem, ꝗ debilitas. Et paruitas quidem duritiei cum virtute, plus eſt, ꝗ paruitas priuationis neceſſitatis cum virtute. Virtus nanq; cũ priuatione neceſſitatis nõ minuit multum ex æquali, quoniam à diaſtole pohibentem non habet. Et non declinat ad hoc, vt non multum ſuper temperamentum addat, niſi ideo ꝙ non multam habet neceſſitatem. Si vero neceſſitas multa fuerit, & virtus fortis, & inſtrumentum inobediens propter ſuam duritiem magnitudini, non poterit eſſe quin fiat velox, & velocitate reſtauret id, quod deeſt ex magnitudine. Quod ſi virtus fuerit debilis, & pulſus non poterit magnificari, & velocitas in eo non operata fuerit, non poterit eſſe quin fiat ſpiſſus, qua ſpiſſitudine reſtauret illud, quod ei defuerit ex magnitudine, & velocitate: & multæ vices tenebunt locum vnius vicis ſufficientis & magnæ, aut duarum velocium. Et hoc quidem eſt, ſicut cum homini neceſſe eſt rem ferre põderoſam, quam ſi poterit, vna vice totam ferret: ſi vero non, diuidet eam in duas partes, & feſtinabit: & ſi non, in multas partes ipſam diſtribuet, & feret quancunq; partem quocunq; modo poterit cum ſpatioſitate, aut velo- G citate: deinde non ſtabit vel non quieſcet, vel non morabitur inter quaslibet duas oneraturas eius, licet ſit in eis tardatus. ꝙ ſi multæ fuerit debilitatis, ſtabit tunc, & feret eam cum labore, & redibit cum tarditate. Si autem virtus fuerit fortis, & inſtrumentum obediens, ſed neceſſitas erit maior fortitudine temperata, virtus augmentabit velocitatem cum magnitudine. Et ſi neceſſitas fuerit fortior, erit cum magnitudine & velocitate ſpiſſitudo. Lõgitudinem quoq;, magnitudinis cauſæ pro certo efficiunt, cum aliquid prohibens, amplitudinem prohibuerit, & eleuationem ad ſuperiora non permiſerit fieri: ſicut durities inſtrumenti, verbi gratia, quæ amplitudinem prohibet, & denſitas carnis, & cutis, quæ ſurſum eleuari non permittunt. per accidens autem quandoq; adiuuat ipſam macies. Et amplitudinem quidem efficit, aut venarũ vacuitas, vt per ipſam tunica ſuperior ſuper interiorem declinet & dilatetur: aut multa inſtrumenti lenitas. [l] Spiſſitudinis autem cauſa eſt debilitas, aut multa neceſſitas propter caliditatem. [m] Et raritatis quidem cauſa eſt virtus, quæ neceſſitatem in magnitudine ſuperat, aut frigiditas multa diminuta à neceſſitate, aut vltimitas caſus virtutis, & aduentus perditioni proximus.[n] Cauſæ vero debiltatis pulſus ex mutantibus quidem ſunt, alhem, & vigiliæ, & euacuatio, & macies, & humor nociuus, & exercitium ſuperfluum, & humorum motus, & ipſorum obuiatio membris fortis ſenſus, aut cordi vicinis, & totum illud, quod vehementer reſoluit. [o] Et duritiei pulſus cauſæ ſunt ſiccitas corporis venæ, aut eius fortis H extenſio, aut vehemens frigus congelans. Et etiam eſt cum pulſus in criſibus dureſcit ex fortitudine pugnæ, propterea, quod membra per ipſam extenduntur ad partem impulſionis naturæ. Lenitatis vero cauſæ, ſunt cauſæ naturales mollificantes, ſicut nutriens: & ægritudinales mollificantes, ſicut hydropiſis, & lethargia: aut ea quæ neque ſunt naturalia, neque ægritudinalia, ſicut balneatio.[p] Et diuerſitatis quidem cauſa cum perſeuerantia virtutis, eſt grauitas materiei cibi, aut humoris. Et cum debilitate virtutis eſt pugna cauſæ & ægritudinis. [q] Ex cauſis quoque diuerſitatis, eſt repletio venarum ex ſanguine: ſed quod huic eſt ſimile, remouet minutio. [r] Et plurimum quidem fit diuerſitas, cum ſanguis eſt viſcoſus ſuffocans ſpiritum, qui mouetur in arterijs, & proprie cum coadunatio vel coarctatio fuerit circa cor. Ex cauſis præterea ipſius, quæ eam in breui efficiunt tempore, ſunt ſtomachi repletio, [r] {algam} & cogitatio in aliquo. Sed cum in ſtomacho malus fuerit humor, non ceſſabit diuerſitas, & forſitan ex eo proueniet tremor cordis, & fiet pulſus tremulus. Et ſerrini quidem pulſus cauſa, eſt diuerſitas eius, quod in corpore venæ eſt effuſum in putrefactione ſui, aut ipſius cruditate, aut ſui maturatione, aut diuerſitas diſpoſitionum venarum in duritie ſua, & mollitie, aut apoſtemata in membris neruoſis. [s] Biſpulſantis vero cau-

ſa

A G.li.1.de cau. pulſ.c.1.g
B Ibid.
G G.ibi.c.2.h
D 4.doc.6.F.1.
E G.ibi.&c.4.
F F.1.do.5.ſum.c.2.&do.5.c.1.
G G.ibi.&c.4.
H G.l.1.de cau. pul.c.5.d,&c.4.
I G.ib.&c.5.&c.
k G.ibi.c.9.
L G.l.1.de cau. pul. c.4.c, & li.4.c.
M G.lib.1.c.4.c
N G.l.4.de cau. pulſ.c.1.&c.
O G.l.1.de plag. ex pul.c 4.f,&li. de cauſis pul.c.9.
P Ga.l.2.de cau. pul.c.3.a,b,&c.
Q G.ibi.c.2.g
R G.ibi.
*R paſſio animæ doloroſæ.*
S G.li.2.de cau. pul.c.6.a, & c.7.



A ſa, eſt virtutis fortitudo, & plurima neceſſitas, & durities inſtrumenti: quare non obedit ei, ꝙ virtutes ipſi præcipiunt de diaſtole in vna vice: ſicut cum quis vult vna percuſſione aliquid incidere, & non obeditur ei, adiuuatur ab alia: & præcipue cum neceſſitas ſubito augmentatur. Soricini vero pulſus cauſa quandoq; eſt virtus debilis, quæ de labore ad quietem ordinate procedit, & de quiete ad laborem: ſed ille, qui in vna permanet diſpoſitione, plus eſt virtutis debilitatem ſignificans. Et cauda quidem ſoricina, & quæ eis ſimilis exiſtit, eſt plus ſignificans fortitudinem aliquam; & ꝙ debilitas non eſt in vltimo, ſed eis deterior eſt cauda finitiua, deinde manſiua, poſtea cauda redditiua. Cauſa autem pulſus habentis quietem eſt virtutis laſſitudo, & eius refocillatio, ſeu quies, aut accidens ſubito veniens, ad quod anima & natura ſubito redeunt. Et ſpaſmoſi quidem pulſus cauſa ſunt motus non naturales in virtute, aut malitia in eſſentia inſtrumenti.[a] Pulſus autem tremulus procedit ex fortitudine, & inſtrumento duro, & neceſſitate forti. Sine iſtis enim non prouenit tremor.[b] Vndoſi autem eſt cum eius cauſa exiſtit virtutis debilitas ſecundum plurimum, & non poteſt fieri diaſtole, niſi paulatim, & paulatim. Et eſt etiam cum inſtrumenti lenitas eius cauſa exiſtit, licet virtus non ſit valde debilis.[b] Inſtrumentum nanq; molle & humidum concuſſionem & motum non recipit, quæ in vnamquamq; penetret partem, quemadmodum ſiccum, quod eſt durum recipit, quoniam ſiccitas concuſſioni eſt apta & tremori. [b] Et duri quidem ſicci finis ſui principij B motu mouetur. Mollis vero humidi partem poſſibile eſt moueri, & aliam partem motu ipſius nõ pati: propterea, ꝙ cito recipit ſeparationem, & flexionem, & diuerſitatem in figura. [b] Et vermiculoſi quidem pulſus, & formicantis cauſa eſt fortis debilitas, ita vt tarditas, & ſpiſſitudo, & diuerſitas in partibus pulſus coniungantur: quoniam virtus inſtrumentum in vna hora dilatare non valet, immo aliquid poſt aliquid. Cauſa autem pulſus mali ponderis, ſi pulſus quidem diminutus fuerit in diſpoſitionibus temporis quietis, eſt augmentum neceſſitatis: Et ſi in diſpoſitionibus temporis motus fuerit, diminutus eſt augmentum debilitatis, aut neceſſitatis priuatio. Diminutus vero in diſpoſitione temporis motus propter velocitatem diaſtoles, alius eſt ab hoc. Et cauſæ quidem pleni & vacui, & calidi, & frigidi: eleuati ſurſum, & ſubmerſi inferius, manifeſtæ ſunt.

*De pulſibus ætatum, & maſculorum, & fœminarum.* Cap. 7.

MAſculorum pulſus maiores ſunt, & fortiores valde, [c] propter vehementiam virtutum eorum, & neceſſitatis ipſorum: & propterea, ꝙ eorum neceſſitas magnitudine completur, eſt eorum pulſus [c] tardior pulſu mulierum, & [c] rarior ſecundum plurimum. Et omnis quidem pulſus in quo perſeuerat virtus, & eſt ſpiſſus, oportet proculdubio, ꝙ ſit velox: eſt enim velocitas ante ſpiſſitudinem: propter hoc igitur ſicut pulſus maſculorum eſt tardior, ita eſt raior. [d] Puerorum vero pulſus lenior propter humiditatem: & eſt debilior, & ſpiſſior: quoniam calor eſt fortis: ſed vir- C tus non eſt fortis, [d] eo, ꝙ nondum ſunt completi. Puerorum vero pulſus comparatione quantitatis corporis eorum eſt magnus: quoniam eorum inſtrumentum eſt valde molle, & ipſorum neceſſitas eſt valde fortis, & eorum virtus comparatione corporis, ipſorum non eſt debilis: quoniam ipſorum corpora ſunt paruæ quantitatis. Veruntamen eorum pulſus comparatione pulſus completorum eſt non magnus, ſed eſt velocior & ſpiſſior propter neceſſitatem. In pueris nanque multiplicatur vaporis fumoſi collectio, propter multam digeſtionem eorum, & frequentiam eius in eis. Et propter hoc valde eſt neceſſe ipſum extrahere, & calorem ipſorum innatum euentare. Iuuenum vero pulſus eſt multæ magnitudinis: & non eſt multæ velocitatis: immo in ipſa eſt valde diminutus, & in ſpiſſitudine, & ad raritatem tendens. [e] Et illorum quidem pulſus, qui in principio iuuentutis exiſtunt, eſt maior. Et eorum, qui ſunt in medio iuuentutis, eſt fortior. Et nos quidem iam [f] declarauimus, ꝙ calor in pueris, & iuuenibus fere eſt ſimilis: ergo neceſſitas in eis erit propinqua, ſed virtus in iuuenibus eſt augmentata: quare cum magnitudine peruenit ad illud, cum quo excuſatur à velocitate & frequentia. Et principium quidem rei vnde prouenit magnitudo, eſt virtus: ſed neceſſitas eſt appetens: & inſtrumentum quidem eſt adiuuans. [e] Senum autem pulſus eſt minor propter debilitatem, & minoris velocitatis propter hoc etiam, & propter diminutionem neceſſitatis, & propter hoc eſt rarior.[d] Et pulſus quidem ſenum, qui iam proceſſerunt in an- D nos, eſt paruus, & rarus, & tardus: & eſt cum eſt mollis propter humores extraneos, & non propter naturales.

*De pulſu complexionum.* Cap. 8.

P[g] Vlſus calidæ complexionis vehementis eſt neceſſitatis. Quod ſi virtus conuenerit & inſtrumentum, erit pulſus magnus. Si ergo vnum eorum diuerſificabitur: erit quemadmodum dictum eſt in præcedentibus. Et ſi caliditas quidem non malę fuerit complexionis, immo naturalis, erit complexio fortis & ſana, & virtus multum fortis.[h] Et neq; exiſtimes, ꝙ calor innatus ſi fuerit fortis quantumcũq; ſit, minuat ex virtute, immo ex eo prouenit in ſubſtantia ſpũs fortitudo, & in anima audacia. Calor vero complexionis malitiam ſequens, quanto plus augmentatus fuerit, tanto in virtute plus debilitatem augmentabit. [i] Complexio vero frigida declinat pulſum ad partem diminutionis, ſicut proprie eſt paruitas, & proprie tarditas, & raritas. Cumq; inſtrumentum fuerit molle, latitudo eius augmentata erit: & eius ſimiliter tarditas, & raritas. Quòd ſi durum fuerit, erit minus hoc. Et debilitas quidem, quam mala cõplexio frigida hęreditare facit, maior eſt ea, quã mala cõplexio calida facit hęreditare, quoniã caliditas. ſ. calori innato magis eſt conueniens. Complexionem vero humidam ſequitur inundatio & dilatatio. Et ſiccam quidem ſequitur coanguſta

 tio

A G.lib.2.de cau. pul.c.6.g
B G.ibi.c.8.e
B Ga.ibid.d
B G.ibid.c,d,e
C G 3.de cau. pul. c.2.g,& Raſ.t.10.c.33.
C G ibi.a
D G.3.de cau.pul. c.5.e,f,g
D G.ibi.f
E Raſ.t.10.ca.33.
F Do.2.c.3.
D G.ibi.g
G G.3.de cau.pul. c.3.b
H Ca.4.& G.1.de cau.pul.c.7.g
I Haly.l.7.the.c.4

tio & durities. Amplius, ſi virtus fuerit fortis, & neceſſitas multa, accidet biſpulſans, & ſpaſmoſus, E & tremulus. Tu vero deinceps compone obſeruando principia. Et præterea cum vni homini accidit vt duorum laterum ipſius diuerſificetur complexio: Erit ergo vnum ipſorum frigidum, & alterum calidum, & accidet, vt diuerſitate, quæ prouenit ex caliditate, & frigiditate horum duorum laterum, pulſus diuerſi fiant. Eritq; pulſus calidi lateris, pulſus calidæ complexionis: & lateris frigidi pulſus, complexionis frigidæ. Et ex hoc quidem ſcitur, quòd pulſus in diaſtole ſua, & ſyſtole, nō eſt ſecundum modum[i] {med & giezer} cordis: immo ſecundum modum diaſtoles & ſyſtoles ipſius corporis arteriæ.

*I fluxus & fluxus*

*De pulſu temporum.* *Cap. 9.*

IN vere quidem eſt pulſus temperatus in omni re, & eſt in fortitudine augmentatus. [a] In æſtate vero eſt velox & ſpiſſus propter neceſſitatem: & paruus & debilis propter virtutis reſolutionem, quæ eſt propter reſolutionem ſpiritus, quæ fit propter calorem exteriorem dominantem ſuperfluum. Et in hyeme eſt maioris raritatis, & tardioris & debilis cum hoc ꝙ eſt paruus, quoniam virtus debilitatur. Et in quibuſdam corporibus accidit, vt calor in profundo teneatur, & adunetur, & virtus fortior fiat, & hoc cum complexio calida eſt dominans, & refrænans frigus, & nō per ipſum patiens, neque frigiditas ad fundum vadit. In autumno autem eſt pulſus diuerſus: & trahit ad debilitatem quandam, ſed ipſius diuerſitas eſt propter multitudinem conuerſionis complexio- F nis accidentalis in autumno nunc ad calorem, nunc ad frigiditatem. Et ipſius quidem debilitas eſt etiam propter hoc: complexio enim diuerſa ſemper deterius efficit nocumentum, quàm ſimilis & æqualis, licet ſit mala. Et quia autumnus eſt tempus naturæ vitæ contrarium, quoniam calor in eodem debilitatur, & ſiccitas fit fortior. [a] Temporum vero pulſus, quæ ſunt inter tempora, temporibus proportionantur, quæ ſunt circa ipſa.

E Gal. 3. de cau. pulſ. c. 6. b

A G. ibid.

*De pulſu regionum.* *Cap. 10.*

R[b]Egionum, quædam ſunt temperatæ vernales: & quædam ſunt calidæ æſtiuæ: & quædam ſunt frigidæ hyemales: & quædam ſiccæ autumnales. Iudicia igitur pulſuum erunt in eis ſecundum modum, quem ſciuiſti de pulſu temporum.

B G. ibid. c. 7

*De pulſu, qui prouenit ex cibo & potu.* *Cap. 11.*

EXterius corpori aduenientia, & ipſum ingredientia, pulſus diſpoſitionem mutant qualitate ſui, & quantitate. Sed qualitate, qm̄ ſi ad calefaciendum declinauerint, aut ad infrigidandum, mutabunt ipſum ſecundum illud. Et quantitate quidem qm̄ [c] ſi æqualia fuerint, fiet pulſus in magnitudine augmentatus, & velocitatis maioris, & ſpiſſitudinis propter augmentum virtutis & caloris, & permanebit hæc impreſſio aliquandiu. [d] Et ſi plurimæ quantitatis valde fuerit, erit pulſus diuerſus abſq; ordine propter grauitatem nutrientis ſupra virtutem [d] quoniam ex omni grauita- G te prouenit in pulſu diuerſitas. Et quidem exiſtimauit. [d] Archigenes, quòd eius velocitas eſt tunc multo maior, quàm ſpiſſitudo. Et hæc mutatio eſt perſeuerans, [d] {quoniam cauſa perſeuerantiæ, licet ſit multitudinis minoris hac, tamen eſt diuerſitas ordinata. Quòd ſi paucæ fuerit quantitatis, erit pulſus minoris diuerſitatis, & magnitudinis, & velocitatis: neque eius mutatio diu perdurabit, quoniam materia pauca cito digeritur. [d] Amplius ſi virtus deficiat, & debilitetur ex multitudine aut paucitate, quæcunque fuerit, ſimiles erunt pulſus in paruitate & tarditate vſque in finem rei.} Quod ſi natura fortis fuerit in digerendo, & conuertendo, fiet pulſus temperatus. [e] Et vinum etiam proprietatem habet: & eſt quoniam ex multitudine ipſius, licet proueniat, ſeu cauſetur diuerſitas: non tamen tanta, quòd de ipſa ſit curandum: neque tanta quanta reſpectiue ſeu comparatiue cauſatur ex cibis: & hoc quidem propter raritatem ſubſtantiæ ipſius, & ſubtilitatem eius, & leuitatem. Cum autem vinum in actu eſt frigidum prouenit ex eo, quod prouenit ex alijs frigidis, in minorando & rarificando, & tardando veloci prouentu propter velocitatem ſuæ penetrationis. Deinde cum in corpore calefit, remouetur velociter quod ex eo prouenit. [f] Vinum præterea cum in corpus penetrauerit, & fuerit calidum, non elongabitur multum à natura, & accidet velox reſolutio. Quod ſi cum eſt frigidum penetrauerit, cauſabit nocumentum, quod non fit ex alijs frigidis rebus: quoniam illæ tardantur donec calefiant, neque earum penetratio eſt H ita velox vt iſtius. Iſtud enim velocius penetrat ꝙ̄ compleatur calefactio: & eius quidem impedimentum eſt magnum: & præcipue in corporibus quæ ſunt præparata nocumento ex frigore. Et neq; eſt ſicut impedimentum ſeu nocumentum calefactionis ipſius, cum ipſum calidum penetrat: qm̄ eius calefactio in principio obuiationis non peruenit ad hoc, vt magnum faciat impedimentū: immo natura ei obuiat cū partitione, & diſtributione, & reſolutione. Frigidum vero eſt cum naturam deficere facit, & eius virtutem extinguit: anteq̄ ad partitionem & diſtributionem, & reſolutionem perueniat. Et hoc quidem prouenit ex vino multitudine ſuæ quantitatis, & calefactione ipſius, et frigiditate. Cum autem ipſum conſideratum fuerit vnde fortitudinem efficit, alia habebit iudicia: qm̄ ipſum ſua eſſentia fortes efficit ſanos: & viuificat virtutem. propterea ꝙ velociter præbet augmentū in ſubſtantia ſpiritus. Sed licet calefactio, & infrigidatio, quæ ex eo fuerit, plurima corporum impediant: eſt tamen cum vnaquæq; earum cum aliqua conuenit complexione: & eſt cum non conuenit. Eſt nanq; cum res frigidæ eos fortes reddunt, qui complexionē calidam malam habent, ſicut dixit Galenus, ꝙ ſuccus granati calefactos ſemper fortes efficit: & hydromel īfrigidatos ſemper reddit vigoroſos. Vinum igitur vnde eſt calidum natura, aut frigidum natura eſt, cū quoſdam

C Oppo. Fē. 3. d. c. 7.
D G. li. 3. de cauis pulſ. c. 16. a, b
D Atq; hoc ſi pm eſt, quod ibecillā facultatē ab onerata diſtiguat: ſimul que cū eo pditur, et noxæ magnitudo. Si. n. intermiſtos magnos & vehemētes pauci offendantur paruli guidiq;, puſilla ei offenſio facultatis.
D Cōtra, ſi pauci magni & vehemētes parui aūt ac lāguidi multi ſū gēti in eiuſmodi ſectibus onere opprimitur facultas. At vero parui & lāguidi pulſus perpetuo fiūt nullo iā pellante contrariū nō in his, quæ onerātur, ſed iis quæ diſſoluuntur facultatibus.
D G. ibid b
E G. ibi. c. 17. c
F Halya. l. 7. theo. c. 5 & Raſ. t. 10. c. 5 & G. ibid.



A dam fortes facit, & quoſdā debilitat. Non tamen ſermo noſter eſt nunc de hoc, imo in virtute eius, qua velocior ad ſpiritum conuertitur, quoniā hoc habet per ſui eſſentiā, confortās ſemper. Quod ſi vnum horū duorū ipſum in aliquo corpore iuuerit, augmentabitur in faciendo fortitudinē: & ſi ei contrarium extiterit, minus fortitudinem faciet ſm hoc: igitur ipſum pulſum conuertet ſm hoc, quoniā ſi fortitudinem faciet, in pulſu augmentabit fortitudinem, & ſi calefaciet, in neceſſitate efficiet augmentum, & ſi infrigidabit, minorabit neceſſitatem. Et ſm plurimum in fortitudine faciet augmentum. Nunq̄ autem neceſſitate efficit augmentum, quin in velocitate addat. Aqua vero propterea, ꝙ nutrimentum penetrare facit, vigorat, & ſimilitudinem operationis vini operatur. Et quoniam non calefacit, immo infrigidat, non tantum auget in neceſſitate quantum vinum.

*De eis, quæ ſomnus & vigiliæ in pulſu operantur.* *Cap. 12.*

PVlſus quidem iudicia in ſomno diuerſificantur ſecundum horam ſomni, & ſecundum diſpoſitionem digeſtionis. [a] Pulſus igitur in principio ſomni eſt paruus & debilis, quoniam motus caloris naturalis, tunc eſt ad conſtringendum & ſubmergendum, & non ad dilatandum, & ad exteriora, quoniam ipſe in hora illa totus tendit ad occultum, propterea, ꝙ ipſum anima mouet ad nutriens digerendum, & maturandum ſuperfluitates: & eſt ſicut ſuperatus, & obſeſſus proculdubio. Et pulſus etiam eſt maioris tarditatis & raritatis: quoniam licet in calore accidat augmentum
B ſm coarctationem & coadunationem: tamen priuatus eſt augmento: quod habet in hora vigiliarum, propter motum calefacientem. Et motus quidem plus eſt ad inflammandum, & inclinandū ad partem malitiei complexionis. Sed coarctatio, & eorum coadunatio temperatæ, minoris ſunt inflammationis, & minus extrahunt calorem ad æſtiuationem. Et tu quidem hoc ſcies ex hoc, ꝙ anhelitus fatigati, & ipſius æſtuatio multo maiores ſunt, anhelitu & æſtuatione eius, cuius calor eſt coarctatus propter cauſam, quæ ſimilis eſt ſomno, verbi gratia ſubmerſi in aqua temperatæ frigiditatis, qui ſit vigilans, licet calor coarctetur & fortificetur ex hoc, non tamen augmentum anhelitus eius perueniet ad id, ad quod perducet labor, & exercitium, quę ſunt ei propinqua. Cumq; bene conſideraueris non inuenies aliud, quod calorem vehementius incēdat, quam labor & motus. Et vigiliæ quidem calorem non efficiunt motu corporis, ita vt cum corpus quieuerit non cauſent illum, immo non faciunt calorem niſi propterea, ꝙ ſpiritus mouentur ad exteriora, & motus eorū ad ea eſt ſecundum continuitatem generationis iſtorum. [b] Cum autem cibus digeſtus eſt in ſomno, redit pulſus, & fit fortior, propterea, ꝙ virtus augmentum recipit à nutriente: & redit illud, quod ad profundum deſcenderat ad regendum nutriens ad exteriora, & ad ſuum principium. Et propter hoc etiam magnificatur tunc pulſus multum, & propterea quòd complexionis caliditas, propter nutriens augetur, quemadmodum diximus, & inſtrumenti etiam augetur lenitas per id,
C quod ad ipſum ex nutrimento penetrat. Veruntamen ſua magnitudine non auget velocitatem, neq; ſpiſſitudinem, quoniam hoc non eſt illud, quod in neceſſitate præbet augmentum, & hoc ēt non eſt prohibens reſtaurari ex eo, quod neceſſarium eſt magnitudine ſola. [b] Deinde quando cum dormiente ſomnus perſeuerauerit, fiet pulſus debilis, propter caloris innati coarctationem, & virtutis compreſſionem ſub ſuperfluitatibus, quæ euacuandæ erant ſecundum euacuationis modos, qui ſunt in vigilijs: ex quibus eſt exercitium, & euacuationes, quæ non ſentiuntur. Cum autē ſomnus in principio vacuitatem inuenerit, & nec inuenit aliquid, ad quod digerendum tendat, declinabit complexionem ad partem infrigidandi: perſeuerabunt ergo paruitas, & tarditas, & raritas in pulſu, & inceſſanter augmentabuntur. [c] Vigiliæ etiam diuerſa habent iudicia: cum enim dormiens euigilabit, natura ſua declinabit pulſus ad magnitudinem, & velocitatem ordinate: deinde ad ſuam naturalem redibit diſpoſitionem. [c] Sed ſubita cauſa euigilato accidit, vt pulſus eius illico, cum à ſomno remouetur fit tepidus vel debilis, quoniam virtus coram eo, quod ſubito euenit, fugatur ad interiora. [d] Et deinde poſt hoc redibit ad eum pulſus magnus, velox, ſpiſſus, & diuerſus ad tremorem. Et quoniam motus iſte eſt ſimilis violento, ideo inflāmat etiam ipſum. Et quoniam virtus ſubito mouetur ad repellendum naturaliter illud, quod accidit: ergo mo[illegible] accidunt diuerſi, & tremit pulſus: [d] ſed tamen ſecundum hoc non longo perſeuerat tempore, immo a[illegible] æqualita-
D tem cito redit. quoniam licet eius cauſa ſit quaſi fortis, eius tamen durabilitas eſt pauca, & cognitio deſtructionis ipſius eſt velox.

A G. 3. de cau. pul. c. 9. c, f
B G. 3. de cau. pul. c. 9. f
B G. ibi. a
C G. ibi. c. 10. e
C G. ibi. b
D Raſ. t. 10. c. 33.
D Raſ. ibid.

*De iudicijs pulſus exercitij.* *Cap. 13.*

I[e]N principio quidem exercitij, & dum eſt temperatum [f] pulſus fit magnus & fortis, & hoc quidem propter augmentum caloris innati, & fortitudinem ipſius, [f] & fit etiam velox & ſpiſſus valde propter ſuperfluam neceſſitatem, quam facit motus. Quod ſi perſeuerauerit, & fuerit prolixum: aut licet fuerit breue, erit tamen fortiſſimum, deſtruetur quod ex fortitudine prouenit, & debilitabitur pulſus, & fiet paruus propter reſolutionem caloris innati: ſed ipſe fiet velox & ſpiſſus propter duas res: quarum vna eſt augmentum neceſſitatis, & alia eſt quoniam virtus deficit, ſeu debilitatur ne magnitudini ſufficiat: poſtea velocitas inceſſanter minuitur, & ſpiſſitudo augmētatur ſecundum quantitatem eius quod ex virtute debilitatur. Deinde ad vltimum ſi exercitium perdurauerit, & debilitauerit, fiet pulſus formicans propter debilitatem & ſpiſſitudinem fortem. Poſtea ſi magis ſuperfluum fuerit, & ex ipſo quaſi ad mortem perueniatur efficiet quod omnia faciunt reſoluentia, & reducet pulſum ad hoc vt ſit vermiculoſus: deinde formicalis declinans ad raritatem, & tarditatem cum debilitate & paruitate.

E Ga. ibi. c. 13. e
F Haly. lib. 7. the. c. 5.
F G. ibid.

*De iudicijs pulſuum balneatorum.* Cap.14. E

BAlneatio aut erit cum aqua calida, aut cum frigida. Si autem fuerit cum aqua calida, in principio [a] prouenient ex ea fortitudinis & neceſſitatis iudicia. Cumq; multum reſoluerit, [a] debilitabit pulſum. [b] Galenus quoq; dixit, erit tunc paruus, tardus, & rarus. Dicemus ergo ꝙ debilitas quidē, & paruitas pulſus ſunt de his quæ fiunt vel accidunt proculdubio: ſed aqua calida cum in interioribus corporis calefactionem efficiet calore accidentali, fortaſſe non durabit: ſed ad ſui naturam quæ eſt infrigidandi, redibit: & fortaſſe durabit & permanebit: Quod ſi accidentalis qualitatis iudicium ſuperauerit, fiet pulſus velox & ſpiſſus. Et ſi ſuperauerit quod ex natura ſui prouenit, fiet tardus & rarus. [c] Et ſi eius calefactio accidentalis ad tantā virtutis reſolutionem peruenerit, vt ſyncopi ſit propīqua, fiet etiam pulſus tardus & rarus. [d] Sed balneationis cum aqua frigida factæ ſi penetrauerit frigiditas, debilitabit pulſum, & faciet paruum, & efficiet raritatem, & tarditatem. Et ſi non penetrauerit, immo calorē coadunauerit, augmentabitur fortitudo: & creſcet parum, & minuetur velocitas, & ſpiſſitudo. Ex aquis vero in thermis exiſtentibus quæ ſunt exiccantes, duritiem in pulſu augmentant: & ex eius magnitudine minuunt. Sed calefacientes velocitatem in pulſu augmentant. Si autem virtutem reſoluerint, erit quod iam diximus.

*De pulſu prægnantium.* Cap.15.

F NEceſſitas quidem in eis eſt multa [e] propter communitatem filij in attractione aeris. Ipſe enim quaſi duabus attrahunt neceſſitatibus, & duabus aeris attractionibus. Sed virtus proculdubio non augmentatur, neq; etiam minuitur, niſi quantum oportet propter laſſitudinem paucam, quæ prouenit ex pondere prægnationis: propter hoc igitur iudicium virtutis mediæ, & neceſſitatis fortis vincit, & augmentatur pulſus, & fit velox & ſpiſſus.

*De pulſu dolorum.* Cap.16.

D [f] Olor mutat pulſum, aut propter fortitudinē ſui: aut quia eſt in membro principali: aut propter longam moram ſui. Et dolor quidem cum in ſui principio fuerit, [g] cõmouebit vel excitabit virtutem, & mouebit ipſam ad reſiſtendum, & expellēdū, & inflāmabit caliditatem. Fiet ergo pulſus [h] magnus, & velox & vehementioris raritatis, quoniam aluthar. i. neceſſitas magnitudinem faciet & velocitatem. [i] Cumq; dolor ad finē ſuæ fortitudinis peruenerit, propter illud, quod diximus de modis, procedet minorādo, & redibit ad inferiora donec magnitudinem perdet, & velocitatem: & vicem earum ſupplebunt ſpiſſitudo fortis, & paruitas, formiculatio, & vermiculatio. Et ſi augmentatus fuerit adducet ad raritatem & perditionem.

*De pulſu apoſtematum.* Cap.17

APoſtematum quidem alia ſunt, quæ febres efficiunt. [k] Et hoc aut propter eorum magnitudinem, aut propter nobilitatem membri in quo ſunt. Et pulſum in toto corpore mutant ſm G mutationem febris propriam: & nos ipſam dicemus in [l] loco ſuo. Et alia ſunt, quæ febrem non faciunt, [l] & mutant pulſum membri in quo ſunt proprium per eſſentiam. Et eſt etiam cum reliqui corporis pulſum mutant per accidens. ſ. non propter hoc quod eſt apā, ſed propter hoc, ꝙ dolorem efficiunt. [l] Apā autem, quod pulſum mutat, aut ipſum mutat per ſpeciem ſui, aut per ſui tēpus, aut per quantitatem ſuā, aut per mēbrum in quo eſt, aut per accidens, quod ſequitur ipſum & comitatur. Quod vero per ſui ſpeciem mutat, eſt ſicut apā calidum, ex quo per ſuam ſpeciem prouenit vt [m] mutetur pulſus ad ſerrinū, & ad tremorē, & diſpõnem ſimilē tremori, & velocitatem, & ſpiſſitudinem: niſi ei contraria ſit cauſa humectans, quæ proprietatē ſerrini deſtruat, & vice ipſius vndoſitatem ſupplere faciat. Verūtamen tremor & velocitas & ſpiſſitudo ipſum ſemper comitantur. Et quēadmodum cauſarum, quædā ſunt, quæ ſerrini proprietatem prohibent, ſimiliter ſunt quędam earum, quæ ſerrini proprietatem augmentant, & ipſam apparere faciunt. Et molle quidem apā, pulſum facit vndoſum. [n] Et ſi fuerit valde frigidum, ipſum efficiet tardum & rarum. [n] Durum vero apā, proprietatem ſerrini augmentat. In exitura autem eum fit collectio, ipſa pulſum conuertit de proprietate ſerrini ad vndoſi proprietatem propter humiditatem & lenitatem, quæ ipſam ſequuntur: & præſtat augmentum in diuerſitate propter ſuam grauitatem. Velocitas autem & ſpiſſitudo alleuiatur propter caloris accidentalis quietem cauſa maturationis. [o] Mutatio vero ipſius cauſa H ſuorum temporum eſt, quoniam dum calidum apā exiſtit in augmento, proprietas ſerrini, & quæcunq; diximus [o] ſunt ſicut in augmento: & eius durities ſemper augmentatur propter extenſionē, quæ augetur: & in tremore propter dolorem. [o] Cumq; ad ſtatum peruenerit omnia augmentantur accidentia pręter illud, quod fortitudinem ſequitur: ipſum nāq; debilitatur in pulſu, & in ſpiſſitudine, & velocitate augmentum præbet: deinde ſi prolongabitur, velocitas deſtruetur, & redeundo fiet formicans. [o] Cum autem declinabit & reſoluetur, aut aperietur, fiet pulſus fortis, propterea, quòd virtus exonerabitur à pondere, & alleuiabitur ipſius tremor, propterea quòd dolor extenſiuus minuetur. [p] Secundum quantitatē vero ſui, qm̄ magnum facit vt ſint iſtæ diſpoſitiones maiores, & magis augmentatæ: & paruum vt ſint pauciores, & paruiores. Et ſm ſuum membrū, qm̄ ex [q] membris neruoſis prouenit augmentum in duritie pulſus, & in proprietate quam habet ſerrinitas ipſius. Et ex venoſis quidem prouenit augmentum in magnitudine ſua, & vehementia, & diuerſitas multa: & præcipue ſi in eis ſuperauerint arteriæ, ſicut in ſplene, & pulmone: & non durabit huiuſmodi magnitudo, niſi quantum perſeuerauerit fortitudo. Et membra humefacta, & lenia ipſum faciunt vndoſum, ſicut cerebrum & pulmo. Mutatio vero, qua apoſtema mutat

A G.l.3.de cauſ. puls. c.14.f
A G.ibi.f
B De frigidis c.15.g
C G.ibi.c.14.g
D G.ibi.c.15.g
E G.l.3.de cauſ. puls.c.8.d
F G.li.4.de cauſ. pul.c.6.a
G G.l.4.de cauſ. pul.c.6.a,b
H Halya.li.7.the. c.6.
I F.4.c.30.&6.li de cāis pulſ.c.6. Halya.l.7.the.
K G.ibi.c.7.d
I Li.4.F.1.t.4.c.11. & 14.
L G ibi.c
M G.lib.4.de cauſ. pul.c.7.b
N Halya.l.7.the. c.8.
N Halya.ibi.
O Halya.li.7.the. c.8.c
P G.4.de cauſ. ſus.c.7.c,& Haly lib.7.the.c.8.
Q G.4.de cauſ. pul. c.7.c



A mutat pulſum aliquo mediante accidente eſt ſicut apoſtema pulmonis, quod facit pulſum tremulum, & ſicut apoſtema hepatis, quod facit ipſum ſicut pulſus aldebul, ideſt maraſmati & apoſtema renis, quod facit ipſum [q] {ſtranguirialem:} & apoſtema mēbri fortis ſenſus, ſicut ſtomachi [q] & diaphragmatis facit ipſum ſpaſmoſum [q] & ſyncopizantem.

*De iudicijs pulſus accidentium animæ.* Cap.18.

IRa quidem propterea, ꝙ virtutem cõmouet, & ſpiritum ſubito dilatat [a] pulſum facit magnum ad ſuperiora ſe eleuantem velocem, & ſpiſſum, in quo nõ oportet diuerſitatem cadere, quoniā paſſio exiſtit ſimilis, niſi timor ei admiſceatur, qui vna vice ſuperet, & hæc alia ſuperet vice: & ſimiliter ſi verecundia ei admiſceatur: aut contrarietas ab intellectu, qui tacere præcipiat, & ne ferueat ad malum inferendum illi cui iraſcitur. Et ex delitijs quidem, propterea, ꝙ ad exteriora paulatim mouent non peruenit pulſus ad illud, quod peruenit ex ira in velocitate & ſpiſſitudine: immo eſt cum eius magnitudo ſufficit neceſſitati, [b] & eſt tardus, & rarus. Et ſimiliter pulſus lætitiæ qm̄ ipſe ſit magnus ſm plurimum cum lenitate, & attinet tarditati & raritati. In [c] triſtitia vero, propterea, ꝙ calor ſuffocatur, & ſubmergitur, & fortitudo debilitatur, oportet vt ſit pulſus paruus & debilis, rarus & tardus. [d] Timor vero, qui ſubito venit, pulſum facit velocē & diuerſum & inordinatū. Sed, ꝓlongatus, & qui ordinate ꝓuenit, mutat pulſum ſm modū mutationis ſolicitudinis, ſeu triſtitiæ.

B *De ſumma mutationis rerum contrariarum naturæ eſſentiæ pulſus.* Cap.19.

AB eis fit mutatio, aut propter hoc, ꝙ accidit ex eis de malitia complexionis. & tu quidem iam [e] ſciuiſti pulſum cuiuſq; complexionis: aut propterea, quòd virtutem conſtringunt, & pulſum faciunt diuerſum: & ſi conſtrictio valde fuerit fortis, erit ſine ordine, & abſq; pondere: & conſtrictionem quidem faciēs eſt omnis materialis multitudo, ſiue ſit apoſtema, ſiue non ſit apoſtema, aut propterea, quòd virtutem diſſoluit, & facit pulſum debilem. Et omnia hæc ſunt ſicut dolor fortis & læſiones animales, quæ ſunt fortis reſolutionis.

*Summa ſecunda doctrinæ tertiæ, fen ſecundæ de vrina & egeſtione, & eſt continens xiij. cap.*

*Sermo vniuerſalis de vrina.* Cap.I.

VIlæ ſignificationis diſpõnum vrinæ non oportet credere, niſi poſtq; conditiones obſeruatę fuerint. Oportet enim vt vrinæ, quæ conſideratur, ſit [f] prima vrina, quæ in mane colligitur, & non fuerit violēter retēta longo tēpore, & ille cuius eſt, dormierit in nocte. Neq; ſit ille cuius eſt, qui biberit aquā, & cibum comederit. Et non ſit, qui in cibo, aut potu rem tingentem accepit, ſicut [g] crocum, & [g] caſſiāfiſtulam, qm̄ vrina tingendo ad citrinitatem & rubedinē [illegible] & ſicut olera, quæ tingendo mutāt ad viriditatem, [i] & almuri, quod ad nigredinē, [k] & [illegible] quod mutat vrinā ſm ſuum colorē. Neq; ſit, qui exteriora ſui re tingente infecerit, ſicut [l] [illegible] qm̄ cū ex ea C aliquis tingitur, fortaſſe eius vrina ex ea inficit. Neq; ſit, qui rem, quæ cū vrina [illegible] humorē expellit, aſſumpſit: ſicut quod cholerā, aut phlegma expellit. Neq; ſe exercuit motibus corporeis, aut opationibus, aut diſpõnibus, quæ ſunt extra curſum naturæ, quæ vrinæ colorē mutāt, ſicut [m] ieiunium, aut vigiliæ, aut labor, aut ira, aut fames. Omnia. n. hæc vrinā tingunt ſm citrinitatē, aut rubedinem. [n] Et coitus vrinā valde impinguat. Et ſicut vomitus, & eūo qm̄ hæc colorē mutant, & ſubſtantiā, quæ in vrina eſſe debet. Similiter cum ipſa multis permanſerit horis. Quapropter dixerunt quidā, ꝙ poſt ſex horas inſpicienda nõ eſt, qm̄ ipſius ſignatio debilitat̄, & color mutatur, & hypoſtaſis diſſoluitur, aut mutat̄: & fit ſpiſſior, quāuis ego [n] dicā, ꝙ nec poſt horā vnam. Vrina præterea tota integre colligēda eſt in vrinali [o] magno, ne ex ea aliquid effundatur. Et eius quidē diſpoſitio illico cum mingitur non eſt conſiderāda, ſed poſtq; in vrinali reſederit. α Et obſeruādum eſt ne ſol eā tangat, neq; ventus, ne agitetur vel cõmoueatur, & ne cõgeletur donec hypoſtaſis ſeparetur, & ſignificatio compleatur: non enim deſcēdit illico cum mingitur, neq; in vltimo fine maturationis. Et nõ colligatur in vrinali in quo alia fuerit vrina, niſi prius fuerit ablutū. Amplius vrinæ puerorum ſignificatio eſt parua, & præcipue infantium, [p] propterea, ꝙ lacte nutriuntur, & ꝙ materia tingens in eis eſt quieſcens, & ſubmerſa: in eorū quoq; natura exiſtit ex debilitate, & multa dormitione, quod maturitatis ſignificationē pernecat. Et inſtr̄m quidē colligēdi vrinā, eſt corpus peruium D ſubſtantiā habens nitidā, [q] ſicut vitrum clarū, aut cryſtallus. [r] Scias autē ꝙ vrina, quanto plus eam [s] tibi approximas, tanto ſpiſſitudo augmentatur: & quanto plus elongas eā à te, augmentatur in ea claritas. & per hoc differt ab oībus fallitatibus, quæ ſunt in ea quibus medici experiuntur, cum eis oſtendunt̄. α Cū vrina in vrinali colligitur, cuſtodienda eſt à mutatione [t] frigoris, & ſolis, & venti. Et oportet vt in lumine aſpiciat̄, ita ꝙ ſup eā nõ [u] cadat radius, īmo ab ipſo tegatur: & ſic in ea iudicetur de accidētibus, quæ in ipſa apparent. Scito etiā, ꝙ prima ſignificatio, quā vrina habet, [x] eſt de diſpoſitione hepatis, & viarū aquoſitatis, & ſuper [y] diſpoſitiones venarū: & eis mediantibus alias demonſtrat ægritudines. Firmior tamen eius ſignificatio eſt illa, q̄ de hepate exiſtit, [z] & proprie de diſpõne gibboſitatis ipſius. Amplius ſignificationes, quæ ex vrinis habētur ex ſeptē ſunt acceptæ gn̄ibus, genere [a] coloris, & gn̄e ſubſtātiæ, & genere claritatis & turbulentiæ, & gn̄e hypoſtaſis, & genere quantitatis in paucitate & multitudine, & gn̄e odoris, & genere ſpumæ. Sūt vero, [b] quidā, qui inter hæc gn̄a ponunt genus tactus, & genus ſaporis. nos vero ambo iſta abijcimus, ſeu caſſamus. Cumq; dicimus genus coloris, intelligimus illud, quod viſus in ea ſentit ex coloribus. ſ. albedinem, aut nigredinem, aut quæ inter eas exiſtunt. Et cum ſubſtantiæ genus dicimus, intelligimus diſpoſitionem ipſius in groſſitudine aut tenuitate. Et cum dicimus genus claritatis & turbulētiæ, intel-

Q *Suppreſſionem vrinæ.*
Q G.ibi.
A Ga.ibid.c.2.f,& Halya.l.7.the.c.6.& Raſ.t.10.ca.33.
B Ga.ibid.c.3.h,& Raſ.t.10.c.33.
C G.ibid.c.4.h,& Raſ.t.10.c.33.
D G.ibid.cap.5.& Raſ.t.10.c.33.
E Cap.8.
F Alzara.li 7.the. t.8.c 2.
G Halya.li.7.the. c.13.
H Raſ.t.10.c.30. & 31.cõti.t.9.454.2
L Raſ.ibidem.
k G.cõm.5.in li.6. Hippo.de morb. vulga.15.2
L Halya.l.7.the. c.13.
*L Liguſtrum*
M Halya.l.7.the. c.12.
N Raſ.31.contin. t.9.456.2.
N Alzara.ibi & Raſ.31.cõti.t.9.454.2.&9.
O Alza.li.the.t.8. c.2.& Raſ.31.cont. t.9.454.2.&Haly.l.7.theo.c.12.
*Infra* α
P Cap.9.
Q G.l.7 apho.64.
R Raſ.31.cõt.t.9. 460.2.
S Cap.12.
*Supra* α
T Raſ.31.cõti.t.9. 456.2.
V Alzar.l.the.t.8. c.2.
X Ga.l.2.progno. 26.c
Y G.l.4. de ſan.tuen.c.4.b,&.1.de criſi.c.7.h
Z Ga.l.6.loc.affe. c.4.b
A G.lib. de vrinis c.1.h,& Alzar.lib. theo.t.8.c.3.
B Raſ.31.cont.t.9. 452.4.

intelligimus,ꝙ penetratio viſus in ea eſt facilis, aut non eſt. Inter hoc autem genus, & genus ſubſtantiæ exiſtit differētia,qm̃ plerunq; eſt ſubſtantia groſſa & clara, ſicut albumen oui & gluten piſcium liquatum,& vitrum liquatum,& oleum:& plerunq; eſt res ſubtilis ſubſtantiæ turbida, ſicut aqua turbida,quæ eſt magis tenuis,q̃ albumen oui. Turbulentiæ autē cauſa,eſt permiſtio partium colores habentium extraneos.fuſcos,aut alijs coloribus infectos, qui ab inſpiciente ſenſu non ſunt percepti,& prohibent peruietatem,& non per ſe percipiuntur.Inter eam vero & hypoſtaſim exiſtit differentia,qm̃ viſus plerunq; cognoſcit hypoſtaſim.Et inter ipſam & colorem exiſtit differentia,quoniam color per totam humoris ſubſtantiam procedit cum maiori permiſtione. E

*De ſignificationibus coloris Vrinæ.* *Cap.2.*

EX coloribus vrinæ ſunt gradus citrinitatis ſicut [a] palearis: deinde [a] citrinus,poſt flauus,deinde [a] rufus,poſtea citrangularis,poſtea [a] igneus,qui tincturæ croci aſſimilatur : & ipſe quidem eſt vehemēter citrinus,poſtea [a] croceus,qui ſimilatur capillis [a] {zahafarani}& iſte quidem eſt quem vocant rubeum clarum.Omnes autem,quæ poſt citrinum caliditatem ſignificant: ſed tamen ſm ſuos diuerſificantur gradus.Et eſt quidem cum accidunt propter vehemētiam motus, & propter dolores,&ꝓpter famē,& propter aquæ abſtinentiam. Poſt iſtos vero gradus p̄dictos exiſtunt gradus rubedinis,ſicut rubeus ad albedinem declinans & roſeus,& rubeus purpureus, ſeu rubeus viuax,& rubeus obſcurus. Et oēs quidē ſanguinis dn̄ium ſignificant.Et in oībus ꝗbus eſt color zahafarano attinens,eſt ſignificatio dn̄ij coleræ rubeæ.Et in oībus,qui puluerulento attinēt,eſt ſignificatio dn̄ij ſanguinis.Et igneus quidem magis ſignificat calorem,q̃ rubeus & puluerulentus : ſicut cholera in ſe calidior eſt q̃ ſanguis: & color quidē vrinæ in ægritudinibus acutis incēdentibus, trahit ad colorē zahafarani et igneitatem. [b] Quod ſi ibi fuerit tenuitas,aliquam maturationis ſignat imaginationē.i.veſtigiū occultū,& ꝙ iam incepit:& ſi nō appareat in ſubſtantia. Si autē citrinitas fortior fiat,& vſq; ad igneitatis perueniat terminum,& ad finē in ea, ſignificat,ꝙ calor inceſſanter proceſſit:& iſte quidem eſt rufedo clara,ſeu peruia. Quod ſi in ipſo claritas augmētetur, calor iam ſm diminutionem incedit.Et eſt præterea cum in ægritudinibus acutis ſanguineis [c] vrina ſicut ipſe ſanguis mingitur,apertione venæ ibi non exiſtente:& ſignificat repletionē ſuperfluā:quæ ſi paulatim mingendo emittitur,& eſt cum odore malo,eſt ſignificatio timoris:& timetur ex ea ne ſanguis ad loca ſuffocantia fuſus deriuetur.Et peior quidē ea eſt illa,quæ eſt ſubtilior ſm colorē ſuum,& diſpoſitionem eius fœtidā. Cum autē ex ea multū mingitur,eſt cū eſt ſignatio bona ī febribus acutis & cōmiſtis, qm̃ eſt cū eſt ſignatio criſis,& ſanitatis:niſi in principio ſubito attenuetur anteq̃ ſit hora criſis,qm̃ tunc erit recidiuationis ſignificatio:& ſimiliter ſi tenuitas poſt criſim ordinata non fuerit.In icteritia vero cum vrina adeo fuerit maioris rubedinis donec ad nigredinē trahat, & pannū taliter tingat ne remoueri poſſit:& quanto plus fuerit,erit ſanius: [d] qm̃ cum vrina in ipſa fuerit alba,aut rubea paucæ rubedinis,icteritia in ſua diſpōne manente,timetur ex ea hydropyſis. [e] Fames quoq; eſt ex eis,quæ vrinā vehementer tingunt & ipſam valde acuunt. Poſt vero ſunt gradus viriditatis, ſicut vrina cuius color colori fiſticorum attinet,deinde cuius color eſt ſimilis colori æruginis ęris:poſtea illius, cuius eſt color ſimilis colori ireos: deinde cuius color ſimilatur indico:poſtea porrinus.Fiſticalis vero ſignificat frigiditatē, & ſimiliter oēs in quibus exiſtit viriditas p̄ter eam, quæ æruginí æris,aut porris ſimilatur:hæc nãq; vehemens ſignificat incendiū. Veruntamē porro ſimilis,ſanior eſt ea,quæ æruginí æris ſimilatur.Et illa quidē quæ æruginí æris ſimilatur, poſt laborem ſignificat ſpaſmū. [f] Viridis vero, in pueris ſpaſmū ſignificat. Quæ vero colorem ireos habet, frigiditatem vehementem ſm plurimū ſignificat:& ante ipſam præcedit vrina viridis. [g] Et quidam dixerunt,ꝙ ſignificat venenum in potu fuiſſe hauſtum: & ſi fuerit in ea hypoſtaſis, ſpes erit vitæ, & ſi non, timetur ei. Aerugini vero æris ſimilis vehementē ſignificat perditionē.Graduum autē coloris nigri,alius eſt niger,qui ad nigredinem tendit ſm viam coloris croci,ſicut eſt in icteritia, & ſignificat choleræ rubeæ ſpiſſitudinem,& eius aduſtionem:& choleram nigrā,quæ accidit ex cholera rubea,& ſignificat icteritiam. Et alius eſt niger,qui declinat ad fuſcedinem vel obſcuritatē, & ſignificat choleram nigram ſanguineam.Et alius niger,qui declinat ad viriditatē,& colorem indicum,& ſignificat cholerā nigram puram.Et ad ſummum quidē vrina nigra ſignificat, [h] aut vehemēs incēdiū,aut [i] forte frigus,aut mortē innati caloris,& eius fugā, [i] aut criſim & expulſionem naturæ,qua ipſa choleræ nigræ expelllit ſuperfluitates. [k] Quod autē ex incendio eſt,cognoſcitur,qm̃ illic eſt fortis ardor,& ante ipſam fuit vrina citrina,vel rubea: & hypoſtaſis eſt diuulſa,& inæqualis, & incontinua,& non eſt vehementis nigredinis:immo trahit ad colorem croci,& citrinitatem,aut ad fuſcitatem:& ſi ad citrinitatē trahit,ſignificat multā icteritiam. Veruntamen, quod ex frigiditate ſit,cognoſcitur,vt ante ipſam habeatur vrina,quæ ad viriditatem trahat,aut liuiditatem: & eſt ſedimen paucum iunctum ac ſi eſſet ſiccum,& nigredo ī ipſa eſt purior. Et eſt etiam cum inter duas complexiones differentia notatur,qm̃ quando cum vrina nigra fortis odor fuerit, ſignificabit caliditatem:& cū fuerit cum ea odoris priuatio,aut fortitudinis eius debilitas, ſignificabit frigiditatē. Cum enim natura valde fuerit ſuperata, odor non erit in vrina. Illud autem quod ex caſu caloris accidit innati:cognoſcitur propterea,ꝙ ipſum ſequitur fortitudinis caſus,& eius diſſolutio.Et illud quidē,quod accidit ſm modū purgationis:& criſis cognoſcitur,ſicut quod accidit in [l] fine quartanarū & cū [m] ſplenis ægritudines reſoluuntur: & dolores dorſi,& matricis, [n] & febres mlicæ,& febres nocturnæ & diurnæ,& nocumenta, [o] q̃ ex mēſtruorū accidūt retētione:& retētio eius,quod ex ſanguine

F (beside "uax,& rubeus obſcurus"); G (beside "taliter tingat"); H (beside "cum,& ſignificat cholerā")

A G.l.de vrinis 4.a.& Raſ.t.10.30
A Raſ.ibid.
A Croci
B Ga.l.1.de criſi. 12.h,& Halya.7.theo,c.14.
C G.l.de vrinis 14.f
D Li.3.F.15.t.1.c.1.& Raſ.31.conti.t.9.457.2.& 3.
E G.li.14.meth.c.1.a
F Lib.3.Fē.2.c.3.& Raſ.31.conti.t.9.458.1.
G Raſ.31.cōti.t.9.454.2.& 458.1.
H Ca.13.& G.l.de vrinis.c.10.d,c,& de criſi. c.11.d,& Raſ.lib.31.cōti.t.9.456.1.
I G.1.de cri.c.11.
I G.ibid.
k G.li.de vrinis c.23.c
L Hal.l.7.the.c.14
M Raſ.t.10.c.30
N G.oppo.13.me tho.c.17.f
O Haly.ibi.



A guine fluere ſolebat per anum:& præcipue cū natura & ars in prouocando iuuant: & ſicut accidit [a] mulieribus,quarum menſtrua retinētur:& nō [a] {retinet} natura ſanguinis ſuperfluitatem, propterea,ꝙ ante ipſam præceſſit vrina indigeſta aquoſa: & propterea,ꝙ poſt ipſam adueniet corpori alleuiatio,& erit ipſius quantitas maxima copioſa. [b] Quod ſi non ita vrina fuerit nigra, ſignum erit malum, & præcipue in acutis ægritudinibus: [c] & quanto plus ſi eius quantitas fuerit pauca, quoniam ex ſua paucitate,eſt ſciendum,ꝙ humorem iam deſtruxit aduſtio: [d] & quanto magis fuerit groſſa,erit deterius:& quanto magis fuerit tenuis,erit minoris malitiæ. Et eſt quidem cum accidit,vt vrina nigra,aut rubea alchani mingatur [e] propter vini potionē, quod huiuſmodi habet colorem cum nullo modo natura aliquid in eo operata fuerit,& exierit ſm ſuam diſpoſitionē: ſed in hoc non eſt timor. [f] Et eſt cū bonæ criſis ſignificatio exiſtit,& [f] in acutis ægritudinibus:ſicut ſi æger eam tenuem minxerit, & fuerit in ea ſuſpenſio in partibus diuerſis: multoties enim ſignificat ſodam,& vigilias,& ſurditatem,& deſipientiam,& præcipue ſi paulatim eam minxerit, & in longo tempore fuerit eius [g] odor acutus, & fuerit cum febribus, quoniam tunc vehementer ſignificabit ſodam,& deſipientiam,ſed quãdo affuerint ibi vigilię,& ſurditas,& deſipientia, & ſoda, ſignificabit ſanguinis fluxum ex naribus.Et eſt etiam cum exiſtit cauſa lapidis in rene. [h] Rufus inquit, vrina nigra bona eſt in ægritudinibus renum non veſicæ,& in ægritudinibus ~~furioſis,~~ quæ ex humoribus proueniunt groſſis,& eſt ſignificatio mortalis in ægritudinibus acutis. [i] dixit etiā, quod vrina nigra eſt mala in ægritudinibus renum & veſicæ,cum vehemens ardor ibi adeſt: conſidera ergo alia ſigna. [k] Vrina nigra in ſenibus non eſt bona,propter illud,quod [k] ſcis, neq; venit in eis niſi ex corruptione magna: & ſimiliter in mulieribus vrina nigra poſt laborem, ſignificat ſpaſmum. Ad ſummum vero vrina nigra in principio febrium eſt pernitioſa:& ſimiliter in earum fine quãdo non cū ea fuerit alleuiatio, neque ſignificauerit criſim. Vrina autem alba ſecūdum duas intentiones eſt ſcienda: [l] vna earum eſt, cum ipſa eſt tenuis peruia ſicut vulgus, quod peruium eſt albū vocat:ſicut vitrum quod eſt clarum,& cryſtallum claram,vocat albam. [l] Et altera eſt,quę pro certo eſt alba,cuius color eſt diſgregatiuus viſus,ſicut lac & pergamenū: & iſta quidem non tranſlucet,vt viſus in ipſa penetret:tranſlucentia enim pro certo non eſt niſi omnium colorum priuatio. [m] Album igitur ſecundum intentionem tranſlucentis ſignificat frigiditatem omnino, & eſt auferens digeſtionis fiduciam:& ſi cum groſſitudine fuerit,ſignificabit phlegma. Sed alba vera nō erit niſi cum groſſitudine.Et eius quidem alia eſt cuius albedo eſt mucilaginoſa. & ſignificat multitudinem phlegmatis,& humoris crudi. Et alia eſt, cuius albedo eſt vnctuoſa, & ſignificat adipis liquefactionem.Et alia eſt,cuius albedo eſt ſimilis heali & ſignificat phlegma, & diarrhœam, quæ accidit aut accidet.Et alia eſt cuius albedo eſt ſimilis albedini, [n] quæ eſt in [n] {focha} cum tenuitate, & ſanie, & ſignificat vlcera ſanioſa in inſtrumentis vrinæ, [o] & ſi abſque ſanie fuerit, erit propter ſuperationē materiæ multæ crudæ nō maturę.Et eſt cum eſt cū lapide veſicę. [p] Et eſt alia,quę ſpermati ſimilatur,quæ quandoq; phlegmaticorū apatum eſt criſis,& laxitatis interiorū [q] & ægritudinum,quæ ex phlegmate accidunt vitreo. [r] Cum vero vrina ſpermati ſimilis exiſtit, & non eſt ſm modum criſis neq; propter apata phlegmatica,imo cū in primis prouenerit, pronoſticabitur apoplexiam,aut paralyſim,Et cum in omnibus horis febris,alba ſuperuenerit vrina, cito in quartanã conuertetur.Et plumbina quidem ſine hypoſtaſi,eſt valde mala. Et lactea etiam in acutis ægritudinibus,eſt pernitioſa. [s] Albedo præterea vrinæ in febribus acutis quocunq; modo fuerit poſt tincturam,quæ præceſſit,ſignificat,ꝙ cholera rubea ad aliquod membrum declinauit, quod apoſtematur:aut ad fluxum ventris: & quod magis ſignificat eſt, ꝙ declinauit ad caput. Et ſimiliter cum vrina ſubtilis eſt in febribus:deinde ſubito fit alba, ſignificat permiſtionem rationis futuram. [t] Et cum vrina in ſanitate perſeuerauerit in colore albo, ſignificat priuationem digeſtionis. [u] Et alheali quæ lacti ſimilatur acetoſo, in febribus acutis mortem ſignificabit, aut hecticam. Scito autē, ꝙ poſſibile eſt, vt vrina ſit alba, [x] & complexio calida & cholerica:aut vrina rubea,& complexio frigida phl̄atica. Cholera enim rubea cum declinat à via vrinæ,& non admiſcetut vrinę,remanet vrina alba.Debes ergo vrinam albam conſiderare,quoniam ſi fuerit eius color luminoſus [p] & ipſius ſedimen multum & groſſum,& eius ſubſtantia cum hoc trahit ad groſſitudinem,debes ſcire,ꝙ albedo eſt ex frigiditate & phlegmate.Sed cum eius color non fuerit luminoſus, neq; eius ſedimen multum,neq; ſplendidum,neq; albedo ad fuſcitatem traxerit, ſcire debes, ꝙ cholera rubea eſt occultata. [y] Et ſi in ægritudine acuta fuerit alba,& fuerint in ea ſignificationes ſalutis, ex quibus non timetur phreneſis,& quæ ſunt ſicut ipſum,debes ſcire, ꝙ cholera rubca declinauit ad alium canalem,& ad inteſtina,& accidet ei excoriatio.Cauſa vero ob quam vrina exiſtit rubea in ęgritudinibus frigidis eſt vna harum rerum: [z] aut fortitudo doloris, qui choleram rubeam reſoluit, ſicut in colica accidit frigida: [a] aut oppilatio,quæ facta fuit ex ſuperatione phlegmatis in canali, qui eſt inter fel & inteſtina: quapropter fel ad inteſtina naturaliter non deſcendit, ſicut ſolebat: immo vrinæ ſocietas eſt ei neceſſaria cum qua egrediatur,quemadmodum accidit in colica frigida: [b] aut propter debilitatem hepatis,& ſuæ virtutis defectum, quæ inter aquoſitatem & ſanguinem ſeparationem facere non valet, ſicut accidit in hydropiſi frigida, & in ægritudinibus debilitatis hepatis ſecundum plurimū, [c] quoniam propter [d] ea vrina eſt ſimilis loturæ carnis recentis: aut propter cōſtrictionem,quam [e] oppilationes fecerunt,& mutatur color phlegmatis in venis, ꝑꝑ aliquam putrefactionem,quæ ei accidit.& eius quidem ſignum eſt aquoſitas vrinæ, & eius ſedimen ſecundū

B (beside "ribus proueniunt groſſis"); C (beside "& ſanie"); D (beside "ſedimen multum")

*A Recipit.*
A Li.4.F.2.t.1.c.85 & com.3.in tertiū Hip.de mor.vulg. Ægro.2.148.c.& Ægro.11.150.g.& Haly.7.theo.c.14.
B Raſ.31.cont.t.9.456.3
C L.4.F.2.t.1.c.85.
D L.4.F.2.t.1.c.85
E G.cōmē.5.in.6.Hip.de morb.vul.15.a
F L.4.F.2.t.1.c.85
G Raſ.31.con.t.9.455.3
H Raſ.31.con.t.9.458.1
I Raſ.31.conti.t.9.458.1
k Raſ.ibi.& G.2.progno.33.b
*K Supra*
L Gal.1.de criſi.c.12.e.& Li.4.apho.72.
L G.ibi.
M G.ibi.h
N Raſ.t.10.c.30.
*N Sero vel ceruſa.*
O Raſ.31.con.t.9.457.4
P Raſ.31.con.t.9.456.4.& 459.1
Q Raſis.456.4.
R Raſ.t.10.c.30.
S Lib.4.F.2.t.1.c.84.& lib.3.F.1.t.2.c.8.& F.16.t.1.c.3.& G.li.de vrinis.c.5.c.& com.2.in.1.Hip.de morb.vulga.71.f.& li.4.F.1.t.1.c.36.& t.4.c.14.
T Raſ.31.cōti.t.9.452.1
V Raſ.t.10.ca.30.& 31.cōti.t.9.ca.1.456.d
X Raſ.31.cōti.t.9.454.4
Y Lib.3.F.1.t.2.c.8 & Fen.16,t.1.c.3.& li.4.Fen.2.t.1.c.84
Z Li.3.F.16.t.3.c.7 & 11.
A Li.3.F.16.t.3.c.7
B Li.3.F.14.t.4.c.8 & Raſ.31.conti.t.9.458.2
C Lib.3.Fē.14.t.2.c.2
D Lib.4.fen.1.t.2.c.47.et raſ.31.cont.t.9.454.4

modum, quem diximus, & eius tinctura, eſt tinctura debilis non luminoſa. Choleræ enim rubeæ E tinctura eſt luminoſa. [a] Vrina quoq; multoties in principio ægritudinum erit alba, ſed poſtea fiet nigra, & fœtebit ſicut accidit in icteritia. [b] Amplius vrina poſt comeſtionem albeſcit, neq; ſic ceſſat donec digeſtio fieri incipiat: tunc enim incipit vrina tingi. Et propter hoc vrinę vigilantiū ſunt albæ: & adiuuat ad hoc caloris innati reſolutio: ſed non luminoſæ: immo attinent fuſcitati propter priuationem digeſtionis. Tinctura rubea in ægritudinibus acutis melior eſt, ꝙ alba aquoſa. Et alba propter ſubſtantiam ipſius, etiam melior eſt, q̄ aquoſa: Sed rubea, quæ eſt ſanguinea, maioris eſt ſecuritatis, q̄ rubea cholerica: Rubea quoq; cholerica non tanti eſt timoris cum cholera quieta manet, ſed ſi extat mobilis, magni eſt timoris. [c] Amplius vrina rubea in ægritudinibus renum eſt mala, quoniam ſm plurimū calidum ſignificat apā. [c] Et in doloribus capitis, deſipientiam portendit. Cumq; vrina in ægritudinibus acutis rubere cœperit, & ſic permanſerit, & non inferius deſcenſum fecerit, perditionis ægri timorem affert, & renum apā ſignificabit. Quod ſi cum rubedine fuerit turbida, & taliter permāſerit apā in hepate, & caloris innati ſignificabit debilitatem. [d] Amplius colorum vrinæ ſunt quidam compoſiti, ex quibus eſt color, qui carnis recentis loturæ aſſimilatur, qui etiam ſanguini in aqua diſſoluto ſimilis exiſtit, & eſt ex debilitate hepatis. [e] Et quandoq; etiam eſt ex multitudine ſanguinis: verūtamen ſæpius exiſtit ex debilitate hepatis, ex quacunq; complexione ſuperuenerit malitia vincente, quā digerendi debilitas demonſtrabit, & virtutis diſſolutio. F

[e] Quod ſi virtus fortis fuerit, tunc nō erit niſi ex ſanguinis multitudine, & eius augmēto vltra mēſuram, quā virtus diſgregatiua penitus ſeparare non ſufficit. Et ex eis eſt etiam color oleaginus, & eſt citrinitas, cui admiſta eſt ſiclinitas: & colori olei ſimilatur, propter viſcoſitatem, quæ eſt in ipſo, & tranſlucentiam cū nitore adipino, & cum ſplendore ſubſtantię ad quandā ſpiſſitudinem trahit. Et in pluribus diſpoſitionibus ſignificat malum, aut non ſignificat bonum, neq; maturationem, neq; meliorationē: ſed fortaſſe raro materierum vnctuoſarū euacuationem, ſm modū criſis ſignificat: & hoc quidem non eſt niſi cum poſt ipſam aduenit requies. Quæ vero ex ea eſt pernitioſa, eſt illa cuius vnctuoſitas eſt fœtida: & proprie illa ex qua parua mingitur quantitas. Cum vero ei aliquid miſcetur, quod eſt ſimile loturæ carnis recentis, eſt deterior. Et hoc quidem plus contingit in hydropiſi, & phthiſi, & colica mala. [f] Et eſt cum oleagina poſt nigram ſequitur vrinam, quæ præceſſit, & tunc quidem eſt ſignificatio bona. Et multoties vrina oleagina in die quarta indicat ægrū [g] in die ſeptima moriturum in ægritudinibus videlicet acutis. Ad ſummum vero oleaginæ vrinæ tres ſunt ſpecies: [h] alia enim ex ea eſt quæ tota eſt vnctuoſa vel pinguis, & alia eſt cuius inferius eſt tantum vnctuoſum vel pingue, & alia eſt cuius ſuperius eſt vnctuoſum, vel pingue. [i] Ex ea etiam eſt, quæ in ſuo colore tantū eſt oleagina: ſicut eſt in phthiſi, & proprie in ſui principio: aut ī ſui ſubſtantia tantū: aut in eis vtriſq;: quemadmodū eſt in ægritudinibus renū, & in perfectione phthiſis, G & eius fine. Et ex eis eſt etiam alargiuani, qui malus eſt, & pernitioſus, quoniam vtriuſq; choleræ ſignificat aduſtionē. Et quandoq; eſt color rubeus in quo currit nigredo, & ſignificat febres compoſitas, & febres, quæ ex groſſis fiunt humoribus. qui ſi clarior fuerit, & nigredo ad ipſius ſummitatem declinauerit, apoſtema ſignificabit lateris.

*De ſignificationibus ſubſtantiæ vrinæ & qualitate ipſius, & claritate ſui, aut turbulentia.* *Cap. 3.*

S[k]Vbſtantia vrinæ, aut eſt tenuis, aut groſſa, aut mediocris. Valde vero tenuis in omnibus diſpoſitionibus maturationis [l] ſignificat priuationē, aut in [m] venis oppilationes, aut renum debilitatem & canalium vrinæ, qui non attrahunt niſi quod tenue eſt: aut attrahunt, ſed extra non eijciunt, niſi quod ſubtile inobediens expulſioni exiſtit: aut ſignificat multam aquæ potationem, aut vehementis frigiditatis complexionem cum ſiccitate. Et in acutis quidē ægritudinibus ſignificat virtutis digeſtiuæ debilitatem, & maturationis priuationem. Et eſt etiam cum reliquarū virtutum tantam ſignificat debilitatem, vt nullo modo in aqua operentur: imo quemadmodū ingreditur ita labitur. [n] Et vrina quidem tenuis valde ſm hunc modum deterior eſt in pueris, ꝙ in iuuenibus, qm̄ naturalis puerorum vrina ſpiſſior eſt vrina iuuenum: ideo ꝙ ſunt humidiores: & quod eorum corpora plus attrahūt humiditates: propterea, quòd materia ſuperfluens eſt eis neceſſaria cauſa augmenti. Si ergo eorum vrinæ in febribus acutis multum fiant tenues, iam valde elongati H erunt a ſua naturali diſpoſitione. Et ſi hæc in eis perſeuerauerit, non ſignificabit niſi perditionem: qm̄ cum perdurat ſignificat perditionem, [o] niſi bona ſint adiuncta ſigna, & virtutis ſtabilitas: tūc enim exituram ſignificat, quæ accidet, & proprie inferius ſub parte hepatis. Et ſimiliter ſi hæc in ſanis permanſerit, & non alteratur vel non variatur in eis, ſignificabit apā, quod accidet illic vbi dolorem ſentiunt. Et ſm plurimum accidet eis, vt cum hoc in alchatin, & in renibus dolorē ſentiant. Et ſignificat aptitudinem ad apā. Quod ſi dolor & grauitas vni mēbro, proprie non fuerit: immo ſint cōes, ſignificabit bothor & variolas, & apāta, quæ corpori erunt cōia. [p] Tenuitas quoq; vrinę in criſi ſine ordine, recidiuationē pronoſticatur. Vrina autē multum groſſa ſm plurimū ſignificat maturationis priuationem, & ſm minus humorum groſſæ ſubſtātiæ maturationem. Erit ergo in ſtatu humoroſarū febrium, & in apertione apātum. Et plurimum quidem, quod in acutis ſignificat ægritudinibus, eſt malum. Verūtamen tenuitatis durabilitas plus ſignificat malum. groſſitudo nāq; quandam ſignificat digeſtionē, quę quidem ſubſtantiæ confert in eo, ꝙ digeſtionem ſignat. Et quod virtus expellendi habet potentiam, eſt id in quo fiducia habetur. Et inquantum materiei ſignificat corruptionē, & eius multitudinē, & maturationis prohibitionem ſeparātis, ad fundum deſcen-

A Lib. 3. Fē. 13. c. 4
B Raſ. 31. cōti. 456. d
C Raſ. 31. cōti. 460. 3
C Raſ. ibidem.
D Lib. 3. Fen. 2. c. 2. & Fen. 18. c. 1. & Ra. t. 10.
E G. li. de vrin. 14. f
F Raſ. 31. cōti. 461. 2
G Lib. 4. Fē. 1. ca. 89. ꝙ in ſexta Raſis. 31. conti. 456. 4
H Raſ. 31. cōti. 461. 1
I Raſ. 31. conti. 456. d
K Halya li. 7. the. c. 14
L G. li. de vrinis 5. b. & 1. de criſ. 12. h
M G. lib. 4. aphor. 77. & Raſ. 31. conti. 9. 456. d. & Haly lib. 7. theo. c. 14
N Ga. li. 1. de criſ. c. 12. fo. 130. f. & li. progno. 33. b
O Gal. li. 2. progn. 34. c
P Raſ. 31. conti. 456. 4



A deſcendentis, ſignificat malum. Quid autem ſit illud, quod inter duas res ſuperantius eſt, cognoſcitur ex eo, quod poſt eam aduenit ex requie, aut ſuccedit ex debilitatis augmento. Et vrinarum quidem groſſarum in febribus ſanior exiſtit illa, de qua multum ſubito euacuatur. Illa vero, quæ paulatim euacuatur, multorum humorum eſt ſignificatiua, & debilitatis virtutis. Et poſt illam quidem, quę vtilitatem affert, ſequitur mediocris vrina ſimul cum requie. Cum autem tenuis vrina in acutis ægritudinibus ad groſſitudinem conuertitur, poſtq̄ non aduenit requies, ſignificat liquefactionem. Cumq; in ſano vrina perſeuerauerit groſſa, & in parte capitis dolorē ſenſerit, & cōquaſſationem, iudicabit ei febrem. Eſt tamē cum hoc eſt ex ſuperflua expulſione, aut apertione, aut vlceribus in partibus viarum vrinæ. Non autem ſubtilitas, & ſpiſſitudo vtręq; maturationis ſignificant priuationem, niſi quia maturationem, ſubſtantiæ comitatur mediocritas. Groſſa ergo maturatio eſt, vt digerendo ad tenuitatem mutetur. Et tenuis maturatio eſt, vt coquēdo muteť ad groſſitudinem. Amplius vrina groſſa, quemadmodū prius diximus, qñq; eſt clara tranſlucens, quandoq; eſt turbida. Veruntm̄ inter ſpiſſam trāslucentem, & tenuem exiſtit differentia: qm̄ ſpiſſa trāſlucens cum inundatur cum motu, nō fiunt partes ipſius inundatæ multum paruæ, immo magnæ in ea accidūt, vnde & eius motus ſunt tardi: & cum ſpumat, fit ſpuma magnarum ampullarum, & ipſius ampullæ non cito rumpuntur. Et quæ quidem huiuſmodi exiſtit, ex phlegmate generatur B bene digeſto, aut cholera vitellina, ſi eſt in ea tinctura ad citrinitatem trahens. Et ſi tinctura nō eſt in ea, ſignificat phlegmatis vitrei reſolutionem: & hoc quidem in epilepticorum vrinis multū exiſtit. In tenui autem in qua multa exiſtit tinctura, ſcitur tincturam non eſſe propter digeſtionē, ſed ex permiſtione choleræ cū ea. Et ſi non, tunc digeſtio in primis feciſſet ſubſtātiam in ea, qm̄ prima digeſtionis, operatio. eſt ſubſtantiam efficere, deinde ipſam tingere. Et digeſtio quidem in ſubſtātia melior eſt, q̄ in colore. Et propter hoc, cum vrina tenuis citrina in acuta ęgritudine perſeuerat, ſignificat malum, & ꝙ virtus digeſtiua eſt ſopita. [a] Cum autem vrinam videris tenuē, in cuius partibus, rubedinis & citrinitatis fuerit diuerſitas, laborē cognoſces inflāmantem. Et ſi tenuis fuerit, fuerintq; in ea res, quæ ſunt ſicut furfures, ægritudine in veſica non exiſtente, ſignum erit hoc eſſe propter phlegmatis aduſtionem. Groſſa autē vrina in febribus acutis ad ſummū multos ſignificat humores, & fortaſſe ſignificat liquefactionem. Et ipſa quidem eſt, quæ cum vna permanet hora, congelatur & inſpiſſatur. Ad vltimum vero turbulentia vrinæ eſt propter terreitatem cum vētoſitate, quæ aquoſitati admiſcetur. ex iſtis nāq; cum admiſcentur, prouenit turbulentia, & ex ipſorū ab inuicem ſeparatione, ꝓuenit claritas. [b] Amplius tres debes attēdere diſpoſitiones. Eſt nāq; cum tenuis mingitur, & deinde ingroſſatur, quæ ſignificat, ꝙ natura laborat in maturando, ſed nōdum materia ei vndiq; obediuit, & eſt recipiens impreſſionem, & fortaſſe eſt cum membrorum ſigniſi- C cat liquefactionem. [b] Aut mingitur ſpiſſa, & poſtea clarificatur, & ſeparatur ab ea groſſum ſubtus ſtans, & ſignificat, ꝙ natura iam ſuperauit materiam, & ipſam maturauit. & quāto maior fuerit claritas, & maior deſcēſus inferius, & citius, magis ſignificabit maturationē. [b] Aut eſt diſpoſitio media inter primam & alteram. ex qua cum perdurauerit, & natura fuerit fortis et virtus fixa, ſcietur, ꝙ non ad maturationem perueniet integram. Si vero virtus fixa non fuerit, timēdum erit ne perditio præueniat maturationē. [c] Cum autē perdurauerit, & timoroſa ſignificatio nō affuerit, ſignificabit capitis dolorem: qm̄ ſignificabit ebullitionē, & ventoſitates vaporoſas. Illa vero, quæ ex tenuitate ad turbulentiam peruenit, & ſic procedit, [d] melior eſt ea, quæ in [d] turbulentia permanet ſm plurimas horas. Vrina quoq; multoties fit groſſa, & ſpiſſa, & eſt hoc propter caſum virtutis, & nō propter naturæ expulſionem. Sed vrina, quæ aquoſa mingitur, & aquoſa remanet, ſignum eſt priuationis maturationis penitus. [e] Et vrina groſſa laudabilior eſt, quæ ad exeūdum eſt facilis, & multæ ſeparationis ſimul. Ex hmōi nāq; ſanatur paralyſis, & quod eſt ei ſimile. [f] Cū vrina groſſa mingitur, & deinde procedendo ſm ordinē attenuať, ſi multa eſt, cōueniens exiſtit. Et qñq; groſſa turbida plurima, ſequens ad groſſam paucā, eſt ſignificatio bona, & hoc quidē cū erūpitur, ſeu aperitur groſſa turbida, quæ mingebať paulatim, & inde vice vna multa facile mingiť vrina: cū hac. n. multoties reſoluiť ægritudo, ſiue ipſa ſit vna febriū acutarū, ſiue ſit vna aliarū ægritudinū ex reple- D tione prouenientium, ſiue ſit repletio, ex qua nondum manifeſta accidit ægritudo. Et iſtę quidem vrinæ. modus eſt raro eueniens. Quando cum vrina naturalis coloris ſuperflua eſt ſpiſſitudo, plerunq; ſignificat bonitatem expulſionis multarum materierum, cui exeundi aſſociatur facilitas: & plerunq; ſignificat perditionem: propterea, ꝙ humorum ſignificat multitudinem, & virtutis debilitatem: & hoc quidem demonſtrat egrediendi difficultas, & paucitas eius, quod egreditur. Vrina quidem groſſa bona eſt, quæ eſt criſis ægritudinis ſplenis, & febrium permiſtarum, in qua nō expectatur ęqualitas: qm̄ natura in expellendo operatur, ſeu conatur. Vrina ad vltimum turbulenta ſignificat humorum multitudinem, & naturam ab eis occupatam in maturādo eos. [g] Vrina groſſa, in qua ſedimen exiſtit oleagineum, ſignificat lapidem. Vrina groſſa, quæ apoſtematum ſignificat apertionem, cognoſcitur ex eo, quod ei admiſcetur, & ex eo, quod præceſſit. Ex eo enim quod admiſcetur ſicut pus, quod malus odor demonſtrat, & exeuntibus, quæ cum ea ſeparātur, ſicut petala alba, & rubea, aut ſicut furfur, aut alia ab iſtis, ex eis, per quæ cognoſcitur: ex eo quidem, quod præceſſit, qm̄ ibi prius fuit ſignificatio apoſtematis, aut vlceris in veſica, aut rene, aut hepate, aut in partibus pectoris, & ſignificat hoc apoſtematis apertionē, & ſi ante ipſam vrina fuerit ſimilis loturæ carnis recentis; tunc eſt ex gibboſitate hepatis: & ſi egeſtio ſimiliter fuerit, tunc apoſtema erit in eius

A G. li. 7. aphor. 33.
B G. li. 1. de criſi. c. 12. g, & li. 4. de ſani. tuen. c. 4. h
C G. li. 4. aph. 70.
D G. li. 1. de criſi. ca. 12. g, oppoſitū.
E Raſ. 31. conti. t. 9. 458. 3.
F G. li. 4. apho. 69.
G Raſ. 31. cōti. t. 9. 460. 4.

in eius concauitate:& ſi anhelitus coanguſtatio præceſſit,& tuſſis ſicca, & dolor in mẽbris pectoris pungitiuus,tunc.quod apoſtema apertum eſt,eſt lateris,& exiuit à parte arteriæ maioris:& ſi in pure illo,eſt maturatio, conueniens eſt. Et eſt cum ſanus ocioſe viuens, qui exercitium relinquit, mingit vrinã,ſicut pus & virus tenue,quo ipſius purgatur corpus, & eius aufertur laſſitas, quam exercitij dimiſſione conſecutus eſt.Et eſt etiam cum in hepate,aut in eo,quod eſt coram ipſo, fiunt oppilationes,& plerunq; contingit,vt earum apertione ſit vrina ſpiſſa,propterea, ꝙ earum egreditur materia.Et hæc talis ſpiſſitudo nõ eſt pus.Sed in ipſa,quæ eſt poſt apoſtematis apertionem, eſt pus.Et cum hæc vrina fuerit cum ſpiſſitudine,& ad nigredinem traxerit, & cum ea fuerit in latere ſiniſtro dolor,erit tunc ex parte ſplenis.Et ſm hanc cõſiderationem ſi ſupra vmbilicum fuerit, aut in ſummitate ventris,erit tunc ex parte ſtomachi.Hoc tñ ſæpius eſt ex parte hepatis, & canaliũ vrinæ.Vrina turbulenta,multoties ſignificat caſum virtutis. Cumq; virtus ceciderit,frigiditas ſuperabit,quæ erit ſicut illa,quæ exterius infrigidat.Vrina turbulenta,quę malo vino ſimilatur,aut aquę ciceris,eſt vrina prægnantium, aut habentium apoſtemata calida longi temporis in interioribus. [a] Vrina,quæ vrinis aſinorum,aut aĩalium aſſimilatur,& eſt ſicut [a] {metelachlach} propter vehementiam cõmotionis & ebullitionis corruptionem humorũ corporis ſignificat:quod tamen magis ſignificat,eſt phlegma crudum,in qua aliqua caliditas operata fuit, & ipſum cum groſſa ventoſitate ebullire fecit:& propter hoc plerunq; ſignificat capitis dolorem exiſtentem,aut almethal, & quandoq; cum perſeuerat ſignificat lethargiam.[b] Vrina,quæ colori alicuius membri ſimilatur,cũ perdurat,ægritudinem in illo membro ſignificat.Et quidam dixerũt, ꝙ cũ in inferiori parte vrinæ fuerit aliquid,quod nebulæ ſit ſimile,aut fumo prolongabitur ægritudo,& ſi in tota perducat ęgritudine,pronoſticatur mortem,phlegma autem crudum diſcernitur a pure per fœtorem.Vrina habens partes diuerſas,quanto plus partes in ipſa fuerint maiores,ſignificat, ꝙ tãto naturæ operatio eſt ſtudioſior.& natura plus potens,& pori plus aperti. [c] Vrina in qua videntur quaſi fila adinuicem miſta ſignificat,ꝙ fuit micta poſtꝗ̃ coitus fuit completus.

Vrina pregnantium

E

A Raſ.31.conti.t.9.461.1,& G.com.5.in.6.Hippocr.de morb.vulg.15.a

F

*A conquaſſata,agitata, turbida.*

B Raſ.31.conti.t.454.2

C Ga.lib.10.& lib.20.t.1.c.14.& Raſ.31.conti,t.9.460

*De ſignificationibus odoris vrinæ.* *Cap.* 4.

D[d] Ixerunt quidam ſe nũquam vidiſſe ægrum,cuius vrinæ odor ſit,ſicut odor vrinæ ſani.[e] Et nos quidem dicemus,ꝙ cum vrina nullo modo odorem habet, complexionis frigiditatem ſignificat,& ſuperfluam cruditatem.Et plerunq; etiam ſignificat in acutis ægritudinibus mortem naturæ.Cum autẽ odorem habuerit fœtidũ, & maturationis ſignificationes in ea fuerint, erit ipſius cauſa ſcabies,aut vlcera in inſtrumentis vrinæ.quæ ſuis cognoſcuntur ſignis.Quod ſi maturatio non affuerit,poſſibile erit,vt ſit ex hoc,& poſſibile eſt,vt ſit ex putrefactione.Cumq; hęc in febribus fuerit acutis,& non fuerit cauſa membrorum vrinæ,erit ſignum malum.Et cum ad acredinem traxerit,ſignificabit putrefactionem, quæ eſt in humoribus frigidam habentibus ſubſtantiã, quos calor ſuperauit extraneus:ſed ſi ægritudo fuerit acuta,erit ſignum mortis, & qm̃ ſignificabit mortificationem caloris naturalis,& dominium frigiditatis in natura cum calore extraneo. Odor vero,qui ad dulcedinem trahit,ſanguinis ſignificat dominium.Et quæ multum eſt fœtida, eſt cholerica.Et fœtida ad acredinem trahens,eſt melancholica. Cumq; vrina [f] fœtidi odoris in ſanis perſeuerauerit,ſignificabit febres,quæ ex putrefactione accidunt,aut expulſionẽ putrefactionis, quæ in ipſis eſt retenta.Et hoc quidem demonſtrabit, ſi illico alleuiationem habuerint.In acutis ægritudinibus,cum fœtor vrinam comitabitur,& poſtea ab ea remouebitur,fueritq; ablatio hæc ſubito, & poſt ipſam non ſubſecuta fuerit requies,ſignificatio erit caſus virtutis.

G

D Raſ.31.conti.t.456.1

E Raſ.t.10.ca.30.

F Raſ.31.conti.t.455.1

*De ſignificationibus vrinæ ex ſpuma aſſumptis.* *Cap.* 5.

S[g] Puma accidit ex humiditate & ventoſitate proiecta in vrinale cum proiectione vrinę. Ventoſitas vero,cum vrina egrediens auxilium proculdubio præbet in ſubſtantia vrinæ,& pręcipue cum ventoſitas in aqua,ſeu in vrina ſuperauerit, quemadmodum in vrina accidit tetanũ habentium,in qua multæ ſunt ampullæ.Et ſpuma quidem quandoq; cum ſuo ſignificat colore,ſicut ſignificat ſua nigredine,& ruſedine in icteritia.Et eſt cum paruitate ſui,& magnitudine ſignificat, qm̃ ipſius magnitudo ſignificat viſcoſitatem.Sui vero multitudine & paucitate, qm̃ ipſius multitudo ſignificat viſcoſitatem,& multam ventoſitatem. [h] Et ipſa quidem ſignificat per rupturã ſuarum ampullarum cito factam aut tarde,qm̃ ruptura ampullarum tarda ſignificat viſcoſitatẽ. [i] Et paruę quidem ampullæ remanentes in ægritudinibus renum ſignificant longitudinem ægritudinis propter ſignificationem earum ſuper vẽtoſitatem,& viſcoſitatem. Ad ſummum vero humor viſcoſus in ęgritudinibus renum eſt malus,& ſignificat humores malos & frigiditatem.Et illud ſignificant ampullæ paruæ,quas nominauimus.

H

G G.li.2.apho.43.& li.7.30.&.34.

H G.li.7.apho.34.&.2.prognoſ.47.

I Raſ.31.conti.t.9.461.3

*De ſignificationibus ſpecierum hypoſtaſis.* *Cap.* 6.

IN primis dicemus,ꝙ medicorum conuenientia in vſu nominis hypoſtaſis,& ſediminis iam receſſit a via cognita.Dicunt enim hypoſtaſim,aut ſedimen:non illud tantum, quod inferius deſcendit,ſed omnem ſubſtantiam,quæ ſpiſſioris exiſtit eſſentiæ, ꝗ̃ aquoſitas: & eſt ab ea diuiſa, ſiue ſit ſuſpenſa,ſiue ſit ſupra. Dicemus igitur, ꝙ hypoſtaſis multis cognoſcitur modis, ſ.ex ſubſtantia ſui,& quantitate,& qualitate,& ſitu ſuarum partium,& loco ſui,& tempore,& qualitate ſuę permiſtionis.Significatio vero eius ex ſubſtãtia ſui,eſt qm̃ hypoſtaſis,aut erit naturalis,laudabilis, demonſtrans digeſtionem,& maturationem naturalem,[k] & hæc erit alba, & deſcendens inferius, & eius partes continue,& ſimiles,& æquales, & oportebit, vt ſit rotundam habens figuram, lenis,

æqualis

K Hip. & Gal.li.1.progno.26.b.c,& com.2.in.1.porrect.24.h



A æqualis,ſubtilis, ſimilis,[a] hypoſtaſi aquæ roſaceæ. Et proportio ſuæ ſignificationis ſuper maturationẽ materiæ in toto corpore,[b] eſt ſicut proportio ſignificationis materiæ puris,albi,lenis, ſimilis eſſentiæ,ſuper maturationẽ apoſtematis. Sed pus eſt ſpiſſum,& hoc eſt ſubtile. Et hypoſtaſis quidem & ſediminis ſignificationes ſunt bonæ: licet tinctura deficiat & æqualitas. Verum æqualitas apud antiquos magis eſt ſignificatiua digeſtionis. Aequalis nanq;,[c] quæ non tantum eſt alba, ſed rubea,eſt melior alba, quæ eſt aſpera. α Amplius plurimæ hypoſtaſes ſm colorem vrinæ exiſtunt, ſed ex eis,quæ diuerſificantur,[d] alba eſt melior: poſt illam rubea: & poſt ipſam citrina,& poſt eam illa,quæ eſt vt arſenicum. Et malitia quidẽ à lentinoſa incipit. Tu autem non attendas illud,quod alij dicunt:nam albedo erit quandoq; nõ propter maturationem,& æqualitas non eſt,niſi propter maturationem: Et de albedine eſt,quæ eſt propter vehementẽ ventoſitatis cõmiſtionẽ. Male autem hypoſtaſis incontinuitas melior eſt, ꝗ̃ ipſius continuitas. Et hypoſtaſis quidẽ mala eſt, quam è vicino ſcies. Bona autem hypoſtaſis,de qua loquimur puri aſſimilatur,& phlegmati crudo,cum ambo tenuia fuerint.[e] Veruntamen pus ab ea differt per fœtorem.Et phlegma crudum ſeparatur ab ea conculcatione ſuarum partium.Et ipſa ab vtriſq; differt ſubtilitate,& leuitate. Et hæc quidẽ hypoſtaſis non quæritur,niſi in ægritudinibus,qm̃ in ſanitate non exquiritur: & illud eſt,qm̃ non dubitatur quin in corpore ægri malæ retentæ ſint materiæ in venis ipſius, quæ niſi maturentur, B portendunt corruptionem. In venis aũt ſani non ſemper oportet eſſe humorem,qui ſit excutiendus,ſed ſi eſt,melius eſt,ꝙ hoc ſignificent ex eis ſuperfluitates, quæ in eis ſuperfluunt ex cibo à digeſtione priuatæ: deinde ſuperfluit ſuperfluitas,quæ in vrina fit hypoſtaſis,ſiue matura,ſiue non matura.Et in macilentis quidẽ eſt ſedimen paucum,quod deſcendit ſm ſanitatis diſpoſitionẽ: & proprie,qui exercitio vtuntur,& artibus ſe exercent laborioſis: & nõ multiplicatur huiuſmodi hypoſtaſis,[f] niſi in corporibus pinguium ocioſe viuentium. Et propter hoc etiam in vrinis ægrorũ macrorum non eſt expectanda hypoſtaſis tantum,quantũ in vrinis ægrorum pinguium, qm̃ eorum ægritudo multoties recedit ita,ꝙ nihil deſcendit: & multoties hypoſtaſis in eorum vrinis nõ peruenit ad hoc,vt deſcendat,ſed tamen plerunq; eſt modicum eius in eis natans,aut pendens: & in multis quidẽ vrinis.Et nõ quælibet vrina illico cum mingitur reſidet,neq; etiã vrina valde digeſta,immo in eis parum expectandum eſt.α Et plures ex hypoſtaſis coloribus ſunt ſm plurimum, ſm colorem vrinæ,ſed melior ex eis,quæ diuerſificantur eſt alba, poſtquã eſt rubea,deinde citrina. Non naturalis vero hypoſtaſis alia eſt ſimilis raſuræ inteſtinorũ corticalis, quæ eſt furfurea, aut [f] {horobina,aut deſiſſi,} aut [g] ſimilis [g] {arſenico} rubeæ,aut ei, quod eſt valde citrinũ: alia eſt carnoſa: alia eſt adipina: & alia eſt ſanioſa: & alia eſt mucilaginoſa:& alia eſt,quæ eſt ſimilis fruſtulis fermenti in aqua infuſi: & alia eſt ſanguinea ſanguiſugalis: alia eſt capillaris: & alia eſt arenalis lapidoſa,& alia C eſt cineritia. Similis vero raſuræ inteſtinorũ corticalis,[h] alia eſt petaloides magnarum partium rubearum,aut albarum,quæ ſignificat ſm plurimum,ꝙ ſeparatæ fuerunt ex membris,quę ſunt propinqua membris à quibus diuiduntur vrinæ. Et albæ ſignificant, ꝙ ſunt ex veſica propter vlcera, quæ ſunt in ea,aut ſcabiem,aut corroſionem. Rubeæ autẽ carnoſæ ſignificant,ꝙ ſunt ex rene. Et ex petaloidibus quidẽ ſunt,quæ ſunt coloris fuſci & obſcuri, aut ſquammis piſcium ſimiles,& hæc eſt vehementer mala,& omnibus ſpeciebus hypoſtaſis, quas nominauimus deterior: & ſignificat petalorum membrorum radicalium raſuram. Verum duo prima ipſius genera nullo modo impediunt,immo plerunq; veſicam mundando ſanant.[i] Et dixerũt quidam, cuidam homini ſe in potu tribuiſſe cantharides,qui cortices albos,quaſi [i] {garichi} minxit, qui cum in aquoſitate fricabãtur, reſoluebantur,& tingebantur tinctura rubea,qui factus eſt ſanus,& vixit. Et ex ea quidẽ,quæ eſt ſicut raſura inteſtinorũ,eſt quædam,quæ eſt minoris latitudinis,ꝗ̃ duæ prædictæ,& ſpiſſioris ſubſtantiæ,quæ ſi rubea fuerit, vocatur herbina: & ſi rubea non fuerit,vocatur furfurea.[k] Et herbinæ quidem ſi fuerint rubeæ partes, plerunq; ſunt partes hepatis aduſtæ, & plerunq; eſt ſanguis in eo aduſtus,& plerunq; eſt etiam ex rene. Sed quæ eſt ex rene,eſt maioris cõtinuitatis,carnoſa:aliæ vero duæ,plus ſimilantur ei,quæ nõ eſt carnoſa,& fracturas eſt magis recipiens: & cum vehementer trahit ad citrinitatem, eſt ex rene proculdubio: qm̃ illa, quæ eſt ex hepate ad rubedinem trahit fu- D ſcam,& quandoq; cõmunicat ei in hoc,illa,quæ eſt ex rene.[l] Furfurea vero hypoſtaſis quãdoq; eſt ex ſcabie veſicæ: & quandoq; eſt ex liquefactione membrorum. Et differentia inter eas eſt,ꝙ cum illic in radice virgæ fuerit pruritus & fœtor,erit ex veſica:& proprie cum pus prius mictum fuerit: & præcipue cum aliæ ſignificationes vrinæ demonſtrauerint maturationem: & fuerint venæ ſuperiores ſanæ complexionis,& non fuerit in eis macula, immo in veſica. Sed ſi cum inflammatione fuerit,& virtutis debilitate,& membrorũ mingendi incolumitate, & color fuſcitati attinuerit, erit tunc ex liquefactione humoris.[m] Et crinoides vero. Similis vero fruſtulis ſauich paruis. Et ſimilis fruſtulis magnis frumenti fracti,ſm plurimũ eſt ex aduſtione ſanguinis, quæ ad rubedinem trahit. [n] Et multoties eſt ex liquefactione membrorum, & eorum raſura:ſi albedini attinet. Et quandoq; etiam eſt ex veſica ſcabioſa ſm minus.Et tibi quidem poſſibile eſt, vt modum differentiæ inter eas intelligas per illud,quod iam α ſciuiſti.Si [n] autẽ nigredini attinet eſt ex ſanguinis aduſtione,& proprie in ſplene. Omnes præterea petaloides hypoſtaſes, quæ non ſunt ex cauſa, quæ ſit in veſica,& rene,& canalibus vrinæ,in ægritudinibus acutis, malum portendunt pernicioſum. Et tu quidem iam [o] ſciuiſti ex hac ſumma carnoſæ diſpoſitionem:& ꝙ plurimum eius eſt ex rene:& quando ipſa non eſt ex rene. Nam ex rene nõ eſt,niſi cum caro eſt ſanæ carnoſitatis,& non eſt in corpore liquefactio

A Raſ.t.10.ca.30.

B Gale.lib.1.prognoſt.42.b.c,&.5.ſimpl.ca.6.c.d

C Raſ.31.cõti.t.9.456.4.&.457.74.

*Infra* α

D Raſ.31.cõti.t.9.457.2.&.3.

E G.li.1.prognoſ.42.b.c,& Raſ.31.contin.t.9 457.3.& Halya.lib.7.theo.ca.15.

F Gale.lib.2.prognoſt.26.b.c,&.1.de criſi.ca.12.c,& Raſ.31.contin.t.9.452.4.&.455.4.

*Supra* α

*F horobina,aut ſimilis fruſtulis frumenti fracti.*

G Gal.li.de vrina ca.30.f

*G ſandarachæ*

H Sum.1.c.1.& G.li.de vrina c.27.e,&.1.de criſi.ca.12.d

I Raſ.31.conti.t.9.458.1.

*I ſquamas*

K Gal.li.de vrina c.26.d,& cõ.5.in.6.Hip.de vulg.mor.15.a

L Gal.li.de vrina ca.28.e,Haly.li.7.theo.ca.15.& Gal.li.4.apho.77.

M Gal.li.de vrina c.29.& Haly.ibi.& Raſ.31.ii.t 9.457.3.

N Raſ.31.cõti.t.9.45.4.

*Supra* α

O Raſ.t.10.ca.30.

factio.[a] Et vrina quidem digeſta venarum ſignificat ſanitatem, quoniam renum ægritudines dige E
ſtionem nõ prohibent vrinæ, quia ipſa ſupra ipſos exiſtit.[b] Hypoſtaſis vero adipina, adipis, & pin-
guedinis, & etiã carnis ſignificat liquefactionẽ, & earũ peior eſt, quæ auri aquæ ſimilatur. Duo aũt
ipſius principia cognoſcuntur ex paucitate, & multitudine: & cõmiſtione, & ſeparatione, qm̃ cum
eſt multa, & ſeparata, exiſtimatur, ꝙ ſit ex parte renis, & propter liquefactionẽ ſuæ adipis: & ſi eſt
minus, & maioris cõmiſtionis eſt ex loco magis remoto.[c] Et eſt cum in vrina fruſtũ album granati
grano ſimile viſum fuerit, & erit ex adipe renis.[d] Sanioſa vero vlcus ſignificat, quod apertũ fuit: &
proprie in membro mingendi: & præcipue ſi ibi fuerit ſedimen laudatum ad fundum deſcendens.
α Et [e] mucilaginoſa quidẽ ſignificat humorẽ groſſum crudum: aut ꝙ eſt in corpore multus, aut ex
inſtrumentis vrinæ egrediens: aut criſim apertionis venæ [e] ſciaticæ, aut [e] doloris iuncturarũ. Et hoc
quidẽ cognoſcitur ex alleuiatione, quæ poſt ipſam ſequitur.[f] Plerunq; enim ſubtiliatur & attenua
tur, & putatur hypoſtaſis laudabilis: Quapropter in acutis ægritudinibus non eſt confidendum in
eo, quod apparet ẽm ſimilitudinem laudabilis hypoſtaſis, cum nondum fuerit maturationis hora,
nec præſentes fuerint eius ſignificationes. Et etiam eſt cum vehementem complexionis renis fri-
giditatem ſignificant.[f] Inter ſanioſam vero & crudam exiſtit differentia, qm̃ ſanioſa exiſtit cum fœ
tore, & præcedunt ipſam ſignificationes apoſtematis: & eius partes faciles ſunt ad coniungendum;
& ſeparandum, & quædam ex ea eſt, quæ cum aquoſitate vehementer miſcetur, & quædam ex ea, F
quæ ſeparatur: ſed cruda eſt & turbida & ſpiſſa, & nõ facile coniungitur, nec facile ſeparatur.α [g] Et
vrina quidem in qua plurima mucilaginoſa hypoſtaſis apparet, quando eſt exuberans, cum in fine
podagræ apparet & dolorum arthreticorum, ſignificat bonum. Capillaris autem eſt, propterea, ꝙ
humor in longum protenſus coagulatur ex calore in ipſum agente, quæ quandoq; eſt alba, quan-
doq; eſt rubea, & eius coagulatio eſt in rene.[h] Et ferunt quidam, ꝙ in eius longitudine plerunq;
palmi menſura inuenitur. Quæ autẽ fermenti infuſi fruſtulis ſimilis exiſtit[i] debilitatem ſignificat
ſtomachi, & inteſtinorum: & digerendi malitiam in ipſis: & eſt plerunq; cauſa eius comedere [k] lac
& caſeum. Arenoſa vero ſemper ſignificat lapidem coagulatũ, aut qui eſt in coagulari, aut qui re-
ſoluitur, & quæ quidẽ ex eis rubea eſt, eſt ex rene. & quando nõ eſt rubea, eſt ex veſica. Plurimũ au
tem, quæ [k] cineritia eſt, phlegma ſignificat, [k] aut pus, cui propter longã moram accidit coloris mu-
tatio, & ſectio partium: & eſt quandoq; propter aduſtionẽ, quæ ei accidit. Sanguiſugalis vero hy-
poſtaſis ſi vehementer eſt miſta, hepatis debilitatem ſignificat: & ſi minus hac, ſignificat vulnus in
canalibus vrinæ, & continuitatis ſolutionem in ipſis. Et ſi fuerit ſeparata plurimum eius erit in ve-
ſica, & in virga. Et nos quidem perſcrutabimur hoc in particularibus ægritudinibus in [l] capitulo
de mictu ſanguinis. Et ſi in vrina fuerint, ſicut ſanguiſugæ rubeæ, infirmo ſplenem habente, reſol-
uetur ſplen ipſius. Scito autẽ, ꝙ in ægritudinibus [m] veſicæ non multus egreditur ſanguis, quoniam G
eius venæ miſtæ ſunt in ipſius corpore calcatæ & anguſtæ & paucæ. Hypoſtaſis vero ſignificatio
ex quantitate ipſius ſumpta, multitudine quidem ſui, & paucitate declarat cauſæ ipſam efficientis
multitudinem, aut eius paucitatem: & ex quantitate quidem ſui in magnitudine, aut paruitate ſui
eſt, quemadmodum diximus in hypoſtaſi mucilaginoſa. Eius autem ſignificatio ex qualitate ſui,
eſt ex colore quidem ipſius, qm̃ [n] quæ ex ea nigra eſt, ſignificat malum ẽm diuiſiones, quas [o] nomi-
nauimus. Quæ tamen ex ea ſanior eſt, eſt illa cuius hypoſtaſis eſt nigra, & aquoſitas non eſt nigra.
Et rubea quidẽ ſignificat ſanguineitatẽ, & altochme.[p] Et citrina quidem ſignificat calorẽ fortem,
& ægritudinem inſidioſam. Et ex ea quidem, quæ alba eſt, quædã eſt bona, ſicut diximus, & quæ-
dam eſt mala, ſicut mucilaginoſa, aut ſanioſa, aut ſpumoſa maturationi contraria.[q] Viridis quoq;
ſemita eſt ad nigram.[q] Ex odore vero eius eſt, quemadmodũ [r] diximus in his, quæ præmiſſa ſunt.
[s] Ex ipſius vero ſitu, & ex lenitate quidem ſui & diuulſione, qm̃ lenitas & æqualitas in hypoſtaſi
laudata eſt melior, & in non laudata eſt deterior. Sed diuulſio ſignificat ventoſitates, & digerendi
debilitatem. Eius autem ſignificatio [t] ex loco ſui eſt, qm̃ aut eſt natans, & [u] vocatur nubes: aut pen-
dens, & hæc quidẽ eſt in medio ſtans, quæ eſt maioris maturationis, ꝙ̃ prima. Et ex pendente, illa
eſt melior, cuius rugæ & fimbriæ ad inferiora declinant: aut ad fundum deſcendens, quæ eſt melio-
ris maturationis: hoc quidem eſt de hypoſtaſi laudata. Non laudata vero, quę leuior eſt, melior exi- H
ſtit: ſicut nigra, & hoc in febribus acutis. Et ſimiliter ſi humor eſt phlegmaticus, aut melãcholicus,
quoniam [x] ea, quæ eſt, vt nubes melior eſt ea, quæ inferius deſcendit: ſignificat enim eius ſubtilita-
tem, niſi cum cauſa natationis fuerit multa ventoſitas: & ſi non fuerit ita natans, eſt melior ꝙ̃ pen-
dens: & inferius deſcendens eſt deterior. Et cauſa quidẽ natandi ſuperius eſt caliditas faciens aſcen-
dere, aut ventoſitas. Hypoſtaſis autem diuulſa in groſſa, ſuperius natat, & proprie cum ſit leuis: &
in tenui deſcendit inferius, & proprie cum ſit grauis. Cumq; in principio ægritudinis apparet pen
dens, & natans, poſtea perſeuerat, ſignificat quod criſis cum exitura veniet. Macilentorum vero
ægritudo plerunq; remouetur ſedimine bono natante, aut pendente, quemadmodum diximus in
præcedentibus. Et natans & pendens vnctuoſa, cum fuerit [y] ſimilis telæ araneæ, aut denſitati, vel
compoſitioni [y] {alzelabi} erit ſignum malum. Et multotiens quidem natans ſedimen nõ bonum
apparet, ex quo prouenit timor. Sed iſtud erit principium maturationis, & permutatio ad bonita-
tem, poſtea pendebit, deinde deſcendet, & erit ſignum non malum. Quod ſi poſt ipſum male pro-
uenerint hypoſtaſes, timor, quem in primis habebamus, fiet neceſſarius.[z] Significatio vero hypo-
ſtaſis ex ſuo tempore eſt: quoniam ſi velociter poſtquam mingitur deſcendit, eſt ſignificatio bona
in matu-

A G. li. 1. aphor. fo. 6. c
B Gal. li. de vri. cap 25. d, & li. ... apho. 35. & li. 1. pro gnoſt. 35. c
C Raſ. 31. cõti. 458. 2.
D G. li. 4. aph. & Haly. li. 7. de ca. 15.
α Infra
E Raſ. 31. cõti. 457. 2.
F Gal. li. de vri. ca. 40. c. d
α Supra
G & Raſ. ibid. 457. 2.
H Li. 3. Fen. 19. ca. 20. & Raſ. ... ca. 30. & Gal. li. aphor. 76. & ... aftec. ca. 3. d
I Raſ. 31. conti. 455. 1.
K Li. 3. Fen. ... ca. 17. & Hippo. Gal. 4. apho. 73. Halya. lib. 7. the. c. 5. oppoſiti ... li. 3. Fen. 18. ...
K Halya.
L 20. t. 1. F. 19. ...
M Li. 3. Fen. 19. ... c. 21. & Raſ. 31. cõti. t. 9. 459. 3. & Gal. 4 aphor. 78.
N Ga. li. 1. de cri. ca. 12. d
O Cap. 1.
P Haly. li. 7. theo ca. 15.
Q Gale. 1. de cri. ca. 12. c
R Cap. 4.
S Gale. 1. de cri. ca. 12. c, & 4. de ... ratio. 78. c, & ... gnoſt. 36. d, & ... differen. feb. ...
T Gale. 1. de cri. ca. 12. e, & Haly li. 7. theo. ca. 15.
V G. 2. prognoſt.
X Gale. 1. de cri. ca. 12. e
Y Raſ. 31. cõti. 458. 1.
*Y paſtæ*
Z Raſ. 31. cõti. 457. 2.



A in maturatione. Et cum tarde deſcendit, eſt ſignificatio priuationis maturationis, ſecundum quan
titatem ſuæ diſpoſitionis. Significatio autem formæ commiſtionis ipſius eſt, ſicut [a] diximus cum
de mictu ſanguinis, & adipis mentionem fecimus.

*De ſignificationibus multitudinis vrinæ, & paucitatis ipſius.* Cap. 7.

V[b] Rina, quæ pauca exiſtit quantitatis virtutis ſignificat debilitatem.[c] Et illa, quæ eſt minus
eo, quod bibitur reſolutionem ſignificat multam, & ſolutionem ventris habere, & aptitudi-
nem ad hydropiſim.[d] Illa vero, quæ eſt multæ quantitatis, quandoq; ſignificat liquefactionem, &
ſuperfluitatum liquefactarum in corpore in vrina euacuationem. Et nos quidem differentiã inter
eas cognoſcere poſſumus ſecundũ virtutis diſpoſitionem. Vrina mali coloris, malum ſignificans,
quanto plurima fuerit, tanto erit magis ſalutis nuncia. Et cum interſecta fuerit, plus malitiam ſigni
ficabit, ſicut nigra & groſſa.[e] Vrina diuerſarum diſpoſitionum, quæ quandoq; mingitur multa,
quandoq; pauca, & quandoq; retinetur, eſt ſignificatio pugnæ & laboris naturæ, & eſt ſignifica-
tio mala. Vrinæ multitudo in acutis ægritudinibus cum non poſt ipſam aduenit requies, eſt ſigni-
ficatio hecticæ, & ſpaſmi ex inflammatione: & ſimiliter ſudor. Vrina, quæ in acutis ægritudinibus
guttatim inuoluntarie mingitur, ſignificat in cerebro nocumentum, quod neruis accidit & mu-
ſculis. Et ſi febris quieta fuerit, & ſigna affuerint ſalutis, pronoſticatur ſanguinis exitum ex nari-
B bus. Et ſi non, deſipientiam pronoſticatur & corruptionem. Quando autem ſani vrina minuitur,
& attenuatur, & perſeuerat hoc totum, & ſentit grauitatem & dolorem in [e] {alchatin} ſignificat
durum apoſtema in partibus renis.[f] Et cum in ægritudine colica multiplicatur, plerunq; porten-
dit proſperum euentum: & proprie cum eſt alba, & ad egrediendum facilis.

*De vrina digeſta vere bona.* Cap. 8.

H[g] Aec eſt mediocris ſubſtantiæ, & ſubtilis tincturæ, ad citrinum trahentis, & hypoſtaſis, ſi ibi
fuerit, bona ex albedine, & leuitate, & lenitate, & æqualitate, & figuræ rotundæ, & odoris
temperati, neq; fœtida, neq; priuata odore.[h] Quidam autem dixerunt, ꝙ quando huiuſmodi vri-
na ſubito in ægritudine, quæ eſt in vltimo acuitatis viſa fuerit, ſanitas die ſequenti aderit.

*De vrinis ætatum.* Cap. 9.

I[i] Nfantium vrinæ ad lactis proprietatem trahunt ex parte nutrimenti eorum, & propter hu-
miditatem complexionis ipſorum: & tunc declinant magis ad albedinem.[k] Puerorum autem
vrinæ ſunt ſpiſſiores, & groſſiores vrinis iuuenum, & turbidiores. Et nos iam nominauimus hoc
ante.[k] Iuuenum vero vrinæ ad ignis formam trahunt, & ad ſubſtantiæ mediocritatem. Et vrinæ
ſenum ad albedinem & ſubtilitatem. Eſt tamen cum ſunt groſſæ ſecundum ſuperfluitates in eis
exiſtentes, quarum euacuatio multiplicatur. Decrepitorum vero vrinæ maioris ſunt albedinis &
C tenuitatis. Eſt tamen cum prædicta groſſities eis accidit, ſed raro. Et cum vrina vehementer fue-
rit groſſa, apti erunt, vt lapis eis accidat.

*De vrinis virorum & mulierum.* Cap. 10.

M Vlierum vrinæ, ſemper ſunt maioris groſſitiei, & albedinis, & minoris pulchritudinis, ꝙ̃
virorum vrinæ. Et hoc quidem eſt propter debilitatem digeſtiuæ earum, & propter ſuper-
fluitatum ipſarum multitudinem, & propter amplitudinẽ canalium vnde egrediuntur ea, quæ ab
eis exeunt, & propter illud, quod ex earum reſoluitur matricibus, & ad vrinæ inſtrumenta tendit.
[l] Maſculorum vero vrinas cum moues, turbantur, & declinat earum turbatio ad ſuperiora: & eſt
ꝙ ſecundum plurimum turbidantur.[l] Sed mulierum vrinæ fere nõ turbidantur ex motione pro-
pter paucam ſeparationem ſui, & habet ſecundum plurimum ſupra ſummitatem ſuam ſpumam
rotundam: & ſi turbidæ fuerint, earum turbidatio pauca erit.[m] In vrinis virorum illico cum mu-
lieribus cõmiſcentur, ſunt fila adinuicem texta.[m] Vrinæ prægnantium ſunt claræ, & ſupra earum
ſuperficiem eſt nebula: & quandoq; trahunt ad colorem aquæ cicerum, aut aquæ pedum citrinæ,
& in ipſa eſt [m] {zarach,} & ſupra ſummitatem earum eſt nebula, ſed quocunq; modo fuerit in me-
dio,[n] videbitur, ſicut cottum carminatum. Et eſt cum in eis ſunt velut grana, quæ aſcendunt &
deſcendũt.[o] Cumq; irinus manifeſtior fuerit, erit imprægnationis principium, & cum loco ipſius
D fuerit rubedo, erit in fine imprægnationis, & proprie ſi turbantur cum mouentur. Parientium
vrina ſecundum plurimum eſt nigra: & in ipſa eſt velut atramentum, & ſicut ſordities.

*De rebus vrinarum animalium, & diuerſitate ipſarum ab vrinis hominum.* Cap. 11.

P Lerunq; confert medico cum animalium vrinas cognoſcit, propterea, ꝙ cum ipſe in eis expe-
ritur, certitudinem facit: & hoc quidem difficile eſt.[p] Quidam autem dixerunt, ꝙ vrina aſini,
eſt ſicut butyrum liquidum cum turbiditate, & groſſitie exteriore.[p] Et ſubiugalium vrinæ ei ſimi
lantur, ſed ſunt clariores, & videbitur, quod ſuperior medietas vrinalis, ſit clara, & inferior medie-
tas ſit turbida.[p] Ouium vero vrinæ, ſunt albæ ad citrinitatem trahentes, propinquæ vrinis homi-
num, ſed ſubſtantiã nõ habent: & earum ſedimen eſt ſicut oleum, aut ſicut amurca. Et cuiuſcunq;
nutrimentum fuerit melius, erit vrina clarior.[p] Vrina vero capreoli, vrinis hominum, & ouium
ſimilatur, ſed neq; ſubſtantiam habet, neq; ſedimen, & eſt clarior vrinis ouium.

*De rebus alijs, quæ vrinis ſimilantur, & differentia inter eas & vrinam.* Cap. 12.

S[p] Yrupũ acetoſum, & omnes liquores, quæ fiunt ex aqua & melle, & aqua, paleæ, & reliquos,
qui fiunt ex croco, & eis ſimilibus,[q] quanto plus tibi appropinquaueris, erunt in claritate ma-
gis augmentati, & quanto plus elongaueris ea, conſidera an oportet, vt augmentetur groſſitudo:
Vrina

A Supra, & lib. 3. Fen. 19. t. 2. ca. 21.
B Raſ. 31. contin. t. 9. 455. 4.
C Hippo. & G. 4. apho. 83. & Raſ. 31. conti. t. 9. 451. 4. & Gale. de hirud. & reuulſ.
D Raſ. 31. cõti. t. 9. 455. 4.
E Lib. 4. Fen. 2. t. 1. ca. 81.
*E lumbis*
F Raſ. 31. cont. t. 9. 456. 1.
G Gal. 1. de criſ. c. 12. a, & cõ. 2. in. 1. porrec. Hip. 14. h, & Raſ. t. 10. ca. 30.
H Raſ. 31. conti. t. 9. 456. 4
I Cap. 1.
K Gale. 1. de criſ. ca. 12. c. f, & 2. pro gnoſt. 33. b
L Raſ. 31. cõti. t. 9. 460. 1.
L Raſ. ibidem.
M Cap. 3. & lib. 3. Fen. 20. t. 1. c. 14. & Raſ. 31. contin. t. 9. 460. 1. & 454. 2.
M Raſ. ibi. 458. 1.
*M color celſus*
N Li. 3. Fen. 21. t. 1. ca. 11. & Raſ. ibid. 460. 1.
O Li. 3. Fen. 21. t. 1. ca. 11. & Raſ. ibi. 31. cont. t. 9. 460. 1.
P Raſ. 31. cõti. t. 9. 460. 2.
P Raſ. ibi. 460. 2.
Q Ca. 1. & Raſ. 31. cont. t. 9. 460. 2.

Vrina vero ab hoc eſt diuerſa, [q] hydromellis præterea ſpuma eſt citrina, & aquæ paleæ ſedimen E à latere deſcendit, & non in medio, neque cum figura, neque habet motum. Sit ergo ſufficiens in nominando diſpoſitiones vrinarum. In libris vero particularibus prouenient ad te diuiſiones diſpoſitionum vrinæ.

*De ſignificationibus egeſtionis.* *Cap.* 13.

EGeſtio plerunq; declaratur [a] ex ſui quantitate, quod eſt, vt conſideretur, ſi eſt minor eo, quod comeditur, aut maior, aut æqualis. Et notum quidem eſt, ꝙ [a] ipſius augmentũ eſt propter humorum multitudinem, & [a] paucitas propter ipſorũ paucitatem: [b] aut quia ex ipſa in inteſtino monoculo, & in colon, & in inuolutionibus multum fuit retentum, & illud eſt ex eis, quæ præcedunt colicam, [b] & ſignificat expulſiuæ debilitatem. Et cognoſcitur etiam ex eſſentia ſui: quoniam quod ex ea humidum eſt, aut ſignificat oppilationes, [c] aut digeſtiuæ malitiam: & plerunq; ſignificat meſaraicæ debilitatem, quæ humorem non ſugit. Et quãdoq; eſt propter capitis rheumatiſmum, aut propter comeſtionem rei, quæ egeſtionem humectauit. Quod autẽ in humido viſcoſum eſt, [d] plerunq; ſignificat liquefactionem, & hoc eſt cum fętore: & plerunq; ſignificat malorum humorum, & viſcoſorum multitudinem, & hoc non cum ſuperfluo exiſtit fętore. [d] Et plerunq; ſignificat nutrientia viſcoſa, quæ comeſta fuerunt, & non pauca, cum calore forti in cõplexione: & non fuit inter ea digeſtio bona. [e] Sed quod ex ea eſt ſpumoſum, fortitudinis caloris ſignificat ebullitionẽ, aut F multarum ventoſitatum permiſtionem. Quod autem ex egeſtione eſt ſiccum, aut laborem ſignificat, & reſolutionem, [f] aut multam vrinæ prouocationem, [g] aut igneum calorem, aut nutrientium ſiccitatem, aut multã moram in inteſtinis, ſicut [h] in ſuo dicemus capitulo. Cumq; humiditas ſicco, quod eſt durum admiſcetur, ſignificat, ꝙ eius ſiccitas eſt propterea, ꝙ multum fuit retenta in humiditatibus prohibitis ab exitu, & propter priuationem fellis pungentis & feſtinantis, ſed cum ibi nõ eſt longa retentio, neq; humiditatis in inteſtinis adſunt ſignificationes, cauſa in ipſa eſt ſuperfluitatis virulentæ, & pungentis effuſio, quæ ab hepate fluxit in eo, quod eſt coram ipſo: & euacuatione non quieuit, donec commiſceretur. & eſt etiam cum colore ſui dignoſcitur egeſtio. Eius vero [i] color naturalis igneus eſt, leuis exiſtens igneitatis, qui ſi augmentatur, fellis ſignificat multitudinem, & ſi minuitur, ſignificat cruditatem, & maturationis priuationem. Et ſi albus fiat, quãdoq; eſt eius albedo [k] propter oppilationem in canalibus fellis, & hoc ſignificat icteritiam. [l] Et ſi cum albedine eſt virus ſaniei habens odorem, magni apoſtematis ſignificat apertionem. [m] Sanus quoq;, qui non exercitatur, multoties egerit virus, & ſaniem, quę ei purgatio, & euacuatio laudabilis: quoniã propter hoc remouetur ab eo laſſitas, quæ ei propter priuationem exercitij acciderat: quemadmodum [n] diximus in vrina. Præterea ſcito, ꝙ [o] egeſtio colorem igneum vehementer ſuperfluum habens multoties in hora finium, ægritudinum ſignificat maturationem, & multoties ſignificat diſpoſitio G nis malitiam. Et nigra quidem ſignificat taliter, qualiter ſunt [p] vrinæ nigræ ſignificationes: ſignificant enim [q] aut aduſtionem fortem, aut ægritudinis melancholicæ maturationem, aut nutriens tingens, [r] aut potionem rei, quæ melancholiam euacuat, ſed prima eſt mala. Et illa quidẽ, quæ eſt propter puram melancholiam, non ſufficienter cognoſcitur ex colore [s] ſui, immo cognoſcenda eſt ex acredine ſui, & ponticitate, & bullitione terræ ex ipſa: [s] & eſt mala, ſiue ſit egeſtio, ſiue vomitus, & ex ipſius proprietatibus eſt, ꝙ in ſe luminoſitatem habet. Ad vltimum vero humor melancholicus purus pernecans eſt ſm plurimum, quando egreditur. ſ. eſt mortis ſignificatio. Chymi vero nigri exitus multoties confert: & illud eſt: quoniam melancholiæ radicalis exitus vltimam corporis aduſtionem ſignificat, & humiditatum ipſius peremptionem. [t] Viridis aũt egeſtio caloris innati ſignificat extinctionem, & ſimiliter fuſca. Egeſtio quoq; plerunq; ex ſui cognoſcitur forma, ex abſentia inflationis ſuæ, aut ex inflatione: quoniã inflata, [u] ſicut ſtercus vaccæ, ſignificat ventoſitatẽ. Et eſt cum ex hora ſui cognoſcitur, quoniam cum egeſtionis exitus feſtinat, & horam, qua egredi ſolebat antecedit, ſignum eſt malum, [x] quia fellis ſignificat multitudinem, [y] & virtutis retentiuæ debilitatem: & ſi eius tardatur exitus, [y] digeſtiuæ ſignificat debilitatem, & inteſtinorum frigiditatem: [z] & humiditatis, & ſoni multitudo, vẽtoſitates ſignificat inflatiuas. [a] Colores quoq;, extranei & diuerſi mali exiſtunt, & nos ipſos [b] in libro nominabimus particulari. Quæ vero ex egeſtione eſt [c] melior, H eſt iuncta, quæ eſt ſimilium partium, & in qua aquoſitas ſiccitati eſt vehementer admiſta, & cuius ſpiſſitudo eſt, ſicut [d] mellis ſpiſſitudo, & cuius exitus eſt facilis, & non pungit, & cuius color attinet citrinitati, & non eſt multi fœtoris, neq; eſt priuata fœtore, & non habet gurgulationem, neq; rugitum, & nõ habet ſpumam: cuius exitus eſt in hora in qua ſolet, & ſecundum quantitatem, quę ei, quod comeditur, eſt propinqua in quantitate ſui. Et ſcito, ꝙ non omnis egeſtionis æqualitas eſt laudabilis, neq; omnis eius lenitas, quia quandoq; ſunt propter vehementem maturationem in omni parte ſimilem, & quandoq; ſunt propter aduſtionem, & liquefactionem ſimiles: & tunc quidem ſunt ex deterioribus ſignificationibus. Et ſcito, ꝙ egeſtio, quæ eſt temperatæ eſſentiæ, quę eſt ad tenuitatem, non eſt laudabilis, niſi [e] cum non ſunt cum ea rugitus, neq; ventoſitates, [e] neq; in ſui exitu paulatim interſecatur: & ſi non poſſibile eſt, vt eius exitus ſit propter virus moleſtans, ſeu ſtimulans, quod eſt ei admiſtum, vnde non permittit, vt coniungatur. [f] Eſt autem cum pleriq; ſolliciti fuerunt de ſignificationibus, quæ in ſudore, & alijs apparent rebus. veruntamen de ipſis loqui proprius eſt in ſermone particulari. [g] In ſermone quoque particulari ſimiliter reperies expoſitionis augmentum in re egeſtionis, & vrinæ, & reliquorum.

Q Raſ. ibi 46.
A Haly. li. 7. theo. ca. 16.
B Gal. li. 1. de cri. ca. 11. c
C Gal. lib. 2. prognoſt. 14. c, & li. de criſi. cap. 11. h, Halya. lib. 7. the. ca. 16.
D Gal. 1. de cri. ca. 11. e
E Gale. ibi. f, & prognoſ. 20. g, li. 7. apho. 30.
F Gal. 4. apho.
G Haly. li. 7. the. ca. 16.
H Li. 3. Fen. 16. ca. 6.
I Gale. lib. 2. prognoſ. 17. e, & Haly. lib. 7. theo. ca.
K Gal. 2. progn. 20. f, & 17. e
L Raſ. 31. cont. 451. 4.
M G. li. 3. de cauſ. ſympt. c. 2. fo. 28, & lib. 5. loc. aff. ca. 7. fo. 35. d
N Cap. 3.
O Gal. li. de cri. c. 11. d, & Haly. li. theo. ca. 16.
P Cap. 2.
Q Gal. li. 1. de cri. ca. 11. e
R G. li. 4. apho.
S G. li. 4. apho. & lib. de atra bile c. 3 g, & 4. apho.
T Gal. lib. 2. prognoſt 39. h
V Li. 3. Fen. 16. c. 12. & Halya. li. theo. ca. 27.
X Haly. li. 7. the. ca. 16.
Y Gal. li. 1. de cri. ca. 11. b. c
Z Gal. 1. de cri. c. 11. e, & Haly. li. theo. ca. 16.
A Gale. 1. de cri. capi. 11. f, & 2. prognoſt. 23. h
B Lib. 4. Fen. 2. ca. 75.
C Gale. 1. de cri. c. 7. h, & c. 11. a. b, Hip. 2. prognoſ. a, & Gal. 17. e
D Raſ. 31. cõti. 452. 4.
E Hip. & Gal. li. prognoſt. 14. c
F Li. 4. F. 1. t. 2. c. & F. 2. t. c. 65. vſq; ad. 7. t. & Hipp. Gal. ibi. de ſudore
G De ſputis lib. Fen. 10. t. 4. c. 8. & vomi. F. 13. t. 5. ca. vſque ad. 15. & li. Fen. 2. t. 1. c. 78. 79

Fen tertia



# Fen tertia, cuius eſt Capitulum vnum, & Doctrinæ quinq;.

*De cauſis ſanitatis & ægritudinis, & de neceſſitate mortis.*

*Capitulum ſingulare dictionis tertiæ.*

MEdicina in prima diuiſione in duas diuiditur partes in partẽ theoricã, & partem practicã, quælibet tamen amborũ eſt ſcientia & ſpeculatio, vel perſcrutatio. [a] Quod aũt nomine theoricæ proprie deſignatur, eſt illud, quod demonſtrando ſentẽtias, tantũ cõfert ita, ꝙ in demonſtratione operationis nullo modo auxiliũ præbet, ſicut pars in qua res ſciuntur complexionũ, & humorum, & virtutũ, & ſpecies ægritudinũ, & accidentiũ, & cauſarum. Et illud cui nomen propriũ practicæ attribuitur, eſt, quod in demonſtrando operationis & regiminis qualitatẽ, auxiliabitur, ſicut pars, quæ nos docet, quomodo ſanitatẽ corporis, quod talem diſpoſitionẽ habet: cuſtodiamus: & quomodo corpus, quod talẽ habet ægritudinẽ, medicemur. Et neq; exiſtimes, ꝙ pars, quæ dicitur practica, ſit operatio & actio, ſed eſt ars, B quæ docet nos, quõ ſit operandum & agendũ. Et nos quidẽ iam declarauimus tibi hoc in [b] his, quę ſunt præmiſſa. Et poſtq̃ iam expleuimus fen primam, & ſecundã in his, quæ ſunt partis medicinæ, quæ eſt theorica vniuerſalis: ergo intentionẽ noſtrã nunc reducamus in duabus, quæ remanſerunt ad partem ipſius practicam ſm modum vniuerſalem. [c] Pars aũt ipſius practica in duas diſtribuitur partes: quarũ vna eſt ſcientia regendi corpora ſana, qualiter in ſui remaneant ſanitate: & hæc quidem cuſtodiendi ſanitatẽ ſcientia vocatur. Et pars eius ſecunda eſt ſcientia regendi corpus ægrum, qualiter ad ſanitatis redeat diſpoſitionem: & vocatur ſcientia medicandi. Et nos quidem incipiemus, & ſcribemus in hac fen ſermonẽ compendioſum de cuſtodienda ſanitate. Et dicemus, ꝙ propterea, ꝙ generationis noſtrorum corporum principium primum res duæ, fuerunt, quarum vna eſt [d] ſperma viri, & verior ſermonum, vel poſitionum eius eſt, ꝙ ipſum tenet locum factoris: & altera [d] eſt ſperma mulieris, & ſanguis menſtruus, & verior poſitionũ eius eſt, ꝙ ipſum tenet locum materiei: quia etiam hæ duæ ſubſtantiæ in hoc [d] cõmunicant, ꝙ vnaquæq; earũ eſt fluida, & humida: licet poſt diuerſificentur: [d] & aqueitas, & terreitas in ſanguine & ſpermate mulieris plus abundent, & [d] aeritas & igneitas in ſpermate viri ſuperant: oportuit, vt coagulationis horum duorum principium eſſet coagulatio humida, etiam, licet terreitas & igneitas ſint inuentæ in eo, quod generatur ex ea, & [d] terreitas cum eo, quod in ea exiſtit ex duritie, [d] & igneitas cum eo, quod eſt in ea ex C digeſtione iuuerint ſe, quare coagulatum durum fecerint, & coagulationem quandam ei attribuerint & duritiem: [d] veruntamen hoc ad terminum coagulationis durorum corporum nõ peruenit, ſicut lapides & vitrum: ita ꝙ ex eis nihil reſoluatur, aut reſoluatur, quod nõ ſenſu percipitur. tunc nanq; illa ſecura eſſent à nocumentis, quæ propter aſſiduam accidunt reſolutionẽ & longiſſimã, ſed res non eſt ita. [d] Quapropter corpora duabus nocumentorũ ſpeciebus ſunt expoſita: quarum vnaquæq; cauſam habet intrinſecam, & cauſam extrinſecam. Et vna quidem nocumenti ſpecies, eſt humiditatis reſolutio, ex qua creati fuimus: & hæc quidẽ ordinate venit. Et ſecunda eſt humoris putrefactio, & eius corruptio, & ipſius alteratio: vnde fomento vitæ conueniens non eſt. Et hic quidem à primo modo eſt alius, licet ſua ipſius malitia ad ſiccitatem adducat, propterea, ꝙ corporis humiditatem prius corrumpit, & diuerſificat formam, ſeu modum conuenientiæ ſuæ ad corpora noſtra, deinde in vltimo, vel in fine rei à putrefactione fit reſolutio, quoniam putrefactio in primis corrumpit humiditatem, poſtea ipſam reſoluit, & rem ſiccam dimittit cineritiã. Hæc igitur duo nocumenta ab occurrentibus nocumentis ſunt extrinſeca, vel aliena, quæ propter alias accidunt cauſas, ſicut frigiditas congelatiua, [e] & venena, & ſpecies ſolutionis continuitatis pernitioſa, & reliquæ ægritudines. Sed duæ prædictæ ſpẽs huic noſtræ inueſtigationi ſunt propinquiores, & digniores, vt cõſiderentur in conſeruatione ſanitatis. [f] Et vnaquæq; ipſarũ aduenit ex cauſis extrinſecis, & ex D cauſis intrinſecis: & extrinſecæ quidẽ cauſæ ſunt, [f] ſicut aer diſſoluens, & putrefaciens: & intrinſecæ quidẽ cauſæ ſunt, [g] ſicut calor innatus, qui in nobis exiſtit noſtras reſoluens humiditates: & calores extranei in nobis à noſtris nutrïẽtibus generati, & reliqua noſtras putrefacientia humiditates. Omnes vero cauſæ iſtæ ſe adinuicẽ iuuant in exiccando nos. [h] Veruntamen perfectio & integritas noſtra, & potentia perficiendi operationem nõ eſt, niſi propter multam ſiccitatem, quæ nobis accidit: deinde ſiccitas inceſſanter procedit donec compleatur. Hæc igitur ſiccitas, quæ nobis accidit, res eſt nobis neceſſaria. Nos ſiquidem à principio rei in vltima conſiſtimus humiditate: vnde proculdubio oportet, vt calor eam ſuperet, quoniam ſi non, in ipſa ſuffocaretur, [h] procedit igitur proculdubio in ipſam aſſidue agendo, & ipſam ſemper exiccando incedit. Quod tamen ex eius exiccatione apparet in principio, æqualitati attinet: deinde cum noſtra corpora ad temperatæ ſiccitatis peruenerint terminum, calore exiſtente, ſm diſpoſitionem ſuam non eſt exiccatio ſm quantitatem exiccationis primæ, immo fortior, qm̃ materia eſt minor, & propter hoc eſt magis recipiens. [h] Inde proculdubio ſequitur, vt ſiccitas ſupra ſiccitatem temperatam augmentetur, & nõ ceſſabit proculdubio, quin aſſidue augmentum ſumat, donec humiditates conſumat. Calor igitur innatus eſt cauſa extinguendi ſeipſum accidentaliter, propterea, ꝙ fit cauſa ſui ipſius materiam conſumendi: ſicut

Idem F. 1. ca. 1.
B Fen. 1. ca. 1.
C Gal. li. 1. de ſani. tuen. ca. 1. 6
D Gal. li. 1. de ſan. tuen. ca. 2. c
D Gal. ibi. d. o
E Haly. li. 1. pract. ca. 1.
F Gal. li. 1. de ſani. tuen. ca. 4 b
G Gal. ibi. c. 2. g, & ca. 4. a
H Gal. li. 1. de ſan. tuen. ca. 2. f

lampadis

lampadis flamma, quæ extinguitur, propterea, ꝙ ſuam cõſumit materiam. Et quanto plus ſiccitas E
ſecundum augmentum procedit, calor innatus ſecundum diminutionẽ incedit: Accidit ergo defe
ctus nunquam ceſſans vſqꝫ ad vltimum, qui eſt defectus reſtaurandi humiditatem loco eius, quod
reſolutum fuit: defectus igitur ſemper augetur. Siccitas ergo duobus augmentatur modis.[h] Vnus
eorum eſt propter diminutionem potentiæ recipiendi materiam.[h] Et alter minoratio humiditatis
in ſe propter caliditatis reſolutionem. Augmentatur igitur caloris debilitas, propterea, ꝙ ſiccitas in
membrorum ſubſtantia dominatur: & propter naturalis humiditatis diminutionem, quæ eſt ſicut
materia, & ſicut oleum lampadis. Lampas nãqꝫ duas habet humiditates, aquã, & oleum, cum vna
quarum conſiſtit, & cum altera extinguitur. Similiter calor innatus cum humiditate conſiſtit natu
rali, & ſuffocatur ſeu extinguitur cum extranea, & cum augmẽto extraneæ humiditatis, quæ pro-
uenit ex debilitate digerendi: & eſt ſicut aquea humiditas flammæ lampadis. Et cum ſiccitas ad cõ-
plementum accedit, calor innatus extinguitur, & mors ſubſequitur naturalis. Corpus autem per-
manet tempore, quo perdurat: non propterea, ꝙ ipſius innata humiditas prima reſolutioni reſiſtit
caloris mundi, & caloris ſui corporis in natura ſua, & illi quæ ex motibus accidit, hac tam longa re-
ſiſtentia, quoniam ipſa eſt reſiſtens debilius ꝗ̃ ſit illa, immo ipſa non reſiſtit, niſi propter reſtaura-
tionem eius, quod ex ea reſoluitur: & eſt nutriens. Amplius nos[a] iam declarauimus, ꝙ virtus in ci-
bo non operatur, neqꝫ vtitur eo, niſi vſqꝫ ad terminum. Et ars quidem ſanitatem cuſtodiendi non F
eſt ars, quæ à morte ſecuros nos faciat, neqꝫ corpus ab extrinſecis nocumẽtis muniat,[b] neqꝫ vnum-
quodqꝫ corpus ad vltimam vitæ longitudinem perducat, quæ eſt ſecundum hominẽ abſolute: ſed
de duabus rebus ſecuritatem præbet, putrefactionis penitus prohibitione, & defenſione humidita
tis, ne cito reſoluatur: & in ipſius quidem fortitudine conſiſtat, vt ipſa vſqꝫ ad debitum tempus ſe-
cundum ſuam primam complexionem permanere faciat. Et hoc quidem erit propter regimen re
ctum reſtaurationis, quæ fit in corpore loco eius, quod reſoluitur, ſm quantitatem poſſibilem: &
propter regimen prohibens dominium cauſarum ſiccitatem accelerare facientium, exceptis cau-
ſis, quæ faciunt ſiccitatem debere eſſe, & per regimen cuſtodiens à generatione putrefactionis,
propter tutelam corporis, & cuſtodiam à poteſtate caloris extranei extrinſeci aut intrinſeci: quo-
niam omnia corpora non ſunt æqualia in fortitudine humiditatis radicalis, & caloris innati: immo
corpora in his exiſtunt diuerſa.[c] Vnumquodqꝫ præterea corpus terminũ habet, in quo reſiſtat ſic-
citati neceſſariæ, complexione ſua, & calore ſuo innato, & quantitate ſuæ innatæ humiditatis, qui
non pertranſitur, eſt tamen cum ante adueniunt cauſæ in ſiccitatẽ adiuuantes, aut alio modo per-
necantes. Et multi quidem hominum dicunt, ꝙ iſti ſunt termini vitæ naturalis, & termini acciden
tales ſunt alij. Et ꝙ cuſtodiendi ſanitatem ars exiſtit illa, quæ corpus humanum perducit ad hanc
ætatem, quæ vocatur terminus vitæ naturalis ſm obſeruationem conuenientium. Huius autẽ cu- G
ſtodiæ adminiſtrationi duæ attributæ ſunt virtutes, quibus deſeruit medicus:[d] Vna earum eſt na-
turalis, & vocatur nutritiua, quæ reſtaurat illud, quod ex corpore reſoluitur: cuius ſubſtãtia terrei-
tati, & aqueitati attinet. Et altera eſt animalis, & ipſa eſt virtus pulſatiua, quæ reſtaurat, quod ex ſpi
ritu reſoluitur, cuius ſubſtantia eſt aerea & ignea. Et propterea, ꝙ nutriens non fuit ſimile nutrito,
niſi in potentia: ideo creata fuit virtus immutatiua, quatenus nutrientia mutet in ſimilitudinẽ nu-
tritorum in effectu, & vt pro certo ſit nutriens in effectu. Et ad hoc creata fuerunt inſtrumenta, &
canales, quæ ſunt ad attrahendum, & expellendum, & retinendum, & digerendũ. Dicemus ergo,
ꝙ principia, ſeu fundamenta in arte cuſtodiendi ſanitatem conſiſtunt in æqualitate cauſarum com
munium comitantiũ, ſeu neceſſariarum prædictarum. Illæ tñ in quarum æqualitate maior neceſſa
ria eſt ſolicitudo,[e] ſunt ſeptem res. Aequalitas complexionis: & electio eorum, quæ comeduntur,
& bibuntur: & purgatio ſuperfluitatum: & cuſtodia cõpoſitionis: & rectificatio eius, quod per na-
res attrahitur: & rectificatio indumentorũ, quæ ſunt de ſumma tangentium, & moderamen mo-
tionum corporearum & animaliũ, inter quæ etiã ſomnus, & vigiliæ quodammodo numerantur.
Et[f] tu quidem iam ſciuiſti in his quæ ſunt præmiſſa, ꝙ neqꝫ æqualitas vnum habet terminum, neqꝫ
ſanitas, neqꝫ vnaquæqꝫ ex complexionibus in hoc ingreditur, ꝙ ſit aliqua ſanitas, aut aliqua æqua-
litas in aliquo tempore: ſed res inter duas res exiſtit. Incipiemus igitur in primis declarare regimen H
infantis, qui in vltima complexionis æqualitate conſiſtit.

DOCTRINA I. *dictionis tertiæ, quæ eſt de nutricatione .iiij. continens Capitula.*

*De regimine infantis ex tempore quo naſcitur vſquequo incedat.* Cap. 1.

PRægnantium autem regimen, & mulierũ, quæ partui ſunt vicinæ in[g] dictionibus
ſcribemus particularibus. Infantis vero tẽperatæ cõplexionis cum naſcitur[h] pleriqꝫ
ſapientum dixerunt, vmbilicum in primis debere incidi ſuper quatuor digitos, &
cum lana ligari munda, quæ ſit retorta parumper, & ſubtiliter, ſeu ingenioſe taliter
ne doleat, vel taliter ne lædat. & pannus, ſeu petia infuſa in oleo eſt ſuper ipſum po-
nenda: & propter vmbilici inciſionem præceperunt, vt venarũ citrinarum, & ſanguinis draconis,
& ſarcocollæ, & cymini, & vſnee, & myrrhæ partes ſumantur æquales, & tritæ vmbilico ſuperpo-
nantur. Et feſtinandum eſt ad corpus[i] ipſius ſaliendum cum aqua ſalita pauci ſalis, quatenus indu-
reſcat ſuperficies corporis extrinſeca, & ipſius cutis dura fiat. Ex ſalibus vero ille melior exiſtit, cui
admiſta ſunt[i] {ſadenegi} & coſtus, & ſumac, & fœnugræcum, & origanũ.[i] Et ipſius quidẽ naſus
non ſaliatur, neqꝫ os.[i] Cauſa vero quare nobis neceſſariũ eſt corpus eius durum facere, eſt qm̃ illico
cum

H Gal.li.1.de ſa. tuen.ca.1.g
A Fen.1.doc.
B G.1.de ſani. ca.5.d.e.f.g.h
C Fen.1.doc.
D Gal.1.de ſa. tuen.ca.3.h
E F.2.do.2 ſu. ca.1. ꝙ ſex & G. art.med.ca.8. & de arte ad Tr. ſy.ca.18.c.d
F Fen.1.doc.
G Li.3.Fen.21. ca.2.
H Alz.li.2.pr. t.26.c.2.& Aet. ſer.4.ca.3.
I Gal.1.de ſa. ca.7.a,& Alſar.
I *hematites*
I Alſar.ibi,& G. ibidem.



A cum naſcitur, omnia quæ ipſum tangunt, ei nociua ſunt, ſiue calida, ſiue frigida, ſiue aſpera ſentiat
ea, & hoc quidem eſt propter cutis eius ſubtilitatem, & propter calorem eius, quoniã omne, quod
ipſum tangit, ſentit durum & frigidum & aſperum. Et ſi nobis neceſſarium fuerit iterum ſalire, fa
ciemus: & hoc quidem[i] {ſadenegi} cum multæ fuerit ſorditiei, & multarum humiditatum.[i] Dein
de aqua tepida ipſum lauabimus, &[i] eius nares aſſidue purgabimus digitis, quorum vngues ſint
inciſi, & in eius oculos[i] parum olei proijciemus.[i] Ani præterea orificium minuto digito in circui-
tu eius eſt mouendum, vt aperiatur, & obſeruandum eſt ne ipſum frigus tangat.[i] Cumqꝫ eius ceci
derit vmbilicus, quod eſt poſt tres, aut quatuor dies, erit melius, vt ſuper ipſum ponatur cinis co-
chlearum, aut cinis[i] {archub} vitulini, aut plumbi aduſti & triti, cuiuſcũqꝫ fuerit cũ vino. Cumqꝫ
volumus, vt faſcietur,[i] nutrix eius membra ſuauiter tangere debet, & quod dilatandum fuerit, di-
latare, & quod ſubtiliandum, ſubtiliare, & omne membrum ſecundũ conuenientiorem[a] figuram
figurare, & hoc totum ſubtili compreſſione cum extremitatibus digitorum, quod quidem multis
faciendum erit vicibus.[b] Et oculi aſſidue erunt tergendi cum re, quæ ſit ſicut ſeta. Veſicam quoqꝫ
eius premere conuenit, vt vrinæ exitus facilis fiat, deinde manus eius extendantur, & ipſius bra-
chia ad genua ducãtur.[c] Et ipſius caput inſtita ligetur, aut pileus ei imponatur, qui ſuper ipſius ca-
put adaptetur.[c] In domo præterea temperati aeris, quæ non ſit frigida, ad dormiendum ponatur
B [c] Oportet autem, vt domus vmbræ attineat, & tenebroſitati aliquantulę, quę à ſupante radio non
illuminetur. & in loco in quo dormit oportet,[c] vt caput eius toto reliquo corpore ſit altius. Et ob-
ſeruandum erit, ne, in loco in quo dormit, aliquid colli ipſius, aut extremorum eius, aut dorſi tor-
queatur. Ipſe quoqꝫ in æſtate aqua ſuaui æquali balneandus eſt. In hyeme vero aqua eius ad calidi-
tatem trahat non pungentem.[d] Hora vero ad ipſum lauãdum, melior eſt poſt eius longum ſom-
num. Et plerunqꝫ quidem eſt conueniens,[e] vt ipſe bis in die lauet̃, aut ter, & ordinate ad id, quod
ſit magis tepidum mutetur, ſi tempus fuerit æſtiuum. In hyeme autem non ſeparetur ab eo aqua
temperatæ caliditatis. Ipſe quoqꝫ non lauetur, niſi vſquequo eius corpus calefiat, & rubere inci-
piat, poſtea extrahatur,[f] & eius aures cuſtodiantur, ne aqua in eis ingrediatur. Et oportet qui-
dem, vt cum in hora ablutionis accipitur, ſit ſecundum hunc modum, accipiatur manu dextra,
& ſuper brachium ſiniſtrum ſuper pectus ſuum appodietur, & non ſuper ventrem. Amplius
in hora ablutionis ipſius, ſtudendum erit, vt ipſius palmæ, vel volæ manus dorſo eius adhæ-
reant, & eius pedes ad caput eius cum facilitate, & ſuauiter perducantur: deinde mollibus pan-
nis exiccetur, & ſuauiter extergatur. Deinde fiat, vt in primis ſuper ventrem ſui iaceat, poſtea
ſupra dorſum, & cum hoc toto inceſſanter[g] prematur & figuretur: deinde reducatur, & faſcie-
tur cum panno, vel faſcia, poſtea in ipſis nares oleum dulce proijciatur: quoniam eius oculos laua-
C bit, & ipſorum tunicas:

*De regimine lactationis, & remotionis à lacte.* Cap. 2.

QValitas vero lactationis eius, & ipſius cibationis hoc modo obſeruantur. Omnibus mo-
dis, quibus eſt poſſibile,[k] lac matris infanti ad ſugendum dandum eſt: Ipſum enim eſt nu-
triens, quod magis ſimile exiſtit ſubſtantiæ nutrientium præteritorum, quibus alebatur,
dum in matrice erat,[i] ſcilicet menſtruorum matris: quoniam ipſa ſunt, quæ conuertuntur, & fiunt
lac: & ipſe magis eſt recipiens hoc, & magis eſt ei conſuetus, ita[i] vt iam experimento certificatum
ſit, quod extremum mammillæ matris in os infantis ponere, valde confert ad remouendum quic-
quid ei nocet.[k] Bis autem aut ter in die ſugere mãmillas debet ei ſufficere, & in primis non eſt mul
tum lactandus.α Verum magis eſt dilectum,[l] ne ſit eius mater, quæ ipſum prius lactat, donec ma-
tris complexio temperetur. Et melius quidem eſt, vt parum mellis eidem[l] ad lambendum tribua-
tur, deinde lactetur. Ex lacte quoque, quod puer ſugit, in mane bis, aut ter emulgendum eſt, dein-
de mãmilla ei tribuenda: & præcipue cum in lacte fuerit macula. Lac autem malum, ſcilicet acu-
tum à nutrice infanti non eſt dandum dum eſt ieiuna. Et præter hoc etiam[m] duæ res ſunt facien-
dæ iuuamen ei conferentes. ad hoc, vt eius, complexio fortis fiat: quarum vna eſt lentus motus: &
altera eſt conſonantia muſicæ, & vox cantilenæ: quemadmodum mos eſt, dum infantes in locis
D ponuntur in quibus dormire debent. Ex quantitate enim recipiendi hæc duo, ſcietur quantum
ſit aptus exercitio, & muſicę: quorum vnum eſt corporis, alterum animæ.[n] Quod ſi aliqua res
prohibitoria matris lac dari non permiſerit, ſiue cauſa debilitatis ipſius, ſiue corruptionis lactis
eius, ſiue quia eſt ocioſa, eligenda erit nutrix ſecundum conditiones, quas dicemus. Quarum quę
dam attenduntur in ætate eius: & quædam in ipſius figura: & aliæ in eius moribus, & aliæ in
formis ſuarum mammillarum: & quædam in qualitate lactis ipſius: & aliæ in quantitate tempo-
ris, quod eſt inter eam & partum ipſius: & aliæ quæ ſunt ex genere infantis eius. Cumqꝫ ſecun-
dum has conditiones reperta fuerit, oportebit, vt eius nutrientia bonificentur, & fiant ex[o] tritico,
& candaruſio, & carne[o] agnorum, &[o] hœdorum, &[o] piſcium, quorum caro non putrefit, nec
eſt dura. Lactucæ quoque ſunt nutriens, quod laudatur, & amygdalæ, & auellanæ. Ex oleribus
vero deterius eſt eruca, & ſinapis, &[o] {bedarungi} quoniã lac corrumpũt. Et in mẽta eſt eius vir-
tus. Nunc autem dicemus nutricis conditiones, & à conditione ætatis ipſius incipiemus. Dicemus
itaque, quòd melius[p] eſt, vt ſit ætatis, quæ eſt inter .xxv. & .xxxv. annos: quoniam hæc ætas eſt iu-
uentutis, & ſanitatis, & complementi. Conditiones vero, quæ attenduntur in figura, & compoſi-
tione eius ſunt, quòd oportet ipſam[q] boni coloris eſſe: & collum habere forte, &[q] pectus habere

I Aet.ibi.
I *tali ſuilli*
I Alſar.ibi.
A G.1.de tu.ſanit. ca.10.c
B Raſ.t.4.c.29.
C Haly.li.1.prac. ca.20.
C Haly.ibi, & Alſar.ibi.
C Haly.ibi, & Raſ.ibi.
C Alſar.ibi.
D G.li.1.de ſa.tu. c.10.d, & Aet. lib. Ser.4.ca.3.
E Aet.ibi.
F Li.3. F.4.c.20.
G G.li.1.de ſa.tu. ca.10.c
H G.1.de ſani.tu. ca.7.c
I Li.3.Fen.21.t.1.c. 2.& G.li.14.de v.p. c.8.b, & lib. de ven. ſec. cõtra Era.c.5.h oppoſi. quaſi lib.3. Fen.12.c.2.& Gal. li.16.de v.p.c.10.c, & li.de atra bile.c. 8.h & cõ.3.i tertiũ. de mor.vulg.73.d, & li.5.apho.37.
k Pau.lib.1.c.5.& Alſar.li.prac.t.26. ca.2.
*Infra* α
L Aet.ibi.
M G.li.1.de ſa.tu. c.7.d,& c.8.a
N Haly.li.1.prac. ca.21.& Gal.li.1.de ſa.tu.c.9.c
O Haly.li.1.prac. cap.21.
O *Ocimum*
P Pau.li.1.ca.2.
Q Alſar.li.1.prac. t.26.ca.3.
Q Pau.ibi.

forte & amplum: & muſculoſam & duram habere carnem, mediam [q] inter pinguedinem, & maciem, & carnoſam non adipe abundantem. Secũdum mores vero ſuos conſideratur, quoniam ipſam oportet [a] bonorum morũ & laudabilium eſſe, quę tarde à malis animæ paſſionibus patiatur ſicut ira, triſtitia, & timore: & reliqua ab iſtis. Omnes enim iſtę corrumpunt complexionem, & fortaſſe permutantur, ſeu tranſeunt, infantem lactantem, & propter hoc prohibuerũt quidam, ne ſtolida lactet. Et preter hoc totũ in malitia morum ipſius eam perducet ad hoc, vt infantis paruam habeat ſolicitudinem, & ei parum blandiatur. Conditiones vero, quæ in forma mammillarum ipſius attenduntur ſunt, quoniam oportet ipſas eſſe [a] ſolidas, [a] & magnas, & ſui magnitudine nõ ſint laxæ, neq; debent eſſe exteſæ magnitudinis: & oportet etiam, vt inter duritiem & mollitiem ſint mediocres. Secundum qualitatem vero lactis ipſius conſideratur, quia oportet vt ipſius ſubſtantia ſit æqualis, & quantitas eius ęqualis, & eius color [b] attineat albedini, qui neq; ſit [b] fuſcus, neq; viridis, neq; citrinus, neq; rubeus: eiuſq; [b] odor ſit bonus, in quo nõ ſit acredo, neq; ponticitas: & ipſius ſapor dulcedini attineat, in quo non ſit [b] amaritudo, neq; [b] ſalſedo, neq; acredo: & vt declinet ad multitudinem quandam, & vt eius partes ſint ſimiles: & tunc non ſit [b] ſubtile, fluidum, nec [b] multum groſſum [b] caſeatum, neq; diuerſarum partium, neq; multæ [c] ſpumæ. Eius quidẽ ſubſtantia quandoq; experitur, ꝙ eſt, [d] vt de ipſo ſuper vnguem mulgendo diſtilletur: quod ſi fluit, eſt ſubtile. Et ſi vnguis inclinetur, & non currat, eſt ſpiſſum. [d] Ipſum etiam experitur, cum in vaſe vitreo ponitur, & parum [d] {myrrhę} ſuper ipſum proijcitur, & digito miſcetur: propter hoc enim ſcitur aquoſitatis ipſius, & caſeitatis ipſius quantitas. [e] Lac enim laudabile & temperatum eſt, in quo aquoſitas & caſeitas ſunt æquales. Quod ſi aliqua nobis neceſſitas fuerit lac tale habere, ipſum præparabimus ex parte lactationis, & ex parte nutricis. Ex parte quidem lactationis, quoniam lac, quod groſſum fuerit & mali odoris, melius eſt, vt non detur, niſi poſtquam mulctum fuerit, & in aere moram fecerit, ſeu aeri expoſitum fuerit: & quod vehementis fuerit caloris, conueniens erit, vt nullo modo in [e] ieiuno detur. Et nutricis quidem regimen eſt, ꝙ ſi eius lac groſſum fuerit, dabitur ei oxymel de ſeminibus, quod cum ſubtiliatiuorum decoctiõe ſumatur, ſicut mẽtaſtrum, & [e] hyſſopum, [f] & haſce, & origanum montanum: & tribuantur ei ad comedendum, [f] {altarich} & quæ eis ſimilantur. In cibo quoq; ipſius imponatur parum aliquid raphani, & præcipiatur ei, vt cũ oxymelle [f] calido euomat, & [f] temperato vtatur exercitio. Et ſi eius complexio fuerit calida, dabitur ei in potu ſyrupus acetoſus cum vino ſubtili ſimul, ſiue ſeparatum. Quod ſi eius lac ſubtile fuerit, præcipietur [f] vt quieſcat, & ab exercitio remoueatur, & cibis nutriatur, qui ſanguinem faciũt groſſum. Et fortaſſe dabitur ei ad potandum, ſi non fuerit ibi, quod prohibeat, [f] vinum dulce, aut [f] muſtum coctum, & præcipiatur ei, vt diu dormiat. Si vero eius lac paucum fuerit, conſiderabitur, quæ ſit cauſa in hoc, vtrum ſit malitia complexionis in toto corpore, aut in mammillis ipſius: & hoc quidem cognoſcitur per ſignificationes prædictas [g] in capitulis, quæ ſunt a præmiſſa. Et ex tactu mamillarum, & ſi ſignificatum fuerit, quod ſit in ea calor nutrietur tali qualis [h] eſt aqua hordei, & ſpinachia, & quæ eis ſimilantur. Et ſi ſignificatum fuerit, quod ſit in ea frigiditas complexionis, aut oppilationes, aut debilitas virtutis attractiuę addatur in cibis eius ſubtile ad caliditatem declinans, [i] & ventoſæ ſub mammillis ponentur abſque multa compreſſione. Ad hoc quoque confert ſemen bauciarum, & ipſemet etiam [k] bauciæ ad hoc multum proſunt. Quod ſi cauſa eius fuerit nutrientis paucitas, nutrietur iure [l] facto ex hordeo, & furfure, & leguminibus. In iuribus quoq; ipſius, & in cibis ponendæ ſunt radices fœniculi, & ſemen eius, & anethum, & nigella. Quidam autem dixerunt, quod comedere vbera proprie ouium, & caprarum cum lacte, quod in eis cõtinetur valde eſt vtile ad hoc, propter illud, quod in eis exiſtit ex ſimilitudine, aut propter proprietatem, quæ eſt in eis. [l] Quidam etiam experti fuerunt, vt drach. i. cariei, aut vermium terrenorum ſiccorum in aqua hordei multis diebus ſumatur, & reperierunt optimum. & ſimiliter elixatura capitum ſalſorum piſcium in aqua anethi. Ex eis quoque, quæ lac multiplicant, [m] eſt, vt butyri vaccini vnc. i. ſumatur, & in vas in quo purum exiſtit vinum, mittatur, & bibatur. [n] Aut ſiſamum in mola tritum accipiatur, & cum vino miſceatur, & colatum ad bibendum detur. Amplius emplaſtrentur, aut liniantur mammillæ cum fece olei nardini cum oleo & lacte aſinæ, aut ex eo, quod eſt in interiore parte melongiæ elixatæ vnc. i. ſumatur, & cum digitis in vino diſſoluatur, & ad potandum detur, aut bulliat furfur, & raphanus in vino, & detur ad potandum. Medicamen fortius Recipe ſemi. aneti vnc. ij. ſemi. andachoche, ſemi. porri an. vnc. i. ſeminis [n] {rathbe,} ſeminis fenugręci ana vnc. ij. totum cum ſucco fœniculi, & melle, & butyro miſceatur, & in potu ſumatur. Et cum lac nocumentum fecerit ſui multitudine, propterea quod conſtrictione retinetur, & propter ſuam ſpiſſitudinem, minuatur per id quod pauci exiſtit nutrimenti, & comeſtione eius quod parum nutrit, & emplaſtro, pectori, & mammillis ſuperpoſito [n] ex cymino, & aceto, aut [n] luto [n] {alhar} & aceto, aut lentibus coctis in aceto, & poſt ipſum potu aqua ſalſa vtatur, & ſimiliter comeſtione mente. [o] Et mamillas quidem blandis manibus multum fricare lactis efficit multitudinem. [o] Lac vero malum habens odorem, medicandum eſt, dando in potu vinum boni odoris, & ad comedendum dando cibum boni odoris. Regimen autem, quod eſt tractum ex tempore partus nutricis eſt, quoniam oportet, vt partus ſit propinquus, non tamen valde, immo ſit à tempore quo peperit menſis vnus, & dimidius ad minus, aut menſes duo: [p] ſitq; ille, quę peperit maſculus, & ſit partus eius ſecundum tẽpus naturale: & non ſit ipſa, quæ abortũ fecit, neq; abortũ facere conſueuerit. Nutrici præterea eſt præcipiẽdum,

vt tem-

Margin notes: E Q Alſar. ibi. — A G. 1. de ſan. 8. a. & Aet. ibi. & Alſara. ibi. — A Alſar. ibi. A Pau. ibi. — B G. li. 1. de ſa. cap. 9. c, & Aet. ca. 5. C Aet. ibi. & G. B G. ibi. — G Aet. ibi. D Pau. li. 1. c. 4. — F — D *coagul* E Haly. li. 1. pr. ca. 21. — E Pau. ibi. c. 4. — E Li. 3. F. 1. c. 1. F *ſpeciem... ſaliti* F Pau. ibi. — G G F. 1. d. 3. c. 3. H Li. 3. F. 1. c. 1. — I Alſara. li. 1. pra. t. 26. c. 5. & Pau. — K Li. 3. F. 1. c. 1. L Aet. ibi. c. 6. — M Li. 3. F. 1. c. 1. N Aet. ibi. — H — N *trifolii ... di* — N *creteo* — O Pau. l. 1. c. 4. — P: Pau. ibi. ca. 1. Haly. lib. 1. prac. ca. 21.



A vt [a] temperato vtatur exercitio, & vt nutrietibus [a] boni chymi alat, [a] & ne vllo modo aliquis cum ea coeat: hoc enim ſanguinem commouet menſtruum, & lactis odorem corrũpit, & ipſius minuit quantitatem, immo fortaſſe impregnatur, in quo [a] nocumentum duobus attinens filijs ſimul. exiſtit. Nutritio quidem lactanti. propterea ꝙ illud, quod in ſanguine eſt ſubtile, ad embryonis nutrimentum redit: & embryoni quidẽ, propterea, quod id, quod ad ipſum venit ex nutrimẽto eſt parum, ideo ꝙ alius lacte indiget. In tota præterea ipſius lactatione oportet, & proprie in eius lactatione prima, vt aliquid lactis mulgeatur, & vt fluat, & vt ipſum preſſione iuuetur, ne contingat, vt ex multa ſuctione gulæ lædantur inſtrumenta, & meri, & faciant ipſum debilitari. [b] Et ſi ante lactationem quaq; vice cochlearium [c] mellis ad lambendum detur, iuuamen erit: & ſi cum pauco vino fuerit, erit bonum. Neq; multum lac ad ſugendum vna vice dandum eſt. immo melius eſt, vt parũ ei detur ad ſugendum, & ſæpe paruis interpoſitis ſpatijs. [c] Quandoq; enim cum ad ſugẽdum ei datur vice vna tantum, vt ſatietur, contingit extenſio, & inflatio, & ventoſitatum multitudo, & albedo vrinæ, Si ergo hoc accidit, oportet ne lactetur, & vt famelicus longo tẽpore teneatur, & vt ſtudium impendatur ad hoc, donec iſtud digeratur. Et ſecundum plurimum in primis diebus, cum lactandus eſt, vt in prima die ter lactetur: & ſi qua in prima die ipſum lactauerit, alia fuerit, ꝗ̃ mater ipſius, α ſecundum quod diximus, erit melius. [d] Similiter ſi nutrici mala acciderit complexio, aut B ægritudo doloroſa, aut ſolutio ventris plurima, aut retentio nocẽs, melius erit, vt alia ipſum lactet, donec ſanetur. Et ſimiliter ſi neceſſe fuerit dare ei medicinam, quæ virtutem & qualitatem habeat dominantem. Cumq; poſt lactationem dormiturus eſt, eius cuna vehementi motu nõ eſt mouenda: quoniam lac in ipſius ſtomacho concutitur, immo ſuauiter mouenda eſt. [e] Fletus quoq; paruus ante lactationem ei confert. [e] Naturale autem tempus lactandi eſt tẽpus duorum annorũ. Quod ſi infans aliud à lacte deſiderauerit, ordinate, [e] ſeu gradatim eſt ei tribuẽdum: non tamẽ eſt ei violenter prohibendum. [f] Poſtquam vero duales apparere cœperint dentes, ipſe ad nutriens mouendus erit ordinate, quod ſit fortius. Res tamen dura ad maſticandum non eſt ei danda, [f] immo primo detur [f] ei panis, quem ei maſticauit nutrix. deinde panis cum aqua & melle, aut cum vino aquato, aut cum lacte. Et tunc quidem parum aquæ ei tribuatur, & in aliquibus vicibus, quę cum pauco vino ſit miſta, nec permittatur ad repletionem peruenire. Quod ſi [f] {chede} ſuperuenerit ei, & ventris inflatio, & albedo vrinæ, ab omni re abſtine eum, & melius eſt, vt ipſius nutriẽs ei tardetur, donec inungatur in balneo. Deinde cum à lacte amouendus erit, ad id, quod eſt ex genere ſorbẽdi, & carnium leuium, mutandus erit. Et oportet etiã, vt à lacte ordinate amoueatur, & non ſubito, & [g] vt fiant ei glandes ex pane & zuccaro. Quod ſi perfide mammillas quæſiuerit, & eas ſemper ſugere voluerit, & fleuerit, ſumendæ ſunt myrrhæ, & mentaſtri ana vnc. iiij. & terãtur, & ex eis more emplaſtri mãmillæ epithemandæ ſunt. C Ad ſummum autem dicemus, [h] quod infantis regimen eſt humectatio, propterea, quod eius complexio ad hoc eſt conueniens: & quod ea in ſui indiget nutrimento & augmẽto, & exercitium temperatum plurimum, & hoc quidem eſt, eius naturale, quaſi natura ipſum requirat, ſeu ipſo delectetur, & præcipue cum pertranſierit infans ad ætatem pueritiæ. Cum autem ambulare inceperit, & moueri, duris motibus non erit permittendus, nec ad ambulandum, & ſedendum eſt ponendus antequam ſecundum naturam ei deſiderium fiat, ne cruribus ipſius, & dorſo nocumẽtum accidat. Et melius quidem eſt, vt in primis cum ſedet, aut ſuper terram ambulet, ponatur in corio leni ad ſedendum, ne terræ aſperitas ſcalpat ipſum: & fuſtes, aut cultelli, & his ſimilia ex eis, quæ pungunt, aut incidunt, remoueantur, ne ſint coram eo: & cuſtodiendum ne ab alto labatur loco. Cumq; [i] caninus apparuerit, ab omni re, quæ ad maſticãdum eſt dura [k] abſtinendus erit, ne materia vnde canini creãtur reſoluatur, propter maſticationem, quam deſiderat: & tunc quidem [l] ipſius gingiuæ ex cerebro leporis, & adipe gallinaceo fricari debet: ob hoc enim origo fit facilis. [m] Cumq; gingiuę ſcinduntur, & caput, & collum ex oleo abluto cũ aqua calida conquaſſato fricanda ſunt, & ex oleo in aures ipſius parum guttatim infundatur. Cum aũt iam poſſibile fuerit, vt cũ eis mordeat, tunc ſuũ maſticare deſiderat digitum: quapp tunc ei dãdum erit fruſtũ radicis [n] ireos, quæ nondũ valde ſiccata fuerit: hoc nãq; in tpe iſto ei cõfert, & iuuat vlceD ribus & doloribus gingiuarũ. Et ſimiliter os eius fricari debet ex ſale [o] & melle, ne dolores iſti accidãt. †{Poſtea iam cũ bene nati fuerint, aliqd erit dãdum ex ſucco liquiritię, aut radicis ipſius, q̃ nõdũ vehemẽter exiccata eſt, vt in ore teneat: & ꝑterea cõfert collũ ipſius fricari cũ canini naſcunt ex oleo dulci, aut alio dulci oleo} deĩde poſt hoc cũ loq cepit, dẽtes erũt fricãdi, & ꝑcipue eorũ radices.

*De ægritudinibus, quæ infantibus accidunt.* *Cap. 3.*

INtentio principalis in medicandis infantibus, eſt nutricem regere. ita ꝙ ſi affuerit ſuſpicio, ꝙ in ipſa ſit ſanguinis repletio, minuenda erit, aut ventoſanda. Et ſi repletio ex humore fuerit, ipſe erit euacuandus ab ea. Quod ſi neceſſe fuerit naturam conſtringere, aut ſoluere, aut vaporẽ à capite prohibere, aut membra anhelitus rectificare, aut cõplexionis malitiam permutare, medicãdum erit per ea, quæ comeduntur & bibuntur, quæ ad hoc ſunt conuenientia. Cumq; medicabitur ventris ſolutione, aut fluxus ventris ei de natura euenerit, & fuerit multus, aut medicabitur vomitu, aut venerit ei naturaliter aduentu forti, melius erit: vt ipſum ea die alia lactet. Noĩemus ergo particulares ægritudines, quæ infantibus accidũt. Et ex eis quidem ſunt apata, quę eis fiunt in gingiuis, cũ dentes naſcũtur, & apata, quæ eis accidũt in chordis, q̃ ſunt in partibus mãdibularũ: & ſpaſmus, qui fit i eis. Cũq; hoc acciderit, [p] ipſe digito ſuauiter ꝑmedus erit: & ex oleis in [q] capſo originis den-

Margin notes: A G. li. 1. de ſan. tu. cap. 9. b. — B Aet. ibi. c. 3. C Pau. li. 1. c. 5. — Supra α D G. li. 1. de ſanit. tu. c. 9 c. & Pau. li. 1. c. 1. — E Alſara. li. 1. prac. t. 26. ca. 2. E Pau. ibi c. 5. E Alſarha. ibi. — F G. li. 1. de tu. ſan. ca. 10. c — F Alſara. ibi. — F *nauſeatiua ſatietas* — G Raſ. t. 4. c. 29. — H G. li. 1. de ſanit. tu, ca. 7. b. c. — I Li. 3 F. 7. c. 16. K Aet. lib. 1. Ser. 4. ca. 9. L Li. 1 t. 1. c. & Aet. ibi. & Pau. li. 1. ca. 9. M Li. 3. F. 7. ca. 16. & Pau. li. 1. c. 9. — N Pau. li. 1. c. 9. O Aet. li. 1. Ser. 4, ca. 9. — P Pau. li. 1. ca. 9. & Raſ. de ęgritu. pu. ca. 1. Q a.

tium nominatis, vngendus eſt: & ex melle cum oleo chamæmellino conquaſſato, aut melle cum **E** terebinthina: [p] & ſuper caput aqua calida ab alto proijciatur, in qua cocta chamæmilla, & anethū fuerint. [a] Et ex eis aūt, quę infantibus accidunt, eſt ventris ſolutio, & proprie cum dentes naſcūtur, de qua [b] quidam ſunt, qui dicunt, ꝙ ſit propterea, ꝙ ſuperfluitatem ſalitam ſanioſam ſuę gingiuę cum lacte ſugit. poſſibile tamen eſt ne ſit ita. Immo, ꝓpterea, ꝙ natura impedita in generādo membrum non bene digerit, & ideo, ꝙ dolor accidit: qui eſt ex eis, quæ digeſtionem prohibent in debilibus corporibus. Et ſi hoc paucum fuerit, non de eo tibi curandum erit. Quod ſi timor affuerit, ꝙ ex eo adueniat ſuperfluitas, ſuccurrendum erit ei embrocando ventrem eius ex ſemine roſæ, [c] aut cymino, aut aniſo, aut ſemine apij, aut ventri ipſius emplaſtrum ſuperponendo ex cymino, & roſis madefactis cum aceto, aut cum [c] {giaures} decocto cum pauco aceto. Et ſi nō iuuerit hoc, [d] hœdi coaguli ſexta pars drach. i. & quod eſt ſupra cum aqua frigida danda erit: & tūc quoq; cauēdum erit, ne in ipſius ſtomacho, lac, caſeus fiat, dādo ea die aliquid, quod vicem lactis obtineat, ſicut oui vitellum mollem, aut micas panis in aqua coctas, aut ſauich in aqua coctum. [e] Et eſt etiam cum eis accidit ventris conſtrictio, quibus [e] ſuppoſitorium eſt faciendum cum ſtercore muris, aut ſuppoſitorium ex [f] ſolo melle vehementer coctum faciendum, aut cum metaſtro, aut cum radicibus ireos, ſicut ſunt, aut combuſtis: aut ad comedendum detur eis parum mellis, aut terebinthinæ ſecūdum quantitatem vnius ciceris: & venter eius fricandus ſubtiliter eſt cum oleo, aut liniatur ipſius vmbi- **F** licus cum felle bouis, & [f] {buchormariem.} [g] Et quandoq; accidit ipſius gingiuis mordicatio, ſeu acuitas, quare ſunt epithemandæ ex oleo & cera. [g] Caro quoq; putrida, quæ eſt ſalita eis cōfert. Et eſt etiam cum eis accidit, & proprie cum eſt origo dentium ſpaſmus, qui plurimum accidit ei propter digeſtiuæ corruptionem, cum multa neruorum debilitate: & ei, ꝓprie, qui corpus habet groſſum, ſeu pingue, & humidū: eſt ergo medicandus ex [g] oleo irino, aut oleo liliaceo, aut oleo [g] {alkannæ} aut oleo keirino. [h] Et eſt etiā cum eis accidit [h] {alcuzez,} qui tūc medicandus eſt cum aqua, in qua decoctus ſit cucumer aſininus, aut cum oleo violato ſimul cum oleo cucumeris aſinini. Et ſi exiſtimetur, ꝙ ſpaſmus, qui accidit, ſit ex ſiccitate, propterea, ꝙ poſt febres accidit, aut poſt fluxum ventris laborioſum. & quia paulatim aduenit, inungendæ ſunt iuncturæ ex oleo violaceo ſolū, aut cum pauco ceræ albæ conquaſſato: & ſuper ipſius cerebrum proijciendum eſt oleum violaceum: & reliqua ab iſtis vehementer. & ſimiliter faciendum eſt, ſi cuzez ſiccum eis accidat. [i] Eſt etiam cum ei accidunt tuſſis, coryza. [k] Et in his quidam iam præceperunt quædam, vt multa aqua calida ſuper ipſius caput proijciatur, cui hoc accidit: & vt ipſius lingua ex melle multum liniatur, deinde linguæ radix premantur, vt multum phlegmatis euomat, & ſanetur: aut gūmi arabicum, & dragaganthum, [l] & ſemina cydoniorū, & ſuccus liquiritiæ, [l] & penithi ſumatur, & quaq; die parum ex eis cum lacte ilico mulcto detur. [m] Et eſt cum infanti anhelitus malitia accidit. oportet ergo, vt radi- **G** ces aurium eius, & radix linguæ ex oleo inungantur, & fiat vt ipſe euomat, ſimiliter cum compreſſione linguæ ipſius: quoniam vehementer confert: & aqua calida guttatim in os eius diſtilletur, & parum ſeminis lini cum melle ad lambendum tribuatur. [n] Et eſt cum accidit [n] {alcola} multū, quoniam panniculi linguæ ipſius & oris vehementer ſunt molles, vt non tolerent tactum leniū, quanto magis abſterſionem aquoſitatis lactis, quoniam illa multum eis nocet, & ducit ipſos ad alcola. Et deterior quidē alcola eſt nigra, ſimilis carboni, & eſt mortalis, & quæ ſanior eſt, [o] eſt alba, & rubea. Et qui eam patitur medicandus eſt ex aliquo leui medicamine alcola nominatorum in [p] libris particularibus. Et fortaſſe violæ tritæ ſolæ eis ſufficiunt, aut cum roſis, & pauco croco, & xilocaractæ ſolæ ſiliquę. [q] Et eſt cum ſuccus lactucę, & ſolatri, & portulacæ ei ſufficit. Et ſi fortior iſta fuerit radix ſuſen. i. ireos trita, & eſt cum bothor gingiuarum, & alcola confert [r] myrrha, & gallę, & cortices thuris vehemēter tritæ, & cum melle miſtę. & eſt etiam cum eis ſufficit [r] {rob} de moris ſolū acetoſum, & rob de ſucco vuæ acerbæ: & eſt cum confert ei abluere eas cū ſyrupo mellis, aut cum aqua mellis: poſtea conſequenter adhibere eis aliquod eorum, quæ diximus ex deſiccatis: quōd ſi medicamen fortius hoc neceſſarium fuerit venarū, & corticum granatorum balauſtiarum, & ſumac. ana drach. vi. ſumantur, & gallarum drach. iiij. aluminis iameni drach. ij. & terantur, & cribellentur, & puluerizentur deſuper. [s] Et eſt etiam cum auribus ipſius fluxus accidit humorum, quo- **H** niam ipſius corpus, & præcipue cerebrum vehementer eſt humidum. [t] Lana igitur in melle & vino miſtis cum pauco aluminis, aut croci, aut minima quantitate [u] nitri inungenda eſt, & auribus iniicienda. Et eſt cum ſufficit, vt lana in vino pontico, aut in quo parum croci ſit miſſum, intingatur, & in auribus mittatur. Et plerunq; etiam accidit ei dolor auris ex vētoſitate & humiditate, qui medicandus eſt ex litio, & origano & ſale, [u] {tabarzet,} & lentibus, & myrrha, & ſeminibus colocynthidos, & ſauinæ. Quodcunque eorum fuerit, coquatur in oleo, & in ipſas guttatim proijciatur. [x] Et eſt cum in cerebro infantis fit apoſtema calidum, & vocatur [x] {athas.} Et eſt cum multoties eius dolor ad oculum peruenit, & guttur, & fit inde facies citrina. Cerebrum igitur eius eſt infrigidandum, & humectandum ex corticibus [x] cucurbitæ, & cucumeris, & ſucco ſolatri, & ſucco [x] portulacæ propriæ, & oleo roſaceo cum pauco aceto, & [y] vitello oui cum oleo roſato: quodcunque tamen fuerit, aſſidue mutetur. Et eſt cum in cerebro infantis accidit aqua, cuius curam [y] iam nominauimus in ægritudinibus capitis. [α] Et eſt cum oculi eius inflantur. [z] Super ipſos igitur licium cū lacte eſt epithemandum: deinde in aqua cum qua cocta fuerint camęmilla, & [z] {albedarungi} abluanť. [z] Et eſt cū ei accidit ex multo fletu albedo in ſuis pupillis, qui medicādus eſt cum

P Raſ. ibi.
A Lib. 3. F. 6. t. 4. & Hip. li. 3. aph. 25.
B Raſ. de ægr. pue. c. 16.
Pau. li. 1. c. 9.
C panico
D F. 16. t. 1. c. 4. Haly. li. 1. prac. pi. 20.
E Hip. li. 3. aph.
E Haly. ibi. & ibi. c. 17.
F Pau. li. 1. c. 9.
F Cyclamini
G Hip. 3. aph.
G Pau. ibi.
G liguſtri
H Hip. li. 3. aph. 25.
H tetanus
I Hip. 3. aphor. 24
K Pau. li. 1. cap.
L Alſara. li. prac. t. 26. ca. 24.
M Hip. li. 3. aph. 26.
N Li. 3. F. 6. c. 4. Hip. li. 3. aphor. 24
N Aphtha
O Alſara. li. prac. t. 26. c. 10.
P Li. 3. F. 6. c. 4.
Q Raſ. de ægr. pue. c. 14
R Pau. li. 1. c. 10.
R ſuccus
S Hip. 3. apho. 24
T Aet. lib. 1. Ser. 4. c. 12. & Pau. lib. 1. capi. 12.
V Raſ. li. de ægr. pue. c. 9.
V albo triti ... ctarum
X Aeti. li. 1. Ser. 4. cap. 13. & Pau. lib. 1. cap. 13.
X Siriaſis
Y Li. 3. F. 1. t. 4. ca. 10. & 11.
α Infra
Z Aeti. ibi. c. 10.
Z Ocimum
Z Aeti. ibi. c. 11.

**A** eſt cum ſucco ſolatri. Et quandoq; accidit coopertūræ oculi infantis [a] {ſilac} ex fletu: & cura eius eſt etiam ſuccus ſolatri. [a] Et accidunt ei febres: & tunc melius eſt, vt nutrix regatur, & ei etiam detur aliquid, ſicut ſuccus granatorum cum ſyrupo acetoſo, & melle, & ſicut ſuccus cucumeris cum pauco canforæ & zucchāro: deinde fiat [b] vt ſudet: quod fit cum cannæ ſeu arundines recentes exprimuntur, & earum ſuccus ſuper verticem, & ſuper pedes ponitur, & ipſe poſtea cooperitur: quoniam hoc facit ſudare: & eſt cum accidit ei dolor ventris pungitiuus, & torquetur, & flet: ventri ergo ſuperponenda ſunt aqua calida, & oleum multum calidum, & parum ceræ. [c] Et eſt cum ei accidunt ſternutationes frequentes. [d] Et eſt cum hoc contingit propter apoſtema in partibus cerebri: & ſi ita fuerit medicandum erit apoſtema infrigidando, & epithemando, et vngēdo ex infrigidantibus ſuccis & oleis. [d] Quod ſi non fuerit ex apoſtemate, quod ei accidit, bedarungi tritum naribus eius erit inſufflandum. Et eſt cū in corpore accidunt ei [d] {bothor,} ſed quod ex eis vlceroſum eſt, & nigrum, eſt mortale, & etiam ſi eſſet, ſicut [d] {alcola} tantum erit mortale, quanto magis cum expandetur, vel quando profundetur. Quod autem eſt album, eſt ſanius: & ſimiliter rubeum. Et eſt cum in eius egreſſione multa ſequitur vtilitas. & ipſa quidem ſecundum oēm diſpoſitionem medicanda ſunt ex ſubtilibus deſiccatiuis in aqua ſolutis, ex qua ipſe lauetur, & in ea coctis, [e] ſicut roſa, & myrtus, & folia arboris maſtiches, & tamariſci, & olea etiam iſtarum rerum. [e] {Bothor} vero **B** ſi ſanæ ſint, dimittendæ ſunt, donec maturentur: deinde curentur, & ſi vlceratæ fuerint, fiat eis vnguentum [e] ex ceruſſa, & eſt etiam cum neceſſe eſt lauare eas cum aqua mellis, & pauco nitro, & ſimiliter alcola. Cum autem ſpiſſæ fuerint, indigebunt eo, quod ſi fortius. Lauabuntur ergo tunc ex aqua [e] {baurach} cum lacte miſta, ideo vt tolerari poſſit. Quod ſi cutis eorū veſicabitur, vaporabitur, & infundetur, ſeu lauabiť cum aqua, in qua coctę fuerint myrtus, & roſæ, & ſquināthum, & folia arboris maſtiches. Sed antequam hoc totum [e] fiat nutricis nutriens meliorare conuenit. Et eſt cum propter [f] multum fletū fit in vmbilico tumor, aut accidet aliqua ex cauſis rupturæ. In quo quidem iam præceptum eſt, [f] vt ameos teratur, & cum albumine oui conſpergatur, et deſuper ponatur, & cū panno ſubtili lineo ſuper ipſum ſtrictura fiat, [f] aut lupini amari aduſti infundantur in vino, & deſuper ponātur. His autem fortiora ſunt calida ſtiptica, ſicut myrrha, et cortices cupreſſi, & eius nuces, & aloe, & acacia, & illud, quod in [g] capitulo de ruptura dicemus. Et [h] eſt etiam cum infanti accidit, & proprie cum vmbilicus [i] inciditur apoſtema, & tunc quidem accipienda ſunt alſehal, quod eſt [i] {alſengius.} & terebinthina, & in oleo ſiſamino ſunt ſoluenda: & infanti exhibeatur in potu ex eo, & lineatur cum eo vmbilicus. [k] Et eſt etiam cum infanti accidit ne dormiat, & inceſſanter ploret, & vt os aſſidue vagiendo moueat. & tunc quidē neceſſe eſt, vt ſi poſſibile eſt, fiat quatenus dormiat [i] cum corticibus papaueris, & ipſius ſemine, & oleo, & lactucis, et oleo de papa- **C** uere ſuperponendo ex eis temporibus & vertici, & erit conueniens. Quod ſi neceſſarium fuerit aliud iſtis fortius fiat hoc medicamen. Semen vel granum [k] {alſemnæ} & nux hendem papauer album, & papauer nigrum, ſemen lini, grana alchauſegi portulacæ, ſemen plantaginis, ſemen lactucarum, & ſemen fœniculi, & aniſum, & cyminum ſumantur: & omnia paulatim torreātur: deinde terantur, & cum eis pars vna pſyllij toſti, & non puluerizati ponatur: et omnia hæc cum tāto zuccaro, quantum ipſa ſunt, miſceantur, & ex eis infanti quātitas duarum drach. in potu tribuatur. Si autem voluntas fuerit, vt hoc ſit fortius, cum eo [l] tantum opij ponatur, quantū eſt tertia huius partis, aut minus. [m] Et eſt etiam cum infanti accidit ſingultus: cui tunc danda eſt nux indica cum zuccaro. [m] Et eſt cum iſanti accidit vomitus fortis: cui forſan dabitur medietas danic vnius gariophylli. Verūtamen quandoq; ei confert ſtomacho ſupponere emplaſtrum ex aliquo conſtringentium vomitum debilium. Et eſt cū infanti accidit ſtomachi debilitas. cuius quidem ſtomachus tūc cum miſuſen, & cum aqua roſæ eſt liniendus, aut cum aqua myrti, & ei in potu ſuccus cydoniorum tribuatur cum parua gariophyllorum quantitate, & galiæ, aut kirat. i. galiæ, cum pauca quātitate mi uæ. [m] Et eſt cum infanti accidunt ſomnia terrefacientia in ſomno, quæ plurimum eueniunt [n] propter repletionem ipſius factam ex multa guloſitate. Cum ergo cibus corrumpetur, & ſtomachus hoc ſenſerit, procedet nocumētum [o] a virtute ſenſibili ad virtutem formatiuam & imaginatiuam, **D** & apparebunt ei ſomnia terrefacientia. Oportet igiť ne ſuper [o] {chede} cogatur dormire, & vt ex melle ei ad lambendum detur, vt digerat id quod eſt in ſtomacho eius, & deponat. [p] Et eſt cum infanti accidit [p] {apoſtema gulæ inter os & meri,} quod quandoque extenditur vſq; ad muſculos, & ſpondyles colli, & tunc quidem ipſius venter ſuppoſitorio ſoluendus eſt, deinde ipſe eſt medicandus cum aliquo, quod ſit, ſicut [p] {rob} de moris, & eis ſibi ſimilibus. Et [q] eſt etiam, cum infanti dum dormit vehementer accidit oregmon, cui ſemen lini tritum cum melle ad lambendum eſt tribuendum, aut cyminum tritum melle conſperſum. [r] Et eſt cum infanti [α] accidit, [r] {riha alſabiam,} cuius medicationem iam nominauimus in [s] capitulo de ægritudinibus capitis: verumtamen hic referemus rem ei vehementer conferentem, & eſt, vt origani, & caſtorei, & cymini partes ſumantur æquales, & tritæ commiſceantur, & ei in potu tribuantur, quorum ſit pondus trium granorum hordei. Et eſt cum infanti accidit, vt eius anus, vel ſicteri egrediatur. Et tunc quidem corticum granati, & myrti recentis, & [s] {ghieſt albelut,} & roſarum ſiccarum, & cornu combuſti, & aluminis iameni, & vngularum caprinarum, & balauſtiarum, & gallarum partes ſumendæ ſunt æquales, & in aqua adeo fortiter coquendæ, donec eorum virtus egrediatur: deinde in eorum apozemate ſedere cogatur ipſo tepido. Et eſt cum infanti accidit tenaſmon,

A albugines
A Hip. li. 3. aphor. 25.
B Aeti. lib. 1. Ser. 4. cap. 14.
G Aeti. li. 1. Ser. 4. cap. 17.
D Alſara. li. 1. practi. t. 26. c. 12.
D puſtulæ, ſiue exanthemata
D aphtha
E Pau. li. 1. cap. 6.
E Puſtulæ
E nitri
F Aeti. ibi. c. 26. & Hip. li. 3. aph. 24
G 3. t. 1. F. 22. lib. 3.
H Hip. li. 3. aph. 24
I Haly. lib. 1. prac. ca. 20
I lactuca aſini, vel ſyrupus de iuiubis.
k Hip. li. 3. aph. 24
K lacticiniorū.
L Haly. li. 1. prac. cap. 20.
M Hip. li. 3 aph. 25
N Haly. li. 1. prac. cap. 20.
O G. li. de digno. ex inſomnijs. d
O nauſeatiuam ſatietatem.
P Hip. li. 3. aph. 26.
P Tonſillæ
P ſuccus
Q Aet. li. 1. Ser. 4. cap. 8. de voce itercepta.
R Aeti. li. 2. Ser. 2. ca. 1. & Pau. li. 6. c. 3.
Supra α
R Hydrocephalon
S 11. t. 3. F. 1. li. 3
S corticis interioris ſubtilis glādium

tenaſmon, propter frigus quod ei ſuperuenit, cui confert, vt naſturtij & cymini ana drach. iij. ſumantur, & trita cribellentur, & butyro veteri vaccino conſperſa ad bibendū cum aqua frigida dentur. Eſt præterea cum in ventre infantis vermes minuti procreantur ei nimis nociui, & plurimum circa anum in quo etiam longi generantur, ſed lati raro procreātur in ipſo. Longi autem medicātur ex aqua ᵃ{ſciha, ſeu ſceha} de qua modicum in lacte in potu eſt tribuendū ſecundum eius fortitudinem. Et fortaſſe neceſſarium erit ventri ipſius emplaſtrū ſuperponere ex abſinthio & albrengi alkebuli, & bouis felle, & colocynthidarū pulpa. Sed ad paruos, qui ſunt in ano enulæ, & venarum citrinarum ana. pars vna ſumenda eſt, & zuccari ſecundum totius magnitudinem: & deinde cum aqua calida ad bibendum detur. Et eſt cum infanti in coxa accidit excoriatio: & tunc quidem ᵃ myrtus puluerizanda eſt deſuper, aut radix ireos puluerizata: aut roſæ tritæ, ᵃ aut cyperum, aut hordei farina, aut lentium.

E

A *ſpecies abſynthij*

A Aeti. li. 1. Ser. 4. cap. 25.

*De regimine infantium, cum mutantur ad ætatem pueritiæ.* Cap. 4.

OPortet, vt tota intentio ſit in meliorando mores pueri, & moderando ipſos: ᵇ & hoc quidem eſt, vt obſeruetur ne fortis ira, neq; timor vehemens ei accidat, neq; triſtitia, neq; vigiliæ: & illud fit conſiderando ſemper ᵇ vt ei adhibeatur quod deſiderat, & appetit: & non permitatur eſſe coram eo aliquid, quod ipſe abhorreat: & in hoc duę conſiſtūt vtilitates, vna in ipſius anima, vt creſcat ipſo à pueritia ſua exiſtēte bonorum morum: & fiat ei habitus fixus: & altera eſt in corpore ipſius, ᶜ quoniam ſicut mali mores malitiæ complexionis ſpeciem ſunt ſequentes, ita cum ex conſuetudine acciderint, ſequitur eos complexionis malitia conſimilis eis. ᵈ Ira năque vehementer calefacit: & triſtitia multum exiccat: & pigritia virtutes laxat animales, & complexionem ad phlegmatis proprietatem inclinat. In temperamento ergo morum cuſtodia ſanitatis animæ & corporis ſimul conſiſtit. ᵈ Cum autem puer à ſomno excitatur balneandus eſt: deinde dimittēdus eſt ludere hora vna: poſtea aliquid ad comedendum ei dandum: deinde dimittendus eſt ludere prolixius: poſtea balneandus: deinde cibandus: ᵈ & quanto plus poſsibile eſt aquam ſuper cibum bibere nō eſt permittendus, ne cibus crudus penetret antequam digeratur. Cum autem ſex habuerit annos, magiſtro tradendus erit, qui eum doceat: in quo etiam gradatim eſt ordinandus, & neq; eſt cogēdus aſſidue in ſcholis morari. Cumq; ad hanc peruenerit ætatem, ᵈ minus erit balneādus: ᵈ & eius labor ante comeſtionem erit augmētandus, ᵈ neq; vinum erit ei dandum, & proprie cum aliquis calidæ complexionis fuerit & humidæ, quoniam nocumentum, quod ex vino timetur (& ipſum eſt choleræ rubeæ in potatoribus generatio) ei cito adueniet: faciliter & vtilitas, quæ ex vini potatione generatur, eſt choleræ per vrinā prouocatio, & humectatio iuncturarum, quorum nō indiget ipſe. Non enim eius cholera rubea eſt multa, quę in vrina ſit prouocanda: neq; eius iuncturæ humectatione indigent, ᵈ ſed permittendus eſt aquam dulcem limpidam ſecundum deſiderium in potu ſumere. Et hic quidem erit curſus regendi eos, donec ad xiiij. perueniant annos, cum ſolicitudine illius quotidiana, quod in eis eſt ex minoratione humiditatum ipſorum, & proceſsione exiccationis & indurationis. ᵉ Ordinandi ergo ſunt minorādo exercitium, & ſeparando ab eo, quod eos laborare facit inter pueritiam, & adoleſcentiam: & temperatum comitetur exercitium. Poſt hăc veſo ętatem ſit eorum regimen, regimen augmenti, & conſeruatio ſanitatis. Nos igitur ad ipſam mutemus, & ſermonem de rebus præmittamus in quo continētur rei fundamenta in regimine ſanorum albelagin, & ab exercitio incipiamus.

F G

B G. li. 1. de ſan. tu. ca. 8. e. f

B G. ibi. h

C Gal. li. qđ animi mores, & corporis tēperat. Seq. c. 1. & c. 6. a, b. & li. 2. de ſan. tu. 7. f. g

D G. ibi. 1. de ſa. tu. c. 8. f

D G. ibi. 1. c. ... D G. ibi. c

D G. ibi. g

D G. ibi. c. g

E G. 1. de ſan. tu. 11. c

### DOCTRINA II. dictionis tertiæ de regimine, quod eſt commune ᵉ {albeleghin} cuius ſunt. XVII. Capitula.

*De regimine adoleſcentium communi: & ſermonis ſumma de exercitio.* Cap. I.

PRopterea ꝗ plurimum regiminis cōſeruationis ſanitatis eſt, ᶠ fiat exercitium, poſtea cibi regimen: deinde dormiendi regimen: ideo ſermonem ab exercitio incipere debemus. ᶠ Dicemus itaque, quod exercitium eſt motus voluntarius propter quē anhelitus magnus, & frequens eſt neceſſarius. Et ad ipſum quidem peragendum conuerſus ſecundum modum ſuæ æqualitatis, & in hora ſua, nullo indiget eorum medicamentorum, quæ materialibus neceſſaria ſunt ęgritudinibus, & ægritudinibus complexionalibus, quæ eas ſequuntur, & ex eis accidunt: & hoc quidem eſt cum reliquum eius regimen conueniens eſt & rectum. Et huius quidem declaratio eſt, quoniam quemadmodum ᵍ ſcis nutrimēto indigentes ſumus, & noſtræ conſeruatio ſanitatis eſt ex nutrimento nobis conueniente, quod æquale exiſtit in quantitate ſui & qualitate. ʰ Nullum autem ex nutrientibus, quæ ſunt in potētia, cum omni totalitate ſui ad nutrimentum mutatur in effectu: immo in vnaquaq; ⁱ digeſtione aliqua ex eo ſuper eſt ſuperfluitas, ad quam euacuandam ſtudet natura. Verūtamē naturalis euacuatio vnius earum non eſt euacuatio completa, immo proculdubio ex ſuperfluitate cuiuſq; digeſtionis remanet reſiduum, & impreſsio. Cūq; hoc frequenter fiet, & iterabitur, & aggregabitur ex eo aliquid menſuram habens, prouenient ex eius aggregatione ſuperfluitates malæ, corpus à multis lædētes partibus. Cum enim putreſient, ægritudines generabunt putridas. Et ſi ipſarū qualitas fortis fiat, malitiam generabunt complexionis. Et ſi earum quantitates multiplicentur, prouenient inde ægritudines repletionis prædictæ. Et ſi ad aliquod mēbrum fluxerint, apoſtemata generabunt: & ipſarū fumi ſubſtantiæ ſpiritus cōplexionem corrūpent. Nobis ergo neceſſe eſt eas ꝓculdubio euacuare. Earū aūt euacuatio ſm plurimū non cōpletur, neq; ꝑficitur, niſi cū medicinis ᵏ fiat venenoſis, quæ

H

E *his qui ad ætatem perueniunt, ſunt ꝗ coire.*

F Gal. li. 2. de ſa. tu. c. 2. d.

F G. ibi. e

G G. 1. de ſa. tu. cap. 14. e

H Gal. 6. de ſa. tuen. cap. 1. b

I G. 1. de ſani. tu. ca. 3. h, & c. 11. g

K F. 4. cap. 9





A proculdubio naturam frangunt: quæ etiam ſi venenoſæ non eſſent, nō poſſet eſſe, quin eas bibere naturæ laborioſum eſſet, queadmodum dicit Hippo. quòd medicina purgat & inueterat. Et præter hoc totum cum humore ſuperfluo euacuant ex humiditatibus naturalibus, & ſpiritu, qui eſt vitæ ſubſtantia, partem magnam: & hoc quidem totum eſt ex eo quod virtutem membrorum principalium, & eis ſeruientium debilitat. Hæc ergo & alia ſunt impedimenta repletionis, cum in ſui diſpoſitione dimiſſa fuerit, aut cum euacuabitur. ᵃ Amplius exercitium eſt res, quæ magis prohibet, ne repletionis materia congregetur: cum alia regimina conuenerint ei: & eſt id quo calor innatus ᵇ viuificatur, & corpori leuitatis confert vſum. Ipſum nanq; ſubtilem dilatari, vel expandi facit calorem: ᵇ & quod ex ſuperfluitatibus congregatur, quaq; die diſſoluit: & motus eas in expellēdo ſuuat: & ad loca vnde egredi ſolent, perducet. quare ſingulis diebus non cōgregatur ſuperfluitas, de qua ſit curandum: & præter hoc eſt ſicut diximus, ꝗ ᵇ calorem innatum accreſcere facit, & iuncturas, & ᵇ chordas duras efficit: quamobrem fortificat eas ad operationes perficiēdas, ᵇ & a paſſionibus ſecuras facit, & membra apta reddit ᵇ ad nutrimentum recipiendum, propter illud, quod ab ipſis ex ſuperfluitatibus minuit. Virtus igitur attractiua mouetur, & membrorum nodoſitatem reſoluit, & membra facit leuia, & humiditates ſubtiliat, & ᵇ poros dilatat. Exercitium autem relinquens in hecticam frequenter incurrit, quoniam membrorum debilitantur virtutes, propterea quod motum dimittunt, qui innatum eis defert ſpiritum, qui vitæ cuiuſque membri inſtrumentum exiſtit.

A G. li. 1. de ſa. tuē. ca. 14. f. g

B G. li. 2. de ſan. tu. ca. 2. e. f, & de renū affe. digno. c. 7. a

B

*De ſpeciebus exercitij.* Cap. 2.

Eᶜ Xercitium aliud eſt, ad quod peruenitur ex occupatione alicuius humanarum operationū: aliud eſt exercitium purum, quod eſt illud, quod intenditur, ſcilicet quod eſt exercitium tantum, ex quo exercitij quærūtur iuuamenta: quod habet differētias. Nam exercitiū aliud eſt multum, aliud eſt paucum, aliud eſt ᶜ forte, & vehemens, aliud ᶜ eſt debile & leue, & aliud eſt ᶜ velox & aliud eſt tardum, & aliud eſt athit, ſeu athicum, ſcilicet compoſitum ex fortitudine & velocitate, & aliud eſt ᶜ{metharach,} & inter oīa duo extrema reperitur ęquale. ᵈ Exercitij vero ſpecies ſunt, luctari, ᵈ{almebathaſe} & currere, & incedendi velocitas, & iacere cū arcu, & proijcere iaculos, & ſalire ſuper pedem vnum, & cum enſe, aut cum lancea ſcrimire: & equitare equos, & alcafach, cum manibus, quod eſt, vt homo ſuper pedum extremitatem ſtet, & manus ſuas ante & retro veloci extendat motu. Et hæ quidem ſunt exercitij ſpecies velocis. ᵈ Ex ſubtilium vero & debilium exercitiorum ſpeciebus eſt exercitium, quod fit in ᵈ{alargiha} & in cunis ſtando, aut ſedendo, aut iacendo, aut paruam nauiculam intrando, aut nauiculam piſcatorum. ᵈ Iſtis autem fortius eſt, vectari in equis, & camelis, & lectici, & in plauſtris vehi. Et ex fortioribus quidē exercitijs ſunt ea, quæ fiunt campeſtribus armis, & eſt, vt homo curſum ſtringat ſuum in loco campeſtris ludi vſq; ad finē, deinde retro redeat, & inceſſanter ſpatium quaq; reuerſione minuat, donec ſtet in fine eius in medio. Et ex eis eſt, inſequi vmbram ſuam, vt ipſam percutiat in capite, & manus adinuicem percutere: & in plano ſalire, & in alto: & ludere cum virgis ᶜ retortis dictis alſulegian cum pila magna, aut parua lignea: & ludere cum pila ex corio inflata, aut non inflata: & lapidē eleuare, aut proijcere: & equos currere, & ipſos in circuitu retroducere. Almebataſe quoq; multas habet ſpecies: Ex quibus eſt, vt quiſq; luctantium in medio ſui comparis manus ſuas teneat, & ipſum conſtringat, & quiſque ipſorum laboret, vt a ſuo ſocio ſoluatur altero ipſum tenente. Et eſt etiam, vt manus ſuas ſupra ſuum comparem contorqueat, & dextram ſuam ad ſui comparis dextram porrigat, & ſiniſtram ad ſiniſtram, & facie ipſius ad illius faciem cōuerſa, & ipſe eleuet eum ad ſuperiora, deinde reuoluat eum, & quandoq; incuruetur, & quandoq; erigatur. Et ex eis eſt impulſio, quæ duobus fit pectoribus. Et ex eis eſt, vt quiſq; eorum ſui comparis collum teneat, & ipſum ad terram trahat. Et ex eis eſt, pedes torquere, & ipſos premere, & crura ſui comparis ſuis cruribus contorquere, vel inuoluere, & quæ his ſimilia exiſtunt ex modis, quos luctatores faciunt. Ex exercitijs vero velocibus eſt, vt quiſq; duorum comparium locum cum ſuo cōpare velociter permutet, & ſaliendo ad poſteriora retrorſum tendat, & alter ad anteriora ſecundū ordinem, aut abſq; ordine. Et ex eis eſt exercitium, quod fit duabus acubus ſubſelliorum: & frequenter ad poſteriora ſaliendo: & eſt vt homo ſtet in aliquo loco, deinde a duobus ſui lateribus duas ſubſelliorum acus in terrā figat, inter quas ſit vnus paſſus, poſtea incedat mutando, quæ a dextra eſt ad ſiniſtram, & quæ a ſiniſtra ad dextrā: & ſit hoc quàm velocius poſſibile fuerit. Et exercitia quidem fortia & velocia fiunt quietibus admiſta, aut exercitijs ſuauibus. Amplius exercitia fieri debent ſecundum diuerſos modos, & non ſecundum vnum eſt ſtandum. ᶠ ⍺ Vnumquodque præterea membrum exercitium habet ſibi proprium. Et manuum quidem & pedum exercitium non eſt res occulta. ᶠ Pectus vero & membra anhelitus, quandoq; exercitantur ᵍ voce graui & magna, & quandoque acuta, & inter eas miſta. Et hoc etiā exercitium eſt ori, & vuulę, & linguæ, & collo, & decorat colorē, & mūdat pectus, & ipſum exercitat cum ex ſufflatione, & retentione anhelitus: & hoc erit toti corpori aliquod exercitiū, & ipſius dilatat canales: verūtamen magnam longo tempore efficere vocē, eſt timoroſum: Et ſi quæ fortis eſt perduret, neceſſaria ſit multa aeris attractio, in qua eſt timor. Et ſi ſit longa, erit neceſſe multum expellere aerem, in quo magnus exiſtit timor. Ad legendum præterea ſuauiter eſt incipiendum, deinde vox ordinate eſt exaltanda: poſtea cum vox fortior facta fuerit, & creuerit, & longa fuerit, tempus ipſius ponendum erit temperatum: qm̄ tunc magnum affert iuuamentum. Quod ſi eius

C Gal. li. 2. de ſa. tu. ca. 8. g

C Gal. ibidem. a

C *exercitiū cōpoſitum ex debili & tardo.*

D G. li. 2. de ſa. tu. c. 9. 10. & 11.

D *ſpecie exercitij velocis.*

D *fune ſuſpenſa, in qua pueri ſedent & ludentes mouentur.*

E G. li. 2. de ſan. tu. ca. 19. & 10.

C

D

F G. li. 2. de ſa. tu. c. 11. h. a. b. c. d. e

*Infra* ⍺

F G. ibi. c. 11. h

G Aeti. li. 1. Ser. 3. cap. 5.

tempus prolongabitur, erit in ipſo timor temperatis & ſanis. Vnuſquiſqꝫ præterea homo ſecundum ſe habet exercitium. Exercitium vero quod eſt debile, ſicut reuolutio in cuna illis eſt conueniens, quos febres debilitauerunt, [a] & conualeſcentibus, qui ſe mouere non poſſunt, neqꝫ ſedere. [a] & quos hellebori potio debilitauit: & quæ ſicut ipſum ſunt, & ęgritudinem in diaphragmate habentibus. Cumqꝫ ſuauiter fiet, [a] dormire faciet, ventoſitates diſſoluet: & confert reliquijs ægritudinum capitis, ſicut ſtupori, [a] & obliuioni, & commouebit appetitum, & naturã excitabit. Cum autem ſuper lectum, in modum viſcoli fiet motus, erit conuenientius ei, qui habet, ſicut [a] hemitritęũ, & febres compoſitas, & [a] phlegmaticas, & habẽti [a] hydropiſim, & dolorẽ [a] podagricum, & [a] ęgritudines renum, qm̃ hæc commotio ſuper lecticam in modum viſcoli materiã efficit aptam euulſioni. Et debile quidem ei, qui eſt debilior, & forte ei, quę eſt fortior. In plauſtris autem vehi has efficit operationes, ſed eorum impreſſio eſt vehementior q̃ huius. Et eſt etiam cũ quidam plauſtris vehũtur facie retrouerſa, quod viſus debilitati, & eius obfuſcationi magnum confert iuuamẽtum. [a] In paruis vero nauibus, & magnis ferri, confert [b] lepræ, & [b] hydropiſi, & apoplexiæ, & frigiditati ſtomachi, & eius [b] inflationi, & illud cum prope littus maris fuerit, & cum cõmouebitur ex eo nauſea, ſeu [c] vomitus, & deinde quieſcet, cõfert ſtomacho: ſed nauibus ferri in mare altum, eſt fortius in remouendo ægritudines, quas nominauimus: propterea ꝙ ſm animam lætitia, & [c] triſtitia diuerſificantur. Membrorum autem nutrientium exercitium eſt conſequens exercitium reliquarũ partium corporis. Viſus [d] præterea exercitatẽ res inſpiciendo minutas: & quandoqꝫ ordinando ipſum, vt res luminoſas leuiter intueatur. Auditus etiam exercitatur ſonos auſcultãdo occultos, & quandoqꝫ auſcultando magnos. [α] Vnumquodqꝫ etiam membrum exercitium habet ſibi proprium: & hoc quidem in conſeruatione ſanitatis cuiuſcũque membri referemus, cum [d] librum diſponemus particularem. Exercitio præterea vtens, ſibi cauere debet, ne exercitij fortitudo, vel calefactio [e] ad id, quod ex membris ſuis eſt debile, perueniat, niſi ſm modum conſequendi. verbi gratia, oportet, vt cui varices accidunt, pedes in exercitio quo vtitur, non multum moueat: ſed ipſum diminuat, & ſuum perficiat exercitium cum eis, quæ ſunt corporis ſuperiora, ſicut collo, & capite, & manibus: ita vt exercitij impreſſio, ſeu veſtigium ad ipſius pedes a ſuperioribus perueniat. [f] Corporis præterea debilis exercitium oportet, vt ſit debile: & fortis, vt ſit forte. [g] Et eſt tibi ſciendum, ꝙ vnumquodqꝫ membrum per ſe habeat exercitiũ, quod eſt ſibi proprium, quemadmodũ oculo eſt proprium intueri, quod eſt ſubtile: & gutturis vocem ingroſſare, vel augmentare, poſtquam hoc ordinate fit: & ſimiliter dens & auris. Et eodem modo omne membrorum in ſuo cap.

E  A Aeti.li.1.ſe. cap.6.  B F.4.c.13.&1  C F.4.c.13.  C Aeti.ibi.  F  D Lib.3.F.3.tr.  α Supra D tertium  E Haly.1.prę & G.li.5.de ſa. c.3,a  F Haly.ibi.& 5.de ſan.tu.c.1  G G.li.2.de ſa. ca.11.h

*De hora incipiendi exercitium, & menſurandi, & ordinandi ipſum.* Cap. 3.

H [h] Ora qua inceptio exercitij præparatur, oportet, vt corpus ſit mundum, & ne in partibus viſcerum, & venarum chymi crudi, & mali exiſtant, quos exercitium in corpore diffundat: [h] & vt cibus heſternus iam ſit digeſtus in ſtomacho, & hepate, & venis, & vt alterius cibi hora iam aduenerit. [h] Et hoc quidem declarat vrinæ ſecundum ſubſtantiam, & colorem maturatio: & erit hæc principium horæ huius digeſtionis. Cum enim tempus ab ea iam lõge fuerit: & natura aliquo tempore in nutrimento miniſtrare deſierit, & igneitas in vrina accenſa fuerit, & citrinitatis naturalis terminus tranſierit, exercitium impediens erit, quoniam virtutem deijciet. Et propter hoc dixerunt [i] quidam, quòd cum forte exercitiũ neceſſarium eſt, bonum eſt ne ſit ſtomachus vehementer inanitus, immo ſit in eo paucum nutriens, & in hyeme quidem ſit groſſum, & in æſtate ſubtile. Amplius, qui exercitatur ſi eſt plenus, melius eſt, quàm ſi exercitetur cum eſt vacuus: & melius eſt, vt exercitetur cum eſt calidus et humidus, quàm vt exercitetur dum eſt frigidus & ſiccus. Et ex horis quidem ipſius melior eſt æqualitas inter ea ambo. Eſt autem cum exercitium hominem calidæ & ſiccæ complexionis ad ægritudines perducit: cùm igitur diſceſſerit ab eo ſanabitur. [k] Oportet præterea, vt qui exercitatur incipiat, & ſuperfluitates ab interioribus expellat, ſcilicet inteſtinis, & veſica: deinde exercitetur: [l] veruntamen præparationis fricatione prius vtatur. quæ naturam viuificet, & poros dilatet: & oportet, vt fricatio cum re aſpera fiat: deinde oleo inungatur dulci, poſtea ſecundum ordinem inungatur, donec membrum preſſione non vehementis penetrationis comprimatur: & fit hoc manibus multis, & diuerſis obuiãtibus ſitibus: ideo, vt hoc ad omnes muſculorum perueniat partes: deinde dimittatur, poſtea fricatus exercitari incipiat. [m] In tempore autem veris horarum ipſius melior eſt, quæ eſt iuxta meridiem in domo temperata, & in æſtate oportet ipſum præcedere. In hyeme vero rationi conueniens erat, vt fere vſqꝫ ad veſper tardaretur: ſed alia prohibentia hoc vetant. In hyeme igitur [m] locus tepefieri debet, & temperate calefieri: deinde exercitio vtendum in hora, quæ melior exiſtit ſecũdum illud, quod diximus ex digeſtione nutriẽtis, & expulſione ſuperfluitatum. In quantitate autem exercitij tres res ſunt conſiderandæ: Vna earum [m] eſt color: quoniam dum in ipſo bonitas eius augetur, adhuc eſt hora. [m] Et ſecunda motus, quoniam dum leues perſeuerãt, adhuc eſt hora. [m] Et tertia membrorum diſpoſitio [m] ſecundum ipſorum inflationem: quoniam dum ipſorum augetur inflatio, adhuc eſt hora. [m] Cum autẽ diſpoſitiones iſtæ minui ceperint, & ſudor vaporalis, & reſudatio fluens facta fuerit, dimittendum erit. Cum autem dimiſſum fuerit, [m] applicetur ei olea [m] {almagarach} in vngendo, præcipue ſi anhelitum ſui exercitãs tenuerit. Cumqꝫ die primo terminum exercitij ipſius cognoueris, & ipſum nutriueris, & nutrientis quantitatem, quam tolerare valet cognoueris, nil in ſecũda die mutes, ſed nutriens ipſius exercitium in die ſecundo, menſura ſecundum eius terminum in die primo.

H G.1.de ſan.tu. ca.2.g  G  I G.li.2.aph.16  K Aeti. li.1.ſe. ca.2  L G.2.de ſan. ca.1.h  H  M G.2.de ſan. ca.7.c  M G.ibi.c.11.1  M copioſa

De frica-



*De fricatione.* Cap. 4.

A  F [a] Ricatio alia eſt dura, quæ reſtringit vel inſpiſſat, & fortificat: alia eſt mollis, quæ laxat: & alia eſt multa, quæ macreſcere facit: & alia eſt temperata, quæ ingroſſat. Cumqꝫ hæc cõponentur, prouenient paria nouem. [a] Et eſt etiam fricatio, quæ eſt aſpera. ſ. cum pãnis aſperis, quę ſanguinẽ ad exteriora velociter trahit: & alia eſt lenis cum palma, aut cum pannis lenibus, quæ ſanguinem aggregat, & ipſum in membro continet. Quod autẽ ex fricatione quæritur, [b] eſt corporum rarorum inſpiſſatio, & mollium induratio, & ſpiſſorum rarificatio, & durorum mollificatio. [b] Eſt præterea præparationis fricatio, quæ eſt anteq̃ fiat exercitium, & incipit fieri ſuauiter, ſeu leniter: deinde cum exiſtimatur, ꝙ approximetur hora ſurgendi ad exercitium, tunc vehementior fiat fricatio. [b] Et ex ea eſt fricatio [b] {alaſtardad,} quę eſt poſt exercitium: & vocatur etiam fricatio quieſcere faciens: & quod in ea intenditur eſt ſuperfluitatum in muſculis retentarum reſolutio, quæ non ſunt euacuatæ per exercitium vt euaporentur, & non accidat fatigatio, ſeu laſſitudo. Et oportet quidẽ, vt hæc fricatio molliter & moderate fiat. Sed, q̃ ex ea melior eſt, eſt prima, quę eſt cum oleo, quę cũ duritie & aſperitate facienda non eſt: neqꝫ terminanda ſeu finienda: qm̃ membra inde exaſperantẽ; & pueri ab augmento prohibentur, ſed in adoleſcentibus eſt eius impedimentum minus. [b] Quod ſi in fricatione contingat error, qui ad partẽ duritiei declinet, eſt ſanior errore, qui ad mollitiei partem declinat: Qm̃ fortem reſolutionem facilius eſt corrigere, q̃ ſuccurrere vel corrigere præparationem corporis, quæ fit cum molli fricatione ad recipiendum ſuperfluitates vel corruptionem: licet fricatio dura, & aſpera, cum ſuperflua fuerit in corpore puerorum, ipſos creſcere prohibeat. Et tu quidem inuenies hoc poſt, apud rememorationem horæ fricationis & conditionum ipſius: verũtamen in hac hora fricationi reductionis declarationem addemus. [c] Dicemus itaqꝫ, ꝙ ipſa pro certo eſt, ac ſi eſſet vltima pars exercitij in qua cũ oleo incipiendum eſt, & fortitudine: deinde cum ea ad mediocritatem eſt declinandum, neqꝫ vſqꝫ ad laborẽ eius eſt dimittenda. [c] Et melius quidem eſt, vt dum fit, multæ ſuper eam coniungantur manus. Fricatus præterea, membra ſua fricata poſt fricationẽ extendere debet, vt ab eis ſuperfluitates expellantur: & [d] faſciã, petiã, ſeu mantile ſumat, quæ ad partem membrorum omnium ipſis extenſis fricando procedat: & quãto plus poterit, ſuũ contineat anhelitum: & præcipue cum muſculi ventris laſſi fient, & pectoris muſculi, ſi facile fuerit, extendentur: poſtea etiam muſculi ventris in fine rei parum extendantur, vt inteſtina inde aliquam habeant reductionem: & inter hoc & hoc eat, ſeu ambulet, & ſe ſupinum proijciat, & ſuos pedes pedibus ſui comparis commiſceat. [e] Excellentes vero in ſumma exercitiorum adminiſtrant retentionem anhelitus inter exercitia ipſorum, & qñqꝫ interponunt fricationẽ reductionis in medio exercitij, ipſum nanqꝫ dimittunt: & ad ipſum redeunt, ſi prolongandi exercitium voluntas affuerit. Et ille non indiget fricatione plurima, q vult fricatione reductionis, & eſt ille, [f] cui non denegatur aliquid ex diſpoſitione ipſius ſana, & non vult redire, ſed ſi laſſitudinem ſenſerit, oleo inungatur, ſicut nominabimus. & ſiccitatem ſi ſenſerit, fricatio augmentanda erit, donec ad æqualitatẽ perueniat. [f] Fricatio præterea quandoque iuuat, & fortis compreſſio, cum tempus eſt dormiendi: quoniam corpus alleuiat. & humiditates ad iuncturas prohibet fluere.

A Gal.li.2.de ſan. tuen.c.3.d  A Gal.ibidem.h  B Ga.lib.2.de ſan. tuen.c.6.g  B apotherapia, id eſt recuratoria,  B G.ibidem.c.6.h  B  C G.3.de ſa.tuen. ca.2.h  C G.ibi.a  D G.lib.3.de ſan. tuen.c.2.d  E Gal.li.3.de ſan. tuen.c.2.e f  C  F G.li.12.de med. meth.c.3.g

*De balneo & nominandis balneis.* Cap. 5.

H [g] Vic autem homini, in cuius regimine noſter conſiſtit ſermo, balneatio reſolutionem faciẽs non eſt neceſſaria: qm̃ corpus ipſius eſt mundum: & neque qui balneo indiget, eget ipſo niſi vt ab [h] ipſo habeat calorem ſubtilem, & humiditatem tẽperatam. [h] Quapropter iſti in ipſo nõ multam debent facere moram. Immo vtantur tina vſu tam longo quouſqꝫ in ea rubeat ipſorum cutis & infletur, & in principio reſolutionis ab ea remoueantur. [i] Et aer in circuitu eorum aquam dulcem fundendo humectetur, deinde velociter lauẽtur & egrediantur. [h] Oportet præterea ne exercitatus ad balneum velociter pergat, donec pfecte quieſcat. Balneorum vero diſpoſitiones, & eorum conditiones iam declaraui, & [k] in alio loco retuli. Verũtamen, quod hic dicere debemus eſt, ꝙ oẽs balneandi, ſm ordinem balnei caſas ingredi debent: & neqꝫ in domo calida moretur, niſi ſm quantitatem, quæ eis faſtidium vel anguſtiam non inferat, & requieſcere faciat propter ſuperfluitatum reſolutionem: & corporis ad nutriens præparationem a debilitate ipſum cuſtodiendo, & ab aliqua forti cauſarum febrium putridarum. [l] Qui vero impinguari deſiderat balneum poſt comeſtionem ingrediatur, ſi ſecurus fuerit, ne oppilationes accidant. Et qui bene ſe cuſtodire voluerit, ſi calidæ fuerit complexionis, ſyrupum acetoſum bibat propter oppilationum prohibitionem: & ſi frigidæ fuerit complexionis, diamentaſtrum ſumat, & diatrion pipereon. [m] Qui autem vult reſolutionem, & macrefieri, balneandus eſt dum eſt famelicus, & ibi multum moretur. Sed, qui ſanitatem vult conſeruare, balneum ingredi debet, poſtq̃ digeſtum eſt, quod eſt in ſtomacho & in hepate: [n] & ſi timet vt cholera ebulliat rubea, ſi hoc fecerit, & ſe ieiunus balneauerit, [o] ante balneationẽ rem ſumere debet ſubtilem, quam comedat. Et qui vero calidæ exiſtit cõplexionis, cholera abundans rubea, hoc eſt ei neceſſarium. & huiuſmodi ab ingreſſu domus balnei calidæ prohibẽdus eſt. Ex eis autem quibus iſti cibantur, melius eſt panis in ſucco fructuum infuſus, aut in aqua roſ. Et ſe cuſtodire debent, ne rem frigidam actu bibant in egreſſione balnei, aut in balneo: qm̃ pori ſunt aperti, quare frigiditas non tardatur, quin ad membrorum principalium corpora procedat, & ipſorum corrumpat virtutes. Ab omni quoqꝫ re vehementis caliditatis ſe cuſtodire debent, & præcipue ab aqua: qm̃ ſi eam ſumpſerit, timendum erit, ne cito ad mẽbra penetret principalia, & accidat

G Gal.lib.3.de ſa. tuen.c.4.a  H Haly.li.1.Prac. c.14  I Aeti.lib.1.ſer.3. c.166.  k Fẽ.2.do.2.ſum. 1.c.19.  D  L Fen.2.do.2.sũ.1. c.19. & lib.4.F.7.t. 4.c.2. & Raſ.t.4.c. 18. & Alſara li.the. t.11.c.1  M F.2.do.2.sũ.1. c.19  N Cap.7.  O Halya.1.Prac. c.13.

dat

dat phthiſis & hectica. Præterea ſibi caueant, ne cito balneum egrediantur, [a] & caput poſt ipſum E diſcooperiant, & corpus ad recipiendam frigiditatem exponant. immo, a balneo egredi debent, ſi tempus fuerit hyemis, ſuis bene cooperti pannis. Sed qui febrẽ habet, a balneo ſe cuſtodire oportet in hora febris: & qui ſolutionem habet continuitatis, aut apoſtema. Et tu quidem iam [b] ſciuiſti ex eo, quod præceſſit, ꝙ balneum eſt calefaciens, & infrigidans: & humectans, & deſiccans: & iuuans, & impediens. Et eius quidem iuuamẽta ſunt [c] ſomnum facere, [d] & aperire, & abſtergere, & reſoluere, & digerere, [e] & nutrimentum ad cutis ſuperficiem attrahere: & ipſius iuuamentũ non eſt niſi in reſolutione eius, ꝙ reſolui volunt: & in expulſione eius, ꝙ vult expelli in parte naturali: & in retentione ventris: & remotione laſsitudinis. [f] Eius autem impedimenta ſunt debilitare [f] cor ſi multum morati fuerint, & facere [f] ſyncopim, & [f] nauſeam, & humores quietos mouere, & eos ad putrefactionem præparare, & [g] cum eis ad membrorum debilium receptacula declinare: ergo ab eis accidunt apoſtemata in occulto membrorum, & in eorum ſuperficie.

*De ablutione, quæ fit cum aqua frigida.* *Cap. 6.*

HOc quidem conueniens non eſt, [h] niſi cuius regimen vndique conſeruatur: & cuius ætas & virtus, & figura, & tempus ſunt conuenientia: & [h] nauſeatiuam ſatietatem, neqꝫ vomitum, neqꝫ fluxum ventris, neqꝫ vigilias, neqꝫ rheumatiſmos habet, neqꝫ eſt puer, neque ſenex: et in hora in qua ipſius corpus eſt leue, & motus conuenientes. Et eſt cum hoc fit poſt ablutionem aqua ca- F lida factam, ad hoc, vt exteriora fiãt fortiora, & vt calor retineatur naturalis. Quod ſi voluntas affuerit vt iſtud ſit, oportet [h] ne aqua multum ſit frigida, immo ſit temperata: & eſt cum hoc fit poſt exercitium: & tunc quidem oportet, vt fricatio ante ipſum fiat fortior, q̃ ſolebat, [i] ſed inunctio fit ex oleo, quemadmodum ſolebat: et ſit exercitium poſt frictionem temperatam, & fit parum velocius, q̃ ſolebat. [i] Deinde poſt exercitium in aqua frigida ſubito ingrediatur vt ipſius mẽbris ſimul accidat vel ſuperueniat, poſtea perſeueret vel permaneat in ea ſm menſuram ſuæ leuitatis vel agilitatis & quantum tolerare valet, anteq̃ ſuperueniat horripilatio: deinde cum [i] egreſſus fuerit, fricetur, ſicut nominabimus, & eius cibus augmentum ſuſcipiat: & vini [i] potus diminutionem. [i] Et conſideretur tempus reuerſionis ſui coloris ad ipſum, & caloris eius: ex quo ſi velox fuerit, ſciet, ꝙ eius mora fuit moderata: [i] & ſi tarda fuerit, ſcietur, ꝙ mora prolixior fuit, q̃ debuit. Ipſe igiẽ alio die menſuretur ſm ꝙ ex hoc ſcitum fuerit. Et eſt cum poſt fricationem & coloris, & caloris reuerſionem, iterum aquam ingreditur: ſed, qui hoc agere voluerit, gradatim in ipſo procedat: & calidiore die, [k] qui eſt in æſtate hora feruoris prius incipiat: & ſibi caueat ne ventus ſit ibi, & ne illud [l] poſt coitum peragat: neqꝫ [l] poſt cibum, qui non ſit digeſtus: neqꝫ faciat [l] hoc poſt vomitum, neqꝫ [l] euacuationem, neqꝫ poſt cholericam paſſionem, neqꝫ [l] vigilias, neqꝫ corporis debilitatem, neqꝫ ſtomachi, neqꝫ poſt exercitium: niſi qui illud agit, valde ſit fortis: tunc enim adminiſtretur ſm modum G quem diximus. Cum aqua autẽ frigida lauari ſm modos, quos diximus, calorẽ naturalem ſubito ad interiora pellit. [m] Poſtea cõfortat ipſum, vt fortior fiat, & egrediatur extra in duplo plus q̃ erat.

*De regimine eius, quod comeditur & bibitur.* *Cap. 7.*

OPortet vt ſanitatis conſeruator ſtudeat, ne cibi ipſius ſubſtantia ſit aliquod [n] nutrientiũ medicinalium, ſicut olera, & fructus, & reliqua ab ipſis: quoniam ſubtiliantia ſanguinem ſunt adurentia: & groſſa ſunt ipſum phlegmaticum facientia, & corpus grauãtia. Oportet autem vt cibus ſit talis, quales ſunt carnes, & proprie carnes hœdorum, & vitulorum lactentium paruorum, & agnorum annualium. [o] Et triticum ab extraneis rebus purgatũ: quod ex meſſe ſana fuerit collectum, cui nullum accidit nocumentum. & [p] res dulcis conuenientis complexionis: & vinum bonum odorem bonum habens. Alia autem ab iſtis non reſpiciat, niſi ſm modum fuerint medicationis: aut ſm præſeruationem. Fructus tñ nutrienti magis ſimiles ſunt [q] ficus: & [q] vuæ maturæ dulces valde & dactyli in regionibus, & ciuitatibus in quibus eſſe conſueuerunt. Veruntamen cum aliquis hæc comederit, ſi ſuperfluitas inde prouenerit, ad ipſam feſtinet euacuandã. Oportet præterea ne aliquis comedat, α niſi poſt deſiderium, neqꝫ in hoc tardetur cum deſiderium fuerit excitatum, niſi fuerit mendoſum, [r] vt ebriorum deſiderium, & habẽtium faſtidium, [s] β quoniam tolerare famem ſtomachum virulentis replet humoribus. In hyeme præterea [r] nutriens actu calidum H comedat: & in æſtate frigidũ, aut quod paruæ ſit caliditatis. Et neqꝫ caliditas neqꝫ frigiditas ad rem perueniat, quam ſuſtinere non poſsit. [t] Scias autem ꝙ nihil eſt deterius ſaturitate in tempore fertilitatis, quam fames ſequitur in tempore ſterilitatis: & econuerſo. ſed tamen conuerſio eſt deterior. Vidimus enim multos, quibus in tempore ſterilitatis cibus defecit: poſtea cum in tempore fertilitatis abundauit, repletos fuiſſe & mortuos: licet vehemẽs repletio in qualibet diſpoſitione ſit pernecabilis, ſiue ex comeſtione ſit, ſiue ex vino. Quot nanque homines ſuperflue ſe repleuerunt, & ſuffocati interierunt. Cum autem error ceciderit in comedendo, aut bibendo aliquod medicinaliũ nutrientium, tunc oportet vt regimen ſit in digeſtione eius & maturatione ipſius, & cuſtodiendũ eſt a malitia complexionis, quæ ex eo [u] timetur: accipiendo ipſum, quod ſit ei contrarium, donec digeratur. Quod ergo frigidum fuerit, ſicut cucumer, & cucurbita, tẽperetur cum eo, quod ei exiſtit contrarium, ſicut allia et porri. Et ſi fuerit calidum temperetur cum eo etiam, quod ei fuerit cõtrarium, ſicut cucumeres, & portulaca. Et ſi oppilatiuum fuerit, ſumatur quod aperiat & euacuet: deinde famem conuenientem toleret. [x] Et neqꝫ ipſe, neqꝫ oẽs, qui ſanitatem cuſtodire volunt, aliquid comedant, α niſi deſiderium fuerit certum, & ſtomachus, & ſuperiora inteſtina a primo nu-

triente

A G.3.de vict. 54.g
B F.2.do.1.ſum c.19.
C Gal.2.lo.aff. fo.14.a
D G.11.de me. med.c.10.e
E G.4.de ſa.tu. c.6.a, &.3.de ri rõne.55.g
F Alſahar lib. t.11.c.1. & Raſ. c.18.
G Ga.11.de me. med.c.20.h.i. Alſaharibiden
H Aet.lib.1.c. c.168.& Paulli c.51.
I Ga.3.de ſa.tu. c.4.c
I G.ibi.d
K G.3.de ſa.tua c.4.c
L Paul.li.1.c.51.
M Gal.1.de ſimp. med.fac.c.2.e
N G.li.3.de tẽp. c.4.fo.24.d,&.i meth.med.c.2.h
O Gal.1.alimẽt. c.2.e.f
P G.1.de cau.ſy pto.c.6.d
Q G.2.ali.c.8.&. li.de cib.bo.c.8. & G.2.ali.c.9.g
*Infra* α
R Raſ.t.4.c.4.
S L.3.Fẽ.13.t.2.c. & G.6.apho.ſe.t 3.natur.fac.c.13
*Infra* β
T F.2.d.2.c.17. Raſ.33.contin.t. 480.3.& G.2.de ra ratione.53.g
V G.li.de diſſolu. conti c.1.g
X G.ibi.
*Supra* α



A triente euacuata fuerint. [a] Quod.n.in corpore eſt deterius, eſt nutriens ſuper nutriens, quod non eſt digeſtum, mittere. Et præterea nihil eſt deterius, q̃ [b] {altochme & proprie cum fuerit nauſeatiua ſatietas ſeu repletio} ex malis nutrientibus: qm̃ cum faſtidium prouenerit ex groſsis nutrientibus, hereditare faciet iuncturarum dolores, & renum, & diſpnœam, & podagram, & ſplenis, & hepatis groſſitiem, & phlegmaticas ægritudines, & melancholicas: [c] ſed cum ex ſubtilibus acciderit nutrientibus, prouenient ex ipſo febres acutæ, malignæ, & apoſtemata mala acuta. [d] Veruntamen quandoqꝫ neceſſe eſt aliquem cibum, aut rem cibo ſimilem mittere ſuper alium cibum, quæ ſit ei ſicut medicina, verbi gratia, ſicut illis, qui comedũt nutrientia acuta aut ſalſa. Cum.n.ad ea ſubſequuntur poſt tempus, in quo nondum completa fuit digeſtio, res humectantes ex cibarijs ſeu nutrientibus inſipidis, rectificatur per hoc chymus illius quo nutriti fuerunt. Et iſtis quidem hoc ſufficit regimen: & exercitium non eſt eis neceſſarium. Et horum cõtraria diſpoſitioni, eſt diſpoſitio eorum, qui groſſis cibarijs poſt aliquod tempus conſequenter admiſcent, quod velociter digerit, & eſt acutum. [e] Amplius paruus motus poſt cibum facit ipſum ad fundum ſtomachi deſcẽdere: & proprie cum dormiendi poſt ipſum cibum voluntas affuerit. [f] Accidentia præterea animæ fortia ſeu ſuperflua, & motus corporei fortes, digeſtionem fieri prohibent. [g] Et in hyeme quidẽ cibi pauci nutrimenti non ſunt edendi, ſicut olera: ſed nutriens magis eſt edendum, quod eſt maioris nutri- B menti ex leguminibus, & ſimilibus eis fortis ſoliditatis: & in æſtate, huius cõtrarium. [h] Ex cibo etiã nullus ita eſt replendus, vt non ſit ibi locus ſuperfluo ipſius, ſed ab eo eſt remouendus reliquijs deſiderij adhuc in anima remanentibus: hæ.n.famis reliquiæ poſt horam vnã deſtruuntur. Et in hoc vſus eſt conſeruandus: quoniam deterior comeſtio eſt, quæ ſtomachi facit grauitatem: & deterior potus vini quantitas eſt, quæ temperamẽtum egreditur, & in ſtomacho natat: & ſi aliquo die ſuperfluerit, ſequenti die famelicus maneat, & ſomno vtatur prolixiore in loco temperato, in quo neqꝫ ſit calor, neqꝫ frigiditas. Quod ſi ſomnus ei non aduenerit, multo vtatur inceſſu ſuauiter, & continuo, in quo non ſit quies neqꝫ requies, & parum puri vini bibat. [i] Rufus inquit. Inceſſus hic mihi placet, & proprie poſt prandium, quoniam præparat bonitatem loci, in quo cœna debet cadere. Oportet præterea, vt poſt comeſtionem primo [k] ſuper dextrum latus dormiat pauco tẽpore: deinde ſuper ſiniſtrum reuoluatur, poſtea reuoluat ſe ſuper dextrum. Et debes ſcire, ꝙ multis cooperiri pannis, & [l] ceruical eleuare, ex illis exiſtunt, quæ in digerendo iuuant: & ad vltimum quidem vt membrorum ſitus ad inferiora ſint declinantes, & non ad ſuperiora. [m] Et cibi quidem menſuratio exiſtit ſm vſum, & virtutem: & vt menſura eius in eo, qui ſanæ eſt virtutis, ſit talis cum ipſum recipit, [n] qui ei grauamen non afferat, et hypochondria non tendantur, neqꝫ inflet, & rugitum non faciat, neqꝫ natet. & non [n] accidat ex eo nauſea, neqꝫ caninum deſiderium, neqꝫ caſus, neqꝫ ingenij pi- C gritia, neqꝫ inſomnietas: neqꝫ ipſius ſapor in ructibus poſt tempus reperiatur, et quotieſcunqꝫ poſt tempus magis longum ſapor in ore repertus fuerit, erit deterius. Declaratur autẽ, ꝙ [o] cibus ſit temperatus, cum ex ipſo non prouenit magnitudo in pulſu, [p] & in anhelitu paruitas: hoc nanqꝫ nõ accidit, niſi propterea, ꝙ ſtomachus comprimit diaphragma, & propter hoc fit anhelitus paruus, & inſpiſſatur, et cordis neceſſitas additur ſeu augetur cum hoc. Magnificatur ergo pulſus, qm̃ in virtute non exiſtit debilitas. Ille prẹterea, cui poſt comeſtionem accidit caliditas & calefactio, non vna totum comedat hora, ſed paulatim per interualla, propterea ne ei ex repletione diſpoſitio accidat, quæ ſit ſicut rigor, quem poſtea ſequatur calor, ſicut fortis febris cum calefit cibus. Amplius, qui quantum ei ſufficit, digerere non poteſt, comedendi numerum multiplicet, & quantitatẽ minuat. [q] Melancholicus præterea nutriente indiget vehementer humectante, & parum calefaciente. [r] Cholericus vero eo, quod humectat & infrigidat: & ille quidem in quo ſanguis calidus generatur inflammabilis, nutrientibus indiget frigidis, & pauci nutrimẽti. [s] Et hic in quo ſanguis generatur phlegmaticus, nutrientibus pauci nutrimenti indiget, in quibus caliditas ſit & ſubtilitas. Nutrientia præterea ordinẽ in ſui receptione hñt, in quo ſanitatis cõſeruator ſolicitus eſſe debet: [t] ne illud, quod ſubtile eſt, & cito digeritur, poſt forte nutriens, quod ſit eo durius, in cibo ſumat: niſi ſm modum, quem dicemus, quia prius digeritur q̃ ipſum, & ſuper illud natabit, nõ habens viam qua pe- D netret: putrefiet ergo & corrumpetur: & corrũpet illud, quod ei admiſcebitur. [u] Iſte etiam nõ primo comedere debet cibum labilem, ita vt poſt ipſum cibum fortem & durum in cibo ſumat, qm̃ cum ipſo labetur cum ad inteſtina penetrabit eo nondum tam integre digeſto, quantum debebat. Piſces quoqꝫ, & quæ eis ſimilantur, poſt laborioſum exercitium comedẽdi non ſunt: corrumpentur enim & corrumpent humores. Hominum præterea ſunt [x] quidam, quibus conceditur comedere illud, in quo virtus exiſtit ſtyptica, anteq̃ ſuum comedant cibum. Et iſti quidem ſunt ſtomachi laxitatem habentes, ex quorũ ſtomachis cibi deſcenſus fit velociter: & non in eis moratur, donec digeratur. Quapropter ſtomachi diſpoſitio, & eius complexio ſemper eſt conſideranda. [y] Et eſt etiam aliquis hominum, in cuius ſtomacho cibus corrumpitur ſubtilis, qui cito digeri ſolet: & fortis, qui tarde ſolet digeri, in ipſo digeritur: [z] & hic quidem eſt cuius ſtomachus eſt igneus. Et ex eis eſt, qui huic exiſtit contrarius: quorum quiſqꝫ ſm ſuum vſum eſt regendus. Regiones quoque proprietates habent naturales, & complexionibus inſunt res extra rationem. [a] & hoc quidem obſeruandum eſt, & oportet, vt experimentum in hoc rationem vincat. Eſt nãqꝫ cibus, qui ſolet comedi, in quo aliquod exiſtit nocumentum, & eſt conuenientior bono non vſitato: [a] Vnaquæque præterea figura, & complexio hominis, cibum habet conuenientem & conſimilem, & ad eas immutandas,

illis

A G.li.de diſſolu. conti.c.1.a
B Haly.li.1.Prac. c.6.& Raſ.33.cont. t.2.481.2.
B nauſeatiua ſatietas ex corruptiõe cibi in ſtomacho, quæ accidit cibo indigeſto.
C Halya.& Raſ. ibidem.481.2.
D G.ibi.g,& Halya.lib.1.Prac.c.6.
E G.de diſſo.cõti. c.1.f.a,& li.3.de ſa. tu.c.13.b.1
F Lib.3.Fen.13.t.3. c.3.
G G.li.de diſſolu. cõti.c.1.g, &.c.2.g
H Lib.3.Fe.13.t.1. c.36.
I Raſ.31.conti.t.2. c.1.484.3.
k Cap.9.& libr.3. F.13.t.3.c.5.
L Raſ.t.4.c.3.
M Raſ.33.cõt.t.2. 485.1
N Haly.li.1.prac. c.6.& Gal.lib.7.de meth.med.c.6.fo. 45.g
O Oppoſi.Fen.2. do.3.ſum.1.c.11.
P Raſ.t.4.c.4.& 33.conti.t.2.481.2.
Q G.li.de cib.bo. & ma.c.10.a,& de diſſolu.continu. c.1.e,& li.6.de ſan. tuen.c.4.h
R Ga.lib.de diſſolu.ibi.& de ſucco bo.& vitio.c.10.a
S G.6.de ſa.tuen. c.4.h
T Fẽ.4.c.1.& Halya.lib.1.Prac.c.6.
V G.li.de diſſolu. continua.c.1.h
X G.de diſſolu.cõtinua.c.21.b
Y G.de diſſol.cõtinua.c.1.c
Z Li.3.Fen.16.t.1. c.2.
A G.de diſſo.conti.c.1.c d,& Gal.li. de conſuet.c.1.c,& c.2.a.b

mutandas, ſi voluntas ei affuerit fiet cum contrario. Ex hominibus quoq; eſt, cui aliquod nutrien- E tium bonorũ, & laudabilium nocet: ipſum ergo relinquere eſt ei cõueniens. [a] Ille vero in quo mala digeruntur nutrientia, ob hoc non decipiatur, qm̃ poſt dies in ipſo mali generabũtur humores, ægritudines facientes & pernecantes. Et ſæpe etiam conceditur ei, in cuius corpore mali habentur humores, vt rem bonam largiter comedat, et proprie cum non patitur ventrem ſibi ſolui, propter debilitatem eius. Cum vero alicuius corpus rarum fuerit, & ad reſoluendum facile, nutriẽdus erit ex [b] nutriente γ humido, quod cito digeratur: licet rara corpora magis tolerare poſſint nutrientia groſſa, & diuerſa, & ſint [c] longinquiora ab hoc, vt cauſę intrinſecæ ea lędant, & magis apta recipere extrinſecarum cauſarum impedimenta. Amplius, qui multam conſueuit comedere carnem, ſi ocioſus fuerit phlebotomia ei reiterari debet. Et ille cuius complexio ad frigiditatem declinat, confectiones bibere debet, & trypheras: & ex eis, quę ſtomachũ, & inteſtina, & venas, quæ ſunt iuxta ea mundificare conſueuerunt. Et nihil quidem deterius eſt, [d] q̃ diuerſa nutriẽtia ſimul adiungere: [e] & poſt illud in comeſtione [f] tẽpus prolongare. cum. n. poſtremum nutriẽs aduenit, primum iam incepit digeri: nutrientis ergo partes in digerendo nõ ſimilantur. [g] Oportet præterea te ſcire, ꝙ nutriens melius eſt, quod melius ſapit: propterea, ꝙ ſtomachus, & virtus retentiua vehementer ipſi applicantur, cum bonæ fuerit ſubſtantiæ: & [h] fuerint omnia principalia membra ſm̃ complexionẽ propinquam ſibi adinuicem conuenientia & ſana, & non ſint multum diuerſa in complexione F plusq̃ exigit res naturalis: & iſta quidem eſt conditio. ꝙ ſi complexiones ſanæ nõ fuerint, & membra in ſuis complexionibus diuerſificentur, fueritq; hepar a ſtomacho diuerſum ſm̃ diuerſitatem, quę fit ſupra naturalem, non erit iſtud conſiderandum. Ex impedimentis vero nutrientis bene ſaporoſi eſt, ꝙ poſſibile eſt, vt homo ex eo multum comedat. Ex vicibus præterea ſatiãtis comeſtionis eſt, vt homo vna die ſemel, & altera bis mane & veſpere comedat: veruntamen in hoc vſus vehementer eſt conſeruandus, qm̃ [i] ſi ille, qui bis in die comedere conſueuit, ſemel comedit, debilitabitur, & laſſabitur eius virtus. Sed qui digerẽdi debilitatem habet, bis comedere debet [k] & minuat comeſtionem quaq; vice. Et qui ſemel in die comedere conſueuit, ſi ad bis comedendum redibit, accidet ei debilitas, & pigritia, & laſſitas, & ſi ſine comeſtione permanſerit nocte illa, debilitabitur: [k] & ſi cœnauerit non digeretur, & accident ei ructus acidi, & malitia animæ, & nauſea, & oris humiditas, & lenitas ventris: propterea, ꝙ ſtomacho immiſit rem quam non conſueuit: & accidet ei aliquod accidentium, quæ accidunt ei cuius nutriens non bene fuit digeſtum, quæ nunc ſcies. Et ex eis quidẽ, quæ accidunt ei [k] ſi ipſe non cœnauerit, ſunt timiditas, & dolor oris ſtomachi, et mordicatio: & videbitur ſibi, ꝙ omnia eius viſcera, & inteſtina ſint ſuſpẽſa, propter vacuitatem ſtomachi: & propterea, ꝙ in ſeipſo colligitur, & contrahitur: & minget vrinam adurentẽ, & egeſtionem adurentem egeret. [k] Et eſt etiam cum in extremitatibus accidit frigus propter effuſionem choleræ G ad ſtomachum. Et hoc quidem eſt magis in cholericas habentibus cõplexiones: & ſimiliter in eis, qui habent in ſtomacho choleram rubeam, & non in toto corpore: & corrumpetur ſomnus: & de latere in latus reuoluetur. Corpora præterea in quorũ ſtomachis aggregatur cholera rubea multa, eſt neceſſe ſeparatim comedere, & vt velociter cibentur, ita [l] vt etiam cibatio præcedat balneationem: alia vero ab eis, exercitari debent, & etiam balneari, deinde cibari: ſed comeſtio balneationem non præcedat. ꝙ ſi alicui neceſſarium fuerit comedere ante exercitium, ſolum panem tali ſumere debet menſura, vt digeri poſſit, anteq̃ ſuum incipiat motum: & quẽadmodum oportet motum, qui eſt ante comeſtionem debilem non eſſe: ita neceſſe eſt ei ne motus: qui eſt poſt ipſam, ſit niſi molliter & ſuauiter. Corrupto præterea deſiderio, quod ad res declinat acutas, & neq; dulces diligit, neq; vnctuoſas, nil eſt melius, q̃ vomitum cum tali quale eſt oxymel cum raphano poſt piſces prouocare. Qui autem ex hominibus pinguis exiſtit, oportet ne illico cũ egreditur balneum, comedat: ſed expectet, & paruum dormiat ſomnum: & huic quidẽ ſemel comedere in die, eſt conueniens. Amplius non illico poſt comeſtionem eſt dormiẽdum cibo natante: [m] & a forti motu ſup cibum quantum plus poſſibile, eſt abſtinendum: ne cibus anteq̃ digeratur, penetret: aut ſine digeſtione labatur: aut corrumpatur complexio eius propter commotionẽ, neq; poſt ipſum multa bibẽda eſt aqua, quæ iter ipſum, & corpus ſtomachi ſeparationem faciat, & ipſum faciat natare. [n] ſed H expectandum eſt, & non eſt bibendum, donec de ſtomacho deſcendat. Et hoc quidẽ declarat ſuperioris vẽtris leuitas. ꝙ ſi ſitis ei neceſſitatem [n] fecerit, modicum aquæ frigidæ ſugendo ſumat: & quanto plus fuerit frigida, tanto minus ex ea ſufficiet. Et hæc quidem quantitas ſtomachum alleuiat, & colligit. [o] Ad ſummum vero ſi bibatur ſuper cibum poſt complemẽtum eius, ſeu poſt cõpletam comeſtionem eius, non in hora comeſtionis quantitas aliqua cum qua cibus infundat̃, ſeu humectetur, eſt non nocens. Sitim autem tolerare, & cum ea dormire, infrigidatis & humectatis confert: Et calefactis habentibus choleram rubeam nocet: β & ſimiliter tolerare famem. Cholera præterea rubea abundantibus ex tolerantia famis accidit vt cholera rubea ad ipſorum effundatur ſtomachos. Cumq; aliquid comederint, ipſorum corrumpentur cibi: & in ſomno, & in vigilijs accidet eis illud, quod nominauimus ex eis, quæ ei accidunt, cuius corrumpitur cibus. Eis quoq; accidet, vt comedẽdi voluntatem amittant. Quibus tunc dandum eſt aliquid, quod hoc deponat, & eorum leniat naturam cum eo, quod eſt lene, & non faſtidiens, ſicut pruna & parum [o] { ſiracoſt. } Cumq; deſiderium reuerſum fuerit, comedant: [p] licet corpora humida cum humiditate naturali, veloci reſolutioni ſint apta: neq; tantum famis tolerent quantum corpora ſicca paucæ humiditatis, niſi

A G.2.aliment. 6.d. & de diſſol. conti.c.6.a
B G. de ſuccor. bo. & vit. c.10. a poſitum.
Infra γ
C G.1. de ſa[…] c.10.f.&.2.c.6. de optima co[…] tu. hum. comp.
D G.1. de vict. 18.h, & 3.35. Aet. li.1. ſer.2[…]
E Paul. lib.1.c.
F Raſ.33.cont. 481.4
G G.2.aphor. de diſſol. cont. &.c.4.d, & Raſ. 480.4
H Raſ.33.cont. 480.2
I Hip 2.de ratione.24.h
k Hip.2.de ratione.21.c
K Hip.ibi.24.h
L Cap.5
M Gal.de diſſol. conti c.1.a
N Raſ.t.4.c[…]
O G.li. de diſſol. conti.c.1.a.b
Supra β
O manna.
P Gal.1.aphor.



A niſi humiditatibus plena fuerint alijs ab eis, quæ ſunt in ſubſtantia membrorũ eorum, cum bonæ fuerint, & conuenientes & recipientes, vt natura eas in nutrimentum in effectu completum conuertat. [a] Vinũ quoq; poſt cibum, eſt ex rebus magis nocentibus, qm̃ digeritur velociter, & penetrat, & facit penetrare cibum, cum nondum ſit digeſtus, & facit hereditare oppilationes & putrefactionem. [b] Res præterea dulces ad faciẽdas oppilationes ſunt veloces, qm̃ natura eas trahit anteq̃ digerantur. Et oppilationes quidem ad multas perducunt ægritudines tales, qualis eſt hydropiſis. [c] Groſſities præterea aeris & aquæ, & quia maxime eſt in æſtate, eſt ex eis, quæ cibum corrũpunt: Ideoq; non eſt malum, vt ſuper ipſum vinum temperatũ bibant, aut aquam calidam in qua cocta fuerint xyloaloe, & maſtix. Et præterea cuius viſcera calida fuerint & fortia, cum groſſum comederint cibum, frequenter accidet vt ipſius nutriens ventoſitates efficiat, & ſtomachum, & partes eius tendentes: [d] & ægritudo mirachia inde etiam procedit. Qui autem ſtomachum habet vacuũ, cum rem comedit ſubtilem, ſtomachus poſt ipſam ſtringitur, & ſi poſtea rem comedere voluerit groſſam, refugiet ab ea ſtomachus, neq; eum digeret: quare corrumpitur niſi inter ea tempus poſitum fuerit. Et in huiuſmodi quidem diſpoſitione melius eſt vt groſſus cibus paulatim præmittat̃, qm̃ ſtomachus tunc à ſubtili non terebitur. Cum autem in aliquo comedente repletio ſuperfluerit, aut quia in eius ſtomacho aliquis inundauerit motus, aut aliquis admiſcebitur potus, ad vomi- B tum erit properandum. Quod ſi hoc ei defecerit, aut vomere non potuerit, aquam calidam paulatim bibat, qm̃ repletionem deponet, & ſomnum afferet. Ad dormiendum ergo ſe proſternat, & quantum voluerit dormiat. Quod ſi hoc non ſuffecerit, aut ei non aduenerit, conſidera ſi te natura excuſabit expulſione, bonum erit: & ſi non, iuua ipſum cum eo, quod vẽtrem ſuauiter ſoluit: & calefactum quidem cum tali qualis eſt tryphera, & zuccarum roſ. egeſtionem faciens, aut miſtum cum origano murabato: & ĩfrigidatum cum tali quale eſt diacyminum & [d] { alſeriaran } & [d] { altameri. } Et vino [e] quidem impleri facilius eſt, q̃ impleri cibo. Et ex eo quod eſt conueniens ſumere, eſt aloe poſt tale, qualis eſt cibus hic ad magnitudinem trium cicerum, aut mediam drach. aloes, & mediam, drach. terebinthinæ, & ſextam drach. [e] { baurach. } Et ex eo, quod eſt leue eſt ſumere ex terebinthina ſm̃ quantitatem duorum cicerum, aut trium. & eſt cum ei admiſcetur quantũ ipſa eſt, aut minus ex baurach. Et ex eo, quod eſt conueniens, & vehementer laudatum eſt parum epithymi cum vino. Quod ſi nihil horum tolerat dormiat quantum voluerit: & die vna à comeſtiõe abſtineat: & ſi alleuiatus fuerit, balneet ſe: & pannum calidum ventri ſuperponat, & nutriẽs ſubtiliet. Et ſi cum hoc toto, non digeſtus fuerit, & grauitatem, & tenſionem, & pigritiam fecerit, ſcias ꝙ iam venæ repletæ ſunt ex ſuis ſuperfluitatibus: qm̃ nutrienti multo & ſuperfluo: licet accidat vt in ſtomacho digeratur: raro tamen digeritur in venis, immo in ipſis remanet crudum, & extendit C eas, & quandoq; ſcinduntur, & generat pigritiam, & laborem, [illegible]alices, & oſcitationes. Ipſe igitur medicandus eſt cum eo, quod ex venis ſoluit. Quod ſi neq; hoc ſenſerit, immo fatigationem tantum, aliquo tempore quieſcat: deinde fatigationis ſpẽm, quæ accidit, medicetur cum eo, quod [f] modo nominabimus. Si vero aliquis in annis multum proceſſerit, neq; ipſius corpus ex nutrimento tantum receperit, quantum ſuſcipiebat, dum eſſet iuuenis: & eius nutrientia fiant ſuperfluitates, non tantum debet comedere quantum ſolebat, immo minus. Et cum ille, qui regimen ingroſſare conſueuerat, regimen ſubtiliauerit, ingredietur ex aere in foramina quãtitas eius, qua faciebat, ſeu implebat eos regiminis groſſitudo: & nunc nõ replet eos regimen ſubtile, cumq; fit reditus ad regimen groſſum accidũt in eo oppilationes. Et calidorũ nutrientiũ impedimenta emendẽtur cum ſyrupo acetoſo: & quãmaxime de ſeminibus, qm̃ ipſe eſt magis iuuans: q̃ oẽs ſpecies ſyrupi acetoſi, ſi fuerit de zuccaro: ſed ſi fuerit de melle, ſimplex ſufficit. Et frigidorũ, quæ ex eis ſunt cum hydromelle, & ſyrupo ipſius, & diacymino. Et quæ ex eis ſunt groſſa, cõplexionẽ habens calidã, cũ ſyrupo acetoſo de fortibus ſeminibus, & cõplexionẽ habẽs frigidã, ea corrigat cũ pauco diatrion pepereon, aut diacalamenthi. Nutriẽtia vero ſubtilia magis ſunt ſanitatis cõſeruatiua, & virtutẽ minus iuuant, & fortitudinẽ: & groſſa ſunt iſtis cõtraria. [g] Ei igit̃, qui cõfortatione indiget, nutriẽtia fortis chymi ſunt neceſſaria & contrariantis fami vehemẽti ſeu & prohibẽtis famem vehementẽ. Verũ- D tamen ex eis nõ multũ comedant, ideo vt digerãtur. [h] Exercitati præterea, & multi laboris, magis ſunt tolerantes nutrientia groſſa, quos forſitan in digerẽdo iuuat fortis ſomnus: & quia in ipſo fiũt profundi. Sed accidit eis: propterea, ꝙ multũ ſudant, & ex eorũ corporibus multa reſoluitur quãtitas, ꝙ ipſorum [i] hepata ex nutriẽte rapiunt illud, quod nondum fuit digeſtum, & præparat eos ad ægritudines pernicioſas in fine vitæ, aut in eius principio: & proprie quia ſunt in ſua confidentes digeſtiua, quam ex ſua habent dormitione: quæ deſtruitur cum eis frequenter vigiliæ proprie cũ ſeneſcunt. [k] Fructus præterea recẽtes non ſunt boni niſi laborioſis exercitatis cholera rubea abundantibus: & in æſtate, & eos ante comeſtionem comedant. Et ipſi quidem ſunt, ſicut chryſomela, & mora, & melones, & perſica, & pruna. Quod ſi alijs regantur rebus, & non iſtis, erit melius: qm̃ omnis res, quæ ſanguinẽ aquoſitate implet, facit ipſum ebullire in corpore ebullitione ſuccus fructuum ab extra, & ſi quandoq; iuuamentum præſtet, tamen ipſum ad putrefactionem parat: & ſimiliter illud, quod ſanguinem humore implet crudo: licet quandoq; conferat ſicut cucumeres & [k] { alchetha. } Et propter hoc, qui his nutriẽtibus multum vtuntur, febribus ſunt apti: licet prius infrigident. Et tu quidem ſcire debes, ꝙ humori aquoſo plerũque accidit: vt fiat virulentus, & hoc erit, cum non reſoluetur, & in venis remanſerit: & cũ iſti exercitijs vti cœperint, anteq̃ huiuſmodi aggre-

A Cap.8. & Ga.li. 7.de metho. med. c.6.fo.46.b
B Ga.de lib.bo.& ma.c.4.fo.36.e
C Li.3.Fen.13.1. c.36
D Li.3. Fen.1.t.4. c.18.
D electuarium ſolutiuum.
D electuarium de dactilis.
E Hip.2.aph.11.
E nutri.
F Cap.16.
G Ga.de diſſolut. conti.c.2.g
H G.li.1.alimẽt. c.2.b
I Gal.1.aliment. c.2.a
K G.de cib.bo.& ma.c.13.b,& 1.aliment.c.2.e, & l.2. c.11.h
K longi arcuati ſubtiles.

aggregentur aquoſitates,& illico cum fructus comederint,etiam exercitentur,reſoluentur aquo- B ſitates iſtæ,& minuetur impedimentum,quod per eas habet.Scire quoq; debes,ꝙ cum in ſanguine phlegma exiſtit crudum,aut aquoſitas,prohibet ne cibi nutrimentum corpori adhęreat.& minoratur nutricatio.Oportet præterea vt qui fructus comedit,poſt ipſos incedat,deinde poſt ipſos comedat aliquid,ad hoc vt labantur.Nutrientia vero,quæ aquoſitatem generant,& humorẽ crudum groſſum & choleram,generant febres:propterea,ꝙ ea,quæ ex ipſis ſunt aquoſa,faciunt ſanguinem putrefieri,& quę ex eis ſunt viſcoſa,& groſſa:propterea,ꝙ foramina claudũt,& quæ ſunt ex eis cholerica,ideo quòd corpus calefaciunt,& propter ſanguinis acuitatem,quæ per ea generatur.Olera vero cholerica vel amara qñq; multum conferũt in hyeme:quemadmodum,quæ ex eis ſunt inſipida, qñq; multum conferunt in æſtate. Quod ſi alicui neceſſarium fuerit nutrientia comedere mala,paucis vicibus,& non frequentibus eis vtatur, & cum eis miſceat, quod ſit eis contrarium. [a]Et cui quidem res dulcis nocumentum prębet,acetoſa bibat,ſicut acetum,& granata,& ſyrupum acetoſum factum cum aceto,& cydonijs,& his ſimilibus,& vſum habeat euacuãdi. [a]Et cui acetoſum nocuerit,poſt ipſum mel ſumat,aut vinum antiquum:& hoc quidem faciat ante maturationem & digeſtionem. [a]Et ſimiliter vnctuoſi nocumentũ pontico emendatur, ſicut ſunt caſtaneę,& grana myrti,& ſiliqua de Syria,& [a]{alnabac,} & [b]{zarur,}& amaro ſicut enula[c]{murraba}& ſalſo,& acuto,ſicut [d]{alchuamich,} & allijs,& cepis:& econuerſo.Cũ vero alicuius cor- E pus malis fuerit repletum humoribus,cum ſubtilitate ipſum nutriẽtibus laudabilibus copioſe refice:& γ illum cuius corpus ad reſoluendum facile fuerit,nutri humido, quod velociter digeratur. [e]Gal.inquit humidum nutriens eſt,quod ab omnibus qualitatibus eſt ſeparatum: & eſt quaſi inſipidum,qm̃ neq; eſt dulce,neq; acetoſum,neq; amarum,neq; acutum,neq; ponticũ,neq; ſalſum. Rarum præterea eſt magis tolerans nutriens groſſum,q̃ ſolidum. Nutrientia quoq; ſicca aſsidue comedere,fortitudinem cadere facit,& colorem corrumpit, & naturam ſiccat. Et ex vnctuoſo fit pigritia,& aufertur deſiderium:& ex frigido fit pigritia,& ĩfrigidatio:& ex acetoſo fit ſenium,vel exiccatio corporis ſeu macilentia.Et ſimiliter ex acuto & ex ſalſo fit ſtomacho nocumentũ: & ſalſum etiam impedit oculum. Amplius cum vnctuoſum nutriens, & cõueniens comeditur & poſt ipſum malum nutriens,corrumpet ipſum.Nutriens quoq; viſcoſum, eſt tardius ad deſcendendũ: & ſimiliter cucumeres cum ſuis corticibus velocius deſcendunt, q̃ excorticati: & [f]ſimiliter panis cum ſuo furfure velocius deſcendit, q̃ cribellatus.Laborioſi præterea regimen cum ſubtiliatur & poſt rem comedit groſſam,ſicut rizum cum lacte poſt famem,acuit ſanguinem,& fit vt ipſe ebulliat,vnde minutionis prouenit neceſſitas, licet parum ſit ex quo fuit minus: & ſimiliter iram habens.Scire præterea debes,ꝙ dulce nutriens rapit natura anteq̃ matureſcat,& digerat,& corrumpit ſanguinem.Nutrientium quoq; iudicia quandoq; fiunt ex parte compoſitionis ipſorum.Ex- G perimentatores nãque Indi, & alij iam dixerunt,ꝙ lac cum rebus acetoſis edendum non eſt, neq; piſces cum lacte,qm̃ inde ad ægritudines peruenitur permanentes ſicut lepra: neq; comedi debet [f]{meſt} cum raphanis,neq; carnibus volatiliũ,neq; ſanic poſt rizum cum lacte:neq; in pulmento ponatur oleum,aut res vnctuoſa,quæ in æneo ſtetit vaſe:neq; comedatur aſſatura,quæ fuit aſſata ſuper prunas alcherua.Cibaria quoq; diuerſa à duabus impediũtur partibus,vna earũ eſt,propter diuerſitatem eorum in digerendo:& qm̃ quod ex eis eſt digeſtum,ei admiſcetur,quod nõ eſt digeſtum.Et ſecũda qm̃ aliquis plus poteſt comedere ex vno cibario. In tempore quoq; antiquo, qui exercitabantur,iam fugierunt ab hoc:contẽti.n.erant ſolius carnis comeſtione in mane,& ſolius panis in cœna.Et in æſtate quidem melior [g]comedẽdi hora exiſtit,quæ eſt frigidior. β Famem quoq; tolerare,ſtomachum qñq; malis replet humoribus.Amplius ſcire debes, ꝙ [g]{alcubeb} cũ digeritur,multi exiſtit nutrimẽti,ſed tarde deſcendit,& in monoculo moram facit.& [h]{ſurbagi,} eſt nutriens bonum,cumq; in ipſa fuerit cepe,ventoſitates expellit: & cum cepe non fuerit,commouebit ventoſitates.Ex hominibus præterea ſunt, qui putant vuas poſt capita aſſata vtiles exiſtere:ſed non eſt quemadmodum exiſtimant,immo vehementer ſunt male:& ſimiliter [i]{nebit.} Sed & comedenda ſunt talia,qualia ſunt grana mali granati abſq; ſuis oſſibus. Scire quoq; debes, ꝙ [k]{althaiugi}eſt ſicca & ventrem ſtringens,ſed pullus eſt humidus,& ventrem ſoluens.Ex gal- H linis vero aſſatis melior eſt,quæ in ventre hœdi,aut agni aſſatur, qm̃ eius conſeruatur humiditas. Et etiam ſcire debes, ꝙ ius pulli vehementer temperat humores,& plus q̃ ius gallinarum: ſed tamen ius gallinarum eſt magis nutriens.Hœdus præterea cum fuerit frigidus,erit melior: propterea,quòd eius quieſcit vapor.Et agnus cum eſt calidus,eſt melior:propterea, ꝙ ipſius malus odor reſoluitur. [l]{Zirbagi}quoq; cum calefactis datur,non oportet vt ſit in eo crocus:ſed non calefactis in eo eſſe debet crocus.Confectiones quoq; licet ex zuccaro fiant, ſicut [m]{alfeludegi:} malæ tñ ſunt:propterea,ꝙ oppilationes faciunt & ſitim.Amplius ſcire debes,quòd impedimentum panis cum non digeritur,eſt multum:ſed carnis nutrimentum,cum non digeritur,eſt minus hoc.

*De regimine aquæ & vini.* Cap. 8.

COmplexionibus temperatis,aqua conuenientior eſt, quæ in frigiditatis fortitudine temperata exiſtit:& cuius infrigidatio cum niue deforis fit,præcipue ſi nix mala fuerit.Et in niue ẽt bona huiuſmodi exiſtit diſpoſitio: [n]qm̃ quod ex ea reſoluitur,neruis,& membris anhelitus nocumentũ facit,& omnibus interioribus:neq; tolerat eã niſi vehementer ſanguineus. [o]Quòd ſi non illico nocumentum alicui fecerit,ſecundũ longitudinẽ dierum faciet:& cum in annis proceſſerit. Empi-

A Raſ.t.4.c.

A Et Batti arboris, B meſpili C condita, D res præptæ cum aceto, ſale, Supra γ

E Lib.2. alim. c.64.g

F Gal.1. alim. c.2.f.

F lac coagulatum acetoſum, ſed minoris acetoſitatis, q̃ lac coagulatum.

G G.de diſſolutin.c.1.b Supra β

G caro aſſa per prunas

H brodium pauco rizo & melle,

I Vinum.

K perdix vel phaſianus

L cibarium ex carne elixa & aqua cum aceto & melle

M confectio ex farina amyli & zuccaro.

N Gal.li.de bo. aquę.g

O G.li.de reme. aff.dig.c.7.h



A Empiricorum autem quidam dixerunt,ꝙ inter aquam putei,& fluminis non eſt facienda coniunctio niſi cum vna earum deſcenderit.Et aquæ quidem electionem iam [a]demonſtrauimus:& ſimiliter emendationem eius,quæ ex ea mala eſt:ſed tamen ſi aceto miſceatur rectificatur.Scias autẽ,ꝙ bibere aquam cum aliquis [b]eſt ieiunus,& poſt exercitium, [c]& balneationẽ,& proprie ventre vacuo,& ſimiliter ſiti [b]mendoſæ nocturnæ obedire,quemadmodum crapulatis accidit, & ebrijs, & cum natura in digerendo ſtudet,ſatietate aquæ iam ſufficienter præcedente,vehementer eſt impediens. Et ſi multa quidem fuerit neceſſitas,oportet vt aere frigido temperetur, & collutione oris ex aqua frigida.Deinde ſi hoc non ſuffecerit,cũ vaſe bibat ſtricti orificij:licet hoc qñq; [h]ebrio conferat,& qñq; non nocet,vt ieiunus bibat. Quod ſi quis ieiunus abſtinere non poterit,quin aquam bibat,et proprie poſt exercitium,bibat prius vinum aqua calida temperatum. [d]Et ſiti quidẽ mendoſa impeditus ſcire debet,ꝙ dormire & ſitim tolerare,ipſam ſedat.Natura enĩ tunc materiã ſitim facientem reſoluet,& proprie cum inter tolerantiam et ſomnum coniunctio ſit.Cumq; natura digeſtiua extinguetur propter potum & obedientiã eius,redibit ſitis mendoſa:propterea, ꝙ humor ſitim faciens eleuat eam. Oportet præterea ne ſitim habens mendoſam aquam ingurgitando ſumat,immo ſugendo.Multam quoq; aquam frigidam bibere,eſt malum.Quod ſi vehementer neceſſarium fuerit,ſit poſt ſufficientem comeſtionem.Amplius aqua tepida nauſeã facit.& quæ ma- B gis calefacta eſt,q̃ iſta,cum frequenter bibitur,infirmat ſtomachum:ſed cum aliquibus diebus, ſeu aliquoties bibitur, ſtomachum lauat,& ventrem reſoluit. [e]Vinum vero albũ & ſubtile aquoſum calefactis eſt melius:nõ enim capitis efficit dolorẽ,ſed qñq; humectabit, [f]& dolorem capitis alleuiabit,qui ex ſtomachi ardore prouenit.Et loco quidem ipſius ponitur vinum in quo infuſæ fuerint tortellæ,aut panis:& collatum,ſeu ab eis tortellis,& pane ĩfuſis depuratum, & proprie quod permiſtum fuerit duabus horis anteq̃ bibatur. Vinũ vero groſſum,quod eſt dulce,eſt melius illi, [g]qui pinguis vult eſſe,& fortis, ab [h]oppilationibus tamen eius ſibi caueat. Vetus autẽ rubeum eſt melius complexionem habẽti frigidam & phlegmaticam. [i]Et vinum quidem poſt quodlibet omniũ cibariorum bibere,eſt malum:quemadmodum huius cauſam iam integre [k]declarauimus: Nõ ergo bibatur,niſi poſtq̃ ipſum fuerit digeſtum & deſcenderit. Super cibum vero mali chymi bibere vinum,dum comeditur,aut hora digeſtionis,aut ante,aut poſtquã digeritur,eſt malũ:qm̃ facit malum chymum in extrema corporis penetrare:& ſimiliter ſuper fructus,& proprie melones. Et à paruis quidem incipere melius eſt,q̃ à magnis.ſuper cibum tamen duas brialas, aut tres bibere,nõ nocet ei,qui conſueuit:& ſimiliter ſano poſt minutionem. Vinũ præterea cholera abundantibus rubea confert: α propterea,ꝙ choleram rubeam vrinam prouocando,expellit.Et humidis:ꝑpterea,ꝙ humiditates maturat.Et quantomagis eius odor fuerit bonus,& ipſum fuerit melius, & ſa- C poris melioris,eſt magis conferens. Vinum quoq; eſt cibo bonus [l]penetrator in toto corpore: [l]& incidit phlegma:& reſoluit ipſum: [l]& α choleram rubeam in vrina: & alijs extrahit: & cholerã nigram labi facit,& facile exire:& eius flectit nocumentum propter contrarietatem:& omnes reſoluit nodos ſine multa caliditate extranea. Et ipſius quidem ſpecies in ſuo loco nominabimus. Ille autem cuius cerebrum [m]fuerit forte,non cito inebriabitur, neque eius cerebrum malos vapores aſcendentes ſuſcipit,neq; ad ipſum peruenit ex vino,niſi eius conueniens calor: & ipſius ingeniũ taliter clarificatur propter vinum,ꝙ ingenia alia cum re ſimili non clarificantur. Qui vero ab iſto diuerſus fuerit,erit ei diuerſum.Et ille quidem,qui in pectore debilitatem habuit, quia eius anhelitus in hyeme coanguſtatur,vinum multum bibere non poteſt.γ Amplius, [n]qui multum vinum bibere voluerit,comeſtione nõ repleatur,& diuretica in ſuo epulo ponat.Quod ſi ex cibo,aut vino repletio acciderit,ipſum euomat,& hydromel bibat,& poſtea ipſum etiã euomat,deĩde os ſuũ aceto & melle abluat,& faciem aqua frigida.Et cui quidem vinum nocumentum fecerit per calefactionem in corpore,& ignitum fuerit hepar, ſit eius nutriẽs,verbi gratia,illud,quod fit cũ ſucco vuæ acerbæ,& quæ eis ſimilantur:& ſint ea quibus poſt comeſtionem vtitur,dum bibit talia,qualia ſunt granata, & citri acetoſitas. Et ille quem ex parte ſui capitis impedierit,minuat ex ipſo: & quod eſt permiſtum & clarificatum bibat:& ea quibus poſt comeſtionẽ vtitur, dum bibit,ſint ta- D lia qualia ſunt cydonia. Quod ſi in ſtomacho nocumentum fecerit ex caliditate eius,comedat ſemina myrti torrefacta, & parum ex trochiſcis de camphora ſugat & illud in quo eſt ſtypticitas & acredo. Et ſi nocumentum fecerit propter frigiditatem eius,vtatur poſt comeſtionem cypero & gariophyllis,& corticibus citri.Et tu quidem ſcias,ꝙ vinum vetus eſt quaſi medicina,& pauci exiſtit nutrimẽti. [o]Nouum vero vinum lædit hepar,& ad hepaticum perducit fluxum propter inflationem ſuam,& ſolutionem eius.Et ſcias etiam,ꝙ ex vinis, illud eſt melius,quod inter vetuſtatem & nouitatem eſt æquale:& eſt clarum album,quod ad rubedinem trahit,bonum habens odorem, æqualis ſaporis:& quod neq; eſt acre,neq; dulce.Et bonum quidẽ vinum,quod ablutum vocant, eſt quod ita fit.Tres muſti ſumantur partes & aquæ vna,& cõmiſceantur, & coquatur quouſque quarta pars minuatur. [p]Quod ſi alicui ex vini potatione mordicatio acciderit, mala granata poſt ipſum ſugat,& [p]aquam frigidam, & [p]ſyrupum abſinthium in mane. Et [p]balneum ingrediatur, poſtq; aliquid parum comederit.Et [q]ſcias,ꝙ vinum permiſtũ mollificat ſtomachum,& humectat ipſum & permiſtum ſedat ſitim.Scias præterea, ꝙ miſtum velociter inebriat:propterea, ꝙ aquacitas penetrat. [r]Amplius ſapiens ſibi prohibere debet, ne ieiunus vinum bibat, aut anteq̃ membra in calefactis aqua reficiantur: [r]aut poſt motum fortem,qm̃ hæc duo magnum cerebro faciũt nocumentum,

A F.1.doc.2.ſum.1.c.16.

B Raſ.t.4.c.5.
C Lib 4.F.6.t.1.ſum.1.c.11.

D Hip.li.5. apho. 27.

E Gal.li.3.de vict. rõne.a.g,&.2.aph. 11.&.18.& de diſſ. conti.c.14.f
F G.de diſſolutio. conti. ibi.
G G.lib.5.de ſan. tuen.c.5.c.
H G.li.14 meth. med.c.15.f,&.3.de vict. rõne.2.h.
I Cap.7.
k Cap.7.

Infra α

L paul.li.1.c.95.
Supra α

M Halyab.lib.1. pract.c.8.

N Raſ.t.5.c.74.
Infra γ

O Lib.3.F.14.t.4.c.1.

P paul.li.1.95.

Q Ariſt.3.pble.3.

R Raſ.t.4.c.5.

cumentum,& neruis:& ad ſpaſmum perducunt,& ad amentiā,aut in ægritudinem, aut in ſuperfluitatem calidam. [a] Frequens quoq; ebrietas eſt mala, quæ hepatis,& cerebri complexionem corrumpit:& neruos debilitat:& ad neruorum ægritudinem perducit:& apoplexiam:& mortem ſubitaneam. Vinum præterea multum in quorundam ſtomachis in malam choleram rubeam conuertetur:& in aliorum ſtomachis in acetum malum vel acutum:& eorum amborū nocumentum eſt magnū. [b] Quibuſdā vero viſum eſt,ꝙ ſemel in menſe aut bis inebriari confert:propterea,ꝙ virtutes alleuiat aīales,& requieſcere facit,& vrinā prouocat,& ſudorem:& ſuperfluitates reſoluit.Et ſcias,ꝙ maius nocumentorū vini non eſt niſi in cerebro:ex ipſo igitur nemo debile cerebrum habens bibat niſi parū & miſtū. [c] Et ei quidē, qui vino impletur,melius eſt vt ad vomendū feſtinet, ſi facile fuerit:ꝙ ſi non,aquam ſolam multam ſuper ipſum bibat, aut cū melle. [c] Et poſt vomitum in tina balneetur,deinde ex oleo multum inungatur, [c] & dormiat. [d] Et pueris quidem vinū ad bibendū dare,eſt ſicut ignē igni addere in lignis debilibus.Sed ſeni quantū tolerare poteſt da & [e] iuuenibus da ipſum tēperatē.Regio præterea frigida vinū tolerat: ſed calida non tolerat. [f] Qui autē vino repleri voluerit,cibo non repleatur,neq; rem tunc dulcē comedat,ſed bibat taſeam vnctuoſam,& micas vnctuoſas comedat:& carnē pinguedine miſtam & comedat,& non laboret:& poſt cibum cum bibere [f] voluerit, vtatur amygdalis, & [f] lentibus ſalitis & chamac de capparibus:& ſi comederit [f] caules coctos cum carne,& oliuas de aqua,& eis ſimilia,confert ei,& iuuabit in bibendo vinum.& ſimiliter omne quod vaporem alleuiat,ſicut ß ſemen caulium de ſyria [f] {nabati,} & cyminum,& ruta ſicca,& calamenthum, & ſal napticus,& ameos:& nutrientia in quibus eſt viſcoſitas,& conglutinatio:propterea,ꝙ vaporem ingroſſant:& hæc quidem ſunt velut res vnctuoſæ,dulces,viſcoſæ:quoniam ebrietatem prohibent,licet non multum recipiant vinū, ſeu non permittant bibere vinum plurimum:propterea,ꝙ ipſa tarde penetrāt. Ebrietatis autem velocitas eſt, aut propter cerebri debilitatem,aut propter multos humores,qui ſunt in eo,aut propter vini fortitudinem,aut propter cibi paucitatem,aut propter regiminis malitiā in ipſo,aut in eo,quod cum ipſo continuatur.Et eius quidem,quæ propter cerebri debilitatem eſt: medicatio eſt rheumatiſmi antiqui ſedatio ex epithematibus in capitulo [g] catarrhi prædictis,& ne ex eo bibatur niſi paucum. Syrupus,qui ebrietatē tardat:ſucci alborum cauliū pars vna,& ſucci granatorū acriū pars vna,& aceti pars.5.ſumant,& ferueant ebullitionibus aliquibus:& ſumat inde antequa vinum bibat.ʒ.i. & iterū fiāt pillulæ ex ſale &c.& rutæ,et cymini nigri,& ſiccent,et aſſumat pilula poſt pilulā. [h] ß Sumat & ſemen caulium [h] {alnabati,} & cyminū,& amygdalæ amaræ excorticatæ, & calamenthū, & abſinthiū,& ſal napticus,& ameos,& ruta ſicca:& ſumat inde in potu,qui caliditatis nocumentum nō timet,duarū drach.pondus cum aqua frigida ieiunus.Ex eis præterea, quæ ebrij remouēt ebrietatem,eſt vt ei ad bibendum [i] detur aqua & acetum multis vicibus,aut [i] aqua almaſal,aut raib acetoſum.Et fiat vt ipſe odoret [i] camphoram,& [k] ſandalum.Et ſuper ipſius caput ponantur infrigidantia repercuſſiua,ſicut [k] oleum roſaceum cum [k] aceto de vino. Accidentium vero,quæ ebrietatem ſequuntur,ſanationem in [l] particularibus nominabimus. Quod ſiquis cito ſine aliquo impedimento inebriari voluerit,in ſuo vino infundat vſnee,aut lignum aloes indum:Et qui fortiter vult ebrietatem incurrere,ideo vt membrum medicatione dolorem faciente ſanetur, in ſuo vino aquā lolij ponat,aut ſumat [l] {fumi terræ} & opij, [m] & hyoſcyami ana.ʒ.5.& nucis muſcatæ,& galliæ muſcatæ,& ligni aloes crudi ana.ʒ.vnius ſextam,& inde ad bibendum detur in vino quantum eſt ei neceſſarium: [m] aut hyoſcyamum nigrum cum corticibus mandragorę in aqua coquatur,donec rubea fiat,& eam vino admiſceat.

*De ſomno & vigilijs.* Cap. 9.

DE ſermone cauſæ ſomni naturalis,& ſubeth & contrariorum ipſorum,& vigiliarum,& inſomnietatis:& quid faciendum ſit vt eueniat vnumquodq; eorum & remoueatur cum fuerit impediens,ſeu nocens:& quid vnumquodq; eorum ſignificet:& reliqua ab eis,iam in [n] ſuo loco parumper præmiſimus,& in medicatiōe particulari [o] adhuc dicemus.Sed quod in hoc loco dicemus, eſt:ꝙ ſomnus [p] temperatus virtutem naturalem potentē efficit perficiendi ſuas operationes: [q] & eſt animalē virtutē quieſcere faciens,& in eius ſubſtantia augmentum præbens,ita vt fortaſſe ipſam laxam faciendo, [r] prohibeat ſpiritus qualiſcunq; fuerit reſolutionē.& propter hoc digerit cibum ſm digeſtiones [s] nominatas:& [t] ſuccurritur cum eo debilitati,quæ accidit ex ſpeciebus reſolutionis,quæ eſt ex fatigatione,aut coitu,aut ira,aut reliquis ab iſtis.Somnus præterea temperatus cum humorum inuenit æqualitatem in quantitate,& qualitate,eſt humectans,& calefaciēs: & eſt res magis proficiens ſenibus,q̄m in eis humiditatem conſeruat, & ipſam eis reducit: & propter hoc dixit Gal. Comedo quaq; nocte manipulum,ſeu faſciculum ex lactucis cum aromatibus: ex lactucis quidem, propterea,ꝙ dormire faciunt,& cum aromatibus,ad emendandam eorum frigiditatem.Et [u] dixit, quia ego ſum nunc diligens ſomnum, nam ego ſum nunc ſenex,& confert mihi humiditas,quam ſomnus mihi facit. Et hoc quidem eſt regimen,conueniens ei cui rebellat ſomnus.Et ſi præmittatur vt ipſe balneetur,poſtq̄ cibi,quem ſumpſerit,complebitur digeſtio: & ſuper ipſius caput multa aqua calida proijciatur,erit hoc conueniens adiutorium. Regimen vero hoc fortius in medicationibus [x] nominabimus:ſani ergo de re ſomni cogitare debent vt ipſis tēperate exhibeatur,& in ſua hora,& non ſuperflue:& ab impedimēto ſibi caueant, quod cerebris ipſorum,& omnibus ſuis virtutibus,afferunt vigiliæ.Homo præterea multoties vigilare cogitur:&

ſomnum

E F G H

A Haly.lib. Prac.c.8.
B Li.cātico.p. 34.& Raſ.t.4.c. Dioſ.li.5.c.5.
C Paul.li.1.c.5.
D Ga.lib.6.de ſa. tuen.c.5.h
E G.1.de ſan. c.11.h ſupra t
F Paul.lib.1.c. & Raſ.t.5.c.74.
*Infra ß*
*F regione*
G L.3.F.5.t.14.
H Raſ.t.5.c.74.
*Supra ß*
*H regionis dictæ*
I Raſ.t.5.c.76.
K Haly.li.1.pra c.8
L Lib.3.Fen.1.t. c.14.
*L mandrag.*
M Raſ.t.5.c. [illegible]
N F.2.do.3.c.1 do.2.ſum.1.c.
O Li.3.Fen.1.t. c.1.&c.
P Gal.li.1.de ſympt.c.8.h
Q Paul.li.1.c.
R Li.3.F.1.t.4.
S F.1.do.4.c.1 li.1.de cau.ſymp c.8.h
T Raſ.t.4.c.
V Gal.li.2.alim c.40.c
X Li.3.Fen.1.t. c.6.& li.4.F.1.t. c.20.



A ſomnum à ſe repellere timore ſyncopis,& caſus virtutis:melior quoq; ſomnus eſt ille, qui eſt profundus.Et melior ſimiliter ſomnus eſt ille, [a] qui prouenit poſtq̄ cibus à ſuperiori ventre deſcendit. & poſt quietem eius,quod forſitan ſequitur ipſum ex inflationibus,& rugitibus: q̄m dormire ſuper hoc multis impedit modis,immo nō ſapit,neq; continuatur, neq; ſeparatur inſtabilitas ſeu inquietudo & reuolutio de latere in latus:& eſt impediens,& cum ſuo impedimento nocet dormiēti. [a] Quapropter ſi deſcenſus tardauerit parūper incedere debet,poſtea dormiat. Amplius ſuper vacuitatē dormire eſt malū,& virtutem deijciens:& ſuper repletionem anteq̄ à ſuperiori ventre fiat deſcenſio,eſt malum: q̄m non erit profundus,immo erit cum reuolutione de latere in latus. Cum enim natura in ipſo occupatur vel ſolicitatur cum eo,quo occupari ſolet in hora ſomni circa digeſtionem,tunc accidit ei,deterrens expergefactio & ſubita,& diſturbans,& cum hoc efficitur natura ambigua ſtupida,quare corrumpitur digeſtio. [b] In die quoq; dormire eſt malum: [c] generat enim ægritudines humectantes,& rheumatiſmos,& corrūpit colorem,& generat ſplenem,& laxat neruos,& efficit pigritiam,& debilitat deſiderium,& generat apata,& febres frequenter. Et ex cauſis ſuorum nocumentorum eſt, vt cito fiat excitatio ab eo,& naturam ab eo in quo erat, ſtupidā reddat.Ex ſomni autem nocturni bonitatibus eſt,ꝙ eſt continuus & profundus: licet,qui in die dormire conſueuit ipſum ſubito dimittere non debet abſq; ordine,ſeu gradatione. [d] Sed quæ ex figuris ſomni eſt melior,eſt vt ſuper dextrum incipiat latus, & deinde ad ſiniſtrum reuoluatur. Quod ſi eius inceptio ſuper ventrem fiat,auxilium fert ſatis magnum in digerēdo: propterea,ꝙ calorem retinet naturalem,& ipſum comprehendit,quare augetur. [e] Reſupine autem dormire eſt malū,& ad malas præparans ægritudines, ſicut apoplexiam, & paralyſim,& incubum: q̄m ſuperfluitates ad poſteriora declinare facit,& retinentur,& per ſuos non incedunt canales naturales,qui ſunt ab anterioribus,ſicut nares & palatum. Et ſomnum, qui reſupine fit, ſolent [f] incurrere infirmi debiles propter illud,quod muſculis eorum accidit ex debilitate,& eorum membris: & quia vnum latus aliud ferre non poteſt,immo cito reſupini voluuntur, quoniam dorſum latere fortius exiſtit. [g] Et propter hoc aperto ore dormiunt propter debilitatem muſculorum quibus mandibulæ ſtringuntur.Et hoc quidem in libris particularibus [h] capitulum habet integrum.

*De eo quod ab hoc loco ad poſteriora reſeruandum eſt.* Cap. 10.

QVod ab hoc loco ad poſteriora reſeruare debemus ex eo,quod hoc dici ſolet, eſt coitus: & ipſius temperamentum,& emendatio impedimenti eius. Et nos quidem ad poſteriora reſeruabimus loqui de [i] eo in libris particularibus.Et ex eo,quod hæc etiā dicitur eſt res medicinarum ventrem ſoluentium:& ablationis impedimenti earum. Et nos quidem in quibuſdam eorum reſeruabimus [k] ſermonem ad noſtras dictiones de medicationibus, & in quibuſdā eorum C ad ſermones noſtros de medicinis ventrem ſoluentibus. Verūtamen dicemus, ꝙ ſanitatis conſeruator vti debet euacuatione facili, & diureticis, & ſudorem prouocantibus, & ſputum producentibus. Et mulieres quidem vti debent menſtrua prouocantibus ex eo,quod modo declarabimus,& te ſcire faciemus.

*De confortatione membrorum, & corporum debilium & impinguatione,& magnificatione magnitudinis eorum ſeu quantitatis eorum.* Cap. 11.

MEmbra debilia & parua confortantur, & augmentantur:in eo quidem,qui adhuc in tempore exiſtit augmenti, & in tempore vltimo augmenti, [l] fricatione temperata, & exercitio aſſiduo,quod ſit eis proprium,deinde [m] emplaſtro ex pice.Retentio quoque anhelitus in hunc ingreditur modum:& proprie cum mēbrum pectori & pulmoni fuerit vicinum. Verbi gratia,præcipiemus illum parum percurrere,qui crura habet gracilia, poſtea temperatam ei adhibemus fricationem:deinde ex pice emplaſtrum apponemus: poſtea ſecunda die fricationem obſeruabimus ſecūdum diſpoſitionem ſuam & augmentabimus exercitium & in tertia die obſeruabimus etiam fricationem ſecundum diſpoſitionem ſuam,& augmentabimus exercitium, niſi amplitudinis venarum apparuerit ſignificatio,& effuſionis materierum,quoniam timor tunc erit in vnoquoque membro ne apoſtema accidat, & nocumentum ex repletione veniens, quod eſt ipſi proprium, D quemadmodum timentur hic varices & elephantia. Cum ergo aliquid huius generis apparuerit, minuemus ex exercitio,quod prius iniunctum fuit, & ex fricatione:immo faciemus ipſum quieſcere,& reſupinum iacere,& eleuabimus membrum illud.verbi gratia,in eo, qui habet crus ſiccū, eleuabimus pedem ſuum:& fricationem faciemus contrariam, ſeu conuerſam fricationi primæ.ſ. incipiemus ab extremitate ipſius trahendo verſus radicem eius. Quod ſi voluerimus hoc efficere in membro,quod ſit iuxta membra anhelitus,ſitq;,verbi gratia, pectus,ligabimus quod eſt ſub eo ligatura,quæ in ſtringendo ſit media,& in latitudine æqualis.poſtea præcipiemus ei, vt vtaſ exercitio manuum, & retentione anhelitus vehementi & clamore & voce magna,& fricatione leui. In libris præterea particularibus perueniet ad te qualiter hæc ſumma exquiſite diuidatur.Illud igitur in [n] libro decorationis conſiderabimus ſi Deus voluerit.

*De laſſitudine,quæ ſequitur exercitia.* Cap. 12.

LAſſitudinis ſpēs ſunt [o] tres quibus additur [p] quarta. Et modi,quibus accidit, ſunt duo. Eius vero ſpēs ſunt tres, vlceroſa, extenſiua, & apoſa. [p] & illa quidē,quæ hic additur,eſt laſſitudo, quæ vocaſ deſiccatiua, & arefactiua. [q] Vlceroſa igitur eſt laſſitudo ex qua,qui cā incurrūt,in ſuperficie corporis tactus vlcerū ſimilitudinē ſentiunt,aut in cutis profunditate.& fortior eſt illa,quæ eſt

A Raſ.t.4.c.3.
B Hipp.lib.2.prognoſt.11.h
C Raſ.31.cōti.t.5. c.1.444.3.
D Cap.7.& lib.3. Fen.13.t.3.c.5.
E Raſ.31.cōti.t.5. ca.1.444.2.
F Li.4.Fen.2.t.1. c.41.& 42.
G Gal.lib.1.prognoſt.17.h
H Li.4.Fen.2.t.1. c.42.& 41.
I Lib.3.F.10.t.1.c. 10.11.12.& 17.
K Fē.4.c.4.5.vſq; ad.10.
L Ga.li.6.de ſa.tu. cap.8.b,& li.14.de meth.me.c.16.f.g
M Doc.4.ca.4.& Fen.2.do.2.ſum.2. c.14.& li.2.t.2.cap. 547.& li.3.F.13.t.1. c.30.& F.10.t.1.ca. 46.& li.4.F.7.t.4 c.4.
N Lib.4.F.7.t.4 c.4.
O G.2.apho.5.
P Ga.3.de ſani.tu. t.7.c
Q G.2 cau.ſymp. c.5.c.& 4.ſan.tuen c.1.f



profundior

profundior, & qñq; ſentitur illud in tactu, & qñq; habens eam ſentit illud in ſuo motu: Et eſt cum E ſentit,[a] quaſi puncturam ſpinarũ: & abhorret motus: ita etiam abhorreat alices, aut faciat alices cũ debilitate.[b] Cumq; α fortior fit, accidit ei horripilatio. Et cum augmentatur, accidit ei tremor & febris. Et [c] ipſius quidẽ cauſa eſt multitudo ſuperfluitatũ ſubtilium, & acutarum, & liquefactio [d] carnis, & adipis propter motus fortitudinem. Et ad vltimum humores mali ſi per venas diſcurreret, tunc frangeret ſanguis bonus nocumentum eorum, & propterea, ꝙ expulſi ſunt ad partes cutis, ideo expulſum eſt illuc purum nocumẽtum. Minus nanq; malũ ſeu nocumentum, quod efficere poſſunt eſt: vt hoc laſſitudinis genus accidat: & α ſi parũper moti fuerint, accidet horripilatio: & ſi plus moti fuerint, accidet tremor. Et eſt etiam cum humores acuti ab iſtis ſeparantur: & crudi remanent in venis. Et eſt ẽt cum crudi in carne exiſtunt. Extenſiuã vero habens ſentit ſuum corpus quaſi fractum, & ſentit calorem, & exteſionem: & abhorret motum: ita vt etiam alices abhorreat, & proprie ſi ex labore fuerit.[f] Et ipſa quidem eſt ex ſuperfluitatibus retentis in muſculis, quæ tamen bonæ exiſtunt ſubſtantiæ: & non eſt in eis mordicatio, aut ex ventoſitate: Inter eas vero exiſtit diſtinctio, cum diſpoſitione leuitatis & grauitatis. [g] Et ipſa etiam multoties accidit ex ſomno non completo. Cum enim poſt ſomnum accidit completum, alia eſt ibi diuerſitas, quæ ſpecierum peior eſt.[h] Et quæ ex ea peior eſt, eſt cum muſculorum extremitates ſm̃ rectitudinem tenduntur. [i] Apoſtemoſa aũt laſſitudo eſt, vt corpus ſit ſolito calidius: & ſit inflato ſimile, in magnitudine ſui, F & colore: & accidat ei nocumentum cum tangitur, & mouetur: & ſentit eius extenſionem.[k] Laſſitudo aũt deſiccatiua, & areſactiua eſt diſpoſitio per quã ſentit hõ in ſuo corpore, quaſi iam ſuperflua fuerit ĩ eo exiccatio & ſiccitas. Et ipſa quidem accidit, aut ex multo exercitio cũ bono chymo, aut ex adminiſtratione reditionis aſperæ poſt ipſum. Et qñq; etiã accidit ex ſiccitate acris, & ex diminutione nutrimẽti, & ex multo ieiunio. Modi aũt quibus accidit laſſitudo, ſunt duo.[l] Et ipſi q dẽ ſunt, qa laſſitudo, aut accidit propter exercitiũ, & hæc eſt magis ſecura, cuius ſanationis via modum habet, q ei eſt proprius. Aut accidit ex ſe,[m] & hæc quidem ægritudinis eſt anteceſſio, cuius ſanationis via propriũ habet modum, qui ſibi proprius eſt.[n] Et eſt cum vna alij coniungiť ſm̃ ſuarũ materierum cõpoſitionem, aut per ſeipſas, aut p̃ exercitium. Cumq; ſimplicium noueris regimẽ, p̃mutandum erit regimen cõpoſitum ſm̃ canonem quem diximus. Et hoc [o] eſt, ꝙ in primis oportet te maiorem hr̃e ſolicitudinem de re, q̃ maiorem incutit terrorem, regendo illud ẽt quod eſt ſub ea.[p] Et fortaſſe, quod magis terrefacit, magis eſt terrefaciens pp̃ tres res, aut propter virtutem, aut propter nobilitatem, aut propter ſubſtantiam. Cumq; in eo, quod oportet ex iſtis conditionibus duæ, aut tres coniungentur, erit hoc magis terrefaciens, niſi vna, quæ remãſerit duabus fortior fuerit, adeo vt ipſis reſiſtat: verbi gratia, laſſitudo nãq; apoſtemoſa fortior eſt, & nobilior vlceroſa: ſed ſi vlceroſæ ſubſtantia, temperamento & curſu naturali valde fuerit remota, duobus apoſtemoſæ G modis propter nobilitatem & fortitudinem reſiſtet, & præmittetur ſuper ipſam. Si vero non valde remota fuerit, apoſtemoſa ſuper ipſam præmittetur.

*De [p] ⌐alicibus⌐ & oſcitationibus.* Cap. 13.

A[q]Lices ſunt propter ſuperfluitates, quæ in muſculis cõgregantur.[r] Et propter hoc multum accidunt poſt ſomnum.[s] Cumq; humores illi plus abũdauerint, fiet horripilatio & tremor: & cum plus excreuerint, facient febrem.[t] Oſcitatio vero ſpecies eſt alicum propter accidens tendens vel faciens alices, quod accidit in muſculis mãdibularum & labiorum.[u] Cumq; ſanis acciderit, incipiendo abſq; cauſa & nõ in hora ſua cum multa fuerit erit malum. Et quæ quidem eſt ex ea melior eſt prima, quæ eſt poſt finem digõnis, qm̃ eſt propter ſuperfluitatum expulſionem. Et eſt etiam cum alices, & oſcitationes efficiunt frigus, & cutis ſpiſſitudo, & pauca reſolutio, & expergefactio à ſomno anteq̃ compleatur, & expulſio comprimens.[x] Vinum vero ad medium temperatum alicibus, & oſcitationibus eſt conueniens, cum non eſt ibi alia prohibens cauſa.

*De medicando laſſitudinem ex exercitio prouenientem.* Cap. 14.

DIcemus, ꝙ ſtudium impẽdere in medicando laſſitudinẽ eſt à multis ſecurari ægritudinibus, ex quibus ſunt febres. Oportet aũt vt cũ laſſitudo vlceroſa apparuerit ex exercitio, minuatur, ſi ipſum fuerit cauſa: & ſi cũ ea multitudo fuerit humorum expellanť. Quod ſi ſatietas nauſea- H tiua propinqui tp̃is affuerit, ipſorũ nocumento ſuccurrendũ erit cum fame, & eũone, & reſolutione eius, quod peruenit ad partẽ cutis cum fricatione multa & leui, cum oleo in quo non ſit ſtypticitas. Et in die ſecundo reditionis, fiat exercitium. Et nutriatur ipſe in die primo, ex eo, quod conſueuerat in qualitate, ſed ex quantitate minuať. Et in die ſecundo humectantibus nutriať. Et ſi venæ fuerint mũdæ, & phlegma crudũ in carne patientis laſſitudinẽ fuerit, fricatio ipſum qñq; maturat, & proprie cum calefacientium medicinarũ ad ipſum penetrauerit virtus. Oleum præterea de [x]⌐algarab⌐ in hoc multum cõfert, & oleum de anetho, & chamæmilla, & his ſilibus, & decoctio radicum ſiclæ in oleo in duplici vaſe bullita, & oleum radicis altheæ, & oleũ de radicibus cucumeris aſinini, & bryoniæ, & oleum de vſnee, & omne oleum In quo vſnee recipitur.[y] In laſſitudinis autem extenſiuæ medicatione intentio eſt laxare illud, quod induruit fricatione leni calefaciente in ſole, & aqua tepida balneari, & in ipſa longo morari tempore: ita vt ſi reiteret balneationem in die vice vna, aut duabus, aut tribus vicibus erit conueniens: & poſt [y] vnamquãq; inungãtur balneationem. Quod ſi neceſſe fuerit propter neceſſitatem abſtergendi ſudorem, & propterea, ꝙ cũ eo abſtergiť oleum, ad inungendũ oleo redire, fiat: & nutriente humido nutriatur,[z] etiam paucæ quantitatis,

A Raſ.31.con. c.1.440.1.
B Cap.13.& Fe do.2.ca.13.& G. de cau.ſympt.
*Infra* α
C Gal.3.ſa.ni.
D Aet.lib.1. c.36.
E Cap.13.
*Supra* α
F Raſ.31.cot. c.1.440.3
G Raſ.ibi.
H Ga.3.ſa.ni.
I G.2.de cã. pro.c.5.c.&.3.ſa. tuen.c.5.h
K G.3.ſa.tu. c.7.e,&c.5.h
L G.2.aphoꝛ.
M G.4.ſa.ni.
N G.3.ſa.ni.tu. 5.f.h,&c.5.h
O Cap.16.&i. c.31. & li.4.Fe. c.7. & G.4.ſa. c.9.c,&.5.aph.
P G.7.meth. c.12.f
*P pandiculationibus*
Q Ga.7.aphoꝛ.
R G.2.de cauſ. ſympto.c.5.b
S Cap.12.
T Gal.7.aphoꝛ.
V Raſ.31.cõt. c.1.441.2.
X Hipp.&Gal. apho.56.
*X arbore n gna, naſcẽte iu ta flumen e phratis*
Y G.3.ſan.tu.
Z G.3.ſa.tu.c.



A quantitatis, quoniam plus indiget nutrimenti paucitate, quàm vlceroſa. Et hanc quidem laſſitudinem reſoluit exercitium. Quod ſi per ſe acciderit propter groſſas ſuperfluitates, neceſſe erit eas euacuare. Et ſi fuerit propter cauſam ventoſitatis extendentis, reſoluet eam tale quale eſt cyminum & carni & aniſum. Intentio autem in apoſtemoſam laſſitudinem regendo,[a] eſt tres res, laxare, quod extenſum fuit, & quod calefactum infrigidare, & ſuperfluitatem euacuare.[a] Et hoc quidem completur oleo multo tepido, & fricatione vehemẽter leni. & prolixa mora in aqua quæ parumper ad caliditatem declinat, & quiete.[b] In areſactiua vero nil de regimine ſanorum mutetur, niſi ꝙ oportet vt aqua in qua balneatur ſit maioris caliditatis, quoniam [b] aqua calida vehementius ſpiſſat cutem, & non eſt eius impedimentum, ſicut impedimentum aquarum frigidarum, quoniam [c] quamuis ipſa inſpiſſet, tamen in ea eſt periculum penetrationis frigiditatis in corpus, quod iam ſiccatum fuit: & eſt cum ſuæ maciei cauſa eſt cutis ipſius raritas, immo hoc eſt ſecundum plurimum.[d] In die autem ſecundo reditionis, exercitio leniter, & ſubtiliter vtatur, & balneo ſecũdum diſpoſitionem diei primæ: deinde præcipiatur [d] ei vt aquam frigidam ſubito ingrediatur, quatenus cutis eius inſpiſſetur, & ſit eius reſolutio pauca: & cum hoc conſeruetur ipſius humiditas. Obuiabit nanq; aqua corpori in quo eſt tantum caliditatis, quod reſiſtat ipſo iam inſpiſſato. Et iſtæ quidem duæ cauſæ adinuicem ſe iuuant in remouendo nocumentum frigoris ipſius, & proprie B cum ſubmergitur ſubito, & egreditur, & non moratur, quoniã cum mora nulla eſt ſecuritas. Ipſe præterea nutriatur mane in fine primæ horæ,[e] cibo humectante pauco: ideo vt ipſe alia vice iuxta noctem fricari poſſit, & tunc cœnam tardet. Studium quoque adhibeatur in expellendo ſuperfluitates ab eo, fricatione olei dulcis, cum quo ventrem ſuum non tangat,[f] niſi laſſitudinem in muſculis ſui ventris ſenſerit: quoniam tunc illos leuiter vngere conuenit. Et eius nutriens ſit largius: & in eo procedat, cauendo ne eius nutrimentum ſit multæ caliditatis,[g] Amplius omnem laſſitudinem, cuius cauſa eſt motus ipſum dimittere, cum eius ſignum inceperit, prohibet ne accidat, poſtea reditionis exercitio vtatur vt motus temperatus ad cutem materias expellat, & eas fricatio reſoluat, quæ fit inter quietes illorũ motuum. Diſpoſitio præterea ipſius, balneatione experiatur: nam ſi ex balneo accidat ei tremor, tunc res terminum pertranſiuit, & præcipue ſi febrem generauerit: quoniã tunc non eſt balneandus, immo euacuandus: & eius complexio rectificanda. Quod ſi nihil eorum ex balneo accidit, erit conferens, cum eius aqua fuerit tẽperata. Cum autem in eius venis crudi fuerint humores, in primis laſſitudo erit regenda cum eo, quod oportet, poſtea ſtudendum erit in eo, quod crudos maturat, & ſubtiliat, & expellit humores. Et ſi multi fuerint,[h] tunc quies erit iniungenda, & exercitium dimittendum: quoniam quies eſt magis digerens, & minutionem relinquat:[i] quoniam ſecundum plurimum mundum expellit, & crudum dimittit,[k] Ven- C ter quoq; eius ante maturationem non eſt ſoluendus, quoniam hoc non confert, immo damnum infert.[l] Vrinam vero prouocare non nocet ei. ſed res [m] multum calefaciens non eſt ei danda, quoniam crudum humorem in corpore diffundi faciet. ſitq; eius operatio leuiter, & cum quantitate æquali. In eius præterea nutrientibus ponenda ſunt,[m] piper, & capparis, & zinziber, & acetum de capparibus, & acetum de allijs, & acetum de alaſtargar, & corpora etiam ipſorum, & confectiones notæ ſecundum mẽſuram. Poſt maturationem autem & apparitionem hypoſtaſis in vrina; & maturationem,[n] plurimum da ei vinum vt maturatio compleatur, & fiat vrinæ prouocatio. ſitq; eius vinum, quod ſubtile eſt, & clarum, & vomitum non faciat.

*De alijs diſpoſitionibus, quæ ſequuntur exercitium & reliqua ab eo.* Cap. 15.

PRius loquemur de iſtis diſpoſitionibus. Poſtea mutabimus nos ad regendum laſſitudinem, quæ venit per ſe. Et ex iſtis quidem eſt raritas, quæ corpori accidit.[o] Et accidit multoties ex fricatione pauca, & balneo.[o] Ipſa vero eſt medicanda fricatione ſicca ad duritiem parum declinante, & cum oleo ſtyptico. Et ex eis[p] eſt ſpiſſitudo, quæ ex frigiditate accidit, aut ex re ſtyptica, aut ex multitudine ſuperfluitatum, aut ex earum groſſitie, aut earum viſcoſitate, vnde prouenit vt in poris cutis retineãtur. Aut erit ſpiſſitudo cauſa exercitij, quod ipſos humores ex profundo extraxit, non exiſtentibus ibi cauſis antecedentibus: aut erit eius cauſa locus puluerulentus, aut fricatio for- D tis & dura.[q] Illius autem, quæ eſt ex frigiditate, & ſtypticitate, ſignum eſt coloris albedo, & calefactionis tarditas, & ſudoris, & reuerſionis coloris ad rubedinem cum adeſt exercitium.[q] Et hi quidem in balneis calidis ſunt balneandi, in quibus de latere in latus, & ſuper vẽtrem, & ſupini reuoluantur in mãſionibus balnei æqualis caliditatis, & in lectis vel ſtratis ipſius donec ſudent, & inungantur oleis ſubtilibus calidis & reſoluentibus. Illorum autem, qui ad hoc deueniunt ex exercitio, ſignum eſt, ꝙ non hñt hoc ſignum. & eſt ſordida cutis. & ipſi quidẽ medicandi ſunt expulſione, ſi ibi fuerit ſuperfluitas: poſtea regimen adhibeatur, quod reſoluat ex balneo & inunctione. Qui vero in hoc incidunt ex puluere, aut ex forti fricatione,[r] magis eſt eis balneum neceſſarium, q̃ inunctio ex oleis. Et ipſi quidem fricatione molli vti debent ante balneũ, & poſt ipſum. Eſt quoq; cum accidit eis poſt ſuperfluo exercitium cum pauca fricatione, debilitas cum raritate: & eſt cũ accidit etiã ex ſuperfluo coitu, & ex balneo frequenti.[s] Ipſi igitur medicandi ſunt cum exercitio reuerſionis, & fricatione ſicca, quæ ad duritiem trahit cũ oleo ſtyptico. Et nutrientia comedant humectantia paucæ quantitatis, in caliditate & frigiditate temperata, aut quæ parumper ad caliditatem trahant. Et ſimilr̃ fiet ſi debilitas accidit, aut vigiliæ, aut triſtitia, aut accidit ſiccitas ex ira. Quod ſi iſtis acciderit malitia digerendi cibum, non confert eis reuerſionis exercitium, neq; aliquod exercitio-

A G.li.3. de ſa.tu. c.7.d
B G.3.ſani.tu.c.7.f
C G.3.ſan.tu.c.8.c
D G.3.ſan.tu.c.7.f
E Aeti.lib.1.ſer.4. c.39.& G.c.13.b
F Gal.ibidẽ.c.13.b
G Hip.2.apho.48.
H G.4.ſa.tu.c.4.d &c.5.g
I G.ibidem.c.5.g
K Gal.ibidẽ H.h
L G.4.ſa.tu.c.4.c &c.5.h
M Gal.ibidẽ.c.5.h
N G.4.ſa.tu.c.6.g
O G.3.ſa.tu.c.13.a
P Gal.3.ſan.tuen. c.10.a.b
Q Gal.ibidem.b
R G.3.ſa.tu.c.13.a ꝙ cum frictione.
Gal.ibidẽ.13.a

rum vllo modo. Eſt præterea cũ accidit ex ſuperfluitate balneandi, & multitudine comedẽdi & bibendi, & ociandi, vt hõ in ſuis mẽbris humiditatis ſentiat ſuperfluitatem, & ꝓprie in lingua ita, vt operationes membrorum lædat. Quod ſi hoc ex cauſa fuerit antecedente, [a] in particulari medicatione continebiť. Et ſi ex aliquo eorũ fuerit, q̃ nunc ex proximo noïauimus, ſicut vino, aut multa ocioſitate, aut multa balnei humiditate, erit ei iniungẽdum vt forti vtatur exercitio, [b] & fricatione aſpera, & ſicca, ſine oleo: aut fricatione cũ pauco oleo calefaciente. [c] Superflua aũt ſiccitas, quã quis habet ſentit ſua manu, eſt ex gñe laſſitudinis areſactiuæ. Et ipſius ſanatio eſt eius medicatio.

*De medicatione laſsitudinis per ſe venientis.* Cap. 16.

VLceroſa quidem diſpoſitio cognoſcenda eſt ſi humor eam efficiens [d] ſit intus in venis, aut extra venas: Quod autem ſit in venis, ex fœtore declaratur vrinæ: & ex diſpoſitionibus, nutrientium præteritorum: [d] & ex hoc, ꝙ ſuperfluitatum multitudo in venis generari ſolebat, aut earum paucitas, aut velocitas expellendi eas à ſe, aut cuř neceſſitatem medicandi eas faciebat. Et ex diſpoſitione [d] eius, quod bibitur ſi eſt clarum, aut turbidum. Et ſi hæ quidem ſignificationes apparuerint, declarabitur, ꝙ in venis exiſtunt: & ſi non, ſunt extra. [e] Quod ſi laſſitudo ex ſuperfluitatibus eſt extrinſecus: & ſunt venæ interius mũdæ, ſufficit ei exercitium reditionis: & quod diximus de regimine, & curatione prædicta in [f] capitulo vlceroſæ, quæ accidit propter exercitium. [g] Sed ſi alia diuiſio fuerit, non cogites exercitare eum, immo fac eum ociari, & dormire, & eſſe famelicum: & inunge ipſum omni veſpere iuxta noctem ſuper ventrem ex oleo, & balneetur cum aqua temperata, ſi balneum tolerare potuerit, ſm̃ conditionem quam [h] diximus. [i] Et nutriatur ex eo, quod [k] diximus, cuius tamen chymus ſit bonus, quod ſit ex genere eorum, quæ ſorbentur: & ſit illud in quo non eſt viſcoſitas, neq; multum nutrimentum. Et hoc quidem eſt ſicut hordeum & candaruſium, & caro volatilium ex eis, quorũ caro eſt ſubtilis, & de ſyrupis, ſit ſyrupus acetoſus cũ melle: & hydromel, & vinum album & ſubtile: [l] & hmöi vinum ei nõ prohibeas, qm̃ eſt maturãs & prouocans: verumtamen ipſi in primis dare debes illud vinum, quod parũ declinat ad citrinum. Poſtea ex eo mutetur ad album & ſubtile. Quod ſi hoc regimen ei non profuerit humor ibi adeſt: ſuperantem ergo euacua. Et ſi ſuperãs fuerit ſanguis, aut cum eo fuerit ſanguis, minues eũ: & ſi non ventrem ſolues: aut facies hoc, & hoc, ſm̃ ꝙ tibi videbitur de ſanguine. [l] Tibi tñ caue ne aliquid horum facias, ſi cognoueris, ꝙ virtus ſit debilis. Genus autem humoris cognoſces per [m] vrinam & ſudorem, & [n] diſpõnem ſomni, & vigiliarum. Cumq; ſomnus ſe remouerit te regente eum cum regimine bono, erit ſignificatio mala. [o] Quod ſi cognoueris, ꝙ bonus ſanguis in corpore ſit paucus: & ꝙ humores crudi ſunt ſuperantes, dimitte phlebotomiam & fac eum quieſcere: & [p] da ei ad comedendum, & bibendum rem, quæ ſubtiliet: & non des ei ad bibendum rem, [p] quę multã habeat caliditatem: ſed da ei ad bibendũ aliquid in quo ſit inciſio, ſicut [p] ſyrupus acetoſus de melle. Quod ſi tibi neceſſe fuerit in virtute ſubtiliantium augmentum præbere, pone in illo, quod comedit, & in aqua hordei quam bibit, [p] parum piperis. & ſi neceſſaria fuerint [q] diacyminũ, & [r] & dia trion pepereon propter humorum cruditatẽ, da ei ſicut tibi videbitur ante comeſtionem, aut poſt ipſam, aut in tempore dormitionis: & ſit eius menſura cochlearium paruum: [s] & diacalamenthũ quidem non eſt bonum, qm̃ pertranſit terminum in calefaciendo. [t] Si aute pro certo ſciueris humores crudos in venis non eſſe, ſed in radicalibus cõtineri mẽbris, [u] fricationem adhibe: & proprie in [u] matutinis cum oleis laxantibus. [u] Et da eis ad bibendum ex calefaciẽtibus vt ipſorũ calefactio ad cutem perueniat. Et iniunge ei [u] quietem longam: poſtea fac cum aqua [u] tpate calida balneari, & da ei ex [u] diacalamentho abſque timore: ſed tñ oportet vt ſit anteq̃ comedat & anteq̃ exercitetur. Quod ſi poſt comeſtionẽ neceſſarium fuerit ei, quod [x] digeſtionem iuuet, non des ei, quod ſit vehementer penetratiuum, ſicut diacalamẽthũ, ſed ſicut diacyminũ [x] & dia trion pepereon: ſitq; quod ex quolibet eorum dabis, res modica, [x] aut diacydonitẽ. Et poſſibile quidem eſt, vt quod ex diacydonite dabis, ſit plus eo, quod dabis ex illis: poſtq̃ conſideraueris ne corpus ſit vehemẽtis caloris accidentalis, te dante iſta. Iſtis præterea confert [y] oleo inungi chamęmelino, & [y] anethino, & [z] amaracino, & reliquis ab iſtis [z] ſingulatim vel per ſe, aut permiſtis cum cera. Aut confortetur [z] cum reſina, aut cum reſina & duodecuplo ipſius olei. Cum aũt ſciueris humores in venis, & foras ſimul eſſe, [a] eſto de maiori ſolicitus: & tñ minus non dimittas. Quod ſi hæc duo æqualia fuerint, prius intende ad digeſtiõem [b] cum dia trion pepereon, in quo ſi volueris adiunge petroſelinum cum pondere pari aniſi, ad hoc vt ſit magis diureticũ. Et ſi volueris, [b] admiſce ei parum diacalamenthi, poſtq̃ minueris ex eo, quod accepit de diacymino, & dia trion pepereon: & proceſſeris in hoc ſm̃ ordinem, donec in vltimo eius vel in fine eius purum remaneat diacalamenthum. [c] Cum autem illud, quod eſt in venis digeretur, & egredieť, & remanebit ſolicitudo eius, quod eſt extra venas, diacalamenthũ quemadmodũ ſcis, erit ad hoc conferens, & impediens primum: [c] Iſtos vero in quibus res duæ coniunguntur, ab oĩ re vehementer trahẽte ad exteriora, aut interiora, cuſtodire debes. [c] Quapropter non cito vomitũ eis dare debes: neq; quod ventrẽ inferius deponat, niſi ante præmiſeris, quæ ſubtiliant, & incidant, & maturent, neq; etiam exercites eos. [d] Cumq; laſſitudo quieuerit, & color meliorabitur, & vrina maturabitur, fricabis eos multum, & pauco exercitabis exercitio, [e] & conſiderabis ſi aliquid ægritudinis reuerſum fuerit, qm̃ tunc dimittes: & ſi nil reuerſum fuerit, duces eos ad ſuos vſus ordinate, donec peruenias ad illud, quod ſolebant vti ex balneatione, & inunctione, & fricatione, & exercitio: & in fine rei addes in virtute oleorum. Quod ſi alicui iſtorum laſſitudo

reuerſa

A Lib.4. — B G.3.ſa.tu. — C G.ibidem. — D G.4.ſa.tu. — E G.ibidem. — F Cap.14. — G Gal.ibidem. — H Cap.14. — I Gal.ibidem. — K Cap.11. — L Gal.ibidem. — M Gal.ibidem. — N G.ibidem. — O G.ibidem. — P Gal.ibidem. — Q Gal. dioſpoliticos. — R G.ibidem.b — S G.li.4.de ſa. c.7.ſ.aliter. — T G.ibidem.b — V G.ibidem. — X G.ibidem. — Y G.ibi.c.8. — Z Aet.lib.1.ſer. c.42. — A Cap.11.& li. ca.31.& li.4.ſa. c.7.& G.4.ſani. c.9.c.&.5.apho. — B Ga.li.4.ſani. c.9.d — C G.li.4.ſani. c.6.a — D Ga.li.4.ſani. c.4.f — E Gal.ibidem.

reuerſa fuerit cum ſenſu vlceroſo, redi ad tuum regimẽ: & ſi abſq; vlceroſo ſenſu reuertitur, ipſum cum exercitio reuerſionis rege. Et ſi miſtæ tibi aduenerint ſignificationes, & fortis laſſitudo ſenſu percepta non apparuerit, permitte eum quieſcere. Laſſitudinis autẽ extenſiuæ cauſa [a] eſt repletio ſine humoris malitia. Et eius quidem medicatio in corporibus malæ cõplexionis, [a] eſt minutio, & regiminis ſubtiliatio. In corpore vero de quo loquimur, eſt ſubtiliatio & inciſio tm̃: poſtea adiuuetur cum quibus debet. [b] Apoſtemoſæ aũt medicatio eſt ſuccurrere cum minutione ex vena, q̃ pertinet membro, in quo eſt plurimum laſſitudinis: & in quo laſſitudinis apparuerit principium: & ex [b] nigra, ſi inter mẽbra non fuerit inæqualitas. Et fortaſſe neceſſe erit ipſum ſecunda die minuere, imo adhuc etiam in tertio. Ergo ipſum in prima die minue illico, cum apparet, & non tardes illud, ne in ipſo firmetur. Et in ſecunda die, & tertia minue eum in ſolis occaſu. Oportet præterea vt ſit eius nutriens in die primo [b] aqua hordei, aut ſorbitio ex candaruſio ſimplex, niſi acciderit febris. Sed ſi febris ſuperueniet, aqua hordei ſola. Et die ſecundo ſit iſtud cum oleo infrigidante, aut temperato, ſicut oleo amygdalino. Et in die tertio ſit, ſicut ferculum ex [c] lactucis, [c] aut cucurbitis, aut [c] maluis hortulanis, aut [c] acetula: & ex [c] piſcibus petroſis [c] {aſfidbegi:} & in hac die quantum poſſibile fuerit à potu aquæ frigidæ prohibeatur. Cum autẽ in die tertio iam non poterit tolerare, neq; poterit cibum bene appetere, & digerere, dabitur [c] ei hydromel, aut vinum [c] album ſubtile, aut temperatum. [d] Et caue ne poſt has euacuationes ei tribuas quantum eſt neceſſarium ex cibo ſubito, qm̃ cibus indigeſtus ad venas trahetur tribus modis: [d] vnus eorum erit cũ cibus fuerit paucus, ſtomachus erit auarus, & cõtraria erit eius virtus retentiua virtuti hepatis attractiuæ. ſed cum multus fuerit, non erit ex eo ſtomachus auarus: immo fortaſſe attractiuam hepatis iuuabit ſua virtute expulſiua: & ſimiliter omne receptaculum, quod eſt ibi præcedens comparatione eius, quod eſt poſt ipſum. [d] Et ſecundus eſt, qm̃ multus nõ bene digeritur in ſtomacho. [d] Et tertius, quoniam multus multum venis tranſmittit nutrimentum, quod venæ etiam digerere non valent.

*De regimine corporum, quorum complexiones non ſunt bonæ.* Cap. 17.

C[e]Orpora iſta, aut ſunt quibus ſuperuenit error, aut in creatione fuerunt ægrotatiua. Et illa quidem quibus ſuperuenit error, ſunt quorum complexiones naturales ſunt conuenientes, ſed acquiſiuerunt complexiones malas in hora propter longum errorem in regimine, donec illæ in eis fixæ vel firmæ fuerint. ægrotatiua vero ſunt quorum complexiones à radice non ſunt nobiles ſeu conuenientes. Eorum aũt quibus ſuperuenit error, erroris pars in quantitate, & qualitate ſcienda eſt, [e] & cum contrario medicanda: & hoc fortaſſe cognoſcetur ex diſpoſitione figuræ corporis. Aegrotatiua vero ſunt diſpoſitionibus, quorum accidit corruptio ex complexione eorum prima ex eorum ætate. Ab eis igitur incipiemus, nominando ſenes.

DOCTRINA III. *dictionis tertiæ, & eſt ſermo vniuerſalis in regendo ſenes.* Cap. 1.

SVmma regiminis eorum eſt adminiſtrare, [f] quod calefaciat, & humectet ſimul ex [f] nutrientibus, & [f] balneis, & [g] potibus, & [g] ſomno prolixo, & mora multa in lecto, & maiore, q̃ iuuenũ, & ex aſſidua vrinæ eorũ prouocatione, & expulſione phlegmatis, ex eorũ ſtomachis per viam inteſtinorũ, & veſicę, & vt naturę lenitas ei duret. Eis præterea multum confert [g] fricatio temperata in quãtitate, & qualitate cũ oleo: deinde inceſſio aut equitatio ſi debiles fuerint ab inceſſione. [h] Ad illũ autẽ, qui ex eis debilis fuerit, fricandum, ſemel aut bis redeundum erit. Ex aromatibus præterea aliquid bene redolens odorare debent, & proprie, quod calidum tẽperate exiſtit. Et oportet vt poſt dormitionẽ cum olo inungantur: qm̃ hoc virtutem excitat animalem: deinde equitent aut incedant.

*De nutriendis ſenibus.* Cap. 2.

NVtriens ſenum paulatim eſt partiendum, & paulatim bis [h] aut ter nutriendi ſunt, ſm̃ digeſtionem eorum, & fortitudinem & debilitatem. Et comedant in hora tertia panem bene factum cum melle: & in hora [i] ſeptima poſt balneationem, [h] quod ventrẽ leniat ex eis, quæ poſt illud noïabimus. [h] Et iuxta noctem cibũ laudabilis nutrimẽti. Et ſi fuerint fortes, in cœna ſua augmentum paruũ faciant: [l] & ab oĩ nutriẽte groſſo ſibi caueant, ex quo melãcholia generať aut phlegma. Et ab oĩ calido & acuto, & deliccatiuo, ſicut [l] {alchuamich} & [m] {altuabel,} niſi ſm̃ modum medicationis adhibeatur. Quod ſi ex hoc aliquid fecerint, quod non debebant, & ex his, quę ſunt primę ſpeciei comederint: ſicut quod ſalitum eſt, & melongias, & carnem ſiccam ſalitam, & ſylueſtrium animalium, & piſces duræ carnis, & melones [n] {alrechi} & cucumeres. Et ſi ſecundum commiſerint errorem, & comederint [n] {alchuamic} & [o] {ſahane} medicentur ex contrarijs: ſed tamen eis non ſunt danda, niſi ſubtiliatiua, cum ſcitum fuerit, quòd in eis ſint ſuperfluitates. Cum aũt mundati fuerint, nutriãtur ex humectantibus: deinde paucis ex ſubtiliatiuis, cum cibo vtantur, ſicut in ipſo dicemus. Lac vero eis, [p] qui ex ipſis bene appetit, & digerit, confert: [q] & poſt ipſum extenſionem in parte hepatis [q] & ventris non ſentit, neque pruritum, neque dolorem: quoniam lac nutrit & humectat: veruntamen quod ex eo melius [r] eſt, eſt lac caprinum, & aſininum. Et ex proprietatibus quidem lactis aſinini eſt, quòd non fit caſeus, & deſcendit cito: & præcipuæ ſi fuerit [r] cum eo ſal & mel. [s] Oportet tamen vt locus in quo paſcuntur obſeruetur, ne herbæ, quæ ibi naſcuntur ſint ponticæ, neq; acutæ, neq; acetoſæ, neque multum ſalſæ. Olera autem, quibus ſenes veſci debent, ſunt ſicut [t] ſicla, & apium, & parum porrorum, quæ comedere debent condita cũ [t] {almuri,} & oleo: & proprie in principio comeſtionis ipſorum: ideo vt in eorũ naturam mol-

A Cap.11.& G.li.4.de ſa.tu.c.10.c — B G.ibidẽ.f — C G.ibidem.g — C cibariũ cõe ex carne, & piſcibus — D G.li.4.de ſani.tuen.c.11.a — E G.li.5.de ſa.tu. c.3.e, addit tertiũ. — F Ga.5.ſa.tu.c.3.e — G G.ibidẽ.c.3.d — H Aet.lib.1.ſer.4. c.30. — I Aet.lib.1.ſer.4.c. 30. & Hali.1.prac. c.24.& G.li.5.de ſa. tu.c.7.c.& c.8.d — L Ga.5.ſa.tu.c.6.d — L res præparatæ cum aceto & ſale — M ſemina calida contuſa. — N indi — N Rem præparatam cum aceto & ſale — O ſalſamẽta ex piſcibus paruis ſalitis. — P G.5.ſa.tu.c.7.a — Q Gal.ibi.c.7.g.a — R G.ibidem.h — S Gal.ibidem.g.h — T G.ibidem.c.8.c — T ſalſa.

liſicando, iuuent. Eis quoq; confert ſi in horis conſueuerunt dormire, vt dormiant. Zinziber pręterea conditum eſt ex medicinis, quæ eis conferunt. Et ſilr̃ plurima eorũ, quæ ſunt ex conditis calidis: ſintq; cum quantitate, qua tantũ calefaciant & digerãt: & non qua corpus ſiccent: ^a^ q̃m oportet vt eorum nutrientia corpora, ſint humectantia, quæ non patiantur ab iſtis, niſi ſm viam calefaciendi & digerendi, & non ſm viam ſecandi. Ex eis vero, quibus veſcũtur ad ſuas leniendum naturas, & conueniunt corporibus eorũ, eſt volubilis cocta cum aqua & ſale, vt boni ſit ſaporis cum {almuri,} & oleo cõdita, & radix polypodij cum in iure gallinæ poſita fuerit, aut in iure ſiclæ, aut in iure caulium. Et ex eis quidem, quibus in cibo vtunt̃ ad ſuas mollificandas naturas, & ipſorum corporibus cõferunt, ſunt ex fructibus [b] ficus, & [b] pruna in æſtate, & [b] ficus ſiccæ coctæ in aqua & melle, ſi tempus fuerit hyemis: verũtamen oportet vt hoc totum ſit ante comeſtionem, propterea vt eorum leniat ventres. Quod ſi eorum naturæ taliter ſe habuerint, vt vna die leniãtur, alia non, excuſatur ſolutiuum & lubricatio. Quod ſi fuerint naturæ eorum lenitæ de vino, & conſtringantur duobus diebus, ſufficiet ei aliquid tale ſicut volubilis, & aqua caulium. & medulla ſeminis [b] cartami cum [b] {kiſi} hordei, & [b] terebinthina ad magnitudinem [b] vnius auellanæ, [b] aut duarum & vt multum, trium: q̃m ipſorum naturam ſua mollificat proprietate, & abſtergit interiora ſine lęſione, Medicina quoq; compoſita ex [b] medulla cartami, & decuplo ipſius ficuum ſiccarum cõfert eis. Sitq; illud, quod ex ea in potu ſumitur, vt magnitudo nucis. [b] Enema quoq; cum oleo eis confert, quoniam in ipſo cum euacuatione, eſt virtus mollificandi inteſtina, & proprie cũ ex oleo dulci fuerit. [b] Ab acuto autem clyſteri ſibi caueat, quoniam ipſorum ſiccabit inteſtina. Humidũ vero clyſtere, & vnctuoſum, eſt ex rebus magis eis conferens, cum ipſorum ventres aliquot diebus conſtricti fuerint. Sunt præterea aliæ medicinæ ventrem lenientes, quas in [c] antidotario nominabimus. Oportet etiam vt in ſenibus, & decrepitis, fiant euacuationes abſq; minutione quanto plus poſſibile fuerit, q̃m ipſorum ventrem temperate ſoluere, eſt eis maius pręſtans iuuamentum.

E

A G.li.5.ſan.tu. ca.8.c.d

A ſalſa

B Ga.5.ſa.tu.

B Gal.ibidem

B ptiſana

F

B Gal.ibidem

C Sũm.1.tr.1. &.9.

*De vino ſenum.* *Cap. 3.*

VInum eis melius, eſt [d] vetus rubeum vt vrinam prouocet & calefaciat ſimul. A nouo autem & [d] albo uino ſibi caueant, niſi ſe poſt comeſtionem balneauerint, & ſitim habuerint. Tunc enim dabitur eis uinum album & ſubtile pauci nutrimenti, ideò vt ſit loco aquæ. [d] Ab illo vero, quod ex vinis eſt dulce & oppilatiuum ſibi caueant.

D Gal.5.ſa.tu. c.5.h.a

D G.ibi.c.6.

*De aperiendis ſenum oppilationibus.* *Cap. 4.*

SI eis acciderint oppilationes, quarum facilior [d] eſt ea, quę ex vini prouenit potatione, erũt aperiendæ cum [d] diacalamentho, & [d] diatrion pepereon, & [e] pulueriżatione piperis ſuper vinum [e] Et ſi allia & cępas comedere conſueuerint comedant. [e] Theriaca quoque eis multum confert: & proprie cum oppilationes acciderint: [e] & ſilr̃ athanaſia & [e] {humoruſia.} Ipſi vero poſt eas humectandi ſunt [e] cum balneo & oleo, & nutrientibus ſicut brodium carnis cũ candaruſio et hordeo. et ſi biberint hydromel, confert eis: & ſecuros eos faciet, ne eis accidant oppilationes, & dolores iuncturarum, poſtq; in ipſo additum fuerit, ſi oppilationem in aliquo ſenſerit mẽbro, aut, pręparatione ad ipſam, illud quod ſit ei propriũ, ſicut ſemen apij, & eius radix membris vrinæ. Quod ſi oppilatio petroſa fuerit, aperiatur ex eo, quod eſt fortius ſicut [f] {ſatraſiliũ.} Et ſi oppilatio fuerit in pulmone, aperiat̃ cum aliquo, quod ſit ſicut hyſſopus, & capillus veneris, & caſia lignea, & his ſimilia.

D G.ibid.c.6.

E Gal.li.5.ſan. c.6.d

G

E ambroſia.

E G.ibi.c.6.e

F G.5.ſa.tu.c.

F ceſtrũ.i. xiphagon

*De fricatione ſenum.* *Cap. 5.*

OPortet vt in qualitate, & quantitate ſit temperata. [g] Et ne vllo modo mẽbra debilia cum ea tangantur, neq; dolentia. [g] Et ſi fricatio vices habuerit interpoſitas in vicibus pannis groſſis aut manibus nudis. ſ. abſq; mantili aut re alia fricentur, hoc nanq; eis confert, [g] & interpollationes ægritudinum membrorum eorum prohibet.

G G.5.ſa.tu.c.

*De exercitio ſenum.* *Cap. 6*

EXercitiũ [h] ſenũ diuerſificatur ſm diſpõnum corporum eorum diuerſitatẽ: & ſm illud, quod eis ex ægritudinibus accidere ſolet: & ſm vſus ipſorũ in exercitio. [h] Nã ſi eorum corpora in vltima fuerint æqualitate poſita, conuenientia eis erunt exercitia tp̃ata. Et ſi fuerit in eis membrum, quod nõ in ſua meliore exiſtit diſpõne, ſit eius exercitiũ alia ſequẽs [h] mẽbra in exercitio, verbi grã ſi capiti alicui acciderit vertigo, aut epilepſia, aut materiæ ad collũ deſcendere, & frequẽter conſueuerunt, aſcenderint vapores ad caput, & cerebrũ, non confert ei exercitiũ, in quo caput curuat̃, aut declinat, ſed exercitio vti debebit, quod ſit in incedẽdo, & currendo, & equitando, & oĩ exercitio, quod medietas corp̃is inferior aſſumit. [h] Et ſi ægritudo in partibus pedũ fuerit, exercitijs vtetur, q̃ fiunt ex ſuperioribus, ſicut manus manibus contrahere, & proijcere lapides, & eleuare. Et ſi ægritudo fuerit in medio, ſicut ſplene, & hepate, & ſtomacho, & ĩteſtinis, erunt ei vtilia exercitia duarũ extremitatũ, niſi ſit aliquid, quod prohibeat. [h] Quod ſi egritudo in parte pectoris, fuerit, exercitiũ inferiorũ erit ei neceſſariũ. [h] Et ſi in rene aut veſica fuerit, non cõfert ei niſi ſuperiorũ exercitium [h] Et hęc membra in exercitio penitus non ordinent̃ ad hoc, vt ex eo fortiora fiãt. Et hoc quidẽ in ſenibus diuerſum eſt ab eo, quod eſt in alijs ætatibus. & eſt diuerſum in primis ſenibus, quibus confert plurimum eius, quod cõfert ſenibus. Iſti nãq; membra debilia fortiora facere debent ordinate, ſm modum exercitij, quod eſt eis conueniens, & in quo ſunt. Membra vero infirma [i] quandoque exercitantur, & quandoq; hoc non conceditur. ſ. cum fuerit calida, aut ſicca, aut fuerit in eis materia, quæ ad putrefactionem declinauerit: & non fuerit in ea maturatio.

H Ga.5.ſa.tu.

H Gal.ibidem

H

H G.ibidem

H G.ibidem

I G.5.ſa.tu.c.

Doctrina.



A DOCTRINA IIII. *de regimine corporis, cuius non eſt complexio conueniens. Et ſunt quinq; capitula.*

*Doctrinæ quartæ dictionis tertiæ de rectificatione complexionis ſuperfluæ caliditatis,* *Cap. I.*

DIcemus, [a] q̃ malitia complexionis calidæ, aut eſt cum æqualitate ambarum paſſiuarum, aut cum victoria ſiccitatis, aut humiditatis. Cum autem ambæ paſſiuæ fuerint æquales, ſciemus, q̃ caliditatis augmentum erit ſm terminum: & non erit ſup̃fluum, & [b] ſi non, ſiccaret. Cum autem calidum exiſtit cum ſiccitate, poſſibile eſt vt complexio iſta in ſua diſpõne longo remaneat tp̃e. Calidi vero cum humiditate ſocietas nõ durat: q̃m humiditas q̃nq; ſuperat caliditatem, & extinguit ipſam. Et q̃nq; caliditas ſuperat humiditatem, & ſiccat eã. Diſpoſitio igitur hñtis complexionem, in qua humiditas ſuperat, meliorabit̃ in complemento iuuentutis, & fiet æqualis in eis. Cum autem declinat in ætate, tũc humiditas extranea augmentari incipiet, & caliditas minui, Ergo dicemus, q̃ ſumma regendi complexionem habentes calidã, [c] in duabus eſt cõprehenſa intẽtionibus: vna quarum eſt, ſm q̃ eſt voluntas reducendi eos ad æqualitatem: & altera eſt ſm quam eſt voluntas conſeruandi ſanitatem, ſicut eſt. [d] Primam vero habere non poſſunt niſi ocioſi, qui ſuas domuerunt animas ſm prolixam tolerantiam, in tp̃e quo ordinate ad æqualitatem redeant: ipſos nanq; abſq; ordine regere, perducet eorum corpora ad ægritudinem: [e] ſed & ſecundam poſſibile eſt ſi ſit eorum regimen ex nutrientibus, quę ipſorum ſint conuenientia cõplexionibus, ita vt conſeruetur ſanitas, quæ eſt in eis reperta. Quicũq; autem complexionẽ habentium calidã in duabus paſſiuis temperati fuerint, ſanitati, in principio rei ipſorum, propinquiores erunt, [f] & faciet illorum complexio dentes, & pilos velocius naſci, & erunt facundi, & [f] clari in verbis, & [f] veloces in inceſſu. Cum autem in annis proceſſerint, vincet in eis caliditas, & augmentabitur ſiccitas: & accidet eis complexio mordicatiua, & in multis quidem eorũ multa cholera rubea generatur. [f] Ipſorum vero regimen in prima ætate debet eſſe ſicut temperatorum regimen. Et cum mutabuntur, ſuum mutabunt regimen ad illius regimen, in quo elaborabatur vt ipſius prouocetur vrina, & cholera [f] euacuetur rubea ſm vnam duarum partium, ad quam declinãt ſuperfluitates. ſ. partis fluxus vẽtris, aut partis vomitus. Quod ſi ſola natura ad deponendum humorem, & euacuandum nõ ſuffecerint: [f] in vomitu quidem adiuuetur ex rebus leuibus, ſicut potu multæ aquæ calidæ ſolius, aut cum nebit. Et in ſolutione quidem ventris ſit cũ aliquo, quod ſit ſicut violæ conditæ, & tamarindi, & [f] {terenyabin,} & [g] {xiracoſt.} Ipſorum præterea [h] exercitium erit alleuiandũ. Et oportebit vt cibus detur eis, qui ſit boni chymi. Et fortaſſe neceſſe erit vt qualibet die tertia adminiſtrent balneationẽ. Et oportebit ẽt vt ab omni re calefaciente prohibeant̃. [h] Quod ſi ex balneatione poſt cõmeſtionẽ non ſenſerint tenſionẽ, & grauitatem in parte hepatis & ventris, ſecure ea vtantur: & ſi aliquid horum acciderit, [h] aperitiua eis dẽtur, ſicut [h] infuſio abſinthij, & [h] aniſum, [h] & amygdalę amarę, & [h] oxymel, & balneationem poſt comeſtionem dimittant. [h] Hæc autem aperitiua eis danda ſunt, poſtquam primus cibus digeſtus fuerit: & anteq; ſecundum ſumant: In hora tamen, inter quam & comeſtionem ſecundi, ſpatium notabile interueniat temporis: & hoc quidem eſt inter excitationem matutinalem & horã, in qua balneantur. Ipſi præterea ſunt oleis ſuperinungendi: [h] & vinum eis album & ſubtile in potu tribuendum eſt: & cõfert eis aqua frigida. Et illi quidem, qui à principio rei complexionem habent calidam & ſiccam, hoc toto ſunt digniores. Qui vero complexionem habent calidam & humidam, & putrefactioni ſunt apti, & vt materiæ ad membra deſcendant, exercitio vti debent, quod multæ ſit reſolutionis, & leni, ne calefaciat: cauẽdo à motu, qui in humoribus ebullitionem apparere faciat. Qui vero plurimum ab exercitio ſibi cauere debet, eſt ille, qui non conſueuit. Et melius quidem eſt vt exercitent̃ poſt euacuationem: & vt balneent̃ anteq; comedant, & vt ſtudeant in expellẽdo ſuperfluitates oẽs. Cumq; in ver intrauerit, tũc ſe præſeruent ſeu cõſeruent minutione & euacuatione.

A G.6.ſa.tu.c.3.h

B Fen. 1.do.3.c.1.

C G.ex art.medi. c.86.f

D G.6.ſa.tu.c.3.b, & li.5.c.10.c

E G.li.5. de ſa.tu. c.10.c, & li.6.c.3.b, & li.3.alimẽ.c.42.d & li.9.meth. med. c.9.g

B

F Ga.6.ſa.tu.c.3.h

F ſpẽs mannæ,

G Manna.

G G.6.ſa.tu.c.3.a

C

*De rectificatione complexionis, in qua eſt frigiditas cum augmento:* *Cap. 2.*

HVius quoq; ſpecies [i] tres ſunt. In illa ergo, quæ ex eis in duabus paſſiuis ęqualis fuerit, elaborandum erit, vt eius [i] innatus calor ſm augmentũ procedat cũ nutrientibus calidis, inter humiditatem & ſiccitatem tp̃atis, & vnguentis calidis, & electuarijs magnis, & euacuationibus humoribus p̃prijs, & balneationibus ſudorẽ facientibus, & exercitijs iuuantibus eos. Licet. n. aliquo tẽpore in humiditate ſint temperati: accidet tñ eis, vt humiditates in ipſis propter frigiditatem generent̃. [i] Illorum aũt in quibus cum hoc eſt ſiccitas, regimẽ oportet vt ſit ipſummet regimen ſenũ.

I Ga.6.ſa.tu.c.4.h

D

*De regimine corporum, quæ velociter ægritudines incurrunt,* *Cap. 3.*

I[k]Sti autem ad hoc ſunt parati propter repletionem ſui. Et tunc quidem in ipſis temperãda, ſeu adæquanda eſt humorum quãtitas: aut propter humores crudos, qui in eis exiſtunt: & tũc quidem temperanda eſt ipſorũ humorum qualitas: & eligendum eſt eis ex nutriẽtibus illud, quod nutrimentũ præbet mediũ inter multum & paucum. [l] Et humorum ipſorum quantitas temperanda eſt cum æqualitate quantitatis nutrimenti, & augmento exercitij, & fricationis anteq; balneent̃, ſi exercitij & fricationis vſum habuerint, aut cum leuiore eorum, ſi non conſueuerunt. Et vt eis cibus partiatur, & non vna vice ſuam cõpleant ſatietatem. Quòd ſi in ipſorũ corporibus ſudor fuerit facilis, & conſueuerint, fiat vt iſti aliquibus ſudent vicibus. Et ſi tarditas comeſtionis ipſorum non fecerit, vt cholera rubea in eorum effundatur ſtomachis, retardetur ipſa vſq; poſt balneum: q̃ ſi fecerit, præmittatur antequam balneentur. [m] Et hora quidem temperata, ſi prohibitor ibi nõ affuerit, eſt poſt quatuor horas diei æquales. Si autem propterea, quòd cholera rubea in ipſorum

K G.6.ſa.tu.c.6.d

L Ga.ibi. & Aeti. li.1.ſer.4.c.31.

M G.6.ſa.tu.c.7.g

effunditur ſtomachis, cibus fuerit ſumendus prius balneentur, poſtea ſi oppilationum in [m] hepate ſignificationes ſenſerint, cum aperitiuis prænominatis, ſuis conuenientibus complexionibus medicent. [m] Et ſi cum hoc in capite nocumentū ſenſerint, cum ambulatione ſuccurratur. [m] Et ſi eius cibus in ſtomacho corruptus fuerit, & poſtea deſcēderit p ſe erit hoc bonū: q ſi non, deponat cum [m] {diacymino,} aut [m] ficubus cum [m] ſemine cartami cōfectis vel cōmiſtis, cuius cōfectio eſt notata. E

*De impinguando macrum.* *Cap. 4.*

CAuſarum macici fortior, ſicut [a] diximus, eſt ſiccitas cōplexionis, & meſeraicæ, & ſiccitas aeris. Meſeraicæ enim cum ſiccantur, nutrimentum non recipiunt, & augmentatur ſiccitas & macies. [a] Fricatio igitur ipſi adhibenda eſt antequā balneetur, quæ ſit media inter aſperam & lenem, donec rubeat cutis: deinde fricatio fortior fiat: poſtea [b] emplaſtrum ex pice ſuperponatur: deinde temperate exercitetur: poſtea abſq; tarditate balneetur: deinde ſiccis mantilibus exiccetur: poſtea pauco inungatur oleo: deinde cibum ſumat ſibi conuenientem. [c] Et ſi ipſius ætas, & tēpus, & conſuetudo aquam tolerauerint frigidam, ex ea ſuper ſe fundat. Terminus autem fricationis, quæ ante picis emplaſtrum præmittitur, eſt vt inflatio non incipiat conſumi, Et hoc quidem eſt propinquū ei, quod in augmentando membrum paruum diximus. Complementum vero locutionis de hoc, inuenietur in libro de decoratione quarti libri.

*De macrefaciendo pinguem.* *Cap. 5.* F

IPſius regimen eſt, [d] vt deſcenſus cibi à ſtomacho eius, & inteſtinis ſit velox, ne compleatur meſeraicarum ſuctio in ipſo, [d] & vt cibum ſumat, qui ſit multæ quantitatis, & pauci nutrimēti. [d] Et frequenter balneetur antequā comedat: [d] & exercitium feſtinum, & olea reſoluentia. & de electuarijs, [e] tryphera minor: & electuarium de lacca, & [f] theriaca: & vt ieiunus bibat acetum cum almuri. Et nos quidem nominabimus hoc in dictione decorationis.

DOCTRINA V. *de mutationibus aeris, & eſt cap. I. & ſumma prima.*

*Doctrinæ dictionis tertiæ de regimine temporum cum rectificatione aeris,* *Cap. 1.*

IN [g] veris quidem principio ſuccurrendum eſt ad minuendum, & ad bibendum cathartica, ſm q neceſſe eſt, & ſm cōſuetudinem. In ipſo quoq; proprie [h] vomitus prouocandus eſt. Et omnis res multum calefaciens, & humectans eſt dimittenda ex carnibus, & potibus, & [i] nutriens ſubtiliandum. [k] Et exercitio vtendum eſt temperate, quod ſit maius exercitio æſtatis. [l] Cibo quoq; non repleatur quis, immo ipſum partiatur: & in potu ſumat ſyrupos, & [l] {rob} extinguētes, & à rebus abſtineat calidis, & ab omnibus amaris, aut ſalſis, aut acutis. In ęſtate vero minuatur [m] ex cibis, & potibus, & [m] exercitio, & maneat quietus, & [m] extinguentia bibat. [n] Et ſi potuerit vomat, [o] & ſemper in vmbra moretur, & in loco cooperto. In autumno autem & proprie in eo, qui eſt [p] diuerſi aeris, conſeruatio facienda eſt cum G regimine meliore, & omnia ſiccantia ſunt dimittenda. Et cauendum eſt [p] à coitu, & à potu [p] multæ aquæ frigidæ, & ipſius fuſione ſuper caput. Neq; in loco frigido dormiat, in quo eius cutis horripiletur, neq; repletus dormiat. [p] Et caueat ſibi à calore æſtiuo, & [p] frigiditate matutinorū: & [q] ſuum cuſtodiat caput ne frigiditati obuiet. A fructibus quoq; illius tēporis ſibi caueat, neq; ex illis multum comedat, [r] neq; balneetur niſi cum tepida. Cumq; dies cum nocte fuerit ęqualis, [p] euacuetur: ne ſuperfluitates in hyeme conſtringātur, licet in multis corporibus ſit melius ne in autumno aliquid faciant, vnde humores ferueant, & moueantur: immo melius eſt eis vt ipſi quieti pmaneant. Quidam etiam iam vetuerunt ne vomitus in autumno fiat: qm̄ ad febrem perducit. [s] Vinum pręterea vehemēter debet eſſe aquatum: & non ſit ſuperflue. [s] Scias quoq; q in multis pluuijs in ipſo conſiſtit ſecuratio ab ipſius malitia. In hyeme vero [p] multum laborare debent, & copioſius comedere, niſi fuerit meridiolanis: qm̄ ſi ſic fuerit, exercitium erit augmentandum, & cibus minuendus. Oportet præterea vt triticum panis hyemis ſit fortius: & fortioris ſoliditatis, q̄ panis æſtatis. Et ſimiliter eſt ratio in carnibus: & aſſatis, & eis, quæ ſunt ſicut ipſæ. Et vt ſint olera quibus veſcuntur ſicut caules, & ſicla, & apium: & non atriplices, neq; blitis, neq; portulaca, neq; endiuia. Amplius corporibus ſanis [t] raro accidunt ægritudines in hyeme: quibus ſi acciderint, medicando ſuccurrendum eſt, & euacuando, ſi oportuerit. Impoſſibile.n. eſt vt ipſa accidat ægritudo, niſi propter magnam cauſam: & proprie ſi calida fuerit. H [u] Calor.n. innatus, qui eſt regitiuus, in hyeme vehemēter ſit fortis: propterea, q à reſolutione ſaluatur: & conſtrictione vel coadunatione vnitur. Oēs præterea naturales virtutes ſuas melius perficiunt operationes. [x] Hip. quoque viſum eſt, q melius eſt in ipſo ventrem ſoluere, q̄ minutionem facere. [y] Et abhorret vomitū in ipſo: & videtur ei, q in ęſtate ſit bonus, qm̄ humores in æſtate ſunt natantes, & in hyeme ad ſubſiſtēdum declinantes, ipſum ergo imitentur. Aer vero cum corrumpitur, aut fit peſtilentialis, obuiandum eſt, exiccādo corpus: & reparando domum cum rebus, quæ ſuis virtutibus infrigidant & humectant. Et hoc quidē eſt, quod magis eſt faciendum in peſtilentia. Aut calefaciant, & faciant, q ſit contrariū ei, quod ex aeris corruptione prouenit. Odores præterea boni, ſunt res in hoc magis conferētes: & proprie cum putauerint, q ſint complexioni aeris contrarij. In peſtilentia quoq; neceſſitas multum aerem attrahendi eſt minuenda: & hoc quidem fit cum ocio & quiete, & euentatione facta cum ventolis vel flabellis. A terra præterea multoties eleuatur aeris corruptio: & tunc quidem conuenit in lectis ſedere, & hoſpitia quærere vehemēter alta, quæ à ventis rumpuntur. Multoties quoq; eſt principiū corruptionis aeris ab ipſo aere, propter illud, quod ei aduenit ex corruptione vicinantium aerum



A [a] aut propter rem cœleſtem, cuius qualitas non eſt hominibus cognita. in huiuſmodi ergo ad domos ſubterraneas eſt fugiendum, aut ad domos, quæ parietibus vndiq; ſunt circundatæ, & ad cauernas. Suffumigationes autem, quæ aerum putrefactiones ſunt rectificantes, ſunt ſicut cyperi, & thuris, & myrti, & roſæ, & ſandali. [b] Aceto præterea in cibo & potu vti in peſtilentia, eſt nocumenti ipſius ſecuratio, & nos quidem in [c] libris particularibus nominabimus complementum eius, quod eſt dicendum de hoc.

*Summa doctrinæ quintæ Fen tertiæ, cuius ſunt. VIII. Capitula.*

*Summæ doctrinæ quintæ, Fen tertiæ, eſt ad ſuccurrendum accidentibus, quæ pronoſticantur ægritudines.* *Cap. 1.*

I[d]Lle cui tremor cordis aſſidue acciderit, de ſe ipſo ſit ſolicitus, ne ſubita intercipiatur morte. [d] Ille cui frequenter acciderit incubus, & [e] vertigo de ſeipſo ſolicitus exiſtat, & humorem euacuet groſſum, ne ad epilepſiam perueniat, & apoplexiam. [e] Quando multa in toto corpore fuerit iectigatio, regatur phlegmatis euacuatione. ideo ne hoc habēs, ſpaſmum incidat & apoplexiam. Et ſimiliter cum perdurauerit, vt ſenſus ſint turbidi, & motionum adſit debilitas cū repletione. [e] Cum membra omnia ſtupida fuerint multum, tunc regantur cum euacuatione phlegmatis, ne ad paralyſim & ſpaſmum perueniant. [f] Cum facies multum iectigauerit, cui hoc acciderit, regatur purga-
B tione cerebri, antequam ad torturam deueniat. [f] Cum facies vehementer rubuerit, & oculus, & lachrymæ fluxerint, & lumen effugerit, & capitis dolorem habuerit, minutione regendus erit, & ſolutione ventris, & his ſimilibus, ne incidat in phreneſim. [g] Cumq; multa abſq; cauſa fuerit triſtitia, & timor, regendus erit aduſti humoris euacuatione, ne ad melancholiam deueniat. [h] Facies quoq; cum rubet, & tumet, & fuſcitati attinet, & fit hoc perdurans, portendit lepram. [h] Cum corpus fuerit graue, & laſſum ſit, & venæ apparuerint, minuendum erit antequam venæ ſciſſura accidat, aut apoplexia, aut mors ſubitanea. [h] Cum in facie tumor, ſeu inflatio ſparſa fuerit, & in palpebris, & in extremitatibus, diſpoſitioni hepatis eſt ſuccurrēdum, ne incidat in hydropiſim. [h] Cum ſtercoris fœtor multus fuerit, regimine vtendum erit remouendo à venis putrefactionem, ante quam ad febres perueniat, vrinæ tamen ſignificatio eſt in hoc vehementior. [i] Cumq; laſſitudinem & fracturam videris, time quod febris accidat. Cumq; comedendi appetitus cadit, aut augmētatur, ſignificat ægritudinem. [k] Et ad ſummum omnis res, quæ de ſuo mutatur vſu, ſcilicet deſiderium, aut egeſtio, aut vrina, aut coeundi voluntas, aut ſomnus, aut ſudor, aut corporis pruritus, aut ingenij ſubtilitas, aut ſapor guſtus, aut pollutionis nocturnæ conſuetudo, cum augmentantur, aut diminuunt, aut ſuam mutant qualitatem, pronoſticantur ægritudinem. [k] Et ſimiliter vſus non naturales, ſicut hæmorrhoidarum ſanguinis fluxus, aut menſtruorum, aut vomitus, aut ex naribus ſanguinis fluxus, aut
C conſuetudo deſiderandi rem aliquam, ſiue mala ſit, ſiue non ſit mala, [l] quoniam vſus eſt ſicut natura. [l] Et propter hoc non debet abſtinere quis, niſi à multum malis: quæ tamen ex eis dimittere debet, ordinate dimittat. Eſt præterea cum res particulares particularium rerum ſunt demonſtratiuę, [l] perſeuerantia nanq; doloris capitis, & hemicranei, dilatationem pronoſticatur pupillæ, & deſcenſum aquæ in oculum. [l] Imaginari oculis coram facie, ſicut cimices, & reliqua, cum manſiuum ſit & ſtabile, & viſus cum hoc aſſidue debilitatur, portendit deſcenſum aquæ in oculum. [l] Cum grauitas & punctura in tempore dextra perſeuerauerit, hepatis ſignificabit ægritudinem. [l] Grauitas & tenſio in inferioribus dorſi, & ilio, cum mutatione diſpoſitionis vrinæ ab eo, quod eſt conſuetum nocumentum in renibus pronoſticatur. [l] Stercus non habens tincturam, ſicut ſolebat, ſignificat icteritiam. [l] Cum ardor vrinæ perſeuerat, vlcera ſignificat quæ in veſica accident & virga. [l] Egeſtio in ano aduſtionem faciens, pronoſticatur dyſenteriam. [l] Deſiderij caſus cum vomitu, & inflatione, & crurium dolore portendunt colicam. [l] Pruritus in ano, cum parui vermes ibi non affuerint, pronoſticatur hæmorrhoidas. [l] Multorum aldemamil. i. foruncolorum natiuitas, & nodorum magnam ſignificat exituram, ſeu magnum ſignificat [l] {aldubeleti} Serpigo, albaras pronoſticatur nigram. [l] Et morphea alba, pronoſticatur albaras albam.

*Dictio vniuerſalis de regimine iter agentium.* *Cap. 2.*

D ITer agens [m] à rebus abſtineat, quibus vti conſueuerat, cum eſſet cum ſuis familiaribus: labores nanq; & dolores ei accidunt, quapropter ſtudium impendere debet ad hoc, vt de ſe ſit ſolicitus, ne ad multas perueniat ægritudines. Et illud de quo plus ſolicitus eſſe debet, eſt nutriens, & laſſitudo. Suum vero nutriens meliorari debet, & facere vt ſit bonæ ſubſtantiæ, [n] & propinquæ menſuræ, & non multæ, ideo vt digeratur, [n] & ſuperfluitates in venis ipſius non congregentur. Amplius equitare non debet plenus, ne eius cibus corrumpatur, & neceſſitatē habeat bibendi aquam, & augeatur commotio, & ſonitus in ſtomacho, & nauſeatiua ſatietas: immo expectare cibū debet, vſq; ad horam hoſpitandi, niſi fuerit propter cauſam, quam poſtea dicemus. Quod ſi multum ei neceſſarium fuerit, rem modicam comedat ſm modum temperamenti: & tātum ne per ipſam bibendi aquam neceſſitatem habeat, ſiue ſit eius iter nocturnum, ſiue diurnum. Laſſitudo quoq; eius regenda eſt ex eo, quod in [o] capitulo de laſſitudine dictum eſt. [p] Oportet præterea ne eat in vias repletus ſanguine, aut alio, ſed corpus ſuum mundificet, deinde incedat, [p] & ſi nauſeatiuam ſatietatem habuerit, famelicus fiat, & dormiat, & nauſeatiuam ſatietatem reſoluat, poſtea in viam pergat. Oportet præterea vt qui iter aggreditur, vtatur ordine, & parum plus ſolito exercitetur. [p] Et ſi in ſuo itinere neceſſarium fuerit vigilare, aſſueſcat vigilare parū: & ſimiliter ſi timet ne fames ei accidat, aut

A Li. 4. F. 1. t. 4. ca. pi. 1.
B Raſ. t. 4. c. 15.
C Li. 4. F. 1. t. 4. ca. 1. 2. 3. 4. 8.
D Raſ. t. 4. c. 8.
E Li. 3. F. 1. t. 5. ca. 1.
E Raſ. ibi.
F Li. 3. F. 2. ca. 18. & Raſ. ibi.
G Hip. 6. apho. 23. & G. 3. loc. af. c. 7. fo. 18. c. & Raſ. t. 4. cap. 8.
H Raſ. t. 4. c. 8.
I Raſ. & Hippo. 2. apho. 5.
K G. ex arte medi. c. 82. d. c. 1. & Raſ.
K G. ibi. & Raſ.
L Hip. 2. apho. 50. b. c.
L Raſ. ibi.
L ſinum
M Raſ. t. 6. c. 11.
N Raſ. 34. cōti. t. 2. ca. 1. 491. 2.
O 14. doc. 3.
P Raſ. t. 6. c. 11.

dat, aut ſitis, aut aliud ab iſtis, debet ea aſſueſcere: & debet vti cibo, quo in itinere vult nutriri: & debet conſtituere, vt eius [a] cibus ſit in quantitate paucus, & multi nutrimenti. [a] Olera præterea dimittat, & fructus, & quicquid humorem generat crudum, ni fuerit propter neceſſitatem, vt ex eo medicetur. Et fortaſſe iter agenti eſt neceſſarium, vt præparetur ad famem tolerandam, & minorationem appetitus. Ex eis autem, quæ ipſum iuuant in hoc, ſunt cibi facti ex hepatibus aſſatis, & his ſimilibus. Et eſt cum ei fiunt pilulæ cũ viſcoſitatibus, & adipibus liquefactis fortibus, & amygdalis, & oleo amygdalino: ſintq; adipes, ſicut adeps vaccinus: quarum vnam cum comederit, famem longo tempore tolerabit. [b] Quidam quoque retulerunt, quod vnus homo biberit libram vnam olei violacei, in quo cera diſſoluta fuit, donec in emplaſtri ſimilitudinem conuerſa fuerint, decem diebus poſtea comedere non deſiderauit. Et ſimiliter quandoque indiget, vt præparentur ad ſitim tolerandum. Secum ergo deferre debent ex medicinis ſitim extinguentibus, quas [c] in libro tertio, in capitulo de ſiti dicemus: & proprie ex ſemine portulacæ.iij. drach. cum aceto bibat. Et dimittat nutrientia ſitim facientia, ſicut [d] piſces, & [d] cappares, & ſalſa, & dulcia, & [d] minuat loquelam, & [d] molliter incedat. [e] Cumq; aquam cum aceto biberit, parum ex ea ei ſufficiet in ſedando ſitim, vbi non multa inuenitur aqua.

A Haly.li.ij. ca.31.&Ras.ibi. pi.11. A Ras.ibi. — B Ras.34.ibi. ca.2.491.3. — C F.13.t.1.ca. — D Ras.t.6.c.3. E Cap.7.

*De regimine cauendi à caliditate, & proprie in itinere, & regimine iter agentium in ipſa. Cap. 3.*

Hos etiam niſi ſeipſos regant, res in ſuo fine ad hoc perducet, ꝙ debilitabuntur, & eorum reſoluentur virtutes, ita ꝙ ſe mouere non poterunt: & ſuperabit ſitis: & fortaſſe ſol eorum impediet cerebra. Quapropter ſtudere debent, [f] vt vehementi coopertura à ſole ſua tegant capita. Et ſimiliter debent iter agentes [g] pectora ſua cuſtodire: & epithemare ex tali, quale eſt mucilago pſyllij, & ſuccus portulacæ. Iter præterea agentes in calore quandoq; neceſſe eſt aliquid comedere antequam eant, ſicut [g] {ſauich} hordei, & ſyrupum de fructibus, & reliqua ab eis: quoniam cum equitant, & in eorum interioribus nihil exiſtit, multum debilitat eos reſolutio, & non erit in eis reſtauratio. Sumere ergo debet ex eo quod diximus aliquantulum, & deinde moretur, donec de ſtomacho deſcendat, & non conquaſſetur. In via præterea deferre debet oleum roſ. & viol. ex quo hora poſt horam in ſuis dorſis inungatur. Multorum præterea quibus in via ex calore accidit nocumentum, redeunt diſpoſitiones propter natationem in aqua frigida: veruntamen melius eſt, ne hoc cito fiat, ſed parum expectent, deinde ordinate ad ipſam accedant. Qui autem æſtuationem aeris calidi timuerit, nares, & os inſtita ſibi ligare debet, & toleret laborem in hoc: debet etiam prius cum lacte abſq; butyro cępas comedere: & proprie cum cępæ in ipſo fuerint præparatę, aut nocte vna infuſæ, comedat cæpas, & ſorbeat lac. [g] Et oportet vt ſint cæpæ, antequam in [g] {aldog} mittantur fortis inciſionis. Sit præterea illud quod odorat oleum roſaceum, vel naribus attrahat oleũ roſaceum, & [g] oleum de ſeminibus cucurbitæ, & ſorbeat oleum de ſeminibus cucurbitæ, quoniam malitiam, ſeu nocumentum æſtuationis aeris calidi remouet, quam timet. Cum autem [g] {venenum} ei nocumentum fecerit, [h] ſuper extremitates ipſius aqua proijciatur frigida, & facies ea lauetur. [h] Sitq; eius cibarium ex oleribus frigidis, & ſuper ipſius [h] caput ex oleis fundatur frigidis, ſicut oleo roſaceo, & ex [i] {chalef} & ſuccis frigidis, ſicut vermicularis ſucco, deinde lauetur: [h] & à coitu ſibi caueat. Saliti quoq; piſces ei conferunt, cum quieuerit quod habet. [h] Vinum quoq; temperatum ei cõfert. [i] Lac præterea eſt melior cibus, ſi febrem non habuerit. Et ſi habuerit febrem, quæ non fuerit ex febribus putridis, immo ex ephemeris, bibat doch acetoſum, id eſt lac abſq; butyro. Cumq; ſitim habuerit poſt venena, ſuccurratur [i] ex collutione oris cum aqua, ſed non bibat ex ea donec ſatietur: quia tunc ſubito morietur, immo oportet vt ei ſufficiat collutio oris cum aqua. Quod ſi multa ei neceſſitas bibendi ingruerit, ſemel ex ea glutiat parum, & ſecundo, & tertio, & deinceps. Cumq; quieuerit illud quod ex ſiti ei excitatum fuerit, bibat. Et ſi antequam bibat, inceperit bibere oleum roſaceum cum aqua miſtum, & poſtea bibat aquam, erit melius. Et ad ſummum ille, quem calor impedit, in loco debet manere frigido: & pedes abluere ex aqua frigida. Et ſi fuerit ſitiens, aquam frigidam paulatim bibat. Et ex cibo qui cito digeritur, nutriatur.

F Ras.t.6.ca. Aet.li.1.Ser. G Ras.t.6.ca. — G *ptiſana* — G *lacte acetoſo* — G *æſtuatio* H Aeti.li.1.Ser. cap.47. — H *ſpecie ſal.* I Ras.t.6.c.1. — I Ras.ibi.ca.

*De regendo iter agentem in frigore, & congelatos. Cap. 4.*

Dico ꝙ iter agere in forti frigore, eſt res magni timoris, licet multũ cuſtodiat ſe, & muniat omnibus quæ ſunt neceſſaria: & quanto magis cum non totum quod neceſſarium eſt, præparauerit. Quàm plures nanq; iter agentes, omnibus quę neceſſaria erant, ſe rexerũt, & [k] poſtea frigore mortui ſunt, quos frigus interfecit, & aldomach.i. nix cum vento, ſpaſmo, [l] aut congelatione, aut apoplexia: & [m] moriuntur quidem morte eorum, qui opium biberint, aut mãdragoram. Quod ſi eorum diſpoſitio ad mortem non peruenerit, multoties in famem incident, [n] quæ vocatur boliſmus, in qua quid ſit faciendum, & in alijs ægritudinibus iam in ſuo [o] loco diximus. Et res quidem eis melior eſt, vt poros claudant, & nares, [p] & os cuſtodiãt ne in eo aer frigidus ſubito ingrediatur: & vt extrema cuſtodiant cũ eo quod nominabimus. Cumq; iter agens in frigore, hoſpitatur, [q] non illico ſe calefacere debet: immo in hoc paulatim ordinetur in calore paruo, & ad fortem calorẽ non cito accedat, immo ſi ad ipſum non acceſſerit, erit melius. Quod ſi vehementer ei fuerit neceſſariũ, ſm ordinem ad ipſum accedat. Et ille quidem cui eſt conuenientius ab eo ſeparari, eſt qui cito vult ire, & ad frigus egreditur. hoc eſt cum frigus non ad hoc peruenerit, vt iter agentẽ debilitet, & eius deijciat fortitudinem. Sed ſi infrigidatio in ipſo operata, vel impreſſa fuerit, neceſſe eſt, vt feſtinet ad ſe calefaciendum, & leniendum ex oleis calefacientibus: & proprie illis, in quibus theriacæ proprietas

K Li.3.F.1.t.5.ca. & G.de diffe. morb.c.3.d.& cap.5.e,& de. morb.c.3.d.&b t.5.ca.4. L Li.3.F.2.c.5. M Lib.4.F.6.ſu. Sum.3.c.1.&3. N G.2.aphor. O Lib.3. P Ras.t.6.c.4. Q Ras.ibi.&G. meth.med.ca. & de inæqual. tẽperie,ca.6.& loc.affe.ca.3.d



prietas exiſtit, ſicut oleum de lilio. Cumq; iter agens in frigore, hoſpitatus fuerit, & fuerit famelicus, & rem comederit calidam: accidet ei calor, ſicut ex febre mirabilis. Iter agentes præterea nutrientia habent, quæ faciliter rem, ſeu nocumentum frigoris tolerare faciunt. Et hæc quidem ſunt nutrientia, in quibus multum ponuntur [a] allia, & [a] nuces, & ſinapi, & [a] aſſa. Et eſt cum in eis mittuntur cæpæ, vt boni ſint ſaporis conditæ, cum allijs, & nucibus. [a] Butyrum quoque eſt eis bonum, & proprie cum poſt ipſum forte hauſerint vinum. Oportet præterea vt iter agens in frigore non ambulet, dum eſt vacuus, [a] immo impleatur nutrimento. & vinum loco aquæ bibat: & moretur, donec iſtud in ſuo ventre quieſcat, & calefiat, & poſtea equitet. [a] Aſſa quoque eſt ex eis, quæ in frigore congelatum calefaciunt: & proprie cum ipſa in vino ei ad potãdum datur, cuius integra doſis eſt drachma vna, aſſæ, & vini lib.1. Amplius iter agentes in frigore habent vnde fiat epithema, quod eorum muniat corpora, ne à frigore patiantur, ex quibus eſt oleum, & alia ab eo. [a] Allia quoq; ſunt ex rebus ei vtilibus, qui ab aere venerunt frigido.

A Ras.t.6.c.4.

*De cuſtodiendis extremitatibus à nocumento frigoris. Cap. 5*

Iter agens [b] extrema in primis fricare debet, donec calefiãt: deinde ex oleo calido ea liniat, quod ſit ex oleis bene redolẽtibus, ſicut oleum de [b] lilio, & oleum [b] de ben [b] et {almiſuſen} quoq; liniri tum eſt eis conueniens: & ſi ipſum nõ habuerit, oleum ſumat, & proprie cũ in ipſo poſuerit piper, aut pyrethrum, aut euphorbium, aut aſſam fœtidã, aut caſtoreum. Ex epithematibus præterea extremitates cuſtodientibus eſt, vt ſuperponat eis galbanum, & allia: quia eſt ſecuratio, & non eſt aliquid ita adiuuans, [b] ſicut [b] {alkitran.} Et non oportet, vt ſotular, aut calciamentum, quo pes tegitur, ſit ſtrictus: ita vt pes in eo cõmoueri non poſſit qm̃ motus membri eſt vna ex rebus prohibentibus ab eo frigus: membrum quoq; ſuffocatum incurrit in frigus vehemens. Et cum ipſum cooperitur pergameno, & pillis, & poſtea cum [b] {buber} eſt magis ipſum cuſtodiens. [b] Cum autem manus, aut pes frigus non ſenſerit, & ex frigore nihil diminutum fuerit, nec ſolicitudo prima fuerit cuſtodiendi ipſum regimine conuenienti, ſcias quod ſenſus iam eſt in itinere deſtructionis, & quod frigus iam effecit in ipſo operationem ſuam. Nunc igitur excogitare debemus, quid in ipſo ſit faciendum. Quod ſi frigus in membro operabitur, & innatum qui in ipſo erat extinxerit calorem, et conſtrinxerit illud quod reſoluebatur ex eo in eius ſubſtantia, & ipſum putrefactioni aptum effecerit, erit quãdoq; neceſſarium facere totum quod in capitulo de [c] vlceribus eſt dictum, & proprie de herpetibus heſthiomenis malis. Sed cum frigus ipſum impedierit, & nõdum computruerit, ſed eſt in via ad ipſam putredinem melius erit, vt extremitates ponãtur in aqua naporum proprie, aut in aqua in qua palea cocta fuerit, & in aqua caulium, & in aqua rerũ odoriferarum, & in aqua [d] anethi, & in aqua [d] chamæmillæ [d] omnia iſta ſunt bona, & calamenthum eſt bonum epithematum, & aqua [d] {alſceha.} & aqua ſiſymbrij. Ex napis quoq; emplaſtrum, apponere eſt medicamen eis conueniens. Ab igne præterea ſibi cauere debet, ne ad ipſum accedat. Et oportet quidem vt velociter [d] incedat, & pedes moueat, & extrema, & exercitet ipſa, & fricet: poſtea inungat, & ſuper ipſa aquã calidam ab alto fundat, cum eo quod diximus. [d] Et ſcito, ꝙ dimittere extremitates ſuſpẽſas, & quietas in frigore ne moueantur, & vt non exercitentur, eſt ex maioribus cauſis, quæ faciunt extremis, vt ea ſuperet frigus. Sunt præterea hominum quidam qui ponunt in aqua frigida, & faciunt vtilitatem: ac ſi nocumentum ab eis remoueretur, quemadmodum fructibus accidit congelatis. Cum enim in aquam proijciuntur frigidam: fiunt quemadmodum ſi ab eis extraheretur cõgelatio, & ab eis labitur, & leniuntur, & æquantur: [e] & ſi ea igni applicantur, corrumpuntur. [e] Sed quõ fit iſtud, non eſt medico neceſſarium. [f] Cum autem vna extremitas obfuſcari cœperit: ſcalpellanda etiã erit, & ſanguis ab ea extrahẽdus, membro in aqua calida poſito, propterea ne aliquid ſanguinis in orificijs plagarum congeletur, & non egrediatur: ſed egredi dimittatur, donec per ſe reſtringatur, [f] poſtea ipſa epithemetur ex bolo armeno, & aceto temperatis, quoniam hoc eius remouet læſionem. [f] Alkitran quoque in principio, & in fine iuuamentum præbet. Cũq; res ad nigredinem trãſierit, aut viriditatem, & comprehenditur, ſeu cognoſcitur rem, ſeu membrum putreſieri, & procedere putrefactionem, non laboret, niſi vt velociter auferatur illud, quod computruit, ne etiam ſanum, quod in eius conſiſtit vicinitate, putrefiat: & putrefactio paulatim ad interiora procedat: ſed faciat illud quod in ſuo diximus [g] capitulo.

B Ras.t.6.c.7. — B *ſyrupus de ſlo ribus lilij cũ aromatibus.* — B *gummi cedri* — B *lana cameli.* — C Li.4. F.3.t.1.capi.16. — D Ras.t.6.c.7. — D *ſpeciei abſynthij* — E G.11.meth. meden c.7.d — F Ras.t.6.c.7.

*De conſeruando colorem faciei in itinere. Cap. 6.*

Facies eſt epithemanda ex rebus viſcoſis, in quibus exiſtit conglutinatio, ſicut [h] mucilagine pſyllij, & mucilagine [h] portulacę, & ſicut [h] dragagantho in aqua reſoluto, [i] & gummi arabico in aqua reſoluto, [k] & ſicut albumine oui, & ſicut [k] tortellis de ſimila in aqua reſolutis, & trochiſcis, quos [k] {chritan} nominauit. cum autem ventus eam alterauerit, aut frigus, aut ſol, regimen eius quæres [l] in ſermone de decoratione.

G 16.F.3. t.1.li.4. H Ras.t.6.c.16. I Li.4.F.7.t.2.cap. 3.& Ras.ibi. K Li.2.t.2.c.520.& li.4.F.7.t.2.ca.3.& Ras.34.com.t.2.c. 2.493.1. K *nomen philoſophi.* L Li.4.F.7.t.3.capi.16. M Ras.34.cõt.t.2. ca.2.492.4.

*De conſeruando iter agentem à nocumentis aquarum diuerſarum. Cap. 7.*

Aquarum [m] diuerſitas iter agentem ad ægritudines magis perducit, ꝙ nutrĩetium diuerſitas. Ex hoc ſolicitudo eſt habenda, & res aquæ corrigenda. De eius autem emendatione eſt, vt vehementer coletur, & fiat vt à [n] vaſe terreo multum reſudante egrediatur: ipſam quoq; coquere, quemadmodum declarauimus cauſam, eam quandoq; clarificat: & inter puræ aquæ ſubſtantiam, & id quod ei admiſcetur, ſeparationem facit. Et maius hoc toto eſt, [o] ipſam ſublimando diſtillare. Et etiam cum ex lana retorta fit lychinium, cuius vna extremitas in vas plenum ponitur, altera in vas

N F.2.d.2.Sũ.1.c. 16&.G cõ.4 in.6. Hip.de morb.vul. 19.d.& d boni.aq. & 1.ſimpl.c.4.b, & Ras.t.6.c.12. O F.2.d.2.Sũ.1.capi.16.&Ras.t.6.capi.12.

vas vacuum,& guttatim aqua ad vacuum dilabitur,& eſt clarificandi modus idoneus: & proprie cum multoties factum fuerit:ſimiliter quoq; cum aqua amara,& mala coquetur, & ꝓijcitur in ea dum ipſa bullit,lutum liberum,&[a] fructum magnum lanæ,deinde exprimatur aqua,& quę exprimitur eſt melior ꝗ prima.Et ſimiliter cum aqua conquaſſatur in vaſe,& quãdoq; ponitur in ea lutum liberum,in quo non exiſtit mala qualitas,& proprie quod in ſole fuit aduſtum,& poſtea colabitur,erit ex eo,quod eius prohibet malitiam.Aquam quoq; cum vino bibere eſt ex eo,quod eius frangit malitiam,cum ipſius malitia fuerit ex genere paucæ penetrationis.[b]Aqua etiam cum pauca fuerit,& non inuenietur temperata,cum aceto erit bibenda,& proprie in æſtate:quoniam hoc à multo excuſat potu.[c] Aqua pręterea ſalſa cum aceto eſt bibenda,& ſyrupo acetoſo, in quã ſiliquę & myrti grana ſunt proijcienda,& ſorbæ.Et [d] poſt aluminoſam quidem aquam,& ponticam bibendum eſt totum illud quod natura lenit.Vinum quoq; eſt ex eo,quod poſt ipſam potatũ, confert.Super amaram quoq; aquam exibenda ſunt [d] dulcia,& vnctuoſa,[d] & ipſa cum iuleb eſt miſcenda,& aqua cicerum bibita ante ipſam,& ante illam, quæ ei ſimilatur eſt ex his,quæ remouent eius nocumentum,& ſimiliter comedere cicera.Ante vero aquam ſtantem,& paluſtrem, in qua exiſtit putrefactio, [e] non ſunt guſtanda nutrientia calida:ſupra quã ſtyptica ſunt exibenda ex fructibus frigidis,& oleribus,ſicut cydonia & matiana,& ribes.Super aquas quoq; groſſas & turbidas,vtendum eſt allijs.[f] Et ex eo etiam,quod eas clarificat,eſt alumen iameni.Ex eis quoq; quæ diuerſarum aquarum remouent malitiam,[g]ſunt cepe,quoniam ſunt vt theriaca huius,& proprie cepe cum aceto,[h] & allia etiam.Et ex rebus frigidis.[i] ſunt lactucæ.Amplius ex regimine viatorũ conueniente in diuerſitate aquarum,[i] eſt vt ex aqua ſuæ terræ ferat,& cum aqua miſceat terræ,in qua prius hoſpitabitur,& ferat ex aqua cuiuſque hoſpitij ad hoſpitium,quod eſt poſt ipſum, & admiſceat eam cum ſua aqua,& ita faciat donec perueniat vbi vult:[i] & ſimiliter ſi ex luto ſuæ terrę ſumpſerit,& cum omni aqua ad quam peruenerit,admiſcuerit,& ipſum in ea cõquaſſauerit,& eam dimiſerit quouſq; clarificetur.[i]Aqua pręterea panno interpoſito bibenda eſt,ne ſanguiſuga cum errore ingrediatur:& ne quod ex malis permiſtionibus vehementer eſt minutum,tranſglutiat. [i]Ex rob quoq; acetoſis ſecũ deferre,vt ea cũ vnaquaq; diuerſarũ aquarũ miſceat,eſt regimẽ conueniẽs

*De regimine viatoris in mari.* *Cap.* 8.

Viatori in mari plerũq; accidit ſcotomia,& vertigo,& reuoluitur cum ea, & cõmouetur in ea nauſea:[k] & vomitus:& hoc quidem in primis diebus,ſed poſtea reſidet,& quieſcit.Et oportet ne fortiter retineatur nauſea, [l] & vomitus:ſed dimittatur donec per ipſum mundetur:ꝙ ſi ſuperfluus fuerit,retinebitur tunc:præparatio tamen ne vomitus accidat,non eſt mala. Et hoc eſt, vt ex fructibus comedat,ſicut cydonia,& matiana,& granata.[m] Semen quoq; apij cum bibitum fuerit, prohibet nauſeam ne cõmoueatur,& ſedabit eam cum cõmouebitur, [m] & abſynthium ſimiliter. ex eis etiam quæ id prohibent eſt, vt acetoſis os ſtomachi cõfortantibus, & vaporem,ne ad caput aſcendat,prohibentibus,nutriatur.Et hæc quidem ſunt,ſicut [m] lentes in aceto,& ſuccus vuæ acerbæ,& parum calamenthi,& [m]{haſco,}& panis fractus in vino bene redolente,aut in aqua frigida Et eſt quando in ea ponitur haſce.[m] Nares quoq; eius interius cum ceruſſa ſunt epithemandæ.

A Ras.t.6.c. B Ca.1. C Ras.t.6.c. D Ras.34.cc. 2.c.7.49.1. E Ras.ibi. F Ras.t.6. G G.li.2.t. & Ra.16.34. 2.c.2.49.1. H Sera.de ſi c.321. I Ra.ibi. K G.4.apho. L Pau.li. Ras.t.6.c.14. M Ras.34.cc. 2.c.1.49. M thymus

## Fen quarta,De diuiſione modorum medicationum,ſecundum ægritudines vniuerſales.

*Dictionis quartæ eſt locutio vniuerſalis de medicatione.* *Cap.* I.

Dicemus ꝙ res medicationis ex [n]vna trium rerũ completur:vna earum eſt regimen,& nutriẽtia:& alia medicinarũ eſt exibitio.& tertia eſt operatio manualis.Per regimen autem intelligimus adminiſtrationẽ,quę fit in cauſis neceſſarijs [o] numeratis,quæ ſm vſum ſunt currẽtes,ex quibus eſt nutriẽs.Et iudicia quidem regiminis ex parte qualitatũ earũ ſunt proportionalia iudicijs medicinarũ.Nutriẽs vero,quod eſt ex ſumma earũ iudicia habet,quę ſunt ei propria ex modo quantitatis.[p] Nutriẽs enim quandoq; prohibetur,quãdoq; minuitur:quãdoq; ęquatur quãdoq; augetur.Sed non prohibetur,niſi cum medicus vult,vt natura occupetur in maturatione humorũ.Et non minuitur,niſi cum vult virtutẽ cũ hoc cuſtodire.Ergo inquantũ nutrit,cuſtodit partem virtutis,& inquantũ minuit,cuſtodit partẽ materiei,ne natura tunc occupetur in digerendo multũ cibum.[q] Ipſe quoq; ſemper ſit ſolicitus de eo,quod magis ſuſpectum eſt,& eſt virtus,ſi fuerit valde debilis,aut ægritudo,ſi fuerit multum fortis.[r] Nutriens quoq; ex duabus minuitur partibus:vna earum eſt ex parte quantitatis: & altera eſt ex parte qualitatis:& tibi quidem poſsibile eſt ponere coniunctionem duarum partiũ diuiſionem tertiam.Differentia autẽ inter duas dictiones quantitatis,& qualitatis eſt,[s] quoniam nutriens quandoq; eſt multæ quantitatis,& pauci nutrimenti,ſicut olera,& fructus:qm̃ qui ex eis multum comedit,ex quantitate nutrientis multum recipit abſque eius qualitate.[t] Et quãdoq; eſt nutriens paucæ quantitatis,& multi nutrimenti,ſicut oua,& gallorum teſticuli.Nobis quoq; quandoq; eſt neceſſarium qualitatem minuere,& in quantitate augmẽtum facere.& hoc quidem eſt cum deſi-

deriu

N G.de parua med.cap. Thraſib. 3.de compo. per gen. de vict. O F.1.d.1. P G.1.aph.4. Q G.de cõſt. med.c. 12. met.med. R G.6.ſa. S C.de diſſol. 11.c.4. med.c.2.h T G.de diſſol. c.4. med.c.1.h



derium fuerit ſuperans,& in venis crudi fuerint humores:& voluerimus deſideriũ ſopire per ſtomachi repletionem,& à venis multã prohibere materiam: ideo vt prius maturetur illud quod eſt in venis,aut propter intentiones alias ab iſtis.Et quandoq; neceſſarium eſt nobis in qualitate augmentum facere,& minuere quantitatem:& hoc quidem eſt,cum voluerimus virtutem cõfortare: & ſtomachi natura rem multam digerere nõ valet.[a] Plurimum autem quod nos laboramus in minuendo cibum,aut prohibendo eſt, cum ægritudines medicamur acutas. In ægritudinibus vero chronicis quandoq; minuimus,ſed minus ꝗ in acutis.In [b] ægritudinibus nanq; chronicis plus de virtute ſoliciti ſumus:quia ſcimus,ꝙ earum criſis eſt longinqua,& ipſarũ ſtatus eſt remotus. Quapropter niſi virtus cuſtodiatur,vſq; ad horam criſis ſtare non poterit,neq; illud quod in lõgo digeritur tempore,digerere valebit.[c] In acutis vero ægritudinibus criſis eſt propinqua: & confidimus, ꝙ virtus ante ſtatum non reſoluetur:ꝙ ſi hoc timuerimus,nutriens nõ plurimum minuemus.[d] Et quanto ægritudo plus principio propinqua fuerit,& accidẽtia magis quieta, nutriemus virtutem confortantes.Et quantum ægritudo ſm augmentum proceſſerit,& accidentia ibi etiam augmentata fuerint,minuemus diætam propter fiduciam eius,quod iam dedimus: & ꝓpterea vt virtus alleuietur in hora luctaminis.[e] In tempore quoq; ſtatus regimen vehementer ſubtiliamus. Et quanto magis ægritudo fuerit acuta,& criſis ꝓpinquior,erit noſtra regiminis ſubtiliatio maior, niſi cauſæ acciderint,quæ nos ab eo prohibeant,quemadmodum in [f] libris nominabimus particularibus. Nutriens præterea ſm hoc quod ex eo fit nutrimẽtum,duas alias habet diſtinctiones,quę ſunt velocitas penetrationis,ſicut [g] diſpoſitio vini.& tarditas penetrationis,ſicut [h] aſſatorum diſpoſitio,& frixorum.[i] & ẽt ſpiſſitudo ſubſtantiæ eius,quod ex ipſo generatur in ſanguine,& eius retentio,ſicut eſt diſpoſitio nutrimenti carnis porcinæ,& vitulinæ:aut ipſius ſubtilitas & reſolutionis eius velocitas,ſicut eſt diſpoſitio [k] nutrimenti,quod fit ex vino,& ex ficubus. Et nobis quidem eſt neceſſarium nutriens,quod cito penetret,[l] cum caſui virtutis vitalis ſuccurrere volumus,& ipſam viuificare,& non eſt tempus,aut virtus ſufficiens,ſeu potens tolerare,vt nutriens digeratur, quod tarde digeritur.[m] Et nos quidem à nutriente terremur,quod cito digeritur,cũ accidit vt nutriens præcedat,quod tarde digeritur,& timemus,ne cum eo miſceatur,& fiat ſm modum,quem[m] iam declarauimus.Et terremur etiam à [n] nutrimento groſſo,cum pro certo ſcimus,ꝙ accidũt oppilationes. [o]Sed eligimus cibum fortis nutrimenti,& tardæ digeſtionis,propter eum,quem confortare volumus,& exercitijs fortibus præparare.[p] Rarum quoq; nutriens eligimus propter illum,cui velociter accidit pororum ſpiſſitudo.Medicatio autem,quæ fit cũ medicinis,tres habet regulas.[q] Vna earum eſt regula eligendi eius qualitatem.ſ.eligendi ipſam calidam,aut frigidam,aut humidam,aut ſiccam.Et ſecunda eſt regula ipſius eligendi quantitatem:& hæc quidem regula diuiditur in regulam menſurandi pondus eius,& in regulã menſurandi ipſius qualitatem.ſ.ſuæ caliditatis gradum, aut frigiditatis,aut reliquarum ab iſtis.Et tertia eſt regula ordinandi ſuam horam.[r] In electione autem qualitatis medicinæ abſolute non habetur cognitio,niſi per cognitionem ſpeciei ægritudinis: quoniam cũ ægritudinis qualitas ſcita fuerit,erit medicina eligenda,quæ ei in ſua qualitate ſit contraria:[s] quoniam ægritudo ſuo medicatur contrario,& conſeruatur ſanitas ſuo ſimili.Menſura autem quantitatis duorum modorum ſimul cognoſcitur ſm viam exiſtimationis artificialis ex natura membri,& ex quantitate ægritudinis, & ex rebus,quæ ſuper illud ſua ſignificant conuenientia & ſua conformitate,quæ ſunt genus,& ætas,& conſuetudo,& tempus,& regio,& ars,& virtus,et forma.[t] Naturæ vero membri cognitio quatuor rerum continet cognitionem.ſ.cõplexionis membri,& creationis eius,& eius ſitus,& ipſius virtutis.[u] Et complexionis quidem membri,quoniam cum eius naturalis complexio ſcita fuerit: & ipſius complexio ægritudinalis ſcietur per mẽſuram exiſtimatiuam quantum eius complexio naturalis elongata fuerit:Scietur ergo menſura quantitatis,qua ipſa reduci poſſit ad ipſam ſanam,verbi gratia ſi ſana complexio fuerit frigida,& ægritudinalis calida,tunc iam multa elongatio erit à complexione ſui:& tunc multa indigebit infrigidatione:ꝙ ſi ambæ fuerint calidæ,ſufficiet ei parua infrigidatio.Et creationis quidem membri [x] iam diximus,ꝙ creatura membri in.iiij. diuiditur modos: & tu quidem eam ibi conſiderare debes.Poſt hoc ſcire debes,ꝙ membrorum quædam ſunt,quæ [y] in creatione ſua ſunt facilis penetrationis, & ſunt in eis interius,aut exterius loca vacua,per quæ expellitur ſuperfluitas medicina ſubtili & temperata.Et eorum ſunt alia quæ non ſunt ita:ſed medicina indigent fortiore: & ſimiliter eorum eſt, quod eſt rarum:& eorum eſt,quod eſt ſpiſſum.Et raro quidem medicina ſufficit ſubtilis, & ſpiſſo eſt medicina fortis neceſſaria:quod autẽ forti medicina magis indiget, eſt illud quod in nulla duarum partium ventriculũ habet, neq; receptaculum. Et poſt ipſum eſt,id quod habet illud in vna parte.& poſt ipſum eſt illud,quod à duabus partibus habet receptaculum: ſed eſt ſolidum & ſpiſſum,ſicut rigno. poſtea eſt illud quod ea habet à duabus partibus, & eſt rarũ, ſicut pulmo.[z] Et ſitus quidem membri,qm̃ per ſitum cognoſcitur,quẽadmodum tu ſcis,aut locus,aut ſocietas. Vtilitas vero quæ ex ſocietatis prouenit cognitione,eſt magis propria,propterea ꝙ partem magis eligis ad quam medicina trahit,& ad quam eam declinare facis:verbi gratia,[a] cũ fuerit materia in gibbo hepatis,euacuabis eam per vrinam: & ſi in hepatis concauitate fuerit euacuabis eam per ventrem,qm̃ hepatis gibboſitas membris vrinæ eſt aſſociata:& eius concauitas eſt aſſociata inteſtinis. [b]Sed eius vtilitas,quæ ex parte ſciendi locum prouenit,eſt trium modorum: vnus eorum eſt eius longitudo,& ipſius propinquitas:qm̃ ſi fuerit propinquum,ſicut ſtomachus, perueniẽt ad ipſum

medicinæ

A G.3.apho.4.b B G.1.aph.4.b.& 1.art.cur. ad glau. ca.8.e C G.1.art.cura.ad glauc.c.8.e, & primo apho.9.h D Hipp.1.apho. 10.h E Hippo.& Ga.1. apho.8. F Li.4.t.2.ca.58.& G G.2.apho.11.d, & de diſſol. conti. ca.1.fo.72.b H Ras.t.3.c.12. I G.de diſſol. cõt. ca.1.g.h K G.2.alimẽ.c.9.g L G.de diſſol.con ti.c.1.d M F.3 d.1.c.7. N G.5.de ſa.tu.ca pi.6.d O G.3.alimẽ.c.2.g P G.de diſſol.con ti.c.4.e Q G.de conſt.art. med.c.12.c R G.li.11.de met. med.c.1.h, &.c.2.c S.G.de inequa.i tẽ pe.ca.6.c T G.7.met. med. c.13.h, &.2.art.cur. ad gla.c.2. fo.103.d V G.de cõſti.art. med.c.17.c,&.1.ar te cur. ad glau,c.1, d,& li.2.c.4.e X F.1.d.1.c.3. Y G.7.met. med. c.13.c, &.2.art.cur. ad gla.c.2. fo.102.f Z G.7.met.med. c.13.c,d,& li.13.ca. 17.f.g. &.2.art.cur. ad gla.c.2.fo.102.h A Li.3.F.14.t.1.capi.18. B G.7.met.med.c. 13.d,&.2.ar.cur. ad glau.c.2.fo.102.h,a

medicinæ temperatæ,& operabuntur in ipſo:& ſi longinquum fuerit,ſicut pulmo,medicinarum E temperatarum virtutes corrumpentur,antequam ad ipſum perueniant. Quapropter erit neceſſarium,vt in earum virtutibus augmentum fiat. Oportet itaq;,vt cum membrum eſt propinquum, cui obuiat medicina,ſit virtus ipſius medicinæ ſm menſuram,quæ ægritudini ſit oppoſita:& ſi inter ea fuerit longitudo,& ſpatium,& eſt ægritudo,cui eſt medicina neceſſaria,quam virtus profundans penetrare faciat,tunc neceſſarium eſt in virtute medicinæ plus addere, ꝙ prius erat ei neceſſarium,ſicut eſt diſpoſitio in emplaſtro ſciaticæ,& reliquis, Et ſecundus [a] modus eſt,vt ſciatur quid medicinis ſit admiſcendum,vt per illud velociter ad membrum perueniat:quemadmodum medicinis membrorum vrinæ admiſcentur diuretica:& [b] medicinis cordis crocus.[c] Et tertius quidē modus eſt,vt ſciamus qua parte medicinam ad ipſum trāſire faciamus:verbi gratia ſi ſciuerimus,ꝙ vlcera in inferioribus [d] exiſtant inteſtinis,per clyſteria inijciemus:& ſi ſciuerimus,ꝙ ſint in ſuperioribus,per illud quod bibunt,afferemus,[e] Quandoq; etiam confert loci,& ſocietatis ſimul ſolicitudinem habere:& hoc quidem eſt in eo,quod facere debemus,cum fuerit materia tota iam in mēbro effuſa,& in eo quod facere debemus,cum materia adhuc effunditur: qm̃ cum ſciuerimus,ꝙ materia fuerit adhuc in fluxu à ſuo loco materiā trahemus,poſtquam quatuor conditionum curam habuerimus: Vna eſt partis diuerſitas,quemadmodum à dextra ad ſiniſtram trahimus, & à ſuperioribus ad inferiora: [f] Et ſecunda eſt,vt ſocietatis curā habeamus, ſicut menſtrua,vētoſis retinemus, F quas mammillis ſuperponimus ad membrum aſſociatum attrahentes.[g] Et tertia rectitudinum curam habere, quemadmodum oportet in ægritudinibus hepatis, in dextra minutionem facimus baſilica:&[g] in ægritudinibus ſplenis,in baſilica ſiniſtra. Et quarta quidem eſt cū ſolicitudine elongationis,ne membrum ad quod attrahitur valde ſit propinquū ei à quo extrahitur.[h] Sed cū accidit,vt tota materia iam ſit effuſa,vtræq; res ei conferunt ex parte:qm̃ ſi voluerimus, accipiemus eā ex ipſo membro:& ſi voluerimus, trahemus ipſam ad mēbrum propinquum, quod aſſociatum eſt,& eam ab eo extrahemus,quemadmodum duas minuimus ſaphenas in matricum ægritudinibus:& venam quæ eſt ſub lingua,cum medicari volumus,apoſtema duarū amygdalarum.[i] Cūq; ad diuerſum trahere volueris,mēbri à quo protrahis,dolorem prius ſeda. Et caue tibi ne tranſitus ſuper principale fiat.[k] Et vtilitas quidem quæ ſequitur ex parte virtutis membri eſt trium ſemitarum: Vna eſt dignitatis,& principatus curam habere:qm̃ ſuper membra principalia nō faciemus aliquid cum fortibus medicinis,in quo ſit ambigendum,quanto magis potuerimus,ne nocumentum toti corpori cōmune faciamus.quapropter ex cerebro,& hepate nō euacuabimus illud,quod ab eis euacuare debemus in vna hora:neq; vllo modo vehemēti infrigidabimus infrigidatione:& [l] cum hepati emplaſtrum ſuperponemus ex medicinis reſoluētibus,non relinquemus quin in eo res ſtypticas,& boni odoris ponamus,propter virtutem cuſtodiendam. & ſimiliter in eis,quę pro G pter ea ad bibendum damus.[m] Quod autem inter omnia mēbra hac tota cuſtodia dignius exiſtit, eſt cor,& poſtea cerebrum,& poſt ipſum hepar.[n] Et ſecunda quidem ſemita eſt curam habere operationis membro aſſociatæ,licet non ſit principale,ſicut ſtomachus & pulmo.quapropter in febribus cum ſtomachi debilitate aquam frigidam in potu,quæ ſit vehementis frigiditatis,non damus, & ſcias ꝙ dare ea pura,quæ laxa faciunt,principalibus membris,& eis quæ ſunt vicina ipſis,eſt valde timoroſum in re vitæ.[o] Et ſemita tertia eſt,habere ſolicitudinem acuitatis ſenſus,& eius hebetudinis.debet nāq; ſibi cauere, ne membris acuti ſenſus neruoſis det medicinas malarū qualitatum, & mordicatiuas,& nocitiuas, ſicut ſunt thithymali,et reliquę ab eis.Medicinarum vero, à quarū datione nobis cauemus,ſpecies ſunt tres,reſoluentes vehementer,& infrigidantes, & cōtrarias habentes qualitates,ſicut flos æris & cæruſſa plumbum,& æs aduſtum,& eis ſimilia. Hoc quidem eſt electionem medicinæ diuidere ſm membri naturam.[p] Secundum vero ægritudinis quantitatem, quoniam illi,verbi gratia,cuius corporis caliditas accidentalis eſt fortis, neceſſarium eſt ipſam extinguere cum medicina,quæ ſit in infrigidando fortiſſima:& illi cuius accidentalis frigiditas eſt fortis,eſt neceſſarium eam calefacere cum medicina fortis calefactionis:ſi vero non fuerint fortes,medicinæ debilioris quantitatis nobis ſufficiēt. Ex tempore autem ægritudinis eſt, vt ſciamus in quo ſuorum temporum ſit ægritudo:[q] verbi gratia cum apoſtema in principio fuerit,ſuper ipſum po- H nemus,quod ſolum repercutiat:& cū in declinatione fuerit,ponemus illud quod ſolūmodo reſoluit:in medio autem miſcebimus vtraq;.[r] & ſi ægritudo fuerit acuta,ipſa in principio exiſtente,temperate regimen ſubtiliabimus.& ſi in ſtatu fuerit,in ſubtiliando ſtudebimus. & ſi fuerit prolixa nō tantum in principio ſubtiliabimus:ſed in ſtatu temperata vtemur ſubtiliatione: licet multas prolixarum ægritudinum præter febres ſubtile reſoluat regimen. [s] Aegritudo quoq; ſi multæ furioſæ materiæ fuerit,in principio eam euacuabimus,nō expectantes maturationem: & ſi mediocris fuerit,maturabimus eam,& poſtea euacuabimus.Cognitio autem rerum quæ ſua ſignificant conuenientia,eſt ad ſciendum tibi facilis.[t] & aer quidem, qui ex earum exiſtit ſumma,eſt dignior,cuius rem cuſtodiri oportet:& an ſit medicinæ iuuamentū præſtans,an ęgritudini.[u] Et dicemus quod in ęgritudinibus in q̄bus eſt timor, & non ſumus ſecuri ex defectu virtutis cū tardatione eius,quod debet fieri,aut alleuiatiōis ex ea à forti medicamine primo incipere debemus. in illis vero, in q̄bus non exiſtit timor gradatim ad fortiorē procedetur,ſi non ſuffecerit eis debilis.[x] Præter hoc quoq; tibi caue,ne à rectitudine recedas, licet videris quod ipſarum tardetur iuuamentum, neq; in errore moreris ex hoc,ꝙ eius non appareat nocumentum. [y] Et cum hoc ſecundum vnam medicationem,

A Li.5.c.1.&[…] li.10.pra.c.1.
B Ca.2.
C Li.5.meth[…] den.c.5.f,&li[…] pi.13.c.d
D G.5.metho[…] pi.11.d
E G.2.art.c[…] gla.c.2.fo.10[…]
F G.13.meth[…] den.c.19.b
G G.2.art.c[…] glau.c.2.fo.[…]
H G.ibi.h
I Ga.3.& Ra[…] cont.t.1.135.1
k G.7.meth.[…] cap.13 b.c,&[…] cnr.ad glau.c[…] fo.103.b.c
L Ca.25.& li.[…] 14.t.1.c.18.&[…] 12.&G.11.meth[…] med.c.15.c,&li[…] ca.15.f,g
M G.ibi.7.meth[…] c.13.c,& Ras.[…] t1.t.1.c.2.457.[…]
N Gal.ibi.&[…] art.cur.ibi.b.c
O G.2.de ar[…] ad glau.c.2.c[…] 7.de meth.me[…] pi.13.d
P G.7.de me[…] med.ca.13.a,[…] arte me.c.89[…]
Q C.25.&F.[…] c.1.&.G.6.de[…] cōpo. ſm loc[…] & oppo.lib.4[…] t.1.ca.3.
R G.1.art.c[…] glau.c.8.e
S C.3.& li.4.[…] t.2.c.7,bis,&.G[…] apho.22 b,&[…] quos purg.op[…]
T G.9.meth[…] c.14.g,h,a,b
V G.5.meth.[…] c.15.h.a
X Hippo.&.G[…] apho.52.& Ra[…] cont.t.1.c.2.4[…]
Y F.1.d.3.c.1.



A non [a] non cum vna,tibi ſtādum eſt medicina,immo in vna medicatione medicinas permuta:quoniam ab ipſo quod cōſuetum eſt,non fit paſſio: & vnicuiq; quidem corpori, immo omni mēbro, immo vni corpori,& vni membro,in vna hora, & non in altera,ineſt proprietas ab vna medicina pati,& non ab altera.[b] Cum autem ignoras,quæ ſit ægritudo,relinque eam naturæ,& non propere:res:qm̃ aut natura ſuperabit ægritudinē,aut ipſam manifeſtabit.Cumq; ægritudo dolori coniūcta fuerit,aut igitur cauſa ipſius eſt dolor,aut ægritudo eſt cauſa doloris,ſicut eſt percuſſio,aut caſus,incipies ſedare dolorem, Et ſi tibi neceſſe fuerit ſtuporem inducere,non tranſcendas tale quale eſt papauer album:qm̃ cum ſuo ſtupore eſt domeſticum, vel vſitatū comeſtibile. Et cum eſt neceſſarium propter vehementiam ſenſus membri,nutri ex eo quod ſanguinem vehemēter ingroſſat,ſicut frumentum coctum.Et ſi ex hoc quidem regimine nō alleuiabitur,nutri cum infrigidantibus,ſicut lactucis,& eis ſimilibus.Scias præterea ꝙ ex congruis medicationibus,quæ conferunt, eſt iuuamentum quod fit ex eo,quod virtutes cōfortat animales,& vitales,ſicut [c] lætitia: & obuiare ei quod filij placet,& aſſidue ſedere cum eo,cum quo gratulatur: quandoque etiam confert ſedere cum eo,à quo verecundatur, & quem erubeſcit: quoniam ægrum probibet à rebus, quæ ei nocent. Ex eis præterea,quæ huic modo medicationis ſunt propinquæ,[d] eſt mutatio de terra ad terram:& de aere ad aerem:& de formis ad formas:& pręcipere eum formas efficere,et motus,qui B membrum dirigant:aut complexionem mutent:quemadmodum puero luſco pręcipitur,[e] intueri oblique in rem lucidam, vel in rem quæ ab eo manifeſte conſpicitur.aut ſicut pręcipitur torturam oris patienti,vt ſpeculum intueatur chalybis:quoniam hoc perducit eū ad hoc,vt laboret in rectificando faciem ſuam,& frontem,& oculum: & fortaſſe inuitus redibit ad hoe,vt melioretur. Ex regulis præterea quas obſeruare debes,[f] eſt fortes dimittere medicationes in temporibus fortibus, quanto plus poteris:ſicut ventrem vehementer ſoluere,aut prouocare vomitum,aut aperire,cum ferro,aut adurere,in æſtate,& hyeme. Ex rebus quoq;,in quarum medicatione [g] ſubtile eſt adhibendum ſtudium,eſt cum in vna coniunguntur ægritudine duo,quæ fieri debent contraria: quia oportet,verbi gratia vt ægritudo infrigidetur,& eius cauſa calefiat,[h] ſicut febris requirit infrigidationem,& oppilatio quæ eſt cauſa febris requirit calefactionem,aut econuerſo. Et ſimiliter ſi indiget vt ægritudo calefiat,& accidens eius vt infrigidetur, ſicut materia colicæ indiget calefactione, & inciſione,& ſubtiliatione,& indiget fortitudo doloris eius,vt infrigidetur,& ſtupefiat, & econuerſo.[i] Amplius ſcire debes,ꝙ non omnis repletio,neq; omnis complexionis malitia ſuo medicatur contrario ex euacuatione,& oppoſitione:immo multoties ſufficit multa regiminis bonitas in repletione,& malitia complexionis:

*De medicationibus ægritudinum malitiæ complexionis.* Cap. 2.

C QVæ ex eis quidem ſine materia exiſtit complexio tantum permutatur:[k] ſed ſi cum materia fuerit,ipſa euacuabitur:& plerunq; quidem ei ſola ſufficit euacuatio, ſi complexionis malitia non relinquetur ab ea propter moram ipſius præteritam: & quandoq; non ſufficit nobis iſtud,ſi complexionis dimiſerit malitiam:immo erit nobis neceſſe complexionem permutare, cum in euacuando finem fecerimus.[l] Dicemus ergo, ꝙ malitiæ complexionis medicatio tribus fit modis.Complexionis nanq; malitia,aut erit firma,ſeu impreſſa,& erit ipſius medicatio ex contrario abſolute,& hæc eſt medicatio abſolute:aut erit in termino,vt ipſa generetur,ſeu in termino generationis,& erit eius ſanatio,medicatio cum pręmiſſione ſeruationis,prohibendo cauſam,aut ex ea eſt quæ vult fieri,ſeu quæ eſt futura fieri,& oportet in ea vt prohibeatur cauſa ſolūmodo,& nominatur præmiſſio ſeruationis. Exemplum medicationis eſt curatio putredinis febris quartanæ cum theriaca,& dare in potu aquam frigidam in tertiana,vt extinguat.Et exemplum medicatiōis cum præmiſſione ſeruationis eſt euacuatio in quartana quæ fit cum elleboro: & in tertiana cum ſcammonea,cum principium paroxyſmi accidentis per hoc prohibere volumus. Et exemplū pręmiſſionis ſeruationis ſolummodo,eſt euacuare præparatum ad quartanam propter melancholiæ dominium cum elleboro,& præparatum ad febrem tertianam,ꝑpter choleræ dominium: cū ſcammonea.[m] Cum autem in aliqua ægritudine dubitaueris,an ſit eius cauſa caliditas,an frigiditas: & ſi D experiri volueris,non experiaris cum ſuperfluo:& [n] caue tibi ne decipiat te impreſſio,quæ erit accidentalis.[o] Et debes ſcire ꝙ infrigidationis, & calefactionis tempus eſt vnum:ſed in infrigidando eſt plus timoris,quoniam caliditas eſt amica naturæ:[o] & in humectando quidem, & exiccando eſt timor æqualis,ſed humectandi tempus eſt longius. Vnaquæq; præterea humiditas & ſiccitas conſeruatur propter ſuarum cauſarum confortationem: & permutatur propter cauſarum contrarij ipſius fortitudinis augmentum.Et caliditas quidem fit fortior propter cauſas,quarum iam [p] expleuimus ſermonem:deinde per ea quæ viuificant. Et eſt ſuperfluitates, & repletionem expellere,& oppilationem aperire.deinde ex eo quod ipſam conſeruat:& hæc eſt humiditas temperata. Frigiditas vero fit fortior ex eo,quod ipſius confortat cauſas:& ꝙ caliditatem ſuffocat.Et ex eo ꝙ ipſam ſuperflue reſoluit,& eſt ſiccitas ſm eſſentiam, & caliditas ſm accidēs. Qui autem caliditatis ſuperfluitatem cum apertione oppilationum medicatur, ſibi cauere debet ab infrigidatione ſuperflua, ne in conuertendo oppilationem in lapidem augmentum faciat:& ne calidæ complexionis malitiam augmentet:immo paulatim primo medicari debet cum eo quod abſtergit:[q] & ſi abſtergens, quod infrigidat,ei ſuffecerit,ſicut aqua hordei:& aqua endiuiæ erit conueniens: & ſi nō ſuffecerit iſtud,tunc cum illo quod temperatum exiſtit,ꝙ ſi hoc non ſuffecerit,tunc cum eo,in quo ſubtilis exiſtit

A Li.3.F.10.t.1.capi.40.&.22.t.2.c.7.& G.li.5.de ſan.tu.ca.9.f
B Li.4.F.1.t.2.c.7.&.8 & Raſ.30.conti.1.c.377.1
C Lib.3.F.11.t.2,c.10.& Ga.cō.8.in.6.de morb.vulg.9.g & de pilę exercitio c.1.g
D Ras.31.cōt.t.1.c.2.438.1.& Hip.& G.cō.5.t.6.d mor.vulg.20.d
E Li.3,F.3.t.2,c.29.
F Cap.5.& Gal.4.aphor.5.
G Cap.31.& G.11.meth.c.9,h
H Cap.31.
I Ga.1.de vict.ra.1.7.e
K Ga.li.2.art.cur.ad G.c.2.fo.103.e
L G.ex art.medi.c.88.c.d,&.2.apho.22.c
M Ras.31.cō.t.1.c.2.437.3.
N Li.2.t.1.c.2.& li.b3.P.13.t.1.c.6.& G.li.de ſimpl.medi.c.2.c,&.3.de te-pera.c.5.h
O Li.3.F.13.t.1.capi.24.& Gal.lib.7.meth.med.c.5.d
P F.2.de ſum.2.c.1.
Q G.11.meth.me.c.10.d.c

exiſtit calor: neq; ex hoc ſis ſolicitus, quoniam iuuamentum eius apertionis in infrigidando plus E
confert ꝙ ſit nocumentum, quod facit ei calor qui ad extinguendũ eſt facilis poſt apertionem. Et quãdoq; ſuperflua extinctio prohibet digeſtionem humorum acutorum: licet quidam hominum ſint, qui proteruiant ad hanc deſtruendam ſententiã, & ignorent quod fortis extinctio deijcit virtutem: & quanto magis in corporibus, quæ ab ægritudine debilitata fuerunt, licet aliquo rectificationis modo materiam rectificet, quoniam quandoq; poſt ipſam aliæ proueniunt ęgritudines, aut malitia complexionis frigidæ ſimplex, aut cum materijs frigidis contrarijs materiei, quam rectificauit. Complexionem vero frigidam calefacere, quaſi difficile eſt, cum iam eſt confirmata. & multum facile in principio: & ad vltimum calefacere frigidum in principio rei eſt facilius, ꝗ calidũ in principio infrigidare: ſed calidum in fine infrigidare, licet ſit difficile, eſt tamen facilius ꝙ frigidum in fine calefacere: quoniam ſuperflua frigiditas eſt ipſa mors innati caloris, aut ei ꝓpinqua. [a] Et debes ſcire, ꝙ infrigidatio quandoq; ſiccitati coniungitur, & quandoq; humiditati, & quandoq; ab vtriſq; ſeparatur: verũtamen ſiccitas magis fit cõfirmans frigiditatem, quæ iam acciderit: & humiditas eſt magis adducens frigiditatem, quæ accidet. Et iam quidem omnes caloris cauſæ, cũ ſuperfluunt, in exiccando iuuant: & quandoq; etiam omnes frigiditatis cauſæ, cum ſuperfluæ fuerint, in humectando iuuant. Et nulla quidem res ad hoc tantum peruenit, quantum [b] ocioſitas, & aſſidua [c] balneatio. quæ eſt facilis, ſeu leuis, & balneari in tina. Et nos quidem te fecimus ſcire hoc in [d] eo, F
quod eſt præmiſſum. Vinum præterea miſtum in humectando eſt forte. Amplius ſcire debes, ꝙ cum ſenex infrigidatione indiget, & humectatione, non ſufficit ad hoc illud, quod ipſum ad æqualitatem reducit, immo quod ipſum tranſire facit ad complexionem frigidam, & humidam, quæ ei debetur: quoniã ipſa licet ſit accidentalis, eſt tamen ei quaſi naturalis. Scire quoq; debes, quod ſæpe eſt nobis neceſſarium in permutando complexionem, dare illud quod huiuſmodi confortat complexionem admiſtum ei, quod ſibi ſit contrarium, quemadmodum eſt nobis neceſſarium [e] dare acetum cum medicinis calidis alicui membro, ideo vt ipſarum penetrent virtutes: & ſicut eſt nobis neceſſarium dare [f] crocum cum medicinis infrigidantibus cor, propterea vt eas ad ipſum ferat. Et multoties quidem eſt medicina vehementis impreſſionis in permutãdo complexionem, ſed propter ſui ſubtilitatem non permanet, donec ſuam perficiat operationem. [g] Eſt ergo nobis neceſſarium, ei aliquid admiſcere, quod ipſam inſpiſſet, & retineat, licet ex ea ſuæ operationis proueniat contrarium, ſicut balſamo admiſcemus ceram, & reliqua: ad hoc vt ipſum tanto tempore retineatur, in quo ſuam perficiat operationem.

*Ad ſciendum qualiter, & quando oportet euacuari.* *Cap. 3.*

RES quæ demonſtrant rectitudinem iudicij in euacuando [h] ſunt decem, repletio, & virtus, & complexio, & accidentia conuenientia, ſicut ſi naturæ, quam ſoluere volumus, non accide- G
rit ventris ſolutio: quoniam vẽtrem ſoluere ſuper ventris ſolutionem eſt timoroſum, & figura, & ætas, & tempus, & aeris regionis diſpoſitio, & conſuetudo euacuandi, & ars hæc nãq; cum fuerint contraria ſignificationi, propter quã euacuatio facienda erit prohibebũt, euacuationem. [i] Vacuitas itaq; ſine dubio euacuationem fieri prohibet. [k] Et ſimiliter cum debilitas cuiuſcunq; trium virtutum fuerit: verũtamen [l] quandoq; plus eligimus alicuius virtutis debilitatem, ꝙ nocumentũ relinquendi euacuationem: & hoc quidem eſt in virtutibus ſenſibilibus & motiuis, cum fiduciã habuerimus ſuccurrẽdi rei timoroſæ, ſi acciderit, & ſimiliter in omnibus virtutibus. Cõplexio quoq; calida & ſicca ab hac prohibet, & frigida, & humida caliditatem non habens, aut debilẽ habens ab ea etiam prohibet: in calida autem & humida facile faciemus illud, & fortiter. Figura autem ſcilicet ſuperfluitas [m] maciei, aut raritas, ab ea prohibet, propter timorem, ne ſpiritus reſoluat, & ſimiliter oportet in regendo debilem & macrum, multam choleram rubeam in ſanguine habentem, vt ei blandiaris, & non ipſum euacues: & vt eum nutrias ex eo, quod bonum generat ſanguinẽ ad frigiditatem & humiditatem declinantem: quoniam ex hoc ſui humoris complexio rectificabitur, & fortaſſe ipſum fortem efficies, & euacuationes tolerabit. Et propter illud oportet ne illum euacuare ſis auſus, qui ex conſuetudine parum comedit, quandiu ab eius euacuatione abſtinere poteris.
[n] Superflua quoq; pinguedo ab ea prohibet, propter timorem, ne frigiditas dominetur: & ne caro H
venas comprimat: & eas extinguat cum vacuas inuenerit, & calorem ſuffocet innatum, aut ſuperfluitates exprimendo ad interiora expellat. [o] Accidentia quoq; mala, ſicut aptitudo diarrhϾ, & ſpaſmo, ab ea prohibent. [p] Aetas præterea, quæ nondum ad augmenti complementum peruenit, aut ad conſumptionis terminum eſt tranſiens, ab ea prohibet. Hora quoq; multũ [q] calida, aut multum frigida, ab ea prohibet. [r] Et regio quidẽ meridionalis vehementer calida ab ea prohibet, quoniam plurima eorum, quæ ventrem ſoluunt, ſunt acuta, & duarũ acuitatũ coniunctio tolerari nõ poteſt: quoniam virtutes in eis debiles erunt, & diſſolutæ: & quia exterior calor materiam ad exteriora trahit: & medicina ipſam trahit ad interiora: quare inde prouenit in diuerſas partes protractio, & ad reſiſtentiam perducit. Et ſeptentrionalis [r] multum frigida ab ea prohibet. Parua quoque euacuandi [s] conſuetudo ab ea prohibet. Ars etiam, qua multa ſit euacuatio, ſicut ſeruiendi in balneo: & onera dorſo deferentium ab ea prohibet: & ad vltimum omnis ars laborioſa. Scias præterea, quod intentio in omni euacuatione eſt vna quinque rerum. [t] Aut euacuatio illius quod eſt euacuandum, & ſequitur ipſum proculdubio trãquillitas, niſi quòd receptaculorum laſſitudo ipſum ſequatur, aut caliditatis ebullitio, aut febris ephemera, aut aliæ ægritudines, quæ comitantur,

ſicut

A F.1.d.3.c.1.
B F.2.d.2.ſu capi.3.& d.1.c.
C F.2.d.2.ſu capi.19.
D F.2.d.2.ſu capi.3.
E Li.3.F.11.tra 29.
F Cap.1.
G Li.3.F.13.ca pi.30.& G.4.de ni.tu.ca.8.b,& meth.med.c.7.
H G.1.aphor. & 4.aphoriſ. Raſ.18.cont.ca pi.1.334.4
I G.2.apho.16
K G.1.apho.3.& 11.meth.ca.5.a
L G.7.meth.me den.c.13.b.c
M Aeti.li.1.ſe. ca.23.&.G.2.ap 35.c.f
N Aeti.li.1.ſe. ca.23.
O Aeti.ibi,et li t.4.c.15
P Aeti.ibi,& li t.4.c.14.& Paul. 7.ca.4.
Q G.4.aphor.
R Haly li.1.pa ca.56.
S Gal.de his q opor.purg.c
T Hippo.& G aphor.1.&.4.



A ſicut excoriatio quam ventris ſolutio in inteſtinis facit: aut vlcera quæ vrinæ prouocatio in veſica facit: & hoc quidem licet iuuamentum conferat: eius tamen vtilitas non ſentitur: immo quandoq; præſentialiter dolet, donec accidens remoueatur. Et [a] ſecunda eſt conſideratio partis ſuæ declinationis: ſicut nauſea, quæ vomitu mundatur: & mordicatio in ventre, quæ ventris ſolutione remouetur. [b] Et tertia eſt membrum egreſſionis eius à parte declinationis eius, ſicut baſilica dextra in ægritudine hepatis, & non cephalica dextra: quoniam ſi error prouenerit in tali quale eſt illud, quandoque ſequetur inde timor. Et oportet quidem vt ſit membrum egreſſionis ignobilius illo, à quo fit euacuatio, ne materia ad illud declinet, quod eſt nobilius. [b] Oportet præterea vt ſit eius expulſorium naturale, ſicut membra vrinæ gibboſitati hepatis, & inteſtina concauitati ipſius. Eſt tamen cum membrum à quo expellitur, eſt ipſum membrum per quod euacuatio facienda eſt, ſed eſt in ipſo ægritudo vetus, aut recens, propter quam eſt timendum de curſu humorum ſuper ipſum. Ipſi ergo ad aliud, quod ſit melius, tranſponendi ſunt. Et eſt etiam cum ex ſuperatione humorum timetur ſuper ipſum ægritudo, ſicut cum tractus fit ab oculo ad gulam: quoniam timetur ne illi quandoque ſuperueniat ſuffocatio, ideo oportet vt in huiuſmodi ſuauiter & leuiter procedatur. Natura quoque plerunque taliter operatur, & euacuat, non per partẽ qua conſueuit, ideo vt membrum cuſtodiat, cum debile fuerit: & plerumque etiam eſt, vt ſit illud quod natura euacuat ex par-
B te longinqua & oppoſita: & remanet cum ipſo ambiguitas, ſicut cum à [c] capite ad anum, aut crus, aut pedem euacuat: non enim pro certo ſcitur, ſi ex toto ſit cerebro, aut ex vno ventriculo. Et quarta quidem eſt hora euacuationis ipſius: nam dicit [d] Gale. penitus quòd in chronicis ægritudinibus maturatio eſt expectãda, & nihil aliud. Et tu quidem iam [e] ſciuiſti, quid ſit maturatio: & antequam euacues, & poſt maturationem ex ſubtiliatiuis in potu tribuere debes, [f] ſicut aquam hiſſopi, & haſce, & ſeminum. Sed & in acutis etiam ægritudinibus maturationem expectare melius eſt, & præcipue cum quietæ fuerint. [g] Quod ſi mobiles fuerint, tunc ad euacuandum materiam feſtinare erit melius, quoniam nocumentum motus earum eſt maius, quàm ſuę euacuationis, antequam ipſa ſit matura: & proprie cum humores fuerint ſubtiles, & præcipue cum in cõcauitatibus venarum fuerint, & non in membris ingredientes. [h] Cum autem humor in vno fuerit membro comprehenſus nullo modo moueatur donec maturetur, & eſſentiam habeat temperatam, quam tu [i] ſciuiſti in ſuo loco. Et ſimiliter cum non fuerimus ſecuri, quòd virtus vſque ad maturitatis horam perduret, euacuabimus eam poſtquam nobis cauerimus, vt eius ſubtilitatem & groſcitiem ſciamus: [k] quoniam ſi ſpiſſa fuerit, & groſſa, ipſam mouere nõ debemus, niſi poſt ſubtiliationem. Eius vero groſſitiem cognoſcemus propterea quòd nauſeatiua ſatietas iam præceſſit, & ſub hypochondrijs dolor extenſiuus, aut aduentus apoſtematis in interioribus. Quod autem magis cuſtodire debemus in hu-
C iuſmodi diſpoſitione, eſt diſpoſitio canalium, ne ipſi ſint clauſi: & poſt hoc quidem totum poſſibile tibi erit, vt ante maturationem ventrem ſoluas. Et quinta eſt menſuratio eius, quod euacuatur: & iſta aduenit ex conſideratione quantitatis materiæ, & ex conſideratione virtutis, & ex conſideratione accidentium, quæ relinquuntur poſt euacuationem: quoniam ſi fuerit ex eis accidens ſequens euacuationem, minuemus ex eo quod volumus euacuare, cum menſura qua menſuramus ſeu exiſtimamus, quòd illi accidenti quod ſequitur euacuationem, ſuccurritur, ſicut fit in ſpaſmo repletionali. [l] Et ſcias quòd materiei euacuatio & ipſius de ſuo loco eradicatio, eſt ſecundum vnũ duorum modorum: vnus eorum eſt propter attractionem, quæ fit ad longuinquam diuerſitatem & alter propter eam quę ad propinquam, Et ſuarum quidem horarum dignior eſt, cum in corpore non fuerit repletio ſuperflua, neque materia commota. Ponamus itaque, [m] quòd ab ore viri ſuperius multus fluat ſanguis: & ab hæmorrhoidibus mulieris ſuperflue fluat ſanguis. Vnum itaq; duorum faciemus, aut trahemus per declinationem, quæ ſit ad propinquam diuerſitatẽ: & oportebit tunc vt materiam ad nares declinemus, faciendo ſanguinẽ ex naribus fluere: & in altero ad matricem prouocando menſtrua: aut ſi voluerimus ad longinquam diuerſitatem attrahere, euacuabimus in primo ſanguinem à venis & locis, quæ ſunt in inferiore parte corporis, [n] & in ſecundo à venis & locis, quę ſunt in ſuprema parte corporis. Et in attractione, quæ fit ad diuerſitatem
D longinquam non oportet [o] quidem, vt in duas diametros prolongationem facias, ſed in vna tantum, quæ ſit diameter magis longinqua: nam ſi materia fuerit in ſupremo dextræ partis, non erit trahenda ad infimum ſiniſtræ, immo ad infimum ipſius dextræ. Et hoc quidem eſt illud, quod eſt magis neceſſarium, aut ad ſiniſtram à ſupremo ſi fuerit tantum longinqua, quantum eſt ab humero ad humerum: & non fuerit diſpoſitio eius, ſicut diſpoſitio duorũ laterum capitis. Materia nanque ſi in dextra capitis fuerit eam ad inferiora, & non ad ſiniſtram trahes capitis. [p] Cumq; materiam ad longinquum trahere volueris, loci dolorem prius ſedabis, vt ipſius minuatur coarctatio per attractionem, quoniam dolor eſt trahens. Cumq; ad locum non obedit, ad quem ipſam trahis, non violenter agas: quoniam quandoque violentia illa ipſam mouebit, & ſubtiliabit, & non trahetur, & fiet velocius declinans ad dolentem locum. Et forſitan tibi ſufficiet, vt trahas: licet non euacues, quoniam ipſa attractio eius iter ad membrum prohibet, licet non extrahatur: per ipſam ergo attractionem ad intentionem perueniemus: licet cum ipſa non euacuaueris, ſed declinatione contentus fueris: [q] quæ fit ligando membra oppoſita, [r] aut ventoſis, & [s] medicinis rubificantibus: Et ad ſummum cum omni [t] quod dolorem efficit. Ex materijs autem quæ ad euacuandũ ſunt [u] faciliores, ſunt illæ quæ ſunt in venis: deinde illæ quæ in membris, & iũcturis: qm̃ quandoq; eſt

A G.2.de vic.rat. 11.a.c.&.1.aph.21.
B G.li.7.de meth. med.c.13.c.d. & li. 13.c.11.& b.& e f ar te med.99.e
C Gal. 6.apho.21. & 34.
D 1.art.curat ad glau.11.g. & de his quos opor.purga. g.&.1.apho.24.f
E F.1.d.6.c.3.
F Gal.de iis quos opor.pur.h.
G Ca.1.&li.4.F.1. t.2.cap.7.bis. G.1. aphor.24.f,g,& de ijs quos opor.purga.g
H Gal.de ijs quos opor.purg.h
I F.1.d.6.c.3.
k G.1.aphor.24.
L G.5.meth.c.3.e, f,& 12.c.8 b
M Ga.5. meth.capi 3.e,f
N G.de cur.p ſangui.miſ.c.11.g
O G.ibi.c.15.h
P Cap.1.&Raſ.12. cont.t.1.135.2.
Q Ga.5.meth.c.3.f & 13.c.11.b
R G.4.metho.capi.7.c
S G.13.meth.c.6.d
T G.5.apho.23.
V Raſ.12. conti.c, 1.137.2.



difficile

difficile eas extrahere,& euacuare:ideoq; neceſſe eſt vt cũ euacuabuntur,aliæ cum eis egrediantur. E

a Euacuato præterea eſt neceſſarium,ne properet comedere nutrientia multa,& mala, quæ natura indigeſta trahat. Quod ſi aliquid ex hoc fieri neceſſe fuerit, oportebit vt paulatim & ſuauiter fiat,donec ſit ſecũdum ordinem:& vt ſit quod corpus ingreditur,digeſtum & conueniens. b Phlebotomia quoque eſt euacuatio humoribus æqualiter augmentatis propria. Euacuatio vero humori qui in quantitate ſolus augmentatur,aut in qualitate corrumpitur propria,eſt alia à minutione. c Omnis præterea euacuatio, quæ eſt ſuperflua,ſecundum plurimum febres generat. d Cumq; ventris conſtrictio, qui fluere ſolebat, aliquam ægritudinem poſsidere fecerit, illius euacuationis reuerſio ſecundum plurimum ipſum medicabitur,ſicut ab eo, quem d conſtrictio ſaniei aurium, aut mucorum narium vertiginem poſsidere fecit,eius reuerſio ipſam remouebit. e Et ſcito quod reſiduum materiei dimittere,quod neceſſe erat euacuare, minus nocumentum eſt,quàm exquiſitiſsime euacuare, & peruenire in ipſa ad hoc, vt virtus terreatur: quoniam multoties natura hoc reſoluit reſiduum. f Cumq; humor illius fuerit generis,cuius eſſe oportet, & æger tolerare poteſt, non terreri debes ex ſuperfluitate.quandoque etiam contingit cum te euacuare oportet vſque ad lipothymiam. g Cumq; alicuius virtus fortis non fuerit, & ipſorum humorum materia multa, & mala,ipſam paulatim euacua.Et ſimiliter cum materia vehementer fuerit adhærens,aut cum ſanguine multum miſta,non poteris ipſam vna vice euacuare,ſicut eſt in ſciatica,& arthretica longi- F temporis,& cancro,& ſcabie antiqua, & furunculis veteribus. h Et debes ſcire quòd ventris ſolutio à ſuperioribus trahit,& ab inferioribus eradicat. Duabus ergo attractionibus eſt apta conuenienti & diuerſæ: & etiam poſt materierum quietem eſt conueniens. Cum ergo materiæ fuerint in inferioribus ad diuerſum trahet eas:& ipſas etiam eradicabit à locis vbi ſunt,vomitu vero i fit attractio, & eradicatio econuerſo. Minutionis præterea diſpoſitio diuerſificatur ſecundum loca à quibus ſanguis accipitur,ſicut ſciuiſti. k minus itaque cunctis hominibus euacuatione dignus eſt ille, cuius cibus bonus fuerit,& digeſtio bona. In regionibus l quoque calidis morantes euacuatione parum indigent

*De regulis communibus vomitui,& ſolutionis ventris,& qualiter trahat id quod ventrem ſoluit,& vomere facit.* Cap. 4.

OPortet vt illius cibus, cuius ſoluendus eſt venter, aut vomitus prouocandus, partiatur: vt quod ei in vna die ſufficiebat. multis comedat vicibus: m & ut ſint cibi diuerſi,& potus etiam diuerſi. Ex hac nanque diſpoſitione accidit ſtomacho:vt expellere deſideret, quod eſt in eo ſuperius,aut inferius.Ex cibo autem non diuerſo, neque ſuper alium cibum ingrediente, ſtomachus eſt auarus:& ipſum forti continet retentione,& propriè ſi fuerit eius quantitas parua. Mollem vero habens ventrẽ,nihil ex hoc facere debet. Et ſcias quòd vomitus, & ventris ſolutio,& quæ eis G aſsimilantur, non attinẽt ei, qui bono vtitur regimine: quoniam ille qui bene regitur,non indiget,niſi eo,quod ſit iſtis leuius:& fortaſſe excuſabunt ea,exercitium,& fricatio, & balneum. Amplius ſi eius corpus repletum fuerit, plurimum talis repletionis, qualis eſt ipſius,erit ex eo qui humorum melior eſt, ſcilicet ex ſanguine.Minutio igitur eſt illud, quod ad ipſum mundificandum erit neceſſarium,& non ventris ſolutio. n Cum autem minutio neceſſaria fuerit, & ventris ſolutio ex aliquo.quod ſit vt elleborus,& violentæ medicinæ, à minutione incipere debes, quoniam hoc eſt ex præceptis Hippocra.in lib. epidemiarum:& hæc eſt veritas. Et ſimiliter ſi humores fuerint phlegmatici cum ſanguine miſti:quòd ſi viſcoſi & frigidi fuerint,fortaſſe minutio groſsitudinem, & viſcoſitatem eis augmẽtabit.Incipiendum ergo erit à ſolutione ventris. o Et ad ſummum ſi humores fuerint æquales, præmitte minutionem:& ſi poſtea humor ſuperabundauerit, euacua:quòd ſi æquales non fuerint,in primis ſuperabundantem euacua humorem, donec æquetur:poſtea minue:& ei qui ante minutionem præmiſerat medicinam,cũ minutionem præmittere debebat, poſt ponat minutionem diebus paucis:& cui paruum interceſsit ſpatium ex quo minutus fuit, & euacuatione indiget, medicinam ſumere eſt ei conuenientius. Multoties præterea ex hauſtu medicinæ, ille qui minui debebat,peruenit ad febrem, & ad æſtuationem. Et ſi ex eis,quæ quieſcere faciunt,non quieuerit,ſcias quòd minutionem præmittere debebat. Non omnes præterea euacua- H tiones ſunt neceſſariæ propter ſuperfluitatem repletionis, immo quandoque ſunt neceſſariæ propter ægritudinis magnitudinem, & propter repletionem ſecũdum qualitatem,& non ſecundum quantitatem.Et multoties excuſat bonitas regiminis à minutione neceſſaria in hora. Et multoties quidem eſt euacuatio neceſſaria: ſed ſuperuenit aliquid, quod prohibet, & non eſt ibi ingenium, niſi in ieiunando:& dormiendo,& in emendando complexionis malitiam,quæ ex repletione prouenit. p Amplius euacuationis quædam eſt,quæ ſecundum modum præſeruationis eſt,ſicut indiget ille cui podagra euenire ſolet,& epilepſia,& reliqua ab his,in hora cognita,& propriè in vere. Ei ergo neceſſarium eſt vt preſeruatione vtatur ante ſuam horam,& euacuet ea, quę propriè in ipſius egritudine ſunt euacuanda, ſiue ſit minutio,ſiue vẽtris ſolutio:& fortaſſe deſiccantia exterius apponere,& medicinas α exuccantes,ſeu exiccantes eſt euacuare, quemadmodum hydropiſim patientes faciunt. Quandoq; etiam neceſſe eſt te dare medicinam, quæ ſit homogenea humori euacuando in qualitate,ſicut ſcãmonea eſt tibi neceſſaria ad euacuandũ choleram rubeã: ei ergo admiſcendũ eſt illud qđ ipſam in qualitate diuerſificet,& in ventrẽ ſoluendo cũ ea cõueniat,& ipſam ab euacuatione nõ phibeat,ſicut myrobal.Et emẽdetur cõplexionis malitia ſi poſt acciderit. Haben- tium

A Ga.1.de ric. 13.f,&.11.e
B Cap.10.& aph.31.g
C G.1.apho. 24.f]
D Ga.6.de m. vulg.cõ.1.18.
D Gal.1.aph.
E G.11.methoden.c.8.e.f
F G.1.apho.
G Raſ.11.con. 1.138.2
H G.de reni ne.c.1.d
I Cap.11.
K G.2.apho. 36.
L Haly.li.1.p. c.56.& Raſ.11.conti.c.1.137.3
M G.11.& Raſ. conti.c.1.1494. ca.1.134.1.
N Raſ.12.conti. pi.1.157.1.
O G.de cõſtit. c.19.& Raſ.11.conti.c.1.132.2
P |Gal de ijs quos opor. purg.b.c. apho.47.b
*Infra* α



A tium quoq; in interioribus apoſtemata, ventrem ſoluere eſt difficile, & facere vt vomant. Quod ſi tibi neceſſarium fuerit, da eis quod ſit ſicut volubilis,& ſemen croci hortẽſis,& apozema polypodij.& caſiam fiſtulam,& his ſimilia. a Hippo.quoque inquit, qui fuerit macer, & fuerit naturæ,cui vomere ſit facile,melius erit in mundando ipſum vt ad vomitum adducatur:& vt ſit hoc b in æſtate,aut vere,aut autumno:& non in hyeme. c Ei vero qui mediocris fuerit figurę,conuenientior eſt ventris ſolutio. d Quod ſi ſibi euacuatio,quæ fit vomitu,neceſſaria fuerit,vſq; ad æſtatem expectet: ab ipſo tamen ſibi caueat,cum eo non indiget. e Verũtamen antequam ventris fiat ſolutio,aut vomitus,præmittenda eſt humoris ſubtiliatio,qui eſt euacuandus,& amplificatio canalium,& ipſorum apertio:quoniam hoc eſt ex eo quod à pœna ſecurum reddit. f Et ſcito quòd facere naturę cõſuetudinem lenitatis, & obedientiæ ei,quod vis ex ſolutione ventris, & vomitu facili,antequam medicina detur fortis,eſt ex regiminibus proprijs,ſeu optimis. g Amplius ventris ſolutio, & vomitus cum macredine ventris,eſt difficilis, & laborioſus, & timoroſus. Medicina quoque vomitum faciens,quandoque fit ventris ſolutiua, cum ſtomachus fuerit fortis:aut bibita fuerit ſuper fortem famem:aut qui eam bibit habuerit diarrhœam,& naturæ lenitatem. aut ſi vomere non conſueuerit:aut ſi medicina in ſua ſubſtantia grauis fuerit, & velocis deſcenſionis. Et ventris ſolutiua facit vomitum,propter debilitatem ſtomachi:aut propter multam fęcis ſiccitatem:aut propterea,quòd B medicina abhorretur:aut propterea quod bibitur nauſeatiuam ſacietatem habere ſolet. h Omnis præterea medicina, quæ ventris eſt ſolutiua, cum non ipſum ſoluit:aut ſoluit,ſed non id quod eſt maturum:mouet humorẽ quem debet ſoluere, & dilatat ipſum in corpore: ſuperat ergo corpus, & conuertũtur ad ipſum humores alij,quare humor iſte in corpore multiplicatur. Ex humoribus quoque eſt,qui eſt velocius obedientiæ vomitui ſecundum plurimum, ſicut cholera:& ex eis eſt, qui vomitui rebellis exiſtit,ſicut melãcholia,& ex eis eſt,ꝙ inter hoc & hoc eſt medius, ſicut phlegma.Et febrem quidem habentis ventrem ſoluere melius eſt,ꝙ facere vt ipſe vomat: & cuius humor deſcendens fuerit,ſicut ventris lubricitatem habentis facere vt vomat eſt inconueniens. i Medicinarum præterea ventris ſolutionem facientium deterior eſt,quæ ex medicinis eſt compoſita multæ diuerſitatis,in tempore,in quo ſoluendus eſt venter: quoniam ventris ſolutio conturbatur: & prima ventrem ſoluit,antequam ſecunda:& quandoque prima ipſam ſecundam expellit, Amplius qui biberit k aliquid,ventris ſolutionem,aut vomitum ſibi faciens,corpore ipſius mundo,neceſſe erit,vt ei vertigo accidat,aut mordicatio in ventre,& anguſtia:& quod ab eo expelletur,egredietur cum difficultate.Et ad vltimum quidem l dum medicina ſuperfluitates euacuat, non erit in ea æſtuatio,cumq; qui medicinam biberit, æſtuationem habere ceperit, iam euacuat quod ſuperfluum non eſt.Humor præterea qui vomitu,aut ventris ſolutione euacuatur,cum ad alium muta C bitur humorem,ſignificabit quòd iam corpus eſt mũdificatum à ſuperfluo humore,quẽ euacuare volumus. Quod ſi mundificatio vſq; ad inteſtinorum raſuram peruenerit,& ad rẽ nigrã fœtidum habentem odorem,erit malum. Somnus quoque cum poſt ventris ſolutionem,aut vomitum fuerit multus,demonſtrabit quòd euacuatio iam perfectè mundauit corpus, & contulit. m Et ſcias, cum ſitis poſt vẽtris ſolutionem,aut vomitum fuerit fortis, maximam & vltimam purgationis bonitatem ſignificabit, Scito etiam,ꝙ medicina ventris ſolutiua expellit illud quod euacuat,cum virtute attractiua,quæ attrahit hunc eundem humorem,& fortaſſe attrahit groſſum,& relinquit ſubtilem:quemadmodum facit illa,quæ melancholiam expellit. n Illius præterea verbum,qui dicit, ꝙ ipſa generat illud quod attrahit,aut ꝙ in primis attrahit id,quod eſt ſubtile,non eſt aliquid. o Et Gale.quidem licet hoc ſentiat.penitus tamen dicit, ꝙ medicina ventris ſolutiua, in qua non eſt venenoſitas,cum ventrem non ſoluerit, digeretur, generabit humorem, quem attrahere ſolebat:ſed huiuſmodi dicta non ſunt conuenientia. Et videtur quidem, p quòd Gal.ex hoc,quod certificat,ſentiat quòd inter attrahentem medicinam,& humorem attractum ſit conuenientia in ſubſtantia: & propter hoc attrahit ipſum: q ſed hoc non eſt verum:quoniam ſi attractio fieret cum conuenientia, ferrum attraheret ferrum, cum ipſum ſuperaret:& aurum attraheret aurum, cũ ipſum ſuperaret quantitate ſua, hoc tamen certificare non eſt medici. Et debes ſcire, quòd humorum attractio, D quæ fit potu medicinarum ſoluentium vẽtrem:aut vomitum facientium, non eſt niſi per vias per quas expulſi fuerunt,donec ad inteſtina perueniant,& illic natura mouetur ad hoc,vt eos expellat extra.Et raro quidem accidit,vt ipſi humores cum ventris ſolutiuũ bibitur,ad ſtomachum aſcendant:& ſi aſcenderint,ad vomitum declinabunt.& ipſi quidem non aſcendũt ad ſtomachum propter duas cauſas. Vna quarum eſt,quoniam medicina ventris ſolutiua velociter penetrat ad inteſtina. Et altera eſt,quoniam cum medicina vẽtris ſolutiua bibitur,natura properat ad hoc,vt ipſos humores ex venis meſaraicis ad inferiora expellat,& nõ ad ſuperiora,quoniam hoc propinquius eſt,& facilius:& quia illud quod eſt poſt eos etiam ipſos comprimit. Et hoc quidem eſt ex eo quod naturam mouet,vt ex propinquioribus expellat vijs. Quod ſi medicina virtutem haberet attractiuam,quæ retineret humorem,tũc eſſet virtus naturæ expulſiuæ magis digna, vt in ſano & forti ſuperaret, licet medicina non attrahat, niſi ad viam ſignificatã,vel ad terminum ſignatum. Medicinæ vero vomitum facientis diſpoſitio,eſt diuerſa ab hoc:quoniam cum in ſtomacho fuerit,in eo morabitur,& humorem ab inteſtinis ad ſeipſam attrahet: & ſua virtute ſuperat ad reſiſtendum virtuti naturali. Et ſcias quòd plurimum attractionis humorum, quos medicinæ attrahunt, fit quidem ex venis, niſi ſit ex loco multæ propinquitatis: quare fiet attractio ex eo in venis, &

A 4.apho.6.
B Ibi.4.apho.
C Ibi.7.apho.
D Ibi.6.apho.
E Cap.5.& Gal.2. apho.9.
F Cap.5.
G G.2.apho.35.
H Li.4.F.1.t.2.capi.7.
I G.2.de vic.rati. 11.b, & de ijs quos opor.purg.fo.89.c
K G.2.apho.37.
L Hip.1.apho.2. &.23.
M Cap.6.& G.4. apho.19.
N Aſclepiad.G.1. nat.fac.c.13.h.a.b, & de med.purg.facul.c.1.d.&.c.3.b
O 3.ſimpl.med.facul.c.24.c,& Raſ. 11.conti.c.1.139.3.
P Ibi.c.25.c.d
Q Raſ.11.conti.c. 1.139.3.

in eis quæ non ſunt venæ, ſicut humores, qui ſunt in pulmone, qui propter vicinitatem ad ſtomachum, & inteſtina trahuntur, licet in venis non vadant. Et debes ſcire, quòd α plurima eorum, quæ ſunt exuccantia, ſeu exiccantia ex medicinis ſiccis, ſunt cauſa euacuandi humiditates à corpore, ſicut fit in hydropiſi. E

Supra α

*In ſermone purgationis ventris & regulis eius.* Cap. 5.

IAm in præcedenti [a] ſermone oſtendimus, quomodo ſit corpus præparandum ad recipiendum id, quòd ventrem ſoluit antequam purgetur cum amplificatione pororum, & leniſicatione naturæ, & proprie in ægritudinibus frigidis. [b] Et ad ſummum, naturam mollificare antequam venter ſoluatur, eſt competens regula, in qua exiſtit ſecuritas, niſi in eo qui diarrhœę valde eſt aptus, ex hoc nanq; nihil iſti eſt faciendum, quoniam eſſet cauſa ſuperfluitatis, quæ ei accidet. Solutorio nanq; ventris alicuius talis, qualis eſt iſte, res admiſcenda eſt, in qua ſit virtus vomitiua, ne properet deſcendere de ſtomacho, antequam ſuam perficiat operationem, immo æquantur in ipſo duarum medicinarum virtutes, & perficiat vẽtris ſolutiua operationem ſuam, & vomitiua ſuam ecõuerſo illius. [c] Trauli quoq; ſunt ex eis qui diarrhœę ſunt apparati, fortem igitur non tolerant medicinam: ipſorum tamen plurimi diarrhœam incurrũt paſſionem ex rheumatiſmis ſuorum capitũ [d] Ex cauſa præterea timoroſa eſt, vt medicina ventris ſolutiua ſumatur fæce in inteſtinis exiſtente. ſicca, immo expellenda eſt, ſaltem cum clyſteri, aut iure lubricatiuo. [e] Balneum quoq; ingredi, antequam ventris ſolutio fiat aliquantis diebus, eſt ex eis quæ ſubtiliant, & bene præparant, niſi aliquid phibuerit. F Et oportet quidem vt inter balneum, & hauſtum medicinę, paruum interueniat tempus. [f] Poſt medicinam quoq; non ingrediatur quis balneum, quoniam trahit materiam ad exteriora, & neq; eſt bonum niſi ad ventrem conſtringendum, præterquã in hyeme, quia non eſt timendum primam balnei caſam ingredi tali modo, ne calor ſit vllo modo impediens ad attrahendum. ſed ſit ad mollificandum. Et ad vltimum oportet vt aer illius, qui pharmaciam bibit, ſit calidi tatis paucæ, ne ſudorem faciat, neq; anguſtiam, quoniam hoc eſt ex præparatorijs. Fricatio quoq;, & ex oleis inungi, eſt ſimiliter ex præparatorijs. Cum autem aliquis medicinæ aſſuetus non eſt, neque eam bibit, melius eſt medico, vt ſibi caueat, ne ventris ſolutiua violentas virtutes habentia, ei tribuat. Nauſeatiuam vero habentibus ſatietatem, & humores viſcoſos. & in hypochondrijs tenſionem, aut qui in ſuis interioribus habet inflammationem, aut oppilationes, non eſt dandum aliquid, donec iſta rectificent nutrientibus mollificantibus, & balneo, & requie, & dimiſſione eius, quod mouet, & eius quod inflammat. Illis vero qui ſtantes bibunt aquas, & [g] habentibus ſplenes, fortes medicinæ ſunt neceſſariæ. Cumq; aliquis medicinam ventris ſolutiuam biberit, melius erit ei, ſi medicina fuerit fortis, vt ſuper eam dormiat antequã operetur: quoniam operabitur melius: & ſi debilis fuerit, melius erit ei, ne ſuper eam dormiat, quoniam natura digeret medicinã. [h] Cum G α autem medicina operari cœperit, melius erit ei, ne ſuper eam dormiat quocunque modo fuerit. [i] Amplius cum aliquis medicinam bibit, non illico ſuper eam ſe mouere debet: ſed debet ſup eam quieſcere, vt ipſam natura circũdet, & in eam operetur, quoniam niſi natura in ipſam operata fuerit, non operabitur ipſa in naturam. [k] Odores quoq; nauſeam prohibentes olfacere debet, ſicut eſt odor mentæ, & rutę, & apij, & cydoniorum, & boli coraſceni aqua roſacea, & pauco aceto aſperſi: & ſi ex odore medicinæ quis exterritur, cum medicinam bibit, nares conſtringat. Et qui medicinã abhorret, [l] debet maſticare parũ extarchon, ideo vt ſui oris virtus ſtupida fiat. [l] Quòd ſi vomere timuerit, extremitates conſtringat: & cum ipſam biberit, deſuper rem ſtypticam bibat. [l] Medici præterea pilulas, quas ei daturi ſunt, quandoque in melle voluunt, [l] & quandoque ſuper eas projiciunt mel coctum, aut zuccarum coctum. donec eis inde faciũt tunicam. Ex eo quoque, quod eſt ingenium vtile, [l] eſt ſuper eas ponatur cera cum pauco oleo mollificata: & ex eo quod eſt magis conueniens ingenium, eſt vt os aqua, aut alia re impleatur, deinde pilulæ, ſicut ſunt, bibantur ſuper ipſam: aut quæ aliquo horum ingeniorum aptatæ fuerint: tranſglutientur itaque omnes ita, ꝙ medicinæ impreſſio non cognoſcetur. Et oportet vt apozema tepidum bibatur, & pilulæ cum aqua tepida ſumantur. Et bibentis medicinam ſtomachus & pedes, calefaciendi ſunt. Cumq; ipſius anima ſedata fuerit, ambulet, & moueatur paulatim, quoniam motus hic eſt iuuatiuus. H Et interpoſitione horarum ex aqua calida tantum bibat, ꝙ medicinam non ſoluat, & expellat ipſam, & eius frangat virtutem, niſi fuerit in hora, quando neceſſe eſt vt ventris ſtringatur ſolutio. In potu quoque aquæ calidæ, malitiæ medicinę exiſtit debilitatio. Qui autem medicinam bibere voluerit, calidæ exiſtens complexionis & debilis compoſitionis, & debilis ſtomachi, erit ei melius vt eam bibat, poſtquam prius biberit aliquid, quod ſit, ſicut aqua hordei, aut ſuccus granati, aut vt vniuerſaliter dicam, cum ſtomachus receperit nutriens ſubtile, & leue: ſed qui non ita fuerit, erit ei melius; vt eam ieiunus bibat. [m] Plurimi præterea, quibus datur medicina ventris ſolutiua in æſtate, ex ea perueniunt ad febrem. Oportet ergo ne medicinæ potator [n] comedat, vel bibat, donec medicina ſuam perfecerit operationem: [o] neq; α etiam quãdiu medicina operatur, dormiat, niſi voluntas affuerit vt reſtringatur. Quod ſi ipſius ſtomachus non tolerauerit, ne comedat, propterea ꝙ ſtomachus eius eſt cholericus, & cito effunditur ad ipſum cholera, aut propterea ꝙ à comeſtione vehementer abſtinuit, & famem tolerauerit, detur ei parum panis infuſi pauco vino ſuper medicinam, antequam vẽter ſoluatur: quoniam hoc eſt ex eo, quod medicinam fortaſſe adiuuat. Oportet prę terea ne anus aqua frigida lauetur, ſed cũ calida. Quidam ẽt dixerunt ꝙ pilulæ quę ſunt cũ apoze-

matibus

A Cap.4. G. apho 9.
B Cap.4.
C Hipp. & G. apho.32.
D Li.3. F.1. c.1. & Raſis t.1. c.1.135.4.
E Ras. c.4.
F G.3. de vic. 59.b
G G.4. de p. d. & 2. art. cur. glau. c.5.c
H Haly. 2. pr. 56. & Raſ. 136.1
Infra α
I Raſ. 11. cõti. 136.1
K G.8. de comp. phar. ſecundũ l. c.3.b. & 2. de vic. 11.a, & Raſ. 11. c. c.1.136.1
L Raſ. 11. cõti. 139.2
M G.4. aph. 5.
N G.2. de rat. 12.e, & Raſ. 11. t.1. c.1.136.1
O Raſ. 136.1
Supra α



A matibus dandæ, ſunt dandæ cum apozematibus, quæ ſunt cum eis homogenea. Pilulæ nanq; quæ choleram expellunt rubeam, cum apozemate dandæ ſunt alicuius quod ſit, verbi gratia, ſicut fumus terræ: & quæ melancholiam euacuant, cum apozemate alicuius, quod ſit, ſicut epithymum, aut polypodium, aut his ſimile: & quæ phlegma expellunt, cum apozemate alicuius quod ſit, ſicut centaurea. [a] Cum autem euacuare volueris corpus ſiccum, carnem habens duram, medicina forti, ſicut elleboro, & his ſimilibus, vehementer ſtude in humectando ipſum nutrientibus vnctuoſis: [b] & ad vltimum cum fortes medicinæ multi ſunt timoris, tales videlicet, qualis eſt elleborus, quoniam in corpore mundo efficit ſpaſmum, & repleti corporis commouet humiditatem motu inducente pręfocationẽ, & ad viſcera trahit illud, quod ei difficile eſt expellere, & tithymali venenoſi, ſicut mezereon, & [b] {ſcebran} nocumẽtum cum ſuperfluit, remouet [c] {raib} & conſtringit. Amplius medicina multoties ſuum odorem in ſtomacho dimittit: eſt ergo, ſicut ſi medicina ibi remanet: [d] cuius medicamen eſt ſauich, vel ſuich hordei propter eius ablutionem, quod quidem eſt melius, ſeu conuenientius, ꝙ alij ſuffuſ. Cumq; tempus prolongabitur, & medicina operari non ceperit ſi fieri poterit, vt fiat alleuatio, ſeu vt leuiter procedatur, & vt nihil moueatur, fiat: quòd ſiquid affuerit timoris, melius erit vt [e] hydromel trajciat, aut eius ſyrupum, [e] aut aquã, in qua nitrum reſolutum fuerit, aut ſubjciatur ei collyrium, aut fiat ei clyſtere. Ex cauſis vero propter quas medici B na non operatur, eſt canalium coanguſtatio de natura: aut propter complexionẽ, aut propter ægritudinis vicinitatem: in habentibus enim paralyſim: aut apoplexiam medicinarum viæ ad ſuas materias coanguſtantur. Accidit ergo vt difficile ſit facere quatenus venter eis ſoluatur. [f] Duas præterea medicinas ventrem ſoluentes in vna die coniungere, eſt timoroſum, & eſt extra rectitudinem. [g] Omnis quoq; medicina, quæ alicui humori eſt propria, cum ipſum non inuenit, pertubat: & ventrem cum difficultate ſoluit: & ſimiliter, ſi ipſum in ſuo contrario infuſum inuenerit. [h] Omnis præterea medicina humorem in primis extrahit, qui eſt ei proprius: deinde illum, qui eſt poſt ipſum in multitudine, & ſubtilitate: & reliquos ſecundum hunc ordinem, præter ſanguinem: [i] quoniam natura vſq; ad poſtremum eum retinet & recõdit. Humorem vero ex longinquo attrahere eſt difficile. Amplius cum timor affuerit, ne nauſea, aut anguſtia alicui accidat, poſtquã medicinam biberit, oportebit fieri vt antequam medicinam bibat, tribus diebus, aut duobus cum aqua raphani vomat, & vt raphanum comedat. [k] Oportet præterea, ne multum ſalis ſit in cibis eius, qui medicinã vult bibere. Multoties quoque ex hauſtu medicinæ peruenitur ad nauſeam, & auguſtiam, & ſyncopim, & tremorem cordis, & ventris mordicationem, & proprie cum ſolutionem nõ fecerit, aut ad ſudorem, multoties propterea eſt nobis neceſſarium, vt cum faciamus vomere: & multoties excuſat nos ab hoc dare ei ſtiptica. Et facere vt aquam hordei bibat poſt ſolutionem ventris C expellit malitiam ſolutiuæ medicinæ: & lauat quod in meatibus, ſeu, in inteſtinis retentum fuerit. Ille vero cuius complexio fuerit frigida, & ſuper alios humores habuerit phlegma ſuperabundans debet ſumere poſt medicinam, & ipſius operationem, naſturtium aqua calida ablutum cum oleo: Et qui calidæ fuerit complexionis, pſyllium bibat cum aqua frigida, & oleo violaceo, et zuccarum [k] {tabarzet} aut iuleb. Et ille quidem qui temperatæ eſt complexionis, ſemen lini. Ei autem qui excoriationem timuerit inteſtinorum, bolus armentus cũ ſucco granati detur. et oportet vt huiuſmodi, vel ſimilia eis quæ diximus adminiſtrentur poſt ſolutionem ventris, & ſi non retinebunt ipſam, id eſt ſolutionem. Omni præterea pharmaciam bibenti, cui poſtea aduenit febris, melior eſt aqua hordei. Syrupus vero acetoſus, eſt excoriatiuus: & ideo tardandus eſt vſque ad duos dies, aut tres, donec in inteſtinis virtus ſua redeat. [l] Ille quoque, qui medicinam bibit, ſecunda die eſt balneum intraturus. Et ſi ex humoribus ipſius aliquid fuerit relictum, balneum ipſum mundare poterit. Nam ſi videris, quòd balneum ſit ei ſapidum, & in ipſo delectetur, erit hoc ſignũ, ꝙ balneum ipſum ab eo quod relictum eſt, mundificat. Ipſum ergo in eo dimitte, ꝙ ſi inueneris, ꝙ in ipſo non delectetur, immo in eo ęſtuationem patiatur, expelle eum. Scias præterea ꝙ ei, qui inteſtinorum patitur debilitatem, plerunq; ex medicinis ventrem ſoluentibus aduenit ventris ſolutio fortis, & prolongabitur ei res: & multis indigebit medicinis, donec retineatur. in ſenibus etiam ſimiliter ti- D metur ex ventris ſolutione, ipſius nocumentnm: Et ſcito, ꝙ ex potu nebit, poſt medicinas ventris ſolutiuas ad febres peruenitur, & ad æſtuationem. Poſt ſolutionem quoq; vẽtris, & minutionem, multoties in hepate aduenit dolor, quem aquæ calidæ potus remouet. [m] Et ſcito ꝙ tempus, quo maior canis aſcendit: & tempus frigoris fortis, quo niues firmantur, vel cadunt in montibus, non eſt tempus ſumendi medicinam. Medicina enim in vere, aut autũno eſt bibẽda. Et ver quidem eſt tempus antecedens æſtatem. Et in ipſo vere non eſt ſumenda, niſi res ſubtilis, ſed autumnus eſt hora conueniens. [n] Amplius naturæ non eſt facienda conſuetudo bibendi medicinam, cum qua neceſſe ſit mollificare ventrem, quia fiet conſuetudinaria: & hoc habens ad impedimentum malæ finis perueniet. Vnumquenq; etiam qui fuerit ſiccæ complexionis debilitat fortis medicina. Oportet præterea vt ſuper debilem medicinam ex motu minuatur, ne eius virtus reſoluatur. Ex medicinis quoque debilibus benedictis ſunt violæ cum zuccaro. Et iſte cui in hyeme neceſſarium fuerit medicinam bibere, ventum obſeruet meridionalem. Et in ęſtate dixerunt quidam eorum, econuerſo: & hoc quidem diuiſionem habet. Aeger cum debili indiguerit ſolutione, & nõ operabitur, non magis moueatur, ſed dimittatur. Et multoties ſolutio ventris cõmouet, ſeu ebullire facit ſanguinem, & accidit febris, & quandoq; minutio ſufficit ei.

A Hip. & Gale. 4. aphoriſ. 13. et de ijs quos opor. purg. d
B G. et Hip. 4. aph. 16.
*B eſula*
*C lac acetoſum*
D G.2. de vict. ra. 12. d. e, et d ijs quos opor. purg. fo. 89.b
E Aeti. li.1. Ser.3. ca.117.
F Ras. 12. conti. c. 1.137.3
G G.3 ſimpl. med. fac. ca.28.h
H G. ibi. c.17.g. et 2. aphor.37.
I G.1. elemẽ. c.4.g
K Ras. 12. cõti. c.1. 137.4.
*K album*
L Ras. 12. conti. c. 1.137.3.
M c.1. & G.4. aph. 5. & 1. art. curat. ad glau. c.14.c
N G.3. apho.15.

*De ſuperfluitate medicinæ ventrem ſoluentis, & de hora conſtringendi eam.* Cap. 6. E

EX ſignificationibus quibus cognoſcitur hora, qua [a] eſt catharticum conſtringendum, eſt ſitis. Cum ergo ventris ſolutio perſeuerauerit, & ſitis non acciderit, non erit timendum, ꝙ ſupfluitas peruenerit. [b] Veruntamen ſitis quandoq; accidit etiam non propter multitudinem ſolutionis ventris, neq; propter eius ſuperfluitatem, immo propter cauſam diſpoſitionis ſtomachi: quoniam ſi fuerit calidus, aut ſiccus, aut vtrunq;, aut in talibus, quales ſunt cauſæ huiuſmodi, non eſt longinquum, quin faciat cito ſitim: aut propter cauſam diſpoſitionis medicinæ, cum fuerit calida pungitiua, aut propter cauſam materiæ in ſe ipſa: quoniam cum fuerit calida, ſicut cholera: aut in talibus, quales ſunt cauſæ huiuſmodi, non erit longe, quin feſtina veniat ſitis, ſicut quando harum rerum accidit cõtrarium, non erit longe quin penitus ſitis cum tarditate veniat. Cum ergo videris, ꝙ ſitis iam ſuperfluit, & ꝙ ventris ſolutio non ſit pauca, conſtringe: & præcipue, cum cauſæ feſtinationis ſitis, & velocitatis ipſius, non fuerint inuentæ: quoniam in huiuſmodi non debes tardare conſtrictionem, cum ſitis apparuerit. Quandoq; etiam exitus eius quod egreditur, eſt demonſtratiuus horæ conſtringendi. [c] Qui enim choleram expellit rubeam, cum viderit, quòd iam peruenitur ad phlegma, ſciat quòd iam medicina ſuperflue operatur, & quanto magis ſi ad choleram perueniatur nigram. Sanguis vero maioris eſt timoris, & deterioris periculi. Et ſi cui propter medicinam mordicatio ſuperuenerit, conſiderandum erit illud quod in [d] capitu. de mordicatione ventris, & F eius punctura diximus.

A Cap. 4.
B Li. 3. F. 13. t. 20. & G. 4. 14.
C G. 3. medi. pli. fac. c. 17.
D Li. 3. F. 16.

*De modo ſuccurrendi diſpoſitioni eius, in quo ſuperfluit ventris purgatio.* Cap. 7.

SOlutio ventris ſuperfluit, aut propter venarum debilitatem, aut propter orificiorum ipſarum amplitudinem, aut propterea ꝙ pharmacia earum pungit orificia, aut propterea ꝙ ex ea complexionis malitia corpori acquiſita fuerit, aut ex eo quod curr it curſu eius. Cum ergo ventris purgatio ſuperfluit [f] liga extrema ſuperius, & inferius, incipiens ab aſcellis, & inguinibus deſcendendo ab eis ambobus, & in potu [g] parum theriacæ, aut philonij tribue. & ſi poteris, fac ipſum ſudare in balneo, aut vapore aquæ calidæ ſub pannis ſuis, capite exterius tracto, cumq; multum ſudauerit conſtrictiua ad potandum da ei, & fricetur. Et fiant ei [g] {allachalach} ex aquis bene redolentibus, ex aqua myrtorum, & ſandalis, & canfora, & ſucco fructuum. Membra præterea ipſius extrinſeca fricare debes, & calefacere ventoſis cum igne ſub coſtis appoſitis, & inter ſpatulas ipſius. Quod ſi tibi neceſſe fuerit ſtomacho ipſius, & inteſtinis ſupponere emplaſtra ex hordeo fracto torrefacto, & aquis ſtypticis fac, ſimiliter ex oleis, ſicut oleo de cydonijs, & oleo de maſtice. Ipſe præterea ab aere frigido eſt ſeparãdus, [h] quoniam exprimit, & ſoluit vẽtrem ipſius: & ab aere calido etiam, quoniam ipſius laxat virtutem. Confortari quoq; debet ex rebus bene redolentibus, & ex ſtypticis ad traijciendum ei dandum, & ex tortellis in vino ſuauiter redolente. Oportet tamen vt ſint calida, & G vt panis cum ſucco granati iam preceſſerint, & ſimiliter ſpecies [g] {ſauich} & cortices papaueris albi triti. Ex eo quoq; expertum eſt, vt [i] grana naſturtij pondere trium drach. ſumantur, & torreſiãt deinde in adoch coquantur, donec coagulentur, & ad bibendum tribuatur, eſt nãq; vltimum in bonitate. Oportet præterea vt eius nutriens ſit ſtypticum infrigidatum cum niue, quale eſt quod ſit ex ſucco vuæ acerbæ, & ſibi ſimilibus. Ex eo etiam quod in retinendo ſolutionem iuuat, eſt vt vomitus prouocetur cũ aqua calida, & eius etiam extrema in ea mittantur, & nõ infrigides ea, quamuis eis accidat ſyncopis, verbi gratia, & prohibe eos à vino. Et ſi hoc totum non contulerit, tribue ei in fine rei narcotica, & medicamenta fortia nota, quæ [k] ſunt in cap. de prohibitione fluxus ventris. Medico vero eſt vtilius, vt præuiſor exiſtat in præparando trochiſcos, & pulueres ponticos antequam ſit hora, vt etiam, ſit præuiſor in enematibus, & ipſorum inſtrumentis.

E G. 3. ſimple. fac. c. 18. h
F Aet. li. 1. Ser. pi. 134.
G G. 11. mete. c. 7. 2. & Aeti. Ser. 3. c. 118.
G *quid ciph: ex ſucco ſum myrthi, & c.*
H Li. 3. F. 16. tr. pi. 2. & t. 2. c. 13.
G *ptiſane*
I Raſ. 13. cont. t. c. 2. 157. 4.
K Li. 3. F. 16. t. 2.

*De eo qui bibit medicinam, & non ſolutus fuerit.* Cap. 8.

CVm pharmacia ſolutionem non fecerit, & fecerit mordicationem ventris, & anguſtiam in ipſo, & qui ſumpſit ipſam æſtuauerit, & ſcotomabitur, & dolebit caput, & patietur alices, & oſcitationes, ſuccurrere debes, cum enemate, & collyrijs notis. & ipſe quidem bibat maſticis [k] { tres carmezat, } vel [l] {garmat} in aqua tepida. Medicina quoque quãdoque operatur propter ſtipticorum bibitionem, & comeſtionem, talium, qualia ſunt cydonia, & matiana: propterea quòd H os ſtomachi comprimunt, & quod ſub eo exiſtit, & propter quod nauſeam ſedant, & medicinam à ſuo motu, qui eſt ad ſuperiora, violenter, ad partem mouent inferiorem: & propterea quòd confortant naturam. Quod ſi enema non iuuerit, & mala ſuperuenerit accidentia extenſionis corporis, & oculi exierint extra, & fuerit motus ad ſuperiora, neceſſaria erit minutio. Et cum medicina ventrem non ſoluerit, & mala eam non ſecuta fuerint accidẽtia: melius etiam erit vt ipſam conſequatur minutio, ſaltem poſt duos dies, aut tres: nam niſi hoc factum fuerit, timendum eſt in ipſo, ne humores ad vnum principalium membrorum moueãtur.

K *pondus ſ. caratorum.*
L *pondus dua tertiarũ drachmæ vnius.*

*De diſpoſitionibus medicinarum ventrem ſoluentium,* Cap. 9.

MEdicinarum ventrem ſoluentium quædam ſunt, quarum malignitas magna eſt, ſicut [m] elleborus niger, & [m] turbith, cum non fuerit album bonum, immo fuerit ex genere ipſius, quod eſt citrinum: & agaricum quod non fuerit album & purum, immo nigredini attinuerit: & ſicut laureola. Et quia res iſtæ malæ ſunt, tunc ſi bibitæ fuerint, & mala inde accidentia prouenerint, melius erit vt medicina à corpore expellaſ quanto plus poſſibile fuerit, vomitu, aut ꝑ ſeceſſum, & medicetur cũ theriaca. Multarũ preterea earum remouetur malitia, & cõturbatio, quã faciunt aĩe, dãdo in potu

M Li. 4. F. 1. t. 1. c. 17. & 37.



A potu aquam vehementer frigidam, & ſedendo in ipſa, ſicut turbith citrini putridi. Omnis quoq; res, quæ acuitatem frangit glutinatione, & lenificatiõe, & vnctuoſitate in qua ſit glutinatio ad hoc confert. Quædam etiam medicinarum quandoq; aliquibus proportionales exiſtunt complexionibus: & alijs non conueniunt. Scammonea nanq; in eos, qui in frigidis morantur regionibus nõ operatur, niſi debiliter: niſi magna inde detur quantitas, ſicut eſt mos eius in terra Turcorum. Et quandoq; eſt neceſſarium quibuſdam corporibus in aliquibus regionibus, ne medicinarum corpora dentur, ſed virtutes earum tantum. Et eſt neceſſe etiam, vt medicinis ſoluentibus vẽtrem bene redolentes medicinæ miſceantur, propterea vt membrorum virtutes eius conſeruentur. Medicinæ quoq; cordis ad hoc iuuamentum conferunt, propterea ꝙ ſpiritum vitalem in vnoquoque membro confortant: plurimæ quoq; earum ſubtiliando, & fluidum faciendo iuuant. [a] Duæ præterea medicinæ quandoq; coniunguntur: quarum vna ſuum humorem cito expellit: & altera tarde: vna ergo ſuam operationem efficiet: poſtquam ipſa iam alteram in ſuo etiam humore compreſſit, & operabitur in ipſam, & eius debilitabit virtutem. Cumq; ſecunda poſt operari cœperit, erit debilis virtutis mouens, & non perficiens, quare erit aliquid ei admiſcendum, quod ipſam feſtinare faciat, ſicut zinziber cum turbith, quoniam ipſum ſtupidum, vel pigrum eſſe non permittit ad tempus longum, & ſimiliter fiet, ſi eas bene ſciueris permiſcere. Amplius conſiderare debes principia, quæ in virtutibus medicinarum ventris ſolutiuarum, declarauimus: [b] cũ locuti fuimus de principijs vniuerſalibus medicinarum ſimplicium. Medicina præterea ſolutionem faciens, quandoq; operabitur illud reſoluendo proprietate ſui, ſicut turbith: & quandoq; efficit illud exprimẽdo ſui proprietate, ſicut myrabol. & quandoq; operatur illud lenificando, ꝓprietate ſui, ſicut [b] {ſiracoſt,} & quandoq; operatur id lubricando, ſicut mucilago pſyllij, & pruna. In pluribus quoq; violentarum medicinarum exiſtit aliqua venenoſitas: quia ſolutionem ventris efficiunt ſecũdum modum, quo naturam ſuperant, vel opprimunt. Ipſæ igitur ſunt aptandæ medicinis, in quibus exiſtit virtus [c] {bezahartica,} vel bedazartica. Plerunq; etiam adiuuant amaritudo, & acuitas, & ponticitas, & ſtypticitas, & acetoſitas in operationibus medicinæ: cum eius proprietas conuenerit. amaritudo nanq;, & acuitas in reſoluendo iuuant: & ponticitas, & ſtypticitas in premendo, & acetoſitas in inciſionem faciendam, quæ ad lubricandum præparat. Amplius quod lubricum facit, non eſt cõiungendum ei, quod exprimit, vel comprimit, taliter, vt ſint eorum æquales virtutes: immo melius eſt in huiuſmodi, vt vnum poſt aliud tardetur: vt ſit verbi gratia, vna duarum medicinarum, quę lenificat prius ſuam perficiens operationem, ꝙ ea quæ exprimit: deinde adueniat expreſſiua, & expellat, quod lenificatum fuit. & in reliquis ſecundum hanc conſiderationem.

A G. 2. de rõne vic. 11. b, & de ijs quos purg. opor. ſe. 89. c
B Li. 2. t. 1. c. 5.
B *ſpẽs mannæ*
C *antidoti*

*De eo quod ex hoc capitulo in alijs locis inquirendum eſt.* Cap. 10.

C MEdicinæ ventris ſolutiuæ, & lenificantes, quæ bibuntur, & epithemantur, & reliqua ab eis, [d] in noſtro antidotario ſunt relinquendæ: & ſecũdum ætates vniuſcuiuſq; etiam medicinarum ſimplicium melioratio: & qualiter ſit ei ſuccurrendum: & quomodo ſit ei in potu tribuenda, in medicinis requiratur [e] ſimplicibus. Pilulæ præterea ad bibendum dandæ non ſunt, poſtquam deſiccatæ ſunt, & factæ fuerint vt lapides: neq; etiam cum ſunt molles, ne penetrent & retineantur: ſed ſint ſicut quando ſiccari cœperint, & à digitis cedant, ſi comprimantur.

D Lib. 5.
E Li. 2.

*De vomitu.* Cap. 11.

HOmines, qui ſunt remotiores ab hoc vt medicus eos vomere faciat, aut propter naturam, ſunt homines, [f] qui pectus habent ſtrictum, & qui male anhelant, & qui ad ſanguinẽ ſpuendum ſunt apti, & homines colla habentes gracilia, & apoſtematibus, quæ in ipſorum naſcuntur gulis apti, & ſtomachos habentes debiles, & multum pingues: quoniam iſtis conuenientius eſt, vt venter ſoluatur. [g] Et macris conuenientior eſt vomitus propter choleram ipſorum. Aut propter vſum, quoniam hominibus. [g] quibus difficile eſt vomere, [h] aut qui vomendi conſuetudinem non habent, ſi vomitus prouocatus fuerit fortibus vomitibus, non remanebit quin ipſorum venæ in membris anhelitus ſcindantur, & perueniant ad phthiſim. [i] Cum autem alicuius res, qualis ſit, ignorabitur, vomitibus leuibus prius erit experiendus: qui ſi ei fuerint faciles, erimus ei auſi fortes dare, ſicut illum, qui fit ex elleboro, & ſibi ſimiles. Quòd ſi fuerit vnus ex eis quibus non conuenit vomitus, & fuerit neceſſarium, vt ipſe vomat, præpara ipſum ante, & fac ei conſuetudinem, & lenifica ipſius nutrientia, & fac ea vnctuoſa, & dulcia, & fac eum quieſcere ab exercitijs: & poſtea da ipſum ei: & da in potu vnctuoſa, & olea cum vino, & ad comedendum da ei antequam vomat, nutrientia bona, & proprie ſi vomitus fuerit difficilis: quoniam fortaſſe non vomet ipſum, immo natura ipſum retinebit, & melius eſt vt bonum retineat, ꝙ malũ. Cumq; poſt cibum, quem comedit cauſa vomendi, vomuerit, tardet comeſtionem, donec fames ſit fortis, & ſeda ſitim eius cum aliquo, quod ſit, ſicut ſyrupus matianorum ſine aqua: & non cum iuleb, neq; ſyrupo acetoſo, quoniam vomere faciunt. Cibus autem qui eſt ei vtilis eſt pullus [i] {in chiardanegi} & tres cyathi vini poſt ipſum. & ille quidem qui acetoſum vomuerit, et ex ꝓximo huiuſmodi vomitum nõ habuerit, ſeu & ex proximo hmõi vomitũ facere nõ conſueuit, & in pulſu aliquod ſignũ febris habuerit, comeſtionẽ vſq; ad medium diẽ tardet, & ante ipſam aquã calidam roſaceã bibat. Cui aũt acciderit vt cholerã vomat nigram ipſius ſtomacho ſpongia aceto calido infuſa ſupponatur: & melius quidẽ eſt, [k] vt ſit cibus qui ad vomendũ ſumitur, diuerſus: qm̃ cum eſt vnus qn̄q; ipſum amplectiſ ſtomachus, & in dimittẽdo ipſum ſit auarus. Poſt vomitum aũt ipſius ſupfluum cõferunt aues paruæ, &

F Gal. de ijs quos oportet purg. c. & 4. aphor. 8.
G Cap. 13. & G. 4. aphor. 7. & Raſ. 12. cõti. c. 1. 131. 3.
H Raſ 12. cõti. c. 1. 131. 1.
I G. 4. apho. 13.
D
I *primo elixatus, poſtea aſſatus.*
K Cap. 4. & Raſ. 12. cõt. c. 2. 149. 4. & c. 1. 134. 1.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

pulli cum ambulare incipiunt: oſſa tamen ſuarum extremita tum non comedat, quia ſunt grauia, E & in ſtomacho tardantur. & fac eum ingredi balneum. In hora autem vomendi [a] currat, & exercitetur, & fiat vt laboret, poſt vomat: ſitq; hoc in media die. In hora prȩterea vomendi oportet, [b] vt oculi ligenť ſuppoſitis plumazolis duobus, deinde venter leui faſcia tēperate faſcieť. Res quoq; q̃ vomitus ſunt prȩparatoriæ, ſunt [c] eruca, & [c] raphanus, & [c] {altarich} & [d] {calamenthũ montanũ} recēs, [e] & cepȩ, [e] & porri, [e] & aqua hordei cũ fȩce ſua, & melle, & pultes fabarũ cũ dulcedine, & [e] vinũ dulce, & [e] amygdalȩ cũ melle, & q̃ ſunt eis ſimilia, & [e] {albelchēd} ex parte azimo facta in oleo, & melones, & [e] cucumeres: & [e] eorũ ſemina amborũ: aut aliquid ex eorũ radicibus tritis, & in aqua infuſis. cũ dulcedine, & [f] {alſirbagi} ex raphano. Qui aũt vinum biberit inebriaris ad hoc vt euomat, nõ incipiat vomere, dum adhuc parum bibit, ſed bibat multum. [g] Foca quoq; cum bibita fuerit cum melle poſt balneum, faciet vomere, & ſoluet ventrem. Amplius qui vomere voluerit, non fortiter maſticare debet prope ipſum. Cum autem aliquis forte vult vomitiuum ſumere, ſicut qui fit ex elleboro, ipſum bibere debet ieiunus, niſi fuerit quod prohibeat, & poſt duas horas diei, & poſtquam ſtercus ab inteſtinis exierit. Et ſi cum penna vomuerit, bene erit: & ſi non, moueatur parumper: & ſi non, in balneum mittatur. [h] Penna quoq; qua fit vomitus, inungenda eſt ex aliquo, quod ſit ſicut oleum ſiſaminum. ꝙ ſi incēſio acciderit, & anguſtia ſtomachi, detur in potu aqua calida ei, & oleum, qm̃ aut vomitum faciet, aut ventrem ſoluet. Ex eo prȩterea, quod ad hoc iuuat, F eſt ſtomachi & extremorum calefactio: quoniam hoc nauſeam facit. [h] Cumq; medicina vomere faciens properauerit, & ſuam inceperit operationem, vomitor quieſcere debet, & odores bonos olfacere, & eius extrema comprimendo ſunt fricanda: & parum aceti eſt ei in potu tribuendum, & comedat matiana, & cydonia cum pauco maſticis. Et ſcito ꝙ motus facit magis vomere, & quies minus. [i] Et æſtas eſt tempus, in quo magis eſt dignius, vt in ipſo fiat vomitus: ꝙ ſi alicui neceſſarius fuerit, & non fuerit figuræ ipſius conueniens: æſtas erit dignior hora, vt in ea concedatur. Et terminus, ſeu locus longinquior à quo vomitus euacuat ſecundum modum purgationis primæ eſt ſtomachi ſolius, & non inteſtinorum, & ad modum quidem purgationis ſecundȩ eſt capitis, & totius corporis. [k] Ipſius vero attractio, & eradicatio, eſt ab inferioribus. Et tu quidē cognoſces vomitum conferentem ab eo, qui non fecit iuuamentũ, ex eo ꝙ ipſum ſequitur alleuiationis, & deſiderij boni, & anhelitus, & pulſus bonitas: & ſimiliter ex diſpoſitionibus aliarum virtutum. Eius autem inceptio, eſt nauſea. Et deterius quidem malum, quod [l] efficit eſt mordicatio fortis in ſtomacho, & aduſtio, ſi medicina fuerit fortis, ſicut elleborus: & quod ex eo fit, deinde incipit fluxus ſaliuæ. deinde ſequiť [h] ipſum vomitus multi phlegmatis multoties, poſt quē ſequiť vomitus rei liquidȩ tenacis. Mordicatio quoq; & dolor erunt manſiui, abſq; quòd permutetur ad aliud accidēs diuerſum à nauſea, & ab anguſtia. [l] Et quandoq; ſoluitur venter, poſtea in hora quarta incipit quieſcere, & G ad requiem declinat. Malum autem eſt vt vomitus nõ proueniat, & magnificetur anguſtia, & accidat tenſio, & egreſſio oculorum ad exteriora, & fortis rubedo in eis vtriſq;, & ſudor multus, & interſectio vocis. Si ergo alicui acciderit, niſi ei ſubueniatur, ꝑueniet ad mortem inde. Illud autem, quo ei ſuccurritur, eſt enema, & dare in potu mel, & aquã calidam. & olea, in quibus theriacæ virtus exiſtit, ſicut oleum de lilio. Et labora donec vomat, quia ſi vomuerit non ſuffocabitur: & adhibe etiam enema, quod ſit apud te præparatum. Et ægritudines quidem, quæ ſunt digniores eo, vt in eis fiat vomitus, ſunt chronicæ, ſicut [m] hydropiſis, & epilepſia, & [m] melãcholia, & lepra, & podagra, & [n] ſciatica. Vomitus præterea cum ſuis iuuamentis plerunq; affert ægritudines, ſicut quandoq; generat congelationem dentium. Amplius minutio non eſt cum eo continuanda, ſed tardanda tribus diebus. & præcipue ſi in ore ſtomachi fuerit groſſities. i. durities. Vomitus quoq; multoties fit difficilis propter humoris ſubtilitatē. Ipſe igitur eſt ingroſſandus potu ſauich ex granis granatorum. Et ſcito, ꝙ exitus malæ rei per inferiora, poſt vomitum eſt ſignum, ꝙ illud, quod faciebat nauſeatiuam ſatietatem deſcendit inferius. Et vomitus poſt aſcellationem eſt ſignum, ꝙ eſt ex accidentibus aſcellandi. Hora præterea vomendi in æſtate melior, cauſa doloris in meridie eſt. Et vomitus corpori confert, [o] ſed viſui nocumentum facit. Amplius faciendum non eſt, vt prægnans vomat, quoniam ſuperfluitates menſtrui ipſius non egredietur per talem vomitum, & labor eam ad H æſtuationē perducet: faciendũ eſt igitur vt quieſcat. Alij vero quibus accidit vomitus, ſunt iuuãdi.

*De eo quod agere debet ille qui vomit.* Cap. 12.

CVm ille qui vomuerit, à ſuo vomitu euaſerit, [p] os ſuum, & faciem poſt vomitum abluere debet, ex aceto aqua temperato, vt grauitas, quæ quandoque capiti accidit remoueatur, & [q] parum maſticis cum aqua matianorum bibat: & caueat ſibi à comeſtione, & potu aquȩ, [q] & diu quieſcat, [q] & ipſius inungantur hypochondria, & ingrediatur balneum, & abluat ſe velociter, & egrediatur, & ſi neceſſarium ei fuerit dare aliquid ad comedendum, ſit res boni ſaporis, & bonæ ſubſtantiæ, & velocis digeſtionis.

*De iuuamentis quæ affert vomitus.* Cap. 13.

H [r] Ippocrates præcepit vomitum fieri in vnoquoq; menſe duobus diebus continuis, vt in ſecundo emendetur id, quod in primo die fuit defectuoſum, ſeu diminutum, aut difficile, & vt expellatur id, quod aduenit ſtomacho. Hip, nanq; ſecuritatem facit, ꝙ cum eo conſeruatur ſanitas: hoc autem plus eſt malũ. Et vomitus quidem, qui eſt huiuſmodi, euacuat phlegma, & cholerã, & [s] mũdificat ſtomachũ. [t] Ipſe nanq; nõ habet, quod ipſum mundet, ſicut inteſtina habēt choleram rubeam,

A Hip. 4. apho.
B Raſ. 11. cõ. ... 137. 4. & 14. ...
G Aet. lib. 1. ... c. 119.
C *ſalſamētum vetus,*
D *origanum*
E *placenta*
F *cibarium*
G Raſ. cõti. 139. 4.
H Aeti. lib. 1. c. 133.
I Hip. & G. 4. & de ſectu...
K Cap. 3.
L Aet. lib. 1. ſer. 3. c. 133.
M Aet. lib. 1. ſer. c. 119. & Raſ. 11. cõti. c. 1. 136. 1.
N G. 10. de cõp. phar. ſm lo. c. ...
O Aeti. lib. 1. ... c. 119.
P Paul. lib. ...
Q Raſ. 11. cõti. 138. 1.
R De ſaubri... 21. b, & lib. 3. fen. ... t. 1. c. 35. & t. 5. c. ... G. li. 5. de v. pa... 4. e, & Raſ. 11. cõ... c. 1. 136. 3.
S Raſ. t. 4. c. 16.
T Li. 3. fen. 13. t. ... c. 16.



A rubeam, quæ ad ea deſcendit, & mundat ea: & [a] remouet grauitatem, quæ accidit capiti: & clarificat viſum, & aufert nauſeatiuam ſatietatem, & confert ei ad cuius ſtomachum deſcendit cholera, quæ ipſius corrumpit cibum: quoniam cum præceſſerit vomitus, tũc cibus aduenit ipſi ſtomacho iam mundificato: & remouet abominationem vnctuoſi, & dulcis, & caſum deſiderij ſani ipſius & deſiderium ipſius ad id, quod eſt acutum & acetoſum, & ponticum: & confert laſſitati corporis, & vlceribus, quæ ſunt [b] in renibus, & veſica: & [c] eſt lepræ forte medicamentum, & [d] malitiæ coloris, & epilepſiæ ſtomaticæ, & [e] icteritiæ, & præparationi anhelitus, & tremori, & paralyſi, & eſt ex curationibus, quæ conferunt habentibus impetiginem. Ipſe quoque fieri debet in menſe ſemel, aut bis poſt repletionem, ita quod non obſeruetur reſolutio ſcita, neq; numerus dierum notus. [f] Et ille quidem cui maius iuuamentum affert vomitus, eſt cuius cõplexio prima eſt cholerica, & eſt macer.

*De malitijs, quæ proueniunt ex ſuperfluo vomitu.* Cap. 14.

S [g] Vperfluus vomitus ſtomacho nocet: & ipſum debilitat, & facit eum aptum, ita vt materiæ ad eum perueniãt: & obeſt pectori, & viſui, & dentibus, & antiquis capitis doloribus, niſi eis, qui ſunt propter ſocietatem ſtomachi, & facit nocumentum epilepſiæ capitis, quæ non eſt cauſa inferiorum membrorum. Superfluitas quoque, quæ eſt in ipſo, nocet [h] hepati, & [h] pulmoni, & [h] oculo, & [h] aliquam venarum quandoque ſcindit. [i] Ex hominibus præterea eſt, qui vult cito impleri, B deinde non tolerat, immo properat ad vomendum, & actio huius ex eis eſt, quæ perducunt eum ad malas ægritudines manſiuas. Ipſe ergo à repletione prohibendus eſt: & tu ipſius cibum & potum menſura.

*Vt ſuccurratur diſpoſitionibus, quæ accidunt vomenti.* Cap. 15.

DE prohibitione autem vomendi [k] diximus iam, quod oportebat. Tenſioni vero & dolori, qui ſub hypochondrijs fiunt, conferunt panni aqua calida infuſi, & ſuperpoſiti, & oleis lenificantibus: & ventoſæ cum igne. Fortem autem mordicationem in ſtomacho remanentem remouet bibere iura vnctuoſa, quæ cito digerantur, & vngere locum ex aliquo, quod ſit ſicut oleum violaceum miſtum cum oleo keiri, & pauca cera. [l] Singultum vero ſi cum eo acciderit, & permanſerit, retinebit ſternutatio: & dare ei ex aqua calida ad traijciendum paulatim. De vomitu autem ſanguinis iam [m] diximus in capitulo de nocumētis vomitus. [m] {Alcuzez} vero, & ægritudinibus frigidis, & [n] {ſubeth,} & interſectioni vocis, quæ accidit poſt ipſum, [o] confert ligare extrema, & ſtringere ea, & ſuperponere ſtomacho pannum infuſum oleo, in quo cocta fuerit ruta, et cucumer aſininus: & dare ei bibendum mel cum aqua calida, Et habenti quidem [o] {alſubet} fiat hoc, & in aurem eius [p] {mittatur.}

*De eo in quo ſuperfluit vomitus.* Cap. 16.

C FIat vt ipſe [q] dormiat, & ingenietur quanto plus poſſibile fuerit, quomodo dormiat: & ligentur eius extrema taliter, qualiter ligantur quando fluxum ventris retinere volumus. Et ipſius medicetur ſtomachus cum emplaſtris confortantibus ſtypticis. Quod ſi vomitus ſuperfluerit, & inceſſanter egrediantur humores, donec ſanguis exeat, [r] da ei ad bibendum lactis vino admiſti quatuor cotylas: quoniam medicinæ vomitiuæ malitiam reprimit, & ſanguinem prohibet, & naturam lenit. Quod ſi partem pectoris, & ſtomachi à ſanguine cum hoc mundificare volueris, ne ex eo aliquid coaguletur, da ei ad bibendum [s] ſyrupum acetoſum, ſiue ſit ex melle, ſiue ex zuccharo, cum niue infrigidatum, paulatim: [t] cum hoc quoque quandoque confert bibere ſuccum portulacæ cum bolo armeno. Cum ipſum tranſglutit ille, in quo ſuperfluit medicina & vomit. Et oportet quidem te quærere medicinas vomitiuas ſecundum ſuos gradus: & quomodo quæq; earum ad bibendum ſint dandæ, & præcipue elleborum in antidotario, & medicinis ſimplicibus.

*De enemate. i. clyſtere.* Cap. 17.

ENema eſt medicamen nobile in [u] expellendo ſuperfluitates, quæ ſunt in inteſtinis, & in ſedando [x] dolores renum, & veſicæ, & apoſtemata ipſorum, [y] & ægritudines colicȩ, et in [z] attrahendo ſuperfluitates à membris principalibus ſuperioribus. Quæ vero ex eis ſunt acuta, debilitant hepar, & perducunt ad febrem. Ex enematibus præterea fit iuuamen in expellendo reliquias quas D inanientia relinquunt. Formam vero clyſteris, & quomodo clyſterizetur, iam retulimus [a] in capitulo de colica. Videtur quoque quod clyſterizati [b] ſitus melior ſit, vt ſupinus iaceat, deinde reuoluat ſe ad latus dolens. [c] Et clyſterizandi hora melior eſt cum eſt aeris frigiditas, & eſt in horis duabus frigidioribus, vt minoretur anguſtia, & æſtuatio, & ſyncopis. Balneum præterea ſolet facere, vt commoueantur humores, & ſpargantur. Clyſteris quoque conditio eſt vt aerem, & humores retentos attrahat. Et propter hoc ſecundum plurimum non eſt bonum, vt balneum enemati præmittas: quod ſiquis in inteſtinis apoſtemata vel vlcera habens ipſo indiguerit cauſa febris, aut alicuius ægritudinis, & timuerit, quòd non retineatur enema fomentare debet anum ſuum, & femur, & loca, quæ ſunt in ciruitu ipſorum cum milio calefacto.

*De linimentis.* Cap. 18.

EPithemata ſunt ex medicinis bonis, quæ ad ipſam perueniunt ægritudinem. Et medicina fortaſſe duas habet virtutes: vnam ſubtiliatiuam, & alteram ingroſſatiuam: & erit maior neceſſitas ſubtiliatiuæ, quàm inſpiſſatiuæ. Cumq; eius inſpiſſatio fuerit temperans ſubtiliationem, cum ex ea fiet emplaſtrum, penetrabit ſubtilitas, & remanebit ſpiſſitudo: & illa quidem, quæ penetrat confert: ſicut facit [d] coriandrum. cum ſauich cum ex eis fit emplaſtrum ſuper ſcrofulas. Emplaſtra præterea

A Gal. 2. de cõpo. phar. ſm loc. 135. b, & Raſ. t. 4. c. 16.
B Li. 3. Fē. 13. t. 5. c. 8. & Fē. 18. t. 2. c. 12.
C Fen. 3. do. 2. c. 2.
D Raſ. 12. cõti. t. 1. c. 1. 135. 4.
E Gal. lib. de cura icteri. h
F Cap. 11.
G Lib. 3. fen. 13. t. 5. cap. 8.
H Raſ. t. 4. cap. 16.
I Lib. 3. Fen. 13. t. 5. cap. 8.
K Cap. 11.
L Li. 3. fen. 13. t. 5. c. 21. & Hipp. & Gal. 6. apho. 13.
M Li. 3. Fen. 13 t. 5. cap. 10.
M *ſpaſmo*
N *ſopori*
O Raſ. 12. cõti. c. 1. 138. 1.
O *ſoporem*
P Raſ. ibi. 138. 1.
P *dãda eſt vox magna.*
Q Aeti. lib. 1. ſer. 3. ca. 134.
R Lib. 3. Fen. 13. t. 5. c. 14. & Raſ. 12. cõt. c. 1. 137. 4.
S Raſ. ibi. 137. 4.
T Raſ. ibid. 138. 1.
V G. 2. de compo. medi. ſm loc. 136. d
X Gale. de ren. af. dig. c. 4. g
Y G. 12. meth. me. c. 8. h, & a
Z G. 2. de cõp. me. ſm lo. 136. d
A Li. 3. Fen. 16. t. 4. cap. 11.
B Raſ. 12. cõti. c. 1. 147. 2.
C G. introdu. ſeu. Medic. c. 13. f
D Li. 2. t. 2. c. 140.

præterea ſunt talia qualia epithemata: [a] ſed emplaſtra ſunt dura, & epithemata fluida. Eſt quoque, F cum epithemata fiunt cum pannis: cumq́ʒ membris principalibus ſuperponuntur, ſicut hepati, & cordi, & non fuerit ibi, quod prohibeat conferunt panni ſuffumigati ex xyloaloe crudo, & virtutibus epithematum & bonum tribuunt odorem, quem principalia diligunt.

*De embrocis.* *Cap.* 19.

EMbrocæ ſunt medicamenta congrua ei, quod ex capite, & alijs membris oportet reſolui, et illi cui cōplexionem neceſſarium eſt permutare. In membris autem, quæ embrocare oportet, ex calido, & frigido, ſi non in eis fuerint ſuperfluitates, quæ effunduntur, [b] fiat prius embroca ex calefacto, deinde fiat ex aqua frigida vt conſtringantur: [c] ꝙ ſi res diuerſa fuerit, à frigida incipiatur.

*De phlebotomia.* *Cap.* 20

P[d]Hlebotomia eſt euacuatio vniuerſalis, quæ multitudinem euacuat. Multitudo autē eſt augmentum humorum ſuper æqualitatem ipſorum in venis. Et nemo quidem eſt phlebotomandus niſi vnus duorum. [e] Vnus eorum eſt ægritudinibus præparatus, qui cum ipſius ſanguis multiplicatus fuerit, cadet in eas. [e] Et alter eſt cadens in eas. Vnuſquiſq; autem eorum, aut phlebotomatur propter ſanguinis multitudinem additam: aut propter ipſius malitiam: aut propter vtrūq;. Et his quidem ægritudinibus præparatus eſt, ſicut qui eſt expoſitus ſciaticæ, & [f] podagræ ſanguineis, & [f] arthreticæ ſanguineis, [g] aut ille cui accidit ſputum ſanguineum ex fiſſura venæ, quę in pul- G mone eius exiſtit tenuiter conſolidata: qm̄ cū ipſius multiplicabitur ſanguis, findetur: & apti [h] epilepſiæ, & [h] apoplexiæ, & [i] melancholiæ cum ſanguinis multitudine, & [k] ſquinantiæ, & apoſtematibus interiorum, & [l] ophthalmiæ calidæ: & ex eis quibus [m] hæmorrhoidarum ſanguis, qui fluere ſolebat, eſt retentus: & mulieres quibus menſtruus ſanguis eſt reſtrictus: horum tamen duorum colores non demonſtrant, ꝙ phlebotomari debeant, propter ipſorum obſcuritatem, aut albedinem, aut viriditatem. Et illi, qui in interioribus membris cum complexione calida debilitatem patiūtur: Nam iſtis melius eſt vt in vere minuantur, licet in has nondum ceciderint ægritudines. Et illis quibus [n] percuſſio accidit, aut caſus: qm̄ quandoq; minuuntur timendo ne eis accidat apoſtema. Et qui habet apoſtema, minuendus eſt: qm̄ timetur ne aperiatur anteq; maturetur: licet non indiguerit, & non fuerit ibi multitudo. [o] Et debes ſcire, quod dum iſtæ ægritudines timentur, & nondum in eas ceciderit, tunc tempus phlebotomiæ in eis eſt magis amplum: & cum in eis ceciderit, [p] in earum principio penitus phlebotomia dimittatur, qa ſuperfluitates ſubtiliat, & eos per corpus fluere facit, & eas ſano ſanguini admiſcet. Et eſt etiam cum nihil euacuatur ex eo, quod oportet: & facit neceſſarias reiterationes, quæ debilitant virtutem. Cumq́ʒ maturatio apparuerit, & ægritudo principium præterierit verſus ſtatum: tunc ſi oportuerit vt minutio fiat, ſi non fuerit, quod prohibeat, fiat. [q] Phlebotomia quoq;, neq; euacuatio ventris eſt facienda [r] in α die motus ægritudinis: quia eſt H dies requieſcendi, & inquirendi ſomnum, & dies cōmotionis ægritudinis. Et cum ægritudo eſt habens criſim, in cuius tempore eſt longitudo, nullo modo ſanguis multus eſt minuendus: ſed ſi poſſibile fuerit, quies eſt facienda: quod ſi non fuerit poſſibile, vt quies fiat, ex eo parum minuatur: & in corpore ſanguis theſaurus recondatur ad phlebotomiam faciendam: ſi oportuerit & virtus conſeruetur ad reſiſtendum in criſibus: quod ſi multum præterierit tēporis, ex quo quis minutus fuerit, & in hyeme fuerit conqueſtus, quod ſe quaſi fractum ſentiat, minuatur, & ſanguis pro theſauro recondatur. Amplius [s] phlebotomia propterea, quod ad diuerſum trahit, naturā ſm̄ plurimum retinet. Cumq́ʒ ex multa minutione debilitabitur virtus, multi generabūtur humores. [t] Syncopis præterea accidit in prima minutione, cum ſubito euenerit ei, qui non conſueuit, & vomitum præmittere eſt ex eo, quod eam prohibet: & ſimiliter vomere hora qua accidit. Et debes ſcire, quod minutio eſt perturbans, donec quieſcat. phlebotomia quoq;, & colica raro ſimul eueniunt. [u] Prægnans præterea, & mēſtruata non minuantur, niſi propter magnam neceſſitatem, ſicut eſt neceſſitas retinēdi forte ſanguinis ſputum, cum virtus fuerit conueniens. Et debes ſcire, quod non quoties [x] nominata ſigna repletionis apparuerint, oportet vt minuas: [y] immo qñq; eſt repletio ex humoribus crudis: & eſt tunc phlebotomia multum nocens: qm̄ ſi minueris non maturabis eos, & timebitur, ne æger perdatur. Non autem eſt inconueniens, vt ille in quo melancholia ſuperabundat E minuatur, poſtea medicina ſolutiua euacuetur. Sed ſolicitus eſſe debes ex diſpoſitione coloris ſm̄ conditionem, quam nunc γ dicemus, & conſiderare tenſionem, qm̄ propter tenſionem per totum corpus incedentem magis eris cōfidens, quod phlebotomare debes. [z] Cum vero ſanguis alicuius fuerit bonus & paucus, & fuerint in ipſius corpore multi mali humores, phlebotomia bonum rapiet, & malum relinquet. Et cum alicuius malus ſanguis fuerit paucus & declinauerit ad membrū aliquod, & eius declinatio vehementer nocet, & fuerit neceſſarium vt ipſe minuatur, ex eius ſanguine parum erit aſſumendum: & cibo bono erit alendus: deinde erit minuendus iterum poſt dies: propterea, vt malus ſanguis ab eo extrahatur, & bonus reſtauretur. Quod ſi mali humores cholerici in eo fuerint, ingenietur quatenus prius ſubtili pharmacia euacuentur, aut vomitu, aut vt ſedentur: & ſtude in hoc, vt æger quieſcat, & ocietur. Et ſi groſſi fuerint, antiqui præceperunt vt balneetur, & in ſuis miniſterijs moueatur. Et dabant ei ad bibendum ante plebotomiam, & poſt ipſam, ante ſecūdationem, ſyrupū acetoſum ſubtiliatiuum & decoctionē cum hyſſopo & [z] {haſce.} [a] Cum autem phlebotomia neceſſaria fuerit cum debilitate virtutis, cauſa febris, aut aliorū humorum malorū, partire phlebotomiam ſicut [b] diximus. Amplius phlebotomia ſtricta, magis eſt conſeruatiua

A Sen.1.7.c.4
B G.10.meth. c.10.c.ſo.66.
C Li.3.F.1.t.3.
D Ca.3.et Gal. ſtitu.ar.c.19.et aph.8.et 4.ap. & li.13.met.c.
E G.de cur. per ſang.c.9.
F Gal.ibi.c. c.10.e
G Li.3.Fē.10. 6.& G.de cur. ne.c.7.e,&.c.
H Lib.3.Fen. c.11.& G.ibi. & c.10.e
I Gal.ibidem
K Li.3.Fen. & G.ibi.e
L Gal.ibidem
M Gal.ibidem
N G.4.meth. & Raſ.t.6 c.
O G.de cur. per ſang.c.9.
P Li.3.Fen. ca.7.& lib.4. t.1.c.33.
Q G.de plaga nētia confir.h
*Infra α*
R Li.4.Fen.1. c.7.& Gal.de ſi experien.cōfi.
S Li.3.Fen.10. c.6.& ca.11.
T Li.3.Fen.11. c.6.
V Hip.5.aph.
X Fē.1.d.3.c.
Y G.11.meth. c.3.c
*Infra γ*
Z G.4.ſa.tu.
*Z thymo.*
A G.de cur. per ſang.c.11.
B L.1.fē.1.t.1.



A ſeruatiua virtutis: ſed tamen ſubtilem, & clarum interdum ſanguinem fluere facit: & ſpiſſum, & turbidum tenet. Ampla vero velociter eſt ad ſyncopim, & magis operatiua in mundificādo, & tardior ad conſolidandum: ſed tamen eſt dignior ei, qui ſm̄ præſeruationē phlebotomatur, & in graſſis, ſeu pinguibus. Et amplam quidem efficere in hyeme, eſt dignius ne congeletur ſanguis: & anguſtam efficere in æſtate eſt dignius, ſi neceſſarium fuerit. [a] Phlebotomandus præterea ſupinus iaceat, quando phlebotomatur: qm̄ hoc eſt conuenientius ad hoc vt ipſius conſeruetur virtus: & ne ei ſuperueniat ſyncopis. In febribus autem à minutione cauendum eſt, [b] ſcilicet in his, quæ vehementis ſunt calefactionis, & inflammationis, & in omnibus non acutis febribus in ſui principio, [c] & α in die periodica. In febribus præterea cum quibus aduenit ſpaſmus, minoretur phlebotomia: licet fuerit neceſſaria: quoniam cum ſpaſmus accidit, vigilare facit, & ſudare multum, & deijcit virtutem: quapropter ſanguinis theſaurus eſt dimittendus. Et ſimiliter oportet vt [d] minoretur phlebotomia febricitantis cuius febris non eſt à putredine, vt ad reſoluendum febrem theſaurus relinquatur. Et ſi fortis inflammationis non fuerit, & fuerit febris putrida, attende [e] decem regulas, & poſtea intuere in vrinali: [f] & ſi vrina fuerit groſſa, & rubedini attinens, & pulſus etiam fuerit magnus, & facies vel figura tumida, & febris non properet in faciendo tornalitatem, phlebotoma in hora, qua ſtomachus à cibo eſt vacuus. Et ſi vrina fuerit ſubtilis, aut ignea, aut facies à principio B ægritudinis fuerit tornatilis, caue tibi à phlebotomia. [g] Quod ſi interpollatio in ea fuerit, & quies febris, in ipſa fiat minutio. Diſpoſitionem quoque tremoris conſidera, quoniam cum tremor fuerit fortis à minutione tibi cauendum erit. β Amplius ſanguinis, qui egreditur colorem attende, & ſi fuerit ſubtilis albedini attinens, ipſum illico retine. [h] Et ſummopere tibi caue ne ægrum ad vnam duarum perducas rerum. ſ. humorum cholericorū ebullitionem, & frigidorum cruditate. Cumq́ʒ in febre te oportebit phlebotomare, [i] non attendas, quod quidam dicunt: ſcilicet quod non eſt bonum vt poſt quartum diem fiat, qm̄ bonum eſt vt fiat etiam ſi ſit poſt quadraginta dies: & hoc ſm̄ ſententiam [k] Galeni licet præmittere, & properare ſit melius, cum ſignificationes certæ fuerint. Quod ſi in hoc erratum fuerit, quacunq; hora inueneris ęgrum, et oportuerit, phlebotoma ipſum, poſtq; [l] decem rerum ſolicitudinem habueris. [m] Multoties præterea phlebotomia in febribus, licet neceſſaria non ſit, efficit vt natura fortis fiat ſuper materiam: propterea, quòd eam efficit paucam: & hoc quidem cum fuerit figura, & ætas, & virtus, & reliqua talia, vt permittant. In febre autem ſanguinea neceſſe eſt vt euacuatio fiat minutione non ſuperflua in principio, & ſuperflua cum aſ fuerit maturatio febris, quæ multoties remouetur in hora phlebotomiæ. Tibi quoq; cauere debes à minutione in complexione [n] vehemētis frigiditatis, [o] & in regionibus fortis frigiditatis, & in hora fortis doloris: & poſt balneum reſolutiuum, & poſt coitum: & in ætate, quæ eſt [p] minor. xiiij. an- C nis quanto plus poteris: & [q] in ætate ſenum quanto magis poteris, niſi in figura confiſus fueris, & i ſoliditate muſculorum, & venarum amplitudine, & earum repletione, & colorum rubedine: hos nanq; ex adoleſcentibus, & ſenibus phlebotomare audebis. Adoleſcentes tamē ſm̄ ordinem phlebotomandum paulatim prouehere debes cum pauca minutione. In corporibus quoq; [r] fortis maciei, & fortis graſſitiei, & [s] raris, & [s] albis, & [s] laſſis, & citrinis, ſanguinem non habentibus, à minutione tibi quantum plus poteris cauere debes. Amplius in corporibus, quę [t] prolixas perpeſſa ſunt ægritudines, caue tibi à phlebotomia, niſi ſanguinis affuerit corruptio, quæ te ad hoc perducat: qm̄ tunc phlebotomabis ea. Et conſidera ſanguinem: & ſi ipſum videris nigrum, & ſpiſſum, extrahe eum: [u] & ſi β ipſum videris album, & ſubtilem, eum illico conſtringe, qm̄ in ipſo exiſtit vehemens timor. [x] A minutione præterea tibi cauere debes ſuper cibi repletionem, ne materiā non digeſtam ad venas trahas loco eius, quod ab eis euacualti. [y] Et oportet etiam vt tibi caueas ab ea in repletione ſtomachi, & inteſtinorum facta ex fæce iam exuccata ſeu cōpleta, aut propinqua: immo in eam euacuando ſtude: & illud quidē, quod eſt in ſtomacho & in eo, quod ei vicinat vomitu. Et quod in inteſtinis inferioribus cū eo quo poteris, & ſi non alio, ſaltē clyſteri. [z] Caue præterea tibi ne ſatietatem nauſeatiuā habentem phlebotomes ſed prolōga vſq; quo eius ſatietas nauſeatiua digerat. [a] Et tibi etiā caue ne ſubtilitatem ſenſus oris ſtomachi habentē, aut ipſius debilitatē, phlebotomes: & in- D felicē ex generatiōe cholerę rubeę in ipſo: huiuſmodi nanq; ſibi cauere debet ab audacia in minuēdo, & proprie cū eſt ieiunus. Senſus vero ſubtilitatem oris ſtomachi habentē dignoſces: propterea, ꝙ mordicatiua traijcere ei nocet. Et habentē [b] oris ſtomachi debilitatē cognoſces ex deſiderij ipſius debilitate: & doloribus oris ſtomachi: & habentē os ſtomachi aptum receptioni choleræ rubeæ & multam in eo generationē ipſius choleræ, dignoſces ex perſeuerantia [c] nauſeę ipſius: & propterea, quod choleram quaq; hora vomit, & ex oris ipſius amaritudine. Iſtis nanq; cum phlebotomati fuerint, oris ſtomachi conſeruatione non præmiſſa, accidet inde timor magnus. & quandoq; moriunt inde. Subtilitatem vero ſenſus habenti, & debilitatem, [d] buccellæ mundi panis in rob acetoſo bonū habente odorem infuſæ, ſunt dandę. Et ſi fuerit debilitas complexionis frigidæ, ſint intinctæ in aliquo, quod ſit ſicut aqua cum zuccharo cum aleſeniati, aut in ſyrupo mentæ muſchato, aut in miua muſcata, poſtea minuatur. Aptitudinem vero generationis choleræ habens, eſt mundandus dando in potu ei multitudinem aquæ calidæ cum ſyrupo acetoſo: poſtea dentur ei buccellæ panis ad manducandum, deinde fiat vt parumper quieſcat, poſtea minuatur. Properandum præterea eſt vt quod [e] ex bono ſanguine reſolutum fuerit, reſtauretur, ſi fuerit fortis cum [e] aſſatura carnis, quæ fit ſuper prunas: quoniam ſi digeritur nutrit multum & bene: verumtamen oportet vt ſit pauca,

quoniam

A G.1.aph.23.c.& Raſ.28.conti.t.2. c.1.352.3.
B Lib.4.Fen.1.t.2. cap.42.
C Lib.4.fen.1.t.2. c.7.& Gal.de plag. ex par.confir.h
*Supra α*
D G.4.meth.me. c.4.e.f, &.9.meth. me.cap.5.c
E Cap.3.
F Lib.4.Fen.1.t.2. c.7.& Raſ.28.cōti. t.2.c.2.356.1.
G Li.4.Fen.1.t.2. ca.7.& Raſ.28.cōt. t.2.c.2.355.3.
*Infra β*
H Li.4 Fen.1.t.2. cap.7.
I G.de cu.rōne p ſang.c.20.a b,&.9. metho.med.c.5.d
K G.de cura.rōne per ſang.c.20.a b.
L Cap.3.& Ra.28. cōti.t.2.ca.1.354.4.
M Gal.11.metho. med.c.15.d
N G de cur.rōne per ſang.ca.6.d,& Raſ.28.contin.t.2. c.1.353.3.
O G.13.meth.me. c.21.e, & de ſec.ca. 3.e,&.1.art.cur.ad gla.c.14.c
P G.11.met.med. c.14.f,& de cur.rōne per ſang.c.13.c
Q Gal.4.de rōne vic.19.f.g,& de ſec. c.3.e, &.1.art.cur. ad gla.c.14.d,& de cur.rōne per ſang. c.13.d
R G.2.de elhtis.c. 3.c,& Raſ.28.cont. t.2.c.1.353.4.
S G.11.met.med. c.14.g
T Ga.de cur.rōne per ſang.c.20.b
V Oppoſi.li.3.F.1. t.4.c.19.& Raſ.28. conti.t.2.c.1.353.4.
*Supra β*
X G.9.met.med. c.5.h, & cōmēto.1. in.3.de mor.vulg. 2.d.c,& Ra.28.con ti.t.2.c.1.352.3.
Y G.9.met.med. c.5.h
Z G.ibi.& Raſ.28. cōti.t.2.c.1.350.4.
A G.9.met.med. c.5.a
B Raſ.350.4.
C Raſ.28.cōt.t.2. c.1.353.3.
D Raſ.ibi,353.3.& 352.3.
E Raſ.t.3 cap.12.

quoniam ſtomachus propter phlebotomiam eſt debilis. [a] Amplius venę quandoq; phlebotoman E tur propterea vt fluxus ſanguinis ex naribus, & matrice, & ano, & pectore prohibeantur, aut ex aliquibus exituris, ideo vt ſanguis ad id, quod à parte illa eſt diuerſum, protrahatur: & hæc quidem curatio eſt fortis iuuatiua. Oportet vero vt foramen phlebotomiæ, ſit vehementer ſtrictum: & ſint vices multæ, quæ non ſint in vna die, niſi magnæ neceſſitatis cauſa fuerit: ſed in die poſt diem: & quacunq; vice minoratio fiat quantum poſſibile fuerit: & ad ſummum melius eſt vt [b] phlebotomiæ vices ſint multæ, quàm vt ipſius quantitas ſit multa. Et phlebotomia quidem cum non eſt neceſſaria, choleram rubeam ebullire facit, & poſtea aduenit linguæ ſiccitas, & quæ ſibi ſunt ſimila. Eſt igitur ei ſuccurrendum cum aqua hordei & zuccharo. Qui autem ſecundare voluerit, venam manus in longitudine phlebotomare debet: vt iuncturæ motio ipſius prohibeat cõſolidationem, & vt amplificetur. Quod ſi cum hoc timor affuerit, quod cito conſolidetur, ſuperponatur ipſi pannus oleo cum pauco ſale infuſus, & deſuper ligetur. Et ſi phlebotomus etiam [c] oleo inunctus fuerit, cum fiet phlebotomia, [c] prohibebit conſolidationis velocitatem, & [c] ɣ minuetur dolor. Et hoc quidem eſt vt ſuper ipſum oleum, aut ſibi ſimile, leuiter inungatur: aut ipſe in oleo mittatur, poſtea cum panno exiccetur. Inter phlebotomiam quoq;, et ſecundationem [d] dormire, phlebotomiæ conſolidationem feſtinare facit. Recordare præterea eius, quod [e] diximus de euacuatione in hyeme cum medicina, quòd dies eſt eligenda auſtrina, quoniam ſimiliter in phlebotomia. Et ſcire de- F bes, quod cum minuuntur melancholici, & maniaci & illi quos minuere oportet in nocte in hora dormiendi, oportet vt ſit anguſta phlebotomia ne ſanguinis exitus accidat. Et ſimiliter in omnibus, qui ſecundatione non indigent. Scire quoque debes, quòd ſecundatio ſecundum debilitatis menſuram eſt tardanda: & ſi debilitas quidem non affuerit, ſit vltima eius tardatio vna hora. Qui voluerit eam facere, vt ſanguis ipſius trahatur, ſit dies vnus. Amplius phlebotomia tranſuerſa melior eſt ei, qui ſecundationem vult in die eadem. Et illa, quæ eſt ſecundum latitudinem, ei qui vult ſecundationem in eadem hora. Et illa, quæ eſt ſecundum longitudinem, ei qui vult non vna eſſe contentus ſecundatione: immo in corde tenet, quod eam per multos faciet dies, quaq; die. Cumq; phlebotomiæ dolor maius fuerit, tanto erit eius conſolidatio tardior. Multa præterea in ſecundatione euacuatio ſyncopim affert, niſi ille in quo ſecundatio eſt fienda aſſumpſerit vel comederit aliquid. Inter phlebotomiam quoq; & ſecundationem dormire, prohibet ne cum ſanguine expellantur ſuperfluitates, quæ attrahuntur: propterea, ꝙ humores in ſomno ad corporis profundum trahuntur. [f] Ex iuuamentis vero ſecũdationis eſt, ꝙ phlebotomati virtutem cum perfectione ſuæ euacuationis, quæ eſt neceſſaria. conſeruat. Et melior quidem ſecundationis terminus, eſt vt duobus, aut tribus tardetur diebus. Ex dormitione vero phlebotomiæ propinqua, plerunq; accidit in membris confractio. Balneatio quoq;, anteq̃ minutio fiat, plerũq; difficilem facit phlebotomiam: G propterea, ꝙ cutem ingroſſat, & eam lenificat, & ad labẽdum aptam efficit, niſi phlebotomandus multam ſanguinis habuerit groſſitiẽ. [g] Et oportet ne phlebotomatus in ſe replendo ſit audax, ſed ſecundum ordinem nutriatur, et cibũ primitus ſubtiliet. Et ſimiliter oportet ne poſt ipſam exercitetur, ſed declinet ad hoc, vt ſupinus iaceat: neq; poſt eam balneo vtatur reſolutionẽ faciente. Cũ autem aliquis phlebotomatur, & poſtea ipſius brachium apoſtematur, ex altero brachio minuatur, ſecundum ꝙ tolerauerit, & ſuper ipſum emplaſtrum de ceruſſa ponatur: & ex fortiter infrigidantibus in circuitu eius fiat cataplaſma. Cumq; aliquis eorum phlebotomatur, in quorũ corporibus ſuperabundantes exiſtunt humores, phlebotomia fit cauſa commotionis illorum humorum, & eorum curſus, & ipſorum permiſtionis: fit ergo frequens phlebotomia eis neceſſaria. [h] Sanguis quoq; melancholicus facit, vt frequens minutio ſit neceſſaria: quę in præſenti quidem alleuiat, [i] ſed in ſenio peruenitur inde ad malas ægritudines, ex quibus eſt apoplexia. Amplius phlebotomia multoties commouet febres, & huiuſmodi febres reſoluunt putrefactionem. Omnis quoq; ſanus, qui phlebotomatur, illud quod in capitulo de vino [k] diximus, accipere debet. Et debes ſcire, ꝙ venarum, quæ phlebotomantur: aliæ ſunt, quæ ſunt tantum venæ: & aliæ ſunt, quæ ſunt tñ arteriæ. [l] Arteriæ vero minus phlebotomantur propter terrorem eius, quod in eis exiſtit de timore curſus ſanguinis. [l] Et ſuarum quidem diſpõnum minor eſt, ꝙ ex ea prouenit aneuriſma. Et hoc quidem H eſt, cũ fixura fuerit vehementer anguſta. Cum autẽ fuerit ſecuritas, ꝙ ex ea ſanguis non fluet, [l] maxime eſt iuuatiua in ægritudinibus proprijs. propter quas phlebotomant̃. [l] Maius tñ iuuamẽtum, quod ex minutione arteriæ prouenit, nõ eſt niſi cum in mẽbro ſibi vicino malæ ſunt ægritudines, quarũ cauſa eſt ſanguis ſubtilis, & calidus. Cumq; arteria phlebotomabit̃, quæ eſt ei vicina, in qua non erit timor, maximũ afferet iuuamentũ. [m] Venæ præterea manus, quę phlebotomant̃, non pulſatiles quidem, ſunt ſex, cephalica, nigra, & baſilica, & funis brachij, & alaſceilez: & illa, q̃ proprio nomine aſcellaris vocatur: & ipſa quidem eſt ramus baſilicæ: eis [n] vero ſanior omnibus eſt cephalica. [o] Oportet autẽ vt omnes tres ſupra iuncturam aperiantur: & non ſub ea, neq; in ea: ideo vt egrediatur ſanguis bene taliter, vt egrediatur, ſicut aqua, aut aliud liquidum per ſyringam impulſum egreditur. & vt ſit ſecuritas à nocumentis neruorum, & arteriarum: & ſimiliter cephalica. [p] Earum vero phlebotomia, quæ fit ſecundum longitudinem, ad conſolidandum eſt tardior: quoniam ipſæ ſunt iuncturales: in non iuncturalibus vero res ab hoc diuerſa: & [q] in ſciatica quidem, & ♂ ſceilez, & in alijs venis melius eſt, vt ſecundum longitudinem phlebotomentur. [r] Et cum hoc oportet in cephalica, vt à capite muſculi moueatur ad locum lenẽ, & dilatetur phlebotomia, ſeu ſciſſura phle-

botomiæ,

A G.de cur. per ſang.c.11. B G.5.meth. c.3.e. C Raſ.18. c.1.353.1. Infra ɣ. D Raſ.18. c.1.352.4. E Cap.5. F G.9.meth. c.4.b. G Raſ.t.7.c.21. H Lib.3.Fen. c.11. I Raſ.t.4.c.4. K F.3.doc.1.c. L G.de cur. per ſang.c.11. M G. de anat. ven. fo 54.g. N Raſ.18. c.t.2.c.1.352.1. O G.de anat. s.ven.man'. P Raſ.18.c. c.1.352.1. Infra ♂. Q Raſ.ibi. R Raſ.ibi.

expelant' ad cor.



A botomiæ, & foramen phlebotomiæ, ſeu punctura phlebotomiæ non fiat ſuper foramen, ſeu puncturam præcedentem, quoniam faciet apoſtema. Plurimum autem erroris, qui euenit in minuendo cephalicam non prouenit ex percuſſione vna, licet ſit magna: immo non accidit nocumentum niſi propter iterationem percuſſionum. Et quæ ex ipſius phlebotomia plus tardatur in conſolidatione eſt illa, quæ fit in longitudine: cuius quidem phlebotomia dilatanda eſt, ſi voluntas affuerit, vt ſecundatio fiat. Cum autem eam non inueneris, quære aliquem ramorum eius, qui ſunt in ſylueſtri alſahad. [a] Et in vena quidem nigra eſt timor propter neruum, qui eſt ſub ea: & quandoq; etiam eſt inter duos neruos, quare oportet ſtudere vt ipſam in lõgitudine phlebotomes, et vt ipſa ſuſpenſa phlebotometur. Et fortaſſe ſuper ea erit neruus ſubtilis tenſus, ſicut chorda. Et tunc quidẽ oportebit, vt hoc cognoſcatur: & caueatur ne percuſſio in eo cadat, & proueniat inde ſtupor perſeuerans. In eo autem cuius nerui ſunt groſſiores, ramus iſte eſt magis manifeſtus. Et error quidem in ipſo eſt deterioris nocumenti: quare cum error accidit, & neruus ille percuſſus fuerit, non conſolides phlebotomiam: immo ſuper eam pone, quod ipſius prohibeat conſolidationem. Et eius quidem medicamentum, eſt ſicut medicamentum vulneris neruorum. Et nos iam locuti ſumus de ipſo [b] in libro quarto. Caue tibi præterea ne res infrigidans ad ipſum perueniat, quod ſit, verbi gratia, ſicut ſolatrum, & ſandalum: ſed ipſum, & totum corpus oleo calefacto frica. Funis autem bra-
B chij melius eſt, vt tranſuerſe minuatur, niſi vtrinq; fuerit labilis vel mobilis: quoniam tunc in longitudine phlebotomatur. [c] Baſilica quoq; magni eſt timoris: propterea, quòd [d] arteria cadit ſub ea: & quod nerui et muſculi etiã ſub ea cadunt. In ipſam ergo phlebotomando tibi caue: qm̃ ſi percuſſio fuerit in arteria, ſanguis nõ reſtringet̃, aut reſtringet̃ difficulter. Hominum quoque ſunt quidã quorum baſilicæ duæ aſſociantur arteriæ, quarum vna cum ſignata fuerit, exiſtimabitur quod iam ſit ſecuritas, & fortaſſe percutietur altera: hoc enim ſcire debes. [e] Cumq; ligaueris, ſecundum plurimum rei accidet ibi inflatio, quandoque ex arteria, quandoque ex baſilica: ſed qualitercunq; fuerit, ligaturam ſoluere debes, & inflationem molliter fricare: deinde ad ligandum redi: & ſi inflatio reuerſa fuerit: reitera: quod ſi non iuuerit, [f] quid erit in hoc ſi baſilicam dimiſeris, & ad ramum, qui aſcellaris vocatur, redibis, quæ quidem eſt, quæ ſuper domeſticum [f] { aſeid } exiſtit ad inferiora. Et inflatio quidem errorem multoties efficit: & ligatura ſæpe arteriæ pulſum quieſcere facit, & ipſam eleuat, & ponit ipſam ſupremam, & exiſtimatur, quod ſit vena, & phlebotomatur. Cumq; quamlibet ligaueris venam, & ex ligatura ſuper eam prouenerit, quod ſit ſimile lenti, aut ciceri, fac in ipſam, quod in baſilica diximus. [g] In baſilica quoque phlebotomanda quanto plus ad brachium deſcenderit, erit ſanius. [h] Phlebotomus præterea in venam procedere debet ad diuerſitatem partis arteriæ. In baſilica quoq; non ſolum contingit error ex parte arteriæ, ſed etiam muſculus ſub ea eſt,
C & neruus propter quos etiam prouenit error: hoc quidem iam tibi diximus. Signum vero erroris in baſilica, & quod arteria iam ſit percuſſa, [i] eſt quod ſanguis egreditur ſubtilis, rufus, qui ſaliendo manat, & lenificatur cum eo tactus, & ipſa fit inferior: tunc ergo ſuccurre ei, & in vulneris orificio parum de pilis leporis pone cum pauco pulueris thuris, & ſanguinis draconis, & aloes, et myrrhæ, & pauco [i] { alcolcotar, } & [k] { alzegi: } [l] et ſuper ipſam ex aqua frigida quantum poteris rora, & ſuper locum ipſum phlebotomatum ligaturam appone tenacem. Quod ſi ſe tenuerit, vſque ad tres dies non ſoluas: & poſt etiam tres dies, quanto plus poteris, tibi cauere debes, & loco emplaſtrum ex ſtypticis ſuperpone. Multi præterea hominum arteriam illam [m] incidunt penitus, vt ipſa contrahatur, & caro deſuper eam cooperiatur, & teneat. Amplius pleriq; hominum propter ſanguinis exitum moriuntur. Et quidam eorum ſunt, qui moriuntur propter fortitudinem doloris ligaturæ, quam voluerunt propter fortitudinem prohibitionis fluxus ſanguinis arteriæ, donec membrum factum eſt ſecundum viam mortis. Et ſcias, quod curſus ſanguinis quandoque prouenit etiam ex venis. Præterea ſcire debes, quod ſanguis, qui plurimum de cephalica [n] euacuatur, eſt qui ex collo, & ex eo quod eſt ſupra ipſum, & parum de eo, qui eſt ſub ipſo egreditur: et terminum partis hepatis non pertranſit, & hypochondriorum, & non mundificat hypochondria, neq; inferiora taliter mundificat, vt inde ſit curandum. [o] Nigræ vero iudicium inter cephalicam & baſilicam eſt
D medium. [o] Et baſilica quidem euacuat, [o] quod eſt à parte capacitatis ventris, & inferiori ventre, ſeu à partibus tenur corporis verſus inferiorem tenur ſeu concauitatem. Funis vero brachij ſimilis eſt cephalicæ. De ſceilez vero dicunt, quod [p] quæ dextra eſt doloribus hepatis confert, [q] & quæ ſiniſtra, doloribus ſplenis: & quod ſanguis fluere dimittatur, donec per ſe ſtringatur. [r] Manus quoque illius, qui phlebotomatur, in calidam aquam eſt ponenda, ne ſanguis cito reſtringatur: & vt facile egrediatur, ſi eius egreſſio debilis fuerit: ſicut eſt in pluribus eorum, qui ex ſceilez minuuntur. Et ♂ ſceilez quidem phlebotomia melior eſt ea, quæ fit in longitudine. Aſcellaris autem iudicium eſt ſicut iudicium baſilicæ. Arteria vero manus dextræ, quæ phlebotomatur, eſt arteria, quæ ſuper partem exteriorem palmæ inter pollicem exiſtit, & indicem: & eius quidem iuuamentum in antiquis doloribus hepatis, & diaphragmatis eſt mirabile. [s] Et Galenus quidem iam vidit hoc in ſomnis: præcipiebat enim homini hanc facere phlebotomiam cauſa doloris quem in hepate habebat, qui eam fecit, & ſanus effectus eſt. Plerunq; etiam phlebotomatur alia arteria, quæ ad interiorem partem palmæ decliuior hac exiſtit, cuius iuuamentum eſt propinquum iuuamento iſtius. Qui autem venam manus phlebotomare voluerit, & non potuerit non laboret in ligando eam fortiter cum inuolutione, & in iteratione punctionis, ſeu percuſſionis cum phlebotomo: [t] ſed vna

die,

A Raſ.t.7.c.21.& 28.conti.t.2.cap.1. 351.4. B Fen.4.t.4.ca.2. C Gal.de anat.viuo.fol.54.g. D Raſ.t.7.c.21.& 28.conti.t.2.cap.1. 352.4. E G.3.de anat.admi.c.6.c.d. F Raſ.t.7.c.21. ♂ cubitum. G Raſ.t.7.c.21. H Raſ.28.cõt.t.2. c.1.352.4. I Raſ.t.7.c.21. i chalcitis. K atramenti ſutorij. L Raſ.t.7.c.21. M G.de cur. rõne per ſang.c.23.e. N G.de cur. rõne p ſãg c.16.a, & Raſ. t.7.c.21.& Ga.3.de anat. admi. c.6.d. O Gal.ibi.& Raſ. ibi.& 13.meth.me. c.11.h, & 3. de ana. admi.c.6.d. P Raſ.t.7.c.21. Q G.de cur. rõne per ſang.c.16.h, & Raſ.t.7.c.21. R Raſ.t.7.c.21. Supra ♂. S De cur. rõne p ſane.c.23.e. T Raſ.t.7.c.21.

E die, aut duabus dimittat. Veruntamen ſi percuſſionem iterare neceſſarium fuerit, à prima percuſſione ſe remoueat [a] & faciat eam vltra primam percuſſionẽ, & non infra ipſam. Ligatura præterea fortis apoſtema affert: [a] & infrigidatio, & ipſius humectatio ex aqua roſ. aut aqua īfrigidata, eſt bona & conueniens. Oportet etiam ne ligatura cutem de ſuo loco ante phlebotomiam, aut poſt eam, remoueat. Et corporibus quidem macris ligaturæ fortitudo eſt cauſa euacuandi venas, & retinendi ſanguinem ex eis. In craſſis autem corporibus propter laſſitudinem venæ non apparent, niſi conſtringantur. Minutorum præterea ſunt quidam, qui ingeniantur, qualiter dolor tegatur ſtupefaciendo manum conſtrictione brachij, & dimiſſione horæ vnius. Et ſunt [b] quidam, qui phlebotomum oleo inungunt, ſed hoc totum, ſicut iam γ diximus dolorem lenit, & conſolidationem retardat. Et ſi venæ quidem, quas in manu nominauimus, non apparuerint, ſed apparuerit ramus ipſarum, tunc comprimatur manu ramus faciendo ſuper ipſum fricationem poſt fricationem: ꝙ ſi ſanguis apud remotionem fricationis effunditur, vel reuertitur ad ipſum velociter & inflat, tunc phlebotometur: & ſi non, non minuatur. [c] Cumqꝫ lauandi affuerit voluntas, cutis trahatur: ideo vt percuſſio cooperiatur, & fiat ablutio, deinde ipſa ad ſuum ſitum reducatur. Pannus quoqꝫ eminentiam habens apte applicetur, qui melior eſt, cum rotundæ ſeu ſphæricæ figuræ fuerit, & deſuper ligetur. [d] Cum autem in orificio percuſſionis adeps egreditur, [e] tunc ſuauiter vel molliter à loco remoueatur, & non conuenit vt incidatur. Et in horum quidem ſecundatione non eſt fiducia

F habenda ſine percuſſione: & hoc quidem in fine capituli vehementer perſcrutabimur: nam ſermo iſte accidentaliter hic ingreſſus eſt. [f] Amplius ſcire debes, quod ſanguinis retentio, & percuſſionis ligatio, terminatam habent horam, licet ſit diuerſa: nam quidam [g] ſunt, qui tolerare poſſunt, etiam ſi febricitantes eſſent, vt quinque, aut ſex ſanguinis libre auferantur, Sunt & alij, qui non poſſunt tolerare, ipſis etiam ſanis, vt vna ſanguinis libra auferatur: veruntamen tres in hoc conſiderando ſunt diſpoſitiones, quarum vna eſt ſanguinis egreſſio impetuoſa & ipſius egreſſio laxa non impetuoſa: & alia [h] eſt color ſanguinis: nam in hoc etiam multoties accidit error, quoniam in principio ſui egreditur ſubtilis & albus: quare cum repletionis ibi affuerit ſignificatio, & oportuerit te phlebotomiam facere, non decipiaris propter hoc. In eis enim quandoque qui apoſtemata habent, color ſanguinis errorem facit: quoniam apoſtema ſanguinem ad ſe ipſum trahit. [i] Et tertia eſt pulſus, à quo recedere non debes. Cum ergo debilitatur ſeu minuitur impetuoſa egreſſio ſanguinis, aut mutabitur color ſanguinis, aut mutabitur pulſus, & proprie ad debilitatem, retine. [k] Et ſimiliter ſi aduenerit oſcitationis accidens, aut alicum, aut [l] ſingultus, aut nauſeæ, aut ſi cito mutabitur color, immo impetuoſa ſanguinis egreſſio, innitere pulſui. Qui vero magis pręparati ſunt ad hoc, vt ſyncopis eis velociter accidat, ſunt illi, qui calidarum exiſtunt complexionum, macri, rara habentes corpora: & qui ſunt præparati ad hoc vt iſtud eis eueniat tarde, ſunt corpora habentes temperata,

G & carnes duras. Oportet pręterea vt minutor phlebotomos habeat multos, quorum quidam ſunt habentes cuſpidem, vel punctam valde acutam quaſi in modum capilli, & quidam non habentes punctam ita acutam. & phlebotomi quidem habentes punctam valde acutam in modum capilli ſunt conuenientiores venis labẽtibus, ſicut [l] {guidez.} Et vt habeat glomorem vt fruſtum rotundum ex [m] {chazi} aut ſerico ſubtili, & cum eo habeãt etiam inſtrumentum vomitiuum ex ligno, aut penna: & vt ſecum teneat pilos leporis, & medicamentum ex aloe & thure, & folliculum muſchi, & diamuſchatum, & trochiſcos de muſco: Ideo vt ſi ſyncopis acciderit, quæ eſt vna ex rebus, quæ ex minutione timetur: & fortaſſe habens hoc non excitatur a ſyncopi ſuccurrat, & glomorem in os eius mittat, & ipſum cum inſtrumento vomere faciat, & folliculum ei ad olfaciendum tribuat: & faciat ipſum traijcere aliquid ex electuario diamuſchato, & trochiſcis eius, propterea vt eius virtus viuificetur. Et ſi accidat vt ex arteria ſanguis egrediatur, ſuccurrat, & repleat vulnus pilis leporis: & cum medicamine ex aloe ipſum retineat. [n] Syncopis vero raro accidit ſanguine egrediente, immo ſecundum plurimum non accidit niſi poſt retentionem, niſi ſuperfluus fuerit ſanguinis exitus: [o] Licet in febribus ſynochis non curemus, ſi vſque ad ſyncopim perueniat: & in principio [p] apoplexiæ, & in [q] ſynantijs, & in magnis apoſtematibus pernicioſis: & [r] fortibus doloribus: hoc tamen facere non debemus, niſi cum virtus fuerit fortis. Etiam quidem accidit nobis,

H vt in venis manus ſermonem amplificauerimus ſecundum alias intentiones, & obliuiſcemur venis pedis, & alijs venis: nos ergo in eis ſermonem noſtrum continuare oportet. [s] Dicemus ergo, quod ex venis pedis, eſt ſciatica, quæ phlebotomatur à parte ſylueſtri [s] {alchab,} aut ſub eo, aut ſupra ipſum: [t] & ligatur illud, quod eſt ſupra ipſum à ſummitate coxæ, vſqꝫ ad [t] {cabi,} & inuoluitur faſcia fortiter, aut inſtita. [u] Et melius quidem eſt vt ante balneetur in aqua calida: & [x] & δ vt ipſa in longitudine phlebotometur. [y] Quod ſi ipſa fuerit occulta, aliquis ſuorum ramorum phlebotometur, qui inter minimum & ſecundum digitum ab eo exiſtit. [y] Et iuuamentum quidem in phlebotomia ſciaticæ eſt magnum in dolore ſciæ: & ſimiliter in podagra, & in varice, & in elephãtia. [z] ſed ſciaticæ ſecundatio eſt difficilis. Et ex eis eſt ſaphena, quæ eſt ſuper partem domeſticam [z] alcabi: & [z] eſt manifeſtior ſciatica: & ipſa quidẽ phlebotomatur, propterea vt euacuetur ſanguis ex membris, quæ ſunt [a] ſub hepate: & vt ſanguis à partibus ſuperioribus ad inferiores declinetur: [a] quare menſtrua vehementer prouocat, & hæmorrhoidarum orificia aperit. [b] Et ratio quidem facit oportere vt ſciatica, & ſaphena ſimilis exiſtant iuuamenti, ſed experimentum [c] facit vt operatio ſciaticæ plurimum conueniat dolori ſciæ, & illud eſt propter aſpectum eius. Et ſaphenæ quidem phlebo-

tomia

A Ras.l.7.c... B Ras.l.28.c... c.1.333.1. *Supra* γ C Ras.l.28.c... c.1.333.1. D Ras.ibi... E Ras.28.c... c.1.333.4. F Ga. de cu... per ſang.c... G Gal. de cu... per ſangu.c... & Ras. ibi... H Lib.3.F... c.2.& G.2.de... ne.10.g.h,&... rõne p ſang... & de venæ ſ... ue. Eraſiſ.c... I G.de cur... ſang.c.14.e K Ras.28.cõ... c.1.333.4. L Hip.5.apho... *L iugulares.* *M ſerico gr...* N Raſ.28.cõ... c.1.333.3 O Li.4.Fẽ.1... 45. & Gal.9.... c.4.g, & 4... c.10.f P L.3.F.1.t... Q Li.3.fen 9... R Hipp.4.de... ratione.74.g S G.de ana... 54.h *S tali,* T Gal.ibi.&... t.7.c.21. *T talum,* V Raſ.ibi.& G... anat.vi.54.h X Raſ.28.cõ... c.1.333.4. *Supra* δ Y Gal.ibi.&... t.7.c.21. Z Raſ.28.cõ... c.1.356.2. Z Gal ibidem A G.5.apho... & d ana.viuo... B Raſ. de ægr... iudic.c.19.&... ti.t.1.c.2.186... C Lib.3.Fẽ... c.24.f

A Li.3. Fẽ.21.t.2.c. 35.&.t.3. c.28. & G. de cur. rat. p ſang. cap.11.f B Lib.3.Fen.17.c.3. C G.de ana.viuo. 54.h D Ga.de cur.rõne p ſang.c.19.h, & de anat. viuo.55.a *D iugulari,* E G.de anat. viu. 55.a F Ga.de cur. rõne per ſang.c.19.g G Hip.5.apho.68. & G. de cur. rõne per ſang.c.19.g H G.de ana viuo. 55.a *H cornu* H Gal.ibidem. *I puſtulis,* K G.de ana. viuo. 55.a L Li.3.Fen.20.t.1. c.3. & Hip. de aere aquis.c.11.h M Ga.de ana.viu. 55.a, & Ra.t.7.c.21. N G.5.meth.me. cap.4.c *N Mox deligabis ſuperne deorſum nõ vt in artubus inferne ſurſum.* O Raſ.t.7.c.21. *O maculæ* P Raſ.28.cõti.t.2. c.2.356.2. *P puſtulis in capite,* Q Raſ.28.cõt.t.2. c.2.356.2. *Q oſſe poſt aurem a capillis denudato* *R ſcotomiæ* S G.de ana. viuo. 55.b T Raſ.28. cõt.t.2. c.2.356.2. V Ga.de cur.rõne per ſang.c.19.g, & Raſ.t.7.c.21. V Raſ.ibidem. X Raſ.28.cõti.t.2. c.2.356.2. Y G.de anat. viu. fol.55.b & 13.meth. me.c.22.fo.186.e A Li.3.F.3.t.1.ca.9. & Gal.de ano.viu. fo.55.b B Gale. de anato. viuo.fo.55.b A Li.3.F.3.c.9. D Gal.de p ſag.ex picntia cõfir.77.h, & de cur. rõne per ſang.c.21.c E Ga.de cur.rõne per ſang.c.12.b, & Raſ.t.7.c.21.



A tomia melior eſt, quæ fit tranſuerſe, latitudini attinens. Et ex eis eſt vena curuaturæ, quæ phlebotomatur ſub genu poplitis, [a] quæ tantum efficit, quãtum & ſaphena: ſed eſt fortior ſaphena in prouocatione menſtruorum, & in doloribus ani, [b] & hęmorrhoidibus. [c] Et ex eis eſt vena, quę eſt poſt alarcub, quæ eſt quaſi ramus ſaphenæ, & operatur quantum ipſa. Et ad ſummum quidem, venarum [d] pedis phlebotomia confert ægritudinibus, quæ fiunt ex materijs ad caput declinantibus, & ægritudinibus melancholię. Et ipſa quidem magis debilitat virtutem, quàm phlebotomia venarum manus. In venis autem, quæ phlebotomantur, & ſunt in parte capitis, excepta [d] {guidez,} melius eſt vt tranſuerſe phlebotomẽtur: & earum quidem [e] quædam ſunt, quæ ſunt venæ: & quædam quæ ſunt arteriæ. Venæ ergo [e] ſunt ſicut vena frontis, quę inter duo exiſtit ſupercilia: et ipſius [f] quidem phlebotomia confert grauitati capitis, & proprie [g] illi, quæ eſt in poſteriore parte capitis, & grauitati oculorum, & dolori capitis perſeueranti antiquo. [h] Et vena, quæ eſt ſuper [h] {alheame} & eſt vena ſincipitis; phlebotomatur propter hemicraneam & vlcera capitis. [h] Et duæ venæ temporum, quæ flexuoſe incedunt, [h] & duæ venæ, quæ ſunt in angulis oculorum lachrymalibus, et ſecundum plurimum non apparent, niſi per conſtrictionem ſuffocantem. [h] Et in ipſis quidem phlebotomus non eſt profundandus, quia fortaſſe fient fiſtulæ ex percuſſione oſſis: [h] & ex eis nõ egreditur ſanguis, niſi paucus. [h] Iuuamentum vero phlebotomiæ ipſarum duarum exiſtit in dolore ca-

B pitis: & in dolore hemicraneo: & ophthalmia antiqua, & lachrymis, & panno, & ſcabiei palpebrarum, & earum [i] {bothor,} & nyctilopis. [k] Et tres venæ paruæ, quarum locus eſt poſt illum vbi extremitas auris tangit cum peruenit ad capillos. Et [k] vna quidem harum trium eſt magis manifeſta, quæ phlebotomatur in principio aquæ: & cum caput, recipit ſtomachi fumũ. Et propter hoc conferunt vlceribus aurium, & colli, & poſteriorum capitis: & [l] Galenus quidem negat, quod quidam dicunt, quod duæ venæ, quæ ſunt poſt aures, phlebotomantur, vt qui filios gignunt, ipſos non gignant. [m] Et ex venis iſtis ſunt guidez, quæ ſunt duæ, & minuũtur in principio lepræ, & fortis ſquinantiæ, & coanguſtatione anhelitus, & aſthmate acuto, & raucedine vocis. [m] Et in habente apoſtema in pulmone, & dyſpnœa, quæ eſt ex multo ſanguine calido, & ægritudinibus ſplenis, & laterũ. Et oportet vt diximus ante vt phlebotomo cuſpidem vel punctam valde acutã habente minuantur. [m] Modus vero ligandi eas eſt, ꝙ oportet trahere caput ad contrarium partis phlebotomiæ vt vena extendendo fiat ſicut chorda: & conſideretur, quæ pars ſit magis mobilis, & fiat phlebotomia ex contrario partis illius. [n] {Oportet præterea vt eius phlebotomia fiat in latitudine, & non in longitudine: & ſicut fit in ſaphena & ſciatica.} Et cum hoc toto oportet vt ipſius phlebotomia cadat in longitudine. Et ex eis eſt vena, quæ eſt in lepore naſi, cuius phlebotomiæ [o] locus eſt ipſius extremitas, quæ digito preſſa in duo partitur, & ibi quidem fit phlebotomia, ſed ſanguis, qui inde

C egreditur eſt paucus. Et ipſius quidem phlebotomia confert [o] {alchelof} & turbationi oculorum, & hæmorrhoidibus, & bothor, quæ in naribus naſcuntur, & [p] pruritui, qui ſit in eis: veruntamen plerunqꝫ accidit ex eo coloris rubedo perſeuerans, quæ ſimilatur [p] {alſahafati,} & expanditur in facie, & eſt ipſius impedimentum maius ſuo iuuamẽto. [q] Et venæ quidẽ, quę ſunt ſub [q] {alhaſuſa} à parte nocræ, quarum phlebotomia confert [r] {alſedar,} quæ eſt ex ſanguine ſubtili, & antiquis capitis doloribus. [f] Et ex eis ſunt venæ, quæ ſunt in labijs, dictæ giearech & ſunt quatuor, & ſuper vnumquodqꝫ eorum exiſtit par, quæ conferunt vlceribus [t] oris, & [t] alcola, & [t] doloribus gingiuarum, & earum apoſtematibus, & ipſarum laxitati, & vlceribus, & hæmorrhoidibus, & fiſtulis, & fixuris, quæ ſunt in eis. [u] Et ex eis eſt vena, quæ eſt ſub lingua ſuper occultum menti, quæ minuitur [u] in ſynantijs, & [u] apoſtematibus duarum amygdalarum. [x] Et ex eis ſunt venæ, quæ ſunt ſub lingua & exiſtentes ſuper ipſam linguam, & minuuntur propter linguæ grauitatem, quæ eſt ex ſanguine: quæ quidem in longitudine ſunt minuendæ, quia ſanguinẽ conſtringere, qui fluit ex phlebotomia in latitudine facta eſt difficile: [y] & ex eis eſt vena alhanfache, quę inter mentum & labium eſt inferius; quæ phlebotomatur propter oris fœtorem. [y] Et ex eis eſt vena furculæ, quæ phlebotomatur in medicationibus oris ſtomachi. [y] Ex arterijs vero, quæ ſunt in capite eſt arteria temporis, quæ quandoqꝫ phlebotomatur, & quandoqꝫ [y] inciditur, & quandoqꝫ [y] extrahitur, & quãdoqꝫ adu-

D ritur. Et hoc fit propterea vt acuti rheumatiſmi, & ſubtiles conſtringantur, qui ad oculos deſcendunt, & propter amplificationis principium. [a] Et duæ arteriæ, quæ ſunt poſt aures, quę phlebotomantur propter ſpecies ophthalmiæ, & principium aquæ, & pannum, & nyctilopas, & antiquum dolorem capitis. In earum tamen phlebotomia ſemper exiſtit timor, & cum hoc tardatur conſolidatio. Galenus quoqꝫ dixit, ꝙ cuiuſdam in gula vulnerati arteriam percuſſio parumper tetigit, ex qua magna ſanguinis pars manauit, ſed Galenus ei ſubuenit cum medicamento thuris, & aloes, & ſanguinis draconis, & myrrhæ: & reſtrictus fuit ſanguis: & dolor antiquus quem in exteriore parte coxæ poſterius conſueuerat habere, receſſit. [b] Et ex venis, quę in corpore phlebotomantur ſunt [c] duæ venæ ſuper ventrem, quarum vna ſuper hepar conſiſtit, & altera ſuper ſplenem eſt poſita, & phlebotomatur dextra in hydropiſi, & ſiniſtra in ægritudinibus ſplenis. Scito præterea, ꝙ phlebotomia duas habet horas, horam electam: & horam neceſſariam. [d] hora vero electa eſt eius, quæ eſt in lumine diei, & poſt digeſtionis complementũ, & ſuperfluitatum expulſionem: [e] & hora neceſſaria eſt hora qua fieri oportet, & quæ tardari non poteſt, & in qua res prohibitoria non attenditur. Scias etiam, ꝙ phlebotomus obtuſus eſt magno impedimento, quoniam errat: & non conſequitur id quod debet, & apoſtemare facit, & dolere. Cum ergo phlebotomo operaberis, non

manu

manu premendo impellas, ſed ſuauiter blandiendo: & etiam [e] {balachtelas} agas, vt phlebotomi E extremitas ad interiora venæ perueniat: quoniam ſi illud duriter feceris ſæpe caput phlebotomi intus in vena, occulta rumpetur fractura, & facit, vt vena refugiat, & non vulnerabit venam. Et ſi perfidioſe inſtiteris, vt cum eo phlebotomes, augmentabis malitiam. quapropter experiri debes, qualiter phlebotomus ingrediatur cutem, antequam cum eo phlebotomes: & cum percuſſionẽ ſecundare volueris, ſi tibi neceſſarium fuerit. Præterea ſolicitari debes, vt venam impleas, & ſanguine infles, quoniam tunc lapſus, & remotio minus erunt. Cumq; vena tibi rebellauerit, vel occultauerit, & ipſius repletio ſub ligatura non apparuerit, ſolue ipſam, & multoties liga, & frica eam ſuauiter, & comprimendo deſcende, & aſcende, donec eam manifeſtare & apparere facias. Et hoc quidem experieris, cum duobus digitis vnumquemque locorum comprimens, in quibus ſcis venam extendi. Et quandoque tangens vtriſque, & quandoque vno ipſorum, & cum altero facies ſanguinem incedere, ſeu fluere: ita vt cum altero ſtante ſeu firmo exiſtente ipſius ſentias ſanguinis acceſſionem, qui verſus digitum ſtantem vel firmum impellitur, & eius receſſionem, cum dimittitur. Et ſcito, quòd caput phlebotomi habet ſpatium in quo penetrat, quod tamen nõ eſt longum, ne ad arteriam, aut neruum penetret. Et ipſa quidem vena magis debet impleri cum vena fuerit magis ſubtilis. Oportet autem vt phlebotomi apprehenſio fiat pollice & impudico, & dimittatur index ad palpandum: & vt in medio ferri fiat apprehenſio, & non apprehendatur ſuperius: quo- F niam non bene tenebitur, immo erit vacillans. Cumq; vena remouendo ſe ad partem vnam mutabitur, oppones ei ligaturam, & ſtricturam econtrario partis illius. & cum remouendo ſe ad duas partes æqualiter mutabitur, tunc ingenioſe, & cum dexteritate debebis eam in longitudine phlebotomare. Et ſcito, quòd oportet vt conſtrictio, & compreſſio, ſint ſecundum quantitatem diſpoſitionis cutis in duritie ſui, & groſſitie: & in multitudine carnis, & abundantia. Et oportet vt etiam ligatura ſit propinqua. Cumq; ligatura venam occultauerit, fac ſignum ſuper eam: & caue tibi ne à ſigni rectitudine remoueatur, cum ligaturam facies, & cum hoc toto impelle phlebotomum. Cum autem venæ declinatio, & ipſius eleuatio tibi rebelles extiterint, finde locum, qui eſt ſuper eam in corporibus macris proprie, & cum vncino operare. Caſus præterea ligationis, & conſtrictionis in iunctura, prohibet venarum impletionem. Cumq; volueris lauare, digito tuo tende cutem, vt à rectitudine remoueatur foraminis, deinde laua, & exicca, & pone pannum eminentiam habentem, & dimitte cutem, vt ad locum ſuum redeat. [a] Et ſcito, quòd qui multum ſudat cauſa repletionis, eſt phlebotomia indigens. Et multoties etiam habenti febrem, & habenti dolorem capitis, qui ex conſilio phlebotomia eſſet medicandus, ſuperuenit fluxus ventris naturaliter, qui phlebotomiam excuſat.

E celeriter

A Hipp.4.apho. 41.& Gal.

*De ventoſis.* *Cap. 21.* G

VEntoſæ cutis partem magis mundificant, quàm phlebotomia: [b] & plus extrahunt ſanguinem ſubtilem, quàm groſſum. Et ipſarum quidem iuuamentum in corporibus groſſis, habentibus groſſum ſanguinem, eſt paruum: quoniam ex iſtis non extrahunt ſanguinem, neque extrahunt ſicut oportet: immo, qui ex eo vehementer eſt ſubtilis: & cum difficultate: & in membro ventoſato debilitatem efficiunt. Quidam autem præcipiunt vt ventoſæ in principio menſis non apponantur, quoniam humores nondum commoti fuerunt, neque excitati, neque in fine menſis, quoniam humores, tunc ſunt minuti: ſed in medio menſis cum humores ſunt commoti, & in ſui augmento, luminis in corpore lunæ augmentum ſequentes: [c] & augmentatur cerebrum in craneis: & aqua in fluminibus acceſſionem & receſſionem habentibus. Ex ſuis vero horis in die, melior eſt hora ſecunda & tertia: & oportet quidem vt à ventoſis ſibi quilibet caueat poſt balneum, [d] niſi cuius ſanguis fuerit groſſus: quoniam ipſe ſe prius balneari debet, & vna hora morari, & poſtea ventoſas apponere. [e] Plurimi autem hominum abhorrent ventoſas in anterioribus capitis apponere: & reperiunt in hoc ſenſum, & intellectum impediri. Et ventoſæ quidem ſuper [e] {nocrã,} quæ eſt in collo poſitæ, nigræ vicariæ exiſtunt: & conferunt ſuperciliorum grauitati, & alleuiant palpebras, & conferunt ſcabiei oculorum, & fœtori oris. Et ſuper [f] {alchael} vicem tenent baſilicæ, & conferunt doloribus humerorum & gulæ. Et ſuper duo [g] {alchada} poſterius, ſunt vicariæ H cephalicæ: & conferunt tremori capitis, & membris, quæ ſunt in capite, ſicut facies, & dentes, & molares, & aures, & oculi, & gula, & naſus. [h] Ventoſæ autem, quæ nocræ ſuperponuntur, obliuionem hæreditare faciunt veraciter: ſicut quidam dixerunt: quoniam poſterior pars capitis, eſt locus conſeruationis, quem ventoſæ debilitant. [i] Alchaeliæ vero debilitant os ſtomachi. Et propter ventoſas ſuper alchada quandoque accidit tremor capitis, quare à nocra parumper deſcendatur inferius, & aſcendatur parumper ab alcheel, niſi cum fuerint neceſſariæ propter ſputum ſanguinis & tuſſim, quoniam tunc cum eis eſt deſcendendum, & non aſcendendum. Et hæ quidem ventoſæ, quæ alchael ſuperponuntur, & inter duas ſpatulas, conferunt ægritudinibus pectoris ſanguineis, [k] & ſpaſmo ſanguineo, & aſthmati ſanguineo: ſed ſtomachum debilitant, & cordis tremorem generant. Et ventoſæ quidem, quæ cruribus ſuperponuntur, ſunt minutioni propinquæ: & mundificant ſanguinem, [l] & prouocant menſtrua. [m] Et ei quidem, quæ ex mulieribus alba exiſtit, & rara, ſanguinem habens ſubtilem, ventoſæ in cruribus poſitæ ſunt meliores quàm phlebotomia, quæ fit in ſaphena. [n] Quidam pręterea dixerunt, ꝙ ventoſæ ſuper [n] {alchamhaduæ} & ſuper [o] {alhea me} conferunt permiſtioni rationis & vertigini, [p] & tardant canos quemadmodum dixerunt.

B Li.4. Fen.3.tr. cap.10.
C Lib.3.F.1.t. 2.& lib.4.F.1.t. cap.2.
D Haly.9.prac.
E Aet.lib.1.ſer. c.20.& Ras.18.c t.2.c.1.35.2.
*E venam*
*F locum inter duas ſpatulas*
*G eminẽtia poſterioris capitis vicine duabus venis*
H Aeti.li.1.ſer. c.20.& Raſ.18.c t.2.c.1.35.3.
I Ras.28.cõti. c.1.35.3.
K Li.3.F.1.c.7.
L Lib.3.Fen.1.t. c.28.
M Lib.3.Fẽ.1.t. c.28.& Gal.de rõne p ſan.ca.1 & Ras.28.cõti. c.2.355.1.
N Ras.28.cõti. c.2.356.1.
*N locũ eleuatum ſuper nocram*
*O venã in ſummitate frontis*
P Ras.28.cõti. c.1.353.2.

In hoc



A In hoc vero conſideratio eſt habenda: nam quandoq; illud in aliquibus operantur corporibus, & non in aliȷs: quoniam plurimis corporũ feſtinare faciunt canos, & impediunt intellectum: & conferunt ægritudinibus oculi: & hæc quidem eſt maior earum vtilitas, quoniam conferunt eorum ſcabiei, & bothor, & [a] {almurſegi} ſed intellectum impediunt: & faciunt hæreditare ſtupiditatem, & obliuionem, & malitiam cogitationum, & ægritudines permanentes: [b] & nocent aquam in oculo habentibus, [b] niſi occurrerit hora ſeu diſpoſitio in qũa neceſſarium ſit eas adminiſtrare: fortaſſe enim non nocent. [c] Ventoſæ autem ſub mento poſitæ proſunt dentibus & faciei, & gutturi, & mundant caput, & mandibulas. Et ventoſæ ſuper [c] {alchati} conferunt apoſtematibus coxarum, & earũ ſcabiei, & [d] {bothor,} & podagræ, & hæmorrhoidibus, & elephantiæ, & vẽtoſitatibus veſicæ, & matricis, & prurituí dorſi. Cumq; ventoſæ iſtæ fuerint cum igne, ſiue ſint cum ſcalpellatione, ſiue abſq; ea, iuuabunt etiam in hoc: ſed illæ quidem, quæ ſunt cum ſcalpellatione, ſunt fortiores præterquam in ventoſitate. [e] Nam quæ ſine ſcalpellatione ſunt, in remouendo ventoſitates frigidas, & vt radicitus euellantur hic & vbique, ſunt fortiores. Ventoſæ præterea in anteriori parte coxarum, teſticulorum apoſtematibus conferunt, & exituris coxarum, & crurum. Et ventoſæ poſteriori parti coxarum ſuperpoſitæ proſunt apoſtematibus, & exituris, quæ in natibus fiunt. Et ventoſæ poſitæ ſub poplite conferunt pulſationi poplitis, quæ ex calidis generatur humoribus, B & exituris malis, & vlceribus antiquis in crure, & pede. Et ventoſæ ſuper duo [e] {alchab} conferunt retentioni menſtruorum, & ſciaticæ, & podagræ. Ventoſæ autem ſine ſcarificatione quandoque ponuntur: propterea vt materia à parte ſui motus trahatur, ſicut cum [f] mamillis ſuperponuntur, ideo vt curſus ſanguinis menſtrui retineatur. [g] Et quandoque quæruntur, vt apoſtema profundum ad exteriora trahatur, ideo vt medicamentum ad ipſum perueniat. Et quandoque requiruntur: propterea, vt apoſtemata ad aliud mutetur membrum, quod ignobilius in vicinitate exiſtit. Et quandoq; requiruntur, propterea vt membrum calefiat, & ſanguis ad ipſum trahatur, & ipſius reſoluantur ventoſitates, & quandoque requiruntur, propterea vt membrum ad ſuum naturalem locum reducatur, à quo remotum fuit, ſicut fit in [g] {chila}. Et quandoque requiruntur, ideo vt dolor ſedetur, [h] ſicut cũ ſuperponuntur vmbilico in dolore colicæ vehementer cogente, & in ventoſitatibus [i] ventris, & in doloribus matricis, qui accidunt apud motum mẽſtruorum: & proprie in adoleſcentibus. Et ſuper ancham ſicut fit in ſciatica: & cum timetur oſſis exitus à iunctura, & inter duas anchas proſunt duabus anchis, & duabus partibus interioribus coxarum, & hæmorrhoidibus & habenti rupturam inguinis, & podagricis. Ventoſæ quoque ſuper almachade, ideſt anum, ſeu ficteri poſitæ à toto corpore trahunt, vt à capite, & conferunt inteſtinis: & menſtruorum ſanant corruptionem, & alleuiatur per eas corpus. Et dicemus quidem, quòd in vento- C ſis cum ſcarificatione tria exiſtunt iuuamenta. Primum eorum eſt euacuationis ex ipſo membro, & [k] ſecundum eſt remanentia ſubſtantiæ ſpiritus, ne euacuationem humoris, qui educitur ſequendo euacuetur: & tertium eſt, quoniam non curatur, vt ex principalibus membris fiat euacuatio. Scarificatio vero eſt profundanda, vt ex profundo trahatur. Locus præterea vbi ventoſa adhæret, quandoque apoſtematur, & fit difficile ad ipſam remouendam. Pannus ergo aut ſpongia in aqua tepida infuſa, quæ caliditati attineat, ſumatur: & cum ea in circuitu fiat embroca. [l] Et hoc quidem frequenter contingit, cum ſuper mamillarum partes, vẽtoſas ponimus, vt ſanguinis menſtruorum fluxus, & ex naribus arceatur: quamobrem ſuper ipſas mamillas eas ponere non debemus. Cumq; locus ventoſæ inungetur, propere ipſam ſuſpende, & non tardes, ſed ad ſcarificandum feſtina. Sitq; prima poſitio leuis, & cito remoueatur ipſa: deinde ſecundum ordinem tardetur ipſius remotio, & tolerantia. Et oportet quidem vt ventoſatus poſt vnam horam cibetur, ventoſatur in ſecundo anno, & poſt ſexaginta annos non fiat omnino ventoſatio. In ventoſis quoque in ſuperioribus fit ſecuritas, ne materiæ ad inferiora deſcendant. Et cholericus quidem ventoſatus poſt ventoſas comedere debet grana mali granati, & ipſorum ſuccum, & aquam endiuiæ cum zuccaro, aut lactucas cum aceto.

*A partes uueæ eminentes,*
B L.3.F.3.t.4.ca.11.
C Raſ.t.7.c.22.
*C lumbis*
*D puſtulis,*
E Cap.30.& Ga.3. loc.affe.ca.4.f.g,& Raſ.28.conti.t.2.c. 2.352.4.
*E talos*
F Hip.5.apho.50.
G G.de cucurbit. ca.17.f,& 13.meth. med.c.19.a
*G hernia*
H Li.3.Fen.16.t.4. cap.2.
I Li.3. Fen.14.t.4. c.15.& G.2.ar.cur. ad Glauc.c.6.g,& 12.meth.;me.c.8.h
K Raſ.t.7.c.22.
L G.de Reuulſio. c.2.d.& 5.apho.50.

D

*De ſanguiſugis.* *Cap. 22.*

I[m]Ndi dixerunt, quòd in quarundam ſanguiſugarum natura exiſtit venenoſitas: ab eis igitur cauendum eſt, quæ ſunt ex genere [m] magna habentium capita: & quarum colores ſunt antimoniales, & nigræ: aut quarum color eſt [m] viridis: aut quæ ſunt lanuginem habẽtes: & ſimiles [m] {marmaheigi,} & ſuper quas exiſtunt fila coloris lazuli: & quarum color ſimilatur [n] {almebacalbum.} In omnibus.n.iſtis exiſtit venenenoſitas, & proueniunt ex eis [n] apoſtemata, & [n] ſyncopis, & ſanguinis fluxus, & [n] febris, & [n] laxitas, & vlcera mala. Eas quoq; non accipias ex aquis malis, in quibus limus aluei eſt niger, & cœnoſus: & motus ſtatim turbat aquã, & fœtet: ſed illas elige, quæ in aquis colliguntur, in quibus eſt [o] {altaleb} & in quibus morant̃ ranæ. Neque attendas illud, quod [p] quidam dicunt, ꝙ ſi ſint in aquis vbi morantur ranæ, ſunt malę. Sitq; earum color ſimilis colori almes ſuper quas exiſtit viriditas, & [p] tendantur ſuper eas fila duo colorem arſenici habentia, [p] & ruſę rotundæ, quæ ſunt coloris [p] hepatis. [p] Et illæ, quæ ſimilant̃ paruæ locuſtæ, [p] & quæ caudæ muris ſiles exiſtunt, & minutæ parua hñtes capita, oẽs iſtæ eligendæ ſunt. Et nullas magis eligas, ꝙ̃ hñtes ventres rubeos & dorſum viride: & pręcipue ſi ex aquis fuerint currẽtibus. Extractio pręterea ſanguinis à

M Raſ.28.cõt.t.2. c.1.quaſi omnia excepta ſunt.
*M piſci marino ſimili viperæ*
N Raſ.ibi.353.2.
*N iridi*
*O muſcus*
P Raſ.28.cõti.t.2. c.1.353.2.

nis à ſanguiſugis facta, profundior eſt extractione, quæ fit cum ventoſis. [a] Et ipſæ quidem antequã ponantur quaſi per vnam diem colligendæ ſunt & conuerſione capitis earum ad inferiora faciendum eſt vt euomant, donec quod in earum exiſtit ventribus egrediatur, ſi hoc fieri poterit. [a] Et ipſis parum ſanguinis agni, aut alterius rei, proijciatur: vt inde nutriantur antequam ponantur, deinde ſumantur, & earum viſcoſitas, et ſordities cum aliquo, quod ſit vt ſpongia, mundentur. [b] Locus præterea vbi ſunt apponendæ, cum baurach lauetur, & fricatione [c] rubificetur, poſtea cum voluntas apponendi ſanguiſugas affuerit, in aquam proijciantur dulcem, & mundentur, deinde apponantur. Ex eo autem, quod eas efficit voluntarias ad ſe ſuſpendendum, [d] eſt vt locus [d] { luto } capitis liniatur, aut [e] ſanguine. Cumq; hæ fuerint plenæ, & eas proijcere volueris, pulueriza ſuper eas parum [f] ſalis, aut [f] cineris, aut baurach, aut ſetæ combuſtæ, aut lini, aut ſpongiæ combuſtæ, aut lanæ combuſtæ, & cadet. [g] Et melius quidem eſt, vt poſtquam cadunt, locus ventoſa ſugatur, & ex ſanguine loci parumper accipiatur, vt morſuræ ipſarum malitia remoueatur. Quod ſi ſanguis nõ conſtringetur: [h] gallæ combuſtæ, aut calx, aut cinis, [i] aut tegula contrita & ſubtiliter pulverizata ſuperponatur, aut reliqua ab iſtis, ex eis, quæ ſanguinem conſtringunt. Et oportet quidem vt apud ipſum ſit præparata ſanguiſuga, quæ prius non fuerit alicui ſuſpenſa, cum ipſe ſuſpẽdit ſanguiſugas. Appoſitio præterea ſanguiſugarum confert ægritudinibus ſubcutaneis, ſicut [l] { ſafati } & impetigini, & eis ſimilibus. F

*De retentione eorum, quæ euacuantur.* Cap. 23.

EA quæ euacuantur, retinentur, aut propter materiæ inclinationem abſque alia euacuatione: aut propter inclinationem cum alia euacuatione: aut propterea, quòd ipſamet euacuatio iuuatur, [k] aut medicinis [l] infrigidantibus, [l] aut ſtypticis, aut viſcoſis, ſeu [l] glutinantibus, aut [l] cauterizantibus: aut ſtrictura. Et retentio quidem euacuationis, propter attractionem ſine alia euacuatione, eſt ſicut [m] appoſitio ventoſarum ſuper mamillas facta, ad hoc vt ſanguinis fluxus ex matrice prohibeatur. Sed melior attractio eſt, cum qua exiſtit ſedatio doloris illius à quo trahit. [n] Et ea quidem, quæ fit propter attractionem, quæ eſt cum euacuatione, eſt ſicut phlebotomia baſilicæ facta propter hoc: [o] aut retentio vomitus fluxu ventris: [p] aut fluxus ventris vomitu: aut vtrorunq; retentio prouocatione ſudoris. Illa vero, quæ fit cum auxilio euacuationis eſt ſicut ſtomachi, & inteſtinorum mundificatio ab humoribus viſcoſis diarrhœam facientibus lubricantibus cum picra: & ſicut ſtudium, quod adhibetur ad ſtomachum mundificandum vomitu, propter inciſionem materię vomitus manſiuæ. [q] Et medicinæ quidem infrigidantes propter congelationem rei fluidę, & propterea, ꝙ conſtringunt orificia & coanguſtant. Et ſtypticæ quidem medicinæ materiam coarctant, & canales conſtringunt. [r] Et viſcoſæ quidem medicinæ oppilationes in canalium orificijs efficiunt, quæ ſi fuerint calidæ exiccatiuæ, plus operabuntur illud. Et cauterizantes quidẽ eſcaram efficiunt, G vt ſuper canalis orificium maneant, & ipſum claudant & confirment: [s] ſed tamen earum impedimentum timetur. Et hoc eſt, quoniam poſſibile eſt vt eſcara rumpatur, & eradicetur, & amplificatio foraminis augmentetur. [t] Et ex cauterizantibus quidem ſunt quædam in quibus exiſtit ſtypticitas ſicut atramentum: & quædam in quibus non, ſicut calx non extincta. Et cauterizantes quidem ſtypticæ ſunt neceſſariæ vbi voluntas eſt vt eſcara ſit fixa. Et aliæ ſunt neceſſariæ vbi voluntas eſt vt eſcara cito cadat. Et eius quidem, quæ fit ſtrictura: [u] alia eſt cum clauſura foraminis, & coarctatione, ad hoc vt ipſius partes in vnum conducantur, ſicut conſtringitur illud, quod eſt ſupra cubitum, cùm phlebotomator in baſilica errans percutit arteriam: [x] & alia eſt, quæ fit oppilatione orificij vulneris, & clauſuræ viæ euacuati, ſicut pilos leporis in vulnus ponimus. Dicemus ergo, ꝙ ſi ſanguinis curſus ex apertione orificiorum venarum fuerit, ſtypticis medicabitur vt orificia venarum conſtringantur. Et ſi ex ruptura fuerit, ſtypticis glutinoſis, ſicut terra ſigillata. Et ſi ex corroſione fuerit, eo quod carnem naſci facit permiſcendo cum eo quod corroſionem abſtergit.

*De ſanationibus oppilationum.* Cap. 24.

OPpilationes [y] autem ſunt ex humoribus groſſis, aut viſcoſis, aut multis. Et [z] multorum quidem humorum, quando cum eis alia non fuerit cauſa, malitia remouebitur extractione ipſorum phlebotomia aut ventris fluxu facta. [a] Et ſi groſſi fuerint, indigebunt eis, quæ reſoluant & H abſtergant. [a] Et ſi fuerint viſcoſi, & maxime ſi fuerint ſubtiles, erunt eis neceſſaria ea, quæ incidant Et tu quidem iam [b] ſciuiſti differentiam inter groſſum & viſcoſum: & quod eſt ſicut differentia inter glutem liquidum & lutum. [c] Et groſſo quidem reſolutiuum eſt neceſſarium, ideo vt ipſum attenuet, & eius expulſio fiat facilis. [c] Et viſcoſo inciſiuum eſt neceſſarium, ideo vt inter ipſum, & id cui adhæſit penetret, & inter ea ſeparationem faciat: & vt ipſum in parua ſecet fruſta: quoniam viſcoſum oppilat, propterea quia adhæret & propter ſuarum partium continuationem. [d] Oportet autem vt in reſolutione groſſi, à duabus contrarijs caueatur rebus: quarum vna eſt reſolutio debilis, quæ in raritate materiei augmentum efficit, & ipſius quantitatem augmentat, ita ꝙ ad reſolutionem non perueniet: quare oppilationem augmentat: & altera eſt reſolutio fortiſſima qua eius ſubtile fit vapor, & ſpiſſum ipſius fit lapis. Cum ergo reſolutio fortis eſt neceſſaria, ſuccedat ei lenificans ſubtile cum materia, in qua non ſit groſſities, ſed ſit in ea calor tẽperatus, qui iuuet in reſoluendo totum illud, quod eſt oppilatiuũ. Et ex oppilationibus quidẽ, peiores ſunt oppilationes venarũ: & deteriores eis ſunt illæ, q̃ ſunt in arterijs: & adhuc peiores ſunt illæ, quæ in mẽbris exiſtunt

A G.de hirud. fo.2.c.&c. — b Gal.ibidem — C Raſ.t.7.ca. — D Raſ.ibidem c.1.33.1. — D lacte — E Raſ.ibidem c.2.33.2. — F Raſ.t.7.ca. — G G.de hirud. f.2.c.&c. — H Gal.c.c. — I Raſ.t.7.ca. — I puſtulis — K Li.3.F.3.t.2. — L Auic.ibidem — M Cap.11.&c aphor.50.&c. med.c.5.f — N G.5.meth. c.3.e.f — O Li.3.F.3.t.1. & F.16.t.2.c.1. & L.4.F.1.t.1. & Hyp.Li.de hom.&c. côm.6.in fin. de morb.vulg. & Li.de demul. 4.c.19.f — Q L.Fen.5.t.1. c.9.& Ga.3.me. med.c.5.e.g. — R Gal.ibid.c. — S Lib.3.F.5.t.2. & Gal.ibid.c.4. — T G.ibidem c. — V Gal.ibidem — X G.5.met.c. c.3.f.&c.5.e.f — Y Li.3.F.1.t.1. & li.1.F.2.&c. & G.11.meth. c.8.f.&li.9.c. — Z Gal.10.meth. c.2.a.&c. — A G.ibid.c.4. — B Fen.2.ſimil. — C Gal.11.meth. cap.11.d.&c. med.c.9.4.c — D L.4.Fen.2. 12.& Ga.2.art. ad Glau.c.4.

 principalibus.



A principalibus. [a] ergo cum in aperitiuis ſtypticitas & ſubtilitas coniunguntur, erit melius: quoniam ſtypticitas remouebit à membro ſubtiliatiui grauamen.

*De medicationibus apoſtematum.* Cap. 25.

APoſtematum quædam ſunt calida, quædam ſunt frigida laxa: & quædam ſunt frigida dura, & ea iam [b] diximus. Et ipſorum quidem [c] cauſæ aut ſunt primitiuæ: aut antecedentes: & antecedentes quidem ſunt ſicut repletio: & primitiuæ ſunt ſicut caſus, aut percuſſio, aut morſus. [d] Quædam vero, quæ ſunt ex cauſis primitiuis quandoq; cum corporis repletione ſe repreſentant, & quandoque eueniunt cum æqualitate humorum. Et ea quidem, quæ ſunt propter cauſas antecedentes, aut propter primitiuas cum repletione corporis repreſentata, aut ſunt in membris, quæ principalibus ſunt vicina, ſicut euacuantia: aut non ſunt: & ſi non ſunt, [e] nullo modo aliquid ex reſoluentibus eſt eis applicandum in principio: immo mẽbrum expellens eſt meliorandum ſi ibi fuerit membrum expellens: aut totum corpus melioretur, ſi non fuerit ibi membrum ſingulare, & appropinquandum ſeu applicandum eſt ei omne, quod repercutit, & ad contrarium vel ad diuerſum trahit, & ſtypticum efficit. Et quandoq; fit attractio ad contrarium vel ad diuerſum illius membri poſiti in latere diuerſo, [f] propter exercitium ipſius, aut propter rem ponderoſam ſuper ipſum delatam: nam multoties a manu apoſtemoſa trahitur materia, quando cum alia res defertur ponderoſa, & B hora vna tenetur. Oportet autem vt ſtyptica conſtrictiua repercuſſiua frigidæ complexionis pure exiſtant, ſi apoſtemata fuerint acuta. [g] Quod ſi apoſtemata fuerint frigida, oportet, quòd alicui ſint admiſta, in quo virtus ſit calida cum ſtypticitate, ſicut ſquinanthum & [g] { blactebyzantię. } [h] Et quotieſcunq; ſunt in augmento duæ ſpecies minuę ſtyptica, & admiſcebis ei, quod ſit reſolutiuum, donec ad ſtatum perueniat: tunc ei ipſa admiſcenda erunt æqualiter. Cum autem declinatio fuerit, non ſit ibi niſi quod reſoluat, & laxum efficiat. Et oportet quidem vt illud, quod [i] reſoluit frigida laxa, ſit exuccans & exiccans plus quàm illud, quod fit in calidis. [k] Ea autem, quæ propter cauſas accidunt primitiuas, vbi non eſt humorum repletio, medicari debent in principio rei cum eis, quæ mollificent vel laxa faciant, & reſoluant: & ſi non cum eo, quod ſit ſicut illud, quo primum medicatum fuit. [l] Si vero membrum apoſtemoſum membri principalis euacuatorium fuerit, ſicut loca glandoſa in collo, & quæ ſunt in circuitu aurium cerebri, aut aſcellæ cordis, & inguina hepatis: nullo modo erit ei applicandum aliquid, quod repercutiat, non ideo, quòd hoc non ſit medicamentum apoſtematum eorum, quoniam hoc eſt ipſorum medicamentum: ſed quia nolumus ipſorum medicari apoſtemata, immo ſtudium ad hoc impendere, vt ea augmentemus, & materiam ad ipſa trahamus, & non curamus ſi malitia in membro augmentata fuerit: non enim curamus, niſi de eo, quod membro principali eſt melius. Et timemus, quòd ſi materiam repercuſſerimus, re- C dibit ad membrum principale: & perueniemus inde ad illud, quod emendare non poterimus. Quapropter volumus vt malitia in membrum cadat ignobile, cum principali contulerit membro: ita vt ſtudium impendamus in attrahendo materiam ad membrum ignobile, & facere vt ipſum apoſtemetur: & ſi non cum alijs, ſaltem cum ventoſis, & emplaſtris attractiuis calidis. Cumq; ad collectionem peruenerint huiuſmodi apoſtemata, aut reliqua ab eis, & propriè in mẽbro emunctorio, quandoque aperientur per ſe, aut maturationis adiutorio: & quandoque indigent maturatione, & ſectione ſimul. Maturatio vero completur ex eo, in quo cum calore exiſtit oppilatio, & glutinatio, vt per ipſum calor retineatur. Qui autem maturationem efficit cum aliquo, quod ſit ſicut huiuſmodi maturatiuum, attendere debet, vt ſi viderit calorem innatum debilem, & ꝙ membrum iam declinet ad hoc vt corrumpatur, remoueat ab eo glutinoſa, & oppilatiua: & ponat aperitiua, & ſcarificationem faciat profundam: deinde adhibeat medicinas, in quibus exiſtit reſolutio, & deſiccatio: ſicut de eis inueſtigabimus in [m] libris particularibus. Multoties præterea erit [n] apoſtema profundum, & erit nobis neceſſarium trahere ipſum ad partem cutis: & ſi non cum alio ſaltem cum ventoſis ignitis. [o] In apoſtemate autem duro, quod principij terminum pertranſiuit, regula in eo eſt, vt mollificetur quandoque cum eo, in quo exiſtit caliditas & ſiccitas parua: ideo ne quod ex eo ſpiſſum eſt, propter multam reſolutionem fiat lapis, immo totum ad reſolutionem prę- D paretur, poſtea ſuper ipſum reſolutio fortior fiat: deinde ſi timetur ex reſolutione eius, quod reſoluitur, ne quod remanſit lapis fiat: iterum ad mollificandum ipſum ſecundo redeat: & inceſſanter fiat hoc, donec totum finiatur inter mollificandi & reſoluendi vices. [p] Inflata autem apoſtemata curentur ex eo, quod calefacit ſubtilitate ſuæ ſubſtantiæ, propterea vt ventoſitates reſoluat, & poros amplificet: nam cauſa in apoſtematibus inflatis eſt ventoſitatis groſſities, & pororum clauſura. Studium quoque eſt adhibendum in prohibendo materiam, ex qua ventoſus prouenit vapor. Ex apoſtematibus pręterea ſunt, quæ ſunt vlceroſa, ſicut formica, quæ ſunt infrigidãda, ſicut phlegmon: ſed non ſunt humectanda quamuis apoſtema requirat humectationem, immo ſunt ſiccãda, quoniam accidens in hoc iam ſuperauit cauſam: accidens enim eſt vlceroſitas de qua timetur, quòd accidat [illegible] iam acciderit. [q] Et vlceroſitatis quidem medicamentum eſt deſiccatio, & res ei magis nociua eſt humectatio. Occultorum autem apoſtematum materia minoranda eſt phlebotomia, & ventris ſolutione. Et oportet vt ea habens à balneo, & vino, & motibus corporeis, & animalibus ſu[illegible] ſicut ira, & ſibi ſimilibus, caueat: poſtea in principio rei adhibeatur ei, quod abſque ni-

A Li.3.Fen.13.t.1. cap.14. — B Fe.1.doct.1.c.1. — C Fen.1.Do.2.c.1. — D L.4.F.3.t.1.c.3. — E G.ex arte med. c.95.f.&.13.meth. med.c.9.f.g — F Gale.13.metho. med.c.6.a — G L.4.F.3.t.2.ca.3. — G Vnguis odoratus — H Cap.1.& Fen.1. do.3.c.1.& oppoſi. li.4.F.3.t.1.c.3.& G. 6.de cõpõne phar. ſm lo.c.1.c. & Ser. 45.c.13. — I Li.4.F.3.t.2.ca.3. — K Li.4.F.3.t.1.ca.3. & G.13.meth.med. c.5.a, & Halyab.5. Pract.c.27. — L Li.4.Fen.3.t.1. c.19.& lib.3.Fen.4. c.25.& G.3.de cõpõ ne pharm.ſm loc. c.1.d.e — M Lib.4.Fẽ.3.t.1. c.16. — N G.3.de cõpõne phar.ſm loc.c.2.e — O Lib.4.Fẽ.3.t.2. c.11.& Gal.de art. cur.ad Glau.lib.2. c.7.f — P Ga.2.ar.cur.ad Glau.c.6.e.f — Q Li.4.Fẽ.3.t.1.c. 7.& F.4.t.3.ca.2.& Gale.5.meth.med. cap.1.f

 mia

mia ſuperfluitate repercutit, & proprie ſi in membro fuerit, quod ſit ſicut ſtomachus, aut hepar. E
[a] Cumq; hora reſoluendi affuerit non debes dimittere, quin ſtypticas medicinas bonum habentes odorem admiſceas, ſicut in præcedentibus tibi narrauimus. Et hepar quidem & ſtomachus plus indigent hoc, quàm pulmo. Oportet præterea vt mollificantia ſeu lenientia naturam aut ventrem, quæ iſtis adhibentur, ſint medicinæ in quibus exiſtit maturatio, & ſint apoſtematibus conferentes, [b] ſicut ſolatrum & caſia fiſtula. Solatrum nanq; proprietatem habet reſoluendi apoſtemata calida, quæ ſunt occulta. [c] Et ea quidem habenti non eſt dandus cibus niſi ſubtilis: [d] & non in hora paroxyſmi ſi ibi fuerit, neq; in principio ſui, [e] niſi propter multam debilitatem fiat. Cum autẽ ſymptoma ſuperuenerit propter collectionem apoſtematis interioris, cum caſu virtutis, in itinere mortis exiſtit, quoniam virtus non ſuſtentatur niſi nutrimento, & nutrimentum eſt res magis nociua: ergo ſi reſolutum fuerit, valde bonum erit. ꝙ ſi aperta fuerint, danda ſunt eis, quæ ea lauent, ſicut aqua mellis, & aqua zucchari: poſtea dentur eis, quæ ſuauiter maturent cum ſiccitate: poſtea in fine rei non adhibeantur niſi exiccatiua. & tu quidem ſcies hæc ex [f] libro, qui particulares ægritudines colligit ſecundum declarationem. Eſt præterea cum in apoſtematibus occultis, & quæ ſub ventre exiſtunt, contingit error, quoniam quando non ſunt apoſtemata, ſed rupturæ, erit in perforando ea timor. Et plerunque apoſtema occultum non exiſtit in panniculo, ſed in ipſo inteſtino: & eſt in aperiendo ipſum timor. F

*De ſectione.* *Cap. 26.*

Q[g]Vi ſectionem ſeu aperturam facere voluerit, oportebit vt ſectio incedat ſecundum rugarum paruarum & magnarum inceſſionem, quæ ſunt in illo membro, niſi fuerit tale, qualis [h] eſt frons: quoniam ſi inciſio incedet ſicut procedunt rugarum ipſius collectiones, incidetur muſculus frontis, & cadet ſupercilium. [h] Et ſimiliter in membris rugarum, quarum inceſſus diuerſificatur ab inceſſu villorum ſuorum muſculorum. Oportet ergo vt ſector ex anatomia ſciat anatomiam neruorum, & venarum, & arteriarum, ne errore incidat aliquid ex eis. Et oportet etiã vt ſecum deferat multa ex medicinis ſanguinem conſtringentibus, & emplaſtris dolorem ſedantibus, & inſtrumentis, quæ ad hoc perueniant: habeat ergo ſecum, quod ſit ſicut medicina [i] Galeni, & ſicut pili leporis, & tela araneæ, & albumen oui, et cauteria omnia, vt prohibeatur fluxus ſanguinis ſiue ex errore ipſius proueniat, ſiue neceſſario: & vt medicinas deferat mollificantes. Cumq; exituram perforauerit, & quod in ea continetur extraxerit, [k] non debebit ei adhibere oleum, neq; aquam, neq; emplaſtrum, in quo ſit oleum, neq; ſepum ſuperabundans, ſicut baſilicon: immo aliquid, quod [l] ſit ſicut emplaſtrum ex [l] {colcotar} quod apponat, cum eo indigebit: & deſuper imponat ſpongiam in vino ſtyptico infuſam.

*De ægritudinibus corruptionis membri, & de inciſione.* *Cap. 27.* G

CVm membrum propter malam complexionem cum materia, aut ſine materia, corrumpitur, & non profecerit ei ſcarificatio, neq; epithemari ex eo, quod conferre conſueuit, de eis, quæ in libris particularibus dicta ſunt, [m] neceſſe eſt vt caro corrupta, quę eſt ſupra ipſum, remoueatur: & melius quidem erit vt ſit ſine ferro, ſi poſſibile fuerit, quoniam ferrum plerunque percutit extremitates muſculorum & venarum pulſantium periculoſe. [n] Quod ſi hoc nõ contulerit, & corruptio iam in carne proceſſerit, neceſſe erit vt ipſa incidat: & vt locus inciſionis oleo feruente aduratur. Ex hoc enim prouenit ſecuritas ab acuitate malitiæ ipſius: & reſtringitur ſanguinis exitus. & naſcuntur ſuper inciſionis locum caro, & cutis extranea non proportionalis, ſed res, quæ magis carni ſimilis exiſtit propter ſui duritiem. Cumq; incidendi voluntas affuerit, tenta prius erit immittenda in circuitu oſſis: vbi enim inuenitur carnis adhærentia, & dolor illic vehementior fit apud intromiſſionem tentæ ſeu ſtili, tunc ibi eſt terminus ſanitatis ſeu carnis ſanæ. & vbicunq; inueneris laxitatem, & retentionis debilitatem, totum erit ex ſumma eius, quod eſt incidendum. [o] Quandoque autem perforatur illud, quod circundat os, quod vis incidere, ita quòd foramina circundent ipſum: ergõ rumpetur per ipſum, & incidetur, & quandoque ſerratur. [p] Cumq; hoc facere volueris, ſepara inter incidentem & perforantem, & inter carnem vt non doleat. Si ergo ipſum os, quod eſt neceſſe incidere, fuerit fruſtum eminens, quod non poſſit aptari, ita vt debet, neque ſit in eius H rectificatione fiducia, & timeatur ne corrumpatur, & corrumpat illud, quod eſt coram ipſo, ſubleuabimus carnem ab eo, aut ſcindendo, deinde ligando: & ad diuerſitatem partis illius extendendo, aut alijs ingenijs, quæ ſenſus demonſtrat: & ſeparabimus inter ipſum, & membrum nobile, ſi ibi affuerit, cum pannis, qui ipſum ab eo elongabunt, & poſtea incidemus. Et ſi os fuerit tale, quale eſt os coxę, & fuerit magnum, & neruis, & arterijs, & venis propinquum, et fuerit eius corruptio multa, debet medicus ab eo fugere.

*De medicationibus ſolutionis continuitatis & ſpecierum, & contorſionum, & caſus, & percuſſionis.* C[illegible]

SOlutio continuitatis in magnis membris medicatur æquatione, & ligatura conue[illegible]quæ in doctrina reſtaurationis dicta eſt: & [q] quam tibi in ſuo loco poſtea dicemus, [r] cu[illegible] & [r] comeſtione cibi conglutinatiui, in quo habetur fiducia, ꝙ ex ipſo nutrimentum ge[illegible]tilaginoſum: quod labia fracturæ claudat, & in vnum conducat, ſicut [r] {alchefsir.} Impo[illegible]um [illegible] vt

A Cap.1.&[illegible] 14.t.1.c.18.[illegible] & G.13.meth.[illegible] c.15.f.g, & Lib.[illegible] cap.15.e
B Lib.2.t.1.c.[illegible] & li.3.F.13.[illegible] & Li.4.F.3.[illegible]
C G.13.meth. c.13.d
D Hip.1.aph.
E Gal.1.aph.
F Tertio F.[illegible]
G Li.4.F.[illegible] 5.& Gale.4.[illegible] cap.1.g.h
H Li.4.Fen.[illegible] cap.27.&.18.
I 5.meth.c.4.[illegible]
K Lib.4.Fen.[illegible] cap.27.
L G.1.art.[illegible] Glau.c.7.g
*L ſpecie [illegible] trioli*
M L.4.F.3.t.[illegible]
N Li.4.Fen.[illegible] cap.16.
O G.6.met.[illegible]
P Li.4.Fẽ.[illegible]
Q Li.4.Fen.[illegible] cap.1.&.5.
R G.6.met.[illegible] cap.5.g.
*R p.rus* Gal.ibidem.
S Gal. ex arte dic.cap.91.k.



A eſt vt os reſtauretur, & proprie in corporibus conſiſtentium, niſi ſecundum hunc modum: quoniam nullo modo redibit ad continuitatem. Et nos quidem de reſtauratione ſermonem exquiſitum loquemur [a] in libris particularibus. Intentio autem in medicando ſolutionem continuitatis quæ in membris accidit mollibus, eſt trium principiorum curam habere. Primum eorum eſt, quoniam ſi cauſa fuerit fixa, vt abſcidatur, vel retineatur, quod fluit, & remoueatur materia eius, ſi ipſa fuerit extendens, vel coarctans. Et ſecundum eſt fixuram conſolidare cum medicinis, & cibis conuenientibus, Et tertium eſt putrefactionem prohibere quãto plus fuerit poſſibile. Cumq; ab vno trium te excuſaueris, redi ad cogitandum de duobus remanentibus. Tu vero [b] iam ſcis, quomodo illud quod fluit, retineatur: [c] ſed conſolidatio fit adiungendo labia ſi adiunguntur, & exiccando, & comedendo glutinatiua. Et ſcito quòd [d] intentio in medicando vlcera eſt exiccatio: [e] quod ergo ex eis mundum fuerit, tantum exiccetur. Et in illud quod ex eis putridum fuerit medicinæ acutæ corroſiuæ mittantur, ſicut [e] {colcotar,} & [f] {alzegi} & arſenicum, & calx: quæ ſi non contulerint [g] neceſſarius eſt ignis. [h] & medicina quæ eſt compoſita ex flore æris, & cera, & oleo: quoniam ipſa flore æris mũdificat, & prohibet morſionis ſuperfluitatem oleũ & cera: ipſa ergo in hac re medicina exiſtit temperata. Et dicemus, quòd omnia vlcera, [i] aut ſunt ſimplicia, aut compoſita. [h] Et ſimplicia quidem cum fuerint parua, & nil ex eorum medio corrodetur, tunc coniungenda erunt ipſorum
B labia, & liganda, [l] cuſtodiendo ne inter ipſa aliquid olei, aut pulueris cadat: quoniam conſolidabuntur. Et ſimiliter magnum de cuius ſubſtãtia nil perditum fuerit, & cuius vna pars alij applicari poteſt. [m] Magni vero cuius partes applicari non poſſunt, ſiue ſit fixura, ſiue concauitas, vel ſpatium, plena ſaniei, & iam aliquid ex ſubſtantia membri perditum eſt, curatio eſt exiccatio. [n] Si ergo illud quod perditum eſt, tantum fuerit cutis, neceſſarium erit, quod cicatricem inducit. Et hoc quidem per eſſentiam cum ſtypticis: & per accidens cum acutis, cum ex eis adminiſtratur aliquid notum, vel limitatum, ſicut alzegi, & alcholcothar, quoniam magis iuuant in exiccando, & magis producunt cruſtam: nam ſi multum fuerit, corrodet: & in vlceribus augmentum faciet. [o] Si autem illud quod perditum fuit, fuerit caro, ſicut eſt in vlceribus profundis, non erit feſtinandum in cicatrizando ea: immo primo erit ſtudendum vt caro in eis naſcatur. [p] Et caro quidem non generatur niſi ex eo, cuius ſiccitas non multum gradum primum tranſcendit: veruntamen hic conditiones attenduntur, de quibus cura eſt habenda. [q] Et ex eis eſt conſideratio diſpoſitionis complexionis membri principalis, & complexionis vlceris: quoniam ſi membrum in ſui complexione fuerit multæ humiditatis, & vlcus non fuerit multæ humiditatis, ſufficiet ſiccitas pauca in primo gradu, quoniam ægritudo non multum fuit elongata à natura membri: ſed ſi membrum fuerit ſiccum, & vlcus humiditatis multæ, erit neceſſarium illud quod exiccet in ſecundo gradu, & tertio,
C vt reducat ipſum ad ſuam naturalem complexionem. Et in temperatis quidem diſpoſitio erit æquanda. [q] Et ex eis eſt conſideratio complexionis totius corporis: nam cum corpus fuerit multæ ſiccitatis, & membrum augmentatum in humiditate, fuerit in humiditate temperatum, ſecundum corpus æquale cum temperamento erit exiccandum. Et ſimiliter ſi corpus fuerit in humiditate augmentatum, & membrum in ſiccitate. Et ſi ambo ad augmentum deueniunt: tunc ſi egreſſus fuerit ad humiditatem, ampliori exiccabitur ſiccitate: & ſi fuerit ad ſiccitatem, minori exiccabitur ſiccitate. Et ex eis eſt conſideratio virtutis ſiccantium: quoniam licet ex ſiccantibus carnem naſci facientibus, exiccatio fortis, non quęratur qualis eſt illa quæ prohibet materiam, quæ deſcendit ad membrum: quod ſit aptum ad hoc vt carnis generatio ſit ex ea, ſicut quæritur in exiccãtibus, quæ non adminiſtrantur propter generationem carnis, ſed propter cicatrizationem, tamen ex eis quæritur vt ſint ipſa abſtergentia & lauantia ſaniem, magis, ꝙ̃ exiccantia cicatrizantia, ex quibus non quæritur niſi cicatrizatio, & conſolidatio, & continuatio. Et omnes quidem medicinæ, quæ ſine mordicatione deſiccant, ſunt ingredientes in genus earum, quæ carnem naſci faciunt. Omne præterea vlcus quod in loco exiſtit non carnoſo, eſt inobediens ad hoc vt cito medicetur: [r] & ſimiliter rotundum. Medicinis autem ſiccantibus, & ſtypticis quæ in vlceribus occultis adhibentur, [s] ſunt admiſcendæ medicinæ penetrantes, [t] ſicut mel, & medicinæ loco proprie, ſicut diuretica me
D dicinis vlcera inſtrumentorum vrinæ curantibus. Cumq; cicatrizare voluerimus, ponemus medicinas cum ſtypticitate ſua viſcoſas, ſicut terra ſigillata. [u] Et ſcito ꝙ quædam ſunt vlceris ſanitatem prohibentia, ex quibus eſt malitia complexionis membri: quare ſtudere debes, vt ipſum rectifices: & malitia complexionis ſanguinis, qui ad ipſum aduenit: quare ſuccurrere debes cum generatione boni chymi: & multitudo ſanguinis, q ad ipſum fluit, & humectat ipſum: cui ſuccurrere debes cum euacuatione, & ſubtiliatione cibi: & faciendo vt exercitetur, ſi poſſibile fuerit: [x] & oſſis corruptio, quod eſt ſub eo, & quod ei tranſmittit ſaniem: & huiuſmodi quidem curatio non eſt, niſi oſſis illius melioratio, & ipſius fricatio: ſi fricatio totam ipſius corruptionem remouere poterit: & accipere ipſum, & incidere. Multoties præterea eſt neceſſarium medicanti vlcera, vt ſecum deferat emplaſtra [y] attractiua, vt eis fruſtra oſſium, & res extraneæ carni infixæ euellantur: & ſi non, prohibebunt vlcus meliorari. Vlcera quoque nutrimento indigent, propterea vt confortatio fiat: & minoratione nutrimenti, propterea vt ſaniei materia reſtringatur: & inter hæc duo contraria exiſtit diuerſitas, quoniam virtus debilitatur, quare cõfortare neceſſe eſt, & multiplicatur ſanies, quare neceſſe

A 4.F.5.t.2.&.2.
B Cap.23.
C G.ex arte med. c.90.h
D Li.4. F.4.t.3.ca. 2.&. G.5.meth.c.1.f
E G.3.meth.c.5.h
*E chalcitides.*
*E. atramẽtum ſutorium*
G Li.4.F.4.t.3.c.9.
H G.3.meth.c.2.b
I G.3.meth.c.10.f & li.4.c.1.e, Haly. 4.prac.c.18.
K G.3.meth.ca.4. a.b
L G.ex atte med. c.90.h
M G.3.meth.c.4. h.a.b
N G.3.meth.ca 5. h.a
O G.3.meth.ca.9. e.f.g
P Ga.3.meth.c.3.a
Q G.3.meth.ca.9. e.f
R Li.4. F.4.t.3.c.1.
S G.3. meth.c.4.f
T G.4.meth.c.7.a
V G.4.meth.c.1.d
X G.6.apho.45.e
Y Li.4. F.t.2. cap.10.

niſi ꝙ corpus hominis cum obuiat ei, & agit in ipſam calore innato nõ conuertitur ipſa ſeu non preualet, ita vt in corpore hoīs imprimat infrigidationẽ, aut calefactionẽ, aut humectationẽ, aut deſiccationẽ vltra eã, q̃ eſt in hoīe. [a] Nos tñ p illud nõ ſignificauimus, ꝙ cõplexio eius ſit ſimilis cõplexioni hoīs. Cõplexio nanq; hoīs non eſt niſi in homine. [b] Et ſcias, ꝙ complexio eſt ſecũdum duos modos ſcilicet complexio prima, & complexio ſecunda. Complexio itaque prima, eſt complexio proueniens ab elementis. Et complexio ſecunda, eſt complexio, quæ prouenit à rebus, quę in ſeipſis habent complexionem, [c] ſicut verbi gratia, complexio medicinarum compoſitarum, vt cõplexio theriacæ: vnaquęq; enim medicinarum ſingularium theriacæ complexionem habet ſibi propriam, deinde cõmiſcentur & componuntur ita, vt vniantur, & adueniat eis complexio, quæ eſt complexio ſecunda. Et hæc quidem complexio ſecunda, non eſt ita, ꝙ non ſit tota niſi ab arte, [d] immo eſt quandoq; etiam à natura: [d] lac. n. commiſtum in veritate eſt ex aqueitate & caſeitate, & butyroſitate. Et vnumquodq; horum trium eſt non ſimplex in natura, immo eſt cõmiſtum, & habet complexionem ſibi propriam. Et hęc quidem complexio ſecunda eſt ex operatione naturæ, non ex operatione artis. Complexio autem ſecunda eſt ſecũdum duos modos, aut complexio fortis, aut complexio debilis. Complexio vero fortis eſt, verbi gratia, vt vnumquodq; ſimplicium alij ſit vnitum tali vnitione, vt eius ſeparatio calori noſtro innato, non ſolum ſit difficilis: immo ſit aliqua, cuius ſeparatio calori ignis ſit difficilis, ſicut corpus auri. [e] Commiſtio enim iter humiditatem, & ſiccitatem ipſius ad hoc peruenit, vt igneitas deficiat in ſeparando inter eas, immo cum igneitas ſubleuauerit partes aquoſas vt faciat eas aſcendere, tunc connectuntur, ſeu firmantur cum omnibus partibus eius partes terreæ, quare non valet efficere earum ſubleuationem, & vt terreæ ſubſiſtant, ſicut poteſt ſimile facere in ligno, immo in plumbo, & ſtãno. Cum ergo eſt complexio, cuius firmitudo: eſt hæc firmitudo, tunc nõ eſt longe quin ſit complexio aliqua à ſeparatione ſimplicium cuius calor innatus, qui eſt ĩ nobis, deficit, & quęcũq; ita eſt, eſt complexio firma. Si ergo fuerit æqualis remanebit in corpore æqualis vſquequo reſoluatur eius forma & corrumpatur. Et ſi fuerit decliuis ad dominium, remanebit in corpore ſecũdum ſuum dominium, vſquequo corrũpatur eius forma. Et vniuerſaliter quidem nõ prouenit ab ea, niſi operatio vna. Cum autem complexio non eſt firma, ſed debilis, facilis ad diſgregationem, tunc poſſibile eſt, vt eius ſimplicia ſeparentur cum noſtræ naturæ operatio exiſtit in ea, & remoueatur vnum ab alio, & ſint diuerſarum virtutum, & faciat vnum eorum operationem vnam, & aliud contrarium ipſius. Et cum medici dicunt, ꝙ medicinæ ſic diſpoſitæ virtus eſt compoſita ex virtutibus contrarijs, non oportet vt ipſi intelligant à ſeipſis & tu ab eis: [f] ꝙ ſit pars vna ferens frigiditatem, & caliditatem operans vnamquãque earum ſingulariter, ſicut illæ, quę ſunt diuiſæ: nam illud non eſt poſſibile ſed ipſæ ambæ ſunt in duabus partibus eius diuerſis, ex quibus ipſa eſt compoſita. Et etiam non oportet vt exiſtimes, ꝙ aliud genus medicinarum non ſit compoſitum ex virtutibus contrarijs: quoniam omnes medicinæ ſunt compoſitæ ex virtutibus contrarijs: immo oportet vt in intelligas ex hoc, ꝙ ipſi ſignificãt per illud, quod ipſum eſt in actu habẽs virtutes contrarias, aut in potentia propinqua actui: quoniã in ipſa ſunt partes diuerſæ, quarum vna non efficit in aliam actum integrum facientem totum ſimilium virtutum ſimilitudine cõpleta, & ipſæ partes non fuerunt factæ inſeparabiles & vnitæ, ita vt cum aduenit vna earum in parte membri, conſequetur vt adueniat altera ſimul cum ipſa, quoniã ſi fuerit ſimilis virtutis, non diuerſificabitur eius operatio in corpore penitus. Et ſi eſt habens partes inſeparabiles & diuerſas virtutes, poſſibile eſt etiam vt non diuerſificetur earum impreſſio in corpore: immo ſit, vt cum pars ſimplicis in membro aduenit, aſſocietur ei, quod ex ſimplici alio eſt ab eo inſeparabile, quare aduenit ex ambobus operatio, & impreſſio ad quam perducunt quã requirũt amborum operationes in omnibus partibus illius membri ſm æqualitatem, cum ſit cum vnaquaq; partium eius impedimentum à complemẽto actionis eius fixum in ea, niſi ſit pars membri recipiẽs ab vno duorum ſimplicium abſq; alio: & natura vtatur vno eorum & alterum renuat, & hoc quidem eſt multoties: noſter tñ ſermo nõ eſt in hoc, immo eſt in ſpecie, quæ eſt diuerſæ impreſſionis propter rem in ſeipſa, non propter rem in alia. Et illa quidem res eſt, qm̃ ſimpliciũ eius commiſtio eſt debilis in modo ꝙ ipſa recipit ſequeſtrationem ſeu ſeparationem per impreſſionem caloris noſtri. Iſtæ autem medicinæ ſimplices quibus dicimus ineſſe virtutes contrarias, ſunt in quibus non eſt illa commiſtio totalis. De eis ergo aliæ ſunt, quæ ſunt fortioris commiſtionis, & non poſſunt decoctio & ablutio facere ſeparationem inter virtutes earum ſicut chamæmilla, in qua eſt virtus reſolutiua, & [g] virtus ſtyptica, & cum coquitur in emplaſtris, non ſeparantur ab ea vtræque virtutes: & aliæ ſunt in quibus decoctio ſeparare poteſt inter eas ſicut caules: ſubſtantia enim ipſorum cõmiſta eſt ex materia terrea ſtyptica, & ex materia ſubtili abſterſiua nitroſa. [h] Cum ergo coquitur in aqua, reſoluitur ſubſtantia nitroſa abſterſiua ab ea in aqua, & ſubſtantia terrea ſtyptica remanet, & fit aqua eius ſolutiua, & corpus eius ſtypticum, & [i] ſimiliter lens, & ſimiliter vitrum, & ſimiliter allium, in ipſo nãq; eſt virtus abſterſiua, & aduſtiua, & humiditas grauis, ſed decoctio ſeparat iter eas: & ſimiliter cæpę, & raphanus: & reliqua. Et propter hoc dicitur, ꝙ raphanus digerit, & non digeritur. Digerit. n. & non cum oĩbus partibus ſuis: ſed cum ſubſtantia ſubtili tantum quę eſt in ipſo. Cum ergo reſoluitur ab eo, remanet ſubſtantia ſpiſſa, quæ eſt in ipſo inobediens virtuti digeſtiuæ viſcoſa, & illa ſubſtantia alia incidit viſcoſitatem. Et ex hoc cap. ſunt illa inter quorum ſimplicia ablutio ſeparare valet ſicut endiuia, & plurima olerum: eius enim ſubſtantia eſt compo-

ſita

E F G H

A Li. 1. F. de ... c. 1.
B Li. de ... t. 1. c. 10.
C Li. 5. 1. de ... litate cõplex. de theriaca.
D Ga. li. 1. ... 17. d, & lib. ... & c. 24. h & ... 16. & li. 5. c. 14.
E Ariſt. lib. ... teor. in fine.
F Cal. lib. 3. ... cap. 15. e. ... c. 16. h
G Oppoſi. Gal. ... ſimpl. c. 10. g. h
H Ga. li. 1. de ... rõe. 18. g, & de ... ria. ad piſo. c. 4 ... & 3. ſimpli. c. ...
I Gal. li. 1. de ... vict. 18 g, & 3. ... pli. c. 15. b, & ... ment. c. 1 ...



A ſita ex materia terrea aquoſa frigida plurima, & ex materia ſubtili pauca: quare fit eius infrigidatio cum materia prima: & oppilationum apertio ab ea, & penetratio ipſius plurima cum materia altera, & plurimum huius materiei ſubtile eſt expanſum ſuper ſuperficiem eius. Iam enim eleuata eſt ad eam, & aſperſa ſuper ipſam. Cum ergo abluitur cum aqua reſoluitur, & non remanet ex ea aliquid vnde ſit curandum, ergo propter hanc cauſam præceperunt ne abluatur ſecundum legem, & medicinam. Et hac de cauſa plurimæ medicinarum cum homo ſumit eas infrigidant vehementer, & cum ex eis fit emplaſtrum reſoluunt: verbi gratia, ſicut coriandrum: cum enim ſumitur, eius infrigidatio fortior fit. Et cum ex eo fit emplaſtrũ, quandoq; reſoluit: verbi gratia, ſcrofulas & proprie permiſtum cum ſauich, & illud ideo, [a] qm̃ eſt compoſitum ex ſubſtantia terrea aquoſa multæ infrigidationis, & ex ſubſtantia ſubtili reſolutiua. Cum ergo comeditur aduenit calor innatus, & reſoluit ab eo ſubſtantiam ſubtilem, & non eſt plurimæ quantitatis, ita vt in complexione impreſſionem faciat, immo deficit, & remanet ſubſtantia eius ſingularis vltima in infrigidatione. Cum autem ex eo fit emplaſtrum videtur, ꝙ ſubſtantia terrea nõ penetret in poris, neq; efficit in eis impreſſionem omnino, ſed ſubſtantia ſubtilis ignea penetrat in eis, & digerit. Si ergo aſſociatur aliquid ex ſubſtantia frigida iuuat ad repellendum, & vincit calorem innatum, & hoc quidẽ propinquum eſt ei, quod oſtendimus in libro [b] primo de aduſtione cæpæ, cum ex ea fit emplaſtrum, & de B eius ĩcolumitate cum comeditur. Et cum nos poſuerimus vnam cauſam in ea propinquam huic, oportebit vt ſit hæc intentio nota certe. Et ex medicinis quidem ſunt, in quibus videntur eſſe duę ſubſtantiæ diuerſæ ſm naturam abſq; permiſtione oĩno. Et ex eis itaq; ſunt, quæ ſunt ſenſui apparentes, ſicut partes citri. Et ex eis ſunt, quæ ſunt magis occultæ: videtur. n. ꝙ cortex pſyllij, & quod eſt ſuper eius corticem ſit fortis infrigidationis: & farina medullæ, quæ eſt in ipſo, ſit fortis calefactionis, ita vt forſitan ſit medicina rubificans, aut vlcerans & cortex eius ſit ſicut velamen diſtinguens inter ea. Si ergo bibitur non tritum, non dimittit durities ſui corticis, vt penetret virtus medullæ eius, & quod eſt intra ipſum ad ſuum exterius, immo operatur cum eo, quod ex ipſo apparet & ſua mucilagine frigiditatem. Quod ſi conteratur forſitan illud, quod dicitur de ipſo, ꝙ eſt venenum, eſt propter apertionem medullæ eius & ſui interioris. Et videtur, ꝙ illud, quod ex eo eſt contritum diſrumpat exituras. Et illud, quod eſt integrum ex eo faciat eas crudas, & refrenet eas propter hanc cauſam. Sufficiat quantitas hæc in dando hanc radicem.

*De cognitione virtutum complexionem medicinarum ſingularum per experimentum.* *Cap. 2.*

MEdicinarum cognoſcuntur virtutes ex [c] duabus vijs. vna earum eſt ſemita experimenti. & altera eſt ratiocinationis ſemita. Nos vero in experimento ſermonem præmittamus. Dicimus ergo, ꝙ experimentum ad cognitionem virtutis medicinæ cum fiducia nõ perducit, niſi poſt C obſeruationem conditionum. [d] Vna earum eſt vt ſit medicina vacua à qualitate acquiſita ex caliditate accidentali, aut à frigiditate accidentali, aut qualitate, quæ accidat ei cum alteratione in ſua ſubſtantia, aut vicinitate alterius. Aqua. n. quamuis frigida ſit natura, tñ cum calefit calefacit dum permanet calida. Et euphorbium quãuis ſit natura calidum, tñ cum infrigidatur infrigidat dũ permanet frigidum. Et amygdala quãuis ſit æqualis ſubtilis, tñ cum fit rancida, calefacit potentia. Et caro piſcium quamuis ſit frigida, tamen cum ſalitur calefacit potentia. [e] Et ſecunda eſt vt illud in quo experitur, ægritudinem habeat ſingularem: nam ſi ægritudo eſt compoſita: & in ea ſunt duæ res requirentes duas curationes contrarias, & experiatur in ambabus medicina, & conferat, neſcimus cauſam in illo vere: verbi gratia, cum homo habet febrem phlegmaticam, & datur ei in potu agaricus, & remouetur febris eius, non oportet vt iudicemus agaricum eſſe frigidum, quoniã confert ægritudini calidæ, quæ eſt febris: immo forſitan non confert, niſi propterea ꝙ reſoluit materiã phlegmaticam, & euacuat eandem, & cum deficit materia, remouetur febris phlegmatica. Et hoc quidem vere eſt iuuamẽtum per ſe, permiſtum iuuamento per accidens, per ſe quidẽ cum comparatione ad materiam, ſed per accidens cum comparatione ad febrem. [f] Et tertia eſt vt medicina ſit experta iam in ægritudinibus contrarijs, ita vt cum vtriq; eorum ſimul conferat, non iudicetur, ꝙ ſit contraria complexioni alicuius eorum, [g] & fortaſſe confert vni eorum per ſe, & alteri per acci- D dens, [h] ſicut ſcamonea, ſi experiamur ipſam in ægritudine frigida, non eſt longinquum quin cõferat, & calefaciat. Et cum experimur ipſam in ægritudine calida, ſicut eſt febris tertiana, non elongatur quin conferat in euacuando choleram. Cum ergo ita ſit, non acquirit nobis experimentum fiduciam caliditatis aut frigiditatis, niſi poſtquam ſcimus, ꝙ vnam duarum rerum efficit per ſe, & efficit alteram per accidens. [i] Et quarta eſt vt ſit virtus, quæ eſt in medicina oppoſita ei, quod ęquatur ei de potentia ægritudinis. Sunt enim medicinæ quædam, quarum caliditas minoratur à frigiditate ægritudinis alicuius, quare penitus in eam non agit. Et quandoque cum adminiſtratur in infrigidatione aliqua leuiore illa, facit calefactionem. Oportet ergo vt experiatur prius in debiliori, & ſecundum gradus fiat proceſſio paulatim, donec ſciatur virtus medicinæ, & nõ dubitetur. Et [k] quinta eſt vt obſeruetur tempus, in quo apparet eius impreſſio, & operatio: nam ſi in primis cũ adminiſtratur, apparet, cõfidere facit, ꝙ efficit illud per ſe. Et ſi fuerit operatio, quę in primis apparet ex ea, contraria ei, quæ apparet in fine, aut in principio rei nõ apparet ex ea operatio, deinde in fine rei apparet ex ea operatio, tunc erit locus ambiguitatis & dubietatis: forſitan. n. efficit illud, quod operatur per accidens, qñ efficit in primis operationem occultam, quam ſequit̃ per accidens hæc op̃atio alia apparẽs. Et hæc quidẽ dubietas eſt & ambiguitas & hęſitatio in virtute medicinæ.

A Ga. lib. 7. ſimpli. fol. 52. c
B Li. 1. F. 2. doct. 2. ſũ. 1. c. 18. & G. li. 3. de tẽperamẽ. c. 3. g
C Ga. li. de theria. ad piſo. c. 3. e
E Gal. lib. 1. ſimp. c. 3. g, & li. 3. de tẽperamẽ. c. 3. g, & Halya. li. 2. Prac. c. 2.
B G. li. 3. de tẽperamẽ. c. 5. g, & lib. 4. ſimpl. c. 7. a, & Halya. ibidem.
F G. lib. 1. ſimplic. c. 2. e, & li. 3. de temperamen. ca. 5. b, & Halya. ibidem.
G Li. 3. F. 13. t. 1. ca. 17. & F. 22. t. 2. c. 6. & li. 1. F. 4. c. 2.
H Li. 1. F. 2. doc. 2. ſũ. 1. c. 1. & Raſ. 30. cõti. t. 3. c. 2. 396. 4.
I G. li. 3. de tẽpera. c. 5. b, & Haly. ibi.
K G. li. 3. de tpam. c. 5. b, & li. 1. ſimpl. c. 4. f, & Haly. ibi.

Exiſtimatio vero, ꝙ eius operatio non ſit niſi per accidens, quandoqȝ vigoratur, cum eius opera- E
tio nõ apparet, niſi poſt ſeparationem obuiationis membri: nam ſi per ſe efficeret, operaretur dum
obuiaret: impoſſibile enim eſt vt deficiat dum obuiat, & operetur dum nõ obuiat. Et hoc quidem
eſt iudicium plurimum ſufficiens. Quandoqȝ vero cõueniens eſt, vt in quibuſdam corporibus ef-
ficiat ſuam operationem, quæ eſt per ſe, poſt operationem ſuam, quæ eſt per accidens: & illud eſt
cum iam acquiſierit virtutem extraneam vincẽtem virtutem naturalem, ſicut aqua calida: in præ-
ſenti enim calefacit, in die vero ſecundo, aut in hora in qua remouetur ab ea eius impreſſio accidẽ-
talis, facit peruenire in corpore frigus proculdubio propter conuerſionem partium ſubtilium pro
funde in poris imbibitarum calefactarum ad diſpoſitionem naturalem frigoris, quod debet habe-
re.[a] Et ſexta eſt, vt obſeruetur proceſſus operationis eius ſecundum aſſiduationem, aut ſecũdum
plurimum: nam ſi non fuerit ita, tunc proceſſio operationis ab ea eſt per accidens. Quoniam res
naturales procedunt à principijs ſuis, aut ſemper, aut ſecundum plurimum.[h] Et ſeptima quidem
eſt, vt experimentum ſit in corpore hominis. Nam ſi experiatur in corpore non hominis, poſſibi-
le eſt vt fallat duobus modis. Vnus eorum eſt, quoniam poſſibile eſt vt [c] ſit medicina comparata
ad corpus hominis calida, & comparata ad corpus leonis & equi frigida, cum hæc medicina eſt ca-
lidior homine, & frigidior equo, vel leone: & videtur ſecundum ꝙ exiſtimo, ꝙ ſit reubarbarum fri
gidum comparatum ad equum, & ſit comparatum ad hominem calidum. Et ſecundus, quoniam F
quandoqȝ comparata ad vnum duorum corporum habet proprietatem, quam non habet compa
rata ad corpus ſecundum, ſicut [c] {napellus} comparatus enim ad corpus hominis habet proprie-
tatem venenoſam, quam non habet comparatus ad corpus [d] {alzarazir.} Iſti ergo ſunt canones,
quos obſeruare oportet in cognitione virtutum medicinarum ex via experimenti.

A G.li.3.de ... 5.c, & li.1. ſim. 3.f. Haly. ibidem. B G.li.1. ſimp. d, & li.2. c.4. ibidem. C L.1.F.1.d.4. C cicuta D G.li.3. de ... 4. fol.14.c. & ſimpli.c.18.c.d theria. ad piſ. D ſturni

*De cognitione virtutum medicinarum ſingularium per ratiocinationem, Cap. 3.*

COgnitionis autem virtutum medicinarum ſingularium per ratiocinationem canones alij ſu-
muntur ex velocitate conuerſionis earum ad ignem, & calefactionem, & ex tarditate con-
uerſionis ipſarum, & ex velocitate congelationis earum, & tarditate congelationis ipſarum, & alij
ſumuntur ex odoribus, & alij ex ſaporibus: & quandoqȝ ſumuntur ex coloribus, & quandoqȝ ſu-
muntur ex operationibus, & virtutibus notis, ex quibus acquirũtur ſignificationes manifeſte ſu-
per virtutes ignoratas. Via autem prima eſt, quoniam rerum ſimilium in conſtitutione eſſentię. ſ.
in raritate & ſpiſſitudine, quæcunqȝ recipit calefactionem velocius eſt calidior, & quæcunqȝ reci-
pit infrigidationem velocius eſt frigidior. Et [e] vna cauſarum in hoc eſt, qm̃ res qñqȝ calefit velocius
alia, agente exiſtẽte vno, qm̃ in ſeipſa eſt calidior altera, neqȝ infrigidat ipſam niſi frigus accidens,
cumqȝ aduenit caliditas exterior, & conſentit ipſi virtus calida innata, quæ eſt in ipſa, æquatur alij
in cauſa exteriore, & ſuperfluit illi in virtute, quæ eſt in ipſa, & fit calidior. Et ſecũdum hoc cogno- G
ſces diſpoſitionem eius, quæ infrigidatur velocius. Et poſt illud in danda cauſa eius eſt ſermo pro-
lixus, de quo intromittit ſe ille, qui loquitur in [f] principijs naturalibus pręter medicum. [g] Cum aũt
vna earum eſt maioris raritatis, & altera maioris ſpiſſitudinis, tunc illa, quæ eſt maioris raritatis
quãuis ſit ſimilis alij in frigiditate & caliditate ipſius, tamen patitur plus & velocius propter α de-
bilitatem ſui corporis. Res autem quarum proprietas eſt vt congelentur, & illæ quarum proprie-
tas eſt vt inflãmentur igne, poſſibile eſt vt adinuicem comparentur: [h] ergo quæcunque eſt velo-
cioris congelationis, & eius eſſentia eſt ſicut eſſentia alterius, eſt frigidior: & quęcunqȝ eſt velocio-
ris inflãmationis, & eius eſſentia eſt ſicut eſſentia alterius, eſt calidior propter illud, quod diximus
prius. Nos. n. non dicimus, ꝙ res ſit calidior & frigidior, niſi cum comparatione ad impreſſionem
caliditatis innatæ in ipſa, quæ eſt in nobis. Et cum ipſa eſt longinquior à congelatione, & velocior
ad inflãmationem, tunc iudicamus, ꝙ ipſa eſt in impreſſione à caliditate noſtra innata illo modo.
Principia vero iſta demonſtratione oſtẽſa, ſunt ſicut oportet [i] in ſcĩa naturali. Cum aũt duæ res di-
uerſificantur in raritate & ſpiſſitudine: deinde inuenitur ſpiſſior ex eis inflãmationis vehementio-
ris, & tardioris congelationis, tunc iudica proculdubio, ꝙ eſt calidioris ſubſtantiæ. Et ſimiliter cum
inuenis raram tardioris inflãmationis, tunc ſcias, ꝙ eſt fortioris frigoris. Si autem inuenis raram ex
eis velocioris inflãmationis, non conuenit tibi vt iudicium des, & ponas ipſam propter hanc cau- H
ſam fortioris caliditatis. Fortaſſe. n. raritas eſt cauſa in velocitate inflãmationis eius. Sicut ſi tu in-
uenis raram ex eis velocioris congelationis, non cõuenit tibi oĩno, vt des iudicium, & ponas eam
propter hanc cauſam vehementioris frigoris. α Forſitan. n. raritas eſt cauſa in velocitate congela-
tionis eius, propter debilitatem corporis ipſius, & velocitatem paſſibilitatis eius: [k] ſicut vinum.
quãuis. n. ipſum ſit calidioris complexionis, ꝙ̃ oleum de cucurbita, tñ velocius congelatur, ꝙ̃ illud
oleum, imo illud oleũ denſatur & non congelatꝰ, ſed vinum congelatꝰ. Rerum. n. quædã ſunt, quæ
congelanꝰ abſqȝ condenſatione. Et ſunt quædam earum, quæ condenſantur abſqȝ congelatione.
Huius aũt cognitio in [l] ſcĩa exiſtit naturali. Rerum autẽ recipientium condenſationẽ, cum ęquanꝰ
in conſtitutione ſubſtantiæ, q̃ magis recipit condenſationẽ ex frigore, eſt frigidior earum. Et plu-
rimæ quidem res non congelantur niſi in calore. Et res quarum [m] proprium eſt in calore cõgelari,
omnes reſoluuntur per frigus: ſicut res, quæ congelantur ex frigore, oẽs reſoluuntur calore. Calor
autem congelat ſiccitate, & frigus reſoluit cum humiditate ſm̃ ſententiam [n] Galeni. Veruntamen
ſnĩa philoſophi primi diuerſa eſt ab ea in re modica. ſed illius ꝑſcrutatio in alia continetur ſcĩa. Et
cũ ſint quædam medicinarum calidiores, ſed ſunt groſſiores, poſſibile eſt vt ipſe ſuſcipiãt congela-
tionem:

E Li.1.F.1.d.1. 1.c.3. F Ariſt.2. de ge. t.25.&34. G Gal.li.1. ſim. 13.f.g Infra α H Gal.li.1.ſim. c.16.a Supra α I Halya. ſerm. Pract.c.3. Supra α K G.lib.1. ſimp. c.16.a L Quarto meteororum Haly. ſer. c.4. N Lib.4. meteo. et de vir.con... 1. et Ga.5. ſimp. c.5.g.h N L.5. ſimpl. ... &.2. ꝑdictio...



A tionem: ſicut ſuſcipiunt illæ, quæ ſunt frigidiores eis, propter groſſitudinem ſuam. Et cum ſint
quædam frigidiores, ſed ſunt ſubtiliores, poſſibile eſt vt ſuſcipiant inflammationem, ſicut recipiũt
illæ, quæ ſunt calidiores eis, propter ſubtilitatem ſui. Condenſatio autem & coagulatio non ſigni-
ficant augmentum in caliditate, neqȝ augmentum in frigiditate. plerunqȝ. n. condenſantur res ter-
reſtres, aut propter terreiſtreitatem, quæ eſt in eis, & multitudinem aquoſitatis, & aereitatis, in eis
cum rarificantur. Et multoties accidit aeritati vt infrigidetur, & conuertatur in aqueitatem & rari
ficetur compoſitum & fiat frigidum. Et multoties rarificatur aqueitas frigida propter igneitatem
feruentem in ea: & conuertit eam in aeritatem, & condenſat ipſam, quemadmodum accidit ſper-
mati ex ipſius condenſatione. Cum ergo ſeparatur ab eo calor igneus ſubtiliatur, & non prohibet
terreitas, quin ſit cum ea igneitas ſuperflua. quare poſſibile eſt, vt ſit diuiſio prima vehementis ca-
liditatis. Et non prohibet aqueitas, quin eam ingrediatur aeritas, non ſuperans virtutem eius, &
ſit diuiſio ſecunda vehementis frigiditatis, aut igneitas vincat, & ſit vehementis caliditatis valde.
Ex alijs autem canonibus neceſſe eſt medicos rem vnam ſcire, quoniam non eſt poſſibile vt ſapo-
res [a] dulcis & [b] amarus, & [c] {acutus} & [d] ſalſus ſint, niſi in ſubſtãtia calida, neqȝ [e] ponticus, [e] ſtypti-
cus, & [f] acetoſus, niſi in ſubſtantia frigida. Et ſimiliter [g] odores boni acuti non ſint, niſi in ſubſtan-
tia calida, & colores albi in corporibus coagulatis, ſeu ſpiſſis in quibus eſt humiditas non ſint, niſi
B in ſubſtantia frigida, & in corporibus in quibus eſt ſiccitas & frangibilitas non ſint, niſi in ſubſtan-
tia calida, & nigri in vtriſque rebus ſunt e contrario.[h] Frigus enim albificat humidam ſubſtantiam
& denigrat ſiccam, & calor denigrat humidam, & albificat ſiccã. Et hoc quidem verum eſt & ne-
ceſſarium, verũtamen hic eſt cauſa alia, propter quam ſignificationes iſtæ quandoqȝ diuerſificanꝰ,
& proprie in odore ſuo & colore, & proprie in colore. Et illud eſt, quod nos iam [i] oſtendimus, ꝙ
corpora medicinalia commiſcentur ex elementis contrarijs quandoqȝ cõmiſtione prima, & quan-
doqȝ commiſtione non prima: immo magis digna, vt vocetur complexio ſecunda. poſsibile eſt er-
go in hac complexione ſecunda, vt vni duorũ elementorum iam aduenerit complexio, qua me-
reatur colorem, aut odorem, aut ſaporem, & aduenerit ei illud, quod iam meretur, & vt alij elemen
to iam aduenerit cõplexio diuerſa illi complexioni, & ſit poſsibile vt in ea mereatur colorem con-
trarium illi colori, aut odorem, aut ſaporem contrarios primis. Et ſit poſsibile vt ea non mereatur
contrarium primo. Quod ſi iam meretur colorem contrarium illi, deinde ſint æqualis quantitatis,
peruenit in cõmiſto ſecundo color compoſitus ex duobus coloribus. Et ſi ſunt diuerſa, cõtinetur
in ſecundo commiſto color magis decliuis ad vnum duorum colorum. Si autem ſm̃ non meretur
colorem omnino, & ſimiliter odorem, aut ſaporẽ, & ſint æqualia, erit quod in eis ambobus repe-
ritur de colore & odore color primus, & odor primus. quãuis ſint iam cõfracti ſeu remiſsi, ꝑpter
C permiſtionem partium, quæ ſunt priuatæ non habentes partes contrariantes, & in ſecũdo non eſt
impreſsio coloris penitus: qm̃ huiuſmodi etiam franguntur fractione peruij permiſti colorato, &
quaſi illud corpus videtur, verbi gratia, album, & eſt poſsibile vt ſit virtus eius non virtus albi per
hoc, quod eſt album, ſed eſt ei virtus alia oppoſita primæ. Nam cũ eſt corpus permiſcendũ priuatũ
colore, ita vt ſicut eſt ęqualis quantitatis, ſit ęqualis in potentia, ſeu uirtute, tunc uirtus adueniens
eſt comprehenſa inter duas virtutes æquales. Si autem eſt fortius plurimum colorato, tunc eſt im-
preſsio tribuenda virtuti contrariæ virtutis corpori habẽtis albedinem, & eſt albedo, verbi gratia,
faciens neceſſarium: vt ſit frigidum, & ipſum eſt calidum vehementer, hoc eſt qñ eſt ęqualis quan-
titatis. Cum autem eſt, verbi gratia, hoc quod non habet colorem, aut habet colorem contrarium,
paucæ quantitatis cum comparatione ad aliud, ſed eſt plurimæ qualitatis & virtutis, tunc non im-
primit penitus impreſsionem in colore illius alterius, & vincit illud cũ virtute victoria vehemen-
ti, ita vt ſit quaſi non habeat virtutem omnino. Conſidera diſpoſitionem in libra lactis, cui ſi per-
miſceas duos aureos euforbij, ita permiſcendo vt ſint quaſi res vna, eſt permiſtum ex eis calefaciens
in vltimo, & ſenſus non diſcernit euphorbium ex eis vtriſqȝ, neqȝ colorem eius, neqȝ priuationem
ipſius à colore, ſi eſt priuatum colore, & neqȝ videt niſi albedinem purã, & nos quidem credemus
ꝙ hæc albedo eſt ſubſtãtiæ frigidæ: verbi gratia, ſi præſuppoſuerimus, ꝙ lac eſt frigidum, & mentie-
D mur, ſi dixerimus, ꝙ hæc ſubſtantia bibita, eſt frigida. Et illud ideo qm̃ hæc albedo non eſt color
huius corporis bibiti permiſti ex parte vnde eſt bibitum & permiſtum, ſed eſt color vnius ſimpli-
cium eius vincẽtis quantitate, & victi virtute, quod quidem eſt ſenſatum ex ambobus, & ita opor-
tet vt tu formes diſpoſitionem in albo naturaliter cõmiſto, quod eſt in vltimo caliditatis, & videtꝰ,
ꝙ ſit frigidum ſicut piper album. Quemadmodum enim hoc eſt permiſtum arte: [k] ſimililiter qñqȝ
commiſcetur natura, & eſt forma exiſtens hæc forma. Verum ex iſtis qualitatibus ſenſatis illud eſt
dignius vt imprimat impreſsionem manifeſtam, quod eis permiſcetur ex contrario, & dum perſe-
uerant qualitates earum vere ſenſatæ, & non ſentiuntur in eis contrariæ earum, tunc ſunt vincen-
tium virtutum. Et hoc quidem eſt in ſaporibus, non ſecundum quòd ſit neceſſarium, ſed ſecun-
dum quòd eſt plurimum, & poſt ſapores eſt in odoribus, & poſt vtraque eſt in coloribus, & in co-
loribus quidem eſt, ſicut ſine fiducia cum eo. Et ex cauſis quidem in quibus ſapores vincunt odo-
res in hoc capitulo eſt aduentus eorum ad ſenſum cum obuiatione. Sunt ergo digniores vt per-
ducant ex omnibus partibus medicinæ virtutem, ſed odores, & colores imprimunt ſine obuiatio-
ne ſuorum corporum, quare poſsibile eſt vt perueniat ad ſenſum ex partibus habẽtibus odorem,
vapor ex ſubtili partium eius, & inobediens fiat vapor ex ſpiſſo partium eius: & non vaporet,

A G.3. de vict. rõne.2.g.h, &.4. ſimpli.c.9.g B G.4. ſimpli.c.7. fo.26.c, &.c.9.g C G.4. ſim.c.19.h, & lib.5.c 13.d C acris D Gal.4. ſimplic. c.21.g E G.4. ſimp.c.7.g F G.4. ſimp.c.7.d G Gal.4. ſimplic. ca.23.b.c, &.2. aliment.c.15.c H L.1.F.1.d.4.c.1. I Cap.1. K Gal.li.3. ſimpli. c.14.b.&.c.15.g

& poſſibile eſt vt perueniat ad ipſum color manifeſtus dominans ſine victo occulto. Et quoniam E
odores quandoq; ſignificant ſapores, ſicut odor dulcis, & acetoſi, & acuti, & amari, tunc ſunt odo-
res ſequentes ſapores. Sapores ergo in ſignificatione ſunt plus veri, deinde odores, [a] poſt colores.
Amplius ſi in ſaporibus non caderet etiam hęc compoſitio prædicta, non eſſet opium in amaritu-
dine ſua cum frigiditate ſuperflua. hic autem error, qui accidit in ſaporibus, cadit in parte frigoris
pluſquam in latere caloris, ſcilicet vt inſit medicinæ ſapor ſignificans caliditatem cum ſit frigida:
hæc enim plus eſt, quàm vt medicinæ inſit ſapor ſignificans frigus & ipſa ſit calida: quoniam calor
in pluribus diſpoſitionibus eſt fortioris impreſſionis, & manifeſtioris operationis, & magis pene-
trans. Si ergo frigido ſit permiſtum in complexione naturali calidũ, ſumma virtutis cuius ſit ſum-
ma frangẽs frigus, quod ei opponitur, tunc eſt quidem dignius vt appareat ei ſapor frangens ſaporem
ipſius, cum ſit calidum in omnibus diſpoſitionibus magis penetrans, & magis vincens, & dignius
vt ferat ſapores, & odores. Et propter hanc cauſam non inuenis acetoſum aut ponticum in quo
non eſt permiſtio ſenſu, quòd ſit calidum ſecundum plurimum ſuæ complexioni, ſicut inuenis
amarum, & mordicatiuum frigidum ſecundum plurimum ſuæ complexionis, verũtamen hoc eſt
plurimum, & multo pluris plurimitatis quàm aliud, ſed non eſt neceſſarium. Et poſtquam ſcis ca-
nonem iſtum, oportet nunc vt narremus tibi illud, quòd dicunt medici de ſaporibus, & odoribus
& coloribus. Ipſi enim ponunt ſapores ſimplices nouem, & quãuis ſint penitus octo ſapores, & F
vnus priuatus ſapore, & [b] eſt inſipidus [b]{ almaeſich } cuius ſapor penitus non comprehenditur ſi
cut aqua: ipſi enim nominant ſaporem, omne quod guſtu iudicatur tali iudicio, quod eſt actu,
aut iudicio, quod eſt in potentia non operans, ſeu non imprimens omnino, & eſt illud, quod
non habet ſaporem, & eſt ſecundum duos modos, ſcilicet aut inſipidum priuatum ſapore ſe-
cundum veritatem, aut inſipidum priuatum eo apud ſenſum. Inſipidum autem ſecundum ve-
ritatem eſt cui non ineſt ſapor ſecundum veritatem. Et inſipidum apud ſenſum eſt illud, quod
in ſeipſo habet ſaporem, verum propter vehementiam ſuæ ſpiſsitudinis, non reſoluitur ex eo
aliquid, quod linguæ admiſceatur, & comprehendat ipſum, deinde cum ingeniatur vt reſoluan-
tur partes eius, & vt ſubtilientur, ſentit ſaporem eius, ſicut æs aduſtum, & ferrum: lingua enim
non conſequitur ex eis ſaporem, quoniam non reſoluitur ex ſubſtantia amborum aliqd perue-
niens ad humiditatem poſitam in lingua, quę eſt media in ſenſu guſtus. Et ſi ingenietur, vt in par-
tes minimas conuertatur, apparebit eius ſapor fortis. [c] Sapores autem ſunt octo, quos ipſi dicunt,
qui ſunt vere ſapores, poſt inſipidum. Et ſunt dulcedo, amaritudo, acuitas, & ſalſedo, acetoſitas,
ponticitas, ſtypticitas, & vnctuoſitas. Et dicunt, quòd ſubſtantia ferens ſaporem, aut eſt ſpiſſa ter-
rea, aut eſt ſubtilis, aut media: & eius virtus eſt calida, aut frigida, aut æqualis. Spiſſa igitur terrea, ſi
eſt calida, tunc eſt amara: & ſi eſt frigida, eſt pontica: & ſi eſt æqualis, tunc eſt dulcis. Et ſubtilis ſi eſt G
calida, tunc eſt acuta: & ſi eſt frigida, tunc eſt acetoſa: & ſi eſt æqualis, tũc eſt vnctuoſa. Et media in
ſpiſsitudine, & ſubtilitate, ſi eſt calida, tunc eſt ſalſa: & ſi eſt frigida, tunc eſt ſtyptica: & ſi eſt æqua-
lis, tunc dicunt, ꝙ eſt inſipida, & in inſipido ſunt ſermones. [d]{ Acutum } autem eſt calidius, deinde
amarum: deinde ſalſum: quoniam acutum eſt fortius ad reſoluendum, & ad incidendum, & abſter-
gendum, ꝙ amarum, deinde ſalſum eſt, ſicut amarum cõfractum cum humiditate frigida, quod
ſignificat illud, quod diximus i modo generationis eius, & propter illud cum ſalſum caleſit à ſole,
aut igne, aut ſeparatione aqueitatis frangẽtis virtutem caloris, fit amarũ. & ſimiliter baurach, &
ſal amarum calidius eſt ſale, quod comeditur. [e]{ Ponticum } vero eſt frigidius, deinde [f]{ ſtypticũ, }
poſtea acetoſum, & propter hoc in omnibus [g] fructibus, qui dulceſcunt prius eſt ponticitas vehe-
mentis infrigidationis. Cum ergo currunt in eis aqueitas & aeritas, ita vt temperentur parumper
cum aeritate, & calefactione ſolis digeſtiua, declinãt ad acetoſitatem, ſicut agreſta, & inter illa ſunt
declinãtia ad ſtypticitatem non cum ponticitate, deinde permutantur ad dulcedinem, cum eger-
rit in eis caliditas digeſtiua. [h] Et quandoq; permutantur ex ponticitate ad dulcedinem abſq; ꝙ fiant
acetoſa, ſicut oliuæ. [i] Acetoſum vero quãuis ſit minus frigidum, ꝙ ponticum: tamẽ in pluribus eſt
pluris infrigidationis eo, propter ſui ſubtilitatem & penetrationem ſuam. Ponticum autem & ſty-
pticum ſunt in ſapore propinqua: [i] ſed ſtypticum non contrahit, niſi quod de lingua manifeſtum H
eſt, [i] ponticum vero contrahit, & exaſperat, quod manifeſtum eſt & occultum. Et ex eis quidem,
quæ adiuuant ad exaſperationem eius, eſt ꝙ ipſum non diuiditur propter ſui ſpiſsitudinem in par
tes minimas velociter, neq; cõtinuantur adinuicem velociter. Et propter has duas cauſas ipſarum
caſus in lingua ſeparatur ſenſibiliter, quare diuerſificatur propter ſtypticitatem ſuam in partibus
eius, & diuerſificatur ſitus earum: & exaſperantur. Et ad illam diuerſitatem iuuat diuerſitas par-
tium membri in poris ſuis, & ſuis continuationibus. Et ponticum quidem eſt ſubtilius, & magis
intrans. Acutum vero & ß amarum ſunt linguam radentia raſione: ſed amarũ non radit, niſi quod
de lingua apparet. Acuti autem abraſio, & eius ſeparatio eſt profunda: quoniã eſt ſubtilis ſubſtan-
tiæ profundans. Sed amarum eſt grauis ſubſtantiæ ſiccæ. & propter [k] illud ipſius purũ, non recipit
putrefactionem, ex qua animal generetur, neq; purum ipſius nutrit ãial. & propter ſiccitatẽ ſuam
amarum, quod abradit, abradit cũ exaſperatione aliqua. Ex eis aũt, quæ caliditatẽ acuti amari cali-
ditatem fortiorem efficiunt, eſt ipſius penetratio, quare vehementer incidit, & vehementer reſol-
uit, ita vt corrodat, & putrefaciat, & perueniat ad hoc vt interficiat. Dulce vero & vnctuoſum
ambo applanant linguam, & leniunt eam faciendo currere illud, quod frigus læſit, & coagulauit
abſque

A Ga.li.4.ſim. c.13.d
B Ga.li.4.ſi. c.4.b.c
B *inſipida*
C Ga.li.4.ſimp. c.36.g
D Ga.li.4.ſimp. c.18.d,& c.19.b
D *Acre*
E *Acerbum*
F *auſterum*
G Ga.li.4.ſimp. c.7.f,& c.8.e
H Ga.li.4.ſimp. c.7.f
I Ga.li.4.ſimp. c.g.h
*Infra* ß
K G.li.4.ſimp. 20.c,& c.15.e



A abſq; reſolutione, & remouent ipſius aſperitatem, verum vnctuoſum facit illud abſq; calefactio-
ne manifeſta, & dulce facit illud cum calefactione. Quapropter digerit dulce plus. Dicunt medi-
ci, ꝙ dulce non ſit ſuaue, vel delectabile: niſi quia abſtergit groſſum abſterſione ipſum rectificante
& lenit eam, & currere facit ipſam, & remouet impedimentum congelationis eius abſq; inciſio-
ne & ſeparatione continuitatis, & obuiatione laborioſa, & [a] neque calefacit cum calefactione no-
cua: immo delectabili, ſicut eſt delectatio aquæ temperate calidæ cum effunditur ſuper corpus
alchaſſer. i. ſuper corpus valde infrigidatum. Sermo vero diſtinguẽs in hoc, ſeu verificãs hoc apud
illum eſt, qui eſt altioris gradus ꝙ medici. Et non oportet quidem vt ſit illud, quod eſt dulcius, nu-
tribilius, neq; illud, quod eſt ſuauius, nutribilius, [b] quamuis ſit impoſſibile quin in omni nutriente
apud medicos ſit dulcedo aliqua: quoniam nutrimentum alijs indiget conditionibus præter dul-
cedinem hanc. [c] Et vnctuoſum proportionatum eſt dulci. Spiſſum vero, quod ad vtrunq; eorum
conuertitur operatione caliditatis proportionalis cõuertitur ad dulcedinem quando plurimum
operationis eius ſeu quando fundamentum operationis eius eſt ſubtiliatio cum aqueitate, & pau-
ca aeritate, & conuertitur quidem ad vnctuoſitatem qñ plurimum operationis eius eſt ſubtiliatio
cum aquoſitate dulci, ſeu inſipida: & permiſcetur ei aeritas plurima, cuius introitus ad aqueitatem
ſit vehemẽs. ß Amarum autem & ſalſum linguam abradunt: verũtamen ſalſum abradit leuiter, &
B lauat, & non exaſperat, & iuuat ipſum ad illud aduẽtus obuiationis ſuę membro ad omnes partes
eius cum ęqualitate propter ſui ſubtilitatem, ſed tñ ipſum lædit os ſtomachi: amarum vero abradit
vehementer ita vt exaſperet, & iuuat ipſum ad illud diuerſitas ſituũ eius, ſecundum ꝙ ß diximus.
Acutum vero & acetoſum mordicant linguam: ſed acutum mordicat eam vehementer cum cale-
factione. & acetoſum mordicat eam mediocriter abſque calefactione. Et ſalſum quidem prouenit
ex reſolutione amari in inſipido aquoſo, cum ergo coagulatur ſicut aqua cineris, fit ſalſum. Et ace-
toſum prouenit ex conuerſione dulcedinis cum diminutione caliditatis: aut digeſtione ponticita-
tis cum augmento humiditatis & caliditatis: & eius ſubſtantia ſecundum ſummam rei, eſt ſubſtan-
tia humida. & ſimiliter dulce: ſubſtantia enim eius ad humiditatem pertinet: ſed ſubſtãtia amari &
pontici ad ſiccitatem. Operationes autem [d] dulcis ſunt digeſtio, & lenificatio, & multiplicatio nu-
trimenti, & natura diligit ipſum, & virtus attractiua attrahit ipſum. Et operationes amaritudinis
ſunt [d] abſterſiua & exaſperatiua. Et operatio [d] ponticitatis eſt ſtypticitas, ſi eſt debilis, & expreſſio,
ſi ſit fortis. Et operationes [d] ſtypticitatis ſunt ſtypticatio & inſpiſſatio, & induratio, & retentio. Et
operationes [d] vnctuoſitatis ſunt lenificatio, & lubrificatio, & maturatio, ſeu digeſtio parua. Et ope
rationes [d] acuitatis ſunt reſolutio, & inciſio, & putrefactio. Et operationes [d] ſalſedinis ſunt abſter-
ſio, ablutio, & exiccatio, & prohibet putrefactionem. Et operationes [d] acetoſitatis ſunt infrigida-
C tio, & inciſio. Et quandoq; aggregantur duo ſapores in ſubſtantia vna, ſicut eſt aggregatio amari-
tudinis, & ſtypticitatis in lycio, & nominatur horribilitas, & [e] ſicut aggregatio amaritudinis & ſal-
ſedinis [e]{ in lacubus } & nominatur turpitudo, & ſicut aggregatio acuitatis & dulcedinis in melle
cocto, & ſicut aggregatio amaritudinis, & acuitatis, & ſtypticitatis in melongena, & ſicut aggrega
tio amaritudinis, & inſipiditatis in endiuia. Et quandoq; adiuuant ſe ea, quæ proueniunt ex duo-
bus ſaporibus ad confortandum illud, quod prouenire debet ex vno ſapore. [f] Acuitas enim &
mordicatio remanentes in aceto ex vino faciunt ipſum vehementioris infrigidationis: [g] quoniam
acuitas & mordicatio aperiunt tranſitus, & adiuuant ad penetrandum, & non perueniunt in ace-
to ad hoc vt calefaciant, calefactione de qua ſit curandum, ergo fit infrigidatio aceti magis profun-
dans. Et quandoque impediunt ſe ea, quæ proueniunt ex duobus ſaporibus, ſicut acetoſitas &
ponticitas in agreſta: ponticitas enim agreſtæ prohibet eius acetoſitatem ab infrigidatione vltima
penetrante. Et quandoque eſſentia ſeu ſubſtantia iuuat qualitatem, & quandoque eſt contraria.
iuuans quidem eſt ſicut ſubtilitas, quæ aſſociatur acetoſitati, & ponit infrigidationem eius magis
profundantem: contraria, vero eſt ſicut ſpiſſitudo, quæ aſſociatur [g]{ almaſſal, } & ponit infrigida-
tionem eius breuiori ſpatio. Et quandoque accidit vt ſint quidam ſapores non puri, & deinde pu-
rificentur ſecundum tempus, ſicut aqua agreſtæ: cum enim ſuper ipſam prolongatur tempus, pu-
D rificatur eius acetoſitas propter multitudinem eius, quod reſidet ex pontico, & reliquis. Et quan-
doque accidit vt ſint quidam ſapores puri, & permiſcet eos tempus cum alijs, ſicut [h] mel: tempus
enim ipſum amarum efficit, & acuit, augmẽtata acuitate, & amaritudine, & ſuccum vuę amarum
efficit tempus amaritudine permiſta, deinde incipit in ipſa ad puritatem declinare. Cum ergo per
miſcentur ponticũ & amarum, fit abſterſio cum ſtypticitate, & eſt conueniens cõſolidationi vlce-
rum, in quibus eſt laxitas pauca: & conuenit omni ſolutioni ventris, cuius cauſa eſt oppilatio, & cõ
fert ſpleni vehementer, ſi amaritudo nõ eſt in eo debilis. Et oĩa quidem, quæ ſunt hmõi, conferunt
ſtomacho & hepati. Amarũ. n. abſolutum, & acutũ abſolutum, nocent viſceribus. Et ſi aſſociatur
eis ſtypticum conferunt. nam ipſa ſua amaritudine abſtergunt, & quod eſt in eis de ſtypticitate ſer-
uat virtutẽ viſcerum. Et qñq; eſt in ſtyptico amaritudo: immo in ſtyptico, in quo nõ apparet mul
titudo amaritudinis, eſt virtus ſoluens choleram citrinam, & aquoſitatem, cum expreſſione, &
non eſt in ipſo virtus ſoluens phlegma viſcoſum, & proprie ſi ſtypticitas eſt fortior amaritudine,
& hoc eſt ſicut abſinthium. omne autem dulce cum ſtypticitate, viſceribus eſt amicum, quoniam
eſt ſuaue, & confortans etiam & confert aſperitati meri: quoniam eſt ſimile temperato. Et omne
exiccatiuum propter ponticitatem ſuam, aut ſtypticitatem, cum eſt in eo vnctuoſitas, aut inſi-

A G.li.4.ſimpli. c.10.a, & li.11.metho.7.e
B Gal.lib.4.ſimp. c.10.h.15.e
C G.lib.4.ſimpli. c.10.h.
*Supra* ß
*Supra* ß
D G.lib.5.ſimpli. c.16.a
E G.lib.4.ſimpli. c.10.c.d
E *ſyriæ paleſtinæ*
F G.lib.4.ſimpli. c.3.a.c.7.d
G Gal.c.11.e
G *aquæ lactis crudi &c.*
H G.lib.4.ſimpli. c.15.f

piditas, aut dulcedo, & vniuerſaliter quod prohibet mordicationẽ, eſt generatiuum carnis. Si autẽ E eſt ſtypticum cum acuitate & amaritudine, & eſt compoſitum ex ſubſtãtia ignea & terrea, eſt conueniẽs vlceribus, & exituris in quibus eſt humiditas mala, & conueniens valde ad conſolidandũ. Et quãdoꝗ; fit compoſitio ex virtutibus iſtis, ſm compoſitionem materierum earum, & ſaporum ſecundum ratiocinationem, quam conditionauimus ante. Hæc ergo ſunt, quæ diximus de ſaporibus, & quæ ſequuntur ſecundum ipſarum principia. Sermo autem verificans in his rebus, eſt ſapienti naturali: ſed medico quantitas hæc ſufficit aſſumpta ex eis. [a] Odores vero proueniunt à caliditate, & proueniunt à frigiditate, ſed eorum olfactio, & ipſorum ſternutatio eſt caliditas ſm plurimum: quoniam cauſa plurima in propinquitate odorũ ad virtutem odorandi, eſt ſubſtantia ſubtilis vaporoſa, quamuis ſit iam [b] conceſſum, ꝙ ſit ſm ſemitam conuerſionis aeris præter reſolutionem alicuius rei ex habente odorem; veruntamen eſt primum ſecũdum plurimum. Omnes ergo odores, ex quibus ſentitur mordicatio, aut qui declinant ad latus dulcedinis, ſunt calidi, & illi ex quibus ſentitur acetoſitas, aut odor caragiæ roralis, omnes ſunt frigidi. [c] Et bene redolẽtia ſm plurimum ſunt calida, niſi illa quibus aſſociatur tendie, & ſedatio ſpiritus, & anhelitus, vt canfora, & nenufar. Corpora enim amborum non euacuantur ex ſubſtantia infrigidante aſſociata odori vſqꝫ ad cerebrum. [c] Omne ergo bene redolens eſt calidum; & ſimiliter omne [c] {aleſeniati:} quare propter illud ſunt facientia dolorem capitis. De coloribus iam locuti fuimus, & fecimus te ſcire, ꝙ ipſi F diuerſificantur ſm plurimum, & non ſunt ſicut odores ſm plurimum: ſed ipſi demonſtrant in intentione vna, demonſtrationem plurimam. Et eſt quidem cum ſpeciei vnius diuerſificantur modi, & quidam eorum ſunt decliues ad albedinem, & quidam eorum ſunt decliues [d] ad tincturã rubeam, aut nigram: tunc ad albedinem declinantes ſi ſunt in ſpecie frigidi natura ſunt frigidiores: & declinantes ad alia duo ſunt minus frigidi. Et ſi natura trahit ad caliditatem, tunc res eſt econuerſo. Et hoc quidem quandoꝗ; diuerſificatur in rebus: veruntamen illud, quod eſt ſm plurimum eſt, quod dixi ante. Loquamur ergo nunc de operationibus medicinarum ſingularium.

*De operationibus medicinarum ſingularium.* *Cap.* 4.

DIcemus, ꝙ medicinæ ſimplices habent operationes vniuerſales, & operationes particulares, & operationes ſimiles vniuerſalibus. [e] Operationes itaqꝫ vniuerſales ſunt, ſicut calefactio, infrigidatio, & expulſio, & attractio, & vlceratio, & conſolidatio, & quæ ſunt ſimilia illis. Et operationes particulares ſunt ſicut iuuamentum in cancro, & iuuamẽtum in hæmorrhoidibus, & iuuamentum in icteritia, & ſimilia his. Et operationes, quæ ſunt ſimiles vniuerſalibus, ſunt, ſicut prouocatio, & ſolutio, & quæ ſunt ſimilia illis. hæ enim quamuis ſint particulares, quia ſunt in membris proprijs, & cum inſtrumentis proprijs, tñ ſunt ſimiles vniuerſalibus, quoniam ſunt operationes rerum, quarum iuuamenta & nocumenta ſunt cõia cum hoc, ꝙ patitur ab eis corpus totum G non per ſe, ſed per accidens. Nos vero non rememoramur hic, niſi operationum earum vniuerſalium, & ſimilium vniuerſalibus. Vniuerſalium itaque operationum aliæ ſunt, quæ ſunt primæ. Et aliæ ſunt, quæ ſunt ſecundæ. [e] Et primæ quidem ſunt operationes quatuor, quæ ſunt infrigidatio, calefactio, humectatio, & exiccatio. [f] Secundarum vero aliæ ſunt, quæ ſunt iſtæ eædem operationes, ſed ſunt menſuratæ, aut comparatæ cum termino additionis, aut diminutionis ſicut aduſtio, & putrefactio, & ſicut congelatio. nam iſtæ eædem ſunt calefacientes, & infrigidantes: ſed ſunt menſuratæ & comparatæ. Et aliæ ſunt, quæ ſunt operationes aliæ, ſed ſunt procedentes ab iſtis, ſicut ſtupefactio, & ſigillatio, & attractio, & lubrificatio, & apertio, & conglutinatio, & quæ ſunt ſimilia illis. Vniuerſalibus vero ſimiles ſunt ſicut ventris ſolutio, & prouocatio, & ſudoris eductio. Et ante quidem quàm loquamur de operationibus earum, loquamur de proprietatibus quas in ſeipſis habent. Dicimus ergo, quòd proprietates quas medicinæ in ſeipſis habent, aliæ ſunt ipſæ qualitates quatuor notæ, & aliæ ſunt odores, & colores, & aliæ ſunt proprietates famoſæ, quarum ſunt iſtæ ſubtilitas, & ſpiſſitudo, & puluerizandi proprietas, & viſcoſitas, & congelatio, & fluxibilitas, & mucilaginoſitas, & oleaginoſitas, & exiccatio, & leuitas, & grauitas. [g] Medicina autem ſubtilis eſt cuius proprietas eſt, vt cum à virtute patitur naturali, quæ in nobis eſt, diuidatur in corporibus noſtris in partes minimas ſicut crocus, & cinnamomum, & hæc quidem medicina magis H confert in omnibus ſuis impreſſionibus, quàm omnes medicinæ ita vt etiã in exiccatione, quamuis in ea non ſit mordicatio, quæ conſequatur, ſeu perueniat ad exiccationem rei fortis mordicationis. [g] Et intelligo per ſpiſſam, cuius non eſt iſtud de ſuis proprietatibus, ſicut cucurbita, & gypſum. [h] Per viſcoſam vero ſignificamus omnem medicinam, cuius proprietas eſt actu, aut potentia qua eſt eius operatio cum caliditas innata in eam impreſſionem efficit vt recipiat extenſionem ſuſpendendo, & non abſcindatur quando extenditur. Et eſt illa cui cum adhærent extremitates duorum corporum motorum ad aliquam elõgationem, poſſibile eſt, vt cum eis ipſa moueatur preterquam illud, quod eſt inter eas abſcindatur, ſeu ſeparetur ſicut mel. Et [i] puluerizabilis quidẽ eſt, quæ in partes diuiditur paruas, propter cõpreſſionem paruã, cum ſiccitate, aut congelatione: ſicut aloe bonum. [i] Et [i] {congelatiua} eſt illa, cuius proprietas eſt, vt perueniat, taliter ꝙ moueantur partes eius ad dilatationẽ à quocunqꝫ loco ponatur: verũtamen actu eſt fixa ſm ſuam figuram & ſuũ ſitum propter cauſam frigidã valde ſicut cera, & vniuerſaliter eſt cuius proprietas eſt, vt fluat, non tamen actu fluit. [l] Et medicina quidem [k] {fluida} eſt medicina, quæ non firmatur ſm ſuam figuram & ſitum ſuum, cum ſiſtitur ſuper corpus durum: ſed mouentur partes eius ſuperiores

A Gal. li. 4. ſimp. c. 3. c. d
B Ariſt. li. 4. de ... t. 7. c. L.
C Gal. li. 4. ſimp. c. 22. a
C aromati
D Gal. li. 4. ſimp. c. 23. d
E Gal. li. 5. ſim. c. 1. f
F G. ibid. c. 1. g
G Li. de vir. cor. 2. c. 1. & li. 4. ſim. c. 3. g, & li. 11. c. ...
H Li. de vir. cor. 2. c. 1. & G. li. 11. c. 11. a
I Aui. & Gal. li. ſimp. c. 11. a, & li. ... ci. bo. & ma. c. ...
I coagulatiua
K liquida

riores



A riores ad inferiores in partibus, ad quas earum proceſſus eſt poſſibilis, ſicut fluxibilia omnia. [a] Et medicina mucilaginoſa eſt illa, cuius proprietas eſt, vt cũ infundit in aqua, aut in corpore aquoſo, ſeparentur ex ea partes permiſtæ illi humiditati, & perueniat ſubſtantia aggregata ex eis ad viſcoſitatem, ſicut pſyllium & althea: & ſemina mucilaginoſa ſoluunt cum lubricitate, niſi aſſentur, & fiat eorum mucilaginoſitas glutinoſa, & retineat. Et vnctuoſa eſt medicina, in cuius ſubſtantia eſt aliquid vnctuoſitatis, ſicut grana. Et exuccatiua eſt medicina, quæ eſt ſicca in actu, terrea: cuius proprietas eſt, vt cũ obuiat ei aqua, aut humiditas liquida, profundetur aqua in ipſa, & penetret aqua in meatibus eius occultis, ita vt non videatur, ſicut calx non extincta. In leui autem & graui res eſt manifeſta. Medicinarum autem operationes famoſas oportet nos numerare ſecundum conditiones prædictas: deinde conſequenter ponamus deſcriptiones, & expoſitiones nominum earum ſecundum ordinem vnum. Dicitur ergo medicina calefactiua, ſubtiliatiua, reſolutiua, abſterſiua, exaſperatiua, aperitiua, mollificatiua, maturatiua, digeſtiua, inciſiua, frangitiua ventoſitatis, attractiua, mordicatiua, rubificatiua, pruritum faciens, vlceratiua, corroſiua, aduſtiua, frangens, vel comminuens in paruas partes, putrefactiua, cauterizatiua, excoriatiua. Iſtæ ergo ſunt. xxij. operationes. Et eſt ordo alius, infrigidatiua, confortatiua, repercuſſiua, ingroſſatiua, crudum faciens, ſtupefactiua. Et iſtæ ſunt ſex operationes. Et eſt ordo alius, humectatiua, inflatiua, lauatiua, ſordidatiua, vlcerum B lubrificatiua, planatiua. Iſtę itaque ſunt ſex operationes. Et ordo alius deſiccatiua, expreſſiua, ſtypticatiua, oppilatiua, glutinatiua, conſolidatiua, generatiua carnis, ſigillatiua. Iſtæ ergo ſunt octo operationes. Et eſt aliud genus proprietatum ſecundum operationes earum, pernicioſa, venenoſa, theriaca, [a] {bezahar.} [b] Et etiã eſt ſolutiua, prouocatiua, ſudoris eductiua. Omnes ergo iſtæ ſunt xlix. operationes, quas eligimus de ſumma operationum proportionatarum, vel pertinentium: & nos quidem narrabimus vnamquamqꝫ harum operationum ſua deſcriptione. Calefactiua eſt nota. [c] Subtiliatiua ergo eſt medicina, cuius proprietas eſt vt ponat eſſentiam humoris ſubtiliorẽ cum caliditate temperata, ſicut hyſſopus, & alhaſce, & chamæmilla. Reſolutiua vero eſt medicina, cuius proprietas eſt, vt ſeparet humorem faciendo ipſum vaporem, & extrahendo ipſum à loco, in quo fuit detentus. ſ. partem poſt partem, donec aſſiduatione illius operationis finiat illud, quod ex eo remanet fortitudine ſuæ caliditatis, ſicut caſtoreum. [d] Et abſterſiua quidem eſt medicina, cuius proprietas eſt vt moueat humiditates viſcoſas, & congelatas ab orificijs pororum in ſuperficie membri, ita vt elonget eas à loco, ſicut aqua mellis. Omnis autem medicina cum ſua abſterſione lenit naturam: licet in ea nõ ſit virtus ſolutiua. [e] Et omne amarum eſt abſterſiuum. [e] Exaſperatiua vero eſt medicina, quæ ponit ſuperficiem membri diuerſarum partium in eleuatione & depreſſione, ſeu in eminentia & depreſſione, aut propter fortitudinem ſtypticitatis ſuæ cum ſpiſſitudine ſubſtantiæ C ſuæ, ſm ꝙ præmiſſum eſt: [f] aut propter vehementiam ſuæ acuitatis cum ſubtiliatione ſubſtantiæ, & ſecat eam, & deſtruitur æqualitas: aut propter ſuã abſterſionem à ſuperficie aſpera in principio, vel in radice plana per accidens, quoniam cum abſtergit à membro groſſæ eſſentiæ, cuius ſuperficies eſt aſpera: & partium ſitus diuerſus humiditatem viſcoſam currentem ſuper eam, & facientem prouenire ſuperficiem extraneam planam, egreditur, ſeu reſultat aſperitas radicalis, & extra eminet, ſeu apparet. Et hæc medicina eſt, ſicut corona regia. Et magis manifeſta operatio ipſius in exiccando, non eſt, niſi in omnibus oſſibus, & cartilaginibus, & minus manifeſta in cute. [g] Aperitiua autem eſt medicina: cuius proprietas eſt, vt moueat materiam exiſtentem intra cõcauitatem meatuum ad exteriora, vt remanere faciat concauitatem meatuum apertam: & hæc quidem eſt fortior abſterſiua, ſicut petroſelinum. Et ipſa quidem non efficit hoc, niſi quia eſt ſubtilis, & reſolutiua: aut quia eſt ſubtilis & inciſiua: & tu ſcies intentionem inciſiuæ poſt, aut quia eſt ſubtilis & lauatiua: & ſcies intentionem lauatiuæ poſt. Omne autem acutum eſt aperitiuum. Et omne amarum ſubtile eſt aperitiuum. Et omne ſubtile liquidum eſt aperitiuum, cum ad caliditatem, aut ad æqualitatem declinat. Et omne ſubtile acetoſum eſt aperitiuum. [g] {Mollificatiua} vero medicina eſt, cuius proprietas eſt vt ponat eſſentiam membrorum habentium ſpiſſos poros leniorem, caliditate et humiditate ſua: & accidit ex hoc vt pori fiant latiores, & expulſio ſuperfluitatum, quæ in eis continẽtur D facilior, ſicut emplaſtrum de anetho, & ſemine lini. [h] Maturatiua eſt medicina, cuius proprietas eſt vt acquirat humori digeſtionem: quoniam calefacit cum æqualitate. & in ipſa eſt virtus ſtyptica retinens humorem vſquequo digeratur, & non reſoluatur laborioſe: & ſeparetur humidum ipſius ab eius ſicco. & eſt aduſtio. Et digeſtiua eſt, cuius proprietas eſt, vt acquirat cibo digeſtionem: & tu iam [i] ſciuiſti illud in his, quæ præterierunt. [k] Frangens autem ventoſitates eſt illa, cuius proprietas eſt vt eſſentiam efficiat ventoſitatis ſubtilem aeream propter caliditatem & deſiccationem ſuam: quare reſoluitur, & expellitur ab eo in quo retenta erat, ſicut ſemen rutæ. [k] Et inciſiua eſt medicina, cuius proprietas eſt, vt penetret ſubtilitate ſua in id quod eſt inter duas ſuperficies. ſ. humoris viſcoſi, & ſuperficiem in qua eſt inuiſcatus, & remouet ipſum ab ea: & propter hoc adueniunt partibus eius ſuperficies diuerſæ, vel ſeparatæ actu cum ſeparatione ipſius, quare fit facilis expulſio earum à loco, in quo fixæ erant, ſicut ſinapis, & oxymel. Et inciſiua quidem oppoſita eſt viſcoſæ facienti adhærere: ſicut reſolutiua eſt oppoſita ingroſſatiuæ, & ſubtiliatiua oppoſita eſt inſpiſſatiuæ. Et numerant vnamquãqꝫ earum, & diffiniunt ex ea, quæ compar eſt ei in rememoratione: & non eſt quidem conditionis inciſiuæ, vt efficiat in eſſentiam humoris aliquid: ſed in continuatione eius: & fortaſſe ſeparat ipſum in partes: & vnaquæqꝫ ipſarum eſt ſecundum ſimilitudinem eſſentiæ primæ. [a] Attra-

A G. li. 6. de ſan. tu. cap. 14. g
A antidotus
B G. li. 5. ſimpli. c. 22. c
C Li. de viri. cor. t. 2. c. 1. & G. li. 11. metho. c. 8. d, e
D Aui. & G. li. 11. meth. cap. 13. d
E Auic. & G. li. 11. meth. c. 16. h
F G. li. art. medic. ca. 95. e, & de ptiſſ. ca. 5. e, & de cauſis morb. c. 7. c
G Auic. & G. li. 5. ſimpl. c. 4. f
G Auic.
G relaxatiua
H Auic. & Halya. Ser. 2. prac. c. 7.
I Li. 1. F. 1. d. 6. ſ. 1. c. 3. & G. li. 14. metho. c. 7. f, & li. 2. artis cura. ad glauc. c. 6. f, g
K Auicẽ. de virib. cor. t. 2. c. 1.

mæ.[a] Attractiua vero eſt illa, cuius porprietas eſt, vt moueat humiditates ad locum cui obuiat: & illud eſt propter ſubtilitatem ſui, & caliditatem ſuam ſicut caſtoreum. Et medicina vehemẽtis attractionis eſt ea, cuius proprietas eſt, vt moueat humiditates, & extrahat eas ex profundo: & eſt conferens valde ſciaticæ paſſioni, & doloribus iuncturarum profundarum emplaſtrata poſt purgationem: & per eam euelluntur ſpinæ & ſagittæ ex locis in quibus retinentur.[a] Mordicatiua vero medicina eſt, in qua eſt qualitas penetratiua valde ſubtilis faciens prouenire in continuitate ſeparationem plurimi numeri propinqui ſitus, paruæ quantitatis, quare vnaquæq; earum non ſentitur ſingulariter: ſed ſentitur totum quaſi dolor vnus, ſicut emplaſtrum ſinapis cũ aceto, & acetum ipſum. [a] Sed rubificatiua eſt medicina, cuius proprietas eſt vt calefaciat membrum cui obuiat, fortiter: ita vt ad ipſum vehementi attractione ſanguinem attrahat, peruenientem ad eius exteriora, & rubefaciat ipſum, & hoc eſt ſicut ſinapis, ficus, & calamenthum. Et medicinæ rubificantes efficiunt operationem cauterizationi propinquam.[b] Pruritum autem faciens eſt medicina, cuius proprietas eſt propter acuitatem & calefactionem ſui, vt attrahat ad poros humorem mordicatiuum, pruritum facientem, & non peruenientem ad hoc vt exulceret. Et quandoq; adiuuant ipſum ſpinæ piloſæ duorum corporum non ſenſatæ, ſicut[b] {kebikengi.}[b] Et vlceratiua quidem medicina eſt, cuius proprietas eſt vt conſumat & reſoluat humiditates continuantes inter partes cutis, & attrahat materiam malam ad eam, ita vt perueniat vlcus, ſicut anacardus.[c] Sed aduſtiua eſt medicina, cuius proprietas eſt vt reſoluat ſubtile, quod eſt in humoribus & membris, & faciat remanere cinereitatem eorum, ſicut euphorbium.[c] Et corroſiua eſt medicina, cuius proprietas eſt vt reſoluat, et conſequatur ex eius reſolutione & vlceratione: quatenus de ſubſtantia carnis minuatur, ſicut flos æris. Medicina autem frangitiua, ſeu comminutiua in partes paruas eſt, cuius proprietas eſt, vt cum humorem inuenit lapideum, minoret partes eius, & conterat eas, ſicut ſaxifragia, & ſicut lapis iudaicus, & reliqua.[c] {Putrefactiua}[d] vero eſt illa, cuius proprietas eſt, vt corrumpat complexionem ſpiritus peruenientis ad membrum, & complexionem humiditatis membri eius cum reſolutione, ita ꝙ non eſt conueniens vt ſint pars illius membri, & non peruenit ad hoc vt adurat ipſum & corrodat, & reſoluat humiditatem eius: immo dimittit in ipſo humiditatem corruptam, in qua agit aliud à caliditate naturali, quare putrefit. Et huiuſmodi quidem exemplum eſt arſenicum, &[d] {gumma rutæ agreſtis.}[e] Cauterizatiua autem eſt medicina, quæ carnem corrodit, & cutim adurit: ita ꝙ indurat & exiccat eam, & ponit ipſam quaſi aduſtam: & fit ſubſtantia illius cutis conſtringens, ſeu obturans meatum humoris fluentis, propterea ꝙ ſtat in facie eius tanquam obſtaculum. & nominatur eſchara: & adminiſtratur in retentione ſanguinis ex arterijs, & his ſimilibus, ſicut[e] {draganthum} & colcotar. Excorticatiua autem eſt medicina, cuius proprietas eſt propter nimietatem ſuæ abſterſionis, vt abſtergat partes cutis corruptas, ſicut coſtus, & ariſtolochia: & omne quod confert morpheæ, & panno, & ſimilibus. Infrigidatiua vero nota eſt. Et[e] confortatiua eſt medicina, cuius proprietas eſt, vt temperet eſſentiam membri, & complexionem eius, donec prohibeatur accipere ſuperfluitates ad ipſum effuſas, & nocumenta, aut propter proprietatem, quæ eſt in ea, ſicut terra ſigillata, & theriaca, aut propter æqualitatem complexionis ſuæ,[f] quare infrigidat illud quod eſt calidius. & calefacit quod eſt frigidus, ſm ꝙ viſum eſt[g] Gal. de oleo roſaceo.[h] Repercuſſiua vero medicina, eſt cõtraria attractiuæ: & eſt medicina, cuius proprietas eſt propter frigiditatem ſuam, vt in membro faciat prouenire frigus, & inſpiſſetur ea, & conſtringantur pori ipſius, & frangatur caliditas eius attractiua, & congeletur illud quod ad ipſum currit, & inſpiſſet ipſum, & prohibeat ipſum ne ad membrum currat, et prohibeat membrum à receptione ipſius, ſicut ſolatrum in apoſtematibus.[h] Et ingroſſatiua eſt contraria ſubtiliatiuæ: & eſt medicina, cuius proprietas eſt vt faciat eſſentiam humiditatis groſſiorem: aut congelando ipſam, aut inſpiſſando, aut permiſcẽdo. Crudum vero faciens, contraria eſt digeſtiuæ, & maturatiuæ: et eſt medicina, cuius proprietas eſt, vt ſua frigiditate deſtruat operationem caloris innati: & etiam extranei in cibo, & humore, ita vt remaneat indigeſtus, & nõ maturatus.[i] Et ſtupefactiua eſt medicina frigida ex infrigidatione cuius quã in membro facit, prouenit vt ponat ſubſtantiam ſpiritus deferentis ad ipſum virtutem motus & ſenſus, frigidam in complexione ſua, & groſſam in ſubſtantia ſui: quare non vtuntur eo virtutes animales: & permutatur complexio membri propter illud, & non recipit impreſſionem virtutum animalium, ſicut opium, & iuſquiamum, & lactuca, & papauer nigrum, & mãdragora, & ſimilia eis. Humectantia autẽ eſt nota.[k] Et inflatiua eſt medicina, in cuius ſubſtantia eſt humiditas extranea groſſa, in qua cum calor innatus operatur, non velociter reſoluitur: ſed conuertitur in ventoſitatem, ſicut ſunt faſeoli. & omnia in quibus eſt inflatio, ſunt facientia ſodam, nocentia oculis. Ex medicinis vero, & cibis ſunt, quorum humiditatem prima permutat digeſtio ad ventoſitatem: quare fit inflatio eorum in ſtomacho: & reſolutio inflationis eorũ in ipſo, & in inteſtinis. Et ex eis ſunt, quorum humiditas ſuperflua, quæ eſt in eis, & eſt materia inflationis, nõ patitur in ſtomacho aliquid, donec ad venas vadat: aut non patiuntur in ſtomacho totaliter: ſed pars eorum: & remanet ex eis quæ patitur in venis: & ex eis ſunt quæ patiuntur totaliter in ſtomacho, & conuertuntur in ventoſitatem: ſed non reſoluitur ſua ventoſitas in ſtomacho: immo penetrat ad venas: & ventoſitas eius remanet in ipſo. Et vniuerſaliter quidem cum omni medicina, in qua eſt humiditas ſuperflua extranea, propter illud quod ei permiſcetur, eſt inflatio, ſicut zingiber, & ſemen erucæ. Et omnis medicina, cuius eſt inflationem facere in venis, eſt virilis membri inflatiua.[k] Lauatiua vero eſt omnis medicina,

cuius

E A Auic. & G. ſimpl. c. 17. e. de vſu par. ca. & Li. 3. narrat. fac. cap. 13.

B Auic. & G. pleritu. cap.

B ranunc

F C Aui. de vir. t. 2. cap. I.

G

C ſeptica

D Auic. & G. ſimpl. c. 15. b

D thapſia

E Auic. & G. cap. 15. a

E calcant

F G. 3. ſimplic. b, & li. 1. cap.

G Li. 3. ſimpli. pi. 15. b

H Auic. & G. cap. 17. c

I Aui. de vir. t. 2. c. 1. & li. 1. E. ca. 30. & G. ſimpli. cap. 19. c

H

K Aui. de vir.



A cuius proprietas eſt vt abſtergat non virtute agente in ipſa, ſed virtute patiente, quam iuuat motus: Et ſignifico per virtutem patientem, humiditatem, & per motũ ſignifico curſum: currens enim ſubtile cum vadit ſuper orificia venarũ lenit humiditate ſua ſuperfluitates: & remouet eas ſuo curſu, ſicut aqua hordei, et aqua cucurbitæ. Sordidans vero vlcera, eſt medicina humectatiua quę permiſcetur humiditatibus vlcerum, & facit eas plures: & prohibet deſiccationem & cõſolidationem.[k] Lubrificatiua autem eſt, cuius proprietas eſt vt humectet ſuperficiem corporis obuiãtis meatui, & retenti in ipſo, ita vt remoueat ipſum ab ea, & faciat partes eius ſuſceptibiliores curſus propter lenitatem earum acquiſitam per admiſtionem eius: deinde moueantur à loco ſuo grauitate ſua naturali, & virtute expulſiua, ſicut pruna in ſolutione[k] ſua.[a] {Applanatiua} vero eſt medicina viſcoſa, cuius proprietas eſt, vt dilatetur ſuper ſuperficiem membri aſperi, dilatatione planæ ſuperficiei, & fiat manifeſtum illius corporis per eam planum habens aſperitatem coopertam, aut currat ad ipſum humiditas dilatata hac extenſione. Et deſiccatiua quidẽ medicina eſt, quę conſumit humiditates ſua reſolutione, & ſubtiliatione.[b] {Styptica} vero medicina eſt, quę facit euenire in mẽbri partibus ſuperfluũ motum currentẽ ad aggregationem vt inſpiſsẽtur in ſuo ſitu: & ſtringant meatus.[c] Sed expreſſiua eſt medicina, ex qua peruenitur, propterea ꝙ ſtypticat, & aggregat partes ad hoc, vt neceſſario faciat peruenire humiditates ſubtiles ſtantes in vacuitatibus earum, ad compreſſionem & ſeparationem.[c] Oppilatiua autem eſt medicina ſicca, quæ retinetur propter ſui ſpiſſitudinem & ſiccitatem: aut propter ſuam glutinationem in tranſitu, & facit euenire in ipſo oppilationem.[c] {Conglutinatiua} eſt medicina ſicca, in qua eſt humiditas pauca viſcoſa, quę adhęret ſuper orificia, & oppilat ea, & tenet materiam currentem. Omne autem viſcoſum fluidum lubricũ cum in ipſo operatur ignis, fit conglutinatiuum, oppilatiuum, retentiuum. Conſolidatiua eſt medicina, quæ exiccat & inſpiſſat humiditatem ſtãtem inter duas ſuperficies vulneris propinquas, ita vt conuertantur ad conglutinationem, & viſcoſitatem, & adhæreat vna earum alteri, ſicut ſanguis draconis & aloe. Carnis vero generatiua, eſt medicina, cuius proprietas eſt, vt permutet ſangninem ſuperuenientem vulneri in carnem, propterea ꝙ æquat complexionem eius: & coagulat ipſum cum exiccatione. Et ſigillatiua eſt medicina exiccatiua, quæ exiccat ſuperficiem vulneris, ita vt fiat cortex ſuper ipſam cuſtodiens ipſam ex nocumentis, vſquequo generetur cutis naturalis: Et eſt omnis medicina æqualis in duabus actiuis, exiccans abſq; mordicatione. Medicina vero[d] {pernicioſa} eſt medicina quæ conuertit complexionem ad corruptionem ſuperfluam, ſicut euphorbium, & opium.[e] Et venenum eſt medicina, quæ corrumpit complexionem, non cum contrarietate tantum: ſed cum proprietate quæ eſt in ipſo, ſicut napellus.[e] {Albezahar} autem et theriaca, ſunt omnes medicinæ, quarum proprietas eſt vt conſeruent ſanitatem, & virtutem in ſpiritu: vt ex eis expellat nocumentum veneni à ſe. Et quaſi nomen theriacæ artificialibus dignius conuenit: & nomen albezahar ſingularibus cadentibus ſm naturam dignius. Et videtur ꝙ vegetabilia artificialiter præparata, ſeu miſta dignius nomen theriacæ ſumant, & mineralia ex naturalibus nomen albezahar. Et videtur etiam ꝙ non ſit inter ea magna differentia. Solutiua autem, & prouocatiua, & ſudores eductiua, ſunt notæ. Omnis vero medicina in qua ſolutio cõiungitur cum ſtypticitate, ſicut hermodactylus, eſt conferens in doloribus iuncturarum, quoniam virtus ſolutiua feſtinat & attrahit materiam: & virtus ſtyptica feſtinat, vel ſuccurrit, & coanguſtat meatum materiæ: quare nõ reddit ad ipſum materia, neq; ſuccedit ei alia. Omnis medicina reſolutiua, in qua eſt ſtypticitas eſt ęqualis, & confert mollificationi iuncturarum, & ſpaſmo earum, & apoſtematibus phlegmaticis. Et ſtypticitas, & reſolutio in vnaquaq; earum, confert in exiccando. Cum ergo aggregantur ſtypticitas, & reſolutio, fit fortior ſiccitas. Medicinæ vero ſolutiuæ, & prouocatiuæ ſm plurimum ſunt prohibentium operationum: nam prouocatiuæ ſecundum plurimum exiccant fæcem. Et medicinæ in quibus aggregantur virtus calefactiua & virtus infrigidatiua, ſunt iuuatiuæ valde in apoſtematibus calidis quando ad ſtatum ſuum perueniunt: quoniam ipſæ propterea ꝙ ſtypticant repcutiunt: & propterea ꝙ calefaciunt, reſoluunt. Et medicinæ in quibus aggregatur virtus theriacæ cum frigiditate, ſunt iuuatiuæ hecticæ vehementer. Et illæ in quibus aggregatur virtus theriacæ cum caliditate, conferunt frigiditati cordis pluſquam aliæ.[f] Virtus autem quę diuidit, & ponit vnamquãq; complexionem ad partem quam meretur: ita vt non ponat virtutem reſolutiuam in partem materiei, quæ effunditur ad membrum, neq; infrigidatiuam in latere materiei effuſę ab eo, eſt natura docta obedire creatori ſublimi, & glorioſo.

*De iudicijs quarundam medicinarum extrinſecis.* Cap. 5.

MEdicinis accidunt iudicia ſecundum diſpoſitiones, quæ eis eueniunt per artem. Et illæ quidem ſunt, ſicut decoctio, & contritio, & aduſtio cum igne, & ablutio, & congelatio in frigore, & poſitio in propinquitate aliarum medicinarum. Sunt enim medicinę, quarum iudicia alterantur per illud quod eis accidit ex iſtis diſpoſitionibus: & quãdoq; alterãtur earum iudicia, propterea ꝙ alijs permiſcentur medicinis, quamuis de hoc loqui ſit conueniens in compoſitione medicinarum. Dicimus ergo ꝙ medicinarum ſunt quædam ſpiſſa habentes corpora, quare ſuas virtutes in decoctione non amittunt: niſi nimium in decoquendo eas, laboretur, ſicut radix capparis, & ariſtolochia, & alzarumbad: & quæ ſunt illis ſimilia. Et earum ſunt quædam medicinæ æquales, quibus mediocris ſufficit decoctio: & ſi in eis violenter laboretur, reſoluentur earum virtutes, & recedent, ſicut ſemina vrinam prouocãtia, & ſicut ſtœchados, & ſibi ſimilia. Et ex eis ſunt medicinæ, in quarum

A lenificatiua

B conſtrictiua

C Auic. d vir. cor. t. 2. c. I.

B

C ſeu inuiſcatiua,

D mortificatiua

E Aui. de vir. cor. t. 2. cap. I.

E Antidotus

C

F Li. 3. F. 11. t. 1. c. 6. & F. 18. t. 2. ca. 18. & li. 4. F. 1. t. 4. c. 19. & li. 5 fo. 522. c. d, & Gal. 1. apho. 16.

D

rum

E rum decoctione non peruenitur ad decoctionem ęqualem: immo modica eis ſufficit decoctio: quare ſi addatur vltra feruorem primum ebullitio vna, reſoluuntur earum virtutes, et ſeparantur cum decoctione, & non remanet eis impreſſio, ſicut epithymum. nam, cum eius decoctio fit multa, deſtruitur eius virtus omnino. Et ex medicinis ſunt quædam, quarum virtus propter contritionem deſtruitur: ſicut ſcammonea: quare oportet vt vltima facilitate conteratur, ne ex contritione caliditas eam conſequatur corrumpens eius virtutem. Plurimæ præterea gummarum ſunt huiuſmodi. Et ipſarum quidem reſolutio in humiditate conuenientior eſt, quàm contritio. Et omnium medicinarum, in quarum contritione ſuperflue elaboratur, operationes derſtuuntur: non enim quotieſcunq; minoratur corpus virtutem ſuam ſecundum quantitatem ſuam, & ſecundum proportionem minorationis eius, ſeruat: immo poſſibile eſt vt diminutio corporis perueniat vſq; ad terminum: ne poſt ipſum corpus aliquid ſuæ operationis, quę ſibi propria eſt, agat: quoniam non eſt neceſſarium quãdo virtus alicuius corporis facit motum aliquẽ, vt medietas illius corporis moueat illud quod eſt motum ab eo omnino: ſicut decem homines mouent onus aliquod in die vno per miliare vnũ: Non ergo eſt neceſſarium vt quinque moueant illud aliquantulum: nedum quòd ipſum moueãt, ſeu deferant per medietatem miliaris, niſi medietas illius oneris ita facta iam ſit ſingularis & ſeparata, ita vt quinque ſeparati ab alijs quinq; eam capiant. Tunc enim poſſunt ipſam permutare ſeu deferre. F Immo poſſibile eſt, vt ſuſcipiens permutationem nõ patiatur à medietate virtutis penitus, cum ipſum eſt totum vel aggregatum non diuiſum, & medietas eius non eſt recipiẽs à medietate illius, id quod recipit in ſingularitatis diſpoſitione: vel dum eſt ſeparata: quoniam eſt continua cum medietate altera, non præparata ad hoc vt moueatur ab ea ſingulariter. Et propter hoc non quotieſcunq; minoratur corpus medicinæ: & minoratur virtus, inuenit patientem in minore ſibi ſimili: neq; etiam oportet, vt hoc cum quantitate proportionis ſuæ minorationis efficiat in patiente à maiori omnino operationem, licet quibuſdam videatur, quòd propter minorationem deſtruatur forma, & virtus, ſed eorum verba in compoſitis ſunt viciniora ad hoc, vt ipſa non vehementer negentur, vel ad hoc vt vehemens fiat ipſorum negatio. Et medicinę quidem, cum aliquam operationem habent: ſi in earum contritione ſuperflue elaboretur, poſſibile eſt, vt ad ſpeciem alteram operationis permutentur. nam verbi gratia, ſi potentes ſunt in euacuando humorem, aut fœcem, deficiunt ab hoc, & fiunt euacuantes aquoſitatem, propter caſum virtutis earum, & quoniam ipſę propter paruitatem ſuam fiunt magis penetrantes: quare velociter perueniunt ad membrum aliud à mẽbro, in quo ſtãt, cum ſunt magnæ, & procedit operatio ab eis, & in ipſo: ſicut narrat [a] Gal. ſibi accidiſſe. Inquit enim ſuperflue contriui permiſtionem cymini, quare permutatum eſt, & factum eſt vrinæ prouocatiuum, cum prius fuerit in natura ſui, ſolutiuum naturæ. Oportet ergo ne ad ſummũ perueniatur in conterendo medicinas ſubtilis ſubſtantiæ: immo non oportet vt ad ſummum perue- G niatur, niſi in conterendo medicinas ſpiſſæ ſubſtantiæ: & proprie cum eſt voluntas, vt earum penetratio perueniat ad vltimitatem, ſeu ad ſummam elongationem. Et ſunt ſpiſſæ difficilis motus, ſicut medicinæ pulmonis, cum ſunt factæ ex corallo, & margaritis, & lapide [a] {ſedenegi:} & quę illis ſunt ſimilia. Iudicia vero aduſtionis ſunt iſta. nam ex medicinis ſunt quędam quæ aduruntur, vt virtus earum minoretur: & quædam ſunt quæ aduruntur, vt virtus earum augmẽtetur. Et omnes quidem medicinæ acutæ, ſubtilis ſubſtantiæ, aut æqualis, cum aduruntur, minuitur earum caliditas, & ipſarum acuitas: propter illud quod ex ſubſtãtia ignea reſoluitur infixa in eis, ſicut atramenta, & colcotar. Medicinis vero, quarum ſubſtantia eſt ſpiſſa, & ipſarum virtus eſt non acuta, neq; calida, aduſtio acquirit virtutem calidam, ſicut calx. Iſta enim fuit lapis, in quo non fuit acuitas: cum ergo aduritur, conuertitur in acuitatem. Medicina vero propter vnam quinq; intentionum aduritur: aut vt frangatur de eius acuitate: aut vt [b] acquirat acuitatem: aut vt ſubtilietur ſubſtantia eius ſpiſſa: aut vt præparetur ad conterendum, aut vt deſtruat malitia, quæ eſt in eius ſubſtantia. Exemplum primi eſt attrimentum & colcotar. Exemplum ſecundi eſt calx. Exemplum tertij eſt cancer, & cornu ceruinum quod aduritur. Exemplum quarti eſt ſericum, nã ipſum adminiſtratur in confortando cor: & ſi adminiſtretur inciſum eſt etiam conuenientius quàm ſi adminiſtretur aduſtum: ſed quoniam inciſum non conſequitur minorationem partium ſufficiẽtem, niſi cum labore ideo adu- H ritur. Exemplum quinti eſt aduſtio ſcorpionis in intentione adminiſtrationis eius ad lapidẽ. Ablutionis autem iudicia ſunt, quoniam remouet ab omni medicina illud quod ei permiſtum eſt de ſubſtantia acuta ſubtili, & ſedat illud in ea: & temperat ipſam. Et ſunt ex eis quæ infrigidantur cum ea poſt caliditatem ſupetfluam. Et propter hoc ablutio ab omni medicina terrea, remouet igneitatẽ, quam ab aduſtione acquiſiuit: ſicut calx abluta, remanet enim temperata, & aufertur eius aduſtio. Et ſunt ex eis, in quibus non eſt intentio eius in infrigidatione tantũ: immo retẽtio eius, eſt poſſibilitas minorandi partes earũ, & purificãdi ipſas, ita vt ad intentũ finem perueniant, ſicut cõtritio tuciæ in aqua. Et ex eis ſunt, quæ abluuntur, vt remoueatur ab eis virtus, quæ non placet: ſicut ſummum ſtudium in abluendo lapidem armenum, & lazuli ita, vt ſeparetur ab eis virtus nauſeatiua. Congelationis autem iudicia ſunt, quoniam in omni medicina congelatiua virtus ſubtilis deſtruitur, & additur frigus, ſi eſt frigidæ ſubſtantiæ. Vicinitatis vero iudicia ſunt, quoniam medicinę aliquando acquirunt per vicinitatem qualitates extraneas, ita vt reſoluantur earum operationes: nã multæ medicinarum frigidarũ fiunt calidę impreſſionis, propterea quòd acquirunt ex vicinitate, ſicut aſſæ fœtidæ, & euphorbij, & caſtorei, & muſchi qualitatem calidã. Et plurimę medicinarum calidarum

A Li.4.di cap.7.d

A hemat

B Gal.li.de lana & ps 81.b.c



A darum factæ ſunt frigidæ impreſſionis, propterea quia adeptæ ſunt ex vicinitate camphoræ, & ſandali, qualitatem frigidam. oportet ergo vt ſcias hoc de eſſe medicinarum, & aliena genera diuerſa quarundam a vicinitate quarundam aliarum. Iudicia verọ permiſtionis ſunt, quoniam medicinarum operationes quandoq; fiunt fortes propter permiſtionem, & quandoq; deſtruuntur ipſarum operationes propter permiſtionem: & quandoq; rectificantur, & remouetur ipſarũ malitia. Exemplum primi eſt: quoniam quædam medicinæ ſunt in quibus eſt virtus ſolutiua: ſed tamen indigent virtute adiuuatiua cum in ipſarum natura nõ ſit adiutorium forte: Cum ergo eis adiutorium aſſociatur, operantur fortiter ſicut turbit. ineſt enim virtus ſolutiua: ſed ipſa eſt debilis acuitatis, quare ſoluere vehementer non poteſt, euacuat ergo quod præſens eſt ex ſubtili phlegmate. Cum ergo ei aſſociatur zingiber, ſoluit cum adiutorio ſuæ acuitatis humorem viſcoſum plurimum vitreum: et fit velocior eius ſolutio. Et ſimiliter epithymum tardæ ſolutionis eſt: cum ergo aſſociatur ei piper, & medicinæ ſubtiles, ſoluit velociter: quoniam ipſe adiuuant ipſum in reſoluendo, ſeu ſubtiliando: & ſimiliter in reubarbaro eſt virtus ſtyptica fortis: ſed tamen cum ea eſt virtus aperitiua minuens eius operationem. Si ergo permiſceatur cum bolo armeno, aut cum acacia, ſtypticat vehementer. Et quandoq; permiſcentur vt penetrare faciant, & diuidãt in partes, ſicut crocus permiſcetur cum roſa, & camphora, & corallo: vt faciat ea penetrare ad cor. Et quandoq; permiſcẽt eas propter con- B trarium illius, ſicut ſemen raphani permiſcetur cum ſubtiliatiuis, & penetratiuis, vt retineat ea in hepate tanto ſpatio, quo compleatur in ipſo operatio, quæ intenditur: quoniam ipſæ cum in hepate ſubtilitate ſua penetrant, pertranſeunt velociter ante complementum operationis: ſemen ergo raphani mouet ad vomitum: quare retinet illud, quod ad venas mouetur per contrarium. Illæ autem quæ deſtruuntur propter cõmiſtionem ſunt, ſicut ſi ſint duæ medicinæ vnam efficientes operationem: ſed duabus potentijs contrarijs: aut quaſi contrarijs, tunc quando aggregantur, ſi contingat, quòd vna earum antecedat ad operationem, ſuam efficiat operationem: & ſi non antecedit vna earum ad aliam, prohibent ſe, ſicut viola & myrobalani: viola enim ſoluit leniendo, & myrobalani ſoluunt exprimendo, & inſpiſſando: cum ergo ſuperueniunt materiei, amborum operationes deſtruuntur, vel deſtruunt ſe: & ſi myrobalani antecedunt, deinde ſuperuenit viola, non ineſt alicui ipſorum operatio: & ſi antecedat viola et leniat, deinde ſuperueniant myrobalani & exprimãt, erit operatio fortior. Tertij vero exemplum ſunt, aloe, & bdellium, & dragagantum: Aloe enim ſoluit & mundat inteſtina: ſed tamen excoriat: & aperit venarum orificia: Cum ergo aſſociatur ei dragaganthum, & bdellium: conglutinat dragaganthum quod abraſit aloe: & confortat bdellium venarum orificia, & eſt incolume. Iſti vero ſunt canones & exempla iuuantia ad cognoſcendas naturas medicinarum, & earum adminiſtrationem.

C *De collectione medicinarum & ipſarum conſeruatione.* *Cap. 6.*

MEdicinarum aliæ ſunt de plantis: aliæ ſunt de mineris: aliæ de animalibus. Earum vero quæ ſunt de mineris, meliores ſunt qnæ ſunt de mineris, quibus cognoſcuntur, ſicut [a] {calcadis cubruſij} & atramentum carmeni: deinde ſunt mũdæ à permiſtione extranea: immo ſit illud quod collectum eſt in ipſa pura ſubſtantia de ſuo genere, non fractum in ſuo colore, & guſtu, qui ſunt ei proprie. Earum vero quæ ſunt de plãtis: aliæ ſunt folia, aliæ ſemina, aliæ radices, aliæ virgæ, aliæ flores, aliæ fructus, aliæ gummæ, aliæ tota planta ſicut eſt. Folia autem colligere oportet, poſtquam integre incipiunt habere quantitatem quam debent, & remanent ſecundum formam, antequam ipſorum color alteretur, & frangatur: nedum quòd cadant, & attrita ſint. [b] Sed ſemina ſunt colligenda poſtquam ipſorum corpus eſt ſtabilitum, ſeu completum, & firmum, & exuccata vel diſſoluta fuerit ab eis cruditas & aquoſitas. Et radices ſumẽdæ ſunt, cum caſus foliorum tempus eſt. [b] Flores vero colligere oportet poſt apertionem integram, ante extenuationem et caſum. Sed virgæ ſunt colligendæ cum iam ad integritatem peruenerint, & nõ inceperint extenuari, & cõtrahi. [b] Et fructus quidem ſunt colligendi poſtquam finitur complementum eorum, & antequam ſint præparati ad cadendum. Illud vero quod ſumitur totum, oportet vt ſumatur cum ipſa ſunt recentia, & cum ipſius ſemina terminum ſuum ſunt conſecuta: & quotieſcunq; radices fuerint minus contractæ, & D virgæ minus extenuatæ, & ſemina pinguiora, & plus plena, & fructus ſolidiores, & ponderoſiores erunt meliores: Et non excuſat magnitudo cum extenuatione & areſactione: ſed ſi eſt cum pondere, eſt valde melior. Illæ præterea, quæ in [b] claro aere colliguntur ſunt meliores collectis in diſpoſitione humiditatis aeris, & vicinitatis tempore pluuiæ. Sylueſtres quoq; omnes domeſticis ſunt fortiores, & minoris quantitatis ſecundum plurimum. Et de ſylueſtribus montanæ ſunt fortiores. Et illæ quarum collectionis loca ſunt ventoſa, vel quæ ſunt aeri & vẽto expoſita, & ſunt verſus orientem ſoli expoſita, ſunt fortiores alijs. Et illæ ſuper quas in tẽpore ſuæ productionis cecidit pluuia, ſunt fortiores eis quibus defuit pluuia in tempore quo debuit: & totum hoc ſecundum plurimum. Et quotieſcunq; fuerit earum color magis tinctus, & ſapor magis apparens, & odor fortior, erunt fortiores in genere ſuo. [b] Amplius herbæ debilitantur poſt duos, aut tres annos: niſi medicinæ numeratæ, quæ excipiuntur, ſicut [b] duo ellebori: ipſi enim ambo longiori tempore permanent. Gummæ vero colligendæ ſunt poſt confractionem, ſeu coagulationem, & ante exiccationem præparantem pulueriſationem. & virtus plurimarum earum non remanet poſt tres annos, & proprie euphorbij: veruntamen fortiorum cuiuſcunq; ordinis ſpatium durationis prolongatur ſecundum ipſarum bonitatem. Cum autem recens deficit fortis, proculdubio ſtat duplum veteris debilis loco eius

A Vitrioli cyprij

B Dioſc.li.1.ſ præfatione.

eius in omni re. Illas vero quæ ſunt ex animalibus, aſſumere oportet ex animalibus iuuenibus tem- E pore veris, & eligantur animalia ſaniora corpora habentia, & magis integra in membris. Et oportet vt quicquid de eis tollitur, tollatur cum decollata ſunt: & caueatur ne illud quod aſſumitur ſit ex animalibus mortuis ab ægritudinibus eis accidentibus. Iſti ergo ſunt canones vniuerſales, quos apud medicum præparatos eſſe oportet in eſſe medicinarum ſingularium. Nunc vero in ſecundo tractatu incipere volo. Loquamur ergo de naturis medicinarum ſingularium à nobis cognitarũ: & earum quarum cognitio nobis poſſibilis erit, conſequemur earum impreſſiones, attendendo ſigna in eis vera. Et dimittemus narrare medicinas, de quibus nihil nouimus, niſi nomina tantum: & ordinabimus areolas prædictas cum ſuis coloribus. Et ſignabimus in primis numerum ægritudinum cuiuſque tabulæ, & ſecundum tincturam cuiuſcunque ægritudinis cum voluntate Dei excelſi, & bonitate ipſius auxilij.

## Tractatus ſecundus libri ſecundi. Verba principis Aboali.

IAm ſignificauimus in tractatu primo ordinem areolarũ, quas ordinauimus. Et nos etiam volumus hic afferre illud quod ſignificant res cadentes in omni areola, & tincturas, quæ ſunt eis propriæ. Areolarum autẽ trium primarum F res apparentes ſunt. In illis vero quæ ſunt poſt eas, ſcilicet quæ indigent diſtinctione capitulorum, et tincturarum, nõ exiſtimes nos voluiſſe ſtudere in inueſtigatione numeri eius, quod numerauimus: nos enim nõ fecimus illud: ſed attulimus quod inuenimus in capitulis medicinarum ſingulariũ, quas narrauimus, de iuuamentis & iudicijs ſibi proprijs: & areola prima huius ſummæ, quam ingrediuntur tincturæ, eſt areola operationum & proprietatum.

*Areola operationum & proprietatum.*

SVbtilis, ſpiſſa, viſcoſa, exiccatiua, ſubtiliatiua, inſpiſſatiua, ingroſſatiua, lubricatiua, & reſolutiua, abſterſiua, cõglutinatiua, exaſperatiua, applanatiua, apertiua orificiorum venarum, laxum faciens, inciſiua, diſrumpens ventoſitates, attractiua, mordicatiua, repercuſſiua, mundificatiua, ſedatiua dolorum, rubificatiua, pruritum faciens, vlceratiua, corroſiua, aduſtiua, rectificatiua putredinis, putrefactiua, cauterizatiua, confortatiua, digeſtiua, crudum faciens, ſtupefactiua, conſtrictiua laxi, & rarificatiua, inflatiua, lauatiua, expreſſiua, ſtypticatiua, extinctiua, clarificatiua ſanguinis, ſudoris prouocatiua, retentiua ſanguinis, retentiua ſudoris, laudabilis chymi, vituperabilis chymi: expulſiua nocumenti aquarum multi nutrimenti, pauci nutrimenti, confortans membra, confortans viſcera, mali humoris, conuertitur ad omnem humorem, confert ægritudinibus melan- G choliæ, generat melancholiam, generat choleram citrinam, generat phlegma, expellit nocumentũ phlegmatis, confert ſenibus. operationes extraneæ: operatio eius in aere facit penetrare ſolutiua, ſeu eſt vehiculum ſolutiuorum, & adiuuat ea.

*Areola decorationis.*

MVndat, cõturbat, remouet à [a] { ſahafat } cõfert morpheæ albæ & nigræ, [b] { & aludha } et ſordibus: & albaras, facit prouenire albaras, impetigini, panno, lentiginibus, facit euenire pannum, & lentigines, veſtigijs vlcerum, veſtigijs variolarum, fiſſuris labij, fiſſuris faciei, & capillorum rubificat colorem, cõfert fiſſuris pedum. Eradicat [c] { aluſem } & verucas. Odori aſcellarum, & corporis, lepræ, facit poſſidere lepram, extrahit ſurculos & ſagittas, & ſpinas, abluit dentes, eradicat dentes, & odori narium, fœtori oris, facit poſſidere fœtorem anhelitus, impinguatiua, facit macreſcere, pediculis, facit pediculos, confert panaritio, dentibus muris, vnguibus tortis, vnguibus corroſis, punctis albis in eis, cuſtodit mamillam & teſticulum, facit bonum colorem: anhelitum efficit bonum: denigrat capillos, dealbat capillos, prolongat, multiplicat, rubificat, confortat, incriſpat, applanat, findit prohibet fiſſuram, tyriæ, alopeciæ, proſtrationi, prohibet caluitium, facit cadere, facit caluitium, abradit, facit naſci capillos.

*A puſtulæ ... pitis, B leucæ C veſtigia ... grum ... ter formam cute*

*Areola apoſtematum & bothor.* H

APoſtematibus calidis, apoſtematibus frigidis, apoſtematibus intrinſecis, phlegmoni, apoſtematibus laxis, inflationi, cancro, apoſtematibus duris, ſcrophulis, [d] {alſehedie} [e] {aldubelati, aldubelati} interioribus, eryſipilæ, formicę, eſſerę, formicę milliari, veſicis, igni Perſico, [f] {athahaũ, ſeu althoim ambulatiuis} apoſtematibus vlceroſis, [g] {alſahafati} bothor, lacteo, apãtibus neruorũ, apoſtematibus lacertorum, apoſtematibus quæ ſunt ſub auribus, apoſtematibus ſub aſcellis, ramici aquoſæ, ramici ex inteſtinis, ramici ventoſæ, apoſtematibus hepatis, apoſtematibus ſplenis, apoſtematibus ſtomachi, apoſtematibus veretri, apoſtematibus matricis, apoſtematibus veſicę, apoſtematibus mammillarum, apoſtematibus teſticulorum, apoſtematibus duorum femorum, apoſtematibus renum, apoſtematibus ficteris, generat apoſtemata calida: generat apoſtemata fluxa: generat apoſtemata dura: generat cancrum.

*D melice... bus E exituræ ... niem con... F tumori ... fero G puſtulæ ... tis*

*Areola vulnerum & vlcerum.*

VLceribus ambulatiuis, vlceribus malignis, vlceribus vetuſtis, vlceribus ſordidis, ſordidat vlcera, fiſtulis confert, [h] { aldesbet } conſolidat, generat carnem, deſtruit carnem, augmentat, ſigillat, cõfert ſcabiei & pruritui, ſcabiei vlceroſæ, ſcabiei melancholicæ, aduſtioni ignis, elthiomeno,

*H carnoſæ ... calloſæ, & ... porrus ſa...*

vlceribus



A vlceribus lacteis, puſtulis oris, putrefactioni membrorum, igni perſico, oſſibus, lenit eſcaras, infixis in membris.

*Areola inſtrumentorum iuncturarum.*

DOlori iuncturarum, duritiei lacertorum alfaſch, & [a] { alhetech } torſioni, contuſioni laſſitudini, dolori neruorum, duritiei iuncturarum, ægritudini iuncturarum frigidæ, deſiccat neruos, confortat neruos, apoſtemati neruorum, vlceribus neruorum, nocet neruis, doloribus dorſi, ſciaticæ, caſui, percuſſioni, ſpaſmo, tetano, paralyſi, tremori, dislocationi, ramicibus, rupturis, doloris dislocationis, dolori pedis, podagræ, facit egredi cortices oſſium.

*A contritionis ſecũdum locum*

*Areola membrorum capitis.*

SOda calidæ, ſoda frigidæ, hemicraneæ, galeæ, nocet cerebro debili, facit ſoda, confortat caput, augmentum facit in cerebro, purgat cerebrum, reſoluit ventoſitates in cerebro, aperit oppilationes cerebri, torturæ, apoplexiæ, grauat caput, facit [b] { ſubet } facit ſomnum, facit ſcotomiam, tardat ebrietatem, confert vertigini, & ſcotomiæ, confert ſubet, confert melancholiæ, & timori, confert maniæ, confert epilepſiæ, mouet epilepſiam, timori puerorum in ſomno, & aliorum: confert tremori, confert phreneſi calidæ [c] { ſubet aſari } congelationi, confortat memoriam, facit poſſidere obliuionem: confert ebrictati, prohibet ebrietatem: confert dolori auris, confert ſonitui, & tin- B nitui, confert ſurditati forti, & debili: confert catarrho, & [d] { coryze } confert fluxui ſanguinis ex naribus, facit fluere ſanguinem ex naribus, facit ſternutare, remouet ſternutationem: confert [e] { bothor } oris, & cola, confert ægritudinibus oris, confert fluxui ſaliuæ: confortat dentes, confert dolori dentium, facilem efficit eradicationem dentium, confert natiuitati dentium infantium, facit cadere dentes, confert ſtupori, confert apoſtematibus linguæ, confert ranulæ, confert vlceribus gingiuarum, confert gingiuis ſanguineis, furfuribus.

*B ſoporem*
*C dormitioni vigilatiuæ.*
*D grauedini*
*E puſtulis*

*Areola membrorum oculi.*

OPhthalmia calida, ophthalmia vetuſta [f] { ſebel } vlcera [g] { alchadi } [h] {altarfati} veſtigia viridia, varietati, albugini, exituræ, groſſitudini corneæ, lachrymis, attrahit lachrymas, confortat viſum, prohibet catarrhum, apertioni, conſtrictioni aquæ, fiſtulæ, vngulæ, lippitudini, cõſeruat ſanitatem oculi, ſcabiei, & pruritui, [i] { ſilac, } pilis impedientibus, ſeu nocentibus, aluardinegi, & almuſeregi, vlceribus oculi.

*F venæ oculi dilatatæ, & ſanguine repletæ.*
*G pũcturæ ſanguinis in oculo.*
*H quæ in oculo cadunt extrinſecus*
*I groſſitiei palpebrarum*

*Areola membrorum pectoris & anhelitus.*

COnfortat membra anhelitus, nocet membris anhelitus, cõfert apoſtematibus vtrarũq; amygdalarum, & vuulæ, ſynantiæ, & ſquinantiæ, ſanguiſugæ, impedimentis anhelitus, aſthmati, dilatationi anhelitus, aſperitati pectoris, deſtructioni vocis, aſperitati vocis, clarificat vocem, facit C bonam vocem, tuſſi ſicce, tuſſi antiquę, pleureſi, pipneumoniæ, aſtmati ſaniei, ſputo ſaniei, phthiſi, mundificat vlcera velaminis, ſputo ſanguinis, dolori lateris, ſanguini congelato in pulmone, confortat cor, rectificat intellectum, malitiæ complexionis cordis calidæ, malitiæ complexionis cordis frigidæ, ſyncopi, tremori cordis frigido, tremori cordis calido, apãtibus mãmillę, facit abundare lac.

*Areola membrorum nutrimenti.*

COnfortat ſtomachum, debilitat ſtomachum, digerit, malam efficit digeſtionem, diſrumpit deſiderium, deijcit deſiderium, deſiderio corroptio, mala ſtomacho, confert ſingultui, nauſeæ, facit nauſeam, facit vomitum, facit anguſtiam, eructuationi, facit eructuare, mollificat ſtomachum, aperit oppilationes hepatis, & ſtomachi, præparat ſtomachum, mordicat ſtomachum, lubricitati ſtomachi, cãcro in ſtomacho, facit ſitim, ſedat ſitim, inflat ſtomachum, ſedat inflationem ſtomachi, confert dolori ſtomachi, apoſtemati ſtomachi, confortat hepar, nocet hepati, dolori hepatis, oppilationi hepatis, facit hepar poſſidere oppilationem, apoſtemati hepatis calido, apoſtemati hepatis frigido, duritiei hepatis, indurat hepar, debilitat hepar, icteritiæ citrinæ, icteritiæ nigrę, facit poſſidere icteritiam, hydropiſi aſeliti, hydropiſi hypoſarcæ, hydropiſi tympaniti, facit poſſidere hydropiſim, dolori ſplenis, apoſtemati ſplenis, inflationi ſplenis, & duritiei ſplenis.

*Areola membrorum expulſionis.*

D SOluit choleras, ſoluit humiditatem: & humores groſſos, ſoluit melancholiam, ſoluit aquoſitatem, ſoluit ventoſitatem: ſoluit ſanguinem, ſtringit, confert ſolutioni ventris, fluxui ſanguinis, diarrhoeæ, colicę paſſioni, facit poſſidere coliricam paſſionem, lubricitati viſcerum, tardatur in inteſtinis, dyſenteriæ, & vlceribus inteſtinorum, pungitiuo dolori, facit pungitiuum dolorem, tenaſmoni colicæ frigidæ, colicæ calidę, colicæ ventoſæ, colicæ apoſtemoſæ, apoſtemati inteſtinorũ, ileos, vermibus, doloribus viſcerum, fœtori ſtercoris, facit fœtere ſtercus, prouocat vrinã, prouocat menſtrua, prouocat vtrunq;, retentioni vrinæ, ardori vrinæ, diſtillationi vrinę, lenitati vrinę, mictui ſanguinis, mictui puris, confortat renes, nocet renibus, diabœti, lapidi renum, lapidi veſicæ, dolori renum, vlceribus renum, vlceribus veſicæ, ſcabiei veſicæ, & pruritui eius, dolori veſicæ, mollificationi veſicæ: confortat veſicam, nocet veſicæ, dolori matricis, retinet fluxum matricis, mundificat matricem, retinet menſtrua, confert apoſtematibus matricis, duritiei matricis, coarctationi oris matricis, præfocationi orificij matricis, calefacit matricem, conſtringit matricem, confert ventoſitatibus matricis, vlceribus matricis, eminentiæ matricis, prohibet impregnationem, facit hæreditare ſterilitatem, confortat embryonem, educit fœtum, & deijcit ipſum, & interficit eũ, iuuat ad imprægnandum, facit egredi ſecundinam, facilem efficit partum, mũdificat parturientem, prouocat mẽſtrua,

retinet

etinet menſtrua, incitat appetitum coeundi, multiplicat ſperma, minorat ſperma, minorat pollutionem, pollutioni plurimæ, multiplicat pollutionem, erigit, confert ſatyriali, apoſtematibus & vlceribus veretri, egreſſioni ani, confortat anum, confert apoſtematibus ani, vlceribus ani, rhagadijs ani, fluxui ſanguinis ani, mollificationi ani, hæmorrhoidibus ani. E

*Areola febrium.*

FEbribus calidis, antiquis, temporalibus frigidis, febribus permiſtis, tertianæ, cauſonidi, ſynocho, quartanæ, quotidianæ, peſtilentiali, hecticæ, febribus ephemeris, febri diei oppilatiuæ, febri diei apoſtemoſæ, febri antiquæ, mediæ, tertianæ, permiſtæ, tremori, febri ſyncopali.

*Areola venenorum.*

THeriaca [a] { bezahar } interficit venenoſa, expellit venenoſa, venenum, medicina pernicioſa, napello, extremitati caudæ cerui, felli viperæ, [b] { ſucharaz } opio [c] { albenghi } lithargyrio, fungis, cantharidibus, ſtrangulatori [d] { alnemer, } & [e] { aldib } lepori marino, interficit mures, morſui ſerpentis, viperę ſcorpioni, rutelæ, araneę, altararati interfectori vulturis, morſui canis, morſui hominis, cani rabioſo, draconi marino, danulæ, [f] { mugali } ſagittis veneficatis, [g] { alhelahel } ſagittæ armenæ, felli alnemer.

A amila. B cicuta. C Hyſ... D anim... neæ mum... pardo... E lupo. F F mun... G ſpecie... H Dioſ...

## Litera. A.

[h] *De aniſo.* *Cap.* 1.

ANiſum quid eſt? Eſt ſemē fœniculi romani, & eſt minoris acuitatis, ꝙ nabati: & in ipſo eſt dulcedo, & eſt calidius. *Electio,* melius eſt nouū habens magna grana, à quibus non excorticantur cortices ſimiles furfuri, & eſt fortis odoris, [h] { & alacriti } melius eſt ꝙ ægyptiū. *Natura inquit* [i] Gal. eſt calidum in [i] { ſecundo } ſiccum in tertio. dicitur ꝙ eſt [k] vtrūq; in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt aperitiuū cum ſtypticitate pauca, & [h] eſt ſedatiuū dolorū: & [h] reſolutiuum ventoſitatū, & [l] proprie ſi aſſetur, & in [m] ipſo quidē eſt acuitas, qua medicinis adurentibus fit vicinū. *Apoſtemata & bothor.* Cōfert inflationi faciei, & apoſtematibus extremitatum. *Membra capitis.* [h] Si ex eo fiat euaporatio, & naribus vapor eius attrahatur [f] ſedatur ſoda, & vertigo, & ſi teratur, & miſceatur cum oleo roſa. & [h] diſtilletur in aure, ſanat contuſionem in interiori eius accidētem ex obuiatione & percuſſione: & dolores etiam eius. *Aegritudines oculi.* [n] Confert [n] { ſebel } antiquæ. *Membra anhelitus & pectoris.* [h] Prouocat lac. *Membra nutrimenti.* Abſcindit [h] ſitim factam ex humiditatibus baurachijs: & [o] confert oppilationi hepatis, & ſplenis generatæ ex humiditatibus. *Membra expulſionis.* [h] Prouocat vrinam, & [p] menſtrua: & mundat [h] matricem à fluxu humiditatum albarum. [h] Et eſt motiuum coitus. & quandoq; conſtringit [h] vētrem. & adiuuat ipſum ad illud eius prouocatio. [q] Et aperit oppilationes renum, & veſicæ, & [q] matricis. *Febres.* [q] Confert antiquæ. *Venena.* Expellit [h] nocumentum venenorum, & venenoſorum. *Permutatio.* Loco eius [r] { carui } quantum eſt ipſum. G

H creta. I Lib. 6. ſi. 43. d. I tertio. K Gal. 6. ſi. fo. 43. c. L Ser. c. 14. M Ga. 6. ſi. 43. c. N Raſ. vl. t. 1. c. 61. N Veneta in oculis repletæ ſe ne. O Serap. c. ... P Raſ. vl. t. 1. c. 61. Q Ser. c. 14. R Dauci. Gal. de ſubſt. medicinis. S Dioſ. lib. T G. 6. ſim. 44. d

[s] *De Abſinthio.* *Cap.* 2.

Abſinthiū qd eſt? Eſt herba cuius folia ſimilant̄ folijs alſciha, vel aſceha, [t] Et in ipſo eſt amaritudo, & ſtypticitas, et acuitas. Inquit Humain. Abſinthiū eſt pluriū ſpecierū. Ex eo. n. eſt coraſcenū. & ex eo eſt oriētale, & allatū de mōte { Tauro, } & ſuſi, & tarſenſe. Et dixerūt alij antiquorū, ſpēs eius quinq; ſunt, tarſenſe, & ſuſi, & nabati, & coraſceni, & romanū. Et in nabati quidē eſt bonus odor. Et ad vltimū in ipſo eſt ſubſtantia terrea, qua ſtipticat, & ſuba ſubtilis, quia ſoluit & aperit. Et eſt ēt ex ſpēbus ſceha: & ꝓpter hoc vocauerūt ipſum quidā ſapiētes ſceha romanū. Et eius ſuccus eſt fortior folijs ipſius, & eſt in comparatione ſucci praſsij. *Electio.* Quod ex eo melius eſt, & ſuſi, & tarſenſe: & eſt coloris cinericij cum viriditate, & eſt habens colorem cum quadam lanugine, vel piloſitate, & odorem aloes cum conteritur. *Natura.* Eſt calidum in primo: ſiccū in ſecundo, & eius [t] ſuccus eſt calidior. Et [t] dicunt quidam quòd eſt ſiccum in tertio, & eſt quaſi verius. *Operationes & proprietates.* Eſt aperitiuum, & ſtypticum: [t] & eius ſtypticitas eſt fortior ipſius amaritudine: ſed nabathium eſt fortioris ſtypticitatis, & minoris caliditatis: quapropter [t] nō ſoluit phlegma etiam ex ſtomacho: neq; per ipſum fit iuuamentum in hoc: & eius operatio eſt in [u] melācholia & cholera. Et in ipſo etiam eſt reſolutio. Et ex proprietatibus eius eſt, vt [s] prohibeat pannos à tineis, & corruptione vermium, [s] { & prohibet encauſtum ab alteratione, et chartas à corroſione. } In decoratione. Facit bonum colorem. Confert tyriæ & alopeciæ: & [s] remouet veſtigia violacea ſub oculo, & in alijs locis. Et confert groſſitiei palpebrarum. Apoſtemata & bothor. Cōfert γ duritijs intrinſecis in emplaſtro poſitum aut bibitum. Aegritudines membrorum capitis. Exiccat caput: & ipſius [s] ſuccus facit ſoda: & exiſtimo ꝙ illud eſt propter ſuum nocumentum quod in ſtomacho facit: & vapor [s] decoctionis eius confert dolori auris. [s] Et quando bibitur ante vinum, confert ebrietati: & quando ex eo fit emplaſtrum interius in palato cū [s] { } & nitro [s] cōfert præfocationi intrinſecę. Et confert apoſtematibus, quæ ſunt poſt ambas aures { & cōfert δ dolori auris } & [s] fluxui humiditatū aurium: & confert apoplexiæ bibitum cum melle. *Aegritudines oculi.* Confert ophthalmiæ antiquę, & proprie nabaticum cum ex eo fit emplaſtrum ſub oculo, & panno. [s] Et ſi ex eo fiat emplaſtrum cum careno ſedat pulſationem oculi, & apoſtemata eius. Et confert [x] { aludacha, } quæ eſt in eo. H

T Ga. li. de tuen. c. 10. & ſimpli. fol. 44. V Ser. c. 14. S Atramentum librarium eius temperatum literas à ... eroſione ... Infra γ. S Melle. Infra δ. Supra δ. X eminentiæ cōiunctiua.

*Aegritu-*



Atrimentum quid eſt? Differentia inter atrimenta alba, & rubea, & citrina, & viridia, & inter colcotar: & chalcadis, & alchalchant, & alſuri eſt, q atrimenta ſunt ſubſtantiæ recipientes diſſolutionem. Permiſtæ vero lapidibus non recipiunt diſſolutionem: & iſtæmet ſubſtantiæ recipientes diſſolutionem iam fuerunt liquidæ & coagulauerunt ſe, alcolcotar vero eſt citrinum, & alchalcadis G eſt album, & alchalcanthum eſt viride: & alſurie eſt rubeum. Et [n] omnia hæc ſoluuntur in aqua, & decoctione, præter alſurie: ipſum.n. eſt vehementis corporeitatis & congelationis. Et viride eſt vehementius congelatũ, q citrinum, & vehementius decoctum. Et omne quidem atrimẽtum in natura eſt ſimile vni eorum colori cuius aſſimilatur. Et iam ad exiſtimationes [o] Galeni præceſſit, ſeu præmiſſum eſt, q atrimentum rubeum generatur ex colcotar & vidit ſuper colcotar vna vice atrimentum rubeum puluerizatum: ſed in hoc eſt conſideratio. *Electio.* Viride egyptium eſt fortius q alkabruſi: ſed in ægritudinibus oculi alkabruſi eſt fortius. Et nõ aduſtum eſt fortius. Et aduſtum eſt ſubtilius. Et ſubtiliora eis ſunt alchalcadis & viride. Et æqualius eorum eſt [o] † { alcolcotar. } Et groſſius eorum eſt [p] † { alſurie, } & propter hoc non reſoluitur in aqua. Et virtus quidẽ atrimenti, in quo ſunt ſplendores aurei propinqua eſt virtuti alcolcotar. Et melius alcolcotar eſt illud, quod velociter frangitur æreum mundum non antiquum. Ex atrimento vero, quod in encauſtro ponitur, quod nominatur ſahira, melius eſt durum habens quaſi aureum ſplendorẽ, & virtus eius eſt ſicut alcolcotar. Et melius alſurie eſt, quod affertur de Aegypto, & frangitur à nigredine, & eſt habens venas plurimas rancidi guſtus ſtypticum: & ſimiliter eius odoratus. *Natura.* Eſt calidum & ſiccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Omnia ſunt adurentia facientia prouenire cruſtam, ſtyptica. Atrimẽtum vero rubeum minus eſt mordicatiuum, quàm alcolcotar, & atri H mentum ad coria ſtypticius eſt omnium: & alcolcotar eſt æqualis ſtypticitatis. *Apoſtemata & bothor.* Alcolcotar cõfert eryſipilæ, & apoſtematibus ambulatiuis. *Vulnera & vlcera.* Omnia conferunt ſcabiei humidæ, & ſahafat. Et ex colcotar quidem & ex alijs quandoque fiunt licinia, & ponuntur [m] in fiſtulis, & extirpãt duritiem ipſarum, ſeu duritiem in orificijs ipſarum. *Inſtrumenta iuncturarum.* { Alſurie } [m] clyſterizatur cum vino, & confert ſciaticæ. *Membra capitis.* [m] Sufflatur in naribus propter fluxum ſanguinis narium, proprie { alcolcotar. } Et conferunt omnia herpeti heſtiomeno, & apoſtematibus malis in gingiuis. Et quando licinium cum melle inuoluitur & ponitur in aurem, confert vlceribus auris & ſaniei in ipſa: & ſimiliter quando cum ſuffiatorio in ea inſufflatur: & prohibet corroſionem dentium. Rubeum vero nominatum { alſuri } [m] confirmat dentes, & molares motos. Et atrimentum aduſtum quando coniungitur cũ hermodactylis, & ponitur ſub lingua, confert ranulæ, & ceratum factum ex eo, & proprie ex rubeo, confert herpeti heſthiomeno in ore, & nare, & vlceribus eorũ. *Membra oculi.* { Alcolcotar } proprie, & reliqua communiter conferunt [m] duritiei palpebrarum, & aſperitati earum. *Membra anhelitus & pectoris.* Deſiccat α pulmonẽ, ita q fortaſſe interficit. *Venena.* In α ipſo eſt virtus venenoſa deſiccãs pulmonẽ.

† Zagi. M Dio. c.56. de melã. de ſori. G c.55. Repet. c.169. N Ser.c.56. O Lib.9. fo.71.c. O † chalcit. P † ſori. Sori Chalcitis. Sori. Infra α Supra α † Zarnich.

De Arſe-



De † { *Arſenico* } [a] .i. Sandaracha. Cap. 48.

A Dioſ.li.5.c.71. & ca.70. de auripigmento. A † Sandaracha. Alterũ pbat rufa & ſaturatior, et aliena materia vacans, friabilis, cinabaris colore, ſulfuris virus redolens. B † Auripigmẽtũ. Optimũ exiſtimat cruſtoſum, aureo colore micans, nulli materię permiſtum, in ſquamas fiſſile. Alterũ glandis effigie, pallidũ, & colore ſandaracham imitãs, gleboſum. C Ser.c.371. D † aufert E Zaraued. F Li.3.c.4. F † clematiti G † hederaceis. H Dioſ.li.3.c.4. H † folium

A Arſenicum quid eſt? Aliud eſt album, & aliud citrinum, & aliud eſt rubeum. *Electio* [a] † { Melius ex rubeo eſt illud, quod habet fortem rubedinem almebaras.i. permiſtam cum aliqua albedine } quod eſt aptũ teri, & ſuo odore ſimilatur odori ſulfuris. } [b] † { Et melius ex citrino eſt, quod eſt pulu erizabile armenum, aureum, laminas habens ſubtiles } quaſi ipſum eſſet talk citrinum. *Natura.* Calidum eſt in tertio, ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Omnia ſunt putrefactiua, mordicatiua. Et quod ex eo rubeum eſt: melius eſt in alchalchadicum. *Decoratio.* [b] Abradit pilos: & eſt [a] cum gumma pini conueniens alopeciæ. *Vulnera & vlcera.* [a] Fit ex eo emplaſtrum cum adipe ſuper vlcera. *Apoſtemata & bothor.* Cum adipe & oleo confert ſcabiei, & ſaphati humidæ, & putredini: & abſtergit, & [b] adurit cutem: † { & permiſcetur cũ myrrha ad pediculos, } [c] & veſtigia ſanguinis [d] † { } Et cum pice [a] veſtigijs vnguis. Et quãdoq; adminiſtratur cum [a] oleo ad pediculos. *Membra capitis.* Ceratum factum ex eo confert, & proprie ex rubeo, herpeti heſtiomeno in [a] ore & naſo, & vlceribus eorum. *Membra anhelitus & pectoris.* [a] Datur ad potandum habentibus ſaniem in pectore cum aumeli, aut hydromelle, & deglutitur cum gumma pini. ad [a] tuſſim antiquam: & ſputum ſaniei. Et [a] quandoq; ponitur in pilulis, quæ ſunt ad aſtma. *Membra expulſionis.* [a] Commiſcetur cum oleo roſaceo ad bothor, & hæmorrhoidas in ano. *Venena.* Quod ex eo ſu-
B blimatur eſt, interficit: & album ex eo interficit.

De [e] { *Ariſtolochia.* } Cap. 49.

Ariſtolochia quid eſt? Inquit [f] Dioſ. Ex ea quædã eſt rotunda: & quædam longa: & quædam eſt ſimilis [f] † { palmiti vitis } & eſt etiã ex longa & rotunda, quæ dicitur fœmina, cuius folia ſunt ſimilia folijs plantæ, quæ dicitur [g] † { chaſus, ſeu faſus, } quæ eſt ſpecies volubilis: & eſt boni [h] odoris cum acuitate, & [h] † { } ad rotunditatem declinãs, tenera, habens [h] ramos plurimos ex vna radice longo. Et inter florem eius eſt quiddam rubeum [h] fœtidi odoris. [h] pileatam habens formam. [h] Longe vero. & maſculus, folia ſunt longiora: & vnuſquiſq; thyrſus habet longitudinem vnius palmi: purpureum habens florẽ fœtidum ſuper quem apparet ſimile quid flori pirorum, & radix eius in longitudine vnius palmi, & groſſitudinem digiti habens, { } Et eius, quæ † { vitis palmiti ſimilis eſt longæ } [h] tyrſi ſunt parui, & folia ſunt ſicut folia [h] ſemperuiuæ, & eius flos eſt ſicut flos [h] rutæ: & ipſius radix eſt ſuperfluę longitudinis, groſſum habens corticem, quo [h] venditores medicinarum vtuntur in confectione oleorum. *Natura.* Omnes ſpecies eius ſunt calidæ ad tertium peruenientes, ſiccæ in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt abſterſiua, aperitiua, ſubtiliatiua, attenuatiua, attractiua, [h] extrahit ſpinas, & ſurculos. Et longa eſt conuenientior cum eis, q̃ faciũt naſci carnẽ in vlceribus, quoniã eſt magis abſterſiua & calidior: ſed in reliquis operationibus,
C rotunda, q̃m eſt fortioris apertionis & ſubtiliationis. Et virtus longæ ſimilis eſt virtuti rotundæ in calefactione: immo forſitam ſuperfluit ei, niſi in ſubtiliatione. Rotunda.n. eſt ſubtilior: & propter hoc ſedat dolores ventoſitatum fortius. Et tertia eſt debilior ex eis. *Decoratio.* Confert morpheę & [h] abſtergit dentes, & cõfert ſordibus eorum, & proprie rotunda, & [i] clarificat colorem. *Vulnera & vlcera* Eſt mundificatiua [h] vlcerum ſordidorum, & malignorum: & confert excoriationi, & generat carnem, & proprie longa: & prohibet fraudulẽtiam, ſeu malignitatẽ [h] vlcerum putridorum profundorũ: & q̃n eſt [h] cum ireos replet eã carne. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert [k] cõtritioni lacertorum, & eſt conueniens epithema ſuper podagram, & proprie rotunda. Et ipſam quidem bibit habens [k] podagram, & iuuatur ab ea. *Membra capitis.* Mũdificat ſordes auris, & cõfortat auditum quando ponitur in ipſa cum melle, & prohibet ſaniem generari in ea. Et q̃n adminiſtratur cũ pipere, mundificat ſuperfluitates cerebri: & ipſa confert [k] epilepſiæ, & [h] conſtringit gingiuã. *Membra anhelitus & pectoris.* Eſt bona [l] aſtmati, & proprie rotunda, & mundificat pectus, & pulmonem, & cõfert [h] dolori lateris bibita cum aqua: & rotunda in omnibus illis eſt fortior. *Membra nutrimenti.* Bona eſt [h] ſingultui, & ſimiliter [h] ſpleni cum oxymelle: & q̃nq; linitur ſuper ſplenẽ cum aceto: & confert etiã valde. & rotunda in omnibus illis eſt fortior. *Membra expulſionis.* Quãdo ſumitur ex ea aure, & teritur, & bibitur ſoluendo [m] educit humores phlegmaticos, & cholericos, &
D confert ſtomacho. & quãdo bibuntur longa aut rotunda cum [h] myrrha & pipere, purgãt ſuperfluitates matricis parturientium: & [h] prouocat menſtrua, & extrahit fœtum. *Febres.* Eſt bona rigori. *Venena.* Confert puncturæ ſcorpionis, & proprie longa [h] Quidam autẽ dixerunt, q quando ex longa bibuntur drach.ij. cum vino, aut emplaſtrum fit ex ea, confert puncturæ vermium venenoſorum, & venenis. *Permutatio.* [m] Loco rotundæ ponitur pondus æquale zurumbet, & tertiæ ponderis de macis, & medietas ſui ponderis de coſto. Et loco longæ ponitur pondus æquale zurumbet, & medietas ponderis ſui de pipere.

† clematitis vocatur H radix rotũdæ in orbem conglobatæ rapi modo. I Raſ.vlti.conti. t.c.77. K G.6. ſimp.43 f. L G.6. ſimp.43 f. M Aeti.lib.1.ſer.3. c.43. N G.ariſto.longa. † Hana. O Dioſ.li.1.c.107. P Srap.c.110.

De † { *Alcanna* } [n] .i. Liguſtro. Cap. 50.

Alcanna quid eſt? *Natura.* Frigida eſt in primo, ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* In ipſa eſt reſolutio, & ſtypticitas, & exiccatio ſine nocumento: & eſt reſolutiua, & carminatiua, & aperitiua orificiorum venarum. Et eius oleum habet virtutem calefactiuam & lenitiuam. *Apoſtemata & bothor.* Eius decoctio confert [n] apoſtematibus calidis, & phlegmaticis propter ſuã exiccationem, & apoſtematibus inguinum. *Vulnera & vlcera.* Eius decoctio cõfert aduſtioni [n] ignis embrocata: & [o] dicitur, q efficit in vulneribus operationem ſanguinis draconis: & ſuper fracturã oſſium ſola cum cerato. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eius flos cõfert doloribus neruorum, & ingreditur

ditur emplaſtris paralyſis,& tetani:& ipſius oleum reſoluit laſſitudinem,& [a] lenit neruos,& conſert fracturę oſſium. *Membra capitis.* Linitur cum aceto [a] ſupra frontem ad ſoda: & ſimiliter etiam confert [a] vlceribus oris. *Membra anhelitus & pectoris.* Conueniens eſt pleureſi, & ingreditur in emplaſtris ſquinantiæ. *Membra expulſionis.* Conueniens eſt doloribus matricis. E

A Dioſc. B Dioſ.lib. † Hamam. B† candid.

[b] De †{*Amomo.*} Cap. 51.

Amomum quid eſt? Eſt arbor ſicut botrus ligni inuolutus,ſeu connexus:& habet florem ſimilem [b] †{folio indo} in colore:& eius folia ſunt ſicut folia vitis albæ: quorũ color eſt [b] ſicut aurum: & color ligni eius eſt ſicut hyacinthi,[b] boni odoris:& eſt eius ſpecies viridis & groſſa naſcens in locis humidis:& eius odor eſt ſicut odor rutæ. Et eſt ſpecies ægyptiaca,quæ non eſt longa,neq; lata, neq; debilis,neq; grauis ad frangendum,immo botralis,ſeu racemo vuæ ſimilis, & eius odor exuberat ſuper tranſitum viæ. *Electio.* Melius eſt primum,aureum,recens,armenum,amarum,boni odoris:& ſm ꝙ habet viride lignum eſt malum,debilis odoris,naſcens in locis humefactiuis:& illo melius eſt tertium illud,quod eſt recens,declinans ad albedinem & rubedinẽ,& ſpiſſum,planum, extenſum abſq; tortuoſitate,ſolidum,mordicatiuum,acutum:puluerizabile vero alienetur,& eligatur illud,cuius virgulta ſunt ex radice vna,nec ſit adulteratum.Inquit [c] Dioſco. ex eo eſt melius album,aut ad rubedinem declinãs,plenum ſemine,ſicut botrus:grauis odoris,abſq; fœtore, vnius coloris non diuerſum,mordicans linguam,in quo non eſt putredo,quæ dicitur techeregi, ſeu altecheregi. *Natura.* Calidum eſt & ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Subtiliat & maturat,& in ipſo eſt ſtypticitas: & virtus, quæ eſt [d] ſicut virtus acori:immo eſt vehementioris digeſtionis & maturationis: ſed acorus eſt vehementius exiccatiuus ꝙ ipſum. *Apoſtemata & bothor.* [e] Maturat apoſtemata calida. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eius decoctio bibitur [e] ad podagram, & ſedetur in ea etiam ad illud. *Membra capitis.* Grauat caput, & facit ſoda, & [e] facit ſomnũ. [e] Et quidam dixerunt,ꝙ quando ex eo linitur frons,remouet ſoda:[f] & eſt ex inebriãtibus, dormire facientibus. *Membra oculi.* Fit embroca ex decoctione eius [f] ophthalmiæ calidæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert pleureſi frigidæ. *Membra nutrimenti.* Aperit oppilationes hepatis, & bibit̃ [e] eius decoctio ad ægritudines hepatis,& eſt pluris digeſtionis ꝙ acorus *Membra expulſionis.* Facit eis prouocationẽ:& cõfert doloribus matricis, & [e] intrat in peſſarijs matricis, & ſedetur in decoctione eius ad dolorem [e] renum,& bibitur ex eo ad dolores matricis omnes. *Venena.* [e] Emplaſtrum factum ex eo cum{bedarungi} valet puncturæ ſcorpionis. F

C Lib.1.c.14. D G.lib.6. fo.41.h E Dioſ.li. F Serap.c.

De †{*Aſſa*} [g].i.Laſere. Cap. 52.

Aſſa quid eſt? Duarum eſt ſpecierum: quarũ vna eſt fœtida:& alia eſt odorifera : non fortem habens odorem:ſed calidior eſt fœtida: & eſt vehementior duarum ſpecierum, & eſt ignea. Et plurimum quidem huius ſpeciei eſt chiruani.i. ex regione chiruam, & eſt gummi almharut. *Natura.*[h] Eſt calida in principio quarti, ſicca in ſecũdo, *Operationes & proprietates.* Frangit ventoſitates:& effugat eas propter ſuam reſolutionem:& eſt cum hoc [g] inflatiua, & incidit,& reſoluit[h] †{ſanguinem}congelatum in ventre: *Decoratio.* [g] Confert alopeciæ illinita cum aceto & pipere & vino.Et qñ adminiſtratur[g] in cibarijs,facit bonum colorem,& [g] abſcindit verucas,quæ ſunt vt claui. *Apoſtemata & bothor.* Cũ ſcarificantur apoſtemata fraudulenta mortificantia membrum,& ponitur aſſa ſuper ea, confert:& eſt bona in cura [g] dubellet apparentium & occultarum. *Vulnera & vlcera.*[h] Confert impetigini. *Inſtrumenta iuncturarum* †{Quando bibitur cum aqua granatorum} confert [g] contentioni lacertorum,& confert doloribus.i.paſſionibus neruorum ſicut [g] tetano,& paralyſi:ſi accipiatur ex ea obolus, & miſceatur cũ cera ſm ꝙ dicitur,& deglutiatur:aut ſi bibatur cũ vino, & pipere, & ruta. *Membra capitis.* [g] Implentur ex ea dentes molares corroſi, & permiſcetur cum thure.[i] †{ }& ponitur ſuper dentem, †{& efficit operationem peoniæ in epilepſia.}Et cum ex ea fit gargariſmus eradicat [g] ſanguiſugã gutturi annexam. *Membra oculi.* [g] Eſt bona initio aquæ alcohol facto ex ea cum melle. *Mẽbra anhelitus & pectoris.* [g] Cum diſſoluitur in aqua,& fit ex ea gargariſmus & ſorbetur, clarificat vocem ſtatim.Et [g] confert aſperitati gutturis antiquæ,& ſi ſorbeatur cũ ouis [g] confert tuſſi antiquæ,&[g] pleureſi frigidæ,& efficit operationem [k] pæoniæ in apoſtematibus etc. *Membra nutrimenti.* Si [g] adminiſtratur cum ficubus ſiccis confert ictteritiæ.& ipſa quidem eſt ex eis,quæ nocent [l] ſtomacho et hepati

Dioſ. Li.3.ca.76. De Laſere.

Laſer è rad:ce atq; caule laſerpitij ſcarificatis colligitur pręfert̃ aũt rufum,tranſlucens,myrrhæ ęmulũ,non porraceũ,odore valens, ſuaui guſtu.quod dilutum facile albeſcit. Efficaciſſimum Laſer,mox ſolia,poſtremò caulis Acrem vim habet inflationes facit. Decoratio Cyrenaicum ſi quis deguſtarit,humorẽ toto corpore ciet, blandiſſimo odore, adeò vt ne os quidem guſtanti niſi paululum ſpiret, perunctas cum aceto pipere,& vino alopecias ſanat,veſcentes lætiore colore mangonizat clauos calloſque prius circũraſos vellit. Apoſtemata & bothor. gangręnis præcoercitis immittitur,& cum ruta,nitro,& melle, vel p ſe carbunculis.Vulnera & vlcera cerato aut aridorum ficuum carne pręmollitum recentes lichenas ex aceto ſanat. Inſtrumenta iuncturarum horrores diſcutit cum vino,pipere,& thure potũ, Neruorum contractionibus,opiſtotoniciſque datur oboli pondere deuorandum,cum lixiuio autem potui datum,repente conuulſis ruptiſque prodeſt.Membra capitis. Cauernis dentium in dolore inditur,aut cum thure in linteo circũligata ,aut cum hyſſopo, ficis,coctis impoſitos colluitur.comitialibus ex aceto mulſo profuit. hęrentes gule hirudines gargarizatum cum aceto decutit. Et excreſcentia in carne, polypoſque ſi aliquot diebus cum atramento ſutorio,aut ęrugine illinatur.extuberantia cum forcipe extrahit.Membra oculi.Oculorum aciem exacuit. Incipientes ſuffuſiones illitum cum melle diſſipat. Membra anhelitus & pectoris.Veteribus faucium ſcabritijs opitulatur:grauem ſubitoque irraueſcentem vocem dilutum aqua, ſorbitione confeſtim expedit,vuam illitum cũ melle reprimit.Anginis ex aqua mulſa vtiliſſime gargarizatur , tuſſi cõmode cum ſorbili ouo datur,& pleuritias in ſorbitionibus,ad hoc intus coagulatum bibitur. Mẽbra nutrimẽti. In fellis ſuffuſione & aqua inter cutẽ cum aridis ficis in ſorbitionibus datur. Membra expulſionis. Mẽſes ciet cum pipere,myrrha potũ.cardiacos adiuuat,in acino vuæ ſumptum. Venena ijs prodeſt quos beſtia in rabiem efferata momorderit vulneribus immiſſum.valet aduerſus venena telorum & animalia omnia quæ virus eiaculantur potũ aut illitum.Scorpionum plagis oleo dilutum circunlinitur.

† Halit. G Dio.lib. Repetit.c. 474. G H Raſ.vlt. t.1.c.50. † lac H † I † in linteo † k G.lib.6. fo.45.h.Succus Cyrenaicus ... lã phlegmon ... ctã iuuat, ... nia morbum ... tialem ſanat. L Sera.c.



A Dioſ.li.3.c.76. Repetit.ca.9.&c. 474. B Li.8.ſimp.fo.60 f.&Pau.lib.7.398.

A hepati. *Membra expulſionis.* Confert [a] hęmorrhoidibus,& in coitu fortitudinem præbet:& [a] prouocat menſtrua,& vrinam:& cõfert dolori ventris pungitiuo,& vlceribus inteſtinorum. Et [b] Gal. quidem exiſtimauit in ipſa eſſe virtute ſolutiuam parũper cum ſtypticitate ſua:ſed ſcitum eſt apud oẽs,ꝙ ipſa cõfert ſolutioni antiquę frigidæ. *Febres.* Eſt bona valde febri quartanę. *Venena.* [a] Ponitur ſuper morſuram canis rabioſi,& vermium venenoſorum:& proprie [a] ſcorpionis, & rutelæ: & confert oĩbus illis bibita,& linita cum oleo:& [a] expellit nocumentum ſagittæ venenoſæ,

† Hamad. C Di.lib.2.c.107. D Ga.2.aliment. c.47.c.

De†{*Acetoſa*}[c].i.Lapatho ſiue Rumice. Cap. 53.

Acetoſa quid eſt? Alia eſt domeſtica,& alia eſt ſylueſtris. Et ſylueſtris quidem [d] dicitur ſicla ſylueſtris:& non eſt in ſylueſtri etiam ſicut dicunt acetoſitas : immo forſitan eſt in quadam ex ea acetoſitas:& ſylueſtris eſt fortior in omni re[a] *Natura* Eſt frigida ſicca in ſecundo.Et eius ſemen frigidum eſt in primo,ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* In ipſa eſt ſtypticitas : & in inſipida ex ea eſt reſolutio parua:& acetoſum eſt magis ſtypticum,& illa quę non eſt vehementis acetoſitatis plus nutrit:& hæc quidem eſt ſimilis endiuiæ: & omnis ſuperat choleram:& eius humor eſt laudabilis. *Decoratio.* Radix eius cũ aceto confert ſcabiei [c] vlceroſæ, α &[c] excoriationi vnguis: †{& qñ coquitur cum vino confert emplaſtrum eius albaras, & impetigini.} *Apoſtemata & bothor.* Ex [c] ea fit emplaſtrum ſcrofulis,ita ꝙ dicitur,ꝙ [c] ſi eius radix ſuſpendat̃ in collo habẽtis ſcrofulas,iuuetur ea. *Vulnera & vlcera.* Eius [c] radix cum aceto conferat α ſcabiei vlceroſæ & impetigini.Et eius decoctio cum aqua calida [c] prurituí,& ſimiliter ipſam in balneo eſt vltima. *Membra capitis.* Colluitur os cum ſucco eius ad dẽtem [c] doloroſum:& ſimiliter cum decoctione eius in vino : & [c] confert [c] {apoſtematibus} qui ſunt in auribus.[f]{ }*Membra nutrimenti.* Confert [c] icteritiæ†{nigra}cum vino,& [c] ſedat nauſeam:&[q] comeditur propter deſideriũ luti. [g]{ } *Membra expulſionis* Ipſa & ſemen eius ſtringunt & proprie eius,quæ ex ea magna eſt: [i] & dicitur quidem,ꝙ in eius folijs eſt lenitas quædam : & in ſemine ipſius eſt conſtrictio. Et dixerunt quidam,ꝙ in ſemine acetoſæ non frixo,vel non torrefacto eſt lubricitas & lenificatio, & radix eius trita confert [c] fluxui matricis:& frangit,lapidem in[h] †{renibus}quando bibitur in vino : & viſcoſitas,quę eſt in ipſa confert [k] raſuræ inteſtinorum, quæ accidit ex ſiccitate fęcis: ipſa enim cum iuuamento, quod confert raſuræ,lubrificat. *Venena.* Confert puncturæ [c] ſcorpionis,& propriæ ſylueſtris,& ſi adminiſtretur ſemen eius ante puncturam ſcorpionis,non nocebit eius punctura.

Infra α † antea locus aceto & nitro & in ſole perfricandus eſt. Supra α E Doloribus. F Et earum pa rotidibus. G Lienem cum aceto extenuat. H Ga.2.aliment. ca.48.d. I Raſ.ult.con.t.1. c.17. † I † veſica. K G.7.ſimp.f.54.h † Homar. L Dio 2.c.37. L† vngulæ M† vngulæ. N Raſ vlt.con.t.1. c.86. O Dioſ.li.2.c.39. P Dioſ.li 2.c.73. Q Raſ.vlt. con. t. 1.c.86. † Chereſes,vel chares. R Dio.lib.3.c.62. & 63.

B

De †{*Aſino*}[k].i.vngula aſini. Cap. 54.

Aſinus. *Decoratio.* Cinis. [l] †{carnis}aſini & hepatis eius cum oleo valet ſuperpoſitus fiſſuris frigoris. *Apoſtemata & bothor.* [m] †{Cinis hepatis}aſini cum oleo valent ſuper ſcrofulas. *Vulnera & vlcera.* Sanat lepram. *Inſtrumenta iuncturarum.*[m] Patientes aleuzezi ex ſiccitate ſedeant in iu-
C recanis,& fit iuuamentum:& etiam caro eius eſt iuuatiua. *Membra capitis.* [n] Hepar eius aſſatum, & à ieiuno comeſtum confert epilepſiæ:& ſimiliter eius[k] vngula aduſta : & ſit eius potio omni die duo cochlearia. *Membra expulſionis.* [o] Dicitur,ꝙ qius vrina confert dolori renum:&[p] vrina ſylueſtris frangit lapidem in veſica ſecundum ꝙ dicit Galenus.

De †{*Apio*}[q].i.Smyrnio. 55.

Apium. Aliud eſt montanũ, & aliud ſylueſtre,& aliud domeſticum:& aliud eſt,quod oritur in aqua & in loco aquæ ꝓpinquo. Et illud, quod oritur in ipſa aqua eſt maius domeſtico, cuius virtus eſt, ſicut virtus domeſtici, & eius ſpecies eſt alia,quæ nominatur ſumurion,& eſt maius domeſtico habens crus concauum,ad albedinem decliue.& diuerſificantur etiam in regionibus. Eius.n.aliud eſt romanum , & aliud eſt aliud:& neq; eſt omne montanum petroſelinum:immo eſt illud,quod petroſum. *Electio.*
D Fortius eſt romanum montanum. *Natura.* Eſt calidum in primo, & ſiccum in ſecundo. Rufus vero dixit,ꝙ domeſticum eſt humidum. verũtamen radix eius eſt ſicca cum conuenientia. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiuum inflationis,aperitiuum oppilationis,faciens [u] ſudare,ſedatiuum dolorum:& ſylueſtre eſt impediens vlcerationum:& quod ex eo nutritum eſt, eſt magis conueniens calefactis. *Decoratio.* Sylueſtre confert habenti alopeciam, & [r] fiſſuris vnguis, & [r] verucis, & [r] fiſſuris frigori:& domeſticum oris odorem [s] efficit bonum valde. *Apoſtemata & bothor.* Reſoluit [r] phlegmatica in principio,& dura,& calida proprie quod nominatur [x] †{ſumurion.}*Vulnera & vlcera.* [r] Sylueſtre vlcerat quando ex eo fit emplaſtrum:& ſimiliter confert [r] ſcabiei, & impetigini, & vulneribus [q] vſq; ad ſigillationem, & proprie ſumurion.

D.li.3 c.62. De Apio.

Apium hortenſe inflãmationib.oculorum cum pane aut polenta illinit̃. Aeſtuantẽ ſtomachũ mulcet.mãmarũ duritiem ex lacte concreto contractam reprimit. Vrinam ciet, ſiue crudũ ſiue coctum edatur. Decoctum eius radiciſq; poto, venenorum noxę reſiſtit,quum vomitiones excitet,aluũ cohibet,ſemẽ vehementius vrinam pellit.contra ſerpentium venena,aut epotam argenti ſpumã auxiliatur.Inflationes diſcutit,admiſcet̃ medicamentis quæ dolorum leuamenta prẹſtant,Theriacis quoq; ac tuſsis remedijs Eleoſelinum ſatiuo grandius in humidis naſcit̃ & ad eadem efficax. Orcoſdinum naſcitur in petroſis & montibus.vrinam ciet,ſemine ac radice in vino potis.mẽſes trahit. antidotis necnon medicamentis vrinam cientibus, & excalfactorijs,inſeritur. Petroſelinum in macedonia peruenit vrinam cit, ac menſtrua , cõtra ſtõi & coli inflationes & tormina prodeſt.laterum,renũ,& veſicę doloribus in potu ſubuenit,admiſcetur antidotis vrinam cientibus . Hippoſelinum. In vmbroſis & paluſtrib⁹ annaſcitur. Radix cruda coctaue eſtur folia cum caulibus decocta mandunt̃ & ꝑ ſe, aut cum piſcibus præparantur, crudamq; muria condiunt̃. Vim hanc habet,vt poto ſemine ex mulſo vino menſes cieat algentes calfacit potu aut illitu,vrinę ſtillicidio auxiliat̃ radix eoſdẽ prẹſtat effectus.

Smyrnion quod in cilicia petroſelinũ vocarit,paſsim in amano monte gignit̃.Vis radicis herbę, & ſeminis eſt calfacere foliis muria maceratis ad obſonia vtunt̃,aluum ſiſtũt.Radicem cõtra ſerpentiũ ictus bibere cõuenit. tuſſes & orthopneas mitigat,vrinę difficultati medetur.recentes tumores collectiones, duritiasq; diſcutit.illita vulnera ad cicatricem ꝑducit part⁹ abortu vitiat ſi ferueſacta ſubijciat̃. ſemẽ lienis,renũ , & veſicę vitijs prodeſt menſes & ſecũdas pellit , cõmode dat̃ iſchiadicis in vino,inflationes ſtomachi lenit, ſudores ciet , & ructus. pecu liari-ter datur hydropicis in potu,& contra febrium circuitus.

S Raſ.vlt. cõti. t. 1.c.69. T Sera.c.180. & Raſ.ult.cõ.t.1.c.69 V Dio.& Ra.i.i. X† ſmyrnium.

Inſtru-

*Inſtrumenta iuncturarum.* Sumurion conuenientes ſunt omnes partes eius [a] ſciaticæ. *Membra capitis.* Eſt [b] malum epilepſiæ, excitans epilepſiam epilepticorum. Et [c] dicitur, ꝙ ſi ſuſpenditur radix eius collo confert dolori dentis: verũtamen frangit ipſum. *Membra oculi.* Apium domeſticum ingreditur in emplaſtris dolorum oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Cõfert [d] tuſſi, & proprie ſumurion, & [a] aſtmati, & ſtricturę anhelitus, & difficultati eius. Et apium quidem eſt ex [a] emplaſtris apoſtematum mamillæ calidorum. *Membra nutrimenti.* Confert hepati, & ſpleni, mouet [a] eructuationem, propter reſolutionem ſuam: & non eſt velocis digeſtionis & deſcenſionis: & in ſemine quidem apij eſt aliquid, quod facit nauſeam, & vomitum, niſi aſſetur. [e] Quidam autẽ dixerunt, ꝙ oẽs ſpecies eius cõferunt ſtomacho. Et Rufus dixit non: immo qñq; trahit ad ipſum humiditates malas acutas: & crudum de eo in ſtomacho prolongatur, & facit nauſeam: verũtamen romanum ſtomacho melius eſt. Et [f] Gal. quidem dixit, ꝙ ipſum eſt ex eis, quæ conueniens eſt comedere cum lactuca. Ipſum. n. temperat frigiditatem lactucæ: & conueniens eſt vt eius acceptio ſit poſt cibum: & [a] ſemen eius confert hydropiſi, & mundificat hepar, & calefacit ipſum. *Membra expulſionis.* Prouocat [a] vrinam & menſtrua, & eſt [a] malum prægnantibus, & purgat renes, & veſicam, & matricẽ: & omnes ſpecies eius, & partes ipſius conferunt: & ſemen eius & folia non ſoluunt: ſed in radice eius eſt ſolutio: & montanum frangit lapidem: & apium quidem [a] confert difficultati vrinæ: & extrahit [a] ſecundinã proprie ſumurion, & replet humiditate acuta matricem, cum comeſtio eius aſſiduatur. [g] Quidam autem dixerunt apium excitat coitum ita, donec dixerunt oportet vt ablactans prohibeatur ab acceptione eius, vt non corrumpatur lac eius, propter excitationem deſiderij coitus. Et [g] †{romanum} quidem eſt bonum [a] colon, & [a] veſicæ, & [a] renibus. *Venena.* [h] †{Eius decoctione cum lentibus fit vomitus poſt potum veneni:} & ſumurion eſt ex magis conueniens. Et cum ſcorpio pungit comedentem ipſum, fortior fit res propter id.

*De* †{ *Azulo*}. i. [i] lapide armenio. *Cap.* 56.

Azul quid eſt? Virtus eius eſt ſicut virtus eius quo adhæret aurum: & debilior eo parumper. *Natura.* Eſt calidum in ſecundo, ſiccum in tertio. *Operationes & proprietates.* [k] Ineſt ei virtus eradicatiua, putrefactiua: & abſterſio eius cum acuitate, & ſtypticitate pauca: & in ipſo eſt aduſtio, & vlceratio. *Decoratio.* Deijcit [k] verucas. *Membra oculi.* [l] Bonos efficit pilos palpebrarum, & multiplicat eos: & eſt vltimum ſicut dicitur in illo propter proprietatẽ, quæ eſt in ipſo. [m] Et dicitur præterea ꝙ ipſum euacuat humores malos prohibentes oriri pilos bene. *Membra anhelitus & pectoris.* [n] Confert aſtmati. *Membra expulſionis.* Prouocat menſtrua ſufficiẽter bibitum, & in matricẽ ſuppoſitum: [o] & ſolutione educit melancholiam: & quicquid ſanguini eſt cõmiſtum in quo eſt groſſitudo: & confert [o] dolori renum: & [n] eius potio eſt vſque ad quatuor chermet: & vſque ad drach. i. permiſtum medicinis.

[p] *De* †{ *Amygdalis.*} *Cap.* 57.

Amygdalæ quid ſunt? Notæ ſunt. Eorum [q] vnctuoſitas minor eſt vnctuoſitate nucis: cum tamen in eis ſit vnctuoſitas plurima, cuius cauſa rancidantur. Nux vero velocioris eſt digeſtionis ꝗ ipſæ, & velocioris conuerſionis ad choleram. Et gumma quidẽ eius, quæ dulcis eſt, ſm ꝙ quidam exiſtimant eſt proxima diſpoſitionibus gũmi arabici. *Natura.* Quæ dulcis eſt, æqualis eſt ad humiditatem parum declinans. Et [p] amara eſt ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* [p] Gummi amygdalæ amaræ conſtringit, & calefacit: & in omnibus ſpeciebus amygdalæ eſt mundificatio, & abſterſio, & apertio: ſed dulcis eſt plurimum debilior, ꝗ amara in apertione ſua: qm̃ eſt ſubtiliatiua, abſterſiua. & eſt per accidens inflatiua: & dicitur, ꝙ in ipſa omnino non eſt ſtypticitas: & eius nutrimentũ eſt paruũ & proprietates amaræ eſt, ꝙ ipſa [p] interficit vulpem: qñ comeditur cũ quadã eſca. Et amara eſt medicina abſq; nutrimẽto. Dulcis vero bonũ præbet nutrimentũ, licet paruum. Et oleum quidem amygdalarum leuius eſt corpore ipſius. *Decoratio.* [s] Amara confert poſita ſuper pannum, & lentigines, & cicatrices, & percuſſiones, & applanat contractionem faciei. Et cũ radix amaræ, coquitur, & linitur ſuper pãnum, eſt medicina fortis. Et [s] comedere amygdalas dulces impinguat. *Apoſtemata & bothor.* [t] Amara cum vino eſt bona ad eſſere. *Vulnera & vlcera.* Liniunt cum melle ſuper [t] ambulatiua, & formicam: & cum aceto & vino ſuper impetiginẽ. Et amara eſt magis vltima in omnibus illis. *Membra capitis.* [u] Sunt bonæ valde dolori auris, & ſonitui in ea: & proprie oleum amaræ: & contrita cum ſua diſpoſitione: & cum caput abluitur cum eis & cum vino, purgat humiditatem & furfures: & [s] faciunt ſomnum. Et cum amygdalæ amaræ bibuntur ante [s] vinum prohibent ebrietatem: & propriæ [x] †{. l. numero.} Et radix arboris amygdalarum amararum quando optime teritur, & [s] permiſcetur cum aceto & oleo roſa. & fit inde emplaſtrum fronti, confert ſoda: & ſimiliter oleum amygdalarum amararum confert ei. *Membra oculi.* Confortat viſum. *Membra anhelitus & pectoris.* Amygdalæ amaræ [s] cum amylo tritici ſunt bonæ ſputo ſanguinis, & cõferunt [s] tuſſi antiquæ, et aſthmati, & pleureſi: & proprie oleum amygdalarum dulciũ. & ſauich de amygdalis confert tuſſi, & ſputo ſanguinis. *Membra nutrimenti.* Aperiunt [y] oppilationes hepatis, & ſplenis, & proprie amaræ. ipſæ [y] nanq; aperiunt oppilationes accidentes in extremitatibus venarum: & cum [s] comeduntur recentes cum corticibus mundificãt humectationẽ ſtomachi: & ſunt difficilis digeſtionis & boni humoris: & pauci nutrimenti. Et quando comeduntur cum zuccaro deſcendunt velociter, & earum ſauich eſt graue commouens cholerã ſua dulcedine. *Membra expulſionis.* Quæ amaræ ſunt, aperiunt oppilationes renum, & oleũ amararum mundificat

A Dio. lib. ... B Li. 3. F. ... & Raſ. vlt. con. ... 69. & 1. cont. ... 214. 4. & Ser. ...
C Raſ. vlt. co. ... 1. c. 69. D Dioſ. c. ... E Serap. c. ... Ra. vl. cõt. ...
F Li. 2. alim. ... apio. c. ...
A * ſmyrni... A * ſmyrn...
G Ser. c. ... vlt. cont. ... G † Petroſ... H † Decoct... radiciſq; ... nenorum ... ſiſtit, cũ ... nes excitet ... † Lazuardi ... ziuardi. i. la... zuli.
I Dioſc. li. ... K Serap. c. ... L Dio. c. ... menio. M Raſ. vlt. ... c. 404. N G. de dy... & Ser. c. 379. O Sera. c. ... P Dioſ. li. ... † Lauzi. Q G. li. 2. alim. c. 29. b
R Serap. ...
S Dioſ. li. ... T Dioſ. & Raſ. cont. t. 1. c. ...
V G. 3. de ... phar. ſecũd... 141. b. & Raſ. ...
X † quinis ... nis ve.
Y G. 6. ſimpl. ...



A Dio. li. 1. c. 139. B Dioſ. & Raſis. C Raſ. vlt. cont. t. 1. c. 45.

A cat [a] renes & veſicam: & frangit [b] lapidem, & proprie cum ireos bibitum. Et quandoq; confert facto emplaſtro cum eo & oleo roſ. Et [c] confert doloribus matricis, & [c] apoſtematibus eius calidis, & [c] duriciebus eius, & [c] præfocationi ipſius, & [a] difficultati vrinæ, & dolori [a] renum, & ſupponit, & [a] prouocat menſtrua. Et dulces conferunt [a] colicæ propter ſuam abſterſionem: & [c] amaræ ſunt magis iuuatiuæ: & [c] earũ oleũ eſt leuius corpore earum. *Venena.* [c] Conferũt morſui canis rabioſi.

[d] *De* †{ *Aqua.*} *Cap.* 58

D Dio. lib. 5. c. 9. † Ma. E F. 2. doc. 2. ſum. 1. c. 16.

Aqua. *Electio.* Aquas bonas & laudabiles iam dixi in primo libro. [e] Illic igitur ſciantur. Malæ autem aquæ ſunt ſtantes: & quæ ſunt in lacunis: & ſuper quas dominatur ſapor extraneus, & odor extraneus, & conturbatæ, ſpiſſæ, grauis ponderis: & quæ cito in lapidem conuertuntur: & ſuper quas natat velamen malum, ſeu res mala in modum panniculi tegẽtis ipſas. Et in quarum ſupremo congelatur res extranea mala. Et ſcias, ꝙ nitroſitatis nocumento in aquis ſuccurritur cum lacte, & vino groſſo, & amylo. Et aluminoſarum aquarum nocumento ſuccurritur cum vino ſubtili odorifero, & cum [f] †{algobera} cruda, & cum citrulis crudis, & oleribus ſubtiliantibus, & cum prouocatiuis. Aquas vero groſſas conturbatas rectificant ſubtiliatiua ſicut allium, cępæ, porri: & bibere vinum poſt eas remouet malitiam earum, & proprie permiſtum eis. Et aqua quidem aſpera non eſt niſi aut groſſa, aut acuta abſterſiua: & dicitur quandoq; aqua aſpera illa, quæ vehemẽter mundificat illum, qui ea abluitur. amaram autem rectificant dulcia: & aquam ſalſam rectificãt xylocaracte ſcemi & grana myrti, & poma, quæ dicuntur zaror, & lutum calidum & ſauic: & aquas malas vniuerſaliter rectificat acetum. *Natura.* [d] Aqua maris eſt acris calida: aqua nitroſa eſt calefactiua, exiccatiua: aqua ænea & ferrea conferunt viſceribus. *Operationes & proprietates.* Aqua frigida, nocet habentibus oppilationes: verum ipſa cõfert habentibus raritatem: & curſum quicũq; curſus fuerit: & ex quocunq; membro fuerit: & eis, qui habent ægritudines cauſa eius: & confortat omnes virtutes in operationibus ſuis: quando fuerit cum æqualitate. ſ. digeſtiuam, attractiuam, retentiuam, & expulſiuam. *Decoratio.* [d] Aqua marina confert fixuris accidentibus [d] ex frigore anteq; vlcerentur. & necat [d] pediculos, & [d] reſoluit ſanguinem congelatum ſub cute. Et aquæ ſulfureæ ſunt bonæ morpheę & baras *Apoſtemata & bothor.* Aquæ ſulfureæ conferunt apoſtematibus iuncturarum, & duricijs, & verucis pendentibus, *Vulnera & vlcera.* Aqua dulcis ad bibendum eſt mala vlceribus: propterea, ꝙ humectat: & eſt diuerſa ei, quod cõuenit regimini vlcerũ. [d] Aquæ marinæ vſus confert [g] prurituі, & ſcabiei, & impetigini: & aquæ ſulfureæ etiam ſunt bonæ impetigini, & [g] ſcabiei, ſi ex eis fiat balneatio: & ſimiliter ſahafati. *Inſtrumenta iuncturarum.* [d] Aqua marina & ſimiles, conferunt ægritudinibus neruorum: & proprie quando balneatio fit cum eis ſicut tremor, & paralyſis, & ſtupor, & ſimiles, & aquę ſulfureę etiam ſimiliter, & cõferunt omnibus doloribus iuncturarum & neruorum frigidis. *Membra capitis.* Epileptici iuuantur [h] ab aqua tepida, & læduntur ab aqua calida. [d] Vapor autem marinæ, confert ſodæ frigidæ. Et aqua ærea confert ori & auri. *Membra oculi.* Aqua aſphalti eſt mala oculo. *Membra anhelitus & pectoris.* Aqua frigida valde eſt mala pectori, quãuis aqua eſt nociua cannæ pulmonis, propter humectationem, quæ eſt in ipſa, cum ipſa indigeat exiccatione. Aqua tepida eſt bona apoſtematibus gutturis, & vueæ, & pectoris. Ex [d] aqua marina fit embroca apoſtematibus mamillæ. Aqua nitroſa qñq; cõfert pulmoni. [i] Aqua aluminoſa confert ſputo ſanguinis. Aqua ferri confert ſpleni & ſtomacho, & aqua ærea proxima eſt illi. *Membra nutrimenti.* {Aqua frigida valde, proprie nocet habentibus oppilationes} [d] Aqua marina & ſimiles malæ ſunt ſtomacho [d]. Vapor aquæ marinæ confert hydropiſi. Potus aquæ nitroſæ qñq; confert propter nitroſitatem ſtomacho humido. Aqua aluminoſa confert vomitui, & prohibet ipſum, & ſimiliter aquæ thermarum ſtypticæ, Aquæ ſulfureæ conferunt apoſtematibus ſplenis, & doloribus eius, & ſimiliter hepatis. *Membra expulſionis.* Ex [d] aqua marina fit clyſtere ad dolorẽ pungitiuũ ventris, & qñq; bibitur & ſoluit: deinde poſt ipſam bibit [d] ius gallinæ, & ſedatur mordicatio eius. Aqua aluminoſa prohibet abortum, & [k] fluxũ ſanguinis menſtrui. Aquæ ſulfureę conferunt doloribus matricis. Aqua frigida valde mala eſt coitui, & ſtringit ventrem, & ſedat motum ſpermatis, & eius curſum. Aqua ſalſa ſoluit: deinde ſtringit exiccatione ſua. Et omnes aquæ minerales faciunt vrinæ difficultatem, & parturiendi, & menſtruorum: & plurimum earum ſoluit & exiccat. Et quædam earum ſicut aluminoſa, ſtringit. Et quandoq; faciũt euenire colicam etiam. [l] Aquæ vero ferreæ, & æreæ ſunt bonæ renibus, & colicæ. Et [m] aquæ turbatæ faciunt euenire lapidem in renibus, & veſica. Et aqua quidem in qua extinguitur ferrum, confert ſputo ſanguinis. *Febres.* Aquæ ſulfureæ, & lutoſæ, & ſtantes, & mortuæ faciunt accidere febres: & groſſæ faciunt euenire quartanas. *Venena.* Ad [n] morſum viperæ ſedetur in aqua marina & iuuatur ab ea: & ſimiliter fit in reliquis vermibus pernicioſis.

F † meſpilo.
G Raſ. vlt. cont. c. 707. 4.
H Oppo. li. 1. F. 2. do. 2. ſum. 2. c. 16. & Raſ. vlt. conti. t. 1. c. 706. 1.
I Li. 1. F. 2. doct. 2. ſum. 1. c. 16. & R. vlti. con. t. 1. c. 705. 2.
k Li. 1. F 2. doc. 2. ſum 1. c. 16. & Raſis ibidem, 5. 2.
L Raſ. ibi. 5. 3
M Li. 1. F. 2. doc. 2. ſum. 1. c. 16.
N Dioſ. lib. 5. c. 9.
D Dio. lib. 2. c. 93. † Neſaſtegi, & neſa.

[o] *De* †{ *Amylo.*} *Cap.* 59.

Amylum. *Natura.* Frigidum eſt & ſiccum in primo. *Operationes & proprietates.* In ipſo ſunt glutinatio, fortificatio, & lenificatio. Et oportet quidẽ vt vna pars amyli coquatur cum triplo ſui de aqua. *Decoratio.* Cum croco ſuperpoſitum panno delet ipſum. *Vulnera & vlcera.* Cõſolidat [o] vlcera & ſanat ea. *Membra oculi.* [o] Prohibet curſum materierum ad oculum. *Membra anhelitus & pectoris.* Lenit pectus, & ſorbitio facta ex eo prohibet fluxum [o] †{ } à pectore. *Membra expulſionis.* Amylum ſolum, & cum lentibus ſtringit naturam, & prohibet fluxum cholerę.

O † ſanguinis.

De

De †{*Ameos.*}.i.[a]Ammi. *Cap.* 60. E

Ameos quid eſt? In ipſo eſt amaritudo pauca, & acuitas. *Electio.* Magis iuuatiuũ, quod eſt in ipſo, eſt ſemen eius. *Natura.* [b]Calidum eſt & ſiccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Aperit oppilationes. Et in ipſo eſt cum exiccatione lenificatio. *Decoratio.* [c]Eius potus & linimentũ cum eo factum [a]cõuertunt colorem ad citrinitatem, & [d]ponitur in medicinis, quæ ſunt ad morpheam & albaras: & conficitur cum melle: & ponitur ex eo emplaſtrum ſuper veſtigium nigredinis [a]ſanguinis vbi eſt. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert. [d]ſaniei pectoris. *Membra nutrimenti.* Cõfert madefactioni ſtomachi, & ſedat nauſeã, [d]ſtomachi, & ſubuerſionem animæ, & [d]eſt bònum hepati, & ſtomacho frigidis. *Membra expulſionis.* Datur ad bibendũ cum vino: & [a]prouocat & remouet [a]difficultatem vrinæ: & [d]extrahit lapidem. Et vniuerſaliter mundificat renes, & veſicam: & cõfert ventoſitatibus, & [a]dolori ventris pungitiuo: & ſuffumigatur [a]cum eo matrix cum gumma pini, & mundificat eam. *Febres.* [d]Confert febribus antiquis. *Venena.* [d]Decoctio ameos effunditur ſuper mordicationem ſcorpionis, & ſedat. Et bibitur ad puncturam vermium venenoſorum.

De †{*Artanita*}.i.[e]Cyclamino. *Cap.* 61.

Artanita quid eſt. Illud quod de eo adminiſtratũ eſt radix eius, & eſt buchormariem. Et nos quidem in ipſo locuti fuimus{ſecundum verba [f]Dioſc. ꝙ habet capita ſicut capita ciceris, & folia eius ſunt ſicut folia caulis: & eius radix eſt nigra ſimilis radici rapæ: ſed hæc ſpecies non eſt ſpecies, quæ F cognoſcitur in noſtro tempore. nam quæ nunc artanita cognoſcitur eſt ſpinæ ſpiſſæ breues, quæ habent radicem qua lana lauatur. Et proprietates quas narrauimus ſunt iſtæ.}Et videtur, ꝙ ſit error translatoris. *Operationes & proprietates.* Eſt inciſiuum reſolutiuum. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eſt bonum doloribus iuncturarum, & vtriuſq; anchæ. *Membra capitis.* Facit ſternutationẽ, [g]& vehementer aperit conſtrictionem narium, & oppilationem colatorij *Membra nutrimenti.* Confert ſingultui. *Membra expulſionis.* Eijcit [h]fœtum. *Venena.* Eius decoctio valet [i]puncturis venenoſis: & ſimiliter potio eius. *Permutatio.* Loco eius ponitur in abortu, & in iuuamento, quod efficit in venenis pondus æquale de ariſtolochia longa, & ſemine citri, & mentaſtro.

[k]De †{Ambra.} *Cap.* 62.

Ambra quid eſt? Ambra ſm ꝙ exiſtimo eſt manatio fontis in [k]mari. Illud vero, quod dicitur, ꝙ eſt de ſpuma maris, aut ſtercore aĩalis maris, longinquum eſt. *Electio.* Melior eſt [l]alſeleheti: deinde [m]†{alazarach,}poſt eã citrina, & deterior eſt nigra, & adulteratur cũ gypſo, & cera & laudano, & ex ambra bona eius ſpecies [k]nigra mala, quæ multoties aſſumitur [k]ex ventre piſcis, qui eam comedit & moritur. *Natura.* [k]Eſt calida & ſicca. Et videtur, ꝙ ſit caliditas eius in ſecundo, & ſiccitas ipſius in primo. *Operationes & proprietates.* Confert [n]decrepitus ſubtilitate ſuæ calefactionis. *Decoratio.* Ex almend eſt ſpecies, quæ ſi tangatur digitis denigrat eos, & eſt conueniens ad nigre- G faciendum radices pilorum, qui ſicut ſucceſſiue egrediuntur, ita tingãtur, *Membra capitis.* Confert [o]cerebro & [o]ſenſibus. *Membra anhelitus & pectoris.* [p]Confert cordi.

De *Aranea.* *Cap.* 62.

Aranea. *Operationes & proprietates.* Tela eius [q]abſcindit fluxum ſanguinis ſuperfluum, & ſimiliter quando ponitur ſuper vulnera & vlcera. [r]Quãdo ponitur ſuper tela eius ſuper vlcera prohibet ab eis fluxum ſanguinis, & ſimiliter ſuper vulnera. *Membra capitis.* Quando coquitur [s]aranea habens telam groſſam albam cum oleo roſato & diſtillatur in aurem, ſedat dolorẽ eius. *Febres.* Dixerunt quidã tela araneæ cum miſcetur quibuſdã emplaſtris, & [t]ponitur ſuper frontem & tempora ſanat febrem quartanam, & exiſtimauerunt quidã, ꝙ tela ſpeciei illius, [u]cuius tela eſt ſpiſſa alba quando alligatur in cute eius & ſuſpenditur ſuper collum aut adiutorium ſanat tertianam.

Dioſc.lib.2.c.55. De Araneo.

Araneus. Operationes & proprietates. q Tela eius impoſita ſanguinem ſiſtit is. ſ quem lupum vocant. Vulnera & vlcera. r Vulnera, quę ſummam cutem occuparũt, ab inflammationis iniuria vindicat. Membra capitis. Is, qui candidam, tenuem, denſamq; telam orditur, decoctus ex roſaceo & infuſus, aurium doloribus auxiliatur. Febres. r Araneus lupus nuncupatus ſubactus cũ ſplenio, & linteo illitus, prolatuſq; vtriſque temporibus aut fronti, tertianos circuitus perſanat. u Araneum vero candidã tenuem denſamq; telam ordientem in aluta ligatum, & lacerto appenſum quartanis circuitibus mederi narrant.

De [x]†{*Argento.*} *Cap.* 63 H

Argentum. *Natura.* Eſt [y]infrigidatiuum, [z]exiccatiuum. *Operationes & proprietates.* Scoria eius eſt [a]ſtyptica valde, & in ipſa eſt [a]attractio & exiccatio.[a] Et quando permiſcetur limatura eius medicinis alijs, confert humiditatibus viſcoſis. *Vulnera & vlcera.* Eſt [y]bonum valde ſcabiei, & prurituì. *Membra capitis.* Limatura eius confer [b]fœtori oris cũ permiſcetur permiſtionibus alijs *Membra anhelitus & pectoris.* Limatura eius cum commiſtionibus [c]confert tremori cordis.

[d]De †{*Aloe.*} *Cap.* 64.

Aloes quid eſt? Eſt ſuccus congelatus inter rubedinem, & citrinitatem exiſtens. Et eius aliud eſt ſuccutrinum, aliud arabicum, & aliud eſt ſemegenium. Et dixerunt quidam, ꝙ planta eius eſt ſicut planta enulæ, ſed non eſt ita. *Electio.* Illud, quod melius eſt, eſt ſuccutrinum: cuius aqua eſt ſicut aqua croci, & odor eius eſt ſicut odor myrrhæ, ſplendidus, frangibilis, mundus, à lapidibus, & arabicum eſt minus eo in citrinitate, & ponderoſitate, & in ſplendore. Et malum ex eo eſt illud, quod eſt durum. &{[•]alſemegeniũ} eſt fœtidi odoris parũ citrinitatis cui non ineſt ſplendor. Cũq; aloe antiquatur fit nigrior. *Natura.* Eſt calidum in [e]ſecundo ſiccum in ipſo: & dicitur, q; eſt calidum & ſiccum in tertio: ſed non eſt ita. *Operationes & proprietates.* Virtus eius eſt ſtyptica exiccatiua

† Nanach... nanache...
A Dioſ...
B Gal.lib... fo.42.d
C Oppo... li.3.F.13...
D Sera...
† Haitan... harranitha...
E Dioſ...
Repetit...
F Li.3.c...
topetalo.
Nota ... duo ſimp... hoc capit... dit cyclam... letopetal... tetur occ... accepiſſe... pretis erro...
G Dioſc... mino.
H D.decr...
I Di.de... talo, & d... mino.
K Ser.c...
† Hamb...
L regio...
M† color...
N Raſ.vlt... t.1.c.44.
O Serap.c... Raſis.
P Ser. & R...
X †Fada,
Y Ser.c.4...
Z G.cõme... de mor.vul...
A Dioſ.li...
B Raſ.vlt... t.1.c.74.&...
C Raſ.t.3... vlt.cõt.t.1...
D Dio.li...
† Sabar.
• nigrum
E G.6.ſi...

A Dio.lib.3.c.22.
B Raſ. vlt. cont.t. 1.c.37.
C Dioſ. & Galẽ.5. meth.c.15.e
D Raſ vlt. conti. t.1.c.37.
*Infra* α
*Infra* ♂
E Serap.c.201.
E † ex aceto.
*Supra* ♂
*Supra* α
F Raſ. vlt. cont.t. 1.c.37.
G G.7.met.c.11.c
G †tribus obolis ex aqua, aut drachmæ põdere i potu.
H† Dio. deuorata cum reſina, aut cũ aqua vel melle cocto ſumpta, aluum ſoluit. i Purgãtionis pfecte cã, trib[9] drachmis ſumit.
k alijs purgatorijs medicaminib[9] admiſta pręſtet vt mi nus ſtõm infeſtent
L G.6.ſim fo.42.e
M G.li.7.me.c.11.c
*Infra* ε
*Supra* ε
N Ga.Fimuſibis.
O Dio.li.1.c.97.
† Chaſab.
O† cinis cũ aceto.
Q †Bulbis ſuis.
R Dio.lib.3.c.25.
† Chaiſſum.
S G.6.ſim.f.40.c, cali.& ſic. in tertio
T Li.6.ſim.f.40.d.
†——
R.vl.cõ.t.1.c.7.
V G.li.6.ſimp.fo.
X
Y Dio. & tritũ cũ farina hordeacea decoctumq; tuber cula diſcutit.
Y †——
Z G.6.ſim.f 40 h
A Dio.lib.3.c.25.
B Ra.vlt.cont.t.1[•] c.7.
B† Membra[•]oculi & qñ decoquitˀ cũ cydoniis aut pane cõfert iflammatio nibus oculorum.
C Ser.c.307.
† Segiar marien.
D Dioſ.li.3.c.70.
E Cap.62.



A tiua corporis & [a]faciens ſomnum. Et indus [b]quidem plurimi eſt iuuamenti: eſt enim exiccatiuus ſine mordicatione: & in ipſo eſt ſtypticitas parua. Et de paucitate mordicationis eius eſt, ꝙ ipſe non mordicat vlcera recentia. *Decoratio.* Cum [a]melle ſuper veſtigia percuſſionis confert, & [c]conſolidat panaritium vlceratũ. Et [a]cum in vino ponitur ſuper capillos cadentes prohibet caſum eorũ, *Apoſtemata & bothor.* Confert apoſtematibus ani, & teſticulorum: & proprie [d]α apoſtematibus lacertorum, qui ſunt ab vtroq; latere linguæ cum eſt cum melle, aut cum vino. *Vulnera & vlcera.* Eſt [a]conueniens vlceribus difficilis cõſolidationis: & proprie in ano, & virga, & ♂ naſo, & ore, & fiſtulis. *Inſtrumenta iuncturarum.* [e]Confert doloribus iuncturarum. *Membra capitis.* Mundificat ſuperfluitates cholericas, quæ ſunt in capite: & [a]quando linitur ſuper frontem [e]†{ }cum oleo roſaceo, cõfert ſoda & ſanat eam †{& confert vlceribus naſi ♂ & oris:}& eſt ex medicinis cõferentibus contuſioni naſi & auris. †{α apoſtematibus lacertorum, qui ſunt in vtroq; lacertorũ linguæ linitus cum vino & melle.}Et in medicina antiqua aloe ſolutione educit [f]choleram nigram, & confert melancholiæ. Et aloe quidem perſicus acuit rationẽ, & acuit os ſtomachi. *Membra oculi.* [a]Confert vlceribus oculi & [a]ſcabiei eius & [a]apoſtematibus eius, & doloribus ipſius, & prurituì lachrymalis [a]anguli, & exiccat humiditatẽ eius. *Membra nutrimenti.* Mundificat ſupfluitates cholericas, & [g]phlegmaticas, quę ſunt in ſtomacho. Et quãdo bibuntur ex eo duo [a]cochlearia cũ aqua B frigida, aut tepida, facit redire appetitum ablatum & rectificat appetitum corruptum. Et eſt conueniens aduſtioni & inflammationi factis in vua ex caliditate choleræ in ſtomacho: & quando aſſumuntur de eo in mane, & ſero pillulæ permiſtæ cum rectificantibus ipſum, ſoluunt ventrem & non corrumpunt cibum. Et quandoq; confert doloribus ſtomachi in die vna. Et aperit oppilationes hepatis: ſed ipſæ lædit hepar: & [a]aufert icteritiam ſoluendo ipſam [g]†{ } *Membra expulſionis.* [h]†{Aureus.1.5. de eo cum aqua calida ſoluunt: & [i]tres aurei mundificant complete & temperate: duo aurei cum aqua mellis educunt phlegmata, & cholerã ſolutione.[k] Et cum ponitur in medicinis ſolutiuis, expellit nocumentum earum à ſtomacho.} Et [l]ipſe eſt conuenientior ſolutiuis alijs ſtomacho. Et [m]ille, qui eſt ablutus debilioris eſt ſolutionis: ſed eſt magis cõferens ſtomacho. Et permiſtio ipſius cum melle minuit virtutẽ eius adeo vt forſitan non ſoluat attrahendo: ſed extrahat, quod ei obuiat: cum [m]tamen virtus eius, quod purum eſt non penetret ad illa quę in corpore ſunt longinqua: imo non pertranſeat hepar. Et quando arabicus in potu ſumitur, conturbat, & facit dolorem ventris pungitiuum, & ſoluit, & remanet virtus eius in tunicis ſtomachi in die vno, & duobus diebus. ε Dare autem aloem in potu in diebus frigoris, eſt timoroſum. Qñq; enim educit ſanguinem ſolutione qualiſcunq; ſit aloe: & quicunq; aloe. Et [a]quandoq; ponitũ cum vino dulci ſuper hæmorrhoidas eminentes, & [a]fiſſuras in ano, & [a]abſcindit ſanguinẽ currentem C ex eis, & ſanat apoſtemata ani, & virgæ linitus cum vino & melle. *Venena.* ε Quando datur ad potandum in diebus frigoris timetur, ꝙ faciat ſolutione exire ſanguinẽ. *Permutatio.* [n]Loco eius ponitur tantundem de lycio.

[o]De †{*Arundine.*} *Cap.* 65.

Arundo. *Natura.* Eſt vehementis infrigidationis, & cinis eius eſt calidus. *Operationes & proprietates.* In radice eius eſt abſterſio pauca ſine acuitate: & in folijs ipſius etiam. *Decoratio.* [o]Corticis ipſiu- [o]†{& radix eius}confert alopeciæ: & cortices ipſius, & radix abſtergunt ſordes: & [o]radix eius cũ [o]†{& {cæpa ſylueſtri}extrahit carni infixa. *Apoſtemata & bothor.* Ponunũ folia eius [o]humida ſuper eryſipilam, & conferunt. *Inſtrumenta iunctutarum.* Sedat [o]torſionem neruorum. *Membra capitis.* Lanugo, q̃ eſt [o]flos eius qñ cadit in aurem, facit euenire ſurditatem qm̃ inuiſcatũ & nõ egrediũ. *Membra expulſionis.* Prouocat vrinã & mẽſtrua. *Venena.* Cõfert mordicatiõi ſcorpiõis.

[r]De †{*Abrotano.*} *Cap.* 66.

Caſia quid eſt? Eſt ſpecierum plurium, quarum vna eſt rubea boni ſaporis & odoris. Et altera ſpecies eius eſt, cuius ſapor eſt ſapor [k] rutæ. Et eſt ſpecies alia nigra ad purpureitatem declinans, cuius odor eſt ſimilis roſæ. Et eſt ſpecies altera nigra horribilis odoris, ſubtilis corticis fiſſa. Et eſt altera ſpecies ad albedinem declinans, porrini odoris. Et eſt ſpecies nigra, ſubtilis cannæ concaua. Et dixerunt [l] quidam, ꝙ inuenitur ſimile caſiæ, quod conuertitur ad cinnamomum. Et dixerunt [l] alij, ꝙ inuenitur ſuper arborem cinnamomi caſia huiuſmodi. Et quandoq; eſt coniuncta ipſi cinnamomo, & caſſia exiſtit in virtute cinnamomi, ſed eſt debilior. Et bona eſt illa, quæ conſequitur cinnamomum. *Electio.* [m] Melior eſt illa, quæ eſt rubei coloris clari, plana, longi ligni, groſſæ cannæ, ſubtilis foraminis, ſolida, plena, boni odoris, quæ mordicat linguam, & ſtringit eam. Nigra vero eſt mala, & quod de ea adminiſtratur, eſt cortex ipſius. Et in ligno eius non eſt bonitas. *Natura.* [n] Calida eſt, & ſicca in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiua ventoſitatum groſſarum, & in ipſa quidem ſunt ſtypticitas, & reſolutio cum pauca acuitate & ſubtilitate plurima, & inciſio propter acuitatem ſuam, & ipſa cum ſtypticitate ſua adiuuat ſtyptica, & ſua [o] reſolutione adiuuat ſolutiua: & ipſa cum eo, quod eſt in ipſa de reſolutione, & ſtypticitate, & ſubtiliatione confortat membra. *Apoſtemata & bothor.* Reſoluit apoſtemata [i] calida & frigida in viſceribus. *Vulnera & vlcera.* Linitur cum [p] melle ſuper lactea. *Membra oculi.* Ponitur in [i] medicinis oculi propter illud, quod in ea eſt de ſtypticitate & reſolutione. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert pectori. *Membra nutrimenti.* Syrupus eius confert hepati: aut ſyrupus in quo caſia infunditur confert ſtomacho. *Membra expulſionis.* [i] Prouocat vtraq; proprie in quocunq; eorum amborũ [q] fuerit cauſa humoris groſſi, & confert doloribus [i] renum & veſicæ, & quando fit encathiſma in decoctione eius valet [i] dilatationi matricis, & eius lubrificationi, & ſimiliter fumus eius, & ſyrupus eius: & vinum in quo ipſa infunditur eſt bonum difficultati vrinæ: [r] & exiſtimauerunt quidam, ꝙ ipſa facit abortum. *Venena.* [i] Datur in potu ad venenum tyriæ.

*De†{Cydonio}.i.*[s]Cotoneis. *Cap.152.*

Cydonium quid eſt? Quando abluitur cinis ramorum, & foliorum eius, eſt ſicut tutia, & [t] rob ipſius, remanet propter puritatem ſtypticitatis eius: & rob pomorum aceſcit propter illud, quod in ipſo eſt de humiditate aquea frigida. *Electio.* [s] Aſſatum eſt leuius & magis conferens, & eius quidem aſſatio fit, quoniam concauatur, & deijciuntur grana eius, & ponitur in ipſo mel, & linitur luto corpus eius, & ponitur in cinere. *Natura.* [u] Frigidum eſt in fine primi, ſiccum in principio ſecundi. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtypticum, confortatiuum fortiter, & flos eius etiam ſtypticus eſt, & ſimiliter oleum eius, & dulce eſt minus ſtypticum, & ſemen eius eſt lenitiuum ſine ſtypticitate: & prohibet ipſum curſum ſuperfluitatum ad viſcera. *Decoratio.* Retinet ſudorem, & cõfert [u] oleum eius fiſſuræ frigoris. *Apoſtemata & bothor.* Confert oleum [u] eius formicæ. *Vulnera & vlcera.* Oleum [u] eius eſt vtile vlceribus aſperis. *Inſtrumenta iuncturarum.* [u] Multitudo comeſtionis eius generat dolorem neruorum. *Membra oculi.* Aſſatum ponitur ſuper apoſtemata [s] oculi calida. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius ſuccus confert dilatationi [s] anhelitus, & aſthmati, & prohibet [s] ſputum ſanguinis, & ſemen eius confert aſperitati gutturis, & lenit cannam pulmonis, & [u] mucilago eius etiam humectat ſiccitatem cannæ, *Membra nutrimenti.* Confert vomitui, & α ebrietati, & ſedat ſitim, & confortat [s] ſtomachum recipientem ſuperfluitates ſyrupus eius, & ipſius infuſio, & quod de ipſo elixatum eſt, & ipſo vtuntur in ſecunda [u] menſa ſuper vinum, & prohibet α ebrietatem, & fit ex eo ſyrupus confortans appetitum deiectum valde, & [x] miua eius confortat ſtomachum, & [y] prohibet vomitum phlegmaticum. *Membra expulſionis.* Eſt [z] prouocatiuum, & iam dictum eſt, ꝙ illud [a] eſt per accidens, conſequens cõſtrictionem eius, & illud, & quod cum [z] melle elixatum eſt, eſt vehementius prouocatiuum: veruntamen quandoq; ſoluit ventrem, & non cõſtringit, & [b] generat colicam, & dolorem ventris pungitiuum et confert [z] dyſenteriæ, et retinet [z] fluxũ menſtruorum, et confert arſuræ vrinæ [y] quando diſtillatur ſuccus eius, aut oleum ipſius in virgam et confert oleum eius renibus et veſicæ: et quando aſſumitur poſt cibum ſoluit, [y] adeo quod quando



A Dioſ. li.1.c.131.
† Haſfor.
B Serap.c.220.
† Fudenegi, ſeu Faudonegi.
C Dio.li.3.c.34.
C † Triplex eſt genus, primũ hẽt folia ocimi, ſecundũ pulegio ſimile, tertium mẽtaſtro cognatum.
D † haalgiun.
E G.li.7.ſim.49.c
E Ga.ibidem.d.
F † haalgiun.
G † haalgiun.
H † haalgiun.
I † haalgiun.
K † haalgiun.
L Dio.& Gal.
M Gal.ibidem.d.
† Chacule.
N Ser.c.64.
N † Ser. corticẽ & proprie in cortice.
O Raſ.vlti.conti. t.1.c.167.

do plurimum ex eo ſumitur extrahit cibum ante digeſtionem, & clyſterizatur, [a] decoctio eius ad eminentiam ani & matricis.

*De†{Croco hortulano}.i.*[b] Cartamo. *Cap. 153.*

Crocus hortulanus. *Natura.* Eſt calidus in primo, ſiccus in ſecundo. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt ſtypticitas æqualis cum maturatione. *Decoratio.* Mundificat pannum & morpheam. *Vulnera & vlcera.* [b] Ponitur cum aceto ſuper impetiginem. *Membra capitis.* Ex croco hortulano ſylueſtri cum fit linimentum cum melle confert [b] cola puerorum.

*De†{Calamentho}.i.*[c] Calamintha. *Cap. 154.*

Calamenthum quid eſt? Eius [c] †{aliud eſt fluuiale, & aliud montanum ſimile hyſſopo in ſapore: & ſimiliter folia eius ſunt ei ſimilia. Et eſt alia ſpecies eius, quæ nominatur [d] †{alhauium.} Et eſt quædam ſpecies eius, quæ vocatur calamenthum hirci,} & virtus eius eſt ſicut virtus aliorũ acris, & virtus ſyrupi ipſius eſt ſimilis virtuti ſyrupi alhahaſe. & calamenthum quidem eſt ſubſtantię ſubtilis, & montanum fortius eſt fluuiali. *Operationes & proprietates.* Subtiliat fortiter ſua acuitate, & amaritudine ſui, & proprie ſylueſtre, & propter illud eſt rubificatiuum, vlceratiuum, & cum bibitur ſolum [e] prouocat ſudorem, & calefacit vehementer per id, quod extrahit ex profundo corporis, & incidit, & exiccat, & calefacit valde. *Decoratio.* Quando decoquitur, & proprie, quod recẽs eſt cum vino, & fit ex eo emplaſtrum remouet [c] veſtigia nigra a corpore, & nigredinem, quæ [c] accidit ſub oculo. *Vulnera & vlcera.* Montanum confert raſurę inteſtinorum & rupturæ, & fit balneatio ex decoctione montani ad pruritum & ſcabiem. *Inſtrumenta iuncturarum.* Potus decoctionis eius confert contritioni [c] lacertorum in carnibus, & extremitatibus ſuis. Et quandoque fit ex eo emplaſtrum ad [c] ſciaticam, & vlcerat vel adurit cutem, & permutat complexionem membri, & extrahit ex profundo, & quando comeditur & bibitur poſt ipſum aqua caſei diebus continuis cõfert [e] elephantiæ, & varicibus. Et illud, quod nominatur haalgiun quando bibitur confert [c] ſpaſmo, & linitur ex eo podagra & confert, & ſuffumigatur cum eo. *Apoſtemata & bothor.* Et confert potus calamenthi [c] lepræ, non reſolutione ſua tantum: ſed ſua inciſione, & ſubtiliatione etiam. *Membra capitis.* Succus eius interficit [c] vermes in aure, & in ipſo eſt virtus faciendi ſoda. Et montanum quidem confert vlceribus oris, & facit deſcendere ſuperfluitates ex vtriſque naribus. & illud, quod eſt aduſtum de [f] †{alhauium} ſtringit gingiua. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius decoctio confert [c] dilatationi anhelitus, & eſt fortis in extractione humorum groſſorum viſcoſorum ex pectore proprie cum comeditur cum ficubus, & confert dolori coſtarum. Et montanum quidem eſt fortius illo, & [g] †{alhauium} facit illud totum. ſuper [h] †{alhauium} vero roratur acetum, & ſumitur præparatum cum aceto, ſeu conditum cum aceto ex eo, quod eſt vicini temporis cum acetoſitate ſua: & odorat ipſum ſyncopizatus, & ſanatur. & calamenthum hirci cõfert tremori cordis, *Membra nutrimenti.* Confert paucitati appetitus, & debilitati ſtomachi, & proprie ſylueſtre ſingultui, & confert patientibus [c] icteritiam cum abſterſione, & apertione ſua, & ſubtiliatione ſua melancholicam & cholericam, & ſimiliter decoctio eius, & quandoq; fit balneatio ex decoctione mõtani ad illud, & ſeparatur icteritia, confert hydropiſi quando comeditur cum ficubus: & in montano quidem eſt virtus faciendi appetitum cibi, & elixatura eius eſt conferens hydropiſi etiam: & [i] †{alhauium} ſedat nauſeam, & fit ex eo emplaſtrum cum cerato ſuper ſplenem, & extenuat eum: et ſimiliter calamenthum hirci, & eſt vehementer conferens tremori cordis ſtomachico, & conturbationi, & nauſeæ. *Membra expulſionis.* Eius decoctio prouocat [c] vrinam, & confert dolori [c] pungitiuo ventris & cholericæ [c] paſſioni. & quando teritur cum diſpoſitione ſua, aut decoquitur, & bibitur cum melle interficit [c] fœtum, & prouocat [c] menſtrua, & quandoq; facit vomere phlegma. & dixerunt quidam domeſticum ſeu hortenſe abſcindit coitum, & proprie ſylueſtre, & prohibet pollutionem. Et ſylueſtre quidem ſoluit ventrẽ ſolutione conuenienti, & confert matrici, & interficit [c] vermes præcipue ſylueſtre. Et montanum ſolutione educit choleram nigram. & fit quod de eo ſumit in potu. xx. kirat cum iuleb. & illud quandoq; operatur ſpecies calamenthi ſylueſtris. & omnia illa confortantur quando permiſcentur cum aceto, & rob pauco, & rectius quidẽ eſt vt teratur & ſpargatur ſuper acetum commiſtũ cum aqua, & ſale, & bibatur. & illud, quod nominatur [k] †{alhauiũ} extrahit ſuperfluitates melancholicas ex via vrinæ. & calamenthum ſylueſtre quandoq; operatur omnia illa. *Febres.* Bibitur decoctio eius, & [l] confert rigori, & ſimiliter inunctio ex oleo ĩ quo ipſum eſt decoctum. *Venena.* Quando bibitur [c] aut ex eo fit emplaſtrum confert puncturæ vermiũ venenoſorum, & approximat liniri ex eo in illo opere [m] cauterij, & quando præmittitur, & bibitur [c] cum vino, expellit venena mortalia. Et ſuffumigatio [c] ex folijs eius fugat vermes venenoſos, & quando ſternitur etiam. Et ſylueſtre eſt bonum puncturę ſcorpionis. Et montanum quando bibitur decoctio vel elixatura eius cum decocto confert morſui luporum.

*De†{Cardamomo}.i.*[n] Sacola. *Cap.155.*

Cardamomum quid eſt? Aliud eſt magnum ſicut cicer nigrum, quod cum frangitur interius habet granum album mordicans linguam, ſicut cubebe in quo eſt aromaticitas: & aliud eſt paruum ſicut lens aromaticum etiam. *Natura.* Calidum eſt & ſiccum in tertio. *Operationes & proprietates.* In ipſo cum calefactione eſt ſtypticitas, & proprie ĩ illo quod habet [n] †{achma, & proprie in achma ipſo} *Membra nutrimenti.* Confert [o] vomitui, & nauſeæ cum maſtice, & aqua vtriuſque granatorum.

De†{Cordumeni}.i.ªCardamomo. Cap.156.

Cordumeni. *Natura*. Calidum eſt & ſiccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt ex rubificantibus, & in ipſo eſt virtus liquefactiua, & proprietates eius eſt confortare membra intrinſeca. *Vulnera & vlcera.* Confert ª ſcabiei, & impetigini linitum cum aceto. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert ægritudinibus neruorum, & dolori ª anchæ ex phlegmate, & confert ª paralyſi, & ª contuſioni lacertorum. *Membra capitis.* ª Confert epilepſiæ bibitum in aqua. *Membra anhelitus & pectoris.* Cordumeni eſt mundificatiuum pectoris, ſedatiuum ª tuſſis. *Membra expulſionis.* Confert ª dolori pungitiuo ventris, & ª vermibus, & aſcaridibus, & cum vino dolori ª renum, & difficultati ª vrinæ. Et datur in potu de eo drakimet vnum cum cortice radicis ª lauri ad lapidem, & eius fumus interficit ª fœtum, *Venena.* Confert mordicationi ª ſcorpionis, & reliquis puncturis. *Permutatio.* Loco eius ponitur harmel & ſquinanthum.

ᵇ De†{Calamo aromatico.} Cap. 157.

Calamus aromaticus. *Electio.* Melior eſt ille, qui eſt hyacinthini coloris, propinquos habens nodos, qui in plurima frangitur fruſta villoſa, & cuius cãna eſt plena re ſimili telæ araneæ, & in maſticatione eius eſt †{acuitas} & eius cõtritum eſt boni odoris, & eſt declinans ad citrinitatem & albedinem. *Natura.* ᶜ Calidus eſt & ſiccus vſq; ad ſecundum. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtiliatiuus, & in ipſo eſt ſtypticitas pauca cum acredine, & in ſubſtantia eius ſunt terreitas, & aereitas, & eſt bonæ commiſtionis ad æqualitatem pertinens, ſed eius exiccatio eſt maior, & ᶜ in ipſo eſt ſubſtãtia ſubtilis ſicut in reliquis ſpeciebus, quæ ſunt vt piper, & cinnamomum. *Decoratio.* ᵈ Confert nigredini ſanguinis mortui. *Apoſtemata & bothor.* Reſoluit apoſtemata. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert ᵇ contritioni lacertorum. *Membra oculi.* Abſtergit viſum. *Membra anhelitus & pectoris.* Fit cum eo euaporatio in traiectorio in gutture, & confert tuſſi ſolus, ᵇ aut cum gumma albotim. *Membra nutrimenti.* Confert apoſtemati ᵉ hepatis, & ſtomachi, & ᵇ cum ᵉ †{melle, &} ſemine apij, & eſt valens ad habẽ.i.ad hydropiſim. *Membra expulſionis.* ᵇ Prouocat ambo, & ipſe cum ſemine apij confert ᵇ renibus, & ᵇ diſtillationi vrinæ, & ᵇ confert eius decoctio dolori matricis {bibita,} & ſedendo in ea, & ᶠ † {bibitur cum melle & ſemine apij} ad ᶜ apoſtemata matricis.

De†{Centaurea}.i.ᵍ Centaurio. Cap. 158.

Centaurea quid eſt? Duarum eſt ſpecierum.ſ.maior & minor, quæ naſcuntur in fine veris, & folia ſunt, ſicut ᵍ †{alathel} & groſſa duos habet ſtipites, in quorum capitibus eſt viriditas, & planta eius eſt magna ſicut ʰ † {almekeneſa.} & ipſius potio ad febricitantes eſt vſq; ad.ʒ.ij. herba vero eius, quæ eſt parua eſt ſimilis ⁱ † {calamentho montano} & hypericon, & eius folia ſunt ſicut folia ᵍ rutæ. & aſſumitur quandoq; ſuccus ex ea, quæ eſt viridis, & quandoq; ex ea, quæ eſt ſicca. decoquitur.n.in aqua donec aqua eius virtutem aſſumat, deinde aqua illa inſpiſſatur. *Natura.* Calida eſt & ſicca in tertio. *Operationes & proprietates.* In ipſa ſunt abſterſio & ſtypticitas, & acredo, & parũ dulcedinis, & exiccatio, & eſt ſine mordicatione, & ᵏ dicitur, q; ſi coquatur cum carne inciſa, coniungit eam. *Vulnera & vlcera.* Quæ recens eſt mundificat vulnera & ſigillat ˡ vlcera antiqua, & quæ ſicca ᵐ eſt ponitur in emplaſtris, & conſolidat ⁿ fiſtulas, & vlcera profunda, & vulnera mala. & quando replentur fiſtulæ de centaurea, & ligatur, rectificatur earum diſpoſitio. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert ᵒ attritioni in lacertis & ſaniei in eis, & ᵖ minor proprie. Et ᵖ quandoq; confert clyſtere factum ex ea ſciaticæ, & ᵖ doloribus neruorum, & contuſioni eorum, ſed minor eſt magis iuuatiua ad omnia illa. Cum ergo illa ſoluit ſolutione, quæ ⁿ educit aliquid ſanguinis completur iuuamentum eius: & quandoq; fit clyſtere ex cinere eius cum aqua ad illud. *Membra anhelitus & pectoris.* Prohibet α ſputum ſanguinis propter ſuam ſtyppticitatem, & confert ᑫ † {quæ groſſa eſt, & quæ minuta difficultati anhelitus, & datur in potu de ea pondus.ʒ.ij.cum vino in pleureſi frigida,} & α ſputo ſanguinis. *Membra nutrimenti.* Confert oppilationi ⁿ hepatis, & ⁿ duritiei ſplenis. *Membra expulſionis.* Prouocat ʳ menſtrua, & ʳ extrahit fœtum, & interficit vermes, & prouocat vrinam, & datur in potu de ea pondus.ʒ.ij.ad dolorem ˢ ventris pungitiuum, & ˢ dolorem matricis, & confert colicæ. Et minoris quidem decoctio qñq; ſoluendo educit ᵗ cum phlegmate & crudo humore cholerã. & potus duarum ſpecierum eius qñ ſuperfluit educit ſanguinem ſolutione, et proprie minoris.

De†{Cartamo}.i.ᵘ Cnico, et Atractyli. Cap.159.

Cartamus quid eſt? Alius eſt domeſticus, et alius ſylueſtris. *Natura.* Qui ſylueſtris eſt, calidus eſt in ſecundo, ſiccus in tertio: et notus eſt calidus in primo, ſiccus in ſecundo. *Operationes & proprietates.* ˣ Oleum eius eſt propinquum oleo vrticæ, veruntamen eſt debilius. Et eſt ex eis, quæ ᵘ caſeant lac, et ſequeſtrat aquoſitatem eius. ʸ Et quidam exiſtimauerũt, q; diſſoluit lac coagulatum, et coagulat lac currens, et nutrimentum eius eſt multæ paruitatis. *Membra anhelitus & pectoris.* ᶻ Mundificat pectus et clarificat vocem. *Membra nutrimenti.* ª Eſt malus ſtomacho, et ipſe caſeat lac in ſtomacho. *Membra expulſionis.* † { } Confert colicæ, et ſolutione educit phlegma aduſtum, quando miſcetur cum ficubus, aut melle, et ᵇ confert coitui. Et oleum eius, qui domeſticus eſt ſoluit ventrem; ᶜ † {et quandoq; fit ſolutio per ipſum ſi ponatur medulla granorum eius in iure, aut fiant ex eo et ex amygdalis et melle pilulæ, et fit quod de eis in potu ſumitur pondus aur. iiij. et qñ ſumuntur de medulla eius, et coſto, et amygdalis amaris tres anuluſat, et aniſi et nitri cuiuſque eorum aur. cum ficubus ſiccis, et melle, et recipitur de eo nux, aut nuces duæ ſoluendo educit aquoſitatem, et qñq; fit ex eo nathaf ad illud, et eius confectio eſt vt permiſceatur cum amygdalis excor-ticatis,

A ticatis, & aniſo & melle decocto, & fiat nathaf, & ſumatur de eo ſuper cœnam:} & ª quãdoq; bibuntur de medulla eius recente drach.xx.infuſæ in libra aquæ cum drachma penidiarum albarũ tritarum, & ſolutione educit phlegma. *Venena.* Conferunt ᵇ folia ſylueſtris, aut fructus eius, aut amborum commiſtio quando in potu tribuuntur cum vino ad puncturam ſcorpionis. ᶜ Quidam autem homines dixerunt, q; ſi morſus tenuerit in ore ſuo folia ſylueſtris, & fructus eius, non ſentiet dolorem, & quando ea a ſe proiecerit redibit dolor.

De†{Chitran.}.i.ᵈ Cedro. Cap. 160.

Chitran quid eſt? Eſt arbor, quæ nominatur alſcerbin, & virtus fumi eius eſt ſicut virtus fumi picis, & fit ex eo oleum, cuius ſeparatio eſt cum lana ſicut ſeparatur ex pice. *Natura.* Eſt calida & ſicca in quarto. *Operationes & proprietates.* Conſeruat corpus mortuum, & ᵉ † {rubificat, & cauterizat.} *Decoratio.* Confert ᵈ lendinibus, & pediculis, & interficit vtrũq; adeo, q; etiam in aialibus ᶠ † { } *Vulnera & vlcera.* Fortem efficit carnem laxam, & cõfert ſcabiei, ita ᵈ q; etiam ſcabiei animalium, & proprie eius oleum quadrupedibus confert, & canibus, & camelis. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert ᵈ contuſioni lacertorum, & aggregationi puris & ſanguinis in eis, & eſt medicamen ᵈ elephantiæ, & varicibus deglutitum & linitum. *Membra capitis.* Eſt res maxima in ſedando ſodã frigidam linitum capiti. Et ᵈ diſtillatur in aurem, & interficit vermes auris. Et diſtillatur B ᵈ cum aqua hyſſopi in eam ad tinnitũ & ſonitũ, {& diſtillatur de ipſo cum aqua hyſſopi} ᵍ † { } ᵈ in dentem doloroſum, ſedat dolorem eius, ʰ † {& confert dentibus corroſiuis.} *Membra oculi.* ᵈ Acuit viſum & abſtergit ᵈ veſtigia vlcerum in oculo. *Membra anhelitus & pectoris.* Linitur ſuper guttur ad ambas ᵈ amygdalas & dolores earum, & confert deglutire ex eo.ʒ.i.ſ.vlceribus ᵈ pulmonis, & ſanat ea, & confert tuſſi ᵈ antiquæ. *Membra nutrimenti.* α Fructus ᵈ arboris eius eſt ſtomacho malus. *Membra expulſionis.* Interficit vermes in viſceribus, & proprie clyſteri facto cum eo, & ⁱ interficit vermes omnes, & prouocat menſtrua, & interficit ᵈ fœtum, & corrũpit ſperma, ᵈ & quando linitur ex eo virga ante coitum ⁱ † { } prohibet impraegnationem. Et α fructus eius, quæ nominatur ſcerbin eſt malus ſtomacho, & confert ᵈ diſtillationi vrinæ. *Venena.* Fit ex eo emplaſtrum ſuper morſum ſerpentis habentis ᵈ cornua, & datur cum vino ad potum ᵈ leporis marini, & ᵈ ſoluitur in adipe cerui, & leniuntur ex eo membra, & non approximant eis venenoſi vermes.

ᵏ De † {Coſto.} Cap. 161.

Coſtus quid eſt? Eius ſpecies ſunt tres. vna earum eſt arabicus, & eſt albus leuis aromaticus. Et ſecunda eſt indus, qui eſt magis leuis. Et tertia ſpecies eſt ᵏ † {amara grauis odoris, quæ nominatur garyophyllata.} Et iſtarum ſpeciérũ minor eſt illa, cuius odor eſt odor aloes, & eſt ad nigredinẽ C tendens. Et qui de iſtis ſpẽbus eſt romanus eſt ſimilis alſemſar.i.buſſo, ſeu buxo, & habet odorem vehementem, bonus autem coſtus quandoq; falſificatur cum ᵏ radicibus enulæ duris: & propter illud non mordicat linguam, neq; habet odorem fortem. *Electio.* ᵏ Melior eſt ille, qui eſt albus, recens, plenus, non corroſus: neq; fœtidi odoris, mordicans & linguam lędẽs: deinde indus, niger, leuis, & niger alſcemius, & melior eſt marinus ſubtiles habens cortices. *Natura.* Eſt calidus in tertio, ſiccus in ſecundo. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt qualitas amara, acris valde, & caliditas, & acredo adeo, q; ipſe vlcerat, & confert omni membro, quod indiget calefactiõe: & vt ex ˡ eo extrahatur humor ex profundo. *Decoratio.* Abſtergit ᵏ pannũ cutis linitus cum aqua ˡ † {&} melle. *Vulnera & vlcera.* In ipſo eſt vlceratio, & ille, qui eſt amarus exiccat ᵐ vlcera humida. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert ᵏ mollificatione neruorum, & ˡ contritioni lacertorum: & eſt bonus ⁿ ſciaticæ ſuperpoſitus vt emplaſtrum. *Membra capitis.* Confert lethargiæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert ⁿ † { } doloribus pectoris. *Membra expulſionis.* Prouocat ᵏ menſtrua bibitus, & ſuffumigatus in traiectorio, & ᵐ interficit fœtũ, & ᵏ prouocat vrinam: & extrahit ᵏ aſcarides, & vermes: & dat vires ᵏ ad coitum ᵒ † { } & ipſe ſupponitur ad dolores ᵏ matricis, & confert dolori matricis frigido bibitus: & ſedendo in decoctione eius: ᵖ † {& mouet naturam} quando bibitur cum ᑫ vino ᑫ † { } ipſe non dat vires ad coitum, niſi propter humiditatem ſuperfluam D inflatiuam, quæ eſt in ipſo. *Febres.* ᵏ Confert rigori linitus cum oleo. *Venena.* ᵏ Confert morſibus omnibus.ſ.morſui viperæ, ʳ † {& alijs quando bibitur cum vino, aut abſinthio.} *Permutatio.* Loco eius ponitur ˢ † {pyrethri medietas ponderis ipſius.}

De † {Crocoma}.i. ᵗ Crocomagma. Cap. 162.

Crocoma quid eſt? Dicitur, q; ᵗ † {eſt fęx olei de croco.} *Electio.* Melior ᵗ crocoma eſt illa, quę eſt boni odoris, ponderoſa, nigra, in qua non ſunt ligna: & quando ſoluitur ᵗ tingit aquam colore croci: & quando maſticatur tingit ᵗ dentes tinctura vehementi remanente. *Operationes & proprietates.* Eſt calefactiua, maturatiua. *Membra oculi.* Virtus eius eſt ᵗ abſterſiua oculi: remouens tenebroſitatem eius. *Membra expulſionis.* ᵗ Prouocat vrinam.

De ᵘ † {Cambil.} Cap. 163.

Cambil quid eſt? Semẽ eſt arenoſum, quod cooperit rubedo, q̃ eſt minor rubedine ˣ † {alures} *Natura.* Calidum & ſiccum eſt in tertio. *Operationes & proprietates.* Filius Meſauge inquit, in ipſo. ʸ eſt ſtypticitas vehemens. *Membra expulſionis.* Interficit vermes, ᶻ & aſcarides, & expellit eos.

De † {Clima auri}.i. ª Cadmia. Cap. 164.

Climia auri. *Electio.* Melior eſt illa, quæ aurea eſt alhancudi.i.cõglobata in modum racemi, et neritij

A Serap.c.101.
B D.lib.3.c.89.
C Li.4.F.6.t.5.c.3. & D.lib.3.c.89. de atractyli, & Raſis vlt.cont.t.1.c.176.
† Chathran, ſeu Chithrau.
D Dioſ.lib.1.c.89. Repetit.c.668.
E † viuentia corrumpit.
F † D.ricinos aſſit indira.
G † cedria at idita
H † ſed eos quidẽ frangit.
Infra α
I Ga.7.ſimpl.ſo.e
I † abortiuum fieri cõſtat, & ob hoc etiam.
Supra α
k Dioſ.li.1.c.15.
† Chaſt.
K † ſyriaca, grauis, colore buxe, & odore ſeriens.
L G.7.ſimp.fo.52.
L † aut
M Raſ.vlt.conti. t.1.c.236.
N Ga.7.ſimp.52.f
N † Dioſ.cũ vino & abſinthio.
O † ex mulſo:
P † ———
Q C.li.7 ſimp.52.f
Q † mulſo:
R † ſextantem bibere:
S † G.de ſubſt.me. cedri fructus, heleníum.
† Chorchumhama, vel Chorchumani.
T Dio.li.1.c.25. Repet.c.277.
T † ſi expreſsis vnguẽti crocini odoramentis & in ſormas indigeſtis, qd crocomagma vocant.
V † Cambil.
X † ſemen rubeũ
Y Raſ.vlti.conti, t.1.c.150.
Z Raſ.ibid.&.t.5. c.46.
† Chlimia aldheb.
ª Dio.li.5.c.40.

neritij coloris recens, & laminoſa groſſior. *Natura.* Eſt æqualis, ad ſiccitatem declinans in tertio. E
*Operationes & proprietates.* Ipſa & quod ablutum eſt de ea, ſunt ſubtiliora climia argenti: & in ipſa ſunt exiccatio & abſterſio. *Vulnera & vlcera.* Implet [a] vulnera, & mūdificat [a] ſordities eorum, & corrodit carnes eorum additas: & incarnat [a] vulnera fraudulenta. *Membra oculi.* Confert albugini oculi, & initio aquæ, & confortat oculum.

*De* †{*Climia argenti.*}.i.[b] Cadmia. *Cap.* 165.

Climia argenti quid eſt? Quandoq; aſſumitur climia ex auro & argento: & quādoq; aſſumitur ex ære, & ex marchaſita: & eſt fex, quæ eleuatur ſuper locum in quo funditur, aut fumus: & illud, quod ſubmergitur eſt laminoſum. *Natura.* Eſt proxima climiæ auri: ſed eſt frigidior. *Operationes & proprietates.* In ipſa ſunt [c] exiccatio, & abſterſio cum æqualitate, abſq; mordicatione, & proprie [c] quod ablutum eſt de ea: & eſt conuenientior in emplaſtris, & eius exiccatio & abſterſio in corporibus [c] temperatis non in duras habentibus carnes. *Vulnera & vlcera.* Confert vulneribus & vlceribus difficilibus, & humidis, pulueriżata in emplaſtris.

*De* †{*Chalcantho*}.i.[d] Atramento ſutorio. *Cap.* 166.

Chalcanthum. *Natura.* Calidum eſt & ſiccum ad quartum. *Operationes & proprietates.* Eſt exiccatiuum, induratiuum, inſpiſſatiuum corporis, & in ipſo ſunt conſtrictio & aduſtio. *Vulnera & vlcera.* Confert [e] fiſtulis naſi. *Membra capitis.* Prohibet [e] fluxum ſanguinis narium: & quādo F de eo diſtillatur vna ſtilla diſſoluto in aqua in nares, [d] mundificat caput, & ipſum eſt de ſumma medicinarum mundificantiū aurem, [e] conferens doloribus eius frigidis, & [d] interficit vermes. *Membra expulſionis.* Datur in potu [d] drach. de eo. [e] †{ }cum melle [f] †{ }ad vermes, & aſcarides. *Venena.* [d] Expellit nocumentum fungorum [g] †{ }

*De* †{*Colcotar.*}.i.[h] Chalcitide. *Cap.* 167.

Colcotar quid eſt? Inquit [i] Gal. alcalcadis quandoq; cōuertitur, & fit colcotar. *Natura.* Eſt calidum & ſiccum in tertio. *Operationes & proprietates.* In ipſo ſunt aduſtio vehemens, & conſtrictio curſuum ſanguineorum, & exiccatio: & aduſtum eſt plurimæ exiccationis, & minoris mordicationis, & in ipſo eſt cum ſtypticitate plurima, caliditas plurima. *Apoſtemata & bothor.* Confert [h] formicæ, & heryſipil.. quādo linitur cum aqua coriandri: & pulueriżatur ſuper fraudulentum, & [h] ambulatiuum: & adurit [h] carnem additam, & [h] facit euenire eſcharam. *Membra capitis.* Confert fluxui [h] ſanguinis narium [i] †{ } & apoſtematibus amygdalarum. *Membra oculi.* [h] Ponitur in alcohol ad abſtergendum, & ſubtiliandum groſſitudinem palpebrarum. [h] †{ } *Membra expulſionis.* [h] Prohibet fluxum ſanguinis ex matrice [k] †{ }

*De* [l] †{*Canebiri.*} *Cap.* 168.

Canebiri. *Natura.* Eſt calidum in primo. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtile, abſterſiuum, G inciſiuum. Inquit Paulus. generat melancholiam, & proprie, quod eſt compreſſum cum ſale. *Decoratio.* Abſtergit pannum & morpheam: & ſm veritatem eſt res magis iuuatiua ad albaras. comeſtum.n. & ſuperpoſitum vt emplaſtrum, remouet ipſum in diebus paucis, & hoc ſciūt Arabes. *Vulnera & vlcera.* Quando ex folijs eius fit emplaſtrū, confert vlceribus fraudulentis in mamilla, *Membra capitis.* Cum ex eius radice fit caputpurgium, confert humiditatibus groſſis in cerebro. *Membra anhelitus & pectoris.* Aperit oppilationes pulmonis, & mundificat ipſum. *Membra nutrimenti.* α Aperit oppilationes hepatis & ſplenis. *Membra expulſionis.* Aqua eius ſoluit ventrem: & eſt emplaſtrum ad hæmorrhoidas: & remouet dolorem ventris pungitiuum, & reſoluit duritiem matricis: & extrahit chymos groſſos malos: & aperit α oppilationes hepatis, & ſplenis. *Venena.* Alcanebiri eſt emplaſtrum conueniens vermibus venenoſis omnibus.

*De* †{*Cuſo.*.i.[m] Hedera. *Cap.* 169.

Cuſus q̄de? Eius ſpēs ſunt tres, nigra, alba, & rubea: & oēs ſūt acres ſtypticę. vna q̄dē ſpecierū eius eſt quoddā, quod nominatur laudanum. Et cuſus quidem in radice eſt laudanū: aut aliud: ambo enim ſunt propinquarum diſpoſitionum. *Natura.* Natura eius ad caliditatem declinat, & fortaſſe in quibuſdam generibus eius eſt frigus, ſed laudanum ipſum eſt calidum in fine [n] ſecundi. *Operationes & proprietates.* [m] Eſt β nociuus neruis: & in ipſo eſt ſtypticitas, & proprie in folijs eius: & in floribus ipſius eſt conſtrictio. Ille vero, qui ex tota eius ſumma nominatur laudanum, eſt calefactiuus, [o] aperitiuus orificiorum venarum, & lenificatiuus. *Decoratio.* Lachryma eius eſt interficiens [p] pediculos, [p] abradit pilos. [o] Laudanum autem cum vino, [q] †{aut hydromelle}linitum ſuper veſtigia vlcerum rectificat ea, & aſperitatem eorum: & [r] q̄n miſcetur

Dioſ. Lib. 2, ca. 172. De Hedera.

Hedera differentias multas in ſpē ſortit, ſummas aūt genere treis. Nam quędam candida ē. Altera nigra. Tertia helix. Candida fructum fert cādidū: nigra nigrum, aut croci ęmulū, quam vulgus Dionyſiam vocat. Helix fructum non gignit, ſed tenues habet viticulas, & folia parua, anguloſa & rubra. Operationes & proprietates. Hedera oīs acris eſt, & adſtringens, neruos tentat. Decoratio lachryma hederę pſilothrū eſt, illitu pediculos enecat, nigrę folia vitia cutis in facie ſanant. Vulnera & vlcera. Folia hederæ nigrę in vino decocta oīum vlcerū generi etiam ſi cacoethe ſint, & ambuſta ſanant. Mēbra capitis. Foliorū & corymborū ſucc⁹ cū irino vnguēto, melle, aut nitro narib⁹ īfundit contra veteres capitis dolores. caput eo cū aceto & roſaceo pfundi vtile ē. purulentis auribus, aut dolentibus cum oleo medetur ſuccus inſtillatus putrida tędia narium, graueolentiamq; emendat. Nigræ hederæ ſuccus, aut epoti corymbi corpus infirmant, mentemq; turbant largius ſumpti. Acini quinq; triti calfactiq; in punici mali cortice cum roſaceo ſi inſtillent à contraria aure dolorem dentiūmitigant De nigrant capillos. Membra nutrimenti. Recentia folia ex aceto cocta, aut cruda cum pane detrita lienes ſanant, Membra expulſionis. Flos trium digitorum carptu: facit ad dyſentericos in vino bis die potus. Triti & ſubditi corymbi mouent menſes, ijdem poti poſt purgationes fœminarum drachmæ pondere concipiendi ſpem adimunt. Pediculus foliorū melle irrigatus, ac vuluæ inditus, menſtrua & potus extrahit. Venena. Succus radicum in aceto potus, contra phalangia prodeſt. H

A Dio.lib... † Chlimia... B Dioſ.li... C G.lib.9, ... fo.69.f † Calcan... cand. D Dio.lib... Repetit.c.47. E Ser.c.76. E † aut F † linctu... G † ex aqua... † Chold... H Dioſ.li... I Li.9.ſimpl... I † cū ſucco ... ri, & gingiuarum vitijs. H † Mēbra ... litus & pector... Tonſillas cum ... na compeſc... k † cum ... porri. L † Chanab... Infra ... Supra ... † Chaſſ... herba laudani... M Dioſ.li... Repetit.c.714. N G.7.ſim.fo... Infra β O Dio.lib... P Cap.714.& D. Q †— R Repetit.c...



A miſcetur cum vino; & myrrha, & oleo de myrto prohibet caſum capillorum: veruntamen non peruenit ad hoc vt [a] conferat eis, quæ ſunt ſicut alopecia, quoniam eius reſolutio eſt pauca. *Vulnera & vlcera.* Decoctio eius [b] cum vino confert plurimum vlceribus: & fit ex eo emplaſtrum, & ꝓhibet ambulationes fraudulentas: & fit ex eo ceratum [c] ad aduſtionem ignis: *Inſtrumenta iuncturarum.* Nocet β neruis. *Membra capitis.* [d] †{Quando adminiſtratur ſuccus eius in caputpurgio cum oleo [d] irino, & melle, & nitro, ſoluit ſoda antiquam. Et quādo accipitur ſuccus capitum eius, qui niger eſt, & calefit in cortice granati, & diſtillatur in aurem diuerſam parti dentis doloroſi, confert. Et caputpurgium factum ex aqua eius eſt bonum ad purgandum caput: & ſanat curſum antiquum ex aure,} & exiccat vlcera eius. *Membra nutrimenti.* Quando ex recenti fit emplaſtrum [d] ſpleni cum aceto [e] †{ }confert. *Membra expulſionis.* Quando bibitur quantum tres digiti capiunt de flore albi cum vino, [d] confert dyſenteriæ: & bibat in die bis. Et [d] quando fit ex eo, quod recens eſt emplaſtrum, & ex capitibus eius, prouocat menſtrua. Et [f] †{quando fit ex eo ſuffumigatio poſt purgationem menſtruorum,}prohibet impraegnationem. Et ille, qui recens eſt [g] †{cum ſupponitur ex parte capitis eius,}prouocat menſtrua, & extrahit fœtum. Et ex [h] laudano quidem fit ſuffumigatio ad ſecundinam: & vt abortum faciat. Et flos in ſtringit naturam. *Venena.* Quando bibitur radix [d] eius cum aceto & vino confert morſui rutelæ.

B [i] *De*†{*Canabe.*} *Cap.* 170.

Canabs. *Operationes & proprietates.* Semen eius fugat ventoſitates, & exiccat: & eſt difficilis digeſtionis, & mali humoris, & fortis calefactionis, & quod frixum eſt, eſt minoris nocumenti, ſed ſyrupus acetoſus de zuccaro expellit eius nocumentum. *Apoſtemata & bothor.* Ex decoctione radicis eius, qui eſt ſylueſtris, fit [i] emplaſtrum apoſtematibus calidis & eryſipilæ. *Membra capitis.* Conferunt [i] ſuccus eius, & oleum [k] ipſius dolori auris. Et lauatur cum ſucco foliorum eius caput, & confert furfuribus. Et ſemen eius facit ſoda [l] propter vehementiam calefactionis, & vaporationem ipſius. *Membra nutrimenti.* Grana [m] eius ſunt difficilis digeſtionis, & ſunt [l] mala ſtomacho. *Membra expulſionis.* Ex [m] †{corticibus} eius quando plurimum ſumitur, ipſe [n] interſecat ſperma.

[o] *De* †{*Chimolea*}.i. Cimolia. *Cap.* 171.

Chimolea quid eſt? Eſt laminoſa ſicut marmor, alba, ſplendida, bona, in ſapore ſuo eſt camphoreitas. Et de ipſa eſt quædam quæ ſplendorem non habet: omnis velociter eſt frangibilis. *Vulnera & vlcera.* Confert [o] aduſtioni ignis proprie cum aqua & aceto: & quod eſt ex ea aduſtū, & lotum, confert vlceribus difficilibus ad incarnandum.

*De* †{*Culcaſia.*}.i.[p] Chakile. *Cap.* 172.

Culcaſia quid eſt? Eſt planta in qua eſt aſſimilatio de aluſnē. *Natura.* Calida eſt & ſicca in pri- C mo. *Operationes & proprietates.* In ipſa eſt ſalſedo cum ſtypticitate: & partes eius non ſunt ſimiles. & eſt cum inflatione pauca. *Membra anhelitus & pectoris.* Fit ex ea gargariſmus cum lacte, & eſt ei conueniens. *Membra nutrimenti.* Solutione educit [p] aquam citrinam. & proprie ſemen eius, & ſuccus ipſius, & minoretur ex ea vt non debilitet. *Membra expulſionis.* [q] Prouocat vrinam, & generat ſperma, & expellit choleram, & aquoſitatem cum facilitate: & potus ipſius fit ab vna tertia libræ vnius vſque ad duas tertias libræ,

*De* †{*Charta.*}.i.[r] Papyro. *Cap.* 173.

Chartas. *Natura.* [s] Calida eſt in primo, ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Prohibent quod aduſtum eſt de ea fluxum ſanguinis. *Vulnera & vlcera.* †{Quod de ea [r] aduſtum eſt ꝓhibet ſahafat.} *Membra capitis.* Quod de ea aduſtum eſt prohibet fluxum ſanguinis narium.

*De Cataf.*.i.[t] Atriplice. *Cap.* 174.

Cataf quid eſt? Eſt illud, quod dicitur chryſolachana. *Natura.* Eſt frigida ad ſecundum, humida in ipſo, *Operationes & proprietates.* In ſemine eius eſt virtus [u] †{lenitiua habentiū choleram.}

[x] *De*†{*Cucurbita.*} *Cap.* 175.

Cucurbita. *Natura.* Eſt frigida & [y] humida in ſecūdo. *Operationes & proprietates.* Illa, quæ eſt elixata, nutrit aliquantulum: & eſt velocis deſcenſionis. Et ſi non corrumpitur, non [z] genera- D tur humor, & corrumpitur in ſtomacho propter illud, quod ei miſcetur de humore malo, aut propter tarditatem moræ, ſeu propter longam moram ſicut reliqui fructus, & humor, qui ex ea generatur eſt [a] inſipidus, niſi dominetur ei aliquid, quod ſibi ſit commiſtum. nam ſi cum cydonijs commiſcetur, [b] humor eius eſt laudabilis cholericis: & ſimiliter ſi aquæ acreſtæ, & aquæ granati: verum nocumentum, quod ipſa affert colon duplicatur: & de proprietate quidem eius eſt, ꝙ generatur ex ea nutrimētū homogeneum ei, quod ei aſſociatur. Nam ſi comedatur cum [a] ſinapi, generatur ex ea humor malus acris: aut cum ſale generatur ex ea humor ſalſus: aut cum ſtypticis generatur ex ea humor ſtypticus: & eſt omnino nocitiua q̄bus dominat̄ melācholia & phlegma: & bona [c] cholericis: & illa [c] quidem quæ eſt condita non ingreditur in medicinis, neq; aliquid imprimit infrigidationis, neque calefactionis, ſed quandoq; adminiſtratur propter delectationem. *Membra capitis.* Succus eius ſedat dolorem [x] auris calidum, & proprie cum oleo roſa. & [d] confert apoſtematibus cerebri, & [x] ſirſen: & eſt conferens dolori [x] gutturis. *Membra anhelitus & pectoris.* Sauic [e] cucurbitæ confert tuſſi & dolori pectoris factis ex caliditate. *Membra nutrimenti.* Eius decoctio confert ſuperfluitatibus calidis in ſtomacho, & remouet eas: & [x] ſimiliter vinum effuſum in vacuitatem eius, deinde adminiſtratum: & fit [f] ex ſucco eius caputpurgium ad dolorem dentium

ſtomachis

A Gal. 7. ſimplic. fo. 51. e S Dio. lib. 1. c. 110. C Cap. 724. & D. Supra β D † Dio. li. 2. c. 172 Foliorū & corymborū ſuccus, cū irino vnguento, melle aut nitro narib⁹ caput eo cū aceto & roſaceo perfundi vtile eſt. purulētis auribus, aut dolentibus, cum oleo medet. Si accipiantur ei⁹ nigræ acini quinq; triti, calfactiq; in punici mali cortice cū roſaceo, ſi inſtillent à cōtraria aure, dolorē dentiū mitigant. Inſtillat⁹ ſuccus putrida tædia nariū, graueolentiamq; emendat. E † & pane F † eadem pota poſt purgationem fœminarū drachmæ pondere. G † melle irrigatus, ac vuluę īdit⁹. H Dioſ. li. 1. c. 110. I Dio. li. 3. c. 141. † Canab. Repet. c. 656. K Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 160. L Gal. 1. aliment. c. 34. f M Gli. 1. alim. 34. f M † ſemine. N D. & Ga. 7. ſimpli. fo. 49. f O Dioſ. li. 5. c. 94. † Chymulia. Repet. c. 418. † Chacha, ſeu chachal, i. ſoldanella. P Ser. c. 65. Q Serap. & Raſ. t. 3. c. 46. † Ghartas. R Dioſ. lib. 1. c. 98. S G. li. 8. ſim. 57. g † Crematæ papyri cinis depaſcētia vlcera cū omniū partiū, tū oris maxime cohibet verū melius id cōbuſta charta pſtat. T Dio. li. 2. c. 112. Repetit. 149. V † ad icteritiam. X Dio. li. 2. c. 127. † Charha. Y G. li. 7 ſim. 52. a Z Ga. lib. 2. alimē. c. 3. f g A Gal ibidem. B Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 244. C Raſ ibidem. D Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 244. E Raſ ibi. F Raſ. ibid.

valde, & [a] abſcindit ſitim: & eſt ex eis, quæ generant humectationem ſtomachi, ita vt hoc faciat in ſtomachis puerorum, & adoleſcentium: & non eſt medicamen nocumẽti ſtomachi, niſi vomitus & nocumentum, [b] quod affert colon, maximum eſt. *Membra expulſionis.* Quãdo [c] eius aquacoquitur cum melle, & ponitur in ipſa nitrum, lenit ventrem: & ſimiliter qñ ſepelitur in prunis & decoquitur ſicut eſt, & bibitur eius aqua cũ zuccaro ipſa vehementer nocet inteſtinis, & colon ꝓprie. *Febres.* Confert febribus cholericis. E

De †{*Cucumere*}.i. [d] Satiuo. *Cap* 176.

Cucumer quid eſt? Semen eius eſt melius ſemine chaiar, & ille qui eſt melior, & [e] ſubtilior, eſt maturus. *Natura.* [e] Frigidus eſt & humidus ad ſecundum. *Operationes & proprietates.* Sedat caliditatem & choleram, ſed [f] eius chymus eſt malus, præparatus ad putrefactionem: & excitans putrefactionem, & febres prauas. batheca vero eſt velocioris corruptionis, ꝙ ipſe: & in eo quidẽ, qui maturus eſt, eſt abſterſio: & ſemẽ eius eſt melius ſemine chaiar. †{Chaiar} vero eſt longinquior à digeſtione ꝙ ipſe: & diſcurrit in venis crudus, & generat febres [g] chronicas: cuius quidem nocumẽtum expellit ameos [d] †{aut vehementia inflãmationis ſtomachi.} *Apoſtemata & bothor.* Ponũtur folia eius [d] cum melle ſuper [g] †{ſcere phlegmaticum,} & confert eis. *Membra capitis.* Quando [h] habentes ſyncopim calidam ipſum odorant, reuiuiſcunt. *Membra nutrimenti.* Quando adminiſtratur ſedat ſitim, & [d] ẽſt bonus ſtomacho, verũtamen ipſe raro digeritur bene: & [i] quando bibuntur de radice †{eius duo anuluſat} cum hydromelle, facit vomere humorem ſubtilem. F *Membra expulſionis.* In ipſo ſunt prouocatio & lenificatio: & confert doloribus teſticulorũ, & [d] ẽſt conueniens veſicæ: ſed [k] eſt minor †{batheca} in ꝓuocatiõe. *Venena.* [d] Folia eius cõferunt morſui canis rabioſi.

De † {*cucumere aſinino.*}.i. [l] ſylueſtri cucumere. *Cap.* 177.

Cucumer aſininus quid eſt? Eſt arbor cuius colligitur ſuccus hoc modo. Accipit eius fructus in fine æſtatis poſtꝙ eſt citrinus, & ſuſpenditur in panno vt currat eius aqua, & coletur, & exiccatur in ſcutella ſuper cinerem, & ponitur ſuper tabulam in vmbra. *Electio.* Bonus eſt ille, qui eſt citrinus, rectus ſicut cucumer, veræ amaritudinis. Et [l] bonus ſuccus eſt ille, qui eſt albus planus leuis, qui eſt ſimilis cæpe ſquillæ, & ſuper quem iam præterijt annus. *Natura.* Eſt calidus & ſiccus in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtilis, reſolutiuus, & radix & folia eius, & fructus ipſius abſtergunt, & reſoluunt, & exiccant: cortex eius magis: & virtus ſucci radicis. & fructus ipſius eſt vna. *Decoratio.* Succus eius, aut ſuccus radicis, & foliorum ipſius, [l] †{confert ictericiæ.} Et puluerizatio eius, quod de ipſo ſiccum eſt, delet [l] veſtigia in conſolidationibus nigra, & [l] mundificat ſorditiem faciei. *Apoſtemata & bothor.* Cum fit ex [l] radice ipſius emplaſtrum cum farina hordei reſoluit omne apoſtema phlegmaticum antiquum, & eſt [l] diſruptiuum exiturarum proprie cum gumma albotin, & proprie ſuccus eius. *Vulnera & vlcera.* Quãdo puluerizatur, quod de eo ſiccum eſt ſuper [l] ſcabiem & [l] impetiginem, cõfert eis. G *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert doloribus iuncturarum, & eius decoctio clyſterizata confert [l] ſciaticæ: & fit ex eo emplaſtrum cum aceto ſuper [l] podagram. *Membra capitis.* Succus eius reſoluit hemicraneam groſſam [l] caputpurgio facto ex eo cum lacte. Et [m] ſi liniantur cum eo nares cũ lacte, euacuabit ſuperfluitates plurimas. Et confert galeatæ paſſioni, & ſoda antiquæ. Et ſuccus quidem foliorum eius eſt debilior. Cumq; [l] diſtillatur ſuccus in aurem, ſedat eius dolorem. *Membra anhelitus & pectoris.* Solutio cum ſucco eius facta vehementis eſt iuuamenti ei, qui [l] anhelitus malitiam habet: & linitur [m] †{palatũ ad præfocationem phlegmaticam} ex ſucco eius cum melle & oleo [n] †{ } *Membra nutrimenti.* Cõfert hydropiſi extrahendo aquoſitatem mirabiliter ſine nocumento, quãdo in potu datur de radice eius obolus. i. 3. [o] †{Et qñ decoquitur. 5. lib. eius cum duobus kiſt vini: & dantur in potu oi die tres anuluſat vſq; ad. v, & qñ aſſumitur de radice eius anuluſat. i. 5. aut de cortice eius quarta hac ſuneſi in die facit vomere phlegma & choleram rubeam.} Et bibitur cum aqua mellis, & cõfert vehemẽter & manifeſte: & ꝓuocat ambo facile ſine leſiõe: & nõ ẽ ſtomacho nociuus. [p] †{Ex eis aũt cum quibus fit bona ſolutio eſt vt ſucco eius duplũ ſalis admiſceatur, deinde fiant inde pilulæ ſicut eruus. & bibatur cum aqua: in vomitu aũt ſumit aliquid de eo diſſolutum} aqua [q] †{ } & linitur ex eo radix linguæ, & quod ſequit ipſam [r] †{ ſi vis vt velocius fiat. & fortius, fiat illud ex eo cum oleo, & oleo de lilio. Et ſi ſuperfluit detur in potu ei, qui bibit, vinum cum oleo, qm quieſcere facit ſtatim. Si aũt non confert, detur ſauich de hordeo cũ aqua frigida & aceto.} *Membra expulſionis.* Solutione educit phlegma & ſanguinem. Et ſuccus eius prouocat vrinam, & [l] menſtrua, & corrumpit [l] fœtum ſuppoſitus.

O † Dioſco. lib. 4. c. 136.
Radicis ſuccus ſexquioboli pondere, & item cortex acetabuli quarta parte bilem, pituitamq; deijciũt, præſertim in hydropicis. Deiectiones autem citra ſtomachi iniuriam mouet. Radicis ſelibra in vini præſertim libyci hemina conteritur, danturq; ex eo terni cyathi triduo dum tumor abunde deprimi cernatur.

P † Dioſ. Quòd ſi in aĩo ſit deiectionẽ moliri adiecto ſalis duplo & ſtibij quod colorare ſufficiat, ex aqua erui magnitudine cata potia dato, poſt cyathus vnus aquæ tepidę ſorbeatur. H

R † Dio. Quòd ſi quiſpiã difficilius euomat, oleo aut vnguento irino reſoluto. ſomnum inbibeto, porro his, qui eximiæ vacuantur, continue vinum & oleum dari conuenit, etenim vomendo reſtituuntur, quòd ſi vomitiones non ſiniantur aqua frigida polenta, poſca, poma, & quę ſtomachum denſando corroborant danda ſunt.

De †{*Cornu*}.i. [s] Ceruino. *Cap.* 178.

Cornu quid eſt? Cornu cerui & [t] capræ aduſtum abſtergit dentes fortiter, & ſtringit [t] gingiuam, & ſedat dolorem gingiuæ [s] inflatæ: & oportet vt aduratur donec albeſcat. *Membra oculi.*

Cornu

A G. ... B Raſ... C Dioſ... † Checha. D Dio. lib... E G. ... F G. ... c. 6. d † citrulus G Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 143. D † ... ſtomachi ... inflammant... G † cucumis F folia ... H Cucu... rap. c. 33. D cucum... † cucumeris drachma I Cap. 91. ... K G. li. 1. ... c. 6. b † pepone D cucum... † Chetha... L Dio. 4. c. ... L Dioſ. ... areolam... trimenti. L Elateri... M Paul. li... 360. 30. M † Dio. ... N † ... rino. Q † Dioſ... ſuccus. † Choron. S Dioſ. lib... T Gal. ... ſo. 79. g. & Di...



A Cornu cerui [a] †{aduſtum albificatum ſicut ſal, ablutum, prohibet materias ab oculo.} *Membra anhelitus & pectoris.* Cornu cerui aduſtum ablutum, ſputo [b] ſanguinis cõfert. *Membra nutrimenti.* Detumeſcere facit alhabẽ, id eſt hydropiſim & non nocet ſtomacho, & confert [b] ictericiæ. *Membra expulſionis.* [b] Cornu cerui aduſtum ablutum, confert dyſenteriæ.

[c] De †{*Curace.*} *Cap.* 179.

Cracis quid eſt? Eſt vrtica.

[d] De †{*Catatul.*} eſt Auis. *Cap.* 180.

Catatul. *Natura.* Eſt debilis [e] caliditatis, & vehementis ſiccitatis. *Operationes & proprietates.* Generat [e] melancholiam. *Membra nutrimenti.* Confert [e] hydropiſi. *Membra expulſionis.* Confert ſolutioni ventris.

De †{*Cokio*}.i. [f] Coagulo vituli marini. *Cap.* 181

Cokium quid eſt? Eſt [g] animal marinum, cuius virtus [f] eſt propinqua virtuti animalis caſtorei. *Membra capitis.* [g] †{Caro} eius cõfert epilepſię. *Membra expulſionis.* [f] Confert ꝓfocationi mr̃icis.

[h] De †{*Cubugi.*} *Cap.* 182.

Cubugi quid eſt? Attuiugi communicat ei in formis ſuis. *Natura.* Caro eius eſt de ſubtilioribus carnibus. *Decoratio.* Caro eius [h] impinguat. *Membra anhelitus & pectoris.* Caro eius abſter- B git [h] cor. *Membra nutrimenti.* Confert caro alcubugi [h] hydropiſi, & confert [h] ſtomacho. *Membra expulſionis* Caro eius eſt [h] leuis, & [h] ſtringit ventrem, & [h] augmentum facit in coitu.

De [i] †{*Cambura.*} *Cap.* 183.

Cambura. *Membra nutrimenti.* Quando digeritur, nutrit plurimum: ſed eſt tardæ digeſtionis.

De [k] †{*Cathimumnkureis.*} *Cap.* 184.

Cathimumkureis. Dictum eſt [l] cap. de nun. *Membra expulſionis.* Eſt bonum vlceribus renum & veſicæ.

De †{*Calab*}.i. [m] Lithoſpermo. *Cap.* 185.

Calab quid eſt? Eſt almes indum: & eſt ſimile [n] ſemini lini, & maius aliquantulum ad cinereitatem declinans *Natura.* Eſt frgidum in ſecundo, humidum in primo. *Membra nutrimenti.* Delet ſingultum. *Membra expulſionis.* Frangit [m] lapidẽ renum, & [n] veſicæ: & eſt bonũ ſolutioni ventris.

De [o] †{*Caiſur.*} *Cap.* 186.

Caiſur quid eſt? Eſt alaſed: & iam dictum eſt de eo in [p] cap. ſpumæ maris.

De †{*Cot*}.i. [q] Medica. *Cap.* 187.

Cot quid eſt? Eſt alaſelet. i. faſfaſa ſeu rathbe: & eſt [q] cibus animalium omnium. *Inſtrumenta iuncturarum.* Oleum alcot eſt res magis conferens tremori: & remouet eum ſecundum omnes.

[r] De †{*Cinere.*} *Cap.* 188.

C Cinis. *Operationes & proprietates.* Omnis eſt abſterſiuus, exiccatiuus, quãuis diuerſificetur: & ablutio minuit eius abſterſionem: & acquirit ei glutinationem, & exiccationem ſine mordicatione. [s] Aqua vero cineris ingreditur in medicinis putrefacientibus. Et fortior earum eſt cinis fici, & lacticinij. Et abſterſio reliquarum aquarum cineris, & ſiccitas, ſunt minores ꝙ iſtarum duarum: & cinis almezerion eſt abſterſiuus, & putrefactiuus: & [t] cinis lignorum ſtypticorum, ſicut quercus & reliquorum, retinet ſanguinem. *Apoſtemata & bothor.* Cinis alathaie, ſeu alhadaie ſuper ſcabiẽ & impetiginem linitur, & confert. *Membra oculi.* Cinis almezerion acuit viſum. *Membra anhelitus & pectoris.* Cinis almezerion confert ſquinantiæ, & proprie cum diahirundinis.

De [u] †{*Cera.*} *Cap.* 189.

Cera quid eſt? Dicta eſt [x] cap. de mum. *Membra expulſionis.* Addit in coitu, & prouocat.

De [y] †{*Capillo algul.*} *Cap.* 190.

Capillus algul quid eſt? Eſt planta, quæ cum ſuis eradicatur venis, & color ipſius eſt, inter rubedinem, & nigredinem, & radices eius, & ſtypites ipſius ſuperiores ſunt expanſi, ſeu dilatati, & criſpi ſeu contracti. *Natura.* Eſt calidus & ſiccus. *Membra anhelitus & pectoris.* Mundificat pectus & pulmonem.

D De [z] †{*Capillis.*} *Cap.* 191.

Capilli. *Natura.* Capilli aduſti [a] ſunt calefactiui & exiccatiui fortiter. *Decoratio.* Aduſti [a] abſtergunt dentes: & aqua eorum facit naſci capillos. *Vulnera & vlcera.* Exiccãt capilli aduſti vlcera [b] humida, & ſordida: & tremula fortiter. *Membra capitis.* Capilli aduſti [a] abſtergunt dentes. *Venena.* [b] Capilli hominis cum aceto in modum emplaſtri ponuntur ſuper morſum canis rabioſi.

De †{*Caſurudar,*}.i. [c] Galanga. *Cap.* 192.

Caſurudar quid eſt? Meſaugue inquit eſt galange. *Natura.* Eſt [d] calidum & ſiccum. *Operationes & proprietates,* Et reſolutiuum, liquefactiuum. *Membra expulſionis.* Confert cholicæ, & dolori [d] renum: & augmentum efficit [d] in coitu: & plurimum proprietatis eius eſt in dolore renum.

[e] De †{*Caſia fiſtula.*} *Cap.* 193.

Caſia fiſtula quid eſt? Alia eſt kebulia: alia ægyptia. *Electio.* Melior eſt illa, quæ ſumitur à cãna, & quæ ſplendidior & pinguior. Et melior canna ipſius eſt illa, quæ ſplendida eſt & plana. *Natura.* Eſt æqualis in caliditate & frigiditate, & eſt humida. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiua, lenitiua. *Apoſtemata & bothor.* Confert [f] apoſtematibus calidis in viſceribus, & proprie [e] gutture quãdo ex ea fit gargariſmus [g] cum aqua ſolatri: & linitur ſuper apoſtemata dura, & cõfert eis.

Inſtru-

A † Dio. cõtuſum, crudo fictili, luto circũlito, & in furnum indito, vritur donec albeſcat, id cadmiæ modo eloturum, vlceribus oculorum, & defluxionibus ſalutare eſt. B Dio li. 2. c. 50. C Cap. 714. † Cans. D † Catha. E Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 193. † Chuchi. F Dio. li. 2. c. 67. G Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 380. G † coagulum H Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 455. † Cabegi. I † Canaberi, vel cãberi, & eſt auis lodula. K † Chadãcareis, & eſt granum pini minus, L 280. & 301. & 555. & 693. † Culb, vel calt. i. milium ſolis. M Dio. li. 3. c. 135. N Ser. c. 66. O † Caiſur. i. lapide pumice. † Cot, & eſt ſpes. trifolij ſicca. P 613. Q Dio. lib. 2. c. 141. R G. lib. 8. ſim. 62 † Ramed. S G. li. 7. ſimpl. de lixiuio. 32. b T Gal. li. 8. ſimpl. ſo. 62. c V † Semhe. X 469. Y † Shar algul. Z † Shar. A Sera. c. 462. Infra & B Halya. 2. pra. c. 51. 532. Supra & † Chaſerudar, ſeu chaſurudar. i. galanga. C Ser. c. 312. D Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 313. Repetit. c. 314. E Sera. c. 12. Chaiarſandar. Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 187. G Li. 1. F. 4. c. 25. & li. 4. F. 4. c. 3. & li. 4. Fe. 3. 1. t. 1. c. 2. & Raſis.

Elleborus quid eſt? Ille qui niger eſt, eſt fruſta non habentia additamenta villoſa, ſed fruſta eius ſunt ac ſi eſſent inciſa in extremitatibus ſuis, & eius acuitas eſt fortior acuitate albi. Et illi, qui ipſum colligunt præſeruantur ab eius nocumento [c] comedendo allia, & bibendo vinum. Et folia quidem plantæ eius ſunt ſimilia folijs [c] †{aldub,}ſed ſunt vehementioris nigredinis q̃ ipſa, & ha-

A Dioſ.li.2.c.38. B † comitiales. C Dioſ.lib.2.c.67 † Sadã alhadid. D Dioſ.lib.5.c.46 Repet.c.247.

† Canfed. E Dioſ.lib.2.c.1. F Raſ. vlti. conti. t.1.c.273. Infra α F † cruda & ĩ aſſata Infra β Supra β G D.& G. 11.ſim. ſo.78.f.& Raſ. vlti. conti.t.1.c.273. H Dio. Gal.& Raſis ibidem. Supra α † Ericius marinus eſt bonus ſtomacho. G Raſ ibidem. I Ser.c.425. K D.& R. hẽt ſup pannum. L † in vaſe fictili. * Debet legi ĩ areola nutrimenti. † ——— M Oppoſi.li.3.F.15. t.1.c.6.niſi ſit terreſtris. Raſ.ibi. N Serap.c.425. † Raſen. O Dio.li.1.c.26 P ſm genus. O † ſerpillum Q Dioſ.li.1.c.26. R Raſ. vlti. conti. t.1.c.267. S Ra.& Se.c.328. T † Dioſ. Heleniũ ſtõ vtile, ĩ paſſo cõditũ. ſiquidẽ ſalgamarii paululũ ſiccatam radicẽ, mox decoctã, & frigida aqua madefactã in ſapã conijciunt & ad vſus recondunt trita potaq; ad cruentas excreatiões efficax eſt. † Sadenegi. Y Dioſ.li.5.c 90. X Raſis vlti.cont. t.1.c 397. Y G.li.9.ſi.f.68.c. Infra α Infra β Y † ſupercilia cũ phlegmone aſpera ſiut reddita. Z † non A † ——— B G.li.9.ſi m.68.c. Supra α Supra β † Charbech aſued C Dioſ.li.4.c.134. C † platani.

bet crus breue ad purpureitatem declinans, & eius figura eſt ſicut figura racemi, & in ipſa eſt fructus, E & habet venas ſubtiles nigras ex radice vna ſicut ex capite cæpæ, & quod de ea adminiſtratur ſunt venæ iſtæ, & oritur in ſiccis. *Electio.* Melior eſt ille, qui eſt medius inter veterem & nouum,[a] † {& groſſum & extenuatum, habens colorem cineritium, velociter frangibilis, gair alnachar, in cuius vacuitate eſt quiddam ſimile telæ araneæ, ſaporem habens acutum, & mordicans linguam,} & bonum, quod de eo adminiſtratur eſt, vt aſſumatur lignum paruum, quod eſt apud radicem eius, & madefiat cum pauca aqua, & excorticetur, & aſſumantur cortices illius, & exiccētur in vmbra, & adminiſtrentur triti, & cribellati: & potio eius ſit tres kermet: & melius eſt, vt in potu detur [b] cum petroſelino & dauco, & quandoque datur ex eo vſq; ad aur. ij. *Natura.* [c] Calidus eſt & ſiccus vſque ad tertium. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiuus, ſubtiliatiuus & eſt fortis abſterſionis, adeo q corrodit carnem mortuam, & [d] quando naſcitur apud radicem vitis, fit virtus vini eius ſolutiua: & de proprietatibus quidem ellebori eſt, q ipſe permutat corpus a ſua [e] complexione, & facit ipſum complexionem bonam iuuenilem acquirere. Et [f] multi ſunt, qui elleborū [f] † {album} ſumunt ad vomendum, & non facit vomere & non ſoluit: ſed facit illud, quod facit vomitus & ſolutio, & conuenientia eius eſt ad [g] viros, & viragines mulieres, & fortiores, & adoleſcentes, & eos qui habent corpus carnoſum & pingue, & plus de multitudine ſanguinis, & non eſt conueniens corporibus timoroſis, neque mollibus, & ipſe quidem eſt conueniens in menſe Aprilis,[g] de- F inde in Septembri, veruntamen oportet vt ante ipſum procedant [g] tres dies penitus in quibus abſtineatur a comeſtione, & potatione groſſorum, & vt adminiſtrentur ea, quæ gaudere faciant, & delectari, & vt [g] euomat poſt cœnam duabus vicibus, aut tribus, deinde aſſumatur. *Decoratio.* [g] † {Linitur ſuper morpheam cum aceto, & ſimiliter ſuper albaras, & ſimiliter ſuper albam morpheam,} & eradicat verrucas. & euacuatio, quæ fit cum eo confert albaras, & ſimiliter albus. *Vulnera & vlcera.* Linitur niger,[h] † {& albus cum lacte ſuper ſcabiem, & impetiginem cum aceto, & ad excoriationem linitus valet, & fit cum eo euacuatio, & fiunt ex eo ſicut lycinia, & immittuntur fiſtulis, & [d] dimittuntur per [i] † {diem,} & quando extrahuntur, ex eis eradicantur partes calloſæ, vel oſtracoſæ, quæ ſunt in eis. *Instrumenta iuncturarum.* Confert [d] paralyſi, & dolori [d] iuncturarum, & euacuatio facta per ipſum eſt medicamen eorum omnium forte. *Membra capitis.* Quando decoquitur cum aceto, & diſtillatur in aurem, ſedat ſonitum, & quando os colluitur ex illo aceto, ſedat [k] dolorem dentium: & quando diſtillatur decoctio eius in [k] aurem debilis auditus, cōfortat ipſum, & confert melancholiæ, quæ eſt cum aliquis ſolus aliena loquitur, & [l] hemicraneæ antiquæ, & ægritudinibus capitis. ſ. [k] epilepſiæ & [k] melancholiæ. *Membra oculi.* Confortat viſum quando ponitur in alcofol. *Membra expulſionis.* Confert [k] melancholiæ, & dominio eius, & ſoluendo educit ex toto corpore abſque horribilitate, & extrahit [k] choleram etiam & [m] phlegma, & ex- G trahit omnem [l] ſuperfluitatem miſtam ſanguini, ita q ab extremitatibus corporis & a cute, & oportet vt fiat velocis ſolutionis [n] cum ſcamonea, & miſceantur ei [l] petroſelinum, & daucus, & quandoque datur in potu hoc modo. infunditur in oxymelle, aut vino dulci, & dimittitur i ipſo aliquo ſpatio: deinde coquitur vinum illud cum lentibus, aut cum hordeo, aut gallina, & ad ſorbendum datur ius eius, & quandoq; admiſcetur duobus aureis de eo quantitas [k] trium anuluſat de ſcamonea, & quandoque decoquitur [k] cum lentibus. Et iam quidem dictum eſt in tabulis proprietatum de reginine eius, quod oportet fieri in hoc loco etiam. Et ipſe valde confert apoſtematibus in inteſtinis, & veſica, & prouocat vrinam & [k] menſtrua. *Permutatio.* Loco nigri ponitur medium pondus ipſius de mezereon, & duæ tertiæ ponderis eius de agarico. Filius autem Meſaugue dixit, q loco eius ponitur [n] † {condes.}

### De † {*Elleboro albo*} .i.° Veratro albo. *Cap.* 238.

Elleborus albus quid eſt: Cortex, & cortices parui ſunt frangibiles, figuram vel formam habēs ſimilem rei inueteratæ, ſeu corroſæ a vermibus vel a carollis albæ, in qua [o] † {non eſt grauitas, & ſimilatur etiam radicibus althææ, cuius amaritudo eſt vehementior amaritudine nigri. Et eius planta eſt ſicut arnogloſſa, aut ſicut ſicla ſylueſtris, ſed eſt breuior ea rubei coloris. Et longitudo cruris eius eſt vſque ad quatuor digitos coniunctos habens concauitatem. Et habet venas plurimas a ra- H dice vna procedentes ſicut cæpe,} & naſcitur in locis montuoſis, & colligitur in tempore meſſis & exiccatur. *Electio.* Ille, qui eſt electus,[p] † {eſt planam habens ſuperficiem cum æqualitate, albus, velociter frangibilis, plurima habens grana minuta,} non mordicans linguam ſtatim vehementer, & attrahit ſaliuam. Qui autem vehementer mordicat, ſtatim eſt præfocatiuus: ſed operationes regiminum in ipſo prædictæ ſunt in capitulo proprietatum. *Natura.* [q] Calidus eſt & ſiccus in medio tertij. *Operationes & proprietates.* [q] Albus eſt vehementioris amaritudinis. Et niger eſt vehementioris caliditatis, & cum mus comedit ipſum moritur, & ex induſtria probatur illud, [r] † {& comedit de ipſo mus in ſauich & melle, & quando coquitur cum carne diſſoluit eam, & debilior eſt ille, qui eſt infuſus. de ipſo vero inciſo ſumuntur quinque aur. & ponuntur in nouem vnc. aquæ pluuialis, & dimittuntur in ea tribus diebus, & colatur, & fit tepida, & bibitur: deinde eſt ille, qui eſt decoctus, qui hoc modo præparatur, [s] libra vna de eo inciſo i duobus kiſt aquæ pluuialis poſita tribus diebus infunditur, & decoquitur, donec eius tertia pars remaneat, deinde extrahitur ab ea elleborus, & proijcitur ſuper aquæ mellis boni colati quantitas duarum lib. & inſpiſſatur, & ſumitur ex eo cochlearium magnum ſicut eſt, aut cum aqua calida: & hoc eſt ſanum, et

tutum



A tutum: deinde eſt cortex inciſus: poſt confractus in eo poſitus, quod ſit ſicut aqua hordei,[a] vt nihil remaneat in gutture & ſtomacho: deinde eſt ille, qui pulueriʒatus præparatus cum aqua mellis, & iſte eſt ille, qui plurimum nocet: propterea, q remanet in meatibus, quare oportet bibentem ipſum præparare res, quibus medicatur ille, qui forſitā incidit in ſpaſmum, ſicut ius [b] gallinæ, & ſyrupum de hyſſopo cum mentaſtro & ruta, & lentes, & olea boni odoris, ſicut factum eſt de cyperis, & lilio, & narciſſo, & vt ſint apud eum acetum acuti odoris, & poma, & cydonia, & panis calidus, & vinum odoriferum, & medicamen ſternutatorium, & penna, & cathedra, & lectus ſtratus, & ventoſæ diuerſę, & quando aſcellat cum facilitate, ſorbeat aquam frigidam, & odoret [c] odores bonos, & cibetur ex eis, quorum chymus bonus eſt. Et ſi iam accidit ei ſpaſmus, & debilitas, tunc detur ei panis fractus in vino, aut aqua mellis, & quandoque oportet vt reiteretur, & cibetur pane infuſo in aqua frigida, & ſi accidat ei ſingultus [c] in medio operationis detur ei aqua [c] mellis, in qua decoctus ſit raphanus: & ſi medicina in ipſo non mouetur, poſt aliquantulum ſpatium bibat aquam mellis cum aqua calida in qua decocta ſit [c] ruta: aut detur in potu aqua, & oleum, & vomat cum penna intincta in oleo de ciperis, & de lilio, & [c] moueatur in [c] † {argiuha,} quod ſi acciderit ei ſicut præfocatio, ſumat in potu de decoctione [c] ellebori quantitatem trium vnc. illud enim adiuuat medicinam & remouet accidens. Si vero non iuuerit, faciat clyſtere acutum, & in potu dentur tres. [d] † B {anuluſat de eo,} non vt euomere faciat, ſed vt expellat præfocationem, & fiat vt ſternutet cum ſternutatorijs, q ſi ſingultus vomitu non remouetur, adminiſtremus tunc [c] ventoſas ſuper ſpondyles magnas, quæ ſunt inter ſpatulas, & ſuper reliquas dorſi ſpondyles.[d] Ventoſæ enim ęquant contorſionem accidentem poſt ſingultum. & inunge membra ſpaſmata cum oleo vehementis calefactionis, & [c] cum aqua balnei & tina. *Vulnera & vlcera.* Operatur enim in iſto capitulo operationē nigri. & ſimiliter operatur in decorationis capitulo. *Membra capitis.* Quando odoratur ille, qui pulueriʒatus eſt, excitat [e] ſternutationem. *Membra oculi.* [e] Acuit viſum. *Membra nutrimenti.* Elleborus albus facit vomitum cum fortitudine: ſed in ipſo eſt timor, qm̄ præfocat. quandoq; vero ponitur in [f] † {chamiſa} vt vomere faciat, & oportet vt illi in quo timetur præfocatio non in potu tribuatur ſtomacho exiſtente vacuo. huiuſmodi enim debilis eſt. *Venena.* Interficit, quod de eo ſuperfluū eſt homines, & eſt [e] venenum canibus, & porcis, & ſtercus bibentis ipſum interficit gallinas.

### [g] De † {*Eupatorio.*} *Cap.* 239.

Eupatorium quid eſt: [g] † {Eſt ex herbis piloſis, ſeu ſpinoſis, & habet folia ſicut folia canabis, aut folia pentaphyllon, & flos eius ſicut nenuſar:} & eſt illud, quod adminiſtratur, & ſuccus eius. *Natura.* Eſt calidum in primo, ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtiliatiuum, inciſi- C uum valde, & abſterſiuum ſine attractione, & ſine caliditate manifeſta. Et in ipſo eſt ſtypticitas pauca, & ponticitas, & amaritudo fortis, ſicut eſt amaritudo aloes. *Decoratio.* Eſt bonum in initio alopeciæ, & thyriæ. *Vulnera & vlcera.* Linitur cum [g] adipe [h] † {veteri} ſuper vlcera difficilis conſolidationis, & eius ſuccus confert ſcabiei, & prurituí quando bibitur cum aqua fumiterræ, & oxymelle, & ſimiliter flos eius, & ſuccus ipſius eſt fortior. *Membra nutrimenti.* Confert doloribus [i] hepatis, & oppilationibus eius, & confortat ipſum, & confert duritiei ſplenis, & apoſtematibus hepatis, & apoſtematibus ſtōi. & eius herba, & ſuccus conferunt cachexiæ, & accidentibus hydropiſis. *Membra expulſionis.* Datur in potu cum vino, & confert [g] vlceribus inteſtinorum. *Febres.* [k] Confert febribus chronicis, & antiquis, proprie ſuccus eius, & proprie cum ſucco abſinthij. *Permutatio.* [l] Loco eius ponitur pondus de aſſaro, & medietas ponderis ipſius de abſinthio.

## Litera. F.

### [m] De † {*Fabis.*} *Cap.* 240.

D FAbæ quid ſunt: Notæ ſunt, & aliæ ſunt Aegyptiacæ, & alię Nabathiæ. & Nabathiæ quidē ſunt vehementius ſtypticæ, & Aegyptiacæ ſunt humidiores, & minoris nutrimēti: virides vero ſunt plurimæ ſuperfluitatis. & ſi non eſſet tarditas ſuæ digeſtionis, & multitudo inflationis earum, non eſſent minores in nutriendo bene, quam pultes hordei, ſed ſanguis earum eſt groſſior, & fortior. *Electio.* Meliores ex eis ſunt groſſæ albæ, quæ a gurgulionibus non perforantur, & deteriores earum, ſunt recentes, & earum quidem rectificatio eſt prolongatio infuſionis earum, & bonitas decoctionis, & comedere eas cum pipere, ſale, & haſce, & origano, & ſimilibus cum oleis. *Natura.* [n] Proximæ ſunt æqualitati, ſed ſunt decliues ad frigiditatem, & ſiccitatem plus, & in ipſis eſt humiditas ſuperflua, & proprie in viridibus. De veritate vero viridium eſt vt iudicentur frigidæ & humidæ. Quidam autem, qui ponunt frigiditatem fabarum in gradu ſecundo, modum excedunt. *Operationes & proprietates.* Abſtergunt parumper, & [m] inflant valde, & ſi earum decoctio bona fiat, & [o] non ſunt ſicut chiſt hordei: quoniam decoctio plurima ipſius [m] reiterando aquam remouet inflationem eius, verum cum fabæ excorticantur, & decoquuntur in aqua, deinde friguntur in oleo in vaſe ſine motu, minoratur earum inflatio, & quæ ex eis aſſatæ, ſeu torrefactæ ſunt paucæ inflationis, ſed ſunt tardioris digeſtionis. & coctæ cum ſuis corticibus ſunt plus inflatiuæ, ſed ſunt tardioris digeſtionis. & fortaſſe earum farina eſt minoris inflationis:

A Aeti.lib.1. ſer.3. 131.
B Olā ſunt excepta ab Aet. ibi. 132.
C Aet.lib. 1. ſer.3. c.133.
C † lectopenſili.
D † oboli galbani
E Dioſc.li.4, c.139
F † cibario facto ex amylo & zuccaro & aliis.
G Dio.lib.4.c.33.
† Gaſet.
G † Dio. Eſt herba fruticoſa vnicū efferens caulem, lignoſum, nigricantē, rectū tenuē, hirſutū, cubitalē, iterdum ampliorē, folijs per interualla quinque folii, aut canabis magis ſimilibus, quinquepartito aut ampliꝰ diuiſis, nigricantibus per ambitū ſerratis, ſemē medio caule erūpit, piloſum, deorſum ſpectās, quod ſiccatū veſtibus inhęret.
H † ſullo.
I Dio. & Galē. 6. ſimpl. 47. f
K Ser. c.77.
L G. de ſubſt. me. camæpithys,
M Dioſ. lib.2.c.97
† Bachale.
N G.7. ſim.11. d,
O G.li.1. ali.c.19. 64.

ſed earum q́ ſunt Nabathiæ eſt virtus ſtyptica,& earum cortex eſt fortioris ſtypticitatis,& non abſtergit.& Aegyptiaca eſt ſtypticior oībus,& in ipſa eſt abſterſio,& generat ex ea caro mollis,& generat humores groſſos.Hippo.quoq; teſtificatus eſt bonitatem nutrimēti earū,& cōſeruationē ſanitatis ab eis,& [a] qñ ſcindunt in duo media,& ponuntur ſup fluxū ſanguinis [b] †{ } abſcindit ſeu remouet ipſum.Et de proprietatibus quidē earū eſt, ꝙ [c] abſcindunt oua gallinarū cū nutriunt ex eis.& ꝙ faciunt [a] videre ſomnia mala mentē pturbantia,& ꝙ faciunt accidere pruritū proprie recentes. *Decoratio.* Qñ ex corticibus earū fit [a] empl̄m capillis,ſubtiliat eos,& qñ fit ex eis empl̄m ſup femur infantis,prohibet [a] ortum pilorum,& ſilr̄ qñ ſæpe iteratur ſuper locum raſum,& abſtergūt [a] morpheam in facie,præcipue cum cortice,& pannum,& lentigines,& faciunt colorem bonum. *Apoſtemata & bothor.* Fit ex eis empl̄m cū vino [a] ſup α apata teſticuli. *Vulnera & vlcera.* Confert vlceribus lacertorum. *Inſtrumenta iuncturarum.* Conferunt ſpaſmo lacertorum,& more [d] emplaſtri ponuntur cū decoctione ſua podagræ cum adipe porci. *Membra capitis.* Faciunt ſoda,& nocēt oībus,quibus accidit ſoda.& res viridis,q́ eſt in cōcauitate earum,q́ ſunt Aegyptiacæ, cuius ſapor eſt amarus,cum teritur & miſcetur cum oleo roſaceo,& diſtillatur in aure,confert dolori eius. *Membra oculi.* Ipſe cum melle & fœnugræco more emplaſtri ſuperpoſita,[a] conferunt [d] †{obfuſcationi oculi,& palpitationi:}et ex eis [a] cum thure,& roſis,& albugine oui fit empl̄m exitui oculi,proprie,qui eſt pupillæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Bonę ſunt [e] pectori & ſputo ſanguinis, & cōferunt ēt [a] tuſſi.& ſi miſceantur cū melle,& farina fœnugræci conferunt apatibus gutturis & [a] duarum amygdalarum:& earū empl̄m eſt bonū [a] apatibus mamillæ,& [a] caſeitati lactis i ea. *Membra nutrimenti.* [a] Sūt difficilis digōnis,& non tardæ deſcenſionis & exitus.Et non ſunt generatiuæ oppilationū.Et decoctæ cum corticibus ſuis in aceto [a] prohibent vomitū. *Membra expulſionis.* Quæ [a] ex eis decoctæ ſunt cum aceto & aqua,conferunt ſolutioni antiquæ,& cum proprie fuerint cum corticibus ſuis,& cōferunt [a] dyſenteriæ,& proprie Nabathiæ.Et earum etiam ſauich cōfert ad illud comeſtum ſicut eſt & bibitum cum re aliqua liquida.& α earum emplaſtratio confert apoſtemati teſticulorum.

[f] De †{Fæce.} Cap. 241.

Fæx. *Electio.* Melior fæx & ſanior,eſt [f] fæx vini veteris,deinde quæ ſimilis eſt ei. Et [f] fæx quidē aceti eſt vehementis virtutis.Et oportet vt aduratur [f] poſt ipſius exiccationem bene, ſicut aduritur ſpuma maris inuitreata linita ex luto, aut olla.Et finis aduſtionis eius eſt,vt [f] albeſcat & pulnerizetur ſubtiliter.Et ſimiliter oīs fæx.Et oportet quidem vt oīs fæx adminiſtretur, [f] dum eſt recens, & fiat quod neceſſarium eſt de aduſtione eius,& tunc adminiſtretur:quæ.n.ex ea vetus eſt, eſt debilis virtutis.Et oportet quidem vt conſeruetur in vaſe,& non exponatur aeri.Et quandoq; abluitur [f] ſicut lauatur tutia. *Operationes & proprietates.* Fęx aceti fortior ex alijs fæcibus, & virtus abſterſionis eius eſt ſtyptica,[f] & aduſta eſt aduſtiua,& putrefactiua virtute alia. *Decoratio.* Quæ aduſta eſt adminiſtratur in [f] vngue albificatio cum gumma pini, & rectificat ipſum. *Apoſtemata & bothor.* Fæx [f] non aduſta eſt bona inflationi ſola,& [f] cum myrto etiam,& exiccat bothor cum quo non eſt vlcus. *Membra anhelitus & pectoris.* [g] †{Fæx non aduſta extinguit inflammationē mamillæ in qua conculcatus eſt ſanguis.} *Membra nutrimenti.* Fæx non aduſta prohibet [f] fluxum materierum ad ſtomachum. *Membra expulſionis.* Quando exterius apponitur matrici emplaſtrum ex fæce non [f] aduſta,confert fluxui ſanguinis menſtrui.

De †{Fumo}.i.[h] Thuris fuligine,Reſinis,& fuligine Picis. Cap.242.

Fumus quid eſt?Eſt terreus ſubtilis, & diuerſificatur eius ſubſtātia, & oēs eius ſpēs ſūt exiccātes ſubſtātia ſua terrea,& eſt in eis igneitas parua. *Electio.* [i] Fortior eorū eſt fumus alchitrā, deīde fumus picis humidæ,deinde fumus ſtoracis, poſtea myrrhę, deinde thuris poſtea terebīthinæ, & vī, ꝙ fumus napræ ſit fortior oībus. *Operationes & proprietates.* Fumus eſt ſubſtantia terrea ſubtilis,digeſtiuus, reſolutiuus. *Membra oculi.* Fumus [i] thuris, & fumus terebīthinæ etiam ponuntur in medicamentis vlcerum oculi,& prohibent ortum [k] pilorum additorū,& [k] curſum,& [k] corroſionem,& humiditates cum quibus non eſt ophthalmia, & vlcera [k] lachrymalium.

Dioſ..Lib.1.c.73. De Fuligine.

Fuligo thuris. Apoſtemata & bothor. Fluxiones ſuſpendit,carcinomata ſiſtit,caua explet. Vulnera & vlcera. Vlcera purgat. Membra oculi. Inflammationes oculorum mitigat ſimili modo,e myrrha,reſina,ſtyrace,reliquiſq; lachrymis,fuligo excipitur,ad eadem conueniens.

Dioſ.lib.1.c.74.

Pinæarum crematarum fuligo ad librarii atramenti confectionem excipitur. ea circumlitionibus efficaciſsime imponitur,quibus palpebras ornant,coloremq; mentiuntur, arroſis oculorum angulis,calloſis glabriſq; genis, & collachrymationibus opitulatur.

Dioſ.lib.1.c.77.

Reſina perinde atq; thure fuligo excipitur,ad circunlitiones idonea,quibus palpebras fucant,& colorem mentiuntur,prodeſt glabris genis,col lachrymationibus,eroſisq; oculorum angulis,ex ea fit atramentum ſcriptorium.

Dioſ.lib 1.c.80.

Fuligo liquidę picis.Vis ei aſtringens,acriſq;,vſui eſt ad pigmēta quibus palpebras linunt,& venuſtant,& ad circumlitiones. itē ubi glabris genis pilos reſtitui op3.ad imbecilles lachrymoſoſq; oculos,inſuper ad eorundem vlcera non inutilis eſt.

Gal.li.7.ſimp. fac.fol.54.e. De Fuligine.

Fuligo,Natura oīs eſt exiccatoria,ac proinde terreſtris eſt eſſentiæ,hñs quaſdā ēt ignis qui materiā cōbuſsit reliquias,ſed id puſillū eſt. porro tota natura terrena eſt tenuiū partiū,ſed quæ ſpeciatim in ea dñæ ſūt eæ pro vſta materia eueniunt ex acriore & calidiore,tali ēt prouenientę fuligine,ex dulciore ſimili quoq; & hinc fuligine proueniēte.Primū.n.thuris fuligine vtunť in ocularias medicinas miſta,eas videlicet quę ad oculos etiā nū phlegmone tentatos accommodanť, atque ēt nū fluxione uexatos,& vlcera hñtes,nā & illa expurgat & carne īplet. Ad hęc vſurpant quoque eā ad facultates quas vocāt calliblepharas.Præterea terebinthinæ , myrrhęq; fuligo moleſtia caret, nō aliter q̃ thuris,ſed ſtyracis quodammodo valentior eſt.magis ēt picis liquidę, qua ēt magis cedri,porro acrioribus vtuntur ad vitia ſuperciliorū vocata ptila,& eroſos oculorum angulos humidoſq; citra phlegmonem.At mollioribus mitioribuſq; tū ad hæc tum ad ea ad quę cōpetere paulo ſuperius diximus thuris fuliginem.

De

Margin (left page): A Dioſ.li... † ab... C Ser.c.17. — Infra α — D G.li.7... — D† ſiru... — F Raſ.... — E... — Supra α — F Dioſ.lib... † Durit... — G† D. Rejen... — † Docha. H Dioſ.... 77.&80. Repetit... — I G.li.7... — K Dioſ.... G.7.ſimp... — H



[a] De †{Flore æris.} Cap. 243.

Flos æris. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtypticus, corroſiuus, mordicatiuus. *Vulnera & vlcera.* Corrodit [a] carnem additam. *Membra capitis.* Ponitur in deſiccatiuis [a] vlcerum auris:& quando illud,quod ex eo album eſt,teritur,& ſufflatur in aurem,delet [a] ſurditatem antiquam.& ex eo tāgitur palatum cum melle propter apoſtemata gulæ,& [a] vueæ. *Membra expulſionis.* Quatuor anuluſat eius ſoluunt [a] humorem groſſum,& ſoluunt aquam citrinam. & ponitur in exiccatiuis hæmorrhoidarum,& vlcerum ani.

Dio. Lib.5.c.43. De Flore æris.

Flos æris. Operationes & proprietates. Adſtringit. Vulnera & vlcera. Excreſcentia coercet. Membra capitis. Offuſam oculis caliginem emendat, ſed magnopere mordet, carnoſa narium abſumit,contra diuturnos aurium grauitates tritus ipſe candidus in eas per fiſtulam flatu impellit vuam ,tonſilaſq; reprimit farina eius cū melle admota. Membra expulſionis. Quaternū obolorū pōdere datus craſſum humorē extrahit & ſedis vitia abſumit.Eruptiones papularū cū vino cohibet.

De †{Fiſtula paſtoris}.i.[b] Aliſma,ſiue Damaſonia. Cap. 244.

Fiſtula paſtoris. *Natura.* Calida eſt & ſicca, & forſitan in principio ſecundi,& dicitur,quoniā reſoluit inflationem. *Membra expulſionis.* Expertus eſt [c] Gal.ꝙ ſuccus eius frangit lapidē in renibus.Et dixerunt [b] quidā,ꝙ cōfert [b] vlceribus inteſtinorū,& pūgitiuo dolori,& [b] īfirmitatibus mřicis,& [c] †{ } facit,puocatione vtriuſq;,& cōfert aperturę ſeu hernię ex aptura. *Venena.* [d] †{ } Aureus vnus aut duo aurei i potu accepti cōferūt ei,q [b] bibit leporē marinū,& [b] opiū,& reliqua.

De †{Frumento}.i.[e] Tritico. Cap. 245.

Frumentum. *Electio.* Melius eſt illud,quod eſt medium inter duritiem & raritatem,magnū, pingue,recens,planum,quod eſt inter rubedinem & albedinem,Frumentū vero nigrum,eſt mali nutrimenti. *Natura.* Eſt [f] calidum & temperatum in humiditate & ſiccitate, & ipſius ſauic declinat ad ſiccitatē. *Operationes & proprietates.* Triticum plurimæ rubedinis, plurimi eſt nutrimenti.Et frumentum [g] elixatum eſt tardæ digeſtionis,inflatiuum,verum eius nutrimentum cum digeritur,eſt plurimum.Et alhauari quidem eſt proximum amylo,ſed eſt calidior,& farina viſcoſa per naturam eſt non viſcoſa arte.Et neq; eſt viſcoſum natura,ſicut viſcoſum arte,Sauich præterea tritici eſt tardæ deſcenſionis,& plurimum inflatiuum,indigens dulcedine faciente ipſum deſcendere velociter,& ablutione cū aqua calida:ita vt remoueatur inflatio eius, & humor ſauich eſt paruus. Amylum vero eſt frigidum & humidum,viſcoſum. Et [h] frumentum eſt magis nutritiuum corporis omnibus granis. *Decoratio.* Triticum [i] mundificat faciem.& eius farina,& amylum cum croco eſt medicamen panni. *Membra nutrimenti.* Sauich tritici, & hordei grauat. *Membra expulſionis.* [k] Triticum crudum,& etiam decoctum elixatum non mollitum,neq; fractum,neq; vehementer coctum ſicut alheriſſe,& alheriſſe etiam ſimiliter quando comeditur, generat [e] vermes. *Venena.* Triticum tritum [e] pulnerizatum ſuper morſum canis rabioſi,eſt iuuatiuum.

[l] De †{Fœnugræco.} Cap. 246.

Fœnugræcum quid eſt? Notum eſt. *Natura.* Calidum eſt in fine primi, ſiccum in primo. Et non euacuatur ex humiditate extranea. *Operationes & proprietates.* Eius virtus eſt digeſtiua,lenitiua.Et illud propter illud,quod in ipſo aggregatur de caliditate cum viſcoſitate. & ipſius viſcoſitas prohibet dominium nocumenti caliditatis eius,& eius caliditas operatur cum facilitate, & eius humor eſt malus licet non ſit paucus. *Decoratio.* Eius oleum,quod fit cum [l] myrto confert capillis & [l] veſtigijs vlcerum,& confert fiſſuris frigidis per mucilaginoſitatem ſuam proprie cum oleo roſaceo.Et ingreditur in medicinis panni,& facit colorem bonum [m] & alterat odorem oris, & facit fœtere odorem corporis,& α ſudoris. *Apoſtemata & bothor.* Reſoluit apoſtemata phlegmatica,& [n] dura:& eius farina ad [l] apoſtemata calida apparentia, & occulta [n] †{ } cum non ſunt inflammata, ſed ſunt declinantia ad duritiem quandam, & lenit dubellet, & maturat ea. *Vulnera & vlcera.* Confert cum oleo roſ. [o] aduſtioni ignis. *Membra capitis.* Mundat [p] furfures ablutione capitis facta ex eo,[q] & facit ſodam capiti, & ꝓprie cum comeditur cum muri,quamuis ſit cum almuri minus nocumentū ſtomacho. *Membra oculi.* Decoctio fænugræci ſanat altarfati. *Membra anhelitus & pectoris.* Clarificat vocem,& [o] pulmoni tribuit aliquod nutrimentū,& lenit pectus,& guttur, [q] & ſedat tuſſim,& dyſpnœā,& proprie qñ coquitur cū melle,aut dactylis,aut ficubus,& melius eſt vt coniungatur cum dactylis carnoſis,& [q] ſumatur ſuccus amborum,& miſceatur cum melle plurimo,& ſuper prunas temperate caleſiat,& aſſumatur ante cibum tempore longo. *Membra nutrimenti.* Cum nitro emplaſtrum factum ex eo confert [r] ſpleni,& eius decoctio cū aceto debilitati ſtomachi,& proprie quod ex eo recens eſt, & vlceribus eius & eſt faciens [q] nauſeam,ſed acetum & muri expellunt nocumentum comeſtionis eius. *Membra expulſionis.* Fit encathiſma in decoctione eius [r] ad apoſtema matricis,& dolorem eius,& [r] coarctationē ipſius. Et eius decoctio [r] †{cum aceto} conuenit [r] vlceribus inteſtinorum,& ſimiliter recēs [r] cum aceto qñ comeditur [s] †{vnum poſt aliud.} Et decoctio eius cum aqua calida eſt bona [r] teneſmoni & ſolutioni. Et eius oleū eſt bonum apoſtematibus ani,& clyſterizatur etiam [r] ad tenaſmon, & dolorem ventris pungitiuum, ꝓprie cum almuri ante cibum, & nō mouet ad expellendā fæcem niſi ꝓpter ſuā acrimoniam & [t] proprie cum melle non plurimo,vt non mordicet fortiter. & eius [q] decoctio cū mellle facit deſcendere humiditates groſſas ab inteſtinis:& prouocat vrinam & menſtrua,& ſupponitur cum [r] anatis adipe,& confert duritiei matricis,& facit generationem matricis facilem, cuius generatio eſt difficilis,ꝓpter deſiccationē,& eſt bonū habentibus [o] hæmorrhoidas,& [t] facit ſtercus boni odoris,& facit fœtere vrinam,& α ſudorem,& non eſt ſicut lupini in difficultate ſui exitus.

non De

Margin (right page): A Dioſ.lib.5.c.43. A — † Zar alahas vel zeralohas. Repetit.235. — † Zamara alrahay. B Dio.li.3.c.144. Repetit c.249. C Li.6.ſimp.46.a C † herba D † Radicis — B † Hantha. E Dio.li.2.c.77. — F G.8.ſimp.59.d — G Ga.1.ali.c.7.b — H Raſis vlti.cōti. 1.1.c.16.27.3 I Raſ.ibi.18.1. — K Li.3.Fen.16.1.5. c.1. — C L Dio.li.2.c.94. † Halbe,vſhelbe. — M Serap.c.174.& Raſ.vlti. conti.1.1. c.194. Infra α N Raſ.16.3. N † etiam O Raſ.vlti. conti. 1.1.c.194. P D.& Raſ. Q Ga.1.ali.c.24.e Q Ga.& Se.c.174 — D — R Dio.li.2.c.94 — R† S† — T G.& Ser.c.174. — T Ser.ibi. Supra α

De †{*Ferro*}.i.[a] Rubigine ferri, *Cap.* 247.

Ferrum quid eſt? Eſt tres ſpecies [a] †{ſaburcan,} & bermahẽ, & [b] †{fulad} artificiatũ, & ſaburcan eſt fulad naturale, & fulad artificiatũ eſt factum ex bermahen & ſcoria alſaburcan propinqua eſt ſcoriæ æris. Et ego quidem ſcoriæ ſingulare faciam [c] capitulum in capitulo de cha, *Operationes & proprietates.* Eius ziniar ſtypticum eſt, corroſiuum, & ſcoria ipſius eſt debilior ziniar eius, & ipſa eſt fortioris exiccationis omni ſcoria. *Decoratio.* Aerugo eius ſuperpoſita [a] panaritio cum vino, eſt bona. *Apoſtemata & bothor.* Aerugo ferri cum [d] †{vino} ſuper [a] æryſipilam & [a] bothor, vtilis eſt. *Inſtrumenta iuncturarum.* Aerugo eius cum vino ſuper [a] podagram confert ei. *Membra capitis.* Quando teritur cum aceto forti, & coquitur in ipſa, eſt [e] illud acetum medicamẽ ſaniei antiquæ currenti ex aur̃. *Membra oculi.* Aerugo ferri. Eſt bona aſperitati palpebrarum, & [f] vngulę. *Membra nutrimenti.* Vinum & aqua in quibus extinguitur ferrum, confert apoſtemati [a] ſplenis, & mollificationi [a] ſtomachi, & debilitati eius. *Membra expulſionis.* In eius ſcoria eſt virtus ſoluens aliqua, debilior ea, quæ eſt in ſcoria æris, & eius ęrugo eſt ſtyptica, quare ſuppoſita abſcindit [a] fluxum ſanguinis ex matrice, & eius ærugo ſtyptica exiccat [g] hæmorrhoidas. Et aqua & vinum [a] in quo extinguitur ferrum retinet ſolutionem antiquam, & dyſenteriam, & confert [h] mollificationi ani, & [f] fluxui vrinæ inuoluntario, & fluxui [f] menſtruorum, & [f] confortat coitum.

De †{*Faſeolis*}.i.[i] Smilace hortenſi. *Cap.* 248.

Faſeoli. *Natura.* Rubei calidiores ſunt eorum. Filius Meſaugue, & Arſaianis dixerunt, ꝙ ſunt frigidi, & [k] ſicci, & apud me ſubſtantia eorum eſt ſicca, in qua eſt humiditas ſuperflua, & ipſi ad caliditatem declinant, ſed rubei ſunt calidiores. *Operationes & proprietates.* Sunt velocioris digeſtionis, & egreſſionis, ꝗ̃ mes, & non ſunt minus nutritiui eis. Et dixerũt, ꝙ ſunt minoris inflationis, & eſt in eo conſideratio, & verius eſt, ꝙ ipſi ſunt magis inflatiui, ꝗ̃ eſt mes, verum [k] fabæ ſunt magis inflatiuæ eis, & humor faſeolorum eſt humidus phlegmaticus, & faciũt [l] videre ſomnia mala. *Membra anhelitus & pectoris.* Sunt boni [k] pectori & pulmoni. *Membra nutrimenti.* Generant humorem groſſum: [l] ſed ſinapis prohibet nocumentum eorum, & ſimiliter acetum cum ſale & pipere & origano, & vt bibatur ſuper eos vinum potens purum, & qui cum aceto ſunt nutriti paucæ ſunt [l] †{humiditatis.} *Membra expulſionis.* [k] Prouocant menſtrua proprie rubei, & proprie cum oleo de nereidem.

De [m] †{*Fiſtula paſtoris.*} *Cap.* 249.

Fiſtula paſtoris. *Operationes & proprietates.* Virtus eius eſt virtus abſterſiua. *Apoſtemata & bothor.* Reſoluit apoſtemata calida. *Membra nutrimenti.* Confert doloribus mollibus.i.doloribus apoſtematum mollium, et apoſtematum ex humoribus fœcalibus groſſis in viſceribus. *Membra expulſionis.* Confert lapidi renum, et frangit ipſum. Decoctio eius, et radix ipſius, confert vlceribus inteſtinorum.

[n] De †{*Felle.*} *Cap.* 250.

Fel. *Electio.* Fortiora fella quadrupedum, ſunt fel vaccinum, deinde fel aldabha et vrſi, deinde caprinum, poſt ouinum, Et magis incolume fellium auium, eſt fel galli, et duragi et cubugi. Reliqua autem [o] fella auium ſunt fortiora fellibus quadrupedum, qñ comparant [n] †{albegath} ex eis cum de ambulantibus, et venantibus, et rapaces earum cum rapacibus. Et fel quidem forte valde mordicans eſt fel rapacium, et proprie magnorum: et de eis electum eſt illud, cuius color eſt citrinus naturaliter. Illud vero, quod eſt vt viride æris, et lapis lazuli ſunt mala: et ſimiliter, quod eſt pure rubeum. [p] Debilius autem fellium eſt fel porcinum: et fel quidẽ aſabut, et piſcis, qui nominatur ſcorpio, & teſtudinis, eſt fortius fellibus quadrupedum. Inquit [q] Dioſ. ſtringatur extremitas fellis, & bulliat in aqua ſm̃ quantitatem [q] †{quam homo tres eius feruores computet:} deinde extrahatur, & exiccetur in vmbra, in qua non ſit ros & reſeruetur. *Natura.* Omnia calida ſunt & ſicca in quarto. *Operationes & proprietates.* Fel omne eſt calidum, abſterſiuum, & diuerſificatur ſm̃ maſculum & fœminam: & ſm̃ [r] diſpoſitionem ſitis & famis, & diſpoſitionem potus plurimi, & diſpoſitionem quietis & exercitij. *Decoratio.* Fel aſini ſylueſtris eradicat morum, & confert linitum ſup veſtigia apoſtematum. *Apoſtemata & bothor,* Et ponitur in emplaſtris eryſipilæ, & prohibet ipſam. *Vulnera & vlcera.* Qñ fel miſcetur [q] cũ nitro, [q] †{gumma pini.} & chimolea cõfert ſcabiei vlceroſæ: & fel [r] †{vaccinum} ponitur in emplaſtris vel vnguentis prohibentibus vulnera, & doloribus vehementibus: & [q] fel hircinum eradicat [s] †{carnem additam:} & neceſſitas quidẽ vlcerum vt eis adhibeatur fel forte, & debile diuerſificatur ſm̃ ſuas horas, & ſm̃ mundificationẽ & ſordidationẽ eorum: & fel quidem α aldib eſt bonum vulneribus neruoſis, & in tẽpore frigoris prohibet ſpaſmum, & alcuzez, qui timentur in ſimilibus eorum. *Membra iuncturarum.* Fel hircinum [q] ſuper elephantiam, & [t] †{varices} cõfert: & ſimiliter fel aſini ſylueſtris proprie, & fel α aldib prohibet ſpaſmum, & alcuzez. qui ſequuntur vlnera neruorum proprie ex frigore. *Membra capitis.* [u] †{Fel hircinum,} & [q] taurinum conferunt vlceribus recentibus in aure. Fel [x] †{alrachme cum oleo diſtillatur in aurem grauem, & cum qua eſt ſurditas, & cum ſucco porri nabathi ad tinnitum, & ad grauitatem auditus.} Et fel [q] bouinum cum nitro & chimolea ad furfures valet, cum lauatur ipſo caput. Et dictum eſt iam, ꝙ qñ fel vrſi lambendo ſumitur, prohibet [q] epilepſiam. Et fel teſtudinis confert alcola fraudulento in [q] oribus puerorum, ſm̃ ꝙ dicitur. Et confert attractio odoris eius [q] cum naribus, epileptico. Et omne quidem fel confert ſtricturæ narium aperiendo valde oppila-

tiones,

E † Hadid. A Dioſ.li.... A † ſpecie reneri. B † chalybs C 681. D † aceto E Raſ.vlt.co t.1.c.295. F Serap.c.... Repetit.c.... G Dioſ.li.... H Raſ.vlt.... t.1.c.295.&c. † Lubia. I Dio.li.... k Raſ.vlt.... t.1.c.288. L Seſ.c.... L † odoris. M † Meta... alra. Repetit.c.44. N Dio.li.... † Merara. O Gal.li.6... 74.h.&.75.a N † aub'... volantibus ... terram. P G.ibi.h Q Li.1.c.70. Q † dum quis ... perculſaret. R Ga.10.ſimpl. ſo.74.c.g Q † — R † taurinum S † thymum Infra α T † tubercula Supra α V † — X † Dio.taur... & purulentis ... muliebri lacte, caprino ... medetur, & ... earundem ... ri ſucco.



tiones, quæ ſunt in colatorio. *Membra oculi.* Omne fel confert obſcuritati viſus. Et [a] fel quidẽ rapacium proprie ſiccum confert initio aquæ, & dilatationi pupillæ. Et neq; conceditur vt adminiſtretur niſi poſt mundificationem corporis, & capitis. Et fel magis conferens oculo ex quadrupedibus quidem eſt fel gazel. Et auium quidem fel alcubugi. Et ex piſcibus feli [b] †{ſabut.} Et fel caprinum confert cæcitati & proprie montanum. *Membra anhelitus & pectoris.* Ex felle bouis linitur palatum cum melle [c] ad præfocationem: & ſimiliter ex felle [c] teſtudinis. *Membra expulſionis.* Fel [d] bouis aperit orificia hæmorrhoidum. Et [c] omne quidem fel eſt ſolutiuum: ita etiam ꝙ fel porcinum: quando cum eo linitur vmbilicus & [c] ſupponitur: & fel tauri [c] cum melle linitur ad vlcera, quæ ſunt in ano: & fit ex eo linimentum ad dolorem matricis, & teſticulorum, & ponit̃ ſuper apoſtemata [c] oſei. *Venena.* Fel hirci montani, eſt theriaca morſibus venenoſis, & ſimiliter fel thauri.

De *Fuligine.i.*[e] Fuligine thuris, Reſinis, & Fuligine picis liquide. *Cap.* 250.

Fuligo. *Electio.* Melior eſt illa, quæ eſt leuioris ponderis, & magis intenſæ nigredinis. *Natura,* Omnis eſt calida exiccatiua, niſi inda: quoniam indi, & [f] Paulus numerant eam inter infrigidantia. *Operationes & proprietates.* Omnis eſt exiccatiua. *Apoſtemata & bothor.* Exiſtimant quidam, ꝙ inda ponitur ſuper apoſtemata calida & confert eis. *Vulnera & vlcera.* Illa, quæ aſſumitur ex fumo ligni pini cum gumma & bdellio ponitur ſuper aduſtionem ignis, & dimittitur donec cadat.

De [g] †{*Fiſtula.*} *Cap.* 251.

Fiſtula quid eſt? Stipites albi, piloſi, ſimiles polio: ſed ſunt plus piloſi: immo ſunt toti quaſi pili: & odor eius eſt ſicut odor myrrhæ. *Natura.* Eſt calida declinans ad aliquantulum aromaticitatis.

[h] De †{*Furfure.*} *Cap.* 252.

Furfur. *Natura.* Calidus [i] eſt & ſiccus in primo. *Operationes & Proprietates.* In ipſo eſt abſterſio, & lenificatio, & mundificatio plurima: & eruus quidem ipſius finem non conſequitur, [k] & reſoluit ventoſitates, & phlegma. *Apoſtemata & bothor.* Eſt bonus cum aceto forti in initio apoſtematis calidi, & madefit cum [k] †{vino:} & fit ex eo emplaſtrum ad apoſtema: β quod [h] eſt in mamilla calidum: & reſoluit apoſtemata [l] phlegmatica & ventoſitates. *Vulnera & vlcera.* Cum [l] aceto forti ponitur ſuper vlcerationem ſcabiei facto emplaſtro ex eo calido. *Membra anhelitus & pectoris.* [l] Lenit pectus ſua abſterſione, & proprie ſorbitio aqueitatis eius cum zuccaro, & oleo amygdalino, & madefit cum [m] †{vino,} & confert β apoſtematibus [k] mamille. *Membra expulſionis.* Mouet [n] inteſtina ad expellendum, quod in eis eſt: & eius ſorbitio cum ſorbetur, lenit [n] ventrem. *Venena.* Confert puncturæ ſcorpionis, [h] & ſerpentis more emplaſtri ſuperpoſitus.

De †{*Folio indo*}.i.[o] Malabathro. *Cap.* 253.

Folium quid eſt? [o] †{Eſt proximum virtuti ſpicæ, eſt tamen leuius: & eius folia & rami ſunt ſicut ſaheſefram, & habet florem frangibilem, quod naſcitur in terra Indiæ: infuſa in aqua in terra cœnoſa, & erigitur ſuper faciem aquæ ſicut planta, quæ nominatur lenticula aquæ, abſq; ſuſpenſione radicis:} & quandoq; ligatur in loco cum filo, & exiccatur: & fortaſſe [o] exiſtimauerunt quidam, ꝙ eſt folia nereidem indæ, propter ſimilitudinem quam cum ea habet in virtute ſua. oleum vero eius virtutem habet olei anuiden, & olei de croco: ſed eſt fortius. *Electio.* Melius eſt [o] recens, ad [o] albedinem declinans, quod non [o] frangitur in minima, & eſt eius odor manifeſtus vt [p] †{nereiden} odor: & non eſt putridum, neque ſalitum, neque laxum, ſeu mollificatum. *Natura.* Calidum eſt & ſiccum in ſecundo. *Operatones & proprietates.* Quando in [o] pannis ſpargitur, conferunt eos à tineis. *Decoratio.* [o] Odorem oris efficit bonum retentum ſub lingua. *Apoſtemata & bothor.* Decoquitur in aqua roſacea: & fit ex eo emplaſtrum ſuper apoſtema calidum poſt contritionem: [q] †{& eſt medicamen bonum apoſtematibus oculi non calidis.} *Membra nutrimenti.* Eſt magis conferens ſtomacho, & hepati, quàm [r] †{nereiden.} *Membra expulſionis.* Ipſum vehementius prouocat [s] vrinam, quàm [s] †{nereiden.} *Permutatio.* [t] Loco eius ponitur pondus ipſius de thaliſfar aut de ſpica.

De †{*Falamamiski*}.i.[u] Ocimo gariophyllato. *Cap.* 254.

Falamamiski quid eſt? Dicitur, ꝙ falamamiski eſt ozimum gariophyllatum, nã ipſum eſt odoris [u] ſimilis gariophyllo, & eſt magis [u] temperatum, ꝗ̃ maiorana, & ſiſymbrium, & minus ſiccum. *Membra capitis.* Apetit [u] oppilationes accidentes in cerebro, & ambabus [u] naribus, comeſtum & odoratum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tremori cordis accidenti ex phlegmate, & melancholia in corde comeſtum. *Membra expulſionis.* Eſt bonum [u] hæmorrhoidibus.

*De Fu.i.*[x] Phu. *Cap.* 255.

Fu quid eſt? [x] †{Folia eius ſunt ſicut folia apij, magna habentis folia, & ſtypites: & eius crus eſt vnius cubiti, & plus planum, tenerum, cuius ſupremum eſt groſſum proximum groſſitudini digiti, purpureos habens nodos: & habet florem ſicut narciſſus, aut maiorem naciſſo. Et in albo ipſius eſt quaſi purpureum: & inferius in radice ſua emittit ramos. Et in radice ſua eſt aromaticus odor: & virtus eius eſt ſimilis ſpicæ in rebus plurimis.} *Natura.* Virtus radicis eius eſt aromatica: & virtus eius eſt ſimilis ſpicæ calefaciens. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [x] dolori lateris. *Membra expulſionis.* Prouocat vrinam [x] ſi bibat̃ ſicca: & eius decoctio prouocat [x] mẽſtrua. Et eius prouocatio maior eſt prouocatione ſpicæ indæ, & romanæ: & eſt ſicut [y] †{almentagieſine} in illo.

*De Fuſel.* *Cap.* 256.

Fuſel quid eſt? Virtus eius eſt propinqua virtuti ſandali. *Operationes & proprietates.* Eſt infrigidatiuum

A Dio.& Raſ.vlt. conti.t.1.c.293. B † Di.callyonymon. C Lib.2.c.70. D Gal.li.10.ſimp. 74.g E Dioſ.li.1.c.73.& 77.& 80. F Lib.7.de fuligine, lignys.fo 380. Repetit.c.242. G † Mermarad. H Dioſ.li.2.c.77. † Nachale. I Raſis vlti.conti. t.1.c.316,17.4. k Raſ.17.4. K † acetu: Infra β L Raſ.vlt.conti. t.1.c.316.17.4 L Raſ.18.2.&.Serap.c.29. Supra β M † aceto. † Sadegi. O Dio.li.1.c.11. O † Dio.Nãq; malabathrum folium ſui gñis eſt, quod indicę gignunt paludes lentis paluſtris mõ innatans aquæ, ſine radice. P † nardi Q † Dio. Lippitudinibus, inflammationibusq; tritum, & in vino feruefactum cõmode illinitur. R † nardus. S Dio.li.1.c.11. S † nardus. T † G.ã ſubſt.me. nardus indica. † Felegiamcſch, & eſt baſilicon gariophyllatum. V Ser.c.156. X Dio. li.1 c.10. X † D. Folio olusatri, aut elaphoboſci: caule cubitali, aut altiore, lęui, cauo, molli, ĩ purpurã vergẽte, geniculis intercepto, floribus narciſſo pximis, maiorib', teneris, & ex albicãte purpureis, radice ſuperius ad digiti minoris craſsitudinem, ex obliquo villoſa ĩ nigri, veratri, aut iunci odorati modũ capillamẽtis inuicẽ contextis, flaueſcentibus odoratis cum quadã odoris grauitate nardũ æmulantibus. Y † gallica

datiuum cum virtute ſtyptica. *Apoſtemata & bothor.* Et bonum apoſtematibus calidis groſſis. E
*Membra oculi.* Eſt conueniens ei, qui habet inflationem in oculo ſuo.

*De* [a] †{*Fangenkeſi*}.i. Agno caſto. *Cap.* 257.

Fangenkeſt quid eſt? Dictum eſt de eo in [b] cap. de

*De* [c] †{*Fael.*} *Cap.* 258.

Fael quid eſt. Eſt [d] fructus ſuper quem eſt cortex ſimilis in colore corticibus auellanarum. Et figura eius eſt ſicut fiſtici. Et intra ipſum eſt granum pingue ſimile grano pini, quod nominatur granum regum: cuius color eſt inter album & nigrum, & citrinum: & eſt illud, quod adminiſtrat, & aſportatur de terra Indiæ. Et albel & alfel omnes calidi ſunt: & conferunt mollificationi neruorum & ventoſitatibus hæmorrhoidarum, & ſanat eas. * & eſt medicina inda nota. [e] †{ }cuius virtus eſt ſicut virtus mandragoræ & pomorum eius. *Membra capitis.* Si fiat emplaſtrum ex ea confert ſoda.

*De* [f] †{*Fal.*} *Cap.* 259.

[g] Fal. *Natura.* Calidus eſt in ſecundo & ſiccus.

*De Fagara.* *Cap.* 260.

Fagara quid eſt? Granum [h] ſimile ciceri habens granum ſicut mahaleb: & in cõcauitate eius eſt granum nigrum ſicut ſcehedenegi, & aſportatur de ſefale. *Natura.* Calidum [i] eſt & ſiccum in tertio. F *Operationes & proprietates.* In eis eſt reſolutio, & ſtypticitas. *Membra nutrimenti.* Ponitur in medicinis [k] rectificantibus ſtomachum, & hepar frigida: & expellit in eis malitiam digeſtionis frigidam. *Membra expulſionis.* Confert ſolutioni frigidæ, & conſtringit ventrem.

*De* [k] †{*Fulſuminue.*} *Cap.* 261.

Fulfulminue quid eſt? Eſt [l] radix piperis. *Operationes & proprietates.* Dicitur, quod proprietas eius eſt conferre doloribus frigidis, & ſpaſmo valde. *Inſtrumenta iuncturarum,* Confert podagræ. *Membra expulſionis.* Eſt ei proprietas vt iuuamen afferat [m] colicæ, & [m] ventoſitatibus frigidis.

*De* [n] †{*Feſurigo*}.i. [o] Pſoricon. *Cap.* 262.

* Feſurigum. *Operationes & proprietates.* Eſt [p] vehementioris exiccationis, quàm alcolcotar: cum hoc, quod eſt minoris mordicationis: & eſt ſubtilius. *Vulnera & vlcera.* [o] Remouet ſcabiem.

*De*†{*Feſire*}.i. [q] Vite alba. *Cap.* 262.

Feſire quid eſt? Eſt hezargieſan, vel hezarchaſen, & eſt vitis alba. *Natura.* Eſt calida & ſicca in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt acris, mordicatiua, abſtergit, & exiccat, & ſubtiliat, & calefacit temperate. *Decoratio.* Radix [q] eius cum eruo, [r] †{ }& fœnugræco abſtergit vehementer exteriora corporis, & clarificat, & mundificat, & remouet [s] pannum, & [q] veſtigia nigra remanentia poſt vlcera: & ſimiliter quando coquitur cum oleo donec diſſoluatur, & aufert [q] nigredinẽ G ſanguinis ſub oculo. *Apoſtemata & bothor.* Eius radix abſcindit verrucas, & veſtigia & bothor lactea, & cum vino ſedat [q] panaritium α, & reſoluit apoſtemata dura, & diſrumpit [q] aldubellet, & ſi vnaquaq; [q] triginta dierum bibãtur ex ea tres anuluſat cum aceto, reſoluit [t] apoſtemata ſplenis, & emplaſtrum factum de ea, cum [q] ficubus etiam eſt cõueniens ſpleni, †{& ſedat [q] panaritiũ α quñ ex eo fit emplaſtrum cum vino,} *Vulnera & vlcera.* Ex radice eius fit emplaſtrum cum ſale ſuper [q] vlcera mala: & ponitur in emplaſtris [q] corroſiuis carnis, & ex fructu eius delinitur [q] ſcabies vlceroſa, & non vlceroſa. & confert etiam linitio eius excoriationi. *Inſtrumenta iuncturarum.* Emplaſtrum factum ex radice eius cũ vino [q] extrahit oſſa, & bibitur de ea quaq; die aur. i. ad paralyſim, & ad [q] attritionem lacertorum valet linita & bibita. *Membra capitis.* Bibitur de ea omni die [u] †{aur.} vno anno, & confert [q] epilepſiæ, & [q] vertigini, & facit quñq; in [q] ratione accidere permiſtionem. *Membra anhelitus & pectoris.* Quandoq; aſſumitur de ea cum melle [x] deglutienda ad præfocatos, & ad corruptionem [x] anhelitus, & ad [x] tuſſim, & ad dolorem lateris. Et quãdo bibitur ſuccus eius cum [x] frumento decocto, facit exuberare lac. *Membra nutrimenti.* Inquit [y] Gal. comeſtio extremitatum eius in primis cum eleuatur, confert ſtomacho cum ſua ſtypticitate: & cum eo quod eſt in eo de amaritudine & acuitate. *Membra expulſionis.* Cor huius plantæ in primis cum eleuatur, comeditur, & [x] prouocat vrinam, & [x] ſoluit ventrem, & de radice eius aur. [x] interficit fœtum. Cum H ergo ſupponitur, extrahit [x] fœtum, & mundificat [x] matricem ſedendo in decoctione eius: & ſuccus eius ſolutione educit [x] phlegma, & eſt ex medicinis bonis ſpleni. *Venena.* De radice eius aur. i. confert [x] morſui viperæ: & ſimiliter puncturę omnium vermium venenoſorum. *Permutatio.* Loco eius ponitur pondus ipſius de durungi, & duæ tertiæ ponderis ipſius de macis.

*De*†{*Feſireſin*}.i. [z] Vite nigra. *Cap.* 263.

Feſireſin quid eſt? Eſt de genere alfeſire, habens folia ſicut [z] †{volubilis} maiora [a] †{ } & radix eius ẽ nigra [z] exterius, & citrina interius. *Operationes & proprietates.* Eſt ſimilis [z] alfeſire in operationibus ſuis: ſed eſt debilior parumper. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert [z] paralyſi etiam *Membra capitis.* Cor eius in primis cum eleuatur, comeditur. & confert [z] epilepſiæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Mundificat pectus. *Membra expulſionis.* [b] †{ Cor alfeſireſin ſi comeditur, cũ eleuatur} prouocant [z] vrinam & menſtrua.

*De* [c] †{*Fagama.*} *Cap.* 264.

Fagama dictum eſt in [d] cap. alcanne.

De



A *De*†{*Feluzeharagi.*}.i. [a] Lycio indico. *Cap.* 265.

† Feluzherengi.
A Dio. lib. 1. c. 114.
Repe. c. 390.

Feluzeharagi quid eſt? Eſt arbor lycij quæ habet fructum ſicut piper. Et lycium quñq; ſumitur ex eo: & quñq; ſumitur ex alzarſech & arabicũ eſt ſpecies altera, & virtus alfeluzeharagi propinqua eſt virtuti lycij, quod ex ea fit, ſed eſt debilior parum. *Decoratio.* Confortat capillos linitum. *Membra nutrimenti.* Decoquitur [a] rami eius cum aceto, & bibitur ad ſplenem, & confert vltime, & ſimiliter [a] icteritiæ. *Membra expulſionis.* Decoctio ramorum eius prouocat [a] menſtrua, & ſimiliter ipſa: & ſi de fructu eius bibatur [a] pondus [a] †{duorum mõſtar} ſoluendo educit humorem phlegmaticum plurimum.

Dio. Lib. 1. c. 114.
Tradunt indicum fieri lycium ex frutice lonchitide appellato, ea ſpinarum generi aſcribit, ramos rectos habens, ternum cubitorum lõgitudine, maioresue, rubo craſſiores, a radice numeroſos, fructus cortex rubeſcit. folia oleæ ſimilis. Membra nutrimenti. Herba in aceto decocta lienis inflãmationibus & regio morbo mederi. Membra expulſionis. Fœminarum purgationes elicere, Aſſeuerant etiam crudam in potu eoſdem effectus preſtare. Semen cyatho dimidio potum pituitam expurgare. Venena. Venenis quoq; auxilio eſſe.

A† dimidij cyathi

*De Fath,* *Cap.* 266.

B Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 289. de verbo ad verbum,
C † Farfanch, vel farſrugi, vel farſegi,
D Cap. 534.
† Father,
E Dio. li. 4. c. 71.
F G. de ſucco bo, c. 4. f
F † boletus,
*Infra* α
G Raſ. vlt, cont. t, 1. c. 321,
H G. de ſucco. bo c. 4. f, &. 2. alimento. c. 69. c
I Se. c. 342. & Ra,
k G. de ſucco, bo, c. 4. f
*Supra* α
L G. 2. alim. c. 69. c
M Se. c. 342. & Raſis vlt. cõt. t. 1. c. 321.
N Gal. 2. ali. c. 69. c

[b] Fath quid eſt? Eſt medicina turchia, *Venena.* Eſt bona ad potum ſucharan & puncturã vermiũ venenoſorum data in potu cũ aqua frigida: & ſimiliter nucimethel confert, & oĩbus venenis.

*De* [c] †{*Farſag.*} *Cap.* 267.

B [d] Farſag quid eſt? Eſt portulaca.

*De*† [e] {*Fungis.*} *Cap.* 268.

Fungi. *Electio.* Melior ſpecies eſt nota, quæ [f] nominatur [f] †{alchalahie.} neminem. n. interficit, ſed aduenit ex ea α cholirica paſſio: & illi quidẽ, qui ſunt ſicci, minus ſunt mali. *Natura.* [g] Frigidi ſunt in fine tertij: humidi in proximo eius. *Operationes & proprietates.* Generant [h] humorem groſſum, malum. [i] Eorum autem rectificatio eſt, vt elixentur, & ponãtur cum eis pira humida; & ſicca, & ozimum montanum: & bibatur ſuper ipſos vinum [g] purum. *Membra capitis.* Generant [g] ſtuporem, & apoplexiã. *Membra anhelitus & pectoris.* Accidit ex illis, qui non interficiunt [k] præfocatio: & proprie ex interficientibus. *Membra nutrimenti.* Accidit ex illis, qui non interficiunt, α cholirica paſſio, quando multiplicantur, & ſunt difficilis digeſtionis, & multi nutrimenti. Et accidit ex mortiferis, ſyncopis, [l] & ſudor frigidus. *Membra expulſionis.* Faciunt [m] poſſidere difficultatem vrinæ. *Venena.* De eis ſunt, qui ſunt mortiferi, & ſunt illi, qui naſcuntur in vicinitate ferri [e] æruginoſi, & rerum [e] putridarum aliarum: aut in propinquitate [e] manſionis reptilium venenoſorum: aut apud aliquam [e] arborum, quarum proprium eſt vt corrumpant fungos, qui apud eas naſcuntur, ſicut [g] oliuę: & de ſignis quidem eorum eſt, quod ſuper eas eſt [e] humiditas viſcoſa putrefacta: & cito aduenit eis alteratio, & putrefactio: & prouenit ex ipſis conſtrictio anhelitus, & ſyncopis. C Et cura eorum eſt [n] cum inciſiuis, & oxymelle cum calamentho: & quandoq; interficiunt ſtatim.

*De*†{*Fiſtico*}.i. [o] Piſtacijs. *Cap.* 269

† Feſtuc,
O Dio, li. 1. c. 140.
P Ser. c. 59. & Ra, vlt. cõti. t, 1. c. 301.
Q † auellana vel
R G. li. 8. ſim. 58. c, &. 2. alim. c. 30. c
*Infra* β
*Supra* β
S G, li. 2. ali. c. 30. c
T Li. 3. Fen. 13. t. 5, c. 14.

Fiſticum. *Natura.* Dicitur, quod eſt vehementioris caliditatis quàm [p] nux & [q] †{ } amygdala. Et eſt calidum in fine ſecundi: & eſt in ipſo humiditas: & exiſtimauerunt quidam quod eſt frigidum, ſed errauerunt. *Operationes & proprietates.* [r] Aperit β oppilationes hepatis propter ſuam amaritudinem, & aromaticam virtutem ſui, & in ipſo eſt ponticitas: & nutrimẽtum eius eſt parum valde. *Membra nutrimenti.* Eſt [o] bonum ſtomacho, proprie alſcemium ſimile grano pini, propter illud, quod eſt in ipſo de amaritudine cum ponticitate: & β aperit oppilationes hepatis propter amaritudinem & aromaticitatem ſuam, & mundificat ipſum proprie, & aperit meatus nutrimenti. & oleum [p] eius confert dolori hepatis euenienti ex humiditate groſſa. Inquit [s] quidam, Non inueni ipſum faciens in ſtomacho nocumentum multum, neq; iuuamentum. Ego autem dico, immo prohibet [t] nauſeam, & ſubuerſionem ſtomachi, & confortat os eius. *Membra expulſionis.* Non [s] lenit ventrem, neque conſtringit. *Venena.* Confert morſui [o] vermium venenoſorum proprie decoctum cum vino forti.

*De*†{*Feſefiſis*}.i. [u] Cimicibus lectalarijs. *Cap.* 270

† Feſafes, & eſt cimex.
V Dioſ. li. 2. c. 32.
X Lib. 3. F. 9. c. 7. & Dioſco,
Y Dio, lib. 2, c. 32,

Feſefiſis quid eſt? Eſt animal ſicut alcorat notum in ſcemi exiſtens in lectis: & videtur, quod ſit D illud quod dicitur apud nos angil. *Membra capitis.* Quñ [x] bibitur cum aceto aut cum vino, extrahit ſanguiſugam ex gutture. *Membra expulſionis.* Quando odoratur valet præfocationi [y] matricis, & facit parere, & cum teritur, & ponitur in [y] foramine virgæ, ſanat difficultatem vrinæ. *Febres.* Quñ de eis aſſumuntur. vij. [y] numero & ponuntur in faba, & deglutiuntur anteq̃ inuadat febris quartana, conferunt, *Venena.* Quñ deglutiuntur abſq; faba valent ad [y] puncturam vermium venenoſorum.

*De*†{*Facaileſo*}.i. [z] Cyclamino. *Cap.* 271.

† Fagalaſus, vel fagilimus. & eſt arthanita illa, quæ eſt ſicut rapa.
Z Dio. lib. 2, c. 156, Repet. c. 6. & c. 611
* Debet reponi in areola Mẽbri nutrimenti,
A Gal. 7. ſimplic, fo. 53. c. f

Facaileſus quid eſt? Dicitur, quod eſt ſpecies buchormariem: & eſt genus arthanitæ. *Operationes & proprietates.* Virtus eius eſt mundificatiua cum abſterſione, & inciſione: & eſt calefactiuum reſolutiuum: & eſt ſudorem faciens valde, quñ bibitur eius radix, & prouocat. *Decoratio.* Si [z] bibantur de eo tres aur. non pertranſeuntes illud, cum vino aut melicrato permiſto aqua, ſanat * icteritiam, & oportet tunc vt iaceat & cooperiatur pannis pluribus, vt ſudet vehementer, & ſit ſudor coloris choleræ: & [z] eius radix mundificat cutem, & delet pannum, & confert eius decoctio ſciſſuræ [z] accidenti ex frigore: & ſimiliter eius oleum, quod calefit in eius radice tepefactum ſuper cinerem calidum. *Apoſtemata & bothor.* Radix eius delet bothor, & ſuccus eius reſoluit [a] durities, & apoſtemata ſplenis, & ſcrofulas, & vulnus, recens aut ſiccus, & aufert ſahafati etiam. *Vulnera & vlcera.*

Quando

Quando permiſcetᷣ radix eius cum aceto, aut melle, aut ſola, &ᵃ adminiſtratur, ſanat vulnera anteq̃ E antiquentur. Et qñ effunditur decoctio α eius ſuper caput, ᵃ eſt conueniens vlceribus, quæ ſunt in ipſo. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert torſioni neruorum, & ᵃ podagræ: & totum illud operatur ſuperpoſitum vt emplaſtrum. *Membra capitis.* Quando permiſcetur ᵃ cum vino inebriat magnifice. Et qñq; fit ex †{aqua} eius ᵃ caputpurgium ad caput mundificandũ. Et quando effundit α decoctio eius ſuper caput, eſt cõueniens vlceribus, quæ ſunt ĩ ipſo, & ſedat ſoda frigida. *Membra oculi.* †{Aqua} eius cum melle eſt conueniens ᵃ aquæ accidenti in oculo, & ᵃ debilitati viſus: & ſimiliter caputpurgium ex ea factum. *Membra anhelitus & pectoris.* Sunt ᵇ quidam hominum, qui in potu dant radicem eius patientibus aſthma. *Membra nutrimenti.* Fit emplaſtrum ex eo ᵃ ſpleni cũ aceto. *Membra expulſionis.* Qñ bibitur cum hydromelle ᵃ ſoluendo educit phlegma aquoſum: & ᵃ prouocat menſtrua bibitum, & ſuppoſitum.ᵃ Et exiſtimauerunt quidam, ꝙ ambulatio per ipſum facit abortum. Et qñ ligatur ᶜ †{in collo, aut in adiutorio prohibet impregnationem.} Et ſupponitur ᵃ cum lana, vt ſoluat ventrem. Et ſimiliter qñ liniuntur ex eo ſumẽ, & ᵃ mirach, & ilia, lenit ventrẽ. Et eijcit fœtum, & interficit ᵈ fœtum fortiter. Et eius ſuccus eſt fortior in hoc. Et ſi ᵃ miſceatur eius †{aqua} cum aceto, & liniatur ſuper anum extra egrediẽtem, reducit ipſum ad interiora.ᵈ Et ſuccus eius aperit orificia venarũ, quæ ſunt in ipſo ano: & radix eius prouocat menſtrua bibita, & ſuppoſita. Et ſi de radice eius bibantur .ʒ.v. cum melle ſoluunt fortiter. Sitq; potio eius vſq; ad iiij. aur. F *Venena.* Bibitur cum ᵃ vino ad medicinas mortiferas, & venena, proprie ad ᵃ leporem marinum.

*De* †{*Fuca,*}.i. ᵉ Zytho. *Cap.* 272.

Fuca. *Electio.* Conuenientius eſt illud, quod fit de ᶠ pane ᶠ †{alhauari} & mẽta, & apio: nõ.n. eſt ſicut illud, qđ fit de pane cocto, & ſicut illud quod fit de maſſa azima. *Operationes & proprietates.* Eſt inflatiuũ & generat humorem malum, & eſt mali nutrimenti: ᵍ †{& nocumentum eius mẽbris animalis eſt ita, ꝙ} ſi in ᵉ ipſo infunditur ʰ †{os elephãtis} lenit ipſum, & fit artificiale operari in ipſo. Et illud, quod fit ex pane ⁱ †{hauari} & apio, & menta eſt boni chymi, & eſt conueniens calefactis. *Inſtrumenta iuncturarum.* ᵉ Nocet neruis valde. *Membra capitis.* Nocet ᵉ velamini cerebri. *Membra nutrimenti.* Illud quod factum eſt ex ᵏ †{hauari} eſt ᶠ bonũ ſtomacho calido. *Membra expulſionis.* Factum cum hordeo prouocat ᵉ vrinam, & nocet ᵉ renibus, & veſicæ.

*De* †{*Faſuricon*}.i. ˡ Pſoricon. *Cap.* 273.

Faſuricon quid eſt? Eſt medicamẽ ad ſcabiẽ factum ex ˡ †{merdaſengi, & duplo ipſius de chalcadis} tritis cum aceto vehementer forti: & ponitur in vaſe nouo linito ex luto, & ſepelitur in fimo .xl. diebus in tempore æſtiuo.

Dioſ. Lib. 5. c. 65. De [Faſuricon] .i. Pſoricon.
Faſuricon quid eſt? Eſt medicamen ad ſcabiem factum ex duabus chalcitis partibus cum vna cadmiæ additis, & tritis cũ aceto vehementer forti: & ponitur in vaſe nouo linito ex luto, & ſepelitur in fimo .xl. diebus in tempore æſtiuo. Operationes & proprietates. Eſt vehementioris exiccationis q̃ alcholcotar: cũ hoc ꝙ eſt minoris mordicationis & eſt ſubtilius. G

ᵐ *De fœniculo.* *Cap.* 274.

Fœniculum & eſt perſice baralme, quid eſt? Illius virtus cuius ſemen ſimilatur ſemini coriandri eſt propinqua virtuti ſylueſtris: ſed eſt debilius: verũtamen eſt fortius ſylueſtri magno. *Natura.* Sylueſtre eſt vehementioris caliditatis & ſiccitatis, & eſt dignius tertio. Hortulani autem caliditas, eſt in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Aperit oppilationes. *Membra oculi.* ᵐ Acuit viſum, & proprie gumma eius, & confert initio aquæ, & apud ipſius deſcenſum. Et ⁿ Democritus quidem exiſtimauit, quòd venenoſi vermes paſcunt fœniculi recentis ſemen, vt eorum viſus confortetur: & viperæ, & ſerpentes fricant oculos ſuos cum egrediuntur de cauernis ſuis poſt hyemem ſuper ipſum, vt illuminentur oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Quod humidum eſt, lac ᵐ exuberare facit, & proprie hortulanum. *Membra nutrimenti.* Quando bibitur cum aqua β frigida confert nauſeæ, & inflammationi ſtomachi, & eius digeſtio eſt tarda: & eius ° nutrimentũ eſt malum. *Membra expulſionis.* Prouocat ᵐ vrinam, & ᵐ menſtrua: & ſylueſtre proprie frangit lapidem: & in terreno quidem, & fluuiali eſt iuuamentum ᵐ ad renes, & veſicam: & confert proprie illud, quod eſt ſylueſtre, diſtillationi vrinæ, & mundificat fetas: & quando comeditur eius radix cum ſemine ſuo, ſtringit. *Febres.* Confert febribus antiquis, & ᵐ datur in potu cum aqua β frigida, & confert nauſeæ in febribus, & inflammationi ſtomachi ex eis. *Venena.* Confert eius decoctio cum ᵐ vino H morſui vermium venenoſorum, & cum aqua: & teritur eius ᵖ radix, & ponitur ſuper morſum canis rabioſi, & confert.

*De* †{*Fumo terræ.*}.i. ᵠ Capno vel fumaria: *Cap.* 275.

Fumus terræ. *Electio.* Melior eſt ille, qui eſt ᵠ viridis recens amarus. *Natura.* Dicitur, ꝙ eſt frigidus in primo, ſiccus in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Purificat ᵠ ſanguinem, & aperit, & in ipſo eſt frigus, propter illud, quod in ipſo eſt de ſapore ʳ ſtypticitatis: & calor propter illud, quod in ipſo eſt de ſapore amaritudinis: ſed quaſi frigus eius eſt fortius. *Vulnera & vlcera.* Bibitur ad ᵠ pruritum & ſcabiem. *Membra capitis.* Stringit gingiuas. *Membra nutrimenti.* ˢ Cõfortat ſtomachum: & ˢ aperit oppilationes hepatis. *Membra expulſionis.* Lenit ˢ naturam, & prouocat vrinã. & potio eius ſit à pondere .ʒ.x. vſq; ad lib. 5. & vſq; ad duas tertias lib. cum zuccaro: & de eo, qui ſiccus eſt cum medicinis in decoctione vſq; ad .ʒ.x. & de trito ſicut eſt, à tribus vſq; ad .vij. *Permutatio.* In ſcabie & febribus antiquis quantum eſt mediũ ponderis ipſius de ſene, de mecha.

ᵗ *De* †{*Ficubus,*} *Cap.* 276.

Ficus, quid eſt? Ficus in ſeipſa naturam habet. Et folijs, & lacti eius ineſt virtus lacticinij: & cum non

A Dio. li. ... Supra α. Supra α. † Succo. † Succus. B Gal. lib. ... 53. f. C † Dio. ... celerat, & ... cõ. t. 1. c. 181. D Gal. ibidem. † Succus. † Foca, vel ... & eſt ſpẽs ... E Dio. li. ... F Raſ. vl. ... t. 1. c. 306. F † de ſimi. G † D. elephas ſimgignit. H † Dio. ... I De ſimila. K † de ſimi. † Feſurichas. L Dio. li. 5. c. 65. Repetit. c. ... L † duab. chalcitis partibus, cum ... cadmiæ additis. M Dio. li. ... N Ser. c. 314. Infra β. O Raſ. vl. ... t. 1. c. 293. Supra β. P Gal. lib. 7. ſim. fo. 49. g. † Saheteregi. Q Serapio. c. ... R Li. 3. Fe. ... 4. & Ga. 7. ſimp. fo. 49. g. S Gal. 7. ſimp. fo. 49. g. T Dioſ. li. 1. ... & de groſſis ... † Tin.



A non reperiuntur folia eius, rami eius, quæ ſylueſtris eſt decoquuntur confracti, & contriti: & aſſumitur eorum aqua: & de ea accipitur ſuccus ſicut accipitur in reliquis herbis: & ᵃ coagulatum ficuum melli ſimile exiſtit in operationibus ſuis. *Electio.* Melior eſt alba, deinde rubea, deinde nigra. Et quando vehementer matura eſt, eſt melior, & proxima ad hoc vt non noceat. Et ſicca quidem in ſuis operationibus eſt laudabilis, α veruntamen ᵇ ſanguis ex ea generatus non eſt bonus: & propter hoc facit pediculos: verum ſi ſit cum nuce, tunc eius chymus fit bonus: & poſt nucem cum amygdala, & leuior omnibus eſt alba. *Natura.* Illa, quæ eſt humida, eſt calida parumper: & quæ eſt humida, plurimæ eſt aqueitatis, & parum eſt medicinalis. Quæ vero immatura eſt, eſt abſterſiua ad frigiditatem aliquantulum declinans, niſi lac eius: & quæ eſt ſicca, eſt calida in primo, ᵇ †{in fine ipſius,} & eſt ᶜ ſubtilis. *Operationes & Proprietates.* Quæ ᶜ †{ſicca eſt, &}ᶜ proprie acris, fortis eſt abſterſionis, maturatiua, reſolutiua, & carnoſa eſt plurimæ maturationis: & in ipſa ſunt glutinatio, & inciſio, & ſubtiliatio. & ſylueſtris eſt acutior & fortior in his duobus .ſ. in inciſione & ſubtiliatione. Et ᵈ ficus quidem β nutribilior eſt reliquis fructibus, & quæ vehementis eſt maturationis, propinqua eſt ad hoc vt non noceat: & in ipſa ᵈ eſt inflatio: & quandoq; egreditur, quæ acris eſt & ſicca, de abſterſione ad ᵉ vlcerationem, & adeo, vt ſicca, & folia eius cum decoquuntur cum radice almezerion nigri, fit cura ſcabiei animalium: & ſuccus foliorum eius vehementis eſt calefactionis,
B & abſterſionis. Et in ipſa quidem eſt lenificatio vltima, & expellit γ ſuperfluitates ad cutem, & facit ᵉ ſudare, & in eius acceptione eſt ſedatio caliditatis: & ſimiliter, ſm ꝙ ego exiſtimo, ſicca etiam expellit ad γ exteriora, & facit ſudare. Et ᵉ lac quidem eius coagulat liquefactionem ᵈ †{ſanguinis, &} lactis, & liquefacit congelatum. Et illa quidem, quæ humida eſt, ᵈ velocis eſt nutrimenti, & penetrationis in ſtomacho & corpore. Nutrimentum vero ficus licet non exiſtat in ſoliditate nutrimenti carnis & ᵈ granorum: eſt tamen vehemẽtioris ſoliditatis quàm β nutrimentum omnium fructuum. Et virtus ſucci ramorum eius antequam frondeſcant propinqua eſt virtuti lactis eius. Et aqua quidem cineris ligni eius iterata, in potu datur ad coagulationem lactis in ventre. Et aqua cineris ligni quercus propinqua eſt in intentione. Syrupus vero de ficubus eſt ſubtilis mali humoris: & ramis quidem fici ineſt tantum ſubtiliationis, ꝙ quando caro coquitur cum eis, diſſoluitur, & ᶠ in ᵍ †{giumeizi} quidem eſt virtus attractiua ex profundo corporis, & reſoluendi illud, quod attractum eſt. *Decoratio.* Illa, quæ eſt immatura linitur, & fit ex ea emplaſtrũ ſuper ʰ †{alchailan} & ᵉ verrucas & ſpecies ipſarum, & ᵉ morpheam: & ſimiliter folia eius. Et acceptio eius rectificat ᵉ colorem corruptum, cauſa ægritudinum, & apoſtematum calidorum, & mollium: & ᵉ maturat ⁱ †{carbunculos,} & ᵉ proprie cum ireos, & nitro, aut calce. & cum cortice δ granati ponitur ſuper panaricium. Et lac quidem †{giumeizi} confert apoſtematibus difficilis reſolutionis, &
C ᵉ ſcrofulis, & ᵉ dubelcti, & ſimiliter decoctio giumeizi, & confert ᵉ moro & proprie giumeizi. Et ſuccus foliorum eius abſcindit veſtigia ᵏ †{aluſem,} & cum cerato ponitur ᵉ ſuper fiſſuram frigoris: & ſimiliter lac eius in omnibus illis. Et eſt impinguatiua, eius tamen impinguatio facile reſoluitur. Et α eſt faciens pediculos vehementer: & illud quidem contingit ab ea propter corruptionem humoris eius, & dicitur, ꝙ ipſa eſt velocis expulſionis ad exteriora: & eſt cõuenientis humoris animalibus. *Apoſtemata & bothor.* Fit ex ea emplaſtrum ᵉ apoſtematibus duris, & ˡ †{cum fermẽto cum decoquitur} cum farina hordei. Et quæ immatura eſt ponitur ſuper morpheam. Et ipſa maturat carbunculos, & facit accidere, quæ humida eſt ᵉ alhaſaf, quando adminiſtratur, & confert eius decoctio apoſtematibus ᵉ gutturis, & ᵉ apoſtematibus radicum aurium gargarizata ad illud cũ cortice granati, & panaricio ᵐ †{cum penitho.} Et ſicca ε quidẽ nocet apoſtematibus hepatis, & ſplenis propter ſuam dulcedinem. Et quando apoſtema eſt durum non nocet neq; confert: veruntamen ſi coniungatur cum ſubtiliatiuis, & reſoluentibus confert valde. Et †{giumeizi} quidem vehementer reſoluit apoſtemata difficilia. *Vulnera & vlcera.* Succus foliorum eius ˡ exulcerat: & linitur decoctio eius cum ſpuma ſinapis ſuper pruritum & ſcabiem. Et folia eius ponuntur ſuper impetiginem & ſuper ᵉ eſſere, & ſuper vlcera groſſarum humiditatum. Et aqua quidem in qua iteratur cinis ligni eius, eſt corroſiua, mundificatiua vlcerum ᵉ putridorum antiquorum. Et ſi
D adminiſtretur cum cortice δ granati ſanat panaricium. Et cum chalcantho ᵉ valet ad vlcera cruriũ fraudulenta. Et lac †{giumeizi} facit adhærere vulnera. *Inſtrumenta iuncturarum.* Ponuntur cum immaturo ex eis, & folijs ᵉ folia papaueris, & ponũtur ſuper cortices oſſium. Et aqua cineris ligni eius iterata effundit ſuper ᵉ neruos doloroſos. Et qñq; datur de ea in potu quantitas vnius .℥. & .5. *Membra capitis.* Confert quæ humida eſt, & quæ ſicca ⁿ epilepſiæ. ° †{& diſtillatur eius decoctio cũ folijs ſinapi} in aurem in qua eſt tinnitus. Et conferunt lac eius, & ° ſuccus ramorum ipſius anteq̃ frondeſcant cum ponũtur in dente corroſo. Et confert eius adminiſtratio ſuper apoſtemata, ° quæ ſunt ſub aure cum fit ex ea emplaſtrum: & illa, quæ eſt immatura, ſanat vlcera capitis puluerizata. *Membra oculi.* Lac eius cum melle confert panno humido, & inceptioni aquæ deſcendentis, & groſſitudini tunicarum, & cum folijs eius fricatur aſperitas palpebrarum, & ſcabies earum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert quæ humida eſt, & quæ ſicca aſperitati ° gutturis. Et eſt conueniẽs pectori, & ° cannæ pulmonis. Et ſyrupus de ficubus facilitat ſputum: & ſimiliter ſyrupus ipſorum ficuum confert tuſſi ° antiquæ, & doloribus pectoris, & confert apoſtematibus cannæ pulmonis. *Membra nutrimenti.* Aperit oppilationes hepatis & ſplenis. ° Inquit Gal. Quæ humida eſt, mala eſt ſtomacho: & quæ ſicca eſt, non eſt mala. Et quãdo ᵖ comeditur cum almuri mundificat ſuperflui- tates

A Ga. li. 8. ſimplic. c. 61. f. Infra α. B Gal. li. aliment. 2. c. 8. f. B † cõpleto, aut ſecũdo incipiente. C Ga. 8. ſimp. 61. e. C † ——. D G. 2. al. m. c. 8. e. Infra β. E Dio. lib. 1. c. 145. & de groſſis. c. 146. Infra γ. Supra γ. D † ——. Supra β. F Cap. 351. G † groſſis. H veſtigia nigra. I † panos. Infra δ. † Groſſorum. K † veſtigiũ nigrum. Supra α. L † G. 8. ſim. 61. e. vbi magis concoquere cõſilium eſt miſcẽda eſt farina triticea, vbi vero plus digerere, hordeacea, panis horũ in medio. M † ——. Infra ε. † Groſſi. Supra δ. † Groſſorum. N G. de puero epilepti. d. O † D. li. 1. c. 145. & de groſſis. c. 146. ſi crudæ terantur, & ſinapi liquoreq; aliquo excepte inſtilletur. P G. 2. alim. c. 8. f.

tates ſtomachi: & eſt ex eis, quæ interſecant ſitim, quæ eſt ex phlegmate ſalſo, & excitat ſitim, & E confert [a] †{hydropiſi proprie cum abſinthio & ſimiliter bibere vinum eius confert ſtomacho,} & incidit appetitum cibi, Et ficus quidem eſt velocis deſcenſionis, & velocis penetrationis, ꝑpter ſuam abſterſionem. Et.[b] ſicca nocet hepati & ſpleni apoſtematis propter ſuam dulcedinem: ſed ſi apoſtema eſt durum non nocet, neque iuuat. Et adminiſtratio ipſius cum ieiunium adeſt: eſt mirabilis iuuamenti in aperiendo vias cibi, & proprie cum nuce & amygdala: cum tamen eius nutrimentum cum nuce ſit pluſquam cum amygdala. Si autem comedatur cum ingroſſatiuis fit tunc nocumentum eius maximum. Et [c] †{giumeizi} eſt mala ſtomacho parui nutrimenti: ſed eſt conferens duriciei in ſplene facto emplaſto ex ea cum ammoniaco, & lacte ipſius. Et omnes qnidem ſpecies ficus ſunt inconuenientes curſui materierum ad ſtomachum. *Membra expulſionis.* Confert [d] renibus, & [d] veſicæ, quæ humida eſt. & quæ ſicca. Et iuuat ad tolerandum retentionem vrinæ: & non eſt conueniens curſui materierum ad inteſtina: & ſuccus foliorum eius aperit orificia venarũ ani. Et quæ humida [d] eſt, lenit †{ } & ſoluit parumper: & proprie quando aſſumitur de ea cum amygdala contrita: & ſimiliter duritiei matricis: & [d] ſimiliter [e] †{ } ſi miſceatur cum nitro & cartamo, & aſſumatur ante cibum. Et ſupponitur lac eius [d] cum vitello oui: & mundificat matricem, & prouocat menſtrua: & fit ex ea [d] emplaſtrũ ad matrices cum fœnugræco. [f] †{ } & in clyſteri ad dolorem ventris pungitiuum [d] ponitur cum ruta. Et ficus [g] quidem, & proprie F lac ipſius, extrahit à renibus arenam quando adminiſtratur: & quando aſſumitur aqua caſei cum lacte eius diſtillato ſuper lac motum cum ramo eius parumper, erit fortior in ſoluendo ventrem, & in mundificando renes. Et datur in potu de aqua cineris ligni eius iterata, ei qui habet ſolutionem, & [d] dyſenteriam. ʒ.i.5. & clyſterizatur ex ea: & in vtriſq; diſpoſitionibus miſcetur cum oleo. Syrupus autem de ficubus, prouocat & lenit: & eſt propter ſuam abſterſionem velocis deſcenſionis ex ventre, & velocis penetrationis. *Venena.* Lac eius confert puncturæ [d] ſcorpionis inunctum, & ſimiliter rutelæ, & ſimiliter ponitur illa, quæ eſt immatura, aut folia recentia ſuper morſum [d] canis rabioſi, & confert: & fit ex ea emplaſtrum cum eruo ſuper morſum muſtelæ & confert: & aqua cineris eius iterata confert morſui rutelæ in potu data, & facta inunctione ex ea, & giumeizi confert [d] puncturis venenoſis bibita & linita.

*De* †{*Fæce*}.i.[g] Amurca. *Cap.* 277.

Fæx. *Electio.* Melior eſt fæx olei de croco grauis. *Natura.* Fæx expreſſionis olei eſt in primo caliditatis. *Operationes & proprietates.* Iam diximus, ꝙ fæx [h] olei de croco tingit linguam & dentes, taliter ꝙ perdurat ſic tinctura [i] †{ſex horis.} *Vulnera & vlcera.* Fæx expreſſionis olei eſt ex conſolidatiuis vlcerum accidentium in corporibus ſiccis,

*De* †{*Fermento.*}.i. [k] Tritico. *Cap.* 278. G

Fermentũ. *Natura.* In ipſo eſt caliditas: humiditas vero eius & ſiccitas ſunt ſecundum quantitatem multitudinis ſalſedinis, & nitroſitatis eorum. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt virtus abſterſiua propter ſalem & nitroſitatem, & frumentitatem: & in ipſo eſt virtus infrigidatiua propter ſuam acetoſitatem [l] attrahentem materias profundas ad exteriora corporis & reſoluit. *Inſtrumenta iuncturarum.* Fit ex ea [m] emplaſtrum ad dolorem, qui eſt in inferiore parte [k] pedis.

## Litera. G.

*De* †{*Glande*}.i.[n] Quercu, Glande, Fago, Ilice. *Cap.* 279.

Glans quid eſt? Nota eſt, & eſt ſtyptica: ſed caſtanea minus ea eſt ſtyptica. Quod [o] vero in glande vehementius eſt ſtypticum eſt cortex eius, qui eſt cortex eius interior. *Natura.* Glans frigida eſt & ſicca: & ſiccitas ipſius eſt in ſecundo. frigiditas vero in primo. in caſtanea autem eſt parum caliditatis propter ſui dulcedinem. & folia quidem glãdis ſunt vehementioris ſtypticitatis, & minoris exiccationis. *Operationes & proprietates.* In caſtanea eſt abſterſio: & in eis omnibus eſt inflatio in ventre inferiore, & ſtypticitas: & prohibet fluxum ſanguinis, & pro H prie cortex eius interior, & [n] omnes confortant membra: & caſtanea quidem eſt tardæ digeſtionis, ſed eſt boni nutrimenti. Et ſi cum zuccaro miſceatur, eius nutrimentũ fit bonum. [p] Gal. quoq; dixit, ꝙ eſt nutribilior omnibus granis, adeo ꝙ eſt proxima granis panis: veruntamen caſtanea propter illud, quod in ipſa eſt ex dulcedine nutribilior eſt ea: cum tamen nutrimentum omnium ſit hominibus illaudabile: ſed fortaſſe earum nutrimentum porcis laudatur. *Apoſtemata & bothor,* Ipſa cum adipe hœdi & porci [q] ſalita confert duriciebus: & fructus quidem glandis confert in principio [q] apoſtematibus calidis. *Vulnera & vlcera.* Prohibet ambulationem alcola & vlcera ambulatiua quando aduritur, & adminiſtratur. Folia [r] præterea glandis coherere faciunt plagas cum teruntur, & pulueriʒantur deſuper. *Membra capitis.* [q] Facit ſoda: propterea, ꝙ coarctat vaporẽ conſtringendo naturam. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [s] ſputo ſanguinis. *Membra nutrimenti.* Confert humiditati ſtomachi. *Membra expulſionis.* Conſtringit, & [q] confert dyſenteriæ, & vlceribus inteſtinorum, & fluxui [q] ſanguinis, & multiplicat [q] vrinam. *Venena.* Confert [q] venenis venenoſorum. Et [q] decoctio quidem corticum eius cum lacte vaccino confert veneno ſagittarum armeniarum: & caro [t] quidem caſtaneæ eſt bona venenis.





*De* †{*Gelouz*}.i. [a] Picea, & Pinu. *Cap.* 280.

A Gelouz qd eſt? Notũ eſt & eſt granũ pini maioris. Et eſt melioris nutrimenti q̃ nux, ſed eſt tardioris digõnis. Et [a] eſt compoſitum ex ſubſtãtia aquea, & terrea. Et aereitas in ipſo eſt pauca. Et oportet quidem vt complemẽtum ſermonis in ipſo requiratur in [b] cap. de pino. *Natura.* Et tẽperatũ, & in ipſo tñ eſt caliditas parua. *Operationes & proprietates.* Nutrimentũ præbet forte & groſſum non malum, & rectificat humiditates [a] corruptas in inteſtinis, & eſt tardæ digõnis. [c] Eius vero digeſtio rectificatur ĩ infrigidatis quidem cum melle, & in calefactis cũ tabarzet ex zuccaro: & ꝑꝑ hoc augetur bonitas nutrimenti eius. Eius † vero quod in aqua infuſum eſt, deletur acuitas, & mordicatio: & fit in vltima virtute nutriendi: ita vt paruum in quo non eſt nutrimentum perueniat ad nutrimentum a medicatione. hoc autẽ paruum eſt granum pini repertum in omni regione. *Inſtrumenta iuncturarum.* Sanat dolores neruorũ & dorſi, & ſciaticæ, & [d] valet mollificationi. *Membra anhelitus & pectoris.* Magnũ [e] mundificat pul B monem valde, & extrahit, quod in ipſo eſt de [f] ſanie, & de humoribus groſſis. *Membra expulſionis.* [g] Excitat coitum, & proprie, quod ex eo nutritum eſt: & [h] confert ſaniei, & lapidi in [i] veſica. *Venena.* Cum ficubus & dactylis confert puncturæ ſcorpionis.

Gal. lib. 7. ſimp. fo. 54. a.

Coni fructus quem quidam cocalon nuncupant & ſtrobilõ. Natura. Viridis totus, habet cum humiditate amaritudinem quãpiam & acrimoniam proinde purulentis, & quibuſcunque adeo quę in thorace & pulmone ſunt facile ex tuſſire & expuęre expedit accomodus eſt, porro fructus ex eo exculentus nutrimentum eſt coctu difficile, & validum. At vt medicamen aſperitati leniendę congruit, cum vꝫ in aqua maceratus oẽm in ea acrimoniam reliquerit. Nam reliquum oẽ minꝰ mordax, magiſq; emplaſticum redditur: In medio calidę & frigidæ qualitatis conſiſtens, ex aquea & terrea miſtum ſubſtantia minimum partium pars aerea.

† Geleuzi.
A Dio. li. 1. c. 74.
A G. lib. 7. ſim. fac. fo. 54. a
B 184. & 301. & 555 & 693.
C Ser. c. 63.
† Ga. ibi.
D Cap. 301.
E Cap. 301.
F Ae. li. 1. ſer. 1. 44.
G Cap. 301. & Ra. 1. 3. c. 20.
H Ser. c. 63.
I Cap. 301. & Sera.
K Dioſ. lib. 3. c. 3.
† Genthiana.

[k] *De* †{*Gentiana.*} *Cap.* 281.

Gentiana quid eſt? Eius folia, quæ ſunt iuxta radicem ipſius ſunt ſimilia folijs nucis, & folijs arnogloſſæ: & eius color eſt rubeus: & ipſius medium, & extrema ſunt inciſa. Et eius crus eſt cõcauũ, planũ, in groſſitudine [k] digiti, & longitudine duorũ cubitorum, & ipſius folia adinuicẽ ſunt elõgata: & fructus eius eſt in ſuis capitibus: & radix ipſius eſt longa ſimilis radici ariſtolochiæ, quæ oritur in montibus, & in vmbra, & in locis humidis eorum: & dicitur: ꝙ non noĩatur gentiana, niſi quia primus, qui eam agnouit fuit Gentianus rex. & ipſa quidem creſcit in montibus altis. [k] †{Ex ea vero aſſumitur ſuccus: qm̃ ipſa infunditur in aqua vſq; ad quinq; dies: deinde coquitur: poſtea colaẽ: deinde congelatur, & inſpiſſatur ſicut mel.} *Electio.* Melior eſt romana: & ipſa eſt vehementius rubea, & durior: & eſt lignum, & venæ ſicut groſſitudo digiti: & maius, & minus: & eius color eſt citrinus, declinans ad nigredinem: & quod ex ea fractum eſt, eſt vehementius citrinum propinquũ rheubarbaro. *Natura.* Calida eſt in tertio, ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt aperitiua, & in ipſa eſt ſtypticitas: & eius radix vltima eſt in [k] apertione, & ſubtiliatione, & abſterſione. C *Decoratio.* Radix eius abſtergit [k] morpheam, præcipue ſuccus eius prædictus. *Vulnera & vlcera.* Sanat plagas, & [k] vlcera corroſiua, & pręcipue ſuccus eius prædictus. *Inſtrumenta iuncturarum.* Bibuntur ex eo. ʒ. ij. cum vino propter torſionem [k] neruorum, & eſt iuuatiua ei [k] qui cadit ex loco alto. *Membra oculi.* Fit ex ea linimentum [k] ophthalmiæ. *Membra anhelitus & pectoris.* [k] Duæ drach. ſucci eius ſunt bonæ pleureſi. *Membra nutrimenti.* Aperitiua eſt oppilationum [k] hepatis, & ſplenis & pondus. ʒ. ij. ex ea cum vino valet dolori hepatis, & ſplenis, & frigiditati amborum: & apoſtematibus eorum, & ſyrupus radicum eius conueniens eſt ſtomacho [k] infirmo ex frigore. *Membra expulſionis.* Prouocat vrinam, & menſtrua, & ſupponitur radix eius ſicut [k] collyrium, & extrahit fœtũ, & facit ipſum abortiri. *Venena.* Eſt vltima medicina puncturæ ſcorpionis. & pondus. ʒ. ij. ex ea cũ vino [l] †{ } Confert puncturæ omnium vermium venenoſorum: & morſui canis rabioſi, & morſui omnium animalium rapacium. *Permutatio.* Quantum ipſum eſt & medietas eius ex aſſaro: & quantum medietas eius de radice capparis, & [m] radicis apij.

k † D. Contuſa radix quinque diebꝰ aquã aceratur, poſtea decoquitur in eadem tantiſper, dum extẽt radices, deinde vbi reſtixit aquã linteo excolatur mox diſcoquitur, dũ mellis craſſitudo fiat. fictilique reconditur.

L † D. pipe, & ruta

M G. de ſubſt. me. radix apii odorati. idẽt eſt petroſelinũ aut Rdedon. i. Helenium.
N † Gielbhenec
O Raſ. t. 3. c. 30.

*De* [n] †{*Gilbenec.*} *Cap.* 282.

Gilbenec quid eſt? Eius operatio eſt proxima [o] operationi ellebori. quidam autem dixerunt eſt ſemen turbit nigri: & cortex radicis eius, eſt turbit citrinum, & oritur in ſaid: veruntamen quod ex eo bonum eſt, eſt indũ, & eſt ſimile altuderi. *Inſtrumenta iuncturarum.* Quidam iam dederunt ex eo D in potu [o] paralytico vſq; ad põdus. ʒ. & vomuit, & ſanatus eſt. *Membra nutrimenti.* Eſt [o] vomitiuũ, & qñq; eſt mortificatiuum propter fortitudinem vomitus. *Membra expulſionis.* Soluit, & potio ex ipſo eſt medietas drac. [p] ſed drac. eſt timoroſa. *Venena.* In ipſo eſt virtus venenoſa.

P Aliter Raſ. ibid.
Q † Gieſt afrid.

*De* [q] †{*Geferefrend.*} *Cap.* 283.

Geferefrend qd eſt? Res pinealis figuræ, in cuius capite ſunt ſicut duę ſpinę: & dr̃ ẽt ꝙ eſt ſimilis amygdalæ, & qñq; finditur, & aperitur. *Membra expulſionis.* Facit augmentum in coitu valde.

† Giebſin, & eſt gypſum.
R Dioſ. lib. 5. c. 81.
S Ga. 9. ſi. fo. 68. h.
T Lib. 3. F. 5. t. 1. c. 9
V Ser. c. 369.
X G. Li. 9 ſim. 69. a

*De* †{*Gepſin*}.i. [r] Gypſo. *Cap.* 284.

Gepſin quid eſt? Eſt lapis gypſi laminoſus albus trãſparẽs, cuius ſubtilitas augmentaẽ cũ aduriẽ. *Natura.* Frigidus eſt & ſiccus. *Operationes & proprietates.* Et [s] glutinatiuus, & ponitur ſuꝑ partes [r] fluxuũ ſanguinis, & ſtringit ẽm ꝙ in ſuo dr̃ cap. [t] qm̃ in ipſo cũ glutinatione eſt virtus faciens adhærere: & in ipſo eſt ſtypticitas cũ viſcoſitate: & qñ [s] aduriẽ ſubtiliatur, & additur eius exiccatio. *Membra capitis.* Linitur ex eo frons, aut cooperiẽ ex eo caput cum pileo, & [u] retinet fluxũ ſanguĩs ex naribus, & quod ex eo gypſatum eſt, ẽt pręcipue cum bolo armeno frixo ſeu torrefacto & lentibus miſtũ: cum aqua myrti & pauco aceto. *Membra oculi.* [x] Miſcetur cum albugine oui, vt non fiat lapis, & ponitur ſuper ophthalmiam ſanguineam. *Venena.* Eſt ex [r] ſumma venenorum præfocantium.

*De*†{*Gyps.*} *Cap.* 285.

Gyps quid eſt? Eſt ſicut gypſum.

*De*†{*Gemſſeſimi.*} *Cap.* 286.

Gemſſeſimi quid eſt? Eius virtus eſt ſimilis virtuti ſceha cum vua vulpina. *Operationes & proprietates.* Eſt mundificatiuum, aperitiuum, ſedatiuum inflationis & ventoſitatum proprie. *Membra nutrimenti.* Reſoluit humiditates viſcoſas in ſtomacho, & confert ſtomachis infantium. *Membra expulſionis.* Confert ventoſitatibus matricum.

*De*†{*Gezar*}.i.[a] Dauco, & Paſtinaca. *Cap.* 287.

Gezar quid eſt? Nota eſt. Fortius ſemen eius eſt ſemen ſylueſtris. Inquit [a] Dioſc. Eſt vna ſpecies eius cuius folia ſunt minora folijs fœniculi: & eſt in eius forma, & eius crus peruenit vſq; ad quantitatem palmi. [a] †{Et quod eſt ſuperius eius eſt citrinum: & habet ſummitatem in qua naſcitur flos & ſemen eius ſicut coriandrum & anethum. Et habet fructum acutum, album, boni odoris, & maſticationis. Et naſcitur [a] in locis ſpatioſis ſoli expoſitis lapidoſis.} Et quæ ex ea eſt hortulana ſimilatur apio [b] †{romano,} acuta, aduſtiua, boni odoris. [a] Et tertia ſpecies habet folia ſicut folia coriandri, & [a] florem album & ſimilantur anetho fructus, ſeu ſemina ipſius, [a] †{& ſumitas eius producẽs flores & ſemina.} [c] †{Et habet ſicut capita nucis plena ſemine,} quod eſt ſicut cyminũ in forma, & acuitate ſua. *Natura.* Calida eſt in fine ſecundi, humida in primo. Et in radice hortulanæ, ſeu domeſticæ eſt [d] inflatio & conſtrictio naturæ, & non eſt ſic ſemen eius, qm̃ cum eo fit emplaſtrũ & carminat ventoſitates. *Vulnera & vlcera.* Semen & folia ipſius cum teruntur, & ponuntur ſuper vlcera corroſiua, conferunt eis. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert pleureſi, & tuſſi [a] antiquæ. *Membra nutrimenti.* Eſt difficilis [e] digeſtionis, & nutrita facilioris eſt digõnis, & confert hydropiſi. *Membra expulſionis.* Sedat dolorem [a] ventris pungitiuum, & proprie daucus. Et [a] prouocat vehementer, & proprie ſylueſtris, & proprie ſemen eius: & ſimiliter eius folia. Et [d] excitat coitũ, & proprie ſemen domeſticæ: eſt.n. vehementis inflationis: & ſemen ſylueſtris non eſt illius operationis. Si autem ſecakul, & baucia ſylueſtris numerentur in baucia: tunc ipſa magis excitant coitum, q̃ hortulana: & prouocat menſtrua, & vrinam, proprie ſylueſtris bibita & ſuppoſita: & conferunt ſemen eius, & radix eius difficultati imprægnationis.

*De*†{*Geguers*}.i.[f] Milio, & Panico. *Cap.* 288.

Geguers quid eſt? Tres habet ſpẽs, & ſimilatur rizi in virtute ſua. Veruntamen rizi nutribilius eſt, & [g] panicum melius eſt in omnibus diſpoſitionibus ſuis, q̃ milium: ſed tamen eſt fortius conſtrictiuum. *Electio.* [h] Coquitur cum α lacte, aut aqua [i] furfuris ſimile: & oleo amygdalino, & præbet nutrimentum bonum. *Natura.* Frigidum eſt & ſiccum in fine ſecundi. quidam autem dicunt ipſum eſſe calidum in primo. & primum ſanius eſt. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt ſtypticitas, & exiccat ſine mordicatione: & eius vaporatio eſt ſedans dolores. Cum vero non regitur, generat ſanguinem malum, & [f] nutrit minus, q̃ grana reliqua ex quibus fit panis. Et eius nutrimentum eſt paruum viſcoſum. Et in ipſo eſt ſubtilitas quædam, ſicut exiſtimant quidam. α Veruntamen cum coquitur cum lacte. [i] aut furfure ſimilę, fit eius nutrimentum bonum pręcipue cũ butyro, aut oleo amygdalino. *Membra nutrimenti.* Eſt tardæ digeſtionis in ſtomacho in ſua ſubſtantia, & in ſuo pane. *Membra expulſionis.* Cum eo [f] vaporatur dolor ventris pungitiuus, & eſt [f] prouocatiuus.

[k] *De*†{*Gallinis & gallo.*} *Cap.* 289.

Gallinæ & gallus quid eſt? Ius gallorum veterum proprietatem habet, quam dicemus. Modus vero quem Gal. narrauit in decoctione eorum eſt, vt [l] poſtq̃ fuerint cibati fatigentur faciendo eos currere, donec cadant & deinde decollentur: [m] deinde extrahatur, quod in ventribus eorum eſt: & impleantur ventres eorum ſale, & ſuantur cum filo, & coquantur cum. xx. kiſt aquæ vſquequo perueniat ad tres cotylas: & bibatur totum i loco vno: poſtea addatur illud, quod dicturi ſumus in omni loco. *Electio.* Rufus, gallorum melior eſt ille, qui non cantat adhuc: & gallinarum melior eſt, quæ nondum parit oua. antiquæ vero ſunt malæ. *Natura.* Adeps pullorum calidior eſt adipe gallinarum magnarum. *Operationes & proprietates.* [n] Teſticuli gallorum laudabiles ſunt, velocis digõnis. *Inſtrumenta iuncturarum.* Ius gallorum prædictum conuenit tremori, & [k] dolori iuncturarum: ſed oportet vt coquatur cum polypodio, & anetho, & ſale in. xx. [n] †{cotyl.} donec remaneãt tres [o] †{aut quatuor.} *Membra capitis.* Caro gallinarum alfethi in intellectu augmentũ efficit: [p] cerebrũ gallinarum prohibet fluxum ſanguinis narium accidentẽ ex velaminibus cerebri. *Membra anhelitus & pectoris.* Ius gallorum prædictum, [k] confert aſthmati. Caro gallinarum clarificat vocem: ius galli vetuſtiſſimi cum anetho, & cartamo confert omnibus illis & aſtidbegi pullorum ſedat inflammationem ſtomachi. *Membra nutrimenti.* Ius gallorum confert dolori [k] ſtomachi ex ventoſitate. *Membra expulſionis.* [q] Ius galli veteris cum polypodio, & anetho confert colicæ valde. Caro gallinarum, quæ pullæ ſunt, augmẽtat ſperma. Et ius prædictum cum [k] polypodio ſoluit melancholiam: & cum [r] cartamo ſoluit phlegma. Quandoq; vero decoquitur cum medicinis ſtypticis ad dyſenteriam, & cum lacte ad vlcera veſicæ. Ius [r] gallorum confert febribus chronicis. *Venena.* Gallinæ [r] ſciſſæ ſuper cor ſuum aut gallus ponuntur ſuper locum læſum a vermibus venenoſis, & [r] permutatur quaq; hora, & prohibet nocumentum venenorum: & in venenis bibitis etiam ſorbetur eorum decoctio cum anetho, & ſale, & euomitur.

De

E † Gieſ. — † Gemſſe... ſpecies ba... — † Gieza... ſiue carot... A Dio.li... ca.50. A † D. Vm... riandri: flo... ſemine ac... do, hirſuto... mi odoris... dendo rad... li craſſitu... dodrantis... dine adole... ſcit in ſax... cis ſole ill... B † ſylue... A † Dio... rio paſtin... ne oblon... C † —— D G.li.6... E Raſ... — † Giaure... co vel mil... F Dioſ.li... &.90. G Dio.&... bent oppo... li.1.alim... Infra α H Gal.de... nit.c.5.1 I Raſis... t.1.c.531. Supra α — K Dioſ.li... † Giaziu... L Li.3.F... c.21. M Raſis... t.1.ca.... N Li.3.al... N † ſexta... heminæ. O † —— P Cap.11... F.1.t.1.c... F.4.t.1.c... c.441. Q Cap.1... F.16 t.4.c... & G.3.ſim.ca... R Dioſ.lib...



*De* [a] †{*Guaſmeim.*} *Cap.* 290.

Guaſmeim quid eſt? Eſt folium nil. *Natura.* Eſt in fine primi calidum, & in ſecundo ſiccum. *Operationes & proprietates.* In ipſo ſunt ſtypticitas, & abſterſio. *Decoratio.* [b] Tingit capillos.

*De* [c] †{*Gures.*} *Cap.* 291.

Gures quid eſt? Res rubea roſea declinans ad pallorem, ſimilis tincturæ croci, & aſportatur de ſiamem, & dicitur, q abraditus de arbore ſua. *Natura.* Calida eſt & ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtyptica. *Decoratio.* Confert panno, & lentiginibus. Cum ergo bibitur confert albaras. *Apoſtemata & bothor.* Confert bothor. *Vulnera & vlcera.* Confert ſcabiei, & pruritui, & ſahafati, & impetigini.

*De*†{*Guareſcen*}.i.[d] cap. de Sanguine. *Cap.* 292.

Guareſcen. *Membra oculi.* Sanguis [e] alguareſcen eſt bonus vulneribus oculi. *Membra nutrimenti.* Caro eius [e] difficilis eſt digeſtionis. *Membra expulſionis.* Caro eius [e] conſtringit ventrem.

*De*†{*Guaril*}.i.[f] Lacerta. *Cap.* 293.

Guaril quid eſt? Eſt maxima figurarum ex lacertis, vel liguris longam habens caudam & paruũ caput, & nõ eſt lacertus: lacertus enim non eſt, aut raro eſt niſi in ruribus: & caput, & corpus ipſius diuerſa ſunt alguaril: ſed fortaſſe proximus eſt ei naturis ſuis. *Natura.* Caro eius calida eſt multũ. *Decoratio.* [g] Confert ſtercus eius panno, & lentiginibus, [h] †{& impinguant fortiter adeps & caro eius, & proprie quaſdam mulieres.} *Operationes & proprietates.* [i] †{In ipſo eſt virtus extrahens ſurculos & ſpinas.} *Apoſtemata & bothor.* [k] †{Tritum ſtercus eius eradicat verrucas.} *Membra oculi.* Stercus eius ſimile eſt ſtercori lacerti: valet enim [l] ad albuginem oculi.

*De* [m] †{*Guadai.*} *Cap.* 294.

Guadai quid eſt? Eſt oſtracum. *Operationes & proprietates.* Extrahit ſurculos & ſpinas. *Decoratio.* Quod ex eo tritum eſt abſcindit verucas infixas, ſeu profundas in carne & cute & pendentes, ſeu eleuatas a carne & cute contritum.

*De* [n] †{*Grano ben.*} *Cap.* 295.

Granum ben. Iam diximus operationes eius in [o] cap. b. cum diximus ben.

*De* [p] †{*Grano lauri.*} *Cap.* 296.

Granum lauri. Ipſum eſt granum ademeſt: & eſt ſicut auellana parua, & cortex eius ad nigredinem tendit, ſubtilis, quod cum premitur in duas ſeparatur partes, duras, decliues ad citrinitatem, in quibus eſt parum boni odoris, & nos dicemus operationes eius in [q] cap. de lauro.

[r] De†{*Grano azelem.*} *Cap.* 297.

Granum azelem quid eſt? Granum [s] eius eſt boni ſaporis, & oritur in partibus sherzur. *Natura.* Eſt [s] calidum in ſecundo, humidum in primo. *Decoratio.* Eſt impinguatiuum. *Membra expulſionis.* [s] Augmentat ſperma.

De†{*Grano aneſcen*}.i.[t] Loto arbore. *Cap.* 298.

Granum aneſcen quid eſt? Eſt [t] †{granum exiſtens in quantitate piperis, & in colore eius,} veruntamen eſt facilius frangibile, ſcindit a medulla vehementis albedinis, cuius odor eſt bonus. *Natura.* Eſt calidũ & ſiccum in ſecundo. *Membra nutrimenti.* Eſt bonũ [t] ſtomacho frigido mollificato.

[u] *De*†{*Grano nil.*} *Cap.* 299.

Granum nil quid eſt? Eſt cartamum indum. *Electio.* Melius eius eſt ponderoſum, planum recens. *Natura.* Dixerunt quidam. [u] Eſt calidum & ſiccum in primo. Et verum eſt, quod eſt calidũ & ſiccum perueniens ad tertium. *Decoratio.* Confert [x] albaras & morpheæ albæ. *Membra nutrimenti.* Eſt conturbatiuum, faciens nauſeam. *Membra expulſionis.* Solutione [y] educit humores groſſos, ſcilicet melancholiam, & phlegma fortiter, & vermes, & aſcarides. *Permutatio.* Loco eius in ſolutione, & iuuamento in melancholia ponitur medietas ponderis de pulpa colocynthidos cum ſexta ponderis ſui de lapide armeno.

De [z] †{*Grano aſumne.*} *Cap.* 300.

Granum aſumne quid eſt? Eius arbor eſt ſylueſtris ſm quantitatem brachij habens alba folia, nõ tñ vehementis albedinis, cuius fructus eſt ſicut piper, [a] vnctuoſus, lacteus. & dixerunt quidam. Eſt ſemen ſameriuma. *Natura.* Eſt [a] calidum parum habens humiditatis. *Decoratio.* Eſt [a] impinguatiuum. *Membra nutrimenti.* [a] Tardatur eius digeſtio in ſtomacho, & cum digeritur, multiplicatur [a] eius nutrimentum. *Membra expulſionis.* [a] Augmentat ſperma, & excitat coitum.

De†{*Grano pini*}.i.[b] Picea, & Pinu. *Cap.* 301.

Granum pini quid eſt? Granum pini, eſt minus fiſtico, corticem habens ſubtilem, frangibilem, rubeum, qui ſeparatur a medulla alba tendente in longum, vnctuoſa, ſuaui. & huiuſmodi granum eſt magnum ex arbore pini, quæ nominatur feſus vel chaſſus, vel ſerbin. paruum vero eſt granum triangulatum durioris corticis, & acurioris medullæ: & in ipſo eſt acrimonia, & ponticitas, & parum eſt melius ad medicinam, q̃ ad cibum. *Natura.* Magnum eſt ſicut æquale, ad caliditatem declinans, & augmentatur humiditas ipſius. Et paruum eſt calidum & ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt maturatio, & lenificatio, & reſolutio, & mordicatio, & proprie in recente: ſed eius mordicatio deletur, ſi infundatur in aqua, & complentur tunc eius lenitas & glutinatio, quamuis ſint ante illud ambo reperta in ipſo, & eius ſubſtantia eſt terrea aquea in qua eſt parum aeritatis. *Decoratio.* Eſt impinguatiuum. *Inſtrumenta iuncturarum.* Granum pini magnum



A † Vſme. i. fol. ſ nil. Repet. c. 299. & 505
B Ser. c. 47.
C † Vres.
† Vreſan, & eſt ſpecies columborum ſylueſtrium.
D Dioſ. lib. 2. c 71.
E D. & Ra. vlt. cõ. 1. c. 223.
† Vrel.
F Dio. lib. 2. c 56. Videtur repetere 639. multa quæ oc capite narrat. Cap. 614.
† G. 10. ſim 77. de ſtercore crocodilorum. Cęterum crocodilorũ, horũ iquã exiguorum & humi ſerpẽtium ſtercus ꝑcioſum efficere mulieres delicioſę.
I † D. Lacertę caput intritum & appoſitũ aculeos, & ... corpori infixa extrahit.
K † D. Varos, formicãtes verrucas, & penſiles, quas acrochordonas vocant, tollit.
L Cap. 391. & G. 4. de compõne phar. ſm loc. 158. c
M † Vdha, & eſt ſpẽs oſtracorum. ſ. porcelletæ.
N † Hab alban.
O 79.
P † Hab algar.
Q 444.
R Ser. c. 327.
† Hab alzelẽ. i. granum, quod dicitur dolceghini.
S Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 340.
† Hab almenem, vel almiſen.
T Dio. li. 1. c 134. Repetit. c. 513.
T † ferens baccam pipere maiorem.
V Ser. c. 273.
† Hab alnil. Repet. c. 290. & 505
X Cap. 505.
Y Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 177.
Z † Hab alſenne.
A Raſis vlti. cont. t. 1. c. 341.
† Hab alſenubar.
B Dio. lib. 1. c. 74. Repetit. ca. 184. & 555. & 693.

conſert mollificationi,& [a] debilitati corporis comeſtum,& exiccat [b] humiditatem corruptam, quę eſt in eo. *Membra anhelitus & pectoris.* Paruum & magnum confert [c] humiditatibus pulmonis putrefactis,& ſaniei & fluxui ſanguinis & [b] tuſſi,& proprie cum rob recente propter amaritudinem paucam, quę eſt in ipſo.Et quando coquitur cum vino dulci eſt ad mundandum pus pulmonis bonum valde,& ſimiliter eius cortex,& lignum quando ponuntur in electuarijs. *Membra nutrimenti.* Quando ex eo fit emplaſtrum cum abſinthio ſuper ſtomachum,confortat ipſum. Et eſt difficilis digeſtionis multi nutrimenti: virtus eius mordicat ſtomachum,niſi infundatur in aqua calida. Comedant ergo ipſum calefacti cum tabarzet,& infrigidati cum melle,& tunc digeritur, & fit bonũ,& eſt bonum ſtomacho. [d] Inquit Dioſc.Eſt malum ſtomacho.Sed videtur,ꝙ non ſit ita,niſi quando ex vetuſtate acquirit acuitatem & rancidatur,& ꝙ fit infuſum bonum, quoniã rectificatur eius corruptio,& frangitur eius ventoſitas.[e] †{Et quando bibitur cum portulaca ſedatur eius mordicatio omnino:ita vt non ſit mordicans.} *Membra expulſionis.* [f] Augmentum facit in coitu & in ſpermate plurimum cum comeditur cum ſiſamo,& tabarzet,& melle,& penidijs,& ſaturati ex eo,& paruo faciunt dolorem ventris pungitiuum,ſed eius theriaca eſt granum granati muzũ, quod ſugitur poſt ipſum,& ipſum vehementer abſtergit humiditates renum,& veſicæ,& confortat eos ad retentionem vrinæ,& ſanat diſtillationem,& prohibet vlcera veſicæ,& [g] lapidem, & prouocat,& confert ex eo cum abſinthio facto emplaſtro.

[h] De †{*Grano alkilkil.*} Cap. 302.

Granum alkilkil quid eſt?Eſt ſicut piper album,maius cartamo,non pure rotundum, & frangitur a medulla vnctuoſa,boni ſaporis. Quidam autem dixerunt eſt ſemen granati ſylueſtris,& dixerunt iſti,eius radix eſt almugat. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confortat corpora mollificata. *Operationes & proprietates.* α Quod [i] ex eo frixum eſt,eſt leuius. *Decoratio.* Eſt impinguatiuum. *Membra capitis.* Facit [i] ſoda,& proprie quando in ſecunda menſa comeditur ſuper vinum. *Membra nutrimenti.* Plurimus [i] vſus eius facit nauſeatiuam ſatietatem & choliricam paſſionem, & cum comeditur cum [h] tabarzet,& zuccaro,& melle,digeritur:& [h] quod α ex eo frixum eſt, eſt melius: & non eſt eius humor malus,& parum vehementer mordicat ſtomachum.

De †{*Grano viridi*}.i.[k] Fructu terebinthi. Cap. 303.

Granum viride quid eſt?In fructu eius eſt ſtypticitas,& ipſius iuuamentum ſimile eſt iuuamento maſticis,& eius gumma eſt melior gummis poſt maſticem,& qui ex eo eſt magnus dicitur aldaru.& eius quidem arbor nominatur albotin. *Natura.* Dixerunt [l] quidam,ꝙ in β eius oleo eſt lenificatio,& ſtypticitas,ſicut eſt in oleo ro.& veritas eſt,calefactio grani viridis eſt calefactio non parua.eius vero exiccatio dum perſeuerat humida,eſt parua,& cum exiccatur eſt in tertio:& eius gumma eſt calida,in qua eſt ſiccitas pauca. *Operationes & proprietates.* Eſt calefactiuum, lenificatiuum, G & mundificatiuum,& in ipſo eſt ſtypticitas,& eius gũma eſt plurimæ [l] reſolutionis,ꝗ maſtix, quoniam eſt amarior,& in ipſa eſt parum ſtypticitatis,& eſt fortis abſterſionis,& in ipſa eſt apertio bona,& maturatio & lenificatio,& extrahit ex profundo,& in pluribus horis ponitur loco maſticis, & ſuffumigatio albotin elongatur a nocumento ſicut ſuffumigatio thuris.& eius β oleum eſt compoſitum ex virtute lenitiua cum virtute ſtyptica,& exiſtimauerunt quidam,ꝙ in eius oleo eſt infrigidatio quædam. *Decoratio.* Abſtergit pannum,& faciem,& gluten ſiue gumma albotin confert ſciſſuris faciei. *Apoſtemata & bothor.* Eius gumma maturat exituras duras. *Vulnera & vlcera.* Abſtergit [l] ſcabiem,& impetiginem,& ingreditur eius gumma in emplaſtris ad purganda vulnera,& [l] exiccat ſaniem,& ſanat vlcera manifeſta,& confert [l] prurítui vlcerum,& ſcabiei vlceroſæ, & ſcabiei phlegmaticæ,& bothor phlegmaticæ. *Inſtrumenta iuncturarum.* [l] Ponitur eius oleum in oleis, quæ ſunt ad laſſitudinem,& emplaſtris ad [l] paralyſim & torturam. *Membra capitis.* Eius gumma cum melle [l] & oleo,eſt bona humiditati auris. *Membra oculi.* Eius fumus ingreditur in alcoſol oculi,& conſeruatione pilorum & [k] medicamento corroſionis palpebrarum. *Membra anhelitus & pectoris.* [l] Confert doloribus pectoris more emplaſtri ſuperpoſitum, & inunctum & eius gumma eſt [l] bona vlceribus pulmonis,& tuſſi [l] antiquæ deglutita ſola,aut cum dulcibus. *Membra nutrimenti.* Iuuatiua eſt [l] ſplenis,& proprie albotin,ſed ipſa delet [l] appetitum cibi, & ſimiliter mundificat [l] hepar. H *Membra expulſionis.* [k] Prouocat,& excitat [k] coitum,& gumma eius etiam [k] prouocat, & lenit [k] ventrem,cum accipitur ex ea auellana [l] vna,aut nux in ieiunio,abſq; nocumẽto, & mũdificat viſcera,& abſtergit renes. *Venena.* Bibitur gumma eius,& [k] fructus cum vino ad morſum rutelæ.

De [m] †{*Gento*}.i.Thapſia. Cap. 304.

Gentum quid eſt.[n] Taſaſia.ſ.gumma rutæ montanæ.

De [o] †{*Gembut.*} Cap. 305.

Gembut quid eſt? Eſt roſabran ſicut quidam ſapientes dixerunt:verum maior pars ex ſumma medicorum aſſerit,ꝙ eſt alkarnub Nabathium,& de ipſo quidem iam dictum eſt in [p] cap. de cha. *Natura.* Eius frigus,& caliditas ſunt parua, & eſt ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eius virtus eſt vomitiua ſine mordicatione. *Membra expulſionis.* Prohibet fluxum ventris. *Venena.* [q] Decoctio algembunt interficit pulices.

[r] De †{*Gramine.*} Cap. 306.

Gramen. *Vlnera & vlcera.* Facit cohærere [r] plagas ſanguineas. *Membra expulſionis.* Eius [s] decoctio extrahit lapidem.Et ſemen ipſius [s] prouocat,& conſtringit.

De

E A Nuceſpe. 287.& Dioſ.
B Dio.li.1.c.1
C Cap.280.
D Auicenna accipit fructus terebinthi pro granatis
E † Dio. Succhi rotiones ... date cum portulacæ ſucco.
F Cap.280 & t.3.c.20.
G Cap.280 & c.63.
H Ser.c.113.
† Hab alkilkil.
Infra α
I Raſis vltimo t.1.c.378.
Supra α
† Hab alchadra.
k Dioſ.li.1.c.
L Raſis vltimo t.1.ca.341.
Infra β
Supra β
M † Ientum.
N Ca.700.& ...
O † Iembut.
P 193.
Q Raſ. vlti. conti. t.1.c.366.
R Dio.lib.4.c.
†; Negten.i.herba trifolij.
S Cap.704.& ...



A † Halch.
B Cap.303.

A De [a] †{*Glutine.*} Cap.307.

Gluten quid eſt?Iam locuti [b] fuimus de glutine alimbat,& reſina pini , & reliquis in ſuo loco. *Natura.* Gluten alimbat eſt calidum,deinde gluten cupreſſi,deinde eſt gumma pini. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiuum.ſed gumma pini & gluten cupreſſi ſunt vehementioris reſolutionis, ꝗ gluten alimbat,quamuis ſint calidiora eo.

C Dio.lib.1.c.123.
† Haſus.

[c] De †{*Gallis,*} Cap.308.

Gallæ. *Electio.* Meliores ſunt [c] immaturæ & ponderoſæ,duræ,ruſæ vero, ſeu citrinæ molles ſunt paruæ virtutis,& aduruntur ſuper prunas. *Natura.* Sunt frigidæ in primo,ſiccæ in ſecundo. *Operationes & proprietates.* [c] Conſtrictio earum eſt vehemens,& prohibet humiditates a curſu, & ſubſtantia earum eſt frigida terrea. *Decoratio.* [c] Denigrat aqua earum capillos. *Vulnera & vlcera.* Liniuntur in aceto ſuper impetiginem,& auferunt eam,& ſi puluis [c] earum ſternatur ſuper carnẽ additam,remouet eam. *Membra capitis.* Prohibent curſum humiditatum corruptarum ad [c] †{linguam}& [c] gingiuam,& conferunt [c] alcola & proprie in pueris,& proprie cum aceto, & conferũt cum [c] ponuntur in corroſione dentium†{ } *Membra expulſionis.* Spargitur puluis earum ſup aquam,& bibitur ad vlcera [c] inteſtinorum, &ad [d] fluxum antiquum,& ſimiliter quãdo ponitur in cibis [c] conueniens eſt ad hanc operationem.

C † vuam.
† Sedando dolorẽ
D Rab.vlti.conti. t.1.c.234.
E Serap.c.230.
† Sech.
Repetit.c.320.

[e] De †{*Galia.*} Cap. 309.

B Galia quid eſt?Galia vera eſt ſinia facta ex emblicis.nunc autem,quia adulteratur, ſumitur pondus de gallis,& de belha,& fit ſim ꝙ fit alramech. *Natura.* Quæ pura eſt,eſt calida in primo, ſicca in ſecundo:& aromatica calida eſt in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtyptica confortans viſcera,& in aromatizata ſunt apertio,& reſolutio. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eſt bona dolori neruorum & iuncturarum. *Membra expulſionis.* Exiſtimauerunt quidam,ꝙ galia aromatica augmentũ efficit in coitu,& ſtringit ventrem,& confert fluxui.

† Samach.
F Dioſ.lib.1.c.76.

De †{*Gummi*}.i.[f] Acatia. Cap. 310.

Gummi. *Electio.* Quod melius eſt,eſt arabicum [f] clarum parum habens ligni. *Natura.* Species [g] gummi omnes,calidæ ſunt. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtypticum, & glutinatiuum cum exiccatione,& confortatione.Et gummi quidem acatiæ eſt fortius valde,& [h] ponitur propter hoc in medicinis theriacæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Lenit tuſſim calidam,& [i] expellit nocumentũ vlcerum pulmonis,& clarificat vocem. *Membra nutrimenti.* Confortat ſtomachum.

G Dio.lib.1.c.76
H R.vl.cõ.t.1.c.345
I Ser.c.229.

[k] De †{*Gariophyllo*}.i.Caryophyllo. Cap.311.

Gariophyllus quid eſt? Eſt ſicut ſambacus,ſed eſt nigrior,& qui maſculus eſt,eſt ſicut nucleus oliuæ,& longior,& vehementius niger,& eſt fructus arboris in inſula [l] Indiæ:& gluten ipſius exiC ſtit in virtute [k] glutinis albotin. *Electio.* Ille, qui eſt melior eſt ſimilis nucleo ſicco,ſuauis odoris, & ſubtilis. *Natura.* [l] Calidus eſt & ſiccus in tertio. *Decoratio.* Oris odorem bonum efficit. *Membra oculi.* Acuit [k] viſum,& confert panno. *Membra nutrimenti* [m] Confortat ſtomachum,& [k] hepar & confert vomitui,& nauſeæ.

k Serap.c.309.& Paul.li.7.fo.370.
† Charunful.
L Pau.ibidem.
M Raſ.t.3.c.22.

[n] De †{*Galbano.*} Cap.312.

Galbanum quid eſt?Eſt duarum ſpecierum:vna ſpecies eius eſt,quod eſt ſpumoſum, leuis ponderis,vehementioris albedinis:& altera eſt eius,quod eſt ſpiſſius & grauius. *Electio.* Melius amborum eſt illud,quod eſt ſpiſſius. *Natura.* Eſt calidum in ſecundo,& exiccatiuum in tertio. *Operationes & proprietates.* Virtus eius eſt lenitiua,reſolutiua,carminatiua ventoſitatum,& eſt ex eis,quę corrumpunt carnem,& in ipſo ſunt calefactio,& inflammatio,& attractio,& reſolutio. *Decoratio.* [n] Eradicat lentigines [n] †{ } *Apoſtemata & bothor.* Confert [o] †{ } ſcroſulis. *Vulnera & vlcera.* Linitur ſuper vlcera lactea cum aceto. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert laſſitudini,& alcuzez,& [n] ſpaſmo lacertorum. *Membra capitis.* Confert ſodæ,& [n] epilepſiæ, & quando [p] epilepticus ipſum odorat,reuiuiſcit,& confert [n] ſcotomiæ,& confert [n] dolori molaris, & denti corroſo ſubito,& confert doloribus frigidis in aure,& reſoluit apoſtemata eius,& dolores ipſius ſine impedimento,& illud quando ſoluitur in oleo de lilio,& tepidum fit,& diſtillatur in aurem. D *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [n] aſthmati,& tuſſi [n] antiquæ. *Membra expulſionis.* Prouocat [n] mẽſtrua fortiter,& [n] extrahit fœtus,& facit eos abortiri ſuppoſitum,& confert [n] præfocationi matricis bibitum cum vino,& remouet [n] difficultatem vrinæ. *Venena.* [n] Eſt theriaca venenis, quæ imbibunt ſagittas,quando bibitur cum vino,& veneni ſerpentum,& ſcorpionum,[q] †{& fumus eius fugat venenoſos vermes:& quando fit ex eo linimentum,non approximant ei,qui linitus eſt,& quãdo ex eo fit linimentum cum ſacuduliõ,& oleo interficitur ille,qui de vermibus venenoſis,ei qui linitus eſt, appropinquat.}Et ipſum quidem omni veneno reſiſtit,minus tamen ꝗ ſit reſiſtentia ſerapini. *Permutatio.* Loco eius ſerapinum ponitur.

N † D.aceto & nitro perunctas.
O † D.ſurũculis &
P Oppo.lib.3. Fẽ.1, t.5.c.10.
Q † D.ſi vratur, fugat nidore ſerpentes,& perunctos ſerpentes non patitur.ſerpentes cum oleo & ſpondylo circũpoſitum necat.
† Roman.
R Dioſ.lib.1.c.127.

De †{*Granato*}.i.[r] Malo punico. Cap. 313.

Granatum. *Natura.* Illud quod eſt dulce eſt frigidum ad primũ,& humidũ i ipſo: & acetoſum eſt frigidum & ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Acetoſum reprimit cholerã, & prohibet curſum ſuperfluitatũ ad viſcera,& proprie vinũ eius,& in oĩbus ſpẽbus eius,ita vt etiam in acetoſo ſit abſterſio cum ſtypticitate. *Apoſtemata & bothor.* Grana granati cũ melle liniunt ad [r] panaritium. *Vulnera & vlcera.* Grana granati cũ melle liniuntur ad vlcera [r] fraudulenta,& eius [r] †{capita}ad vulnera,& præcipue aduſta:& balauſtiæ faciunt adhærere vulnera cũ ſunt calida,ſeu recen

R † flores.

tia. Et dulce quidem lenificat, & [a] totũ ipſius eſt parui nutrimenti, & eſt bonũ. Muzum vero quãq; E eſt magis iuuatiuũ [b] ſtomacho, q̃ poma, & cydonia, ſed eius granũ eſt malum: & quod de partibus eius eſt magis ſtypticum, ſunt capita: & grana eius ſtyptica ſunt, ſiue ſint grana dulcium, aut nõ dulcium. *Membra capitis*. Grana granati cum melle conferunt [a] dolori auris, & ſunt linimentum interioris [a] narium, & conferunt grana granati cum melle contrita & commiſta [a] alcolæ linita. Et ſi granata dulcia decoquantur cum vino, deinde terantur ſicut ſunt, & fiat ex eis emplaſtrum auri, conferunt apoſtemati eius bene. Et vinum granati, & rob eius, conferunt [b] ebrietati, & rob acetoſi proprie. *Membra oculi*. Succus acetoſi cõfert [c] vngulæ. *Membra anhelitus & pectoris*. Acetoſum exaſperat pectus & guttur: & dulce lenit ipſum, & confortat pectus: & quando [a] dantur in potu grana granatorum in aqua pluuiali, valent ad ſputum ſanguinis, & ipſum totum [c] confert tremori cordis, & abſtergit os ſtomachi. *Membra nutrimenti*. [a] Granatum [c] † {muzum} confert α inflãmationi ſtomachi. Et [a] dulce eſt conueniens ſtomacho propter illud, quod eſt in ipſo de ſtypticitate ſubtili: & β acetoſum nocet ſtomacho, & cum hoc grana granati ſunt mala ſtomacho. Et eius ſauich eſt conueniens deſiderio [c] prægnantium, & ſimiliter rob eius, proprie acetoſi: & vt ſugat febriens de ipſo poſt cibum ſuũ, & prohibeat eleuationem vaporum eſt melius, q̃ vt præmittat ipſum, & ſubleuentur materiæ ab inferioribus. *Membra expulſionis*. [a] Acetoſum eſt plurimum prouocans vrinam, q̃ dulce, & ambo ſunt prouocatiua, & grana granati cum melle conferunt vlceri- F bus ani, & quod β acetoſum eſt nocet ſtomacho & inteſtinis, & [d] † { eius ſauich } confert ſolutioni cholericę, & cõfortat ſtomachũ: & [e] † {cortex radicis granati cũ vino extrahit vermes, & aſcarides: & aſſumitur cũ ſua diſpoſitione, aut ſumitur eius decoctio.} *Febres*. Granatũ muzum confert febribus acutis, & α inflammationi ſtomachi, ſed [f] dulce multoties nocet acutas habentibus febres.

*De † {Galanga.}* *Cap.* 314.

[g] Galanga q̃d eſt? Fruſta inuoluta, rubea, & nigra Meſargue dixit eſt caſurudar ipſum. *Natura*. Eſt calidum & ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates*. Eſt ſubtile, reſolutiuum ventoſitatũ. *Decoratio*. Odorem [h] oris efficit bonum. *Membra nutrimenti*. Eſt [h] bonum ſtomacho, et eſt [h] digeſtiuum cibi. *Membra expulſionis*. Confert colicæ, & dolori renum, & iuuat ad [h] coitum. *Permutatio*. Loco eius ponitur cherſe gariophyllorum.

*De Gubera*. i. [i] Cornu, vel Sorbis. *Cap.* 315.

Gubera. *Natura*. Frigida eſt in primo, ſicca in fine ſecundi. *Operationes & proprietates*. Retinet omnem fluxum, & eſt [k] minoris conſtrictionis, & ſtypticitatis quam [k] † {zarur,} & repugnat γ choleræ effuſæ ad viſcera, & quando ipſa [l] adminiſtratur in ſecunda menſa detardat ebrietatem. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert tuſſi calidæ. *Membra nutrimenti*. Retinet δ vomitum. *Membra expulſionis*. Confert [l] raſuræ γ cholericæ, & [m] retinet vẽtrem, & δ vomitũ, & ſimilatur † {zarur,} G & confert multitudini vrinæ.

[n] *De † {Gagate.}* *Cap.* 316.

Gagates quid eſt? Lapis leuis, habens odorem aſphalti. *Inſtrumenta iuncturarum*. Confert [n] podagræ. *Membra capitis*. Quando ſuffumigatur ex ipſo [o] epilepticus, confert ei. *Membra expulſionis*. [n] Confert præfocationi matricis. *Venena*. [n] Effugat fumus eius vermes venenoſos.

*De † {Gailim.}*. i. [p] Galio. *Cap.* 317.

Gailim. *Decoratio*. Eſt boni odoris. *Operationes & proprietates*. Eſt exiccatiuũ, [p] cõgelatiuũ lactis, et in ipſo eſt parũ acuitatis, et ꝓhibet [p] eruptionẽ ſanguinis. *Vulnera & vlcera*. Cõfert aduſtioni ignis.

[q] *De † {Guſume.}* *Cap.* 318.

Guſume quid eſt? Eſt quoddã genus tuberum fungorũ, quod exiccatur, et coarctat̃ ſicut cartilago, cuius figura eſt, ſicut figura vaſis parui cõtracti, quo pãni lauantur, & ingredit̃ in acetoſis, & ineſt ei ſuauitas, ſicut eſt ſuauitas cartilaginũ, & plus. *Natura*. Nõ exiſtit in frigore reliquorũ tuberum, neq; eſt mali humoris ſicut tubera, & exiſtit in ſapore eius carnoſitas quædam, & ſalſedo.

*De † {Garab.}*. i. Salice. *Cap.* 319.

Garab quid eſt? Adminiſtratur cortex eius, & adminiſtratur gumma eius. & egreditur cum inciſione, & generatur ſuper ipſam baurach bonum, & eſt de melioribus ſpeciebus baurach ad H comedendum. *Operationes & proprietates*. Flos eius, & folia ipſius, & amborum ε ſuccus ſunt ex [s] exiccatiuis ſine mordicatione: & in ipſa eſt ponticitas, et eius cortex eſt in virtute eius, ſed eſt ſiccior. Et eſt folijs quidem eius ſumitur ε ſuccus, & exiccat ſine mordicatione. *Decoratio*. Cinis arboris eius cum aceto [r] exiccat verrucas, & incidit eas, ſiue ſint infixæ in modum claui, aut non infixæ. & cortex radicis eius ingreditur ad tincturam capillorum. *Vulnera & vlcera*. Cortex & [s] folia eius trita quando ponuntur ſuper inciſionem, & vulnera recentia, conferunt. *Inſtrumenta iuncturarum*. Decoctio eius eſt embroca bona [r] podagræ. *Membra capitis*. Quando diſtillatur ſuccus foliorum [r] eius cum oleo roſaceo bullito in cortice granati in aurem confert dolori auris, & ſimiliter cortex eius humidus quãdo fit ex eo illud, & eius decoctio eſt [r] ablutio furfurum. *Membra oculi*. Abſtergunt [t] gumma & flos eius obſcuritatẽ viſus. *Membra anhelitus & pectoris* Fructus eius confert [t] ſputo ſanguinis, & cortices eius etiã. *Membra nutrimenti*. [t] Succus eius extrahit ſanguiſugas.

*De [u] † {Galia.}* *Cap.* 320.

Galia. *Apoſtemata & bothor*. Galia lenit apoſtemata dura. *Membra capitis*. Diſſoluitur ĩ oleo de ben, aut keiri, & diſtillatur in aurem doloroſam, & eius odoramentũ confert epileptico & apoplεptico,

A Dioſ. li. … B Raſ. vlti. … t.1.c.443. C Ser.c.115. C † acidus. *Infra* α *Infra* β *Supra* β D † D. … norum in … cati & obſ… ſparſi. E † D. … radicis … uentris … lit eaſdẽ … *Supra* α F D.&R. … t.1.c.443. † Chaulegi… G Repetit… H Ra. … c.313. I Dio.lib. … & 136. Vt aliquoties repetere … † Neſpila K Gal. … c.25 … K † meſpilo *Infra* γ L Raſ. vlti. … t.1.c.337. *Infra* δ *Supra* γ M Dioſ. & … *Supra* δ N Dioſ.lib. … † Gagathi O Oppoſ. … deprehend… tialem … ſuffitus. † Galiun … bun. P Dioſ.li.4.c. … Q Raſ. vlti. … t.2.c.340. † Guſſune. † Garab, & … bor magna … iuxta Euſrate … uium. R † D.li.1.c. … Repetit.c.6… *Infra* ε S Ga.6.ſimp. … T Dioſ.li.1.c. … V Raſ. vlti. … 1.c.603.51.… X † Galie Repetit.c.9…



A plεptico, & viuiſicat eos, & ſedat ſoda frigidam, & q̃n datur de ea in vino inebriat. *Membra anhelitus & pectoris*. Odor galiæ confortat cor. *Membra expulſionis*. Algalia confert doloribus matricis frigidis ſuppoſita, & apatibus eius duris, & phlegmaticis, & prouocat menſtrua & facit matricẽ deſcendere præfocatam & inclinatam, & mundificat eam, & præparat ipſam ad impregnationem.

## Litera. H.

*De [a] † {Homine.}* *Cap.* 321.

HOmo. *Decoratio*. [b] Dr̃, ꝙ ſperma hoĩs abſtergit morpheã, & ſilr̃ ſal [b] vrinarũ infantiũ factus in ære, ſeu in vaſe eneo & abſtergit pannum: & ſtercus eius confert aludha. *Apoſtemata & bothor*. Fæx vrinæ [c] hoĩs ſedat eryſipilã, ẜm ꝙ dr̃, & ſilr̃ eius ſtercus calidum, & cinis [d] capillorum ipſius ſanat bothor: & q̃n permiſcetur cum butyro prohibet apata ambulatiua. *Vulnera & vlcera*. Eius [d] vrina abſtergit ſcabiem vlceroſam, & pruritum, & prohibet ſerpiginem fraudulentam, & impetiginem, & proprie ſperma eius confert impetigini. *Inſtrumenta iuncturarum*. Dr̃, ꝙ [e] ſanguis menſtruus ſedat dolorem podagræ, & ſilr̃ ſperma [d] hoĩs, & lac [e] eius cum opio, & cum B cera, & oleo. *Membra capitis*. Aduſtio capillorum eius cum oleo roſaceo diſtillatur in aurem, & [d] dens dolens ſedatur, ẜm ꝙ dixerunt. Et [d] ſaliua ieiuni extrahit vermes ex aure, & [f] os hoĩs aduſtum datur in potu epileptico, & ſordities auris hoĩs confert hemicraneæ. *Membra oculi*. [e] Vrina eius q̃n coquitur cum melle in vaſe æneo abſtergit albuginem oculi: & confert palpitationi: & [d] aduſtio capillorum eius cum lithargyrio prohibet ſcabiem, & pruritum in oculo. *Membra anhelitus & pectoris*. [g] Dicitur, ꝙ vrina infantium cum bibitur confert difficultati anhelitus, & dilatationi eius, ſeu præparationi eius, & eſt curatio mala. Et lac α mulieris [e] confert valde in conſumptione, & eſt cura leporis marini. *Membra nutrimenti*. [e] Dicunt, ꝙ lac mulieris ſedat mordicationem ſtomachi, & ꝙ ſa craiati vnum [d] vrinæ eius confert icteritiæ proprie cum aqua mellis, & aqua ciceris, & ſilr̃ ſtercus eius. *Membra expulſionis*. Lac hoĩs prouocat vrinã, & [h] dicitur ſi ſupponatur ſanguis mẽſtruus purus proibet impregnationem. Lac [d] mulieris confert vlceribus matricis, & vulneribus eius, embrocatum & ſuppoſitum. Et vrina hominis dicitur abſcindere ſolutionem, & [d] purgare matricem ẜm quantitatem duarum tertiarum libræ, decocta cum porris. *Febres*. [d] Stercus ſiccum cũ melle, aut vino, quando bibitur in febribus periodicis prohibet earum periodos. *Venena*. [e] Lac α mulieris eſt theriaca leporis marini. Et [d] dentes hominis triti & puluerizati ſuper morſuram viperæ, aut aduſti & puluerizati. Et [d] ſtercus eius puluerizatur ſuper morſuram hominis, & [i] eius ſputum dum ie C iunus interficit ſcorpiones & ſerpentes.

*De Herba iudaica*. i. Eruo. *Cap.* 321.

Herba iudaica. *Natura*. Caliditas eius eſt ſupra æqualitatem & eſt eruum. [k] Galen. calidum in principio primi, ſiccum in ſecundo.

*De [l] † {Hezeriaſcen,}* *Cap.* 322.

* Hezeriaſcen quid eſt? Fructus eius eſt ſimilis botris, & vtuntur ipſo præparatores coriorum, & illa, quæ ſunt apud herbolatos, ſeu apud eos, qui herbas cognoſcũt ſunt fruſta lignoſa ſimilia fruſtis perſici ſicci. Et eſt in principio ſuæ maſticationis inſipidum, deinde apparet ei amaritudo: & loquemur de eo exquiſite in [m] cap. de feſire.

*De † {Hareoman}*. i. [n] Zea. vel ſemine. *Cap.* 323.

Hareoman quid eſt? Eſt granum cuius virtus eſt ſicut virtus hordei: [o] immo ipſe eſt medium inter triticum & hordeũ, & ipſius ſauich, & pultes eius magis ſunt ſtypticæ, q̃ ſauich hordei, & eius pultes. *Natura*. Eſt æquale declinans ad humiditatem. *Operationes & proprietates*. Exiccat ſine [p] mordicatione, & in ipſo eſt reſolutio, & ſtypticitas ſimul.

*De [q] † {Henſiſtides.}* *Cap.* 324.

Henſiſtides quid eſt? Succus plantæ, quæ dicitur barba hircina. Et eius ſuccus eſt frigidus & ſty- D pticus, & dicetur in [r] cap. barbæ hircinæ. *Natura*. Eſt frigidus, & declinat ad ſiccitatem.

*De Hernue.* *Cap.* 325.

Hernue quid eſt? Eſt ſimile piperi niſi quia citrinitati appropinquat, boni odoris, ſimile xyloaloe, quod fertur de regione Sclauorum. *Natura*. Eſt æquale. *Membra nutrimenti*. Confortat ſtomachum, & digeſtionem.

[s] *De † {Hearſelo.}* *Cap.* 326.

Hearſelus quid eſt? Eſt lactuca aſini, quæ dicetur in [t] cap. de cha. *Natura*. Eſt frigida & humida & in ipſa eſt exiccatio, & calefactio parua. *Operationes & proprietates*. In ipſa eſt ſtypticitas.

[u] *De † {Heſtdeen.}* *Cap.* 327.

Heſtdeen quid eſt? Lignum indum notum. *Inſtrumenta iuncturarum*. Eius proprietas eſt iuuamentum forte podagræ.

*De † {Haaſce}*. i. [x] Thymo. *Cap.* 328.

Haaſce quid eſt? Eſt herba habens florem album declinantem ad rubedinem, & cannas ſubtiles plurimas. ſimiles cannæ ſquinanthi, aut calami aromatici. Et flos eius eſt flos rotundus. Et folia eius parua ſubtilia plurima. Et ſuper ipſius extremitatem ſunt capita parua purpurea. [x] Dioſco. dicit eſt

A † Anſan. B Raſ. vlti. conti. t.1.c.363. C Dio. lib.2. c 73. D Raſis vlti. cont. t.1.c.363.30.1. E Dioſ. lib.2. c 71. & Raſis. F G.11. ſim 80.c, & Raſ. G Dioſ.c.73. *Infra* α H Cap.610.& D. lib.1.c.71. *Supra* α I G.10.ſim.75.g, & de inęquali tempe rie.c.6.c Repetit.c.342. k 8.ſimp.57.c L † Hezargieſan * Vſ loq de Rhus quod eſt ſumach de quo.c.635. M 262. † Herthaman. N Dioſ.lib.2.c.81. O G.6.ſimp.47.g, de Zea. P Raſis vlti.cõti. t.1.cap.352. Q † Heiuſiſtidas i.hypocyſthidos. R 111. S Raſ. vlti. conti. t.1.c.351. † Heuſilus T 442. V Raſis vlti.cont. t.1.c.354. † Heſteb, dehen. † Haaſa. X Dioſ.li.3.c.35. Repetit.c.704.

arbor, cuius ſpinæ ſunt paruæ, in quarum circuitu ſunt folia parua ſubtilia, quę plurimum naſcitur ſuper lapides. *Natura.* Calida ª eſt & ſicca perueniens vſq; ad tertium. Rufus vero inquit. Eſt ſiccior calamentho. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiua, inciſiua, ita vt etiam ſanguinem ᵇ congelatum incidat, & reſoluat, & eſt calefactiua, ita vt eius ſyrupus prohibeat horripilationem hyemis. *Decoratio.* ᵇ Reſoluit verrucas. *Apoſtemata & bothor.* Fit ex ea emplaſtrum cum aceto ᵇ apoſtematibus phlegmaticis recentibus. *Inſtrumenta iuncturarum.* Bibitur ad debilitatem neruorum. Et cum ſauich & ᵇ vino fit ex ea emplaſtrum ſuper ſciaticam, & ſyrupus eius cōfert doloribus, qui ſunt ſub hypochondrijs. *Membra oculi.* Miſcetur cum cibis, & ᵇ ſeruat virtutem viſus, & remouet eius debilitatem. *Membra anhelitus & pectoris.* Mundificat pectus, ª & pulmonem, & ª †{ } adiuuat ᵇ ad ſpuendum, & ſedat dolores hypochondriorum, & pulmonis cocta & deglutita cum melle, & propter ſuam exiccationem prohibet ſputum ſanguinis. *Membra nutrimenti.* Adiuuat digeſtionem, & eius ſyrupus remouet malitiam digeſtionis, & paucitatem appetitus. *Membra expulſionis.* Prouocat ᵇ vrinam, & ᵇ menſtrua: & ſolutione ᵇ educit vermes. Et cum bibitur ex ea, quod eſt inter .ʒ.ij. vſq; ad .iiij. ſoluendo educit phlegma abſq; impedimento ſufficienter. *Permutatio.* Ponitur loco eius ᶜ †{origanum montanum, & dicitur epithymum, & haſce loco eius.}

De †{*Haſek*}.i. ᵈ Tribulo. Cap. 329.

Haſek quid eſt? Qui ſylueſtris eſt, terreitatis eſt plurimæ. Et domeſticus eſt plurimę aqueitatis, & vniuerſaliter eſt ſubſtantiæ humidæ, & eius frigiditas non eſt pauca plurima & ſubſtantiæ ſiccæ, cuius frigiditas non eſt pauca. *Natura.* Daſek ſm ᵈ Dioſ. duas habet ſpecies, quæ ſunt frigidæ & ſiccæ. Alij autem dixerunt, ꝙ eſt calidus in principio primi, & ſiccus in primo. Et eſt magis ſimile haſek noſtræ terrę. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt prohibitio effuſionis materierum propter ſuam ſtypticitatem, & maturatio, & lenificatio. *Apoſtemata & bothor.* Prohibet accidere ᵉ apoſtemata calida, & effuſionem materierum, & eſt bonus ᵈ apoſtematibus gutturis. *Vulnera & vlcera.* Confert vlceribus antiquis, & ᵈ putridis in carne cum melle. *Membra capitis.* Eſt bonus vlceribus ᵈ gingiuæ putridis. *Membra oculi.* Intrat ᵈ ſuccus eius in alcofol. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert apoſtematibus circundantibus lacertos gutturis. *Membra expulſionis.* ᶠ Augmentum efficit in coitu, & frangit lapidem ᵈ renum, & ᶠ veſicæ, & ſimiliter eius ſuccus, & confert difficultati vrinæ, & colicæ. *Venena.* Duæ drach. fructus ſylueſtris, ᵈ morſui viperæ, duę ᵈ drac. eius cum vino venenis pernitioſis conferunt, & ex decoctione eius aſpergitur ᵈ locus, & interficit pulices.

De Harmel.i. ᵍ Harmala, & ruta ſylueſtri. Cap. 330.

Harmel quid eſt? Nota eſt. *Operationes & proprietates.* Eſt inciſiua, & ſubtiliatiua. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eſt bona dolori ʰ iuncturarum, & ſciaticæ, cum deſuper linitur. *Membra capitis.* In ipſa eſt virtus faciens ⁱ ebrietatem, quæ eſt ſicut ebrietas vini, verbi gratia. *Membra oculi.* ᵏ Dioſc. dixit ˡ †{ꝙ ipſa trita cum melle, & vino, & felle alcubugi, & gallinarum, & aqua fœniculi conueniēs eſt debilitati viſus.} *Membra nutrimenti.* Facit ⁱ nauſeam fortiter. *Membra expulſionis.* Prouocat ᵐ vrinam, & ⁿ menſtrua cum virtute, bibita, & linita, & ᵒ confert etiam colicæ ventoſæ bibita & linita.

✳ De ᵖ †{*Haltit.*} Cap. 331.

Haltit quid eſt? Eſt medicina inda, ſimilis hermodactylo albo. *Natura.* Calida eſt & ſicca in tertio. *Inſtrumenta iuncturarum.* Potus eius confert podagræ, & dolori iuncturarū. *Membra expulſionis.* Solutione educit phlegma, & humorem crudum, & vermes, & aſcarides, & humores groſſos.

De †{*Harſafo*}.i. ᑫ Carduo. Cap. 332.

Harſafum quid eſt? Eſt quædam ex ſpeciebus alcunker. *Natura.* Eſt temperata ad caliditatem declinans, humida ad ſecundum perueniens. Alcanzi inquit. Eſt frigida & humida. Inquit Muſaia. ʳ Eſt ſicut aſparagus in operationibus ſuis, calida & humida in primo. Alij vero dixerunt, ꝙ eſt calida in primo, humida in ſecundo, & iam comparata fuit ˢ Gal. ꝙ ipſa eſt apud eum calida in ſecundo. Apud me vero eſt, ꝙ eius genera plurima ſunt diuerſarum naturarū. *Operationes & proprietates.* Mundificat parum & exiccat, & in ipſa eſt ſubtilitas. Alcanzi dixit, ꝙ ipſa generat ʳ melancholiam, & elongatus eſt. *Decoratio.* Confert linita alopeciæ, & aqua ʳ eius necat pediculos in capite abluto ex ea, & ᑫ remouet fœtorem aſcellarum, & prouocatione ſua vrinam fœtidam cum ſua proprietate quam habet in ſe. *Apoſtemata & bothor.* Reſoluit ʳ apoſtemata dura. *Vulnera & vlcera.* Aqua eius cōfert ʳ prurituí duro ſicco. *Membra capitis.* Aqua eius delet furfures. *Membra nutrimenti.* Facit ʳ nauſeam, & proprie montana, & præcipue radix eius. & ʳ eius gumma eſt alcunkar, & de ipſo loquar poſtea in ᵗ capitulo de kenker. *Membra expulſionis.* Addit in ʳ coitu, & addit in prouocatione vrinæ, & ᑫ extrahit vrinam fœtidam, & lenit naturam, & educit phlegma, & multoties ʳ conſtringit ventrem quando bibitur cum vino.

De †{*Handacocha*}.i. ᵘ Trifolio. Cap. 333.

Handacocha quid eſt? Ex ea alia eſt ſylueſtris, & alia eſt domeſtica, & alia eſt ægyptiaca, & fit ex eius ſemine ˣ panis. *Natura.* Inquit filius Iuragi. ˣ Calida eſt & ſicca in fine ſecundi. Inquit filius Meſaugue ˣ calida eſt ī medio ſecundi. Et videtur, ꝙ domeſticæ caliditas ſit ꝓpinqua in fine primi. *Operationes & proprietates.* Domeſtica eſt æqualis abſterſionis, & exiccationis, & in ſylueſtri eſt ſtypticitas cum calefactione, & eius oleum valet ad ventoſitates groſſas. *Decoratio.* Sylueſtris confert panno, & ſimiliter domeſtica. *Vlnera & vlcera.* Succus domeſticæ cum melle mundificat vlcera. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eius oleum eſt bonum ˣ doloribus iuncturarum ex ventoſitate, & apud



apud timorem alzamane, & ª iam ſanati ſunt eo quidam. *Membra capitis.* Facit ª ſoda. & quando fit caputpurgiū ex ſucco eius, confert ei, qui cadit ᵇ ex epilepſia. *Membra oculi.* Succus domeſticæ confert ª albugini oculi, & panno ipſius, & proprie cum melle. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert dolori ª laterum ex phlegmate, & proprie ſylueſtris, ᶜ & facit accidere dolorē gutturis, & præfocationes: ſed nocumento eius ſuccurritur cum coriandro, & lactuca, & endiuia. *Membra nutrimenti.* ᵈ Confert dolori ſtomachi frigidi & venenoſitati. & eius oleū confert principio ᵇ hydropiſ. *Membra expulſionis.* Prouocat ᵇ vrinam, & ᵇ menſtrua: & ſylueſtris ª cū vino, & ſemine molochiæ, eſt bona dolori veſicæ: & eius oleum vtile eſt ᵉ dolori teſticulorum, & ª dolori matricum, & ſylueſtris confert cholericæ paſſioni, & conſtringit ventrem, & ipſa, & ª ſemē eius excitat coitū. *Febres.* ᵇ Dicitur vt habēs tertianam in potu ſumat tria ex folijs eius, aut tria ex granis ipſius, & alterabūt circuitus febris, & ᵇ quartanæ quatuor ex quibus illorū duorum voluerit. *Venena.* ᶠ Qñ aſpergitur aqua eius ſuper puncturam ſcorpionis ſedat dolorem ſtatim & ᶠ ſi aſpergiť ſuper membrū ſanum, excitat mordicationē & dolorē. & eius ſemen eſt fortius in curatione puncturæ ſcorpionis.

De †{*Hauro romano.*}.i. ᵍ Populo. Cap. 333.

ʰ Haur rumi quid eſt? Nominať achirus, ſeu achiruſes. *Natura.* Calefacit vehementer in tertio, & exiccat in primo, & eius flos eſt vehementioris calefactionis, & ipſius gumma eſt vltima in calefactione. *Membra capitis.* ⁱ †{Eius fructus} cum aceto ᵍ †{ } confert epilepſiæ.

De ᵏ †{*Haſcech.*} Cap. 334.

Haſcech quid eſt? Dixerunt quidam, ꝙ eſt balauſtia alhaure. *Inſtrumenta iuncturarum.* Nocet neruis, & facit euenire ſpaſmum.

De †{*Herba vitri.*}.i. ˡ Hexine. Cap. 335.

Herba vitri quid eſt? Hæc eſt ᵐ herba qua vitrum abluitur. *Operationes & proprietates.* In ipſa eſt ſtypticitas cum humiditate, & eſt faciens adhærere, lenificatiua, mundificatiua. *Apoſtemata & bothor.* Sedatiua eſt apoſtematum. Et danť in potu folia eius ˡ ad eryſipilam, & ˡ aduſtionem ignis, & præcipuæ ˡ apoſtemata phlegmatica, & eius ſuccus ˡ cum ceruſſa de plumbo ponitur ſuper eryſipilam & ˡ formicam, & fit ex ea gargariſmus ad apoſtemata ambarū amygdalarum. *Inſtrumenta iuncturarum.* Cum ˡ cerato ⁿ †{ ſuper ˡ podagram ponitur. *Membra capitis.* Eius ſuccus cum oleo ˡ roſ. confert dolori auris, & ex ſucco eius cum pollice ponitur in ˡ palato ad apoſtemata ambarum amygdalarum. *Membra anhelitus & pectoris.* Sorbetur ſuccus eius ad ˡ tuſſim antiquam. *Membra expulſionis.* ˡ Remouet hæmorrhoidas antiquas.

De †{*Harbato*}.i. ᵒ Lonchite. Cap. 336.

Harbatum quid eſt? Et dicitur anguſtus, ſemen eius ᵒ triangulatum eſt ſicut ᵒ lancea, & eius folia ſunt triangulata ſimilia folijs ſcolopendriæ. *Natura.* Domeſticæ caliditas eſt pauca, & ſylueſtris caliditas eſt in ſecundo. *Vulnera & vlcera.* Conſolidat ᵒ recens vulnera. *Membra nutrimenti.* Eius cortex cum aceto ſuper ᵒ ſplenem confert, & eius folia ſicca quando in potu ſumuntur, ſanāt ſplenem. *Membra expulſionis.* ᵒ †{ } Prouocat ᵖ †{proprie folia illius, cuius folia ſunt ſimilia folijs ſcolopendriæ.}

De †{*Halibio*}.i. ᑫ Aſtere attico. Cap. 337.

Halibium quid eſt? Planta quæ nominatur alibiem, quoniam ei ineſt proprietas ᑫ ſanādi æ apoſtemata emunctorij more emplaſtri ſuperpoſita & ſuſpēſa, & propter hoc nominatur ᑫ †{alibien.} Et eſt compoſitarum virtutum ʳ ſicut roſa. *Natura.* In ipſa eſt virtus infrigidatiua cum caliditate, quæ eſt in ea. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiua, & in ipſa eſt virtus infrigidatiua præparatiua. *Apoſtemata & bothor.* Sanat æ apoſtemata accidentia in emunctorio, cum ſuſpenditur ſuper ipſa, ne dum ſi more emplaſtri ſuperponatur.

De ˢ †{*Haze.*} Cap. 338.

Haze quid eſt? Eſt zufere, & eſt dinaruie. Et iam diximus de ipſo ᵗ in his, quæ præterierunt.

De ᵘ †{*Haſoſo.*} Cap. 339.

Haſaſum quid eſt? Eſt medicina armena, & dicitur etiam perſica. & dixit alchuzi, ꝙ eſt fortior euphorbio, & cum eius potio augmentatur ſupra drach. i. interficit. *Natura.* Calida eſt & ſicca in quarto. *Operationes & proprietates.* Eſt aduſtiua ſaporis inſipidi. *Membra nutrimenti.* Eſt adurens ſtomachum, & faciens vomitum.

De †{*Hauro*}.i. ˣ Populi lachryma. Cap. 340.

Haurum quid eſt? Dicitur, ꝙ gumma eius, quæ ex hac arbore eſt romana, eſt karabe, & nos quidem de karabe ſingulare faciemus ʸ capitulū. *Natura.* Eſt æqualis ad ſiccitatem declinās paucā. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtilis, & eius ſemen ſubtilius eſt, & non eſt vehementis caliditatis. *Inſtrumenta iuncturarum.* ᶻ †{Auř. ex fructu ipſius arboris} cōfert ſciaticæ, & emplaſtrum factum ex folijs ª †{romanæ} ˣ cum aceto, confert dolori podagræ. *Membra capitis.* Tepefit ſuccus ˣ foliorum eius, & diſtillatur in aurem, & ſedat dolorem eius, & ᵇ †{fructus eius, & ᶜ confert epilepſiæ, *Membra oculi.* ᵈ †{Ex eius fructu cum melle fit alcofol, & eſt confortatiuum oculi.} *Membra expulſionis.* ᵉ †{Auř. ex fructu eius} confert ˣ diſtillationi vrinę, ᶠ †{& auř. ex fructu eius cum aceto poſt purgationem menſtruorum prohibet imprægnationem, & ſimiliter folia eius.}

De †{*Harbe*}.i. ᵍ Chameleonte animali. Cap. 341.

Harbe quid eſt? Nota eſt. *Membra oculi.* Dicitur, ꝙ eius ſanguis, phibet pilos oculi euulſos oriri. *Venena.*

*Venena.* [a] Dicitur, ꝙ eius ouum eſt venenum pernitioſum, & nos dicturi ſumus illud in [b] lib. 4. E

*De* †{*Herbo*}.i.[c] Eruo. *Cap.* 342.

Herbum quid eſt? Dixerunt quidam eſt granum minus ꝙ̃ almelic in magnitudine lentis, non cum compreſſione rotundum, ſed lateratum. Et eius color eſt inter cineritiũ, & citrinum, & ipſius ſapor eſt inter ſaporem almes & lentis, quod comedunt boues, & nutriuntur ipſo. Alcanzi vero exiſtimauit, ꝙ eſt granum ſimile grano cydonij. apud me vero almelic eſt illud, quod de eo eſt ſylueſtre proprie. Ipſum præterea quandoq; eſt album, decliue ad citrinum ſicut dicitur, & quandoq; eſt rubeum. Inquit [d] Dioſco. Herba eius eſt parua, minuta habens folia, & ſemen [c] ipſius eſt [d] †{in achma.} *Natura.* Eſt † calidum in primo vſq; ad ſecundum, & ſiccum in †{tertio} *Operationes & proprietates.* Eſt abſterſiuum, aperitiuum, & ineſt ei humor malus, & ipſius rectificatio, eſt ſicut rectificatio lupinorum. Quod autem de ipſo declinat ad albedinem, minus eſt medicinale, ꝙ̃ rubeũ. Cum ergo decoquitur his deſtruitur eius abſterſio, & remanet terreitas ipſius. quare nutrimentum præbet ſiccum. *Decoratio.* Linitum ſuper morpheam, pannum, & [c] lentigines, & cicatrices eſt bonum, & colorem [c] efficit bonum, & fit ex eo ſauich, & datur [c] de eo extenuatis ſicut nux, & remouetur extenuatio: & eius decoctio ponitur ſuper fiſſuras [c] frigoris, & [c] prurĩtũ eius bothor lacteis. *Apoſtemata & bothor.* Lenit [c] durities, & α mamillarum [c] duritiem proprie. *Vulnera & vlcera.* Mundificat [c] vlcera cum melle. Et confert ſahafat, & lenit durities vlcerum [c] mortificantium carnem, & membrum, & confert igni perſico, & mellino. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert α duritiei mamillarum, & facile efficit ſputum rei groſſæ. *Membra expulſionis.* Plurimus vſus ipſius [c] facit mingere ſanguinem propter fortitudinem ſuæ prouocationis, & [c] ſoluit naturam. Et quando cum aceto miſcetur, & bibitur, confert [c] difficultati vrinæ, & ſedat [c] tenaſmon, & dolorem pungitiuum ventris. *Venena.* Fit ex eo emplaſtrum cum [c] vino ſuper morſum viperæ, & morſum [c] canis rabioſi, & hominis [c] ieiuni. F

A Raſis. 35. cõt. t. 3. c. 2. 499. 1. & conti. t. 1. c. 388.
B F. 6. t. c. 11.
† Kerſene.
C Dio. li. 2. c. 112.
Repetit. 111.
D Li. 2. c. 101.
D † in valoriã.
† Ga. li. 8. ſimp. fac. fo. 57. c.
† Secundo
Infra α
Supra α

*De* [e] †{*Hermodactylo.*} *Cap.* 343.

Hermodactylus quid eſt? Eſt radix plantæ habentis roſas albas & citrinas. Et aperitur in primis cum aperiuntur flores, & oritur, ſeu exiſtit in inferiori parte montium & in eminentijs, ſeu in collibus locorum planorum, & folia eius expanſa ſunt ſuper terram. *Electio.* [f] Melior eſt albus exterius, & exterius durus ad frangendum. Et [f] niger, β & rubeus ſunt mali ambo. *Natura.* [f] Calidus eſt & ſiccus perueniens ad ſecundum, Et in ipſo eſt humiditas ſuperflua. Et exiſtimauerunt quidã, ꝙ in albo eſt caliditas ſubtilis, & in alijs virtus fortis, & ſi non, non ſolueret. Et exiſtimauerunt [f] alij, ꝙ ſi eſſet calidus, tunc modicum ipſius mordicaret vlcera, ſed in ipſo non eſt mordicatio penitus. Et exiſtimauerunt alij, ꝙ eſt calidus valde. *Operationes & proprietates.* Cum ipſo eſt [f] virtus ſolutiua, & ſi ſit in ipſo ſtypticitas. *Vulnera & vlcera.* Albus eſt bonus [f] vulneribus antiquis. *Inſtrumenta iuncturarum.* G Confert [g] podagræ, & ſedat dolorem ſtatim more emplaſtri ſuperpoſitus, Et cum ex eo multoties fit emplaſtrum, indurat apoſtema, & [f] in lapideam naturam conuertit, & eſt conferens theriaca [h] omnibus doloribus iuncturarum, & proprie in oris fluxum. *Membra nutrimenti.* Et [i] malus ſtomacho debilitans eum, & rubeus, & niger, retinent medicinas ſolutiuas in ſtomacho, & attrahunt nocumentum maximum. *Membra expulſionis.* In ipſo eſt virtus ſolutiua. & [k] efficit augmentum in coitu, proprie cum zinzibere, & mentaſtro, & cymino. *Venena.* β Rubeus [k] & niger ſunt venenum. *Permutatio.* Loco eius ponitur in doloribus iuncturarum põdus eius de folijs alcannæ, & medietas ponderis ipſius de bdellio vario.

E † Surengiã
F Ser. c. 194.
Infra β
G Raſ. vltimo t. 1. c. 361.
H Pau. li. 4. 1590
I Paul. & Ser.
K Raſ. & Ser.
Supra β

*De* [l] †{*Heiren.*} *Cap.* 344.

Heiren. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiuum. *Membra capitis.* Confert ægritudinibus frigidis in cerebro, & prohibet coryzam frigiditatis. *Membra ocuu.* Aqua eius acuit viſum.

*De Hauſegi*.i.[m] Rhamno. *Cap.* 345.

Hauſegi quid eſt? Eſt rubus & eſt in chalalu ipſius. i. in ſpecie ipſius. *Apoſtemata & bothor.* Folia omnium ſpecierum eius conferunt [m] eryſipilæ ſuperpoſita vt emplaſtrum.

L † Habitran, vel habitran. & eſt herba odorifera, quæ deferť ex Media.
M Dio. li. 1. c. 113.
† Haſter, vel huſar.

*De* †{*Hauſuro*}.i.[n] Taxo. *Cap.* 346.

Hauſurum quid eſt? Arbor arabica iamena, & eſt vnum de lacticinijs. & quidam dixerunt, ꝙ de H hauſurum eſt quædam ſpecies interficiens ſedentem in γ vmbra eius. *Natura.* Eſt calida & ſicca ad tertium, & ſiccitas ipſius eſt in quarto. *Operationes & proprietates.* In ipſa eſt ſtypticitas temperata. *Decoratio.* Confert ſahafati linita impetigini. *Membra capitis.* Linitur cum melle ſuper alcola in ore infantium & remouetur. *Membra expulſionis.* [n] Soluit ventrem, & debilitat viſcera. *Venena.* γ Quædam ſpecies eius eſt, quæ nocet ſedenti in [n] vmbra eius, & quandoque interficit eum. Caueatur ergo ab eo, & lactis eius tres. ℥. interficiunt in duobus diebus frangẽdo & hepar pulmonẽ.

N Dio. li. 4. c. 68.
Infra γ
Supra γ

[o] *De* †{*Hirundine.*} *Cap.* 347.

Hirundo. *Membra capitis.* Dixit Diſco. quòd ſi [o] ſcindatur venter illius hirundinis, quæ generatur in ouo, quod prius peperit, inueniuntur in ipſo duo lapides, quorum vnus habet vnũ colorem, & alter habet colores plurimos, qui ponuntur ſuper pellem vituli antequam ſuper ipſam effundatur terra, & ligentur ſuper adiutorium [o] epileptici, aut collum eius, iuuatur inde Inquit, iam expertus illud fui, & ſanatus eſt epilepticus. *Membra oculi.* Comedere [o] hirundinem acuit viſum, & quandoque exiccatur, & datur in potu de ea quaque die. Et eſt potio eius aur̃. i. Et proprie aduſtum [o] matris, & filij in vitro: quando ex eo fit alcofol cum melle, confert.

O Dio. li. 2. c. 4.
† Chatas, vel cataſ.

Et



A Et [a] dicitur, ꝙ cerebrum eius cum melle confert principio aquæ. [a] †{Et ſimiliter cerebrum veſpertilionis.} *Membra anhelitus & pectoris.* Tangitur palatũ ex cinere eius ad [b] ſquinatiam, & confert, & ſimiliter quando ſalitur, & exiccatur, & [b] bibitur de ea pondus aur̃. confert ſquinantiæ.

A Gal. de theri. ad Piſo. c. 9. e
A † ——
ꝙ Raſ. male allegat Gal. vlti. conti. t. 1. c. 741.
B Dioſ. li. 2. c. 47.
† Bengi.

## Litera. I.

*De* †{*Iuſquiamo*}.i.[c] Apollinari, ſeu Hyoſciamo. *Cap.* 348.

IVſquiamum quid eſt? [d] †{Ex eo deterius & fraudulentius eſt nigrũ. deinde rubeum. ſed albũ eſt magis incolume, & eſt illud, qđ adminiſtratur. Et duæ primæ ſpecies iuſquiami nõ adminiſtrantur. & flos quidẽ nigri eſt argiuani coloris, & flos rubei eſt citrinus. & flos albi eſt albus aut declinat ad citrinitatẽ. In eo vero quo vtũtur eſt vnctuoſa humiditas. *Electio.* Ex eo melius eſt album. Si ergo non reperitur, adminiſtretur rubeum, & alienetur nigrum} ſemper verũtamen ſuccus thyrſorum eius qñq; adminiſtratur loco opij. *Natura.* Nigrum frigidum eſt & ſiccum in fine tertij, & album in principio ipſius. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtupefactiuum, & [c] abſcindit fluxum α ſanguinis: & [c] ſedat ſua ſtupefactione dolores percuſſiuos. *Decoratio.* Ingreditur in impiuguando: propterea, ꝙ coagulat ſanguinẽ, & congelat ipſum. *Apoſtemata & bothor.* B Sedat dolores eorum, & reſoluit duritiẽ teſticulorum, & confert eryſipilæ. *Inſtrumenta iuncturarum.* Sedat [c] dolorem podagræ epithematum: & bibuntur tres kirat ex eo cum hydromelle & dicitur ſi bibantur ex folijs eius tria, aut quatuor cum vino ſanant corroſionem oſſium. *Membra capitis.* Succus cuiuslibet generis ipſius acceptus ſedat [c] dolorem auris: & cum aceto & oleo ro. [c] dolorem dentium. Et ſimiliter eius ſemen, & radix ipſius decocta in aceto: & eius oleum in oĩbus illis. Et eſt faciens [e] ſubet, & facit dormire. Et ſi ex folijs ipſius comedatur aliquid quantitatem habens, [c] cõturbat rationem. Et ſimiliter ſi fiat clyſtere ex decoctione foliorum eius, & ex oleo ipſius, & oleũ eius diſtillatur in aurem, & ſedat dolorẽ eius. *Membra oculi.* Linitur ſuper oculum ſemẽ eius, aut ſuccus foliorum ipſius: & tunc [c] ſedabuntur dolores oculi praui: & adminiſtratur rob eius, aut ſuccus foliorum ipſius, aut ſemen eius linitũ, & prohibent [c] fluxus ad ipſum. *Membra anhelitus & pectoris.* Cum bibuntur ex ſemine eius duo anuluſat, [c] conferunt ſputo ſanguinis ſuperfluo: & fit ex folijs eius [c] emplaſtrum β apoſtematibus mamillæ: & quandoq; ponitˇ in medicinis, quæ ſunt ad [c] ſedandam tuſſim. Et linitur ſuper β apoſtemata mamillarum poſt [f] †{prægnationẽ,} & prohibet, & delet ipſa. *Membra expulſionis.* Eius ſuccus valet dolori matricis, & abſcindit α fluxũ ſanguinis eius: & fit emplaſtrum cum folijs ipſius ſuper [c] apata teſticuli. *Venena.* [g] Eſt venenum quo ratio permiſcetur: & deſtruit memoriam: & facit prouenire præfocationem, & maniam.

C Dio. li. 4. c. 59.
D † Di. Tres eius dĩfferẽtias: vna ſemine nigro: floribus penè purpureis: ſimilacis folijs: cytiſi iis ſpiſſis duris & ſpinoſis. Alterius ſemen ſubflauum, vt irionis: flores lutei: folia & ſiliquæ ſimpliciores. ambo inſaniã gignũt, & ſoporẽ. ideo in cõi vſu dãnantur. Tertiũ genus, vt quod mitiſſimum eſſet, medici recepe, pingue, lanuginoſum, molle candidi floris: ſeminisq; in maritimis ruderibusſque nuſcens. cuius occaſio ſi non adſit rutũ vſurpari oportet.
Infra α
E Sed c. 330.
Infra β
Supra β
F † D. partum.
Supra α
G Dio. li. 6. c. 15.

C *De* †{*Ireos*}.i.[h] Iride. *Cap.* 349.

Ireos quid eſt? Eſt radix lilij cœleſtis: & eſt ex herbis habentibus crus, & ſuper ipſum ſunt flores diuerſi compoſiti ex albo & citrino & cœleſti & purpureo: & propter hoc noĩatur ireos [h] †{chaus chaza.} Et iſtæ radices ſunt nodoſæ, & folia eius ſunt tenuia, vel ſubtilia. Et qñ veteraſcunt. ſ. radices ireos à vermibus perforãtur. *Electio.* Quod ex ea bonum eſt, eſt durum ſpiſſum, cõpactum, breue, declinans ad rubedinem aliquantulam boni odoris: non odoratˇ ex ea odor lilij. Et eſt mordicatiua linguę, & γ mouet [h] ſternutationem cum fortitudine. *Natura.* Eſt calida, & ſicca in fine ſecũdi. *Operationes & proprietates.* Eſt digeſtiua, aperitiua, abſterſiua, mundificatiua: & eius ſuccus [i] †{ } ſoluit [h] cũ aqua mellis, & purgat [k] †{ } phlegma groſſum, & educit ipſum. *Decoratio.* Cum æquali quantitate ellebori [l] †{ } [h] purgat pannũ, [m] †{& lentigines & efficit illud ſola.} *Apoſtemata & bothor.* Quæ ex ea elixata eſt, lenificat [h] durities, & apoſtemata groſſa, & [h] ſcrofulas, & bothor lenes. *Vulnera & vlcera.* Confert vlceribns ſordidis: & facit carnem naſci [h] in fiſtulis: & ſi puluerizetur, & [h] veſtit os carne. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eius oleum reſoluit laſſitudinem: & qñ bibitur cum aceto, aut vino, confert [h] ſpaſmo, & contritioni lacertorũ: & clyſterizatio eius confert [h] ſciaticæ. *Membra capitis.* Facit [h] dormire, & remouet ſodam antiquam: & qñ permiſcetur cum oleo [h] roſ. & aceto vini prohibet ſoda ſola, & facit γ ſternutationẽ: & collutio oris ex decoctio- D ne ipſius ſedat dolorem dentium: & ſedat oleum eius cũ aceto ſonitum auris, & prohibet rheumatiſmos antiquos, & aufert oleum eius fœtorem narium: & eius decoctio etiam confert tremori. *Membra oculi.* Attrahit [h] lachrymas. *Membra anhelitus & pectoris.* Sedat dolorem lateris, & pleureſis: & confert [h] tuſſi, & præcipue ab humiditate groſſa, & peripneumoniæ, & difficultati anhelitus, & ſquinantiæ. & expellit [h] ſuperfluitates in pectore retentas, quarũ expulſio eſt difficilis cum ſubtiliatione ſua vltima, cum apertione: & bibitur in ægritudinibus pectoris cum rob: & collutio oris ex eo facta detumeſcere facit vuulam apoſtematam. *Membra nutrimenti.* Sedat dolorem hepatis, & [h] ſplenis frigidorum, quando bibitur cum aceto, & proprie ſplenis, & confert hydropiſi. *Membra expulſionis.* Aperit orificia venarum hæmorrhoidarũ, & remouet [h] dolorem pungitiuũ, & aufert [h] gonorrhœam, & plurimam pollutionem: & prouocat menſtrua cum vino, & fit enchatiſma in [h] decoctione eius propter duritiem matricis, & dolores eius frigidos, & adminiſtratio ſuppoſitorij eius cum melle facit [h] abortiri, & eius oleum iuuatiuum eſt matrici, & ſoluendo educit aquam [n] citrinam, & [h] choleram, & phlegma, quando bibitur ex veteri eius confracto: & eius quidem potio debet eſſe ab. ℥. 5. vſque ad aur. vij. *Febres.* Eius oleum remouet [h] frigus. & tremorem. *Venena.* Quando bibitur cum aceto [h] confert venenis omnibus.

† Aierſa.
H Dio. lib. 1. c. 1.
H † D. quędã cœleſtis arcus imago repreſentari vĩ.
Infra γ
I † drachmis ſeptẽ
K † bilem &
L † albi
M † D. vitia cutis in facie a ſole contracta emaculat.
Supra γ
N Ser. c. 189.

De Iumar

*De*[a] †{*Iumar.*} *Cap.* 350. E

Iumar quid eſt? Notũ eſt. *Natura.* Eſt frigidũ in ſecũdo, ſiccũ in primo. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtypticum. *Membra anhelitus & pectoris.* Cõfert aſperitati gutturis. *Membra expulſionis.* Cõſtringit ſolutionẽ, & fluxũ ſanguinis. *Venena.* Eſt bonũ puncturæ veſpæ more emplaſtri ſuperpoſitũ.

*De*[b] †{ *Iumeiz.*} *Cap.* 351.

Iumeiz quid eſt? Inueniẽ in ægypto & ſyria ſimilis ficui: & diceẽ de ipſo in [c] capitulo de ficu.

*De* † {*Iar fluminis*}, i.[d] Potamogetone. *Cap.* 352.

Iar fluminis quid eſt? Eſt planta† {floris ſimilis nenufari, & eſt ſubmerſa in aqua, ex qua parum apparet} & ipſa quidem eſt propinqua virtuti bathbath. *Natura.* Frigida eſt & ſtyptica. *Vulnera & vlcera.* Conueniens eſt [d] vlceribus fraudulentis, & [d] pruritui.

*De* †[e] *Ieſu.*} *Cap.* 353.

Ieſus. *Proprietates.* Eſt ꝓxima naturæ & virtuti gilbenech: & eius qdem potio eſt pondus. ʒ. 5.

*De* †{*Ipericon*}. i.[f] Hyperico. *Cap.* 354.

Ipericon nominatur arabice alharan, & nominatur ſyriace vua dæmonis. quid eſt [f] † { Thyrſi & flos ſunt frangibiles, & eius ſemen eſt citrinum ad rubedinem declinans, & eſt ſimilis figuræ ſumach: verũtamen non eſt in eius rubedine.} *Electio.* [g] Gal. dixit. deẽ in potu ex fructu eius, quod includit ſemen cum cortice exteriori, & non ſit contentus aliquis ſemine eius ſolo. *Natura.* Calidus eſt in ſecundo, ſiccus in fine eius. *Operationes & Proprietates.* Eſt ſubtiliatiuum, aperitiuum, liquefactiuum, reſolutiuũ. *Apoſtemata & bothor.* Confert apoſtematibus frigidis, & duris magnis, *Vulnera & vlcera.* Emplaſtrum foliorum eius confert [h] aduſtioni ignis, & [h] cõſolidat plagas, & vlcera mala: & qñ teritur & pulueriʒatur ſuper vlcera tremula, & putrida, confert. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert dolori anchæ, & [i] ſciaticæ decoctum cum vino proprie cum bibitur. xl. diebus continuis. Ipſum. n. ſanat ſciaticam. *Membra expulſionis.* Prouocat [i] vrinam, & prouocare [i] menſtrua eſt eius proprietas, & eius ſemen ſoluendo educit choleram. *Permutatio.* Loco eius ponitur [k] †{pondus ipſius de ſquinantho, & pondus ipſius de radice capparis.} F

*De* †{*Iſſopo humida*}. i.[l] Oeſypo. *Cap.* 355.

Iſſopus humida quid eſt? Eſt ſordities aggregata ſuper lanam aliat in Armenia, & ſternitur ſuper herbas tithymalorum, & accipit virtutes, & lac earum: & fortaſſe eſt fluida, quare decoquitur, & inſpiſſatur ibi. *Natura.* Calida eſt in tertio, humida in primo. *Operationes & proprietates.* Eſt maturatiua, reſolutiua. *Apoſtemata & bothor.* Reſoluit apoſtemata dura, cum ex ea fit emplaſtrũ. *Membra oculi.* [l] †{Confert apoſtematibus oculi linita & bibita.} *Membra nutrimenti.* Confert frigiditati hepatis linita & bibita. *Membra expulſionis.* Reſoluit [l] durities, quæ ſunt in partibus [m] veſicæ, & [l] matricis, & confert frigiditati earum, & frigiditati renum. G

*De* †{*Iſſopo ſicca.*}. i, [n] Hyſſopo. *Cap.* 356.

Iſſopus ſicca quid eſt? Alia eſt mõtana, & alia eſt hortiua. *Natura.* [o] Calida eſt & ſicca in tertio, & eſt ſubtilis ſicut origanum. *Decoratio.* Eius potus [n] colorem efficit bonum, & eius algamer abſtergit veſtigia in facie. *Apoſtemata & bothor.* Reſoluit apoſtemata [o] † {dura} linita cum vino. *Membra capitis.* Eius decoctio cum aceto ſedat [n] dolorem dentis, & vapor decoctionis eius cum ficubus confert ſonitui in [n] aure cum traiectorio ſumptus. *Membra oculi.* Coquitur, deinde fit ex ea emplaſtrum tarſati, & ſanguini mortuo ſub palpebra. *Membra anhelitus & pectoris.* [p] † {Cõfert pectori, & pulmoni patientibus aſthma & tuſſim antiquam, & eius decoctio cum ficubus & melle ſiꝶ, & apatibus duris, & anhelitui dilatatiõis:} & gargariſmus ex ea confert ẽt [n] prefocationi intrinſecæ. *Membra nutrimenti.* Emplaſtrũ factum ex ea cum ficubus, & [n] baurach confert ſpleni, & infuſio eius bibita, & cõfert [n] hydropili. *Membra expulſionis.* Soluendo [n] educit phlegma, [q] † { } & aſcarides, & [r] vermes: & qñ miſcetur cum cordumeni, & ireos, [r] † { } confortatur eius ſolutio. *Permutatio.* Loco eius ponitur [s] †{ſampſuci tantundem & medium.}

*De* †{*Iabrol*}. i.[t] Mandragora. *Cap.* 357.

Iabrol quid eſt? Radix mandragoræ ſylueſtris, & eſt radix omnis mandragoræ, magna, ſimilis formæ hominis. propter hoc ergo noiatur mandragora. Mandragora. n. eſt nomen imaginis naturalis. ſ. plantæ, quæ eſt in forma hoĩs. Aequale. n. eſt ſiue ſit intentio huius noĩs inuenta, aut non inuenta. multa nanq; noĩa ſignificant ẜm intentiones non inuentas. forma aũt mandragoræ inuenta eſt lignum cinericiũ declinans ad frangibilitatem magnã ſicut coſtus magnus. *Natura.* Eſt [u] frigida in tertio, ſicca in ipſo: & in ipſo eſt aliquãtulum caliditatis, ẜm ꝙ exiſtimant quidã. Radix vero eſt fortis frigoris deſiccatiua, & cortex radicis eſt debilis. folia aũt adminiſtrantur exiccata, & humida etiã conferunt. & in mandragora ipſa eſt humiditas. *Operationes & proprietates.* Eſt narcotica, & habet lachrymã, & habet ſuccum: ſed eius ſuccus eſt fortior lachryma ipſius. [t] Qui autẽ vult vt aliquod ex membris ſuis ſecetur, bibat [u] †{tres anuluſat} ex ea in vino, & faciet ſubet: & [t] dicitur, ꝙ qñ cum radice eius coquitur dens elephantis. vi. horis lenit ipſum, & fit facilis obedientia eius. *Decoratio.* Fricatur [t] cum folijs eius albaras per hebdomadam, & deletur abſq; vlceratione, & proprie ſi inueniuntur humida & lenia: & lac mandragoræ euellit lentigines, & pannum ſine mordicatione. *Apoſtemata & bothor.* Adminiſtratur ſuper apoſtemata & [t] bothor dura, & [t] dubellet, & [t] ſcrofulas, & confert. Et quando teritur [t] radix eius multum, & ponitur cum aceto ſuper eryſipilam, ſanat eam. *Inſtrumenta iuncturarum.* Ex radice eius [t] cum ſauich fit emplaſtrum ad dolorem iuncturarum

A † Gieuz[illegible]

B † Giumeiz [illegible] cus Faraonis.

C 283.

† Iumar flo[illegible] vel giar flu[illegible]

D Dio. lib. 4 [illegible]

† Dio. habet [illegible] liũ betæ ſimile, [illegible] ſurũ, paululũ [illegible] eminens e[illegible] aquam.

E † Giaſis.

† Heinſan[illegible]

F Dioſ. li. 3. c[illegible]

E † D. Surc[illegible] frutice, dod[illegible] rubẽte, folio[illegible] flore albe [illegible] teo, qui dig[illegible] tus ſanguin[illegible] cum remitt[illegible] ex cauſa and[illegible] mon cogno[illegible] ſubhirſuta [illegible] & tereti, [illegible] magnitudin[illegible] itus nigro [illegible] odoris, gig[illegible] cultis & aſp[illegible]

G Li. 8. ſim. fo[illegible]

H D. & Gal. ſ[illegible] pli. fo. 63. a

I Dioſ. & Ga[illegible]

k † G. de ſub[illegible] anethi ſem[illegible]

† Iuſarath[illegible]

L Dioſ. lib. [illegible]

L † D. Cõm[illegible] ſos anguloſo[illegible] rũ ſcabioſo[illegible] nas, q̃ occal[illegible] & ciliorũ de[illegible] efficax eſt.

M Raſ. t. 3. c[illegible]

† Iuſa iabet.

N Dio. lib. 3. c[illegible]

O G. 8. ſim. fo[illegible]

O † calida

P † D. Decoc[illegible] ficis, aqua, [illegible] & ruta, potu[illegible] pneumonic[illegible] turnæ tuſſi, [illegible] rioſis, deſtill[illegible] bus. & orthop[illegible] cis auxiliatur.

Q † decoctum aceto mulſo [illegible] tum,

R Raſ. t. 3. c. 3[illegible]

R † autirion[illegible]

S † G. de ſub. [illegible] thymum.

† Iabruha'

T Dio. lib. 4. [illegible]

V Ga. 7. ſimp. [illegible]

V † D. terno[illegible] thos.



A iuncturarum. *Membra capitis.* Facit ſubet, & facit [a] ſomnum: & qñ ponitur in vino inebriat vehementer: & [a] quandoq; ſupponitur in ano, & facit ſubet: & [a] odoratio eius facit ſubet vehementer, & hæc eſt habens folia alba, quæ crus non habet, & dicitur maſculus. & multus vſus mandragoræ, & odoramentum eius faciunt poſſidere apoplexiam, & proprie habentis folia alba. Et quãdoq; fit ex ea ad expellendas vigilias, & ad attrahendum ſomnum ſyrupus, & remouet vigilias, & eſt vt ponantur ex corticibus radicum eius tres heminæ in metrolijs vini dulcis, & bibuntur ex eo tres anuluſat. & quandoq; decoquuntur cortices etiam in vino donec aſſumat vinum fortitudinem eius, & adminiſtratur ex eo ad hoc vt faciat ſubet plus, & ad hoc vt dormire faciat minus. Et quidam [b] medicorum faciunt vtentem eo ſedere in aqua vehementer frigida, donec ſanetur. Et exiſtimo, quod intentio in hoc, eſt aggregatio caliditatis. *Membra oculi.* Eius lachryma in medicinis [a] oculi ſedat dolorem ſuperfluum, & fit ex [a] folijs eius etiam emplaſtrum. *Membra nutrimenti.* Sumitur [b] †{ex lachryma eius. ℥. i.} cum melicrato, & vomitu educit choleram & phlegma ſicut elleborus. *Membra expulſionis.* [a] Supponitur [c] †{medietas anuluſat ex lachryma} eius, & prouocat, & extrahit fœtum. Et [a] ſemen mandragoræ mundificat matricem quando bibitur, & ſi [a] miſceatur cum ſulfure, quod ignis non tetigit, & ſupponat ipſum mulier, abſcindet fluxum matricis. Lac mandragoræ ſoluendo educit phlegma, & choleram. Cum enim paruus puer mandragorã

B errando aſſumit, accidunt ei vomitus, & ſolutio ventris, & fortaſſe moritur. *Venena.* Cum [a] melle & oleo ponitur ſuper puncturas. Et [d] dixerunt, ꝙ proprie ſpecies, quæ videtur habere folia alba: veruntamen folia eius parua ſunt bezahar vuæ lupinæ pernicioſæ. & illam, quæ ex ea pernicioſa eſt, antecedunt accidentia præfocationis matricis, & rubedo faciei, & exitus oculorum, & tumor faciei etiam ac ſi eſſet ebrius. Cuius quidem cura ſunt butyrum, & mel, & vomitus.

*De* † {*eo quo aurum adhæret.*}. i.[e] Chryſocolla. *Cap.* 358.

Id quo aurum adhæret quid eſt? [e] †{Hoc nomen cõuenit ammoniaco} de quo nos iam [f] locuti fuimus. Et quandoq; conuenit cuidam rei, quæ fit [g] ex vrina infantium mota in mortario æreo cum aceto in ſole donec coaguletur. Et quandoq; eſt ex [g] minera: generatur enim in minera viridis æris, & reſoluitur aqua calida, deinde coagulatur. Et hoc eſt illud de quo nunc loquemur. *Electio.* Clarum, mundum, & proprie firmum artificiale eſt fortius & ſubtilius, deinde minerale aduſtum. *Natura.* Calidum eſt acutum. *Operationes & proprietates.* Eſt abſterſiuum, conſtrictiuũ, calefactiuum, putrefactiuum, ſubtiliatiuum, mordicatiuum parum, reſolutiuũ, deſiccatiuum cum fortitudine. Et eius reſolutio eſt vehementior mordicatione eius, & ſimiliter eius deſiccatio. Et ipſum diſſoluit abſque mordicatione plurima, & quod de eo eſt artificiale eſt vehementis exiccationis, & minoris mordicationis propter ſubtilitatem ſuam additam. Cumq; [h] minerale aduritur,

C augmentatur eius ſubtilitas, & eſt perueniens ad ſummum in his capitulis. *Vulnera & vlcera.* [i] Eliquat carnem, & eſt medicamen [i] optimum vlceribus difficilis conſolidationis. *Membra nutrimenti.* Eſt nauſeatiuum, conſtrictiuum.

[k] *De* †{*iunipero.*} *Cap.* 359.

Iuniperus quid eſt? Eſt cupreſſus ſylueſtris, & eius quidẽ, alia [k] eſt parua, alia magna. *Natura.* Eſt declinans ad caliditatem & ſiccitatem: & ſemen eius eſt calidum in primo, ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt calefactiua, ſubtiliatiua, carminatiua, & in fructu eius cum hoc eſt ſtypticitas, & non eſt in ipſa ſtypticitas in reliquis partibus arboris eius. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eſt bona [k] attritioni lacertorum. *Membra anhelitus & pectoris.* Eſt bona doloribus [k] pectoris, & [k] tuſſi. *Membra nutrimenti.* Mundificat, & aperit oppilationes in eis: & eſt [k] bona ſtomacho bibita, & ad [k] inflationem in ipſo. *Membra expulſionis.* Prouocat [k] ambo, & eſt bona [k] præfocationi matricis, & doloribus eius. *Venena.* Expellit nocumentum [k] puncturæ vermium venenoſorum, & [k] ſuffumigatio ex qualibet earum, & ex qualibet parte arboris eius facta effugat vermes venenoſos.

*De* †{*Iuiubis*}. i.[l] Sericis. *Cap.* 360.

Iuiubæ. *Electio.* Meliores ſunt maiores earum. *Natura.* Frigidæ ſunt in primo, æquales in

D ſiccitate, & humiditate, & ſunt declinantes parum ad humiditatem. *Operationes & proprietates.* [m] Conferunt acuitati ſanguinis calidi, & exiſtimo, ꝙ illud eſt: propterea, ꝙ ingroſſant ſanguinem, & viſcoſum faciunt ipſum. & illorum exiſtimatio qui putant, ꝙ ipſæ clarificent ſanguinem & lauent eum, eſt exiſtimatio corrupta, ad quam ego non declino. & nutrimẽtum earum eſt parum & digeſtio earum eſt difficilis, & ſermo quidem in eis bonus eſt ille quẽ dixit [n] Gal. Non reperi iuiubas in conſeruanda ſanitate, & remouenda ægritudine aliquid operantes: ſed reperi eas difficilis digeſtionis, & pauci nutrimenti. *Membra anhelitus & pectoris.* Conferunt [o] pectori, & pulmoni. *Membra nutrimenti.* Sunt [o] malæ ſtomacho, difficilis [l] digeſtionis. *Membra expulſionis.* Exiſtimat [p] quidam, ꝙ conferunt dolori renum & veſicæ.

*De Interfectore* †{*adeib*}. i. [q] Aconito pardalianche. *Cap.* 361.

Aldib. *Operationes & proprietates.* Virtus eius eſt virtus ſtrangulatoris leopardi: quia eius proprietas eſt in aldib.

Diſco. Lib. 4. c. 66. De Aconito.

Aconitum, aliqui pardalianches, alij cãmoron, alij thelyphonon, alij myoctonon. alij theriophonon vocant, folia habet cyclamini, aut cucumeris, tria aut quatuor, minora & ſubhirſuta: caule palmo altum. Radix ſcorpij caudam æmulatur, & alabaſtri modo ſplendet. Membra oculi. Oculorum medicamentis leuandi doloris gratia adiicit. Venena. Torpeſcunt, vt fama eſt ſcorpiones admota radice, ſtupentq;, qui rurſum hellebori contactu excitantur. Enecat panthera, ſues, lupos & feras omnes in carnibus obiectum.

A Dioſ. lib. 4. c. 65.

B Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 446.

B † D. ſuccus duobus obolis.

C † ſemi oboli pondere ſuccus

D Dioſ. Morion, Antidotũ eſſe volunt radicẽ, cũ manico ſolano potã, magis placet ſñia Auicennæ, q̃ eſt & Serapionis. c. 333.

† Lezach aldeb. i. borax.

E Dio. li. 5. c. 54

E † D. Laudatiſſima armeniaca

F Cap. 696.

G G. li. 10. ſim. de vrina. 75. e, & 9. ſimpli. 71. f

H Gal 71. f

I Dioſ. & Gal. ibi.

† Harar.

K Dio. li. 1. c. 87.

† Hanab.

L Gal. 2. alimẽto, c. 32. d

M Lib. 4. F. 1. t. 2. c. 45. & Raſ. vl. cont. t. 1. c. 375.

N Lib. 2 ali. c. 32. d

O Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 375.

P Ser. c. 77.

† Aldib.

Q Dioſ. li. 4 c. 66. Repetit. c. 67. Cõfundit iſta duo capita.

*De Interfectore canis.i.*[a] Aconito lycoctonon. *Cap.* 362. E

Interfector canis. *Membra capitis.* Facit accidere fluxũ ſanguinis α narium. *Membra anhelitus & pectoris.* Facit accidere β ſputum ſanguinis. *Venena.* Interficit canes velociter, & facit euenire in hominibus fluxum α ſanguinis narium, & β ſputum ſanguinis.

Dio. Lib. 4. c. 66.

Eſt & alterum Aconitum, quod aliqui cynoctonon, alii lycoctonon appellant. Huius genera ſunt tria, vnum quo vtuntur venatores: alia duo in vſum ſuum vertere Medici. è quibus tertium, quod ponticum nominatur, plurimum in italia, montibus iuſtinis exilit, a priore diſtans, quoniam folia faciat effigie platani, crebriore diuiſura, longiora, & multo nigriora: caulem filicis, leuem ſtylum, cubitali altitudine, aut ampliorem. ſemen in ſiliquis oblongis recondit. radices in modum ſquillet marinæ cirrorũ nigreſcunt, quibus ad venationẽ luporum vtuntur. Infertæ ſiquidẽ crudis carnibus, & deuoratę, lupos enecant.

A Dio. lib. 4. Repetit. c. 67.
Infra α
Supra α
Infra β
Supra β

## Litera. K.

*De Kakille.* *Cap.* 363.

KAkille quid eſt? Eſt herba ad citrinum parum declinans. & eius odor eſt velut odor marinus. quæ autem ex ea laudatur, & eſt bona, illa eſt cuius folia ſunt groſſa, & oliuæ folijs ſimilia, ſed longiora, & latiora: & mordicant linguam cum eorum ſalſedine, & ſternutationem excitant. *Natura.* Calida eſt in ſecundo ſecundi, & ſicca in primo. *Operationes & proprietates.* Digerit, aperit, euacuat, & mundificat. F *Apoſtemata & puſtulas.* In emplaſtris poſita mollificat apoſtemata dura, & ſcrofulas: & fiſtulas curat putridas. & pulueriżata ſuper oſſa denudata illa cooperit carne. *Membra iuncturarum.* Si ex ea cochlearia duo cum cochleario vno mellis bibantur, confert omni ſpaſmo. Et poſita in clyſteri aufert in ipſa hora ſciaticam. *Membra capitis.* Succus eius cum aceto vini, & oleo roſato capitis dolorem inueteratum remouet. eius decoctio dentium dolorem tollit. & eius oleum cum aceto aurium tinnitum remouet. *Membra oculi.* Eius ſuccus cortices vngulæ ſeparat, ac eam remouet, eius aqua ſublimata oculorum maculas ſubtiles abſcindit. *Membra anhelitus.* Lateris dolorem ſedat: & anhelitus difficultatem remouet: & groſſas ſuperfluitates expellit, & ſubtiliat. *Membra nutrimenti.* Frigidum ſplenis, ac hepatis dolorem compeſcit. Et vſus eius eſt malus ſtomacho, & hydropiſi opitulatur. *Membra expulſionis.* Venarum orificia aperit, & menſtrua & hæmorrhoidas prouocat. Et aqua decoctiõis eius cum melle ſumpta fœtum educit: & vrinam mirabiliter fluere facit: aquasq; citrinas euacuat. Succus eius cum melle lapidem in veſica frangit: cuius doſis eſt ab. ʒ. 5. vſq; ad vnam. *Venena.* Morſui canis rabidi ſuperpoſita confert. *Permutatio.* Loco eius ponitur medietas ponderis eius ireos: & duplum eius cretani marini.

*De Karabe.i.*[b] Populo. *Cap.* 364.

Karabe quid eſt? Gumma ſicut ſandaracha, tendens ad citrinitatem, & albedinem, & peruietatem: & qñq; declinat ad rubedinem, quæ attrahit paleas & fruſta ſubtilia plantarum ad ſe: & propter hoc nominatur karabe. ſ. rapiens paleas perſice. Et ipſa quidem compoſita eſt ex aqueitate tepida, & terreitate iam ſubtiliata: & eſt gumma arboris, quæ dicitur [b] †{haur romana,} quæ eſt cõpoſita ex terreitate ſubtili, & aquietate tepida. *Natura.* Eſt calida parumper ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt reſtrictiua, & [c] proprie ſanguinis cuiuſcunq; loci fuerit: & eius virtus eſt ſimilis virtuti floris ſuæ arboris. ſ. floris [c] †{haur:} ſed eſt eo frigidior. *Apoſtemata & bothor.* [d] Dixerunt quidam, ꝙ ſuſpenditur ſuper apoſtemata calida, & confert eis. *Membra capitis.* Retinet [d] fluxum ſanguinis narium, & deſcendentis à capite ad pulmonem. *Membra anhelitus & pectoris.* Karabe confert [e] tremori cordis, cum bibitur ex eo medietas aur. cum aqua frigida, & [f] prohibet ſputum ſanguinis valde. *Membra nutrimenti.* Retinet vomitum, & prohibet materias malas à ſtomacho, & cum maſtice cõfortat ſtomachum. *Membra expulſionis.* Retinet [g] fluxum ſanguinis ex matrice, & [g] ano, & [g] fluxum ventris, & confert [c] tenaſmoni.

*De*[h] †{*Karmeziki.*} *Cap.* 365.

Karmezik quid eſt? Eſt fructus tamariſci, de quo iam locuti fuimus in [i] cap. de tamariſco. *Natura.* Eſt frigidus in primo, ſiccus in ſecundo.

*De*[k] †{*Kuſele.*} *Cap.* 366. H

Kuſele quid eſt? Eſt lignum ſicut rubea, quod nigredo cooperit. *Natura.* Eſt calidum & humidum in terminis primi. *Operationes & proprietates.* Eſt glutinatiuum: & frangit virtutem medicinarum acutarum ſicut gummi. *Decoratio.* Eſt impinguatiuum.

*De*[l] †{*Kemelio.*} *Cap.* 367.

Kemelium quid eſt? Eſt ſpecies mezerion nigra mortifera: & etiam notum nomine chamelium. Et nos quidem iam diximus ipſum in [m] capitulo de cha.

*De Kebikengi.i.*[n] Ranunculo. *Cap.* 368.

Kebikengi quid eſt? Eius ſpecies ſunt quatuor dixit [n] Dioſc. vna ſpecies eius eſt, cuius folia ſunt ſimilia folijs coriandri: ſed ſunt latiora folijs eius, ad albedinem declinantia, & flos eius eſt citrinus: & qñq; eſt purpureus, cuius longitudo peruenit vſq; ad duos cubitos: & eius radix eſt non groſſa: & ipſius radix eſt alba: & habet virgulta ſimilia virgultis ellebori: & oritur in ripis curſus aquarũ. & eſt ſpecies eius alia fortius cinericia, ꝙ̃ illa, longiorem habens radicem, folia habens ordinatim inciſa, quæ nominatur apium ſylueſtre: & eſt alia parua valde aurei coloris: & quarta eſt ſimilis tertiæ: veruntamen flos eius eſt albus lacteus. *Natura.* Eſt calida & ſicca in tertio. *Operationes & proprietates.*

B Dioſ. lib. 1. Repetit. c. ... & 499.
B † Dio. populi arbor.
C Ser. c. 166.
C † populi.
D Raſis vlt. cont. t. 1. c. 165. & Ser. c. 266.
D Raſ. ibidem.
E Raſ. t. 3. c. ... Ser. ibidem.
F Raſ. ibi. & vlt. cont. t. 1. 165. & ...
G Raſ. 1. 364.
H † Karmazik.
I 684.
K † kuſile.
L † Kemalia.
M 197. & 415.
N Dioſ. li. 2. c. ...



A prietates. Omnes ſunt calidæ, acutæ, [a] vlceratiuæ, abſterſiuæ, excoriatiuæ, mordicatiuæ cutis facientis pruritum. *Decoratio.* Folia, & ſtipites eius anteq̃ deſiccentur, eradicãt albaras, & [a] albedinem vnguium. *Apoſtemata & bothor.* {Eradicat [a] ſcabiem, & ſanat [a] verrucas, & quæ ſunt vt claui, & [a] glandulas pendentes, quibus [b] nocet frigus.} *Vulnera & vlcera.* Decoquitur & embrocatur ſahaſat cum aqua eius tepida, & confert. *Membra capitis.* {Eius [a] radices exiccatæ ſunt ex ſternutatorijs fortibus & [c] †{contritæ} conferunt pulſationibus dentium [d] †{ }

*De* †{*Kekengi*}.i.[e] Solano halicacabo. *Cap.* 369.

Kekengi quid eſt? Virtus eius eſt proxima virtuti [e] †{vuæ vulpinæ,} & proprie virtus foliorũ eius. *Natura.* Eſt frigida & ſicca ad ſecundum perueniens. *Vulnera & vlcera.* Suo ſucco conſeruat vlcera, & delet duritiem fiſtularum, & vlcere auris antiqua. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert aſtmati, & inflationi, & difficultati anhelitus. *Membra nutrimenti.* Confert [f] icteritiæ. *Membra expulſionis.* [g] Confert vlceribus viarum vrinæ.

*De*[h] †{*Kenkezred.*} *Cap.* 370

Kenkezred quid eſt? Eſt gumma Harſef & iam dictum [i] eſt de eo kurkuen. *Natura.* Eſt calidum & ſiccum in ſecundo.

*De*[k] †{*Kuſtberkuſti.*} *Cap.* 371.

B Kuſtberkuſti quid eſt? Eſt ſimilis filis inuolutis adinuicem, quorum numerus ſecundum plurimum eſt. v. & inuoluuntur ſuper radicem vnam, & eius color ad nigredinem declinat & citrinitatem: & non habet plurimum ſaporem. & dixerunt quidam, ꝙ eſt albedeſchian. Alij vero dixerunt, ꝙ virtus eius eſt ſicut virtus albedeſchian, & hoc eſt ſanius. *Natura.* Eſt calidus & ſiccus in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtilis.

*De Kildaru.* *Cap.* 372.

Kildaru quid eſt? Eſt alſarax, & nos quidem loquemur de ipſo in ſequẽtibus in [l] capitulo de ſin.

*De*[m] †{*Kemeſcir.*} *Cap.* 373.

Kemeſcir quid eſt? Eſt in diſpoſitionibus giauſir, ſed ipſum eſt fortius plurimum. *Natura.* Eſt calidum & ſiccum in tertio virtuoſe. *Operationes & proprietates.* [n] Eſt liquefactiuum reſolutiuum. *Membra expulſionis.* Prouocat [n] vrinam, & [n] menſtrua: & eijcit [n] fœtum virtuoſe: & virtus eius in hoc comparem non habet: & neq; habet comparem ſoluendo [n] aquoſitatem.

*De*[o] †{*Kormidenen.*} *Cap.* 374.

Kormidenen quid eſt? Eſt granum, quod medici laudant. *Membra expulſionis.* Prouocat vrinam, & menſtrua: & calefacit vuluam valde: & ſoluit aquam & choleram.

*De* †{*Keuſanguen*}.i.[p] Buglosſo. *Cap.* 375.

C Kezauguen quid eſt? Eſt nomen herbæ: & exiſtimo, ꝙ keuzauguen eſt lingua bouis perſicæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Proprietas eius eſt lætificare, [p] & triſtitiam remouere.

*De*[q] †{*Karon.*} *Cap.* 376.

Karon quid eſt? Eſt lignum indum, cuius allatio ad terrã noſtram multiplicatur. non ergo elongatur quin ſit almugat indum. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eſt magni iuuamenti in negocio fracturæ, & torſionis, & dislocationis.

*De* †{*Keiſin*}.i.[r] Liguſtico. *Cap.* 377.

Keiſin. *Natura.* [r] Semen & radix eius calefactiua ſunt. Et ſemen ipſius eſt calefactiuum, & exiccatiuum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Expellit ventoſitates, & aperit. *Membra nutrimenti.* Eſt maturatiuum, [s] digeſtiuum, reſolutiuum ventoſitatis, præcipue in ſtomacho, & confortat ipſum. *Membra expulſionis.* Pondus drach. i. ex eo ſolutiõe educit vermes & aſcarides: & prouocat [r] menſtrua virtuoſe. ſ. ſemen eius. *Venena.* Confert puncturæ vermiũ venenoſorum.

*De* †{*Kuzkenden*}.i.[t] Nuce henden. *Cap.* 378.

Kuzkenden quid eſt? Eſt res leuis ſicut aſne lutea: & in Rakia nominatur ſtercus columbarũ: & in bagaded nominatur nux handem, vel ſm aliam literam nux genden. *Electio.* Quæ ex ea melior eſt, barbarica eſt: ſed rakia eſt debilis. *Natura.* Eſt calida & humida in primo, & dicitur, ꝙ D infrigidat parumper: ſed non eſt firmatum. *Operationes & proprietates.* Exiccat, & in ipſa eſt extinctio: & dixerunt quidam, [t] ꝙ ipſa incidit ſanguinem: & ex proprietatibus quidem eius eſt, quod aſſumuntur decem lib. mellis, & . xx. lib. aquæ, & kilgie ex ea, & concutiuntur bene, & cooperiũ os vaſis, & fit vinũ ſtatim. *Decoratio.* [t] Impinguat. *Membra expulſionis.* Augmentũ [t] efficit in coitu.

*De*[u] †{*Kebenzkeſenz.*} *Cap.* 379.

kebenzkeſenz quid eſt? Quoddam de genere tuberum ſolidum adunatum in magnitudine renum, vel cuius magnitudo eſt magnitudo renum. veruntamen eſt inciſum valde habens inciſiones profundas, quod naſcitur in arena, ſicut naſcuntur tubera & fungi ſuaue valde, quod in noſtra terra multiplicatur in locis, quæ ſunt vltra fluuium: & in Coraſceni etiam: & nos quidem non audiuimus ab aliquo vnq̃, ꝙ tantum inferat nocumentum quantum fungi, & tubera. Cumq; ipſorum ſapor tuberum ſapori comparatur eſt parumper declinans ad dulcedinem. *Natura.* Habet frigiditatem minorem frigiditate reliquorum tuberum, & fungorũ: & neq; eſt vacuum ab humiditate extranea, cum ſiccitate ſubſtantiæ. *Operationes & proprietates.* Eſt extinguens groſſum.

*De*[x] †{*Kerſe aromaticum.*} *Cap.* 380.

Kerſe aromaticum quid eſt? Eſt cortex groſſus, colorem habens kerſe, quod habet ſaporem gariophylli

A Dioſ. li. 2. c. 168.
B D. ſ. pnionibus.
C † Appen ſe
D † D. ipſos tamẽ frangit.
† Kekenegi.
E Dioſ. lib. 4. c. 61.
E † hortenſis ſolani.
F Dioſ. li. 4. c. 61.
G D. & Ser. c. 228.
H † Kenkerzed.
I Cap. 332.
K † Keſtberkeſt
L 610.
M † Kemanſcir.
N Raſ. vlt. conti. t. 1. c. 149.
O † Ramedane.
† Karman.
P Dio. lib. 4. c. 112. Repetit. c. 428.
Q † Kallem.
† Kaſem.
R Dio. li. 3. c. 49.
S Dioſco. & Raſ. 14. c. 17.
† kuzikenden.
T Ser. c. 79.
V † keſlengi.
X † kerſe alcarſ i. cortex arboris gariophyllorũ.

gariophylli abſq; dulcedine cinnamomi, quamuis ſit dulcius, q̃ gariophyllus: & eſt debilius in operationibus ſuis, q̃ gariophyllus. *Natura.* Eſt calidum & ſiccum in ſecundo.

*De* [a] †{*Kerſe cinnamomi.*} *Cap.* 381.

*K*erſe cinnamomi qd eſt? Dicitur, ꝙ eſt de cinnamomo, & dicit, ꝙ eſt alterius generis. & ipſum quidem eſt durum, ſicut cinnamomum: de ipſo tñ eſt quoddam, quod non dureſcit, & de ipſo eſt, quod eſt lineatũ: & aliud eſt album frangibile velociter, & ipſum quidẽ cinnamomũ eſt debilius, & dictum eſt de ipſo in [b] capitulo cinnamomi. *Natura.* Calidum eſt & ſiccum in ſecundo.

*De* †{*Keiken*}.i. [c] Cancamo. *Cap.* 382.

Keiken quid eſt? Eſt gumma horribilis ſaporis, & aſportatur de regione occidẽtis: & exiſtimauerunt quidam, ꝙ eſt ſandaraca, ſed non eſt firmum: & quandoq; quidem [c] ſuffumigatur ex eo cum myrrha & [c] †{ligla.} *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt conglutinatio parua. *Decoratio.* Mundificat vlcerum veſtigia velociter, & in ipſa [c] eſt extenuatiua virtus quandoquaq; die bibuntur de ea tres quartæ drach.i.cũ oxymelle, aut aqua. *Membra capitis.* Nihil [c] æqparatur ei in remouendo dolorem dentium, & caſum [c] gingiuæ. *Membra oculi.* [c] Acuit viſum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert aſthmati [c] cum melle, & vtuntur ea luctantes. *Membra nutrimenti.* Quando de eo bibitur tribus diebus cum oxymelle, extenuat [c] ſplenem valde. *Membra expulſionis.* [c] Prouocat menſtrua cum aqua mellis.

Dio. Lib.1.c.23. De Cancamo.

Cancamum arabici ligni lachryma eſt, myrrhę quodam modo ſimilis, viroſi guſtus, quam ad ſuffimenta vſurpant. Veſtes eo ex ſtyrace & myrrha ſuffiuntur. Decoratio. Vim proditur obtinere extenuandi obeſos, ſi ternum obolorũ pondere ex aqua aut mulſo aceto pluſculos dies ebibat. Membra capitis. Comitialibus datur. Membra oculi. Oculorum cicatrices confeſtim emendat. vino madefactum medet eorundem hebetudinibus: aduerſus gingiuas humore prægnantes, doloreſq; dentiũ, non aliud efficacius. Membra anhelitus & pectoris. Suſpirioſis datur. Membra nutrimenti. Lienoſis datur. Membra expulſionis. Menſes cum aqua mulſa pellit.

*De* †{*Kotto*}.i. [d] Bombace. *Cap.* 383.

Kottum. *Natura.* Semen eius eſt calefactiuum, lenitiuum. *Membra anhelitus & pectoris.* Grana eius ſunt bona [d] pectoris & [d] tuſſi. *Membra expulſionis.* Semina eius ſunt lenitiua ventris: & ſuccus [e] foliorum eius, confert ſolutioni puerorum.

*De* [f] †{*Keted.*} *Cap.* 384.

Keted quid eſt? De gumma eius dictum eſt in [g] capitulo de kef. cuius quidem gumma eſt dragaganthum. *Natura.* Eſt frigidum & ſiccum.

*De* †{*Kali*}.i. [h] Lapide ſpeculari. *Cap.* 385.

Kali. *Operationes & proprietates.* Eſt calidum, aduſtiuum, abſterſiuum, corroſiuum fortius q̃ ſal. *Decoratio.* Cõfert morpheæ. *Vulnera & vlcera.* Confert ſcabiei, & corrodit carnẽ additam.

*De Lentopetalo.* *Cap.* 386.

Dio.lib.3.c.92. De Lentopetalo.

Lentopetalon caulem emittit dodrãtalem aut altiorem, plurimis alis concauum & in cacumine ſemina parua duo, aut tria, in ſiliquis, ciceris modo: flores anemonæ ſimiles, puniceį coloris, folia braſicæ, ſed papaueris diuiſura. Radicib⁹ nigris, rapæ ſimilibus ſtrumoſis. naſcitur in aruis & ſegetibus. Radix auxiliatur ſerpentium ictibus ex vino pota, nec alia res celerius dolorem finit. miſcetur iſchiadicorum clyſteribus.

## Litera L.

[i] *De* †{*Lepore ſylueſtri.*} *Cap.* 387.

LEpus ſylueſtris quid eſt? Coagulum huius leporis facit omnia, quę diximus in [k] cap. de coagulis, ſubtilius, & melius: & ineſt operationis additio. *Decoratio.* Eius ſanguis [l] mundificat pannum, & [i] cinis capitis eius eſt etiam medicamẽ bonum habenti alopeciam, [m] †{& proprię marini.} Cumq; venter leporis ſumitur, ſicut eſt cum viſceribus, & frigendo ſuper ſartaginem aduritur, eſt medicamen originis pilorum ſuper cap. cum conteritur, & adminiſtratur cũ oleo roſa. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eius [i] cerebrum aſſatum confert tremori accidenti ex ſucceſſione ægritudinis. *Membra capitis.* [n] Cum inunguntur gingiuæ infantis ex cerebro ipſius, proprietate, quæ eſt in ipſo, velociter oriuntur dentes, & facile exeunt ſine dolore: & illud propter proprietatem, quæ eſt in eo. & ſimiliter cum ſoluitur cum butyro veteri, aut recenti, aut melle: & cum bibitur eius coagulum cum aceto confert [i] epilepſię. *Membra expulſionis.* Coagulum eius cum bibitur tribus diebus [n] †{cum aceto} poſt [i] †{purgationem menſtruorum,} prohibet impręgnationem, & mundificat [i] humiditatem currentem ex matrice. Et ſanguis quidem leporis frixus confert dyſenteriæ, & apoſtemati inteſtinorum, & ſolutioni antiquæ. *Venena.* [i] Coagulum leporis cum aceto eſt theriaca, & bezahar venenis. Et ſanguis leporis frixus aufert venenum ſagittæ.

[o] *De* †{*Locuſtis.*} *Cap.* 388.

Locuſtæ. *Electio.* Ex eis ſunt meliores groſſæ, quæ alas non habent. *Decoratio.* Pedes earum eradicant verrucas, ſm ꝙ dicit. *Membra nutrimenti.* Sumunt ex rotundis earũ. xij. grana. & abijciũtur capita, & extremitates earum, & ponitur cum eis parum myrti ſiccæ, & bibuntur propter hydropiſim, ſicut ſunt. *Membra expulſionis.* Conferunt guttationi [o] vrinæ, & quando cum eis fit ſuffumigatio, conferunt difficultati eius, & præcipue [o] in mulieribus, & fit cum eis ſuffumigium hæmorrhoidibus & ſanat. *Venena.* [o] Groſſę, quę alas non habent, aſſantur, [o] †{& comeduntur} propter puncturam ſcorpionis.

De

A † kerſe ... i. conice ... arboris cin... mi.
B † 114. † keikhem. C Dio.lib...
C † ſtyrac...
† kothen. D Ser.c.66.
E Raſ.vlti... t.1.c.119. F † ketad. G 210. † Kali, & ... men cation... H G.4.de ... medi. per g... &.9.de ad... anat.c.3.a... G li.7.400...
† Nota ... quę potes ... in capite de ... nita fol.10... cum ibi lo... de hoc.
I Dio.li.2.c... † Arnebba...
k 115. L Cap. ... M † cũ adipe ... ſino, aut ... tum
N Li.1.F.j.de ... & Dio.
N † — I † D.cõ...
O Dio.lib... † Gierad.
O † ſi e... bantur.



[a] *De* †{*Lepore marino.*} *Cap.* 389.

Lepus marinus quid eſt? Eſt aĩal oſtracoſum durũ, declinans ad rubedinem aliquantulam, inter partes cuius ſunt quædam ſimilia folijs aluſnẽ. *Decoratio.* Eius [b] ſanguis eſt calidus, mundificans morpheam, & pannum. Et eius [a] caput aduſtum generat pilos in alopecia proprie cum adipe vrſi, & in tyria valde. Cum ergo ex eo fit emplaſtrum ſicut eſt, [c] abradit pilos. *Membra oculi.* Abſtergit viſum more emplaſtri ſuperpoſitum, & ſicut collyrium. *Venena.* Numeratur inter venenoſas medicinas, quæ interficiunt cum vlceratione pulmonis.

[d] *De* †{*Lycio.*} *Cap.* 390.

Lycium quid eſt? Magis vincens ſm exiſtimationem eſt, quod indum eſt, & eſt ſuccus alfeluzaharagi: & falſificatur ita, ꝙ latet probos medicos, & illud fit cum ſucco [d] †{alzerſech.} coquitur.n. in aqua donec coaguletur. & virtus eius eſt propinqua ſubſtantiæ igneæ ſubtili. & terreæ frigidæ. Quod autem de mecha eſt, eſt res artificialis. *Electio.* Indum eſt fortius, q̃ illud de mecha in re capillorum, & confortatione eorum: & illud de mecha in apoſtematibus eſt fortius. *Natura.* [e] Eſt temperatum in caliditate & frigiditate, & ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* In indo eſt reſolutio, & ſtypticitas parua, & confert omni fluxui ſanguinis & eius reſolutio eſt plurima ſtypticitate ipſius, & eſt in ſecundo in reſolutione, & eſt ſtypticitas eius minor exiccatione ipſius, & in ipſo eſt virtus ſubtilis. *Decoratio.* Rubificat [d] capillos, & confortat eos, & proprie indum, & ſanat pannum, & confert omne lycium [f] panaritio. *Apoſtemata & bothor.* Confert [g] apoſtematibus laxis & formicę. *Vulnera & vlcera.* Confert vtrunq; vlceribus [f] fraudulentis. *Inſtrumenta iuncturarum.* Cõſtringit hæc membra. *Membra capitis.* Indum confert fluxui ſaniei ab [f] aure, & vlceribus eius, & cum eo tangitur palatum propter alcola, & ſanatur, & vlcera [f] gingiuæ, & ægritudines eius curat. *Membra oculi.* Confert [f] ophthalmiæ, & abſtergit corneam, & remouet pannum eius, & ſanat ſcabiem oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Indum in potu datur ad [f] ſputum ſanguinis & ad tuſſim. *Membra nutrimenti.* Bibitur indum, & prohibet icteritiam [f] nigram, & [f] ſplenem, & ſimiliter linitum, & ipſius arbor operatur illud, & confert fluxui ſtomachicho. *Membra expulſionis.* Cõfert [f] fiſſuræ ani, & bibitur, aut ſupponitur [f] ſolutioni antiquæ, & ei, quæ eſt ex debilitate ſtomachi, & [f] dyſenteriæ: & prouocat [f] menſtrua, & eius fructus recens ſoluendo [f] educit phlegma aquoſum, & confert vlceribus ani, & prohibet ſciaticam, & confert hæmorrhoidibus. *Venena.* Eius fructus cõfert pernicioſis, & indum datur in potu ad morſum [f] canis rabioſi. *Permutatio.* Loco eius ponitur feluzaharagi æquale pondus, & aggregatis ſaufel, & ſandalo æquale pondus ipſius.

*De* [h] †{*Lacerto.*} *Cap.* 391.

Lacertus qd eſt? Aldab, & eius natura vicina eſt naturæ guaril, ſeu vrel & eſt ſimilius vrel ꝓpter illud quo nutritur. *Membra oculi.* Eius [i] ſtercus albugini, & pruritui confert & acuit viſum.

*De Lapide fellis tauri.* *Cap.* 392.

Lapis fellis tauri quid eſt? Eſt lapis, qui inuenitur in burſa fellis tauri. & eſt magnus ſicut ouum gallinæ: & eſt coloris citrini trahens ad rubeum. & eſt ſaporis amari pungens linguam. & eſt leuis ponderis, & ſi ibidem permanet longo tempore ſcinditur. *Membra capitis.* Prodeſt coryzæ frigidæ. Europus dixit, ꝙ expertus eſt ad epilepſiam ſi deſtilletur in naribus cum aqua rutæ prouocat ſternutationẽ: & abbreuiat paroxyſmum epilepſiæ. *Membra oculi.* Remouet omnem malã cõplexionem oculorum, & ſtringit lachrymas. *Membra anhelitus.* Inunctus cum butyro valet cõtra aſthma. *Membra nutrimenti.* Debilitat os ſtomachi & deijcit appetitũ. *Membra expulſionis.* Confert habentibus arenulas in renibus: & prouocat menſtrua. Gal. dixit. non prodeſt niſi capiti.

*De* †{*Limacia*}.i. [k] Cochleis. *Cap.* 393.

Limacia quid eſt? Eſt ex ſumma oſtracorum. *Operationes & proprietates.* [k] Extinguit ſanguinem. *Membra oculi.* Quod ex eo eſt [k] aduſtum confert vlceribus oculi.

[l] *De* †{*Lapide iudaico.*} *Cap.* 394.

Lapis iudaicus quid eſt? Eſt lapis ſicut nux parua ad longitudinem paucã declinans, proximus figuræ amygdalæ, aut dactyli, quem ſecant lineæ in ſuis extremitatibus: & lineæ alię latitudinales ei æquidiſtantes, quare ſe ſecant & remanent ex eis ſicut puncta parua lucida. *Membra nutrimenti.* Debilitat ſtomachum, & non conuenit ei, & [m] deijcit appetitum. *Membra expulſionis.* Confert lapidi renum, & extrahit ipſum, & potio eius ſit. x. anuluſat cum aqua calida. & dixerunt [l] quidam, ꝙ ipſe confert lapidi veſicæ: ſed [n] non eſt ita. & ipſe eſt ex eis, quæ [m] abſcindunt ſanguinem ani.

*De* [o] †{*Lapide veſicæ.*} *Cap.* 395.

Lapis veſicæ. *Membra expulſionis.* Dicitur, ꝙ ipſe frangit lapidem renum, & veſicæ. [p] Gal. vero dixit, ꝙ nihil horum eſt.

[q] *De* †{*Lapide ſpongiæ.*} *Cap.* 396.

Lapis ſpongiæ quid eſt? Eſt lapis inuentus in corpore ſpongiæ. *Membra expulſionis.* [r] Frangit lapidem renum.

*De* †{*Lapide lacteo*}.i. [s] Galactite. *Cap.* 397.

Lapis lacteus quid eſt? Cum iſte [s] lapis fricatur cum aqua, egreditur ex eo quiddam, quod eſt ſicut lac, & hoc quidem lapis eſt cinericij coloris, dulcis ſaporis, & teritur cum aqua, & ſeruatur, quod reſoluitur ex eo in pixyde plumbi. *Natura.* Eſt temperatus. *Apoſtemata & bothor.* Confert initio apoſtematum calidorum, ſed non peruenit ad hoc vt tale iuuamentum conferat apud

A Dioſ.lib.2.c.17 † Arnebbahari. B Terreſtris.c.395 & Dioſc. A D.terreſtris. C D.Marinus.
D Dio.lib.1.c.114. † Hadad. Repetit.c.265. D † abſinthii, aut felle bubulo.
E Ga.7. ſimp.54.g
F Dio.lib.1.c.114 G Raſ.vlti. conti. t.1.c.419.
H † Harduu. I Cap.293. & G.4. de compõne phar. ſm loc.158.c
† Halzun. k Dio.li.2.c.8.
L Dio.lib.5.c.93. & G.9. ſim.fo.67.f. † Hagiar aliheud
M Ser.c.380.
N G.9.ſim.f.67.f,
O † Hagiar almetene.
P 10.ſim.fo.75. & R.vl. cõt.t.1.c.414.
Q Dio.lib.5.c.93. † Hagiar alſefengi.
R Cap.595. & Ga. 9 ſimp.67.c
† Hagiar lebenie vel lebeni.
S Dio.lib.5.c.93.

ſtatum ipſorum, quo conſequatur ſanitas. *Membra oculi.* Ex [a] fricatione eius cum aqua fit alcofol: & [b] prohibet curſum ſuperfluitatum ad oculum: & [b] vlcera accidentia in ipſo.

De † {*Lapide molari*}. i. [c] Geode lapide. *Cap.* 398.

[c] † {lapis molaris. *Apoſtemata & bothor.* Vapor aceti ab eo prohibet fluxum ſanguinis, & apoſtemata calida.}

De † {*Lapide in quo acuitur*}. i. [d] Lapide è cote naxia. *Cap.* 399.

[d] † {Lapis in quo acuitur. *Decoratio.* Fricatio eius ſuper mamillam & teſticulum ponitur vt nõ magnificentur. *Apoſtemata & bothor.* Fricatio eius bona eſt apatibus mamillæ calidis.}

De † {*Lapide alagi*}. i. [e] Lapide arabico. *Cap.* 400.

Lapis Alagi. *Operationes & proprietates.* Exiccat, & abſtergit, & [f] retinet ſanguinem. *Vulnera & vlcera.* Prohibet fluxum ſanguinis ex vulneribus & vlceribus.

De † {*Lapide alkali*}. i. [g] Melitite. *Cap.* 401.

Lapis alkali quid eſt? Eſt lapis, qui habet fricationem ſuperfluæ dulcedinis: verum [g] eſt ſicut lapis lacteus in omnibus ſuis operationibus. *Natura.* In ipſo eſt caliditas quædam, & habet virtutẽ [g] † {alſcedenegi.}

De † {*Lapide lunæ*}. i. [h] Selenite. *Cap.* 402.

Lapis lunæ quid eſt? Ipſe dr̃ ſplẽdor lunæ, & ſpuma lunæ. [h] † {& inuenitur apud augmẽtũ lunę.} F & inuenitur in terra arabum leuis. *Operationes & proprietates.* [i] Suſpenditur ſm̃ q̃ dicitur ſuper arborem, & fructificatur. *Membra capitis.* Sanat epilepſiam, & ſuſpenditur [k] † {ſuper epilepticũ, qui ſecundum terminum aſſumitur ab ea.}

De † {*Lapide ſemeito*}. i. [l] Schiſto. *Cap.* 403.

Lapis ſemeitus quid eſt? Iſte lapis in operationibus [l] ſuis eſt ſicut hæmatites: ſed eſt debilior.

De † {*Lapide nigrorum*}. i. [m] Thyite. *Cap.* 404.

Lapis Nigrorum quid eſt? Lapis, qui defertur ex terris [m] † {Indiæ minoris} declinans ad citrinitatem, fricatur, & egreditur ex eo fricatio mordicans linguam ſimilis lacti. *Membra oculi.* [m] Mundificat pannum oculi, cum non eſt cum apoſtemate & ophthalmia & confert veſtigijs vlcerum in eo: & eradicat vngulam lenem.

De † {*Lapide Afrogion*}. i. [n] Phrygio. *Cap.* 405.

Lapis Afrogiõ. *Operationes & proprietates.* [o] Exiccat cũ ſtypticitate, & mordicatione, & reſolõne.

De † {*Lapide ſerpentis*}. i. [p] Ophite. *Cap.* 406.

Lapis ſerpentis. *Membra expulſionis.* [p] Dicitur, q̃ ipſe frangit lapidem in veſica: ſed [q] Gal. negat illud. *Venena.* [p] Dicitur, q̃ ipſe confert ſua ſuſpenſione morſui ſerpentis. Inquit [r] Gal. retulit illud quidam homo verax. G

De † {*Lapide qui extinguitur in oleo*}. i. [s] Lapide thracia. *Cap.* 407.

Lapis qui extinguitur in oleo. *Operationes & proprietates.* Lapis iſte [s] extinguitur oleo, & inflammatur aqua. *Venena.* Ex [t] lapide iſto fugiunt vermes venenoſi.

De [u] † {*Lapide Aneſeb.*} *Cap.* 408.

Lapis iaſpis. *Membra nutrimenti.* Eſt iuuatiuus ſtomachi valde. Et [x] Gal. quidem dixit, q̃ quando fit ex eo ſuſpenſorium æquidiſtans ſtomacho, & ſuſpenditur, confert meri & ſtomacho.

De † {*Lapide Aleſekiſa*}. i. [y] Lapide agerato. *Cap.* 409.

Lapis Aleſekiſa. *Membra pectoris.* Cõfert [y] vlceribus pectoris & apatibus, q̃ ſunt in vua valde.

De † {*Lapide Armeno.*} *Cap.* 410.

Lapis armenus quid eſt? In ipſo eſt aliquantulum azuli [z] coloris, non tñ eſt in colore azuli: & nõ eſt in eius ſoliditate: ſed eſt in eo arenoſitas quædã: & q̃nq; vtunt eo tinctores, & [z] pictores loco azuli, & [z] eſt lenis tactus. *Membra nutrimenti.* [z] Eſt malus ſtomacho: & ille [a] qui eſt ablutus non facit nauſeam: & non ablutus facit nauſeam, & in diſpoſitionibus eſt malus ſtomacho. *Membra expulſionis.* [a] Soluendo educit melancholiam fortius, q̃ lapis lazuli: & iam contenti ſunt eo, & dimittunt elleborum nigrum propter illud, quod inueniunt in eo ad ægritudines melancholicas.

De † {*Luto ſigillato*}. i. [b] Lemnia terra. *Cap.* 411. H

Lutum ſigillatum quid eſt? Hoc lutum [b] † {affertur de monte rubeo ex loco} qui nominatur lacuna, & non noĩatur lacuna, niſi quia ipſa eſt terra plana profunda, in qua non eſt herba oĩno, neq; lapis. Et iam retulit mihi quidam proprio ore, qui vidit eam, hoc aũt lutum dicitur lutum diuinũ. Et illud ideo: q̃m primus, qui ipſum accepit fuit mulier diuina in diebus, ſ. præteritis & ipſum quidem dicitur magra diuina: q̃m ipſum vere eſt magra, quam diuina, quæ noĩabatur Bartamiſe, accipiebat, & ad ciuitatem deferebat, & ponebat in aqua, & fiebat ſicut puls, & dimittebat ipſam poſt motionem fortem quieſcere, donec reſidebat, & effundebat ab ea illam aquam, & accipiebat rem groſſam, & proijciebat eam: & vtebatur, quod ex ea pingue erat, & viſcoſum: & faciebat ex eo lutum ſicut cera. Apud [b] Dioſ. vero eſt lutum ſpeluncæ illius loci confectum cum ſanguine hircorũ: & ipſum quidem q̃nq; adulteratur ita vt penitus nõ cognoſcatur. *Electio.* Melius eſt illud, quod non habet odorem, niſi odorem aluminis, & retinet ſanguinem, cum currit ex ore, & annectitur linguæ, & pendet ex ea. *Operationes & proprietates.* Inquit [c] Paulus. Non eſt medicina magis abſcindens ſanguinem, q̃ ipſum, & eſt fortius q̃ lutum ſcemius, ita q̃ membra non tolerant fortitudinem eius, cum habent apoſtema calidum proprie tenera: immo ſentiunt ex eo aſperitatem quandam,

T

A Ga. 9. ſimp. 65. d
B Ser. c. 395.
C Dioſ. li. 5. c. 63.
D Li. 9. ſim. fo. 65. d
D † iuniperi.
† Thin.
E Dioſ. li. 5. c. 94.
F † argilla ex qua fiunt lapides.
E † teſta fornacea
G Ga. li. 9. ſim. de diis terræ. 65. f. & Raſis vlti. cont. t. 1. c. 438.
† Thinarment.
H Ga. lib. 9. ſimp. 66. g. h
I Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 438.
† Tin ſamus.
k Dioſ. li. 5. c. 94.
L 9. ſimp. fo. 65. h
M 9. ſimp. fo. 65. h.
M Gal. ibidem.
N G. 9. ſim. f. 65. h.
O † Thin almacul
P Raſ. 3. c. 36.
† Thin heled almaſtache.
Q Dioſ. li. 5. c. 94.
R G li. 9. ſim. 66 a.
† Thin achrites.
S Ga. 9. ſim. 66. f
T Dioſ. li. 5. c. 94. de lapide ſamio.

A dam, & eſt infrigidatiuum, glutinoſum. *Apoſtemata & bothor.* Confert in principio [a] apoſtematũ calidorum. *Vulnera & vlcera.* [a] Conſolidat vulnera recentia, & vlcera [a] difficilia, & [a] prohibet vlcerationem aduſtionis, & ſanat vlcerationem eius. *Inſtrumenta iuncturarum.* [b] Conſeruat membra apud caſum, & reſtaurat, & prohibet effuſionem materierum ad manus, & pedes, & prohibet corroſionem. *Membra capitis.* Prohibet catarrhum, & prohibet curſum oris & gingiuæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Conſeruat viſcera apud caſum, & confert extenuationi, & etiam [b] ſputo ſanguinis: propterea, q̃ exiccat vlcus pulmonis. *Membra expulſionis.* Confert [c] raſuræ inteſtinorum maligne bibitum, & clyſterizatum, & proprie poſt clyſterizationem cum hydromelle decliui ad puritatem: deinde aqua ſalis. *Venena.* Reſiſtit [c] venenis, & morſibus bibitum cum vino, & linitum cũ aceto. Et quod ex eo purum [c] eſt, cum bibitur nõ ceſſat facere nauſeam, & facit [c] venenum vomitu exire: & proprie cum ante ipſum bibitur. Inquit [d] Gal. medicamine grani [d] † alharar} facti ex eo expertus ſum in lepore marino, & [d] cantharidibus: & inueni ipſum vomitu educens ea ſtatim. Et iã quidem expertus fui ipſum in morſu canis rabioſi cum vino, & liniui ipſum ſup morſum viperæ cum aceto, & poſui ſuper ipſum poſt linimentum folia ſcordeon, aut centauream.

De † {*Luto abſolute*}. i. [e] Terra. *Cap.* 412.

Lutum abſolute. *Natura.* Lutum omne infrigidatiuum eſt. *Operationes & proprietates.* Eſt deſiccatiuum, abſterſiuum, & lutum quidem [f] † {alhar} terræ ſolaris eſt deſiccatiuum corporũ laxorũ B abſq; mordicatione propter ſuam glutinoſitatem, & cum ei non admiſcetur niſi aduſtum, quod eſt ſicut teſta, & parietes aduſti in ſole, tunc in ipſo eſt virtus: reſolutiua, q̃ ſi vice alia lauetur fit deſiccatiuum cum æqualitate in caliditate & frigiditate ſubtile. *Decoratio.* Conſtringit carnẽ laxã. *Apoſtemata & bothor.* In [e] cerato ponitur [e] † { } ſup ſcrofulas & duritíes. *Membra nutrimenti.* Ex luto [g] terræ ſolaris liniuntur hydropici, & ſplenetici, & iuuantur maniſeſte, & ſanat carnoſam multoties.

De † {*Luto armeno*}. i. [h] Terra ex armenia. *Cap.* 413.

Lutum armenum quid eſt? Eſt lutum rubeum, declinans ad cinericium, notum & alemum eſt ei propinquum in operatione. *Natura.* Frigidum eſt in primo, ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Retinet ſanguinem: quoniam eius [h] exiccatio eſt in vltimo. *Apoſtemata & bothor.* Confert apoſtematibus peſtilentialibus bibitum & linitum: & prohibet ambulationem putredinis mẽbrorum. *Vulnera & vlcera.* Mirabile eſt in re vulnerum. *Membra capitis.* Prohibet [h] catarrhum, & confert [h] cola. *Membra anhelitus & pectoris.* Eſt bonum ſputo [h] ſanguinis, & prohibet [h] phthiſim: propterea, quia exiccat vlcus pulmonis, & eſt cura ſtricturæ [h] anhelitus ex catarrhis. *Membra expulſionis.* Eſt bonum [h] vlceribus inteſtinorum, & [h] ſolutioni fluxui ſanguinis [i] matricis. *Febres.* Cõfert febribus [h] phthiſicorum & [h] peſtilentialibus proprie: & plures quidem iam ſanati ſunt ex peſtilentia C magna propter conſuetudinem bibendi ipſum in vino ſubtili. Et ſi [h] bibitur in febre peſtilentiæ, neceſſarium eſt vt vinum perducat ipſum ad cor, & miſceatur vinum illud cum aqua roſa.

De † {*Luto ſamio*}. i. [k] Terra ſamia. *Cap.* 414.

Lutum ſamium quid eſt? Inquit [l] Gal. Nos vtimur eo ex hoc, q̃ nominatur ſtella ſamia. ego autem dico, q̃ hominibus videtur, q̃ illud ſit talk: verum de talk iam dixerunt veridici, q̃ ipſum inuenitur in terra græcorum in inſula Cypri. *Operationes & proprietates.* Lutum ſamium: dixit [m] Gal. eſſe ſicut ſigillatum in retentione ſanguinis, & rebus alijs: & eſt pluris aeritatis, q̃ ſigillatum: quapropter eſt leuius, immo eſt vehementis leuitatis: & eſt tenacius, & viſcoſius, q̃ ſigillatum: ſed ſigillatum eſt fortius eo. *Natura.* Hoc eſt viſcoſum, tenax, glutinatiuum, non indigens ablutione, & infrigidatio eſt parua, & ſedatio plurima. *Apoſtemata & bothor.* Prohibet apoſtemata calida in inceptione, & bothor vehementius, [m] q̃ reliqua luta: & [k] confert apoſtematibus mamillarum. Et ſi infundatur non [l] ſentitur in eo aſperitas contrahens ſicut ſentitur ex ſigillato. *Vulnera & vlcera.* Et [m] propter vehementiam ſuæ tenacitatis non confert vlceribus aduſtionis ignis ſicut ſigillatum. *Inſtrumenta iuncturarum.* [l] Confert in principio podagræ linitum. *Membra capitis.* Confert apoſtematibus, quæ ſunt poſt aures. *Membra expulſionis.* Confert [k] eruptioni ſanguinis a matrice, & egreſſio-
D ni [n] ſanguinis cum egeſtione.

De [o] † {*Luto quod comeditur.*} *Cap.* 415.

Lutum quod comeditur. *Operationes & proprietates.* Eſt [p] oppilatiuum, corruptiuum complexionis: verum ipſum confortat [p] os ſtomachi: & delet ſaporem malum cibi: & cum hoc ego non diligo vt adminiſtretur. Et habet proprietatem in prohibendo vomitum, Quod autem in ipſo dicitur, q̃ ipſum bonificat anhelitum, vel ſm̃ aliam literam, q̃ ipſum bonificat ſtomachum eſt ſecundũ comparationem deſiderantium ipſum: & qu. ipſum appetunt propter illud, quod accidit de gaudio per acquiſitionem eius, quod deſide ant

De † {*Luto terræ me ſticis*}. i. [q] Terra chia. *Cap.* 416.

Lutum terræ maſticis. *Operationes & propri tates.* Eſt abſterſiuũ, lauatiuũ, [r] g̃natiuum carnis.

De † {*Luto cretico*}. i. [s] Terra cretica. *Cap.* 417.

Lutum creticum. *Operationes & proprietates* Eſt plurimæ aeritatis: & eſt ſimile reliquis lutis prædictis, verum eſt debilius reliquis, & abſtergit abſq; mordicatione, & [t] debilitat ſenſus. *Membra oculi.* Confert vlceribus [t] eorum, & inflammationi eorum. *Membra expulſionis.* Alleuiat [t] parturitionẽ; ſecundum q̃ dicitur, & [t] conſeruat prægnantes ſuſpenſum ſuper eas.

De†{*Luto chimolea*}.i.[a] Cimolia. *Cap.* 418. E

Lutum kimolea. *Operationes & proprietates.* Quod de eo purum eſt, plurimi exiſtit iuuamenti, & in ipſo eſt infrigidatio, & reſolutio: ſed cum lauatur, deſtruitur eius reſolutio. *Apoſtemata & bothor.* Cum [a] aceto ponitur ſuper apoſtemata, quæ ſub auris ſunt. *Vulnera & vlcera.* [a] Prohibet initium aduſtionis ab vlceratione.

Dioſ.lib.5.cap.94. De Cimolia.

Cimoliç duo genera: candida & ad purpureum inclinans, optima exiſtimatur, quæ innatam habet pinguitudinẽ tactuq; frigida ſentitur. Vulnera & vlcera. Vtraq; ambuſta igni ſi ſtatim oblinantur puſtulas non ſentient. Apoſtemata & bothor. Parotidas & alia tubercula diſcutit igni ſacro imponitur. Teſtium duritias & toti⁹ corporis collectiones cohibet. Vtraque multum in medicina commẽdatur, ſi incorruptç originis, nec ſpuria aſſumatur.

† Thin ... A Dio.li.5. ... Repetit. ...

De†{*Luto vitis*}.i.[b] Ampelitidæ. *Cap.* 419.

Lutum vitis. *Operationes & proprietates.* Exiccat non longe a mordicatione, & in ipſo eſt aliquantulum reſolutionis.

† Thin ... B Dio.li.5. ...

De†{*Luto magra*}.i.[c] Sinopica rubrica. *Cap.* 420.

Lutum magra. *Electio.* Melius eſt bagadadium purum, non permiſtum, brunum, declinãs ad rubedinem: & illud eſt, quod dicitur perſice culſara. *Operationes & proprietates.* Exiſtimauit [d] Paulus, ꝙ ipſum eſt in operationibus ſtypticitatis, & exiccationis melius, quàm ſigillatum. *Vulnera & vlcera.* Conſolidat vlcera. *Membra expulſionis.* [d] Interficit vermes, & ſorbetur ſuper oua ſorbilia, & [c] retinet naturam, & confert valde.

Dioſ.Lib.5.c.61.

Rubrica ſinopis maxime probatur grauis, denſa, ad iecineris imaginem vergens, calculorum expers, cõcolor, cum diluitur, copioſe diffunditur. Effoditur ĩ Cappadocia, ſpeluncis quibuſdam, expurgataq; defertur in ſinopem urbem in qua uenditur unde cognomentum accepit. Vim habet exiccatoriã, quaſi inducendo obſtruentem & adſtrictoriam, quapropter uulnerariis emplaſtris, & paſtillis exiccãtibus, & adſtrictoriis commiſceri ſolet. Membra nutrimenti. Datur iecinoris uitio laborantibus. Membra expulſionis. In ouo ſumpta aut clyſtere infuſa aluum ſiſtit. F

† Thin ... C Dio.li.5. ... Repetit. ... D Lib.7.de ... rubrica ...

De†{*Lacticinio*}.i.[e] Tithymalio. *Cap.* 421.

Lacticinium quid eſt? Eſt omnis planta, quæ habet lac, acutum, ſolutiuum, inciſiuum, aduſtiuum. Ex eo autem famoſa ſunt ſeptem, [e] †{alhaſcir, & alſcebrã, & alcibe, & harranitc, & almaheudane, & almezerion, & pentaphylli,} quod eſt habens folia quinque. omnia vero ſunt mortifera. Plurima vero intentio in eis, eſt in lacte ipſorum. & inueniuntur quidem lacticiniorũ ſpecies, quæ ſunt præter hæc famoſa, ſicut quædam ſpecies auriculæ muris, & quædam ſpecies volubilis, & portulaca agreſtis, & reliqua. Lac autem lacticinij abſolute eſt lac aleibe, & videtur, ꝙ ſit illud, quod nominatur theriaca alfaraui & albuſengi, & † dixerunt etiam, ꝙ lacticiniorum ſunt ſeptem genera, G quorum vna ſpecies eſt, lacticinium, quod dicitur maſculus, & eius nomẽ eſt †{karakilus,} & poſt ipſum omnes ſunt fœminæ, & eorũ fortius eſt, quod ſimilatur myrto, & nominatur †{buraſtius,} deinde eſt arboreum generatum inter lapides, deinde illud, quod ſimilatur, & ſcitur propter illud, quod habet folia lata: deĩde illud, quod aſſimilatur [f] †{cucumeri,} & nominatur †{cumarafias}.ſ. ſyrus, deinde †{alyus, ſeu alyrus: littorem} quod nominatur marinum, qm̃ naſcitur in ipſo. [g] Et dixerunt vice alia lacticiniorum fortius eſt maſculus prædictus, & radix eius longior cubito ad rubedinem declinans plena lacte. & eius rami ſunt ſimiles ramis oliuæ, ſed ſunt longiores, & ſtrictiores, & radix lignoſa, & oritur in altis locis aſperis montanis. [h] Fœminæ autem, quæ etiam nominatur †{nucalis} planta eius eſt, ſicut planta [i] †{herbç muris,} ſed eſt maior, & fortior: & capita foliorum ſunt ſpinoſa, & egrediuntur ex radice eius ſtipites longitudinem palmi habentes: & fructificat vno anno, & non fructificat alio, & fructus iſte mordicatiuus eſt linguæ, ſimilis nuci, & eſt inferius primo in faciendo vomitum, & origo eſt ſicut origo maſculi. [k] Marinum autem, quod dicitur [k] {alchaſchafi} habet ſtipites palmorum declinãtes ad rubedinem, præparatos, ſuper quos ſunt quinq; aut ſex folia ſubtilia, parua, longa parumper, & eius fructus eſt ſicut herbum, & ſunt eius folia ſimilia folijs lini, & eius capita ſunt dupla, rotunda, & flores ipſius albi. [l] Et dixerunt hoc eſt lacticiniũ, quod dicitur [l] {almecaſmes, ſeu almeſmin} quod eſt ſicut portulaca, ſed eius folia ſunt plurima, ſed H ſunt ſtrictiora, & vehementius rotunda, ex cuius radice egrediuntur ſtipites rubei pleni lacte, quorum numerus eſt. iiij. aut. v. & ipſius ſtipites habẽt comas, ſicut anethum, & in ipſis eſt fructus eius, & eius origo ſunt domus deſertæ, & circuitus ciuitatum ſm plurimum. [m] Scirum autem habet ſtipitem in menſura vnius palmi, & maiorem, & ſunt folia eius ſimilia folijs cupreſſi, & pini, ſed ſunt ſubtiliora, & humidiora. [n] Petroſum autem, quod nominatur arboreũ, habet folia ſicut folia myrti parua, & ſicut †{ } [o] †{folia lacticinij maſculi,} & ipſum ſuprema habet humida, & plurimas habet comas. [p] & hic eſt ſpecies lacticinij alia ſimilis [q] †{cucumeri,} & radix eius, & folia ipſius ſoluunt omnem aqueitatem. *Electio.* Fortius quod in lacticinijs eſt, eſt eorum lac, deinde ſemen, poſtea radix, deinde folia. cum dicitur lac lacticinij abſolute. *Natura.* Eius lac eſt calidum & ſiccum in quarto, reliqua vero ipſius ſunt in ſecundo, vſq; ad tertium. *Operationes & proprietates.* Eſt vlceratiuum, interfectiuum, cumq; in lacunam ponitur, piſces omnes eleuantur ſuper aquam. *Decoratio.* Eradicat [r] mora, & [r] verrucas & alchilam, & carnes augmentatas in lateribus vnguis. & [s] eius lac abradit pilos, cum liniuntur ex eo, & proprie in ſole, & qui naſcuntur poſt illud, ſunt debiles, & cum iteratur, non naſcuntur omnino, & quandoq; permiſcetur cum [t] oleo vt frangatur eius

† Ethuha. E Dioſ.li. ... E † D.Char... Myrſinites, ... lios, Helioſ... Cypariſſias, ... droides, Platy... los. G † Dioſ.li. ... † Characias. † Myrſinites. F † verba... † Platyphyl... † Paralios. G Dioſ.Char... H D.Myrſi... vel charyas. † Myrſinites. I † daphnoides ... lis myrti. k Paralios. L Helioſcopi... M Cypariſſias. N Dendroides. † Fructus. O † characias. P Platyphyl... Q † verba... R Dio.li.4. ... Characias. S D.Characias. T Raſ.vlti. ... 1.c.718.



A eius malitia, & adminiſtratur ad abradendum. *Vulnera & vlcera.* Et eius radice cum aceto linitur duritiees, quæ eſt in circuitu [a] fiſtularum, & reſoluit eam, & eradicat [a] impetiginem, & eſt conueniẽs [a] vlceribus putridis, & corroſis, cum ponitur in cerato, & ſcabiei melancholicæ, & igni perſico, & herpeti heſthiomeno, & [a] cancrenis. *Membra capitis.* [b] Eius lac diſtillatum ſuper dentẽ corroſum frangit ipſum, & deijcit ipſum, & qñq; ponitur cum alkitran, vt ſit magis frangens virtutem eius: ſed melius eſt vt ſanus locus muniatur [a] cera, deinde diſtilletur in ipſum poſt illud lac: & quãdo eius radix in aceto [a] decoquitur, & ex eo os colluitur, ſedatur dolor dentium. *Membra oculi.* Lac [c] eius eradicat vngulam. *Membra expulſionis.* Eradicat hæmorrhoidas, & ſoluit [d] phlegma, & aquoſitatem, & ſi diſtillentur ex lacte eius duæ guttæ, aut tres ſuper ficum, & deſiccentur, & aſſumatur ſoluit ſufficienter, & ſimiliter in ſauich & pane: & quando bibitur & eſt purum, tunc eſt melius vt aſſumatur in [a] cerato aut in cera & fauo, vt non vlceret os & guttur. quandoq; autem aſſumuntur ſtipites lacticinij humidi, & torrefiunt ſuper teſtam, ſeu ſuper vas terreum paulatim, & terũtur. & datur ex eis quantitas duorum kermet cum ſauich, & effunditur deſuper aqua, & bibitur. Eius nanque ſtipites ſicci debiles valde ſunt. & ſpeciei quidem, quæ nominatur cherſiun ſtipites aſſumuntur & in vmbra ſiccantur, de quibus cortices aſſumuntur, & accipiuntur ex eis nouem karmet, & infunduntur in vino veteri die & nocte, deinde colatur & fit tepidum, poſtea bibitur, & ſoluit abſq; B impedimento. *Permutatio.* Loco eius ponitur in euacuando aquoſitatem & phlegma, triplum põderis eiuſdem ireos, & duæ tertiæ ponderis ſui ſerapino.

A Dio.li.4.c.146. Characias. B D.Characias. C D.Characias. D Raſ.vlti. conti. 1.1.c.718.

De†{*Laudano*}.i.[e] Laudano. *Cap.* 422.

Laudanum quid eſt? Eſt humiditas pendens in pilis [e] caprarum paſcentium, & barbis earum, cũ paſcunt plantam, quæ nominatur [e] †{chaſus. Cadit enim ſuper eam res, & aggregatur in ea humiditas, & permiſcetur ille ros reſudationi foliorum illius plantæ. Cum ergo inficiuntur eo pili caprarum, & ſuſpẽditur in eis, aſſumitur ab eis laudanum: & illud quidem, quod purum eſt, eſt quod pẽdet in barbis earum, in pilis earum, qui a terra eleuati ſunt. Et malum erit, quod pendet in partibus inferioribus earum, quoniam conculcant ipſum cum arena & terra. *Electio.* Melius eſt illud, qđ eſt pingue, ponderoſum & ex inſula Cypri boni [e] odoris, quod ad citrinitatem declinat, & in [e] quo non eſt arenoſitas, & reſoluitur totum in oleo, & [e] ex quo non remanet fæx. Nigro vero piceum eſt non bonum. *Natura.* Eſt calidum in fine primi, ſiccum in ſecundo. Et dixit Alcanzi, ꝙ eſt frigidum & ſtypticum, ſed non eſt ita. Quod autem eſt in regionibus meridionalibus eſt calidius. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtile valde, & eſt in ipſo pauca ſtypticitas, & eſt maturatiuum humiditatum groſſarum, viſcoſarum, quas cum ęqualitate reſoluit, in quo eſt virtus attractiua. Et eſt calefactiuum, [e] aperitiuum orificiorum venarum, & ingreditur in ſedatione dolorum. *Decoratio.* C Facit naſci pilos, & inſpiſſat eos, & prolongat eos, & [f] conſeruat proprie cum oleo myrtino, & cũ vino [f] †{ } & non facit [g] hoc, niſi qm̃ ipſum eſt ſubtile, & profundatur & reſoluit, & mundificat corruptionem corrodentem carnem, & eſt attractiuum. attrahit. n. materiam bonam ad pilos. verum ipſum non valet conferre caluiciei cum [g] incipit, & caſui pilorum cum apparet cutis, & fluxui capillorum, & non peruenit ad hoc vt ſanet alopeciam: qm̃ materia alopeciæ, non reſoluitur niſi virtute, quæ eſt ſupra virtutem reſolutionis eius, & virtute ſubtiliore magis, vacua ſtypticitate eius. *Vulnera & vlcera.* [h] In catageni, laudanum conſolidat vlcera duræ conſolidationis. *Membra capitis.* Diſtiliatur cum [e] oleo roſ. in aurem doloroſam, & ingreditur in medicinis ſoda & pulſationis. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [e] tuſſi. *Membra expulſionis.* Reſoluit [e] apãta matricis ſuppoſitum in peſſario, & extrahit fœtum mortuum, & [e] ſecundinam ſuffumigatione facta ex eo in traiectorio, & quando bibitur [a] cum vino antiquo conſtringit ventrem, & [e] prouocat vrinam.

† Laden. E Dioſ.lib.1.c.110. E † ciſtus. F Cap.169. & Di. F † & myrrha. G Ga.li.7.ſim.51.e H G.li.4.c.2.220.b

De†{*Lubue*}.i.[i] Styrace. *Cap.* 423.

Lubue quid eſt? Eſt ſtorax. Et dicitur illa, quæ liquida eſt mel lebni, & ſtoracis vel aſtarach, & eſt lachryma arboris, quæ eſt ſicut cydoniorum. Et nos quidem iam diximus in [k] cap. ſtoracis illud, quod diximus. Et nos reiteramus ſermonem illum quamuis ĩ eo ſit reiteratio. Et iam dicitur, ꝙ eſt oleum arboris alterius rumiæ. *Electio.* Melior ſpecierum ſtoracis eſt illa liquida per ſeipſum, [i] mel D lina, gummoſa, boni odoris perueniens ad citrinitatem, & non eſt nigra furfurea. Et quandoq; inuenitur de ea liquida ſimilis [i] myrrhæ: & quandoq; adulteratur cum oleis & melle. proijcitur enim in eis in ſole, deinde exprimitur. *Natura.* Calida eſt in primo, ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Ineſt ei virtus [i] maturatiua, lenitiua valde, calefactiua, reſolutiua: & eius fumus eſt ſimilis fumo olibani, & in ipſo eſt ſtupefactio † per naturam. & eius oleum, quod fit in Syria lenificat fortiter. *Apoſtemata & bothor.* Confert [l] duritiebus in carne, & [l] linitur ſuper bothor humidum, & ſiccum cum oleis. *Vulnera & vlcera.* Linitur [l] ſuper ſcabiem ſiccam & humidam, & eſt [l] epithema bonum ſuper eam. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confortat membra & confert lapidoſitati iuncturarum bibita & linita, & ponitur in oleis [i] conferentibus laſſitudini. *Membra capitis.* Retinet, quod ex ea humidum eſt, & quod ex ea ſiccum eſt, [i] catarrum ſuffumigatum, & [i] ad coryzam eſt vltima, & in ipſa eſt virtus faciens [i] ſubet, & præcipue in oleo eius. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [i] tuſſi antiquæ, & phlegmati, & dolori gutturis, & [i] clarificat vocem raucam cum lenitate vehemẽti. *Membra nutrimenti.* Digerit. *Membra expulſionis.* Lenit ſubtiliter naturam, & prouocat vrinã, & prouocat [i] menſtrua conuenienter bibita & ſuppoſita, & lenit [i] duritiem matricis. & quod ex ea ſiccum eſt, [l] ſtringit ventrem, [l] †{& cum ex ſtorace, aut ex liquida, aut ex ſicca bibitur aur. cum

† Lebni. I Dio.li.1.c.68. Repetit.c.593.& 615 K 593.& 615. † G.cõ.5.in li.6.de morb.vulg.83.c.& li.12.meth.c.1.b,& li.5.ſim.c.19.c,& li.2.de cõpõne med. ſm loc.fo.137.b. L Ser.c.46. L † exiguũ cum reſina terebithina catapotii mõ deuoretur, aluũ leniter mollit.

 æquali

æquali pondere de gummi amygdalarum: ſoluit phlegma viſcoſum abſq; impedimento.} *Permutatio.* Loco eius ponitur [a] æquali pondere caſtoreum, & duplum eius de oleo ſiſamino. E

De † {Lacca.} Cap. 424.

Lacca quid eſt? Dixerunt quidam de quibus eſt Paulus, eſt gumma herbæ ſimilis myrrhæ boni odoris, & oportet quidem vt adminiſtretur cum cautela. Alij vero errauerunt, & dixerunt hoc eſt karabe. Et dixerunt quidam, quòd hæc eſt lacca, verum lacca i pleriſq; proprietatibus eſt in virtute karabe. *Decoratio.* Eſt extenuatiue virtutis vehementis. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tremori cordis. *Membra nutrimenti.* [b] Confert hepati, & confortat ipſum, & confert [b] icteritiæ, & [b] hydropiſi, & doloribus hepatis.

[c] De † {Lehibach.} Cap. 425.

Lahaie quid eſt? Eſt arbor ſeſahie habens roſas boni odoris parum, quam apes paſcunt, & videtur, quòd ſit arbor, quæ nominatur beſaraue albuſengi altiriach quamuis non verificem illud. Et eius [c] quidem virtus eſt proportionalis praſſio, veruntamen eſt debilior ipſo, & eſt lacticinium. *Natura.* Eſt calida & ſicca in ſecundo. Et dicitur, quòd eſt calida & ſicca vſq; ad quartum. *Operationes & proprietates.* [c] Cum proijcitur ex lacte eius in gurgite piſcium aliquid ſuper aquam, eleuat eos. *Membra nutrimenti.* Facit virtuoſe vomere. *Membra expulſionis.* Soluendo educit aquam.

De † {Luhabat barbarica.} Cap. 426. F

Luhabat barbarica quid eſt? Eſt quiddam, quod eſt ſicut hermodactyli, & affertur de partibus Africæ, & adulterantur cum eo hermodactyli. *Natura.* Calidum eſt & ſiccum in ſecundo. *Membra expulſionis.* Mouet coitum.

De [d] † {Lingua auis.} Cap. 427.

Lingua. *Natura.* Eſt calida in tertio, humida in primo. *Operationes & proprietates.* Eſt in folijs eius conſtrictio, & mundificatio, & vis conſolidandi. *Vulnera & vlcera.* Folia eius conſolidant, & vlcera humida carne replent. *Inſtrumenta iuncturarum.* Cortices eius cum aceto ſuper conſtrictionem lacertorum poſiti, conferunt. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [e] tremori cordis. *Membra expulſionis.* [e] Addit in coitu. *Permutatio.* Loco eius in mouendo coitum ponitur æquale pondus de [f] nuce excorticata, & pondus eius de tuderi rubeo.

De † {Lingua bouis}.i.[g] Bugloſſo. Cap. 428.

Lingua bouis quid eſt? Herba lata habens folia ſicut almaru, & aſpera ad tactum, & rami eius aſperi ſunt ſicut pedes locuſtarum, & color eius eſt ex viridi & citrino. *Electio.* Oportet vt adminiſtretur illa, quæ eſt coraſceni, groſſa habens folia ſuper quorum faciem ſunt puncta, quæ ſunt radices ſpinarum, & pilorum exeuntium ab ea. Quæ autem in hac terra reperitur, & qua vtūtur medici, plurimum eius eſt genus almaru, & non eſt lingua bouis, & neq; confert vt iuuamētum illius eſt. G *Natura.* Proxima eſt æqualitati in calore: ad caliditatem enim declinat paruam, & eſt i fine primi in humiditate, & quæ ſicca eſt, eſt minoris humiditatis. Et dixerunt aliqui, quòd eſt frigida & humida in fine ſecundi, ſed illud eſt longinquum. *Membra capitis.* [h] Virtus eius, quæ aduſta eſt remouet [i] alcola, quæ ſunt in infantibus, & ſedat inflammationem oris, & ſimiliter ipſamet. ſed ipſa eſt debilior. *Membra anhelitus & pectoris.* Eſt lætificatiua, confortatiua cordis, bona melancholiæ ex ſolicitudine, & tremori cordis [k] in vino, & diſpoſitionibus melancholicis, & [h] quidam in potu eam tribuunt ad tremorem cordis calidum cum luti armeni pondere. ij. drac. [l] & confert tuſſi, & aſperitati cannæ, & proprie cum coquitur cum hydromelle, & zuccaro.

[m] De † {Lingua arietis}.i. Plantagine. Cap. 429.

Lingua arietis quid eſt? Eſt duorum generum. ſ. parua & magna, Inquit Dioſ. ipſa nominatur plurimum [n] coſtarum, & habet. vij. coſtas. Et folia quidem magnæ, maiora ſunt folijs paruæ, & eius ſubſtantia eſt compoſita ex aqueitate & terreitate, & aqueitate quidem infrigidat, & terreitate conſtringit. *Electio.* Earum magis iuuatiua eſt [m] maior, & fructus quidē, & radix ſunt propinqui naturæ folijs. Verum ſunt magis ſicci, & minus frigidi. *Natura.* Eſt radix eius ſiccior, & minus humida, & frigus eius eſt minus ſtupefactione ipſius, & ſiccitas eius eſt infra ipſius mordicationem, & propter illud eſt vltima ad vlcera, & eſt ſubtilis. & proprie cum ſiccatur. Inquit [o] Gale. Eſt frigida & ſicca in ſecundo. H *Operationes & proprietates.* Folia ipſius ſunt conſtrictiua, repercuſſiua cum aqueitate frigida, & propter illud ſunt vincentia curſum ſanguinis. & ſiccitas eius non eſt mordicatiua, & propter illud eſt iuuatiua ad conſolidanda vlcera antiqua, & recentia, & neque eſt aliquid melius ea. & in ea eſt apertio propter abſterſionem, quæ eſt in ea. Sed [m] & radix eius ſuſpenditur ſuper collum habentis ſcrofulas. *Apoſtemata & bothor.* Eſt bona [m] apoſtematibus calidis, & [m] aduſtioni ignis, & formicæ, & [m] ſceræ, & eryſipilæ, & apoſtematibus radicum [m] auris, & [m] ſcrofulis. *Vulnera & vlcera.* Eſt bona [m] vlceribus fraudulentis, & igni perſico ambulatiuo, & [m] vlceribus antiquis & vulneribus profundis, & eſt ſublimis vniuerſaliter in his capitulis, & confert cum [m] kimolea & ceruſſa quando ponitur ſuper eryſipilam. *Inſtrumenta iuncturarum.* Fit ex ea emplaſtrū ad [m] elephantiam, & prohibet augmentum eius, & ipſam detumeſcere facit. *Membra capitis.* Confert dolori auris ex caliditate. Et decoctio radicis, ore ea colluto confert dolori dentis, & pulmentum lentium in quo ponitur ipſa loco ſiclæ confert [m] epilepſiæ, & quando diſtillatur ſuccus foliorū eius in aurem [m] illius, qui dolorem patitur auris, ſedat dolorem. [p] † {Et quando maſticatur radix eius, aut colluitur os ex ſucco ipſius ſedat dolorem dentium, } & ſimiliter aqua foliorum eius ſanat al-

A Gal. de ſim. ... tis medicin. † Luch.
B Ser.c.ult.
C Raſ. vlti. t.i.c.389. † Lahaie.
F † Lhabe.
D † Leſan.
E Raſ.
F Ser.c. † Leſandi. G Dioſ. Repetic.
H Ser.c. I Raſis vltim. t.i.c.391.
K Dioſ. L Gal.
M Dioſ. † Leſan.
N Ser.c.
O Li.6.ſim.
P † D. decoctio ... dis & mand ... & colluitio ... tū dolores





A cola. *Membra oculi.* Confert [a] ophthalmiæ, & diſſoluuntur collyria [a] ophthalmiæ cum ſucco eius, & conferunt. *Membra anhelitus & pectoris.* Semen eius confert ſputo [a] ſanguineo, & pulmentum lentium in quo ponitur ipſe loco ſiclæ, confert [a] aſthmati. *Membra nutrimenti.* Radix & ſemen & folia ipſius ſunt bona in cura oppilationum hepatis & renum, & ex ea quidem decoquitur pulmētum lentium, & [a] ponitur ipſa loco ſiclæ, & confert hydropiſi. *Membra expulſionis.* Confert [a] vlceribus inteſtinorum, & [a] ſolutioni cholericæ potus ſeminis eius & clyſterizatio cum ſucco ipſius, & fluxum ſanguinis hæmorrhoidarum retinet, & bibuntur folia eius cum vino ad dolorem veſicæ, & [a] renum. *Febres.* Dicitur, quòd [a] confert febribus almethelete. i. triplicatis, ſeu quartanis, & oportet vt ad tertianam bibantur tres radices eius in vncijs. iiij. 5. vini commiſti, & ad quartanā quatuor radices eius ſimiliter. *Venena.* Ponitur cum ſale ſuper morſum [a] canis rabioſi.

De [b]. † {Lingua.} Cap. 430.

Lingua quid eſt? Subſtantia compoſita ex carne laxa, in qua [c] penetrant venæ, & nerui, & lacerti, & humor eius eſt humidus.

De † {Lucharidis.}.i.[d] Morochtho. Cap. 431.

Lucharidis quid eſt? Eſt lapis Aegyptius quo [d] fullones vtuntur in dealbatione pannorum, laxus, qui in aqua [d] velociter ſoluitur. *Operationes & proprietates.* Eſt glutinatiuus, exiccatiuus abſq; B mordicatione, ſtypticus, prohibens fluxum materierum ad membrum. *Vulnera & vlcera.* Eſt iuuatiuum vulnerum, & [d] vlcerum, & proprie in membris lenibus. *Membra oculi.* Confert fiſtulis lachrymalibus: & ingreditur in [d] medicinis vlcerum oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Eſt bonus ſputo [d] ſanguinis: *Membra expulſionis.* Confert ſolutioni antiquæ & dolori [d] veſicæ, & ſupponitur ad abſcindendum fluxum [d] ſanguinis [d] † {

De † {Luf}.i.[e] Dracunculo, & Aro, ſiue Lupha. Cap. 432.

Luf quid eſt? Alia eſt plana, & alia eſt criſpa, ſed criſpa eſt calidior, & exiſtimatur, quòd ſit ea, quæ dicitur luf ſerpentis. Et i plana quidem eſt terreitas plurima, quapropter minoratur eius abſterſio ab abſterſione criſpæ, etſi ambæ ſunt abſtergentes. Inquit Dioſ. [e] † {folia eius ſunt ſimilia folijs drachithum & minora propter diuerſitatem impreſſionum i eis, & ſtipites eius ſunt vnius palmi, & eius radix eſt ſicut radix medicinæ prædictæ, ſimilis piſtello mortarij, & fructus eius eſt citrinus. Criſpa autem eſt ſicut oliua.} *Natura.* Plana eſt calida in fine primi, & ſicca & criſpa in fine ſecundi, & in calefactione, & fortius, quod eſt in ipſa eſt ſemen eius, & iuuantius, quod eſt in ipſa, eſt radix eius. *Operationes & proprietates.* Eſt aperitiua oppilationum, inciſiua humorum groſſorum viſcoſorum cum inciſione æquali, & in ipſa eſt abſterſio. Et criſpa quidem in omnibus iſtis eſt fortior, q̄ aliæ, & proprie plana terrea. *Decoratio.* Radix [f] † {criſpæ} abſtergit pannum, & [e] morpheam, & lentigi- C nes paruas, & magnas, & proprie cum melle, & linitur cum vino ſuper [e] fiſſuras frigoris. *Apoſtemata & bothor.* Confert apoſtematibus indigentibus abſterſione. *Vulnera & vlcera.* Permiſcetur radix eius, & proprie radix criſpæ cum [e] vite alba, & ponitur in emplaſtris fraudulentis. Et illa in qua eſt humiditas eſt conuenientior vulneribus, q̄ ſicca, quæ eſt acutior, q̄ illud quo indigetur i vulneribus. Et quandoque contuſa ſumitur loco lycinij & emplaſtri ad omnia vlcera, & [e] fiſtulas, & fiunt ex radice eius glandes ad fiſtulas. Et folia eius ſunt bona vulneribus malis. *Inſtrumenta iuncturarum.* Radix [g] † {alluf} cum ſtercore vaccino valet ſupra podagram, & [e] contuſionem lacertorum. *Membra capitis.* Succus [h] † {botri eius, quæ eſt domeſtica} confert dolori auris. Et [e] quando ponitur in naſo [i] † {cum oleo roſ. prohibet corroſiones,} & [e] cancrum factum in eis. [k] † {Et cum accipitur ſuccus botri luf ſerpentis, quæ eſt ſuper eius extremitatem, & quando miſcetur ſuccus eius cum oleo, & diſtillatur in aurem, ſedat dolorem.} Et radix quidem eius eſt ex medicinis abſtergentibus ſordes auris exiccantibus vlcera eius conferentibus ſurditati. Et ſemen luf ſanat hæmorrhoidas, quæ ſunt in naribus: ita quòd cancroſitatem earum, immo cancrum ipſum, & conſilium eſt vt ponatur in naribus cum lana. *Membra oculi.* Confert [e] radix eius vlceribus oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Facit ſpuere, & conuenit aſthmati, & dilatationi [e] anhelitus, & coquitur in aqua aliquoties, donec remoueatur medicinalis vis eius: deinde comeditur in dilatatione anhelitus, & in aſthma- D te [e] antiquo, & radix eius facit illud, ſed in criſpa fortius. *Membra nutrimenti.* Ex eius comeſtione generatur humor groſſus. *Membra expulſionis.* Criſpa mouet [e] coitum in vino, & mundificat renes, & confert hæmorrhoidibus: & dicitur, [e] quòd cum ex fructu [l] † {criſpa} ſumuntur triginta numero cum aceto miſti, aut vino, eijcit fœtum. Et quandoque ſupponitur glans ex ea facta, & facit [e] abortum, & quandoque facit abortum [e] odoramentum huius plantæ apud arefactionem floris eius: & quandoque prouocat [e] vrinam. *Venena.* Quando fricatur [e] radix eius ſuper corpus, non mordet ipſum vipera.

De † {Liminio}.i.[m] Limonio. Cap. 433.

Liminum quid eſt? Fructus eius [n] eſt ſtypticus ſiccus. *Membra expulſionis.* Confert ſolutioni [m] ventris, & ſanguinis, & datur ad hoc in vino, & ſimiliter [m] fluxui ſanguinis menſtrui. & potio eius eſt [n] † {heeſuneſi.}

[o] De † {Lacte.} Cap. 434

Lac quid eſt? Lac ex tribus [p] compoſitum eſt ſubſtantijs aqueitate, & caſeitate, & butyroſitate. Et in vaccino quidem multiplicatur butyroſitas. Lac [q] vero camelarum partui vicinarum minus habet butyroſitatis, & caſeitatis, & eſt ſubtile valde. Et lac [r] aſinarum etiam minus exiſtens butyroſum

A Dioſ.li.2.c.119.
B † Leſan.
C Pau.li.1.c.85. & Raſ.t.1.c.11.
† Lucharidis.
D Dioſ.lib.5.c.93.
D † evulua.
† Luf.i. dragōtea.
E Dio.lib.2.c.158. & 159.
E † D. Folio cōſtat hederaceo magno candidis notis inſigni, caule recto, bicubitali, verſicolore, maculis reſperſo purpureis, ita vt anguem plane referat, baculi craſſitudine fruct' ſummo caule racematim cohæret, colore primū herbaceo & cūematurerit, croceo, guſtu feruens, mordaxq; radice aliquantulum rotunda, bulboſa, aro non abſimili, tenui obducta cortice.
D. li.2.c.159. de aro. Arū ſiue lupha folia emittit dracunculi, ſed longiora, & pauciora diſtincta maculis caulē ſuppurpureum, dodrantalem, piſtilli ſpē, à quo crocei ſemen exit, radice dracunculi alba.
F † dracunculi
G † Ari Dio. lib. 2. c.159.
H † Dio. ſeminis cū oleo inſtillatus.
I † ex lana polypū abſumit.
K † ———
L † dracunculi.
† Limonium.
M Dio.li.4.c.14.
N Raſ.vlti.conti. t.i.c.413.
N † ex vino aceta bulli menſura.
O Dioſ.lib.2.c.61.
† Leben.
P G li 4. ſim.c.17 & de ſuc.bo.c.4.c
Q G.li.3.ali.c.15.E
R G.li.5.me.c.11.a

roſum, eſt ſubtile. [a] Caprarum vero lac eſt temperatum. Et lac [b] ouinum eſt groſſum pingue. Et E lac vaccinum eſt pinguius & groſſius. Equarum [a] vero lac eſt ſicut lac camelarum partui vicinarum ſubtile aquoſum. *Electio.* Lac, [c] quod melius eſt hominibus eſt lac muliebre: & lac melius eſt, quod ex vbere ſugendo bibitur, aut ſicut mulgetur, & melius ipſius eſt, quod eſt vehementis [b] albedinis, æqualis eſſentiæ, quod ſuper vnguem diſtillatum figitur, & non currit, & eſt animal eius depaſtum planta bona, & [d] non eſt in ipſo ſapor extraneus, declinans ad acetoſitatem, aut amaritudinem, aut acredinem, aut odor extraneus horribilis. Et [e] oportet vt adminiſtretur ſtatim vt mulgetur, antequam conuertatur. [f] Et lac quidem omnis animalis, cuius prægnatio eſt prolixior prægnatione mulierum aut breuior eſt malum, quapropter proportionale, eſt illud, quod eſt pximum ſicut vaccinum. *Natura.* [g] †{Aqueitas eſt calida, & butyroſitas ad æqualitatem tendit, licet ad caliditatem declinet.} Et lac acetoſum eſt frigidum & ſiccum. *Operationes & proprietates.* Aqueitas eius eſt ſubtiliatiua, lauatiua, ſolutiua. Et in ipſa non eſt mordicatio. Et lac quidẽ eſt nutritiuũ, & ęquat chymos, & confortat corpus, & impinguat. Et quando bibitur cum melle mundat vlcera interiora ab humoribus groſſis, & maturat ea & lauat, & eſt boni chymi, augmentum faciens in cerebro, & proprie lac muliebre. & lac quidem eſt propinquæ digeſtionis. & quomodo non, cum ſit generatum ex ſanguine, quod eſt in ſummo digeſtionis, cui ſuperuenit digeſtio quædã alia, quamuis ſit ex membro: quod ad frigus declinat: non enim nutritur ab eo, donec fiat in diſpoſitione cibi, qui in F diget digeſtione plurima, & clarificatione poſt clarificationem: immo quando dominatur ei caliditas bona, reducit ipſum ad naturam ſanguinis æqualis velociter. O quam bonum eſt, quod Rufus dixit de eo, & ſi ei contradicatur, & propter declinationem ſuam ad frigus aliquod nocet phlegmaticis: quoniam caliditas eorum non conuertit ipſum ad ſanguinem ſicut oportet. Et corpus vtitur ipſo ante conuerſionem eius: propterea, ꝙ eſt ei propinquum, & propter hoc confert habentibus complexionem calidam & ſiccam, cum in ipſorum ſtomachis non eſt cholera. Amplius lac cum corporibus proportionalitates habet: quarum cauſæ non comprehenduntur. Illum autem, qui bibit lac, poſt ipſum quieſcere oportet vt non corrumpatur, & non aceſcat. verum oportet vt nõ ſuper ipſum dormiat, neq; ſuſcipiat ſuper ipſum cibum alium, donec deſcendat: & eſt magis conueniens conſiſtentibus, q̃ adoleſcentibus calidam habentibus complexionem. nam conuertitur in ipſis ad choleram. & confert ſenibus etiam: propterea, ꝙ humectat, & remouet pruritum, qui eis eſt ꝓprius, ſed oportet vt iuuentur ad ipſum digerẽdum cum melle. Et multoties quidem incipit lac ſoluere, & extrahere ſuperfluitates, quæ ſunt in partibus inteſtinorum: deinde incipit nutrire, & expãditur in corpus, & retinet materiam. & eſt inflatiuum niſi bulliatur. & eſt compoſitum ex ſoluente, quod eſt eius aqueitas, & conſtringente, quod eſt caſeitas ipſius. Et alleba eſt tardæ digeſtionis, & groſſi humoris, & tardæ deſcenſionis. Mel vero ipſam rectificat, & acquirit ex ea corpus nutrimẽ- G tum plurimum. & acetoſum eſt crudi humoris, & quod decoctũ eſt, & proprie, quod eſt groſſius eſt magis conſtrictiuum. & omne quidem lac poſſidere α oppilationes, & proprie ĩ hepate, niſi lac camelarum fœtarum, & ſimilium propter paucitatem caſeitatis eius, & abſterſionem aqueitatis ipſius. & confert materiebus, quæ effunduntur ad membra interiora, & lædũt ea ſua acuitate & mordicatione. debilitat. n. eas, qm̃ lauat ipſas vltra ablutionem aquæ, propter abſterſionem aqueitatis ſuæ, quæ abſterſio non eſt in aqua, & æquat qualitatem earum, ita vt intermediat cum proportionalitate ad membrum, deinde glutinat eas ſuper ipſum. ſ. inter membrum, & inter humorem malum. non ergo obuiat ei humor nudo. Et ipſum nocet habentibus fluxum ſanguinis. Lac præterea non eſt bonum viſceribus, & [b] lac caprarum eſt minus nocens viſceribus, q̃ aliud. Nanq; plurimũ eius quo paſcitur eſt conſtrictiuum. Ouinum vero lac eſt è contrario. & non eſt laudabile, & in ipſo eſt inflatio. Et lac quidem in ſua ſubſtantia eſt velocis conuerſionis, & proprie ad caliditatem, & neq; eſt aliquid nocibilius corpori, q̃ lac malum. Et lac [h] quidem aſinarũ eſt aquoſum, & lac [i] porcinum aquoſum eſt non maturum, & lac [b] vernale eſt aquoſum, comparatum ad æſtiuum, & ſimiliter lac animalis cuius paſtus eſt ripa, aut terra limoſa, qm̃ plãtæ [k] veris ſunt aquoſæ comparatæ ad plantas æſtatis. & quanto magis ingreditur vel accedit æſtas ad autumnum, tanto fit magis groſſũ. & quod melius eſt, eſt illud, quod eſt in medio æſtatis, veruntamen timetur in ipſo, ꝙ calor ipſum H conuertat poſtq̃ potatum fuerit. illud vero non timetur in vere. Vaccinum præterea eſt plurimi butyri. Et ouium plurimæ eſt caſeitatis & butyroſitatis. ſed caſeitas in lacte camelino eſt pauca, poſtea in lacte æquino, deinde aſinino. & propter hoc raro caſeatur in ſtomacho, & ſuperioribus ventris. Et in lacte quidem camelino eſt ſalſedo: propterea, quia diligunt acetoſum, & hoc eſt melius lac, & cum hoc dicitur, ꝙ eſt vehementis tarditatis in ſtomacho, & ſuperioribus ventris. Et [l] ſcias, ꝙ lac diuerſificatur ſm̃ ſpecies animalium, & ſm̃ ætatem, ſi eſt paruum, aut magnum, aut mediocre, & ſm̃ formam ſi eſt lenis carnis, aut duræ, pingue, aut extenuatum, album, aut alium habens colorem. Et debilius quidem lac, ſm̃ ꝙ dicitur eſt lac albi, & eſt velocioris deſcenſionis. *Decoratio.* Plurimus vſus [m] lactis generat pediculos, ſm̃ ꝙ quidam exiſtimauerunt, & non elongatur, verum ipſum abſtergit cicatrices fœdas in cute linitum, & colorem efficit valde bonum bibitum, verum ipſum facit multoties accidere albaras niſi lac camelarum recenter fœtarum. ex ipſo. n. raro timentur albaras. Et quãdo bibitur cum zuccaro colorem efficit valde bonum, & proprie mulierum, & impinguat ita etiam, ꝙ aqua caſei impinguat habentes complexiones calidas & ſiccas cum propter ipſam ſint macri. & nõ impinguat eos, niſi propterea, ꝙ humectat & extrahit humorem malum, quare

A Ga.li.3.ali.
B Dio.li.2.c.61.
C G.li.10.ſim. & 7.meth. & 1. de ſan. tue.
D G.10.ſimp.
E G.10.ſimp.
F Raſis vlt. t.1.ca.385.
G † G.li.4.ſi. pigius materia perata, craſſa, lũ ab ea dec & excrement lud ſeroſum ſi gidum & hum
Infra α
H G.li.6.de ſan. c.11.g, & 5. meth. c.12.a
k Ga.li.1.ali.
I G.li.10.ſim.
L G.5.de ſan. 7.g.h
M Raſ. vlt. t.1.c.385.



A quare rectificat nutrimentum. Et lac quidem alraib cum ſcoria impinguat illos velociter. Aqua vero caſei delet pannum & cicatrices linitum, & quandoq; confert eis bibitum. *Apoſtemata & bothor.* Multoties ſanantur illi quibus accidunt apoſtemata mala, & carbunculi, & almeſcere, & ſcabies, & [a] pruritus bibitione lactis cum in complexionibus eorum nõ fuit, quod corrumpat ipſum, & conuertat ad choleram. Et lac quidem nociuum eſt habentibus apoſtemata intrinſeca. *Vulnera & vlcera.* Lac rectificat [a] vlcera intrinſeca per hoc, ꝙ lauat, & ꝙ glutinat, & ꝙ mundificat, & cum non eſt in complexione, quod corrumpat ipſum, & ad choleram conuertatur habentibus vlcera. & aqua quidem caſei cum myrobal. ſcabiei eſt conueniens. *Inſtrumenta iuncturarum.* Lac malum eſt [a] neruis, & habentibus ægritudines neruorum, proprie frigidas & phlegmaticas. *Membra capitis.* Lac caprinum confert catarrhis, & retinet eos, & ipſorum acredinem meliorat. Et confert vlceribus palati, & lac eſt cura obliuionis ſiccæ: & triſtitiæ, & alienationis. Et lac [b] quidem nocet dentibus, & corrodit eos, & concauat, & conſumit eos, & proprie cum dens eſt frigidæ complexionis, & [b] laxam efficit gingiuam, ĩmo oportet vt poſt ipſum colluatur os cum melle, & vino, & oxymelle. Lac [a] aſininum, ſm̃ ꝙ dicitur cum colluitur ex eo os, confirmat dentes, & [a] gingiuam, & non eſt conueniens habẽtibus ſoda, & [a] vertiginem, & tinnitum, & proprie dormire ſuper ipſum, & vniuerſaliter nocet [b] debilia habẽtibus capita. *Membra oculi.* Lac facit euenire tenebroſitatem B viſus, & caliginem: verũtamen cum mulgetur in oculo confert ophthalmiæ, & nocumento materierum calidarum effuſarum ad oculum, & aſperitati. Et ſimiliter [c] quando permiſcetur cum albumine oui, & oleo roſ. crudo, & ponitur ſuper oculum. & confert emulſio eius in ipſo tarfati. *Membra anhelitus & pectoris.* Lac aſininum, & caprinũ bona ſunt tuſſi, et phthiſi & ſputo ſanguinis, ſm̃ ꝙ inuenitur in loco ſuo. Et lac ouinum iuuatiuum eſt ſputo ſanguinis. Et iterum lac eſt ex medicinis vlcerum [a] pulmonis, & phthiſis: & confert ore colluto ex ipſo & gargarizato pręfocationi, & ſquinãtię, & apoſtematibus vuæ, & amygdalarũ: verũtamen eſt nocitiuum habentibus tremorem cordis humidum quocunq; modo ſit ex ſanguine aut phlegmate. & lac quidem camelarum nouiter fœtarum confert aſthmati, & frequentiæ ſpiritus. Et lac eſt conuenientius pectori, q̃ capiti, & ſtomacho. *Membra nutrimenti.* Lac facit [d] poſſidere α oppilationes in hepate, & aqua [e] caſei confert icteritiæ. Et lac caprinum, & lac camelarum omnium, & lac aſinarum cõfert hydropiſi, & conferunt omnia illa duritiei ſplenis. Lac camelarum nouiter fœtarum cum oleo de alkerus eſt conueniens duritiebus intrinſecis, & facit [a] euenire inflationem in ſtomacho, & dolorem, & proprie alleba: & ambo commouent ſingultum, & eructuationem fumoſam, & proprie lac, & nocet [a] ſplenetico, & hepatico, & indigẽtibus regimine ſubtiliatiuo, niſi lac camelarum fœtarum, ipſum enim confert ægritudinibus plurimis ſplenis, & hepatis, & impinguat hepar. Et lac [f] quidem ca- C melarum fœtarum confert [g] hydropiſi valde, & proprie quãdo bibitur cum vrina camelarum nouiter fœtarum arabicarum, & [h] excitat deſiderium cibi, & facit ſitim. Et lac quidẽ acetoſum eſt tardæ digeſtionis valde, & eſt crudi humoris, verum ſtomachus calidus naturaliter, aut accidentaliter digerit ipſum, & [i] iuuatur cum ipſo, & non eructuat fumoſe propter ablationem butyri ab ipſo. *Membra expulſionis.* Aqua caſei ſoluendo educit cholerã aduſtam, & cum epithymo ſoluit melancholiam aduſtam. Et lac facit euenire lapidem. Et lac quidem decoctum donec conſumatur eius aqueitas, conſtringit vẽtrem, & retinet fluxum ſanguinis per inferiora. Et lac quidem camelarum nouiter fœtarum prouocat menſtrua. Et illud de quo extractum eſt butyrum, eſt bonum ſolutioni cholericæ. & fit clyſtere ex lacte nouiter mulcto ad vlcera inteſtinorum, & matricis. Lac caprinum valet [a] vlceribus veſicæ. Et lac ſuccurrit nocumento coitus, & vigorem fert ad coitum, & facit prouenire inflationem in viſceribus. Omne præterea lac groſſum excitat colicam, & [k] generat lapidem, & alleba proprie. Et lac quidem excitat coitum, ita ꝙ etiam lac acetoſum, & almen in corporibus calidæ complexionis hoc facit: propterea, ꝙ humectat, & ꝙ inflat. Et ſæpe lenit ventrem, & proprie lac equinum, camelinum, & aſininum: deinde lac vaccinum, poſtea lac caprinum, & quanto plus minuitur aqueitas. & quandoq; ſoluit ventrem multitudo ipſius, qm̃ non digeritur. Et [l] ſal quidem iuuat ad ſolutionem ipſius, & ad ſolutionem aquæ lactis. Decoctum vero & inſpiſ- D ſatum in quo extincti ſunt [m] lapides igniti, & laminæ ferri proculdubio ventrem conſtringit. Et lac quidem confert raſuræ inteſtinorum. Et lac acetoſum decoctum conſtringit fluxum cholericum & ſanguinem. Et lac quidem camelarum recenter fœtarum confert [n] hæmorrhoidibus. & quando lac ponitur ſuper apoſtemata ani, & vlcera eius, & apoſtemata femoris, & vlcera ipſius cõfert, & ſedat dolorem accidẽtem in his membris. *Febres.* Lac caprinum, & lac aſininum ſunt bona phthiſi & hecticæ, ſm̃ ꝙ determinatur in loco ſuo. Et lac acetoſum multoties expellit febres hecticas, qñ aufertur eius butyrum, & fuerit ita, ꝙ bene digeratur. Lac vero recenter multum groſſum ſm̃ [a] plurimum prohibetur in febribus, & non oportet approximare ei patientem febrem penitus. *Venena.* Lac confert potui medicinarum [a] mortalium, & ei, qui ſumpſit in potu [a] leporem marinum, & gummam rutæ agreſtis, & ſucharan & α iuſquiamum, & proprie, qui ĩ potu ſumpſit cantharides, & leporem marinum, & gummam rutæ agreſtis, & elleborum, & ſtrangulatorem adib & leopardi, & omnes medicinas corroſiuas, putrefactiuas. & eſt cura eius, qui in potu ſumpſit α iuſquiamum: reducit enim ipſum ad rationem ſuam.

De [o] †{*Lampade alcutrub.*} *Cap. 435.*

Lampaus alctrub quid eſt? Eſt planta proxima hyſſopo. *Electio.* Quod de ea adminiſtratur, eſt

A Dio.li.2.c.61.
B Ga.3.alim.c.15.b
C Gal.10.ſimplic. fo.73.h
D G.3.alim.c.15.a
Supra α
E Raſ.33.
F Lib.3.F.14.t.4.c.13.
G Raſ.32.
H Raſ.33.
I Gal.3.alimento. c.16.c.d
k D. & G.3.alim. c.15.a, & c.5. de ſani. tuen.c.7.g
L Gale.5.meth. c.12.a
M Gal.3.ali.c.15.g
N Raſ.33.
Infra α
Supra α
O † Serangi, vel ſeragi alcutrub.

eſt ſemen ipſius. *Natura.* Eſt calida in primo, ſicca in ſecundo, & eſt in fine ſecundi. *Operationes* E *& proprietates.* Eſt aperitiua, & magis dominans in ea eſt ſtypticitas, & abſcindit fluxum quocũq; modo ſit. *Vulnera & vlcera.* Conſolidat. *Membra capitis.* Fit ex ea emplaſtrum, & abſcindit fluxum ſanguinis ex naribus. *Membra anhelitus & pectoris.* Prohibet ſputum ſanguinis. *Membra expulſionis.* Confert vlceribus inteſtinorum clyſteri facto ex ea.

[a] *De* †{*Lilio.*} *Cap.* 436.

Lilium quid eſt? De ireos quidem iam.[b] diximus. Et in lilio [c] quidẽ hortulano eſt terreitas ſubtilis, acquirens amaritudinem, & in ipſo eſt aqueitas æqualis complexionis. *Natura.* Album hortulanum, quod nominatur lilium azeth eſt calidum & ſiccum in ſecundo: ireos vero ſyluestris eſt vehementioris calefactionis & exiccationis. *Operationes & proprietates.* Radix eius eſt abſterſiua, & deſiccatiua cum æqualitate. Et radix eius eſt magis abſterſiua, & oleum eius eſt ſubtilius: quoniam eius flos eſt ſubtilior. Et oleum eius eſt vehementioris reſolutionis & lenificationis, ſiue ſit aromatizatum, ſiue non ſit aromatizatum. & ireos quidẽ in omnibus illis eſt fortior, & eſt ſtypticus cum hoc, & in ipſo eſt virtus ſanãdi dolores & putrefactiones. *Decoratio.* Cofert [a] panno, & lentiginibus, & proprie radix eius & mundat faciem abluendo & luſtrat ipſam, & remouet contractionem ſeu [a] corrugationem eius. *Apoſtemata & bothor.* Si terantur folia & ſemina multum, & fiat ex eis emplaſtrum ſuper [a] eryſipilam cum vino, cõfert ei valde, & ſimiliter ſuper apoſtema- F ta phlegmatica immatura, & [d] ſcabiẽ vlceroſam, & eſcharas, & ſahaf, & ꝓprie cum permiſcemus ea alijs medicinis. *Vulnera & vlcera.* Radix eius confert [e] aduſtioni ß aquæ calidæ, qm̃ exiccatiua eſt, cum abſterſione æquali, & ſimiliter folia eius decocta, & conſolidat. Et melius quidem eſt vt ſit adminiſtratio eius cum oleo roſ. Succus [a] vero ireos & reliquorum decoquitur in aceto & melle, & in vaſe æreo, & valet ad vlcera antiqua, & vulnera. Et [e] domeſticum quidem eſt melius medicinarum, quæ ſunt aduſtioni ß aquæ calidæ. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eſt bonum [a] inciſionibus neruorum. *Membra capitis.* Ex decoctione radicis eius fit oris collutio ad dolorem dentium, & proprie eius, quod ſylueſtre eſt. Et oleum quidem eius eſt conueniens [a] vlceribus capitis, & [a] furfuribus eius, & qñ diſtillatur in aurem ſedat dolorem eius & ſonitum. *Memba anhelitus & pectoris.* Confert radix eius anhelitui dilatationis, & proprie ireos. *Membra nutrimenti.* Confert [f] ſpleni, & eſt malum ſtomacho proprie oleum eius. *Membra expulſionis.* Oleum eius eſt reſolutiuum, aperitiuum, lenitiuum [g] duritiei matricis, & bibitum, & inũctum. Et ſimiliter qñ decoquitur radix eius cum oleo roſ. & non eſt ei par in ęgritudinibus matricis, & ſimiliter oleum ireos, & extrahit fœtũ. & confert dolori ventris pungitiuo. Et [g] ſi decoquatur radix eius ſola cum aceto, aut cum ſemine iuſquiami, & farina tritici ſedat apoſtemata calida accidentia teſticulis. Et qñ bibitur ex oleo eius ℥.i.ſ. ſoluit, & eſt conueniens habenti ileos cholericum. Oleum vero irinum aperit orificia venarũ G hæmorrhoidarum, & ſimiliter radix lilij quocunq; modo ſit. *Venena.* Confert pũcturæ vermiũ venenoſorum, & proprie ſcorpionis, ipſum & ſuccus eius, & ſyrupus; & ſemen [g] ipſius bibita conferunt omnibus puncturis, & oleum eius eſt theriaca iuſquiami, & coriandri, & fungorum.

*De* †{*Liquiritia*}.i. [h] Dulci radice. *Cap.* 437.

Liquiritia. *Natura.* Radix eius temperata eſt, & ſi declinat ad aliquid, declinat ad caliditatem & humiditatem. *Apoſtemata & bothor.* Succus eius confert ſuper panaritium, & ſimiliter radix eius. *Vulnera & vlcera.* Eius ſuccus [h] valet ad vulnera. *Membra oculi.* Radix eius [h] confert vngulæ, & ſuccus eius eſt fortior. *Membra anhelitus & pectoris.* Lenit [h] cannam pulmonis, & mundificat eam, & confert pulmoni, & gutturi, & clarificat vocem. *Membra nutrimenti.* Sedat [h] ſitim propter humiditatem ſuã: & ſimiliter confert [h] inflãmationi ſtomachi. *Membra expulſionis.* Cõfert ardori vrinæ, & valet ad vlcera renũ, & veſicæ, & [h] ſcabiei ipſius. *Eebres.* Confert febribus antiquis.

[i] *De* †{*Lente.*} *Cap.* 438.

Lens quid eſt? Lentis eſt quoddam genus, quod comeditur, & eſt notum. Et eſt aliud genus ſylueſtre malum: & eſt lens amara, & manifeſtæ caliditatis, in qua eſt ſiccitas, & parum ſtypticitatis, & eſt ſm ꝙ dixit.[i] Dioſ. herba longa plurium ſtipitum eleuatorum ramorum, colorem habentiũ cydonij, longiorum & ſtrictiorum in quibus eſt aſperitas quædam, & ſunt decliues ad albedinem. H *Electio.* Melior eſt illa, quæ velocius decoquitur, & eſt alba, lata, & qñ cadit in aqua non denigrat eam. & oportet vt bene decoquatur in eius decoctione. *Natura.* [k] Gal. viſum eſt, ꝙ ipſa eſt æqualis in caliditate [k]†{& ſiccitate,} aut eſt decliuis parũ ad caliditatem, & propter illud non infrigidat apud comeſtionem ſui, neq; cum eſt in ſtomacho, neq; deſcendens. *Operationes & proprietates.* Eſt inflatiua, & cõpoſita ex virtute conſtrictiua, & abſterſiua, & facit.[i] videre ſomnia mala, & ſtypticitas corticis eius eſt plurima, & in ipſa tota eſt inflatio plurima, & inſpiſſat ſanguinem, & non currit in venis, & ipſa minorat α vrinam & menſtrua propter illud, & generatur ex ea humor melancholicus, & ægritudines melancholicæ, & [i] fortaſſe kiſt hordei eſt ei contrarium, quaſi aggregatur ex [l] commiſtione eorum nutrimẽtum valde bonum: & fortaſſe erit ex ſumma meliorũ nutrimentorum, & oportet quidem vt ſit kiſt hordei minus quãtitate lentis. & lentis etiam cum ſicla nutrimentum eſt laudabile, qm̃ ſunt contrariarum diſpõnum, quæ ambæ ſunt temperatæ, & ponuntur in ipſa hordeum, & mentaſtrum, & deterius, quod decoquitur cum lente eſt [l]†{alnẽkeſut.} Et oportet quidem vt proijciãtur ſuper vnam heminam lentis nouem heminæ aquæ, & decoquant valde. *Apoſtemata & bothor.* Quando decoquitur cum aceto, & fit ex ea emplaſtrũ reſoluit [i] ſcrofulas,

A Dioſ.lib.4. † Suſen. B Cap.349. C Gal.7.ſimp. fol.53.a,b D D.& G.7.ſimplic.53.b E Ser.c.189. Infra ß Supra ß F Raſis vl.cõ. t.1.c.422. G Dio.li.3.c.93. † Sus. H Dioſ.lib.4. I Dio.li.2.c.99. † Hades. I nihil dicit k Meditum temperatum caliditatis & ſiccitatis, deſiccat in ſecundo ordine lib.8.ſimp.63.b K †—— Infra α L G.1.ali.c.18. L † citto ...



A fulas, & apoſtemata [a] dura. Et in ipſa quidem cum repercuſſione eſt aggregatio ſaniei, & ipſius [b] multitudo generat cãcrum, & apoſtemata dura, quæ nominant̃ [b]†{ſachiros.} *Vulnera & vlcera.* Quando coquitur cum [c]†{aceto} replet vlcera profunda, & eradicat ſordes[a] vlcerum, & minorat ſordities eorum, & ſi fuerint magna, tunc apponatur cum eis, quæ ſunt magis ſtyptica, ſicut ſunt cortices granatorum & reliqua. Et cum aqua[a] marina ad herpetem heſthiomenum, & formicam, & fiſſuras accidentes [a] ex frigore. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eſt mala [a] neruis, ſed ſi ex ea cũ ſauich ponitur [a] emplaſtrum ſuper podagram confert, & multitudo eius facit [b] poſſidere [d]{lepram.} *Membra oculi.* Illius, qui plurimum eius comeſtione vtitur viſus [e] obtenebratur propter vehementiam exiccationis eius. Et quando ex ea fit emplaſtrum cũ corona [a] regia, & cydonio, & oleo roſ. ſanat apoſtemata oculi calida. *Membra anhelitus & pectoris.* Fit ex ea emplaſtrum decocta in aqua maris ſuper [a] apoſtemata mamillæ facta ex conſtipatione ſanguinis & lactis. *Membra nutrimenti.* Eſt [a] difficilis digeſtionis [a] mala ſtomacho, & generat [a] inflationem, & grauat. Et quando excorticantur de ea.xxx. grana & deglutiuntur, conferunt ſm ꝙ [a] dicitur mollificationi ſtomachi. Et non oportet quidem vt lenti admiſceatur dulcedo: ipſa.n. tunc faciet poſſidere [b] oppilationes plurimas in hepate. Et ex [b] eis, quæ ſunt neceſſario in eſſe lentis, eſt ꝙ ipſa eſt iuuatiua hydropiſis, & videtur propter exiccationem eius. *Membra expulſionis.* [f]†{quando decoquitur abſq; cortice ſuo ſtringit B ventrem, aut cum cortice ſuo quando decoquitur cum aqua, & expellitur ab ea aqua prima. illa nanq; prima aqua ſoluit ventrem. Et decocta quidem cum cortice proiecta aqua, magis eſt ſtrictiua, ꝙ̃ excorticata, qm̃ in cortice ipſius eſt virtus ſtypticitatis valde vehemẽs,} & fit fortior [a] ſtrictura eius ventris qñ decoquitur cum endiuia & lingua arietis, & portulaca, & cum ſicla, quæ nominatur nigra propter vehementiam ſuæ viriditatis, aut cum roſa, aut cum aliquo ſtypticorũ, poſtq; bene ſit elixata ante illud, & ſi nõ mouebit vẽtrẽ. Et ex ea fit [a] emplaſtrũ cũ [g]†{melicrato,} & cydonio, & oleo roſ. ad apoſtema ani. Et ſi [a] fuerit maximum, cum eo quod eſt magis ſtypticũ. Et lens quidem ſylueſtris, & eſt lens amara, ſoluit ſanguinem. Et [h] lens minorat vrinam, & [i] menſtrua: propterea, quia ipſa inſpiſſat ſanguinem. non ergo approximet ei habens læſionem in menſtruis & in vrina ex parte diminutionis, ſed amara facit ambo deſcendere, & prouocat vrinam.

[k] *De* {*Lana.*} *Cap.* 439.

Lana. *Vulnera & vlcera.* Aduſta [k] confert vlceribus, & [k] carni additæ.

[l] *De* †{*Lupino.*} *Cap.* 440.

Lupinus quid eſt? Eſt granum compreſſæ figuræ, amari ſaporis depreſſum, vel concauum in medio exterius & ex faba Aegyptiaca. *Electio.* [l]†{Sylueſtris eſt fortior in cibus, quæ narrantur de operibus eius, ſed eſt minor.} *Natura.* Eſt [m] calidus in primo, ſiccus in ſecundo *Operationes* C *& proprietates.* Lupinus in quo eſt amaritudo, abſtergit, & reſoluit ſine mordicatione de quo inquit [n] Gal. Lupinus a quo ablata eſt amaritudo eſt groſſius, & nõ eſt longum quin ſit glutinatiuus, & non remanet in eo abſterſio eius, & ex toto quidem eſt malus, difficilis digeſtionis, generãs humorem crudum in venis, qñ non digerunt ipſum bene. Ille vero, qui cum bonis conditus eſt, plurimi eſt nutrimenti. Et qñ eius decoctio fit bona, & digeritur, eſt non mali humoris, & in ipſo ſunt ſiccitas & viſcoſitas. Et ipſe quidẽ infunditur vt eius amaritudo remoueatur, deinde decoquitur, & penitus eſt medicinæ propinquior, ꝙ̃ cibo. *Decoratio.* Subtiliat capillos, & abſtergit pannum & [l] morpheam, & [l] veſtigia, & nigredinem, & bothor, & [l] abſtergit faciem, & proprie qñ decoquitur cum aqua pluuiali donec diſſoluatur, & confert adminiſtratio embrocationis ex decoctione eius ad albaras. *Apoſtemata & bothor.* Cõfert [n] bothor in facie, & vlceribus & [n]†{apoſtematibus calidis,} & [o] ſcrofulis, & duritiebus, aut cũ aceto & melle, aut ſicut oportet in vnoquoq; corpore. Et eius decoctio qñ funditur ſuper [l] cancrenas confert corruptioni eorũ. *Vulnera & vlcera.* Confert ſcabiei, ita ꝙ ipſe cum [l] radice [p]†{almezerion} nigri remouet ſcabiem beſtiarũ. Et confert herpeti [l] heſthiomeno, & [l] alhaſaf, & vlceribus malis,[l] & fraudulentis, & ſedat farina eius cum farina hordei dolorem vulnerum, & cõfert igni perſico. *Inſtrumenta iuncturarum.* Fit ex eo emplaſtrum [q] ſuper ſciaticam, & confert. *Membra capitis.* [q]†{Farina} eius confert vlceribus [l] capitis humidis. D *Membra nutrimenti.* Aperit oppilationes hepatis, & ſplenis [l] & ꝓprie, qñ decoquit̃ cũ [r]†{aceto &} melle, & proprie cum [s]†{melle &} ruta, & pipere,[t]†{Et ille, qui amaritudinem non habet, ſedat nauſeam, & excitat appetitum:} ſed ille cuius amaritudo egreditur, eſt difficilis penetrationis. *Membra expulſionis.* [u]†{Extrahit vermes, & aſcarides decoctus, & linitus ſuper ſumen, & deglutitus cum melle, aut potatus cum aceto cõmiſto.} Et confert doloribus mulierum, & [x]†{prouocat menſtrua, & extrahit fœtus cum ruta, & pipere ſuppoſitus & bibitus, & qñq; ſupponitur cũ myrrha, & melle ad illud, & extrahit vermes bibitus cum melle & aceto.} Et ſimiliter [l] prouocat vrinam, & in ipſo eſt conſtrictio vẽtris: dulcoratus vero, ſm ꝙ [y] quidã dicũt, neq; ſoluit, neq; ſtringit.

[z] *De* †{*Lactuca.*} *Cap.* 441.

Lactuca quid eſt? Illa, quæ eſt ſylueſtris, in virtute exiſtit papaueris nigri. *Natura.* [a] Gal. nõ eſt frigiditas eius, quæ hortulana eſt ad vltimum, ſed eſt ſicut frigus aquæ [a]†{gaderan.} Et humiditas eius eſt groſſior humiditate ſiclæ, & atriplicis, & ſubtilior humiditate maluæ. Et [b] dicit̃, ꝙ ipſa eſt in humectatione, & exiccatione inter caules, & atriplices, & oleris iameni. Dico autem, ꝙ ille, qui dixit, ꝙ eſt frigida in tertio, iudicauit de ipſa, quod eſt mali nutrimenti, & pauci, & nõ eſt ita: & videtur, ꝙ ipſa ſit in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Non eſt in ipſa abſterſio, neq; ſtypticitas,

neq;

A Dioſ.li.2.c.99.
B G.li.1.ali.c.18.c
B † ſcinhi
C † D.melle
D † elephãtiaſim
E Dioſ. & Gal.
F † Oppoſitũ Dio. Aluũ cũ cortice cocta ſiſtit, vi hẽt adſtrĩgẽdi, qua ex cã aluũ cohibet, ſi decracto antea corti ce diſcoquat̃ accurate, primaq; aq̃ interco q̃ndũ effundatur (quippe primũ id decoctũ vẽtrem reſoluit)
Ga.8.ſimp.ſo.63.b. lẽtiũ itaq; corp⁹ deſiccat & ſiſtit ventrẽ: cęterũ decoctũ ꝓuocat ꝓinde ẽt prior aqua abijcitur, vbi retentiõis cã adhibentur.
G.1.ali.c.18.d, lẽtes corticẽ hñt adſtringẽtẽ: & q̃ ipſorũ ẽ velut caro, craſſi ẽ ſucci ac terrei, auſterã hñs q̃litatem exiguã, cui⁹ cortex inſtę eſt particeps. ſucc⁹ porro ĩ ipſis ẽ, vt añ retulimus, adſtrĩgẽti cõtrari⁹.
G † D. meliloto.
H R.vl.cõ.t.1.c.417
I Ga.1.alim.c.18.e
K Dio.lib.2 c.65.c
L Dioſ.li.2.c.102.
† Tormus.
L † D.Sylueſtres lupĩi, ſatiuis ſiles, ſ; oĩo minores, q̃ eadẽq; ſatiuis pñt.
M R.vl.cõ.t.1.c.435
N G.Li.1.ali.c.23.c, & lib.6. ſimp.48.d
N † D.eorũ farina ĩflãmatiões cũ polẽta & aq̃ mitigat.
O D.eorũ farina ĩ aceto cocta illitaq; ſtrumas diſſipat.
P † chamęleontis
Q D.& Gal.lib.6. ſimp.48.d
Q † Decoctum
R †——
S †——
T † D.Lupini triti, vbi macerati dulceſcere cœperit, cũ aceto poti, faſtidiũ detrahunt, & cibi auiditatẽ faciunt.
V † D. Lupini ſatiui farina cũ melle delinctu, aut potu vẽtris aĩalia expellit. Ipſi quoq; macerati, & cũ ſua amaritudĩe eſitati, eadẽ efficiũt. Decoctũ eorũ idẽ mun⁹ pręſtat, cum ruta & pipere potum.
X † D.menſes & partus extrahit, cũ myrrha & melle ſubditum ĩuelere.
Y G.li.1.ali.c 23.c
Z D.li.2.c.129,130.
† Chas,
A 6.ſimp.48.e
A † fontane
B Ser.c.239.

nec̨ ſolutio propter euacuationem ſuam à ſalſedine, & ponticitate, & reliquis, [a] Sanguis vero ex E ea generatus eſt melior ſanguine generato ex oleribus, & quæ nutribilior eſt, eſt illa, quæ eſt elixata, & ipſa confert diuerſitati aquarum: & illa quidem, quæ nõ [b] eſt abluta eſt melior. Ablutio.n.addit ei inflammationem, & ſimiliter omnibus oleribus frigidis, & eſt velocis digeſtionis: & quando adminiſtratur in medio vini [b] prohibet ægritudines ebrietatis. Et illa quidem, ß quæ eſt ſylueſtris, in virtute exiſtit [c] papaueris nigri. *Apoſtemata & bothor.* Confert apoſtematibus [d] calidis, & [d] eryſipilæ linita, quando vtraq; non fuerint magna & vehementia. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eſt emplaſtrum conueniens ſuper torſionem. *Membra capitis.* Facit [d] ſomnum, & remouet vigilias elixata & cruda, & confert alienationi, & aduſtioni ſolis in capite, & eſt medicamen [e] oppilationis in naribus factæ. *Membra oculi.* Lac [f] eius, quæ ſylueſtris eſt abſtergit vlcera corneæ, & lac domeſticæ propinquum eſt ei, & ex ea fit emplaſtrum ophthalmiæ calidæ. Et lac ſylueſtris confert fiſtulis lachrymalium, & [d] aſſiduatio comeſtionis eius obtenebrat oculũ. *Membra anhelitus & pectoris.* Addit [d] in lacte. *Membra nutrimenti.* Confert [f] ſiti & caliditati ſtomachi, & inflammationis eius. Et hortulana quidem eſt bona [d] ſtomacho, & eſt velocis digeſtionis, & acceptio eius cum [e] aceto facit appetitum, & confert eius comeſtio icteritiæ. *Membra expulſionis.* Eius ſemen exiccat ſperma, & [d] ſedat deſiderium coitus, & confert [d] multitudini pollutionis, & olus eius minus eſt in illo, q̃ ſemen eius. Et de lacte quidem [d] lactucæ cum in potu datur [f] †{medietas drach. cum aqua,} ſolutiõe educit chymum aquoſum. F Et lac hortulanæ propinquũ eſt lacti ſylueſtris. Ipſa [g] vero lactuca nõ ſtringit, neq; ſoluit, q̃m non eſt ſalſa, neq; pontica, neq; abſterſiua, ſed eſt prouocatiua. Et [d] ſylueſtris quidẽ lac prouocat menſtrua. *Venena.* Lac ſylueſtris in potu datur morſui rutelæ, [d] & ſcorpionis.

De †{*Lactuca aſini*}.i. [h] Anchuſa. *Cap.* 442.

Lactuca aſini quid eſt? Eſt ſicut folia lactucæ ſubtilis, pluris [h] numeri, ad nigredinẽ declinãs, plus piloſa, & folia eius radici adhærent, cuius planta eſt groſſa: & color radicis eius ad rubedinem eſt decliuis, & tingit terram, & manum colore rubeo, & oritur in terra bona, & eſt ex ſubſtantia aquea, & terrea, & eſt alſengiar, & iam [i] dictum eſt de ea. *Electio.* Citrina eſt fortior, & alba eſt aquea debilis. *Natura.* Calida eſt, & ſicca in principio ſecundi: *Operationes & proprietates.* Eſt abſterſiua, aperitiua, & quod de flore eius eſt ſiccum, eſt fortius in illo. & natura quidem radicis eius eſt proxima naturæ ſeminis eius, ſed radix eſt fortior, & proprie ſicca. Inquit [h] Paulus, & in ipſa eſt virtus attractiua ex profundo adeo, q; extrahit ſurculos. *Apoſtemata & bothor.* Confert apoſtematibus duris vbicunq; ſint. *Vulnera & vlcera.* G Quando ex [k] eo fit ceratum conſolidat, & ſimiliter aqua eius in cerato. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eſt notum emplaſtrum ſuper podagram, & ſimiliter cum aceto ſuper ſciaticam. *Membra capitis.* Succus eius eſt mundificatiuus capitis facto caputpurgio ex eo, & adminiſtratur cum melle in cola, & confert linitum. *Membra oculi.* Quod de ea ſiccum eſt mundificat veſtigia remanentia in oculo, & groſſitudinem tunicarum. *Membra nutrimenti.* Mundificat hepar, & quæ cum aceto condita eſt valet [k] ad ſplenem comeſta, & vt emplaſtrum ſuperpoſita. *Membra expulſionis.* Prouocat menſtrua fortiter, & interficit embryonem viuum, & [l] extrahit fœtum mortuum, & confert apoſtematibus duris in matricem ſuppoſita, & ſedendo in aqua eius & aqua foliorum eius, eſt res magis prouocans menſtrua, & magis conueniens. Et quod de ea in vltimo adminiſtratur eſt aureus bibitus & ſuppoſitus. Et adminiſtratur cum cerato ſuper rhagadias ani.

Dio. Lib.4.c.22. De Lycopſi.
Lycopſis, quæ a nonnullis anchuſa vocatur, folijs lactucæ longioribus, aſperioribus, latioribusq;, craſſis, ad radicis caput recidentibus: caule longo, recto, ſcabro, hirſutis adnatis, multis, cubitalibus: flore paruo, purpureo: radice rubra, & adſtringente. naſcitur in campeſtribus. Cum oleo radix illita, vulneribus medetur. & cum farina hordeacea ignibus ſacris. ſudores peruncta mouet, adiecto oleo.

[m] De †{*Lentiſco.*} *Cap.* 443.

Lentiſcus quid eſt? Eſt nota. & rob quidem lentiſci & gumma eius defertur ad Mecham & nominatur hoc nomine. *Natura.* Calida eſt in tertio, ſicca in primo. *Operationes & proprietates.* Eſt abſterſiua reſolutiua attractiua ex profundo corporis. Et gumma eius eſt gũma in arbore alkenkam, & eſt ſicut laudanum in potentia, & eſt boni odoris, & ingreditur in odoramẽtis mulierum. *Membra capitis.* [n] Rob lentiſci cõfert valde fluori oris, & vlceribus eius. *Membra expulſionis.* In ipſa H eſt virtus conſtringendi ventrem.

[o] De †{*Lauro.*} *Cap.* 444.

Laurus quid eſt? Granum eius eſt ſecundum figuram auellanæ paruæ, ſuper quod ſunt cortices nigri ſubtiles, quod compreſſione frangitur in duas partes, quæ ſunt grani nigri ad citrinitatem, boni ſaporis, & eius odor eſt redolens, & eius folia ſunt ſicut folia myrti, præter quod ſunt maiora, & eius fructus eſt rubeus. Ipſa vero oritur in locis montuoſis, & virtus eius eſt in folijs & fructu. *Natura.* α Grana eius ſunt calidiora, & [o] cortices eius ſunt minoris caliditatis, & eſt oĩno [p] calida & ſicca in ſecundo. *Opertiones & proprietates.* In granis eius eſt mollificatio, & in ipſa tora eſt calefactio. Et α grana eius ſunt calidiora folijs ipſius, & calefactio partium ipſius, et exiccatio earum eſt fortis, ſed grana ſunt vltima, et cortex eſt debilior, & minoris caliditatis, et eius oleum eſt calidius oleo nucis. *Decoratio.* Linitur ſuper [o] morpheam cũ vino. *Apoſtemata & bothor.* Confert [o] cum pane et ſauich apoſtematibus calidis. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert doloribus neruorum omnibus, et eius oleum reſoluit [o] laſſitudinem. *Membra capitis.* Reſoluit ſoda, et eius oleum etiam, et ſimiliter ambo faciunt ad [q] dolores auris frigidos, et [o] confert auditui, et iuuatiuum eſt tinnitui et ca-

tarrho.

A Gal... B D.& Raſ... t.t.c.316. B Raſ.libr... Infra C Dio.c.39. D Dioſ.lib... & 130. E Raſ.vlti... t.t.c.316. F Gal.6.ſimp. F † D.ſimil... in aceto mi... duos obolos G Gal... † Charaſſ... H Dioſ.lib... Confundi... tit multa... in trib'... I Ca.19.&... K Dio.li... L D.onoch... M Dioſ.lib... † Daru. Repetit... N Raſ.in vltimo... t.t.c.418. O Dio.lib... † Gar. Repetit... Infra P Alt.c.118. Supra Q Dio.li...



A Dioſ.lib.1.c.90. B † grana. C † D. trib' obolis in vino odoratoſporus. D Dio.li.1.c.37. E † G.de ſub.me. ſerpillum aridum. † Achil.almelech. F Dio.li.1.c.39. G Lib.1.c.39. G † inſimi H Ser.c.18. I G.7.ſim.ſo.55.d K Raſ.vlti. conti. t.t.c.463. L G.7.ſim.ſo.55.d L † aſſaro M † aut poline, aut capitulis papaueris Intibove. N † D. vlcera manantia in capite illita O † Di.creta chia, & vinum. P † Di.doloribus aurium mitigãdis cruda ex paſſo inſtillatur. Q † Dio.li.1.c.39. In aceto aut roſaceo madefacta capitis dolorẽ lenit. R Dio.lib.1.c.39. S Dioſ.li.1.c.128. † Alas, vel as. S † myrtidanum T † myrtidanum V Ser.c.92.& Raſ. vlti.cont.t.t.c.475. V † Arentium foliorum farina X † cardiacorum Y † in farinam redacta. Z Raſ.vlti. conti. t.t.c.475. A † admiſto omphacino oleo, aut frigido roſacco cũ vino. Infra α C † D. Arentiũ foliorum farina vtiliter inſpargitur paronychijs.

A tarrho. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert ſtricturæ [a] anhelitus, & [a] difficultati dilatationis deglutita [b] †{ } cum melle, aut cum rob, & ſimiliter [a] curſui ſuperfluitatum ad pulmonem, & fiunt ex [a] ea loch cum melle, ad vlcera pulmonis, & [a] anhelitum dilatationis, & proprie ex granis eius. *Membra nutrimenti.* Oleum eius confert dolori hepatis q̃n bibitur cum vino odorifero, & ſimiliter [a] cortex eius [c] †{ } verum ipſa & grana eius ſunt [a] mollificantia ſtomachum, & commouentia vomitum. *Membra expulſionis.* Eius oleum facit nauſeam, & facit vomitum, & in ipſa eſt prouocatio menſtruorum, & vrinæ: & decoctio [a] foliorum eius confert ægritudinibus veſicæ, & matricis, adeo q; ſedendo in ea: & potio eius ad ſolutionem ſit.ʒ.ij.cum aqua mellis & oxymelle. Et q̃n de cortice eius bibitur aur.[a] frangit lapidem, & [a] interficit fœtum propter ſuam amaritudinem additam ſuper amaritudinem aliorum, & ſit potio.ix.kerates, & grana eius frangunt lapidẽ etiam. *Febres.* [d] Oleum eius confert horripilationi inunctum. *Venena.* Confert [a] mordicationi ſcorpionis cum vino & [a] recens emplaſtrum eſt bonum puncturæ veſpæ & apis, & omnino eſt theriaca venenis bibitis omnibus. *Permutatio.* Loco eius [e] †{ponuntur folia ſiſymbrij.}

## Litera. M.

B De †{*Meliloto*}.i. [f] Sertula campana. *Cap.* 445.

Melilotum quid eſt? Flos plantæ, coloris paleæ, in quo eſt lunaris figura, cum raritate ſua quandam habens duritiem. Et ex eo quidem aliud eſt album, & aliud citrinum. *Electio.* Ex eo melius eſt, quod eſt durius, & cuius color declinat ad albedinem parum per & ſapor ipſius amarior ſentitur, & cuius odor eſt manifeſtior. Inquit [g] Dioſc. Melius ex eo eſt illud in quo eſt croceus color, & eſt [g] †{melioris} odoris, quãuis odor ſpeciei ipſius in radice ſit paruus & debilis, & ſit in colore eius [h] color fœnugræci. *Natura.* Eſt calidum in primo, ſiccum in eodem. Et ad vltimum eſt compoſitum, & [i] caliditas ipſius eſt dominantior frigiditate ipſius. [k] Inquit Dioſ. Eſt æquale in frigiditate & caliditate. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt [l] ſtypticitas pauca, cum reſolutione, & propter illud digerit. Inquit Dioſ. Eſt liquefactiuum ſuperfluitatum. Et dixerunt alij eius ſuccus cum careno ſedat dolores, & eſt reſolutiuum, ſubtiliatiuũ, & confortatiuum membrorum. *Apoſtemata & bothor.* Confert apoſtematibus calidis, & [f] duris, proprie cum careno: & etiã permiſtum cum vitello oui [l] †{ } & farina fœnugræci, & ſeis lini [m] †{& papaueris ſm locum.} *Vulnera & vlcera.* Confert vlceribus humidis, & proprie mellino linitũ cũ aqua, & [n] †{ } cum aliquo deſiccatiuorum appoſito cum eo, quod ſit ſicut gallæ & [o] †{lutum leue, & lentes.} *Membra capitis.* [p] †{Cõfert apoſtematibus aurium, & dolori ambarũ ſuperpoſito emplaſtro ex eo C cum careno, & reliquis, quæ dicta ſunt, & diſtillatione facta in eis ex ſucco eius, & eius iuuamentum in doloribus eſt velocius.} [q] †{Ex ipſo quoq; fiunt embrocæ, & ſedant ſoda.} *Membra oculi.* Confert [r] apoſtematibus oculi facto emplaſtro ex eo cũ careno, & cum eis, quæ dicta ſunt. *Membra nutrimenti.* Cum adminiſtratur crudum, aut [r] coctum cum vino, aut cum eis, quæ dicta ſunt, ſedat dolorem ſtomachi. *Membra expulſionis.* Confert apoſtematibus [r] ani, & [r] teſticulorum facto emplaſtro ex eo cum careno, & cum eis, quæ dicta ſunt cum eo & decoctum cum vino.

[s] De †{*Myrto.*} *Cap.* 446.

Myrtus quid eſt? Nota eſt. Et in ipſa eſt amaritudo cum ponticitate, & dulcedine, & frigiditate propter ponticitatem ſuam: & ipſius [s] †{bunchum} eſt fortius, & fiunt ex eo trochiſci cum vino ſtyptico. Et in ipſa quidẽ eſt ſubſtantia terrea, & ſubſtantia ſubtilis pauca: & ipſius quidẽ [t] †{bunchum} eſt quiddã naſcens ſuper trunculos, ſeu ſuper virgultum eius in colore virgulti eius habẽs formam palmæ manus & figuram eius. Et in oleo ipſius ſunt omnia iuuamenta, quæ dicuntur. *Electio.* Fortior eſt, quæ ad nigredinẽ declinat, & proprie rotunda habens folia, & præcipuæ montana ex ea tota. Et flos eis melior eſt albus, & ſuccus: fructus eius, eſt melior: & eius quidem ſuccus cum veteraſcit, debilitatur, & techeregiet, ideoq; oportet vt ex eo trochiſci fiant. *Natura.* In ipſa eſt caliditas ſubtilis, & magis dominãs in ipſa eſt frigiditas, & eius quidem ſtypticitas eſt maior D frigiditate eius. Et videtur, q; eius frigiditas ſit in primo, & ſiccitas ipſius in termino ſecundi. *Operationes & proprietates.* Retinet ſolutionem, & ſudorẽ, & omnem fluxũ ſanguinis, & omnẽ curſum ad membrum. & q̃n cum eo fit fricatio in balneo confortatur corpus, & deſiccantur humiditates, quæ ſunt ſub cute: & embrocæ quidem decoctionis eius cum ſuper oſſa effunduntur, velocius fit ipſorum reſtauratio. & quod ex ea aduſtum eſt loco tuciæ ponitur ad hoc vt bonus fiat odor corporis, & confert omni fluxui ſanguinis linitum, & loco emplaſtri ſuperpoſitum, & bibitum: & ſimiliter eius rob: & rob fructus, & eius ſtypticitas fortior eſt infrigidatione eius. Et ipſius quidem nutrimentum eſt paruum, & in [u] eis, quæ bibuntur non eſt, quod conſtringat ventrem & conferat dolori pulmonis & tuſſi niſi ſyrupus ipſius. *Decoratio.* Eius oleum, & ſuccus, & decoctio ipſius cõfortat radices capillorum, & [s] prohibet caſum, & prolongat eos, & [s] denigrat, & proprie ipſius ſemina, [u] †{Et decoctio ſeminum eius in butyro} prohibet ſudorem [x] †{&} folia eius ſicca [y] †{ } prohibent [s] fœtorem aſcellarum, & ipſius [z] cinis loco tuciæ ponitur, & confert panno. *Apoſtemata & bothor.* Sedat apoſtemata calida, & [a] eryſipilam, & [a] fomicam, [a] †{ } & bothor, & vlcera: [b] †{& quod eſt ſuper α ambas volas,} [c] †{& aduſtionem ignis cum oleo.} Et ſimiliter eius ſyrupus & cum folijs ipſiu fit emplaſtrum poſt cõtuſionem ipſarũ cum oleo & vino:

et ſimi-

et ſimiliter eius oleum, et vnguentum factum ex ipſius oleo, et confert, quod ex eo eſt ſiccum cum proijcitur ſuper panaritium, et ſimiliter ceratum ex eo.} Et cum decoquitur etiam eius fructus cũ vino, et fit ex eo emplaſtrum ſanat vlcera, quæ ſunt in ambabus volis & manuum, et in vtriſq; pedibus, et [a] †{ aduſtionem ignis, et prohibet eos à veſicatione: et ſimiliter eius cinis cum cerato.} *Inſtrumenta iuncturarum.* Emplaſtrum factum ex fructibus eius decoctis cum vino, eſt conueniens [b] mollificationi iuncturarum. Et cum effunditur ſuper fracturam oſſium, quæ non conſolidanſ, confert eis. *Membra capitis.* Retinet fluxum ſanguinis ex naribus, et abſtergit [b] furfures, et exiccat [b] vlcera capitis, et [b] vlcera auris, et ipſius pus, cum ex ipſius aqua in ipſam diſtillatur, et confert ipſius ſyrupus [c] mollificationi gingiuæ, et eius folia cum in vino decoquũtur, et fit inde emplaſtrũ ſedant ſoda vehementer. *Membra oculi.* Sedat [b] ophthalmiam, et exitum, et cum coquitur cũ hordeo, ſanat earum apoſtemata: [c] †{et ipſius cinis}ingreditur in medicinis vngulæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Confortat cor, et aufert tremorem cordis: et confert fructus ipſius tuſſi propter dulcedinem ſuam, et [d] retinet ventrem vtentis eo, ſi eſt ſolutus ſua ſtypticitate: et cõfert [d] †{fructus} ipſius ſputo ſanguinis, et etiam ipſius rob ſimiliter. *Membra nutrimenti.* Confortat ſtomachum proprie rob eius, et ſemina [c] prohibẽt curſum ſuperfluitatum ad ſtomachum. *Membra expulſionis.* Succus fructuũ eius eſt [b] prouocatiuus, et ipſemet confert [b] ardori vrinæ, et veſicæ, et eſt bonus in prohibendo prouocationem menſtruorum. Et eius aqua ſtringit naturam, & [e] retinet ſolutionẽ cholericam, & melancholicam etiã ſi epithema fiat. Et ipſa cum oleo ſiſamino exprimit phlegma, & cum ſolutione emittit ipſum. Et decoctio fructuum eius confert fluxui [b] humiditatum matricis, & confert emplaſtro inde facto [b] hæmorrhoidibus, & confert apoſtemati [b] teſticuli: & eius decoctio confert exitui [b] ani, & [b] matricis. *Venena.* Cõfert morſui [b] rutelæ, & ſimiliter fructus eius, cum potatur cum vino, & ſimiliter [b] puncturæ ſcorpionis.

De [e] †{*Melongena.*} *Cap.* 447.

Melongena quid eſt? Nota eſt. *Electio.* Quæ ex ea eſt antiqua, eſt mala. Et eius ſapor & natura eſt ſicut alchali, recens vero eſt ſanior. *Natura.* Secundum filium Meſaugue eſt frigida: veruntamen verum eſt, ꝙ virtus in ipſa dominans eſt caliditas, & ſiccitas in ſecundo propter amaritudinẽ, & acuitatem ipſius. *Operationes & proprietates.* Generat [f] melancholiam, & generat oppilationes. *Decoratio.* Corrumpit colorem, & denigrat ſuperficiẽ corporis, & citrinat colorem, & quæ ex melongenis ſunt paruæ totaliter ſunt cortex, & ipſe quidem faciunt poſſidere pannum. *Apoſtemata & bothor.* Generat cancros, & duritiem, & lepram. *Membra capitis.* Generat ſoda & alſedar & facit fœtorem oris. *Membra nutrimenti.* Generat oppilationes hepatis & ſplenis, niſi illa, quæ cocta eſt in aceto: ipſa enim aperit [f] oppilationes hepatis fortaſſe. *Membra expulſionis.* Generat hæmorrhoidas: veruntamen ſi ex capitibus eius in vmbra ſiccis, & contritis fiat epithema confert hæmorrhoidibus. Et melongena quidem non habet proportionem ad ſtringendum, aut ſoluendum: veruntamen cum coquitur in oleo ſoluit, & in aceto ſtringit.

De †{*Mace*} i. [g] Macere. *Cap.* 448.

†Macis quid eſt? Eſt ſimilis folijs compoſitis duplicatis, ſeu inuolutis ſiccis declinans ad rubedinem & citrinitatem, ſicut cortex & lignum, & folia, mordicans linguam ſicut cubebe. Filius maſuie dixit, ꝙ eſt [h] cortex nucis muſcatæ. Meſiha dicit eſt ſimilis virtuti naremeſch, ſed eſt ſubtilior. *Natura.* Inquit [i] Paulus eſt æqualis, non calidus, & eſt ſiccus in [i] †{ſecundo.} Et non eſt dubitatio quidem in caliditate & ſiccitate ipſius. *Operationes & proprietates.* Reſoluit inflationem, & in ipſa eſt ſtypticitas. *Apoſtemata & bothor.* Reſoluit duritites groſſas, cum ponitur in cerato. *Decoratio.* Oris odorem bonum efficit. *Membra capitis.* Ex eo cum oleo violaceo fit caputpurgium ad ſoda frigidam ex ventoſitatibus groſſis in capite, & ad hemicraneam. *Membra nutrimenti.* Confortat hepar & ſtomachum. *Membra expulſionis.* [i] †{Conſtringit naturam patientium fluxum ventris, & confert dyſenteriæ,} & eſt bona matrici.

[k] De †{*Myrobalanis.*} *Cap.* 449.

Myrobalani quid eſt? [k] Eorum alij ſunt citrini immaturi: & alij ſunt nigri Indi, & ſunt illi, qui vltimi ſunt in maturitate, & ſunt pinguiores: & alij ſunt kebuli, qui ſunt maiores oĩum: & alij ſunt ſinij, qui ſunt minuti & leuiores. *Electio.* [k] Meliores ſunt citrini vehementis citrinitatis, & decliues ad viriditatẽ, graues, groſſi, duri: Kebuli aũt ſunt meliores, qui ſunt graſſiores, & [k] grauiores, & ſubmerguntur in aqua, & ſunt decliues [k] ad rubedinẽ. Et ſinij meliores ſunt illi, qui roſtrum habent. *Natura.* Dicĩ, ꝙ citrini calidiores ſunt nigris: & dicĩ, ꝙ Indi ſunt minoris frigiditatis, ꝗ Kebuli. Et oẽs quidem ſunt [k] frigidi in primo, ſicci in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Oẽs extinguunt cholerã, & conferunt ei. *Decoratio.* Nigri clarificãt [k] colorem. *Apoſtemata & bothor.* Myrobalani oẽs conferunt [k] lepræ. *Membra capitis.* Kebuli conferunt [k] ſenſibus, & ſeruationi, & rationi, & conferunt etiã [k] ſoda. *Membra oculi.* Citrini [l] valent oculo mollificato, & [k] expellunt materias fluentes ad ipſum facto ex eis alcofol. *Membra anhelitus & pectoris.* Cõferunt tremori [m] cordis, & triſtitiæ bibiti. *Membra nutrimenti.* Conferunt dolori ſplenis, & conferunt nutrimenti inſtrumentis oĩbus, proprie ambo [m] nigri. Ambo.n. confortant [m] ſtomachũ, & proprie nutriti, & [m] digerunt cibum, & confortant ſtomachũ totaliter præparando ipſum, & nutriẽdo, & [m] exiccando. Et citrini quidem optime præparãt ſtomachũ, & ſimiliter nigri. Et ſinij ſunt debiles i eo, quod agunt kebuli. Et in kebulis quidem eſt vis faciendi nauſeam, & kebuli conferunt [k] hydropiſi. Mem-

A *Membra expulſionis.* Kebuli & Indi frixi cum oleo, ſtringunt, & citrini ſoluunt choleram, & [a] parum phlegmatis. Et nigri ſoluunt melancholiam: & [a] conferunt hemorrhoidibus, & kebuli ſoluũt melancholiam, & phlegma. Et dicitur, ꝙ kebuli conferũt [b] colicæ: kebulorum autem potio ad ſoluendum infuſorum ſit à quinq; drach. vſq; ad drach. xi. & non infuſorum vſq; ad drach. ij. & dico, ꝙ ſit vſq; ad plus. De citrinis vero quandoq; ſumitur in potu vſq; ad. x. & plus tritis, & infuſis in aqua. *Febres.* Conferunt [a] kebuli febribus antiquis.

De †{*Muſco*}. i. [c] Lente paluſtri, & Muſco marino. *Cap.* 450.

Muſcum quid eſt? Fluuiale eſt aqueum, terreum, & marinum eſt vehementioris ſtypticitatis: ſed muſcum petroſum eſt furfur lapidum, & nos iam [d] diximus. *Natura.* Eſt frigidum. *Operationes & proprietates.* Retinet ſanguinem in omni loco, linitum, & marinum vehementius. *Apoſtemata & bothor.* Ponitur ſuper apoſtemata calida, & [e] eryſipilam, & formicã, & ſimiliter lenticula aquæ, quæ eſt ex ſpecie muſci cum ſauich. *Inſtrumenta iuncturarum.* Super [e] podagram calidam, & dolores iuncturarum calidos valet: & quando feruet in loco antiquo lenit neruos. *Membra expulſionis.* Fit ex eo emplaſtrum [e] ramici inteſtinorum, & detumeſcere facit eam, & glutinat.

De [f] †{*Mandragora.*} *Cap.* 451.

Mandragora quid eſt? Nota eſt, & nos iam perſcrutati fuimus eius narrationem in [g] capitulo de B iabrol. *Natura.* Secundum me eſt frigida vſq; ad tertium & humida.

[h] De †{*Muſcho.*} *Cap.* 452.

Muſchus quid eſt? Muſchus eſt folliculus aĩalis, ſicut gazel ipſe, niſi quia habet duos dentes albos, flexos ad interiora ſicut duo cornua. *Electio.* Melior eſt ſm ſuam minerã antebium, & dicĩ, immo ſcinium, deinde iurgiũ, deinde indus marinus, & ex parte paſtus, quod paſcit vtrũq; been, & ſpicam, deinde almaru. Et melior ex parte coloris & odoris eſt pomalis citrinus. *Natura.* Eſt [i] calidus & ſiccus in ſecundo: & quod ex eo ſiccum eſt apud quoſdam eſt fortior, ſeu potentior. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtilis confortatiuus. *Decoratio.* Facit [i] oris fœtorem qñ ponitur in cibo. *Membra capitis.* Qñ fit caputpurgium ex muſcho cũ croco, & pauca camphora, cõfert ſoda frigidæ, & ſolus etiã propter illud, quod in ipſo eſt de reſolutione & virtute: & ipſe [i] cõfortat cerebrum tẽperatum. *Membra oculi.* Cõfortat [i] oculum, & [i] exiccat humiditatem eius, & [i] abſtergit albuginem ſubtilem. *Membra anhelitus & pectoris.* Confortat [i] cor & lætificat, & ſanat tremorem cordis, & melancholiam ex ſolicitudine. *Venena.* Eſt theriaca venenorum, & proprie [k] napelli.

De †{*Maſtice*}. i. [l] Lentiſco. *Cap.* 453.

Maſtix quid eſt? Alius eſt romanus albus, & alius eſt cobthi ad nigredinem declinans, & arbor quidem eius eſt cõpoſita ex aqueitate pauca, & terreitate plurima, & eſt ſubtilior, & magis iuuãs ꝗ C olibanum. *Electio.* Melior eſt ille, qui eſt albus, purus, mundus. Et eius rectificatio eſt reſolutio ipſius, & dimiſſio in aceto per aliquot dies, deinde exiccatur. *Natura.* [m] Calidus eſt, & ſiccus in ſecundo, & eſt minoris calefactiõis & exiccationis, ꝗ olibanum. & in arbore quidem eius non eſt infrigidatio, & calefactio vehemens, & in ipſo eſt calefactio maior, ꝗ ea, quæ eſt in arbore eius. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtypticus, reſolutiuus, & [n] omnes partes arboris eius ſunt ſtypticæ. Et eius quidem eſt compoſitio ex ſubſtantia aquea tepida, & ſubſtantia terrea. Et radices eius, & cortices radicum eius, ponuntur loco acaciæ & heufiſtides, ſeu hypoquiſtidos, & loco eius & ſimiliter ſuccus foliorum eius. Et ex fructu quidem eius, fit oleum vehementis ſtypticitatis. [o] Gal. autẽ videtur videre in oĩbus partibus cum ſtypticitate lenificationẽ, & ſimiliter ſunt olea eius. [p] Cobthi vero, qui trahit ad nigredinem, ſtypticitas eſt minor, & exiccatio eſt maior, & eſt magis conueniẽs in eo, ꝙ neceſſe eſt reſolui fortiter. Et totum, quod in ipſo eſt de ſtypticitate, & lenificatione, & exiccatione eſt ſine impedimento, & eſt ſubtile valde: & liquefacit propter ſuam ſubtiliationem, & lenificationem, & caliditatem ſuam ſubtilem phlegma, & eſt cum hoc minoris acuitatis, & ſpiſſitudinis, ꝗ reliquę gummę. *Decoratio.* Ponitur in [q] dentifricis, & in gomaris: & facit [q] poſſidere pulchritudinem. *Apoſtemata & bothor.* Confert propter illud, quod in ipſo eſt de ſtypticitate, & lenificatione, apoſtematibus viſcerum. Et nigrum cobthi eſt cõuenientius duritiebus intrinſecis, & D nigrũ confert apoſtematibus formicalibus. *Vulnera & vlcera.* Prohibet ſuccus eius, & decoctio foliorum ipſius, [q] ambulatiua, & oleum arboris huius cõfert ſcabiei, [r] ita ꝙ ſcabiei pecudum, & canum. Et effunditur decoctio foliorũ, & ſuccus ſuper vlcera, [q] & generat carnem: & ſimiliter, [q] ſuper oſſa fracta, & reſtaurat. *Membra capitis.* [s] Maſticatio ipſius extrahit phlegma ex capite, & mundificat ipſum, & ſimiliter [q] collutio oris ex eo facta confirmat gingiuas. *Membra oculi.* [q] Adhærent eo pili palpebrarum inuerſati. *Membra anhelitus & pectoris.* [q] Confert tuſſi, & [q] ſputo ſanguinis, et proprie decoctio radicis eius, & corticis eius. *Membra nutrimenti.* Cõfortat ſtomachum, & hepar, & [r] aperit appetitum, & [q] ſtomachum efficit bonum, & [q] mouet eructuationẽ, & liquefacit phlegma eius [t] & confert apoſtematibus ſtomachi, & hepatis ſtatim. *Membra expulſionis.* Confortat hepar, & inteſtina, & confert [t] apoſtematibus eorum, & decoctio radicis eius, & corticis ipſius cõfert [q] fluxui ventris & [q] dyſenteriæ & raſuræ. Et ſimiliter ipſa folia fluxui ſanguinis matricis, & omnibus doloribus matricis, & curſui humiditatis earum malo, & [u] eminentiæ ſeu egreſſioni matricis, & ani: & ſimiliter oleum arboris eius, & prouocat mẽſtrua.

De Mu. i. [x] Meuo. *Cap.* 454.

Mu quid eſt? Eſt [x] †{fruſta diuerſæ figuræ in colore agarici, & habet pluerem trahens ad ſtypticitatem,

A Raſ. vlti. conti. t.1.c.473.
B Ser.c.107.
† Thaleb.
C Dio.lib.4.c.76. & 84.
D Cap.711.
E Dio.li.4.c.76.
F † Luſaha.
G 357.
H Ser.c.185.
† Meſch.
I Raſ. vlti. conti. t.1.c.483.
k Lib.4.Fen.6.t.1. ſum.2.c.1. & li. de viri.cor.de muſco, & Raſ.t.8.c.11.
† Maſteche.
L Dio li.1.c.75. Repetit.c.443.
M G.de maſtiche lib.7.ſimpli.55.c, & Raſis vlt.conti.t.1.c.457.
N G.li.8.ſim.61.h
O Lib.7.ſimplic ſo.55.c
P G.li.7.ſimpli.de maſtiche 55.c
Q Dio.lib.1.c.75.
R Raſ.vlti.conti.t.1.c.457.
S Serap. & Raſis.
T Serap.c.a.183. & Ga.7.ſim.pl.55.c, & Raſis.
V Gal.ibidem.
X G.8.ſim.61.h
X Dio.li.1.c.3.
X † D.anetho ſolijs & caule ſimile, ſed eo craſſius.

pticitatem, & amaritudinem, }& eſt boni odoris, [a] pungens linguam, & eſt radix plantæ. nõ enim adminiſtratur de eo niſi radix eius, & multiplicatur in terra macedoniæ. *Natura.* Eſt calidum & ſiccum in tertio: & in ipſo eſt humiditas extranea, non matura, inflatiua. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtile, abſterſiuum, aperitiuum, [b] ſimile ſpicæ in virtute: verum ipſum eſt fortioris calefactionis & ſtypticitatis. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert bibitum, & [a] linitum doloribus iuncturarũ. *Membra capitis.* Facit [a] ſoda plurimus vſus eius: & illud propter ſuperfluitatem humiditatis eius repertæ in ipſo. *Membra nutrimenti.* Confert hepati frigido & inflationi eius. *Membra expulſionis.* Confert [a] difficultati vrinæ bibitum, & more emplaſtri ſuperpoſitum: & ſimiliter doloribus veſicæ, & conſtrictioni [a] ſuperfluitatum in ea, & [a] prouocat menſtrua, & confert [a] doloribus matricũ, ita q̃ [a] enchatiſma in aqua eius. & confert dolori pungitiuo ventris, & rugitui, & [a] inflationi. E

A Dio.
B Raſ. vlti. t.1.c.477.

*De* †{*Mezerion*}.i.[c] Chamæleonte albo & nigro, & Chamelęa. *Cap.* 455.

† Mezerion
C Dio. lib. 3. c. 9. & lib. 4. c. 153. Repetitur
D Ser. c. 55.

Diof. Li. 3. c. 9. De Chamęleo.

Chamæleo niger, foliis ſcolymo ſimilis eſſet, niſi minora, tenuioraq́; ac rubro diſtincta viderẽtur. caulem emittit dodrantalem, craſsitudine digitali: ſubrubrum; & in vmbella flores ſpinoſos, tenues, hyacinthi ęmulos, verſicolores: radice craſſa, nigra, denſa, interdum exeſa, quæ diſſecta flaueſcit, & cõmãducata mordet. Prouenit in campeſtribus, ſiccis, & cliuoſis tractibus, & maritimis. Decoratio. Radix trita addito attramenti ſutorii exiguo, cedrino oleo, & axungia, ſcabiem abigit. Eadem, cum ſibi ſulphur, & bitumen aſciuit, & cocta in aceto illinitur, impetigines abſterget. vitia cutis in facie, vitiligineſq́; cum ſulphure emendat. Vulnera, & vlcera. Erodentibus medicamentis admiſcetur. phagedænas, tetraq́; vlcera illitu ſanat. Membra capitis. Decoctam collutione dentium dolorem mitigat. cum pari pipere, & cera oblita radix, dolenti denti auxiliatur. radice conciſa, & in aceto decocta, dentes fouẽtur. eos quoque frangit, ſi ſcriptorio ſtylo feruens admoueatur. Quare Chamæleo vocetur, a varietate foliorum euenit. mutant. n. cum terra colorem. hic viridia, illic albicantia, aliubi cęrulea, nõnuſquam rubra inueniuntur. F

Diof. Lib. 4. c. 153. De Chamælea.

Chamęlea ſurculoſa fruticat, ramis dodrantalibus. folia oleę ſimilitudinem habent, tenuiora, & amara, quę guſtata linguam mordent, & arteriã deradunt. Vulnera, & vlcera. Foliis cum melle tritis ſordida vlcera, & cruſtoſa repurgantur. Membra expulſionis. Detrahit pituitam, bilemq́: foliis pręſertim in catapotio deuoratis. Namq; duę abſinthii partes, adiecta chamęlęę vna, hydromelite excipiuntur, & in catapotia coguntur. ea autẽ in ventre non liqueſcunt. ſiquidem quotquot fuere deuorata, regerũtur.

Mezerion quid eſt? Eſt lacticiniũ magnum, quod eſt [d] duorum modorum. vnum eorum eſt magna habens folia ſubtilia, & alterum eſt parua habens folia ſpiſſa, & hoc eſt deterius amborum. Et [e] quod nigrum eſt, eſt perniciosum. *Electio.* Melius mezerion eſt in quo ſunt folia plurima, & [f] ſimilia folijs oliuæ, & ſubtiliora. Quod vero folia parua habet, quæ ſunt criſpa, eſt malum. ſed quandoq; malitia almezerion frangitur cũ reſolutione. *Natura.* Eſt calidum & [d] ſiccũ in quarto. *Operationes & proprietates.* Eſt acutum, mundificatiuum, excoriatiuũ, & eius aduſtio ẽ vehemẽs. *Decoratio.* [g] †{Oẽs ſpecies adminiſtrantur ad morpheam, & ad albaras, & ad lẽtigines linitę exterius, & quãdoq; admiſcetur ei ſulfur in ipſo.} *Vulnera & vlcera.* [h] †{Oẽs ſpecies eius adminiſtrantur ad impetiginem,} & vlcera ſordida cum melle, & eradicant eſcharas propter illud, quod eſt in eis de ſubſtantia reſolutiua, corroſiua, & ſimiliter exiccant ſcabiem. *Membra capitis.* Colluitur os cum decoctione eius, & proprie decoctione nigri, & ſedatur dolor dentis. Et quandoq; fit vt adhæreat ei aliquid ex eo cum pipere & fruſto faui ſuper dentem doloroſum. *Membra nutrimenti.* [i] Nocet hepati valde. *Membra expulſionis.* Soluendo educit aquam, & proprie, quod accipitur humidum hora ſui floris. Eius autem acuitas frangitur ſi infundatur in aceto, deinde exiccetur. [k] †{Et ex eo quidem infuſo in potu ſumuntur ſex aur. decocto in lib. i. & .5 aquæ donec de ea remaneat medietas, & quarta, & bibitur, & ſolutione educit lumbricos, & aſcarides, & proprie acſunafi ex eo in decoctione calamenthi montani.} [l] †{Et quandoq; ſumuntur. 3. xxij. de eo & poſitæ in duobus vrceis vini, dimittuntur ſic duobus menſibus, deinde colantur, & poſt dimittuntur duobus menſibus. deinde dantur in potu ad hydropiſim.} & ad purgationẽ mulierum, quæ pepererunt, & conferunt. & [m] eius decoctio confert difficultati vrinæ vehementi. & [n] dixerunt, q̃ ipſum etiam ſolutione educit melancholiã & humores phlegmaticos: & proprie qñ miſcetur cum duplo abſinthij quantum ipſum eſt. Et quidam eorum ſunt, qui aſſumũt de eo aur. cum duplo ipſius de abſinthio confecto cum melle decocto, & faciunt ex eo collyria. & oportet quidem vt ſi ſit ad ſoluendum aquam citrinam, admiſceantur ei alia ſolutiua, quæ ipſam ſoluunt. Et ſi quæritur vt eo ſoluatur melancholia, fiat ex eo ſimiliter & miſceatur ei, quod ſoluat melancholiam. *Venena.* [o] Mezerion bibitur cum vino ad morſum vermium venenoſorum, & eſt proprie nigrum, venenum mortiferum. Et [p] quando miſcetur cum ſauich, & coniungitur cum aqua & oleo interficit mures, & canes, & porcos. Et quod de eo interficit homines eſt pondus. drach. ij. [q] interficit enim cum turbatione & vomitu & ſolutione. G H

G † Dioſc. Vitia cutis ... vitiligineſq; ... ſulphure emendat. Dio. ibi. Radix trita, addito attramenti ſutorii exiguo, cedrino oleo, & axungia, ſcabiem abigit. Eadẽ, cum ſulphur & bitumen aſciuit.
H † Dio. li. 4. c. 153. de chamælea. Foliis cũ melle tritis ſordida vlcera, & cruſtoſa repurgantur.
I Serap. ca. ... Raſ. t. 3. c. 40.
K † Dio. lib. ... Quæ radix ... acetabuli menſura ... latas interaneorum tineas pellit, ... autem in ... ſtero, cum ... ferueſacti ſocia ...
L † Dio. lib. ... Hydropicis ... diſsime drachma in vino datur.
M Dioſc. li. ... chamæleõte ...
N Dio. lib. 4. c. ... de chamælea
O Dioſc. li. 3. c. ...
P Dio. lib. 3. c. ... Chamęleõte ...
Q Li. 4. F. & c. ... 2. c. 7. & Paul. ... c. 38.
R Raſ. vlti. ... t. 1. c. 454.

*De Maru.* *Cap.* 457.

Maru quid eſt? Dicunt Indi, & eſt ſpecies plures. [r] Eſt. n. quædam ſpecies eius, quæ eſt boni odoris, & eſt marmauſi, vel marmahe, & eſt calidior & ſiccior. Et eſt ſpecies alia, quæ eſt minoris odoris & dicitur ſumuſa, & eſt calida, & lenis. Et tertia ſpecies nominatur almaru album, quæ eſt temperata, & in ipſa eſt virtus lætificatiua. Et exiſtimo, q̃ illa in qua eſt virtus lætificatiua, eſt lingua bouis. Et eſt alia ſpecies, quæ nominatur marmaheus, & eſt calida & ſicca ſubtiliatiua. Et eſt ſpecies, quæ nominatur miſebar, & eſt frigida, ſm̃ q̃ dicit narrator eius *Natura.* Eſt calidum & ſiccum in ſecundo, deinde diuerſificatur. *Operationes & proprietates.* Omnes ſpecies ſunt carminatiuæ ſubtiliatiuæ, reſolutiuæ inflationum, & phlegmatis, aperitiuæ oppilationum vbi ſunt. *Membra capitis.* Diſtillatur cum aqua lactis in aurem doloroſam. Et Miſcebar quidem confert ſoda calidæ, & reliquæ ſpecies almaru conferunt ſoda frigidæ: ſed quod de eo odoriferum eſt, facit ſoda [r] proprie qñ

odoratur

 

A Raſ. vlti. cõti. t. 1. c. 454.

A odoratur ſuper vinũ. *Membra nutrimenti.* [a] Reſoluit phlegma ex ſtomacho, & confert dolori ſtomachi, & confortat ipſum. *Membra expulſionis.* Confortat inteſtina, & ſemen eius cũ frigitur confert raſuræ inteſtinorum, & dyſenteriæ, & [a] ſi non frigitur, ſolutione educit phlegma.

B † Marmahaus.

*De*[b] †{*Marmacora.*} *Cap.* 458.

Marmacora quid eſt? Nota eſt. Et flos quidem eius eſt cinericius ad viriditatem declinans, & boni odoris aromatici. *Natura.* [a] Inquit Dioſ. Almarmacora eſt calidior maiorana, & fortior, & eſt calida in tertio, ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtilis, reſolutiua, ſedatiua ventoſitatum, aperitiua oppilationum phlegmaticarum, vbi ſunt. *Membra capitis.* [a] Inebriat velociter, qñ cũ ponitur in vino, & [a] facit ſoda odoratus eius vltime: verum reſoluunt odoratus eius, & multitudo ipſius, & declinatio ſuper embrocam ipſius, omnes vapores, & ſoda frigidos, & eſt ſimilis ſceha in hoc. *Membra nutrimenti.* Confortat ſtomachum, & aperit oppilationes viſcerum, & exiccat humiditatem ſtomachi. *Membra expulſionis.* Confortat inteſtina.

*De Mugath.* *Cap.* 459.

Mugath quid eſt? Dixerunt quidam, quod eſt venæ ſeu radices granati ſylueſtris, ſed non eſt cõueniens hoc, quod dixerunt, quoniam ſemen eius eſt conueniens coitui, & mouet ipſum fortiter. *Natura.* Eſt calidum in ſecundo, humidum in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt confortatiuum membrorum. *Decoratio.* Eſt impinguatiuum. *Inſtrumenta iuncturarum.* [c] Confert cum ex eo fit emplaſtrum torſioni, fracturæ, & attritioni lacertorum, & dislocationi, & cõfert podagræ, & ſpaſmo, & eſt bonum aldesbot, & duritiei iuncturarum. *Membra anhelitus & pectoris.* Lenificatiuum eſt duritierum, quæ ſunt in gutture, & pulmone. *Membra expulſionis.* Mouet coitum, & proprie ſemen eius.

B

C Raſ. t. 3. c. 40.

† Merdaſengi.
D Dio. li. 5. c. 52.

*De* †{*Merdeſenz*}.i.[d] Spuma argenti. *Cap.* 460.

Merdeſenz quid eſt? Merdeſenz eſt plumbum aduſtum, & qñq; fit abſq; plumbo, & peruenit ad ſummum rectificationis ipſius: aut quia decoquitur [d] in aceto: aut vino puro, deinde aduritur vice vna, aut duabus, aut aduritur ſuper prunas & aufertur ab eo, quod ſuper ipſum eleuatur: [d] aut decoquitur cum aqua & frumento, & cum hordeo, donec findatur, & remouentur ab eo frumẽtum & illa aqua, & decoquitur cum aqua recenti, donec purificetur, deinde ſubmergitur ab illa aqua. Fit hoc de eo multoties, deinde mundificatur cum ſale multoties, ſicut ſcis. & quandoque fit aliud. *Natura.* Inquit [e] Galen. Decliue eſt ad exiccationem, ſed eſt debilis calefactionis, & infrigidationis. Apud alios vero eſt decliue ad aliquantulum frigoris. Et illud, quod eſt ablutum, eſt proculdubio frigidum. *Operationes & proprietates.* Eſt conſtrictiuum, & exiccatiuum, & abſtergit parumper cũ ſtypticitate, & glutinatione, & ſubtiliat groſſum, & ſtypticitas, & abſterſio ipſius ſunt paruæ. Et ipſum quidem eſt materia emplaſtrorum. Aggregat enim medicinas, & frangit ſuperfluitatem reſolutionis, & corroſionis, & ſtypticitatis etiam. *Decoratio.* Efficit odorem corporis bonum, & [f] aſcellarum, & [f] prohibet raſuram coxarum, & [d] abſtergit pannum, & [d] cicatrices nigras, & ſanguinem mortuum: & proprie illud, quod eſt ablutum, & delet [f] veſtigia variolarum, & [f] prohibet ſudorem. *Vulnera & vlcera.* [f] Creat carnem in vlceribus per accidens. Sed [e] Gal. eſt ex eis, qui dicunt, q̃ ipſum non mundificat, & non ſordidat, & non generat, & corrodit, ſed eſt materia vnguentorum, & confert excoriationi almagabin [f] & coxarum. *Membra oculi.* [d] Illud quod eſt album ablutum ponitur in alcoſol, & abſtergit oculum. *Membra expulſionis.* [f] Si bibatur, prohibet vrinam. Et mulieres quidem in regione noſtra dant ipſum in potu propter fluxum ventris, & vlcera inteſtinorum, et quãdoq; proijciunt in vaſis aquæ, et minuitur eius nocumentum. *Venena.* [f] Eſt pernicioſum, retinens vrinam, et inflat ventrem, et duo emunctoria, et conſtringit linguam, et præfocat, et ſtringit anhelitum.

E Lib. 9. ſimp. de plũbagine. ſo. 70. d

C

F Raſ. vlti. ſconti. t. 1. c. 428.

† Meſcatrameſihe.
G Dioſ. lib. 3. c. 30. & 31.
H Dio. lib. 3. c. 31.
I. † ſagittas quib' percuſſe fuerunt.

*De*†{*Meſcatrameſcir*}.i.[g] Dictamno et Pulegio. *Cap.* 461.

Meſcatrameſcir quid eſt? Stipites ſimiles alaſaheſefram ſicco ex quo non aſſumitur in principio cibi ſapor plurimus neq; odor, deinde ſuccedunt amaritudo, et acuitas. [h] Et quando paſcunt ipſum pecudes facit emulgere [i] †{ſanguinem,} et ponitut loco calamenthi, immo eſt eo fortius plurimũ. Et eſt duarum ſpecierum, quarum vna eſt meſcathameſiha verum, et altera eſt mendoſum falſum, et eſt ei ſimile: verum habet diſpoſitiones debiliores diſpoſitionibus illius. *Natura.* Eſt calidum et ſiccum ad tertium perueniens. *Membra anhelitus & pectoris.* Ipſum extrahit [k] humiditates viſcoſas ex pectore, et pulmone. *Membra nutrimenti.* [k] †{Syrupus eius} confert conturbationi, et [k] nauſeę. *Membra expulſionis.* Prouocat [k] menſtrua fortiter, et vrinam: ita quod facit mingere ſanguinem, et extrahit [k] fœtum bibitum, et ſuffumigatum, et ſuppoſitum, et eius ſyrupus prouocat [l] †{ ſanguinem partus.}

D

k Dio. li. 3. c. 30.
k † D. Cum poſca.
l. † D. ſecundas.

M Dioſ. li. 2. c. 76 & 75.

*De Mum.*i.[m] Cera et propoli *Cap.* 462.

Mum quid eſt? Mum purum eſt parietes domorum apum, in quibus faciunt oua, et pullos, et aduenit in eis mel. Et mum quidem nigrum eſt ſordes vaſibus adhærens. *Natura.* Eſt æquale. *Operationes & proprietates.* Et lenitiuum, et replet vlcera ſordicie, et humectat per accidens, quoniam conglutinat, et oppilat poros, et eſt materia emplaſtrorum infrigidantium, et calefacientium omnium. et non eſt dubitatio, quoniam in eo fit maturatio parua, et aliquantulum reſolutionis, ex multitudine reſolutionis mellis. Et in mum quidem nigro, quod eſt ſordes vaſorum eſt attractio vehemens ex profundo. Attrahit enim α ſurculos et [n] ſpinas: et in ipſo ſunt ſubtilitas, et mundificatio

Infra α
N Dioſ. c. 76.

 V catio

catio pauca, & lenitas vltima. *Apoſtemata & bothor.* Lenit [a] duritiem apoſtematum. *Vulnera & vlcera.* Lenit [a] eſcharas, & implet vlcera ſorditie, & nigrum [b] extrahit a ſurculos, & ſpinas. *Inſtrumenta iuncturarum.* Lenit [a] neruos. *Membra capitis.* Mum nigrum ſui odoris fortitudine facit [a] ſternutationem. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [a] aſperitati pectoris linitum, & deglutitum proprie, & quandoq; concutitur cum oleo violaceo, & [c] prohibet lac coagulari in mamillis ablactantium. exiſtimo, ꝙ dicat bibantur grana ſicut miliũ .x. numero [d] †{ } *Membra expulſionis.* [e] †{Bibuntur de eo in modum pillularum .x. in quibuſdam ſorbitionibus de milio, aut de rizo} ad vlcera [c] inteſtinorum. *Venena.* Dicitur, ꝙ ipſum extrahit venena, & ponitur ſuper vulnera ſagittarum venenoſarum linita, & non nocent.

[f] De †{Magnete.} Cap. 463.

Magnes quid eſt? Eſt lapis, qui attrahit ferrum. [f] †{cum ergo aduritur, fit hæmatites,} & [g] virtus eius eſt ſicut virtus illius. *Electio.* Melior eſt niger imbibitus rubedine, purus, ĩ quo non eſt pmiſtio. *Operationes & proprietates.* Eſt abſterſiuus, mũdificatiuus. *Membra expulſionis.* Dat in potu in vino ei, qui bibit raſuram, vel limaturã ferri cum retinet in ventre ipſius, [h] aut bibit ſcoriã ferri, q̃ retinetur. ipſe .n. magnes attrahit ipſam, & aſſociatur ei apud exitum. E [f] dr̃, quod qñ in potu ſumuntur ex eo tres [h] †{anuluſat} cum melicrato. educit ſolutione humorem groſſum malum.

De Marcheſita .i. Pyrite. Cap. 464.

Marchaſita quid eſt? Eſt plurium ſpecierum. alia enim eſt aurea, & alia argentea, & alia ærea, & alia ferrea. Et oĩs ſpecies ſimilatur ſubſtantiæ, cui comparatur ĩ colore ſuo. & Perſici quidem nominant eam lapidem alruſenai .i. [k] lapidem luminis propter iuuamentum, quod viſui affert. *Natura.* Calida eſt in ſecundo, ſicca in tertio. *Operationes & proprietates.* In ipſa eſt conſtrictio, & [i] calefactio, & maturatio, & reſolutio, & [i] abſterſio, & eſt virtus eius fortis. verũtamen dum eius contritio non bene fit, non apparet eius iuuamentum. *Decoratio.* Confert [k] quando linitur cũ aceto ſuper morpheam, & baras, & lentigines, & reſoluit humiditates cõtentas ſub cute, & [l] ſubtiliat capillos, & criſpat eos. *Apoſtemata & bothor.* [l] †{Quando permiſcetur cum gumma pini} confert [l] apãtibus duris, & reſoluit ea, & ponitur in emplaſtris reſolutiuis propter illud, quod in ipſa eſt de reſolutione, & maturatione. *Vulnera & vlcera.* [m] †{Cum gumma pini conſolidat vlcera, } & [i] reſina eradicat carnem augmentatam. *Inſtrumenta iuncturarum.* Reſoluit quod aggregatur ĩ partibus lacerti de materia ſimili ſaniei. *Membra capitis.* [n] Dicitur, ꝙ ſi ſuſpendatur ſuper collum infantis, nõ timebit. *Membra oculi.* [i] Abſtergit oculum, & confortat ipſum adulta, & non adulta.

De Magneſia. Cap. 465.

Magneſia quid eſt? Eſt in diſpoſitionibus marchaſitæ, & eſt melior ea.

De †{Maiorana} .i. [o] Sampſucho. Cap. 466.

Maiorana. *Natura.* Eſt [p] calida & ſicca in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtilis, reſolutiua, aperitiua, cũ fortitudine, & virtus olei eius eſt calefactiua, ſubtiliatiua, acuta. *Decoratio.* Aqua eius ponitur in ventoſis, & [q] ponitur ſuper membrum poſt expletionem ventoſationis. prohibet enim albedinem, quæ accidit a ſcarificationibus poſt ventoſationem. Et quod ex ea ſiccum eſt, linit cum melle ſuper nigredinem [o] ſanguinis, & viriditatem eius, & proprie ſub oculo. *Apoſtemata & bothor.* Eſt epithema ſup apata phlatica. *Inſtrumenta iuncturarum.* Ponit in ceratis, [q] & linitur ſup torſionẽ neruorum & confert dolori dorſi [r] & inguinum, & ſi ſr cum melle ad laſſitudine. Et oleũ eius et eſt medicamen [r] paralyſis declinantis collum ad poſteriora, & [r] reliquæ paralyſi. *Membra capitis.* [s] Aperit oppilationes cerebri, & confert hemicraneæ, & ſoda, phlegmaticæ, & ſoda [r] melãcholicæ & ventoſitatibus groſſis, & dolori auris embrocata, & diſtillata, [q] & ponitur in ipſa cottum infuſum in oleo maioranæ, & confert oppilationi eius. *Membra nutrimenti.* Confert [o] decoctio eius initio hydropiſis. *Membra expulſionis.* Confert decoctio eius [o] difficultati vrinæ, & dolori [o] ventris pungitiuo. & oleum eius calefacit, & ſubtiliat, & [q] confert coarctationi matricis deducenti ad pſocationem ipſius. *Venena.* Ex ea [o] cum aceto [t] †{ } fit empliu ad puncturam ſcorpionis.

De †{Mumia} .i. [u] Piſſaſphalto. Cap. 467.

Mumia quid eſt? Ipſa eſt in virtute picis, & aſpalti, commiſtorum, & naturis vtrorumq;, verũtamen eſt vltima, & amplum eſt eius iuuamentum. *Natura.* Eſt calida in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtilis, & reſolutiua. *Apoſtemata & bothor.* Confert apoſtematibus phlegmaticis. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eſt bona [x] doloribus diſlocationis, & fracturæ, & [y] caſus, & percuſſionis, & [y] paralyſi, & torturæ bibita & cum compreſſione inuncta. *Membra capitis.* [x] Confrt hemicraneæ, & ſoda [y] frigidæ, & epilepſiæ, & [y] vertigini, & fit caputpurgium ex ea ſm quantitatem [y] vnius grani cum aqua maioranæ, & in [y] aurem ponitur doloroſam vnum granum cum ſambacino: & ad fluxum [y] ſaniei ex aure ponitur de ea quãtum eſt vnum granum hordei cum oleo roſaceo, & aqua agreſtæ cum lycinio. & ad [y] grauitatem linguæ kirat vnum cum decoctione origani perſici. & ad [y] galeatam paſſionem, & ad ſodam antiquam granum cum grano vno caſtorei, cum oleo de ben facto caputpurgio. *Membra anhelitus & pectoris.* [y] Prohibet ſputum ſanguinis ex pulmone. [y] Sitq; quod de eo in potu ſumitur quantum ſunt tria grana hordei in vino comuni. Et iã quidem experta eſt kirat ad [y] præfocationes cum oxymelle. Et ad dolorem gutturis kirat cum rob de moris, aut de decoctione lenticulæ. [y] Et ad tuſſim [y] †{thaſugi} cum aqua iuiubarũ, [z] †{et} aqua hordei, et ſebeſten tribus diebus continuis, cum eſt ieiunus. Et ad [y] tremorẽ cordis kirat cum aqua

{cymini

A Ser.c. B Dio.c. Supra
C Dioſ.c. D † D. E † Dio. ſorbitione.
F Dio.li.c. † Magnes F † D.Sic. gnetem hæmatites G G.9.ſimp. H Ser.c.
H † obſ. I Dio.li.c.
K Ser.c.
L Raſ. vlti. t.1.c.449. L † D. M † D. N Raſ. t.1.c.449.
† Moſ. O Dioſ.lib. P Ga.8.ſim.
Q Ser.c.
R Raſ. vlti. t.1.c.439.
S Se. & Raſ. conti.
T † & ſale. † Mumia .i. mia. V Dio.lib.1.c.
X Ser.c. Y Raſ. vlti. con. t.1.c.480. & Se.
Y † grana Z † aut



A [a] †{cymini, & ameos, & carui.} *Membra nutrimenti.* Et ad [b] debilitatem ſtomachi kerates cũ aqua cymini, & ameos & carui. Et ſimiliter ad nauſeam phlegmaticam, & ad [b] caſum ſuper pectus, & ſtomachum, & hepar kirat cum duobus danich de luto armeno, & danich vno croci in aqua ſolatri, aut caſiæ fiſtulæ. Et [b] ad ſingultum granum vnum cum decoctione ſeminis apij. Et [b] dolorem ſplenis kirat cum aqua [c] †{zuccari.} *Membra expulſionis.* Eſt bona ad [d] vlcera, quæ ſunt in virga, & veſica, & bibitur de ea quantitas kirat cum lacte, & ſi aliquid de ea miſceatur cum farina, & ſupponitur, confert paucitati tolerantiæ ad retentionem vrinæ. *Venena.* Et ad [b] venena duo grana cum decoctione alhaſech, & alaniuden, & ad ſcorpionem kirat cum vino puro, & ad [b] puncturã eius kirat cum butyro vaccino.

[e] De †{Myrrha.} Cap. 468.

Myrrha quid eſt? Eſt gumma currens ex arbore in iameni, quæ dimittitur donec congeletur: deinde colligitur, ſicut galbanum & oppopanacum. Et eius quidem alia eſt pura, & alia eſt adulterata. *Electio.* Melior eſt illa, quæ ad albedinem declinat, & rubedinem, non commiſta ligno arboris eius boni odoris. Quandoq; vero adulteratur cum quodam lacticinio pernicioſo, & fit ipſa pernicioſa. Et hoc quidem lacticinium nominatur barbaſis, & eſt arbor pernicioſa. *Natura.* Eſt [f] calida & ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt aperitiua, reſolutiua ventoſitatum, & ĩ ipſa B ſunt ſtypticitas & adhærentia, & eius fumus eſt conueniens ei cui ipſa conuenit, ſed eſt vehementioris exiccationis, & eſt ſubtilis abſque mordicatione, & eſt in homogeneoſitate fumi olibani, & ponitur in medicinis magnis propter multitudinem ſui iuuamenti: & prohibet putrefactionem, ita quod ipſa retinet mortuum: & conſeruat ipſum ab alteratione, & fœtore: & exiccat ſuperfluitates crudas. Illa vero, quæ aſportatur de Clita eſt vehementioris calefactionis, & maturationis, & lenificationis. *Decoratio.* Quando miſcetur cum [e] oleo martyno, & laudano, iuuat ad cõfortandum capillos, & ad inſpiſſandum eos, & abſtergit veſtigia vlcerum, & [e] oris odorem bonum efficit, quando in ipſo retinetur, & remouet [e] fœtorem oris: & linitur permiſta cum vino, & alumine ſuper [e] aſcellas: & remouet [e] fœtorem earum: & [e] permiſta cum melle & caſia lignea illinitur ſuper verrucas. *Apoſtemata & bothor.* [g] Confert apoſtematibus phlegmaticis. *Vulnera & vlcera.* Cõſolidat, et cooperit [e] oſſa nuda [g] †{ } et adminiſtratur cum [e] aceto ſuper impetiginem, & ſanat vulnera putrefacta. *Inſtrumenta iuncturarum.* [h] †{Ipſa permiſta cum carne oſtracorũ illinitur ſuper cartilagines læſas ſicut eſt auris & reliqua.} *Membra capitis.* Inquit [i] Gal. odor myrrhæ ſanis facit ſoda, ne dum patientibus epilepſiam: & ipſa [i] †{eſt ex medicinis proprijs cum tapſia & opio, & caſtoreo, quæ conferũt contuſioni auris:} & facit ſcotomiam, & [e] ſomnum: & colluitur ex ea os cum vino & oleo, & [e] confirmat dentes valde, & confortat eos, & prohibet corroſionem C eorum, & conſtringit eos, & remouet humiditatem eorum: & ſpargitur ſuper [e] vlcera capitis, & exiccat ea: & [e] adminiſtratur cum caſtoreo & memithe & opio ad vlcera auris doloroſæ, & [e] ad ſaniem. & liniuntur ex ea [e] nares ambæ ad fluxus antiquos, & conſtringit eos. & quandoq; fit caputpurgium cum pondere danich de ea, & mundificat cerebrum. *Membra oculi.* Abſtergit veſtigia [e] vlcerum in oculo, & implet vlcera eius, & abſtergit [e] albuginem ipſius, & confert aſperitati [e] palpebrarum, & reſoluit ſaniem in oculo abſq; mordicatione. & quandoq; reſoluit aquam in principio ſui deſcenſus, cum eſt ſubtilis, quæ autem fortior eſt in alcoſol eſt illa, quæ eſt adulterata cum lacticinio. *Membra anhelitus & pectoris.* Et bona tuſſi [e] antiquæ humidæ, & aſthmati, & anhelitui [e] dilatationis, & [e] doloribus lateris, & clarificat [e] vocem. & totum illud propter ſuam abſterſionem ſubtilem abſque aſperitate: & ponitur [e] ſub lingua, & transglutitur aqua eius ad aſperitatem gutturis. *Membra nutrimenti.* Confert myrrha pura mollificationi [g] ſtomachi, & [g] aquæ citrinæ, & inflationi in ſtomacho. *Membra expulſionis.* Prouocat [e] menſtrua, & proprie clyſterizata cum aqua rutæ, & aqua abſinthij, aut aqua lupinorum. Et [e] extrahit fœtum, & [e] vermes, & aſcarides propter ſuam amaritudinem, & [e] lenit coarctationem oris matricis. Et ſumitur in potu quantitas fabæ de ea ad vlcera [e] inteſtinorum, & raſuram, & [e] ſolutionem. *Febres.* [e] Faba de ea accepta cum pipere & aqua [k] †{ad} initium rigoris, prohibet ipſum. *Venena.* Datur ad bibendum ad puncturas ſcor- D pionum cum vino. *Permutatio.* [l] Loco eius ponitur medietas ponderis ſui de pipere nigro, ſecundum ꝙ dicitur, ſed nihil eſt.

De †{Muram} .i. [m] Fraxino, Cap. 469.

Muram quid eſt? Eſt fructus arboris, qui comeditur, cum tamen ſit vehemens ponticitas in ipſo, & ſuperflua. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt ſtypticitas & exiccatio. *Vulnera & vlcera.* Qđ de cortice eius [n] adustũ eſt, cum aqua ſuper ſcabiem vlceroſam ponitur. Et ipſa penitus tantam ſtypticitatis vehementiam conſecuta eſt, ꝙ fructus eius conſolidat vulnera groſſa. *Venena.* Si ſuccus [n] almuram cum vino bibatur, aut ex eo fiat emplaſtrum, confert morſui viperæ. Et [n] dicitur, ꝙ ſerratura ligni eius interficit quando bibitur.

De †{Memithe} .i. [o] Glaucio. Cap. 470.

Memithe quid eſt? Eſt ſimile glandibus, citrini coloris ad nigredinem declinans, facile frangibile. & in ipſo eſt amaritudo, & [p] ſubſtantia aquea, & terrea, & frigiditas aquea non eſt vehemens, ſed ſicut aqua gaderam. & eius principiũ eſt herba, quæ eſt in bemengi, & eſt fortis odoris, & [o] amari ſaporis, & crocei [o] ſucci. *Natura.* Eſt frigida & ſicca in primo. *Operationes & proprietates.* Stypticitatem habet conuenientem. *Apoſtemata & bothor.* Confert apoſtematibus [q] calidis, groſſis,

A † mente aut cũ ſyrupo de floribus lilii facto cum aromatibus.
B. Raſ. vlt. conti. t. 1. c. 480. & Ser.
C † carui.
D Ser. c. 283.
E Dio. li. 1. c. 67
† Mor.
F G. li. 8. ſimp. 61. a
G Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 474.
G † D. cũ cochleæ carnib' peruncta.
H † ———
I Li. 2. de phar. cõpõne ſm lo. fo. 134. f
I † D. peruncta cũ cochleę carnibus medet fractis auribus.
K † duabus horis ante.
L G. de ſubſt. me. calamus odoratus
† Meran.
M Dio. li. 1. c. 92.
N Dio. & c. 87. Iſta ẽt reperiuntur in c. de iunipero in fine a D. li. 1. c. 87.
† Mamithe.
O Dioſ. lib. 3. c. 82.
P G. li. 6. ſimp. 45. e
Q Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 464.

& ſanat eryſipilam non [a] fortem magnam in corporibus duris, non paruam in corporibus teneris quoniam in eis eſt ſuperfluæ exiccationis. *Membra oculi.* Cadit in medicinis [b] ophthalmiæ in principio.

De [c] †{*Mahaleb.*} Cap. 471.

Mahaleb. *Electio.* Melior eſt, qui eſt albi coloris, purus. *Natura.* Eſt calidus in primo, & non eſt vehementis ſiccitatis. *Operationes & proprietates.* Eſt abſterſiuus, ſubtilis, reſolutiuus, ſedatiuus dolorum. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eſt bonus doloribus, [d] qui ſunt in ilijs, & dorſo. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [d] ſyncopi bibitus cum aqua mellis. *Membra expulſionis.* Confert colicæ, & [d] lapidi in renibus, & veſica.

C † Mahaleb eſt granum in Syria. D Raſ. t.c.441.

De Magra.i. [e] Rubrica ſinopica. Cap. 472.

Magra. *Electio.* Melior eſt munda, & quæ creſcit & augmentatur in aqua. *Natura.* Eſt frigida in primo, ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* In ipſa eſt glutinatio, & ſtypticitas. *Membra nutrimenti.* [e] Confert doloribus hepatis. *Membra expulſionis.* [f] Eſt fortior in conſtrictione ventris, ꝙ lutum ſigillatum, & interficit vermes.

De †{*Mehenbethene*}.i. [g] Latyri. Cap. 473.

Mehenbethene quid eſt? Eſt illud, quod dicitur granum regum, & arbor eius nominatur in terra noſtra alſebech: & folia eius ſunt ſimilia [h] piſci paruo in longitudine vnius digiti: & fructus eſt ſimilis auellanæ maiori, & quandoq; eſt minor: & [h] †{habet in flore cuiuſque fructus tria grana nigra.} *Natura.* Eſt calida & ſicca in tertio. *Inſtrumenta iuncturarum.* Sua ſolutione confert doloribus iuncturarum, & [h] podagræ, & ſciaticæ. *Membra nutrimenti.* Confert hydropiſi, & [h] facit vomere fortiter, & neq; conuenit ſtomacho. *Membra expulſionis.* Soluit ſicut lacticinia, & decoquuntur folia eius in iure galli decrepiti, & confert colicæ, & prouocat, [g] & quando ex granis eius ſumũtur, vij. grana, aut. vi. & fiunt pilulæ, aut bibuntur, ita ꝙ inde non fiunt pilulæ, [i] †{deinde} [g] poſtea potatur [k] †{in} aqua frigida, ſolutione educit choleram, & phlegma. Et ſæpe quidem ſumuntur in potu de eis. x. grana ex ſuis granis magnis, & .xx. grana ex ſuis granis paruis. Quãdoq; voluntas adeſt vt ſit eius ſolutio magis ad ſummum perueniens, ſit bona eius maſticatio. Et quando eſt voluntas vt ſit eius ſolutio leuior, deglutiantur cum ſua diſpoſitione.

De †{*Maroth*}.i. [l] Laſere. Cap. 474.

Maroth quid eſt? Eſt radix aniuden, & eſt minus aſſa in virtute, & iuuamento. Et iam quidem dictum eſt [m] in cap. aniuden illud, quod oportet permutari ad maroth. *Operationes & proprietates.* Eſt leniſicatiua, maturatiua. *Membra nutrimenti.* In ipſa eſt difficultas digeſtionis, & nocet ſtomacho niſi ſit ipſe frigidus, quoniam tunc confortatur ipſa.

De [n] †{*Meſcim.*} Cap. 475.

Menſem, ſeu miſcen quid eſt? Granum eius eſt ſimile albotin triangulatæ formæ ad citrinitatem declinans, boni odoris. Arboris eius alia eſt domeſtica tria habẽs folia, & alia eſt ſylueſtris, & Aegyptia, & ex ea fit panis, & videtur, ꝙ ſit ipſa alharba. *Natura.* Domeſtica eſt temperata, & ſylueſtris eſt in ſecundo in caliditate, & ſiccitate. *Operationes & proprietates.* Domeſtica, quæ habet tria folia virtus eius eſt exiccatiua parumper: & ſylueſtris eſt fortior.

De [o] †{*Melguah.*} Cap. 476.

Melguah quid eſt? Eſt medicina de ſceni, & cognoſcitur illic hoc nomine, & eſt lignum ſicut nodi punctati, & eſt decliue ad nigredinem parumper. *Inſtrumenta iuncturarum.* Aur.i. de eo cum melicrato acceptus confert attritioni lacertorum.

De [p] †{*Muredaſcon.*} Cap. 477.

Muredaſcon quid eſt? Eſt flos, & ſtipites ſubtiles frangibiles habet, ad cineritatem & citrinitatẽ declinans. Et eius virtus eſt ſicut bedeoard apud quoſdam. & eſt de eo, qui eſt vehementius decliuis ad albedinem, & eſt de eo, qui magis eſt decliuis ad citrinitatem. Inquit filius Meſague eſt ſicut bedoard, & dixit, ꝙ eſt myrtus ſylueſtris, & dixerunt alij, ꝙ eſt herba romana. Et dixit [q] Alcanzi eſt in virtute abſinthij romani & vehementius ſtypticus. *Natura.* Eſt calidus & ſiccus in ſecundo. *Membra capitis.* Confert epilepſiæ, & humiditatibus in cerebro. *Membra nutrimenti.* [q] Confortat ſtomachum, & [q] hepar, & confert caſui ſuper viſcera. *Membra expulſionis.* Supponitur ad vermes ani.

De †{*Melha*}.i. [r] Halimo. Cap. 478.

Melha quid eſt? Eſt ſicut hauſeugi: & folia eius ſunt ſicut folia oliuæ, & latiora, & comeduntur ſicut olera. *Operationes & proprietates.* In ipſo ſunt ſalſedo, & ſtypticitas, & humiditas cruda qua inflat. *Membra anhelitus & pectoris.* Aur. [r] cum melicrato exuberare facit lac. *Membra nutrimenti.* [r] Aur. cum melicrato, ſedat dolorem ventris pungitiuum.

De †{*Memirem*}.i. [s] Mamira. Cap. 479.

Memirem quid eſt? Eſt lignum, ſicut nodi, declinans ad nigredinem, in quo eſt reflexio parua & eſt acutius, quàm venæ tinctorum. *Natura.* Eſt calidum & ſiccum in fine ſecundi. *Operationes & proprietates.* Eſt abſterſiuum, mundificatiuum. *Decoratio.* Abſtergit albedinem vnguium. *Membra capitis.* Eius ſuccus extrahit humiditatem groſſam ex capite, & mundificat ſuperfluitates cerebri, & radix eius confert dolori dentium. *Membra oculi.* Mundificat [s] albuginem in oculo, & acuit viſum cum ex eo fit alcofol. & abſtergit humiditatem groſſam, & proprie ſuccus eius. Mem-





A *Membra nutrimenti.* Radix eius confert icteritiæ. *Membra expulſionis.* Confert dolori ventris pungitiuo, & in ipſo eſt prouocatio.

De [a] †{*Meheʒeheregi.*} Cap. 480.

A † Maherzera, & eſt apud quoſdam taſſus barbaſſus.

Meheʒeheregi quid eſt? Eſt arbor ſicut arbor ſcebram, veruntamen eſt longior, in cuius eſt colore cinereitas ad citrinitatem declinans. Quidam vero homines numerauerunt ipſam inter lacticinia. *Natura.* Calida eſt in tertio, ſicca in eodem. *Operationes & proprietates.* Quando de ea aliquid proijcitur in gurgitem, inebriat piſces, & eleuat eos. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert podagræ, & dolori ſciæ, & iuncturarum, & dorſi, & anchæ: & deſtruit ventoſitates, q̃n ponitur in medicinis ſolutiuis. *Membra expulſionis.* Solutione educit humores groſſos, & phlegma.

De †{*Meiſce*}.i. Piſis. Cap. 481.

† Mes. B G.i.ali.c.11.a, & Ser.c.116. B Ser.ibidem. C G.i.ali.ſa.c.11.a D Ser.c.116.

Meiſce quid eſt? [b] Eſt proximus ſubſtantiæ fabarum. Et melior horarum vſus eius: eſt æſtas. *Natura.* [b] Eſt temperatus in humiditate & ſiccitate, ille qui eſt excorticatus eſt temperatus, & non excorticatus ad ſiccitatem declinat, quoniam in cortice eius eſt ponticitas. *Operationes & proprietates.* [c] Non ineſt ei inflatio fabarum, quamuis ſit in ipſo inflatio quædam: immo eſt in ipſo minor, q̃ i eis, [c] & non eſt abſterſio fabarum in ipſo & neq; eſt in ipſo frigus lẽticulæ. Et q̃n cum eo ponitur parũ cartami, rectificatur eo. *Inſtrumenta iuncturarum.* [d] Eſt emplaſtrum iuuatiuum ad dolorem neruorum proprie cum vino vuæ: & vino decocto cum croco, & ſuper contuſionẽ, & intrinſecam carnis rupturam. B *Membra nutrimenti.* Chymus eius eſt laudabilis, & proprie excorticati, & [d] non eſt in ipſo tarditas deſcenſionis fabarum. Et quando decoquitur cum oleo amygdalino dulci, eſt laudabilioris humoris. *Membra expulſionis.* Quando decoquitur in aqua poſt aquã in qua decoctus eſt, expulſam ab eo, ſtringit naturam, proprie cum fit acetoſa cum granati, & ſumach. & in ipſo eſt nocumentum coitus, ſecundum ꝙ dixerunt quidam.

De †{*Manna*}.i. [e] Melle. Cap. 482.

† Men & ẽ nomẽ cõe ad oẽs ſpecies mannæ. E G.li.3 ali. c.39.f F Cap.694.&747.

Manna quid eſt? Eſt omnis ros cadens ſuper lapidem, aut arborem, & fit dulcis, & coagulatur ſicut mel, exiccatur ſicut gumma, quemadmodum tereniabin & ſiracoſt, & mel aſportatum de caſſeram in reb. Et nos quidem iam [f] diximus vnumquodq; in ſuo capitulo. Et ipſum aſſumit de natura eius ſuper quod cadit, virtutem. & adiungit illam ad id, quod exigit lenitas, & dulcedo ſui.

De [g] †{*Muluchia.*} Cap. 483.

G † Maluchia, & eſt ſpẽs maluæ. H Cap.194.

Muluchia quid eſt? Eſt malua, & nos quidem perſcrutabimur eius rememorationem in [h] capitulis de malua. *Natura.* Frigida eſt in primo, humida in ſecundo. *Membra nutrimenti.* Aperit oppilationem hepatis.

[i] De †{*Muſa.*} Cap. 484.

I Ser.c.84. † Mauzi, vel muzi

C Muſa quid eſt? nota eſt. *Operationes & proprietates.* [i] Nutrimentum eius eſt paruum, & eſt leniſicatiua, & multitudo eius generat oppilationes, & addit in cholera & phlegmate ſecundum cõplexionem. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert aduſtioni gutturis, & [i] pectoris. *Membra nutrimenti.* Eſt [i] grauis ſtomacho præcipue cum ex ea multum aſſumitur. multitudo enim eius ſtomacho eſt grauis valde. Et oportet quidem vt ſumat poſt ipſam [i] calefactus oxymel cum ſeminibus, & infrigidatus mel. *Membra expulſionis.* [i] Augmentum efficit in ſpermate, & [i] conuenit renibus, [i] & prouocat vrinam.

[k] De †{*Medulla.*} Cap. 485.

K Dioſ.lib 2.c.69. † Moch. G.u.ſim.c.79.e. M Raſ.vlti.conti. t.1.c.460.

Medulla. *Electio.* Conuenientior eſt medulla [k] vitulorum, & [k] cerui, deinde tauri, & poſtea [k] caprarum, deinde [k] ouium. Et medullæ quidem hircorum non caſtratorum & taurorum proprie non caſtratorum, eſt [l] magis ſicca. Et medulla extremitatum eſt magis pinguis. *Operationes & proprietates.* [k] Eſt calefactiua, lenitiua, abſterſiua, multi nutrimenti, ſi digeratur. *Apoſtemata & bothor.* Eſt bona duritiebus, & lapidoſitati, quæ eſt ſicut medulla vitulorum, & cerui: non ſicut [l] medulla hircorum, & ſylueſtrium hircorum: illorum enim ſicca eſt, & neque eſt bonum in ea. *Membra nutrimenti.* [m] Conturbat ſtomachum, & [m] delet appetitum, & [m] oportet vt comedatur cum piperibus & ſeminibus. *Membra expulſionis.* [l] Supponitur ex medullis laudabilibus peſſarium in matrice, & D confert duritiei eius. *Venena.* Dicitur, ꝙ linimentum ex ea, & proprie [k] ex medulla cerui fugat vermes venenoſos.

De †{*Muri*}.i. [n] Muria. Cap. 486.

† Muria. N Dio lib.5.c.76. & li.2.c.30. de garo O Ser.c.184.

Muri. *Natura.* Eſt calidum & ſiccum perueniens ad ſecundum caliditatis. [o] Filius Meſaugue inquit. Ex piſcibus factum, eſt minoris caliditatis, & ſiccitatis, quam quod ex hordeo: ſed ego illud non credo. *Operationes & proprietates.* Abſtergit humores groſſos, & lenit, & exiccat, & in ipſo eſt ſtypticitas, & mundificatio phlegmatis. *Decoratio.* [o] Oris odorem bonum efficit. *Vulnera & vlcera.* Eſt bonum [p] vlceribus putridis: & factum ex piſcibus, & carnibus ſalitis, [q] prohibet ambulationem fraudulentis. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert dolori [o] anchæ, & [q] ſciaticæ. *Membra oculi.* [o] Fit ex eo alcoſol in principio variolarum, & prohibet bothor ab oculo. *Membra nutrimenti.* Confert ad [o] humiditatem ſtomachi, & abſtergit humiditates a viſceribus. *Membra expulſionis.* Ponitur in enemate colicæ, & enemate mundificationis [q] vlcerum abraſionis proprie. *Venena.* [r] Confert morſui canis rabioſi.

P Dioſ.lib. 2.c.30. & Aeti.lib.1.ſer.2. Q Dioſ.li.5.c.76. R Dioſ.li.2.c.30. S † Maſſala.

De [s] †{*Maſal.*} Cap. 487.

Maſal. *Operationes & proprietates.* Eſt malum habenti melancholiam valde. Et quando decoquitur

quitur cum carne pingui, rectificatur parumper. *Membra nutrimenti.* Eſt nocitiuum ſtomacho. E
*Membra expulſionis.* Nocitiuum eſt ano.

*De Menta.i.*[a] Mentha. *Cap.* 488.

Menta. *Natura.* Eſt calida & ſicca in ſecundo, & in ipſa eſt humiditas ſuperflua. *Operationes & proprietates.* In ipſa eſt virtus [a] calefactiua, ſtyptica prohibens, & eſt ſubtilioris ſubſtantiæ olerum, q̃ comeduntur. [a] Cumq; fruſtra ipſius in lacte dimittuntur, non caſeatur. Et [a] cum bibitur ex ea eius ſuccus cum aceto, abſcindit curſum ſanguinis ab interioribus. *Apoſtemata & bothor.* Fit ex ea cum [a] ſauich emplaſtrum ad dubellet. Et ipſa quidem non eſt ſimilis mentaſtro, qm̃ in mentaſtro nõ eſt ponticitas, & ſunt in ipſo reſolutio, & calefactio, & exiccatio ſuperflua impediens. *Membra capitis.* Ex ea fit emplaſtrum [a] fronti ad ſoda, [a] †{& proprie cum ſauich de hordeo, } & [a] fricatur cum illo aſperitas linguæ, & remouetur. & ſuccus eius miſcetur cum [a] melicrato, & diſtillatur in aurem dolorosam. *Membra anhelitus & pectoris.* Prohibet vomitum ſanguinis, & ſputum eius, & [a] coagulationem lactis in mamillis, more emplaſtri ſuperpoſita, & [a] ſedat eorum apata. *Membra nutrimenti.* [a] Confortat ſtomachum, & calefacit ipſum, & ſedat [a] ſingultum, & digerit, & prohibet [a] vomitum phlegmaticum, & ſanguineum, & confert icteritiæ, & proprie ſyrupus eius. *Membra expulſionis.* Adiuuat ad [a] coitum propter inflationẽ, quæ eſt in ipſa, & humiditatem hortulanam, q̃ non eſt in mentaſtro, & [b] oppilat vaſa ſpermatis, & [a] interficit vermes: & [a] qñ ſupponitur ante horam coitus, F prohibet impregnationem. Et qñ bibuntur de ea fruſta [a] cum granis granati ſedat cholericã paſſionem. *Venena.* [c] †{ }confert morſui canis {rabioſi, } & eſt propria ad illud.

[d] *De* †{*Melle.*} *Cap.* 489.

Mel quid eſt? Mel eſt ros occultus, cadens ſuper flores, & ſuper reliqua, quod colligunt apes: & eſt vapor, qui eleuatur & maturatur in aere, & conuertitur, & ingroſſatur in nocte: & mel factum cadit, & quandoq; cadit mel ſicut eſt in monte Chaſeran. diuerſificatur autem ſm ea ſuper quæ cadit, quæ ſunt arbor, & lapis, & manifeſtum ipſius colligunt homines. Quod vero occultum eſt colligunt apes, & exiſtimo, ꝙ apum labor in ipſo aliquam habet impreſſionem, quæ quidem ipſum non colligunt, niſi vt eo nutriant, & ipſum reponant. Et mellis eſt genus acre venenoſum. *Electio.* Melius mel eſt illud, quod eſt [d] vere dulcedinis, boni odoris, declinans [d] ad acredinem, & ad rubedinem, & groſſum ſeu ſpiſſum, quod non eſt ſubtile, & [d] viſcoſum, quod non abſcinditur. & melius eſt [d] vernale, deinde [d] æſtiuum: [d] hyemale autem eſt malum. *Natura.* Mel apum eſt [e] calidum & ſiccum in ſecundo. mel tabarzet, & de cannis eſt calidum in primo. ſed non eſt ſiccum, & poteſt eſſe vt ſit humidum in primo. *Operationes & proprietates.* Virtus eius eſt [d] abſterſiua, aperitiua [d] orificiorum venarum, reſolutiua humiditatum, & attrahit humiditates ex profundo corporis, & prohibet putrefactionem & corruptionem carnis. *Decoratio.* Linimentum factum ex eo prohibet [d] pe G diculos, & [d] lendines, & interficit ambos. Et [d] cum coſto eſt linimẽtum panno, proprie antiquum. & mel [d] cum ſale eſt conueniens veſtigijs percuſſionis melongenicis. *Vulnera & Vlcera.* [d] Mundificat vulnera ſordida, profunda. & quod coctum eſt donec ingroſſatur, facit adhærere [d] vlcera recentia. & [f] †{quando coquitur cum aceto, } [d] ſanat impetiginem. *Membra capitis.* Admiſcetur [d] ei ſal gemma, & diſtillatur tepidum in aurem, & mundificat eam, & exiccat eam, & confortat auditum. & olfactus eius, quod eſt [d] acre, & venenoſum [g] aufert rationem: quomodo ergo eius comeſtio? *Membra oculi.* Mel [d] abſtergit tenebroſitatem viſus. *Membra anhelitus & pectoris.* Tangere cum ipſo [d] palatum, & [d] gargariſmum facere, ſanat præfocationem, & ambas amygdalas. *Membra nutrimenti.* Aqua mellis confortat ſtomachum, & facit appetere cibum. *Membra expulſionis.* [h] Mel cannarum lenit ventrem, & mel tabarzet non lenit. Et mel cuius ſpuma nõ eſt eiecta, [d] inflat, & ſoluit ventrem, & ſi auferatur ſpuma ipſius, minoratur illud. Et decoctum non mouet ventrem, imo quãdoq; ſtringit phlegmaticos, & nutrit plurimum, & decoctum cum aqua [d] prouocat vrinã plurimum. Et dico, ꝙ mel, & eius aqua ſi inuenerint præparationem cibi vt penetret, ſtringunt. & ſi viderint motum, & paucitatem præparationis cibi ad penetrandum, ſoluunt. *Venena.* Si bibatur mel calefactum cum oleo roſ. confert [d] morſui vermium venenoſorum, & ei [d] qui bibit opium. & deglutitio ipſius eſt [i] cura morſus canis rabioſi. Et [i] eius, qui comedit fungos pernecantes, & illud H I quod eſt decoctum confert venenis, & qui per ipſum vomit, ſanatur. Et mel acre cuius odor facit ſitire, & ipſius comeſtio, [k] facit poſſidere ablationem rationis ſubito, & ſudorem frigidum, & eius cura eſt comeſtio piſcis ſaliti, [k] †{et bibere aquam mellis, et vomere cum eo.}

[l] *De* †{*Mure.*} *Cap.* 490.

Mus. *Decoratio.* Sanguis eius eradicat verrucas. Et ſtercus muris ſuper [m] alopeciam confert, et proprie linitum cum melle, et proprie illud, quod eſt aduſtum. *Membra capitis.* Quando [l] aſſatur, et ſiccatur, et datur ad comedendum infanti, abſcindit fluxum ſaliuæ ab ore eius. *Membra expulſionis.* [n] Si bibatur ſtercus muris cum thure, et aqua mellis, frangit lapidem. Et ſi ſupponatur collyrium eius, [m] ſoluit ventrem pueri: et quando decoquitur [n] cum aqua, et ſedet in ea, qui difficultatem patitur vrinæ, confert ei. *Venena.* Conuenerunt homines in hoc, ꝙ quando finditur, et [l] ponitur ſuper puncturam ſcorpionis, ſanat eam.

[o] *De* †{*Moris.*} *Cap.* 491.

Morum quid eſt? Mori ſunt duæ ſpecies. Vna earum eſt alferſad, quod eſt dulce, et currit ſm ſemitam ficus in maturatione, ſed eſt deterioris nutrimenti, et minoris, et magis deſtruens ſanguinem,

A Dio.li.i.c.143. B R.vl.cõ.t.i.c.101
A †
B † D. Ferueſacti corticis, & foliorũ iure dentes apuſſime in dolore colluuntur. Radix circiter meſſem inciſa, facto in ambitu ſcrobe ſucců emittit, qui poſtridie cõcretus inueniri ſolet. is in dolore dentium efficax eſt.
C G.i.ali.fa.c.ii.h
C † ——
D G.li.7.ſi.ſo.56.c. & .2.ali.fac.c.11.h.
E G.ibi.de ſimpli.ſo.56.c.
F † Bis.
G Lib.4.F.6.t.1.ſum.2.c.1.
† Qualeq; aud.
H † Bis mus.
I Cap.734.
† Giauzi.
k Dioſ.li.1.c.141.
L Raſ.vlti. conti. t.1.c.505.
k † lauatus.
M G.li.7.ſi.50.b.e.



A nem, & deterius ſtomacho. reliquas vero ficus diſpoſitiones habet: eſt tamen inferius ea. Muzum autem, quod nominatur morum de ſcemi ſit nunc illud de quo plurimum loquemur. Quando igitur [a] immaturum eſt, & exiccatur, ſtat loco ſumach. *Natura.* Dulce eſt [b] calidum & humidum, & acetoſum alſceni eſt ad frigiditatem & humiditatem decliue. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt ſtypticitas, & infrigidatio. Et ſuccus mori eſt ſtypticus, & [a] proprie quando decoquitur in vaſe æreo, & prohibet fluxum materierum ad membra, & quod immaturum eſt proprie, & immaturum eſt ſicut ſumach. *Decoratio.* [a] Quando coquuntur folia eius, & folia vitis, & folia ficus nigræ cum aqua pluuiæ, denigrant capillos. *Apoſtemata & bothor.* Acetoſum retinet apoſtema oris, & gutturis, & rob eius eſt conferens ad ſquinantiam & præfocationem. *Vulnera & Vlcera.* Quod acetoſum eſt, confert vlceribus fraudulentis, ſcilicet ſiccum ipſius, & ſuccus eius. *Membra capitis.* Rob eius acetoſum eſt conferens bothor oris. [b] † { Et decoctio radicis eius mollificationi dentium & collutio oris ex ſucco foliorum acetoſi. Et decoctio radicis eius eſt bona denti doloroſo. } *Membra nutrimenti.* Morum eſt malum ſtomacho: corrumpitur enim in eo proprie alferſad, & cum non corrumpitur in ſtomacho alferſad velociter, nõ nocet. [c] Et oportet quidem vt comedãtur oẽs ſpẽs eius ante cibum: & recipiantur in ſtomacho in quo nõ ſit corruptio. Illud vero, quod dr̃ morũ ſcemi non nocet ſtomacho cholerico, & non eſt in ipſo de mala cõuenientia ſtomacho, quod eſt in B ferſad quamuis ſit malitia in ipſo, & non eſt nauſea in ipſo, & nutrimentum eius eſt paruum, & facit appetitum cibi, & facit ipſum lubricum, & extrahit ipſum velociter, & [c] oĩno deſceſus eius a ſtomacho ſit velociter, ſed eius deſcenſus ex inteſtinis, eſt tardus. *Membra expulſionis.* Illud quod eſt põticum [c] † {ſalſum} & exiccatum, retinet ventrem vehementer, & [d] confert dyſenteriæ. Et lachryma quidem mori ſoluit, & in cortice eius ſunt mundificatio, & ſolutio, & ſolutio eius eſt plurima. & in moro quidẽ dulci eſt velocitas deſcenſionis, aut pp ſuam humiditatem, aut pp acredinem ei admiſtam. Inquit Archigenes eſt tardæ egreſſionis, & eſt prouocatiuum. [e] Exiſtimo aũt ꝙ acetoſum cũ eo, ꝙ eſt in ipſo de natura ſolutiua, prohibet qñq; ſolutionem antiquam, & vlcera inteſtinorum, & proprie quod exiccatum eſt. Et in oĩbus quidem ſpeciebus mori, eſt prouocatio vrinæ. Et morum ſcemi quamuis velociter a ſtomacho egrediatur, ipſum tñ eſt in inteſtinis tardum. *Venena.* Cortex arboris mori eſt theriaca hyuſquiami. Et qñ [a] bibitur de ſucco foliorum eius. vnc. & .5. confert morſui rutelæ, & lenit naturam lubricitate ſua, & inflatione.

## Litera. N.

*De* [f] † {*Napello.*} *Cap.* 492.

C N[g] Apellus quid eſt. Venenum pernitioſum. *Natura.* Eſt in ſummo caliditatis & ſiccitatis. *Decoratio.* Delet albaras linitum, & confectio eius dicta alberzachali in potu ſumpta delet albaras: & ſimiliter confert lepræ. *Venena.* Eſt venenum deſtruens bibentem ſe, maior vero potio eſt medietas. 3. i. & ſecũdum me minus hoc interficit. Theriaca vero eius [g] eſt mus napelli, & ipſe quidem eſt mus, qui eo nutritur † {Seman} vero ex eo cibbantur & non moriuntur, & ex omnibus confectionibus [g] diamuſchum magis ei reſiſtit.

*De* [h] † {*Napello. Moyſi.*} *Cap.* 493.

Napellus Moyſi buha quid eſt. [i] Eſt herba naſcens cum napello, & cuicunq; napellus appropinquat, non creſcit, vel non fructificat arbor eius. & eſt maior theriaca napello & in ipſo ſunt omnia iuuamẽta, quæ ſunt in napello ad albaras & ad lepram. Napellus vero Moyſi eſt animal, quod moratur in radice napelli, ſicut mus. *Decoratio.* Confert ad albaras & ad lepram. *Venena.* [i] Eſt theriaca omni veneno & viperæ.

*De* † {*Nuce*}. i. [k] Nuce iuglande. *Cap.* 494.

Nux quid eſt? Nota eſt, & eſt calida, cuius theriaca eſt cum datur calefactis, oxymel, & [l] habentibus debilem ſtomachum, muri cum aceto. *Natura.* Calida eſt in tertio, ſicca in principio ſecundi. Et eius ſiccitas eſt minor caliditate ipſius. Et in ipſa eſt humiditas groſſa, quę deletur cũ antiquatur. D *Operationes & proprietates.* In frixa eſt ſtypticitas plurima, & folia, & cortex ipſius omnia ſunt ſtringentia fluxus ſanguinis. Et cortex eius aduſtus, eſt deſiccatiuus ſine mordicatione. oleum vero vetuſtæ eſt ſicut oleum vetus, & abſterſio antiquæ eſt fortis. *Decoratio.* Ex recentibus fit emplaſtrum ſuper [k] veſtigia percuſſionis. *Apoſtemata & bothor.* Maſticata medulla eius ponitur ſuper apoſtema melancholicum vlceroſum, & confert. *Vulnera & Vlcera.* Eius gumma confert vlceribus callidis, ſparſa ſuper ea in emplaſtris. *Inſtrumenta iuncturarum.* [k] Cum melle & ruta confert [k] † {torſioni neruorum.} *Membra capitis.* [k] Facit ſoda, & diſtillatur ſuccus foliorum eius tepidus in aurẽ, & confert ſaniei in aur. dixit Alcanzi, ꝙ ipſa grauat linguam, & eſt faciens bothor in ore. *Membra oculi.* Eius oleum confert herpetiheſthiomeno, & [l] eryſipilæ, & fiſtulis in partibus oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* [m] Succus corticum eius, & rob ipſius, prohibet præfocationem, & [k] nocent tuſſi. & oleum antiquarum facit euenire dolorem gutturis, & ex omnibus quidem ſpeciebus nucis dixit Alcanzi fieri emplaſtrum mamillæ [k] apoſtemoſæ, & proprie ex regali magna. *Membra nutrimenti.* [k] Eſt difficilis digeſtioni, & [k] mala ſtomacho, ſed nutrita, & [k] recens eſt melior ſtomacho, & minoris nocumenti, & illud quando excorticatur a duobus corticibus ſuis. Et [l] nux quidem nutrita cũ melle confert ſtomacho frigido. Dico aut ꝙ nux nõ eſt non cõueniens niſi ſtomacho calido tm̃.

 Mem-

*Membra expulſionis.* [a] †{Facit bothor,}ſedat dolorem ventris pungitiuum,& retinet, præcipuè fri E xa,ſeu aſſata.Et [b] eius cortex retinet fluxum ſanguinis menſtrui,& quæ nutrita eſt, confert renibus frigidis valde,& [b] cinis corticis eius prohibet menſtrua cum vino,& ſuppoſitus. Et qñ comeditur cum muri ſoluit.multus vero vſus eius,educit vermes [b] paruos,& aſcarides.Et eſt ex eis,quæ conferunt inteſtino orbo. *Venena.* Eſt cum [b] ficubus & ruta medicina omnibus venenis,& [b] ex ea cum cepæ [c] †{ }& ſale fit emplaſtrum ſuper morſum canis rabioſi,& reliquorum.

[d] *De†{Nuce muſchatâ.}* *Cap.* 495.

Nux muſcata quid eſt? Eſt nux quantitatis gallæ,facile frangibilis, ſubtilis corticis, bonũ habens odorem acutum. *Natura.* Dixit Meſiha eſt [d] calida & ſicca in fine ſecundi vſque ad tertium. *Operationes & proprietates.* In ipſa eſt ſtypticitas. *Decoratio.* Confert [d] lentiginibus,& [d] odorem oris bonum efficit. *Membra oculi.* Confert ſebel,& confortat viſum. *Membra nutrimenti.* Confortat [d] hepar,& [d] ſplenem,& [d] ſtomachum,& proprie os eius. *Membra expulſionis.* [d] Conſtringit, & prouocat,& confert difficultati vrinæ.Et cum in oleis ponitur,confert doloribus,& ſimiliter in peſſarijs, & prohibet vomitum. *Permutatio.* Loco eius ponitur ſpicæ æquale pondus.

[e] *De†{Nuce henden.}* *Cap.* 496.

Nux henden quid eſt? Eſt terra granoſa,ſicut cicer,alba,declinans ad citrinitatem,quæ exportatur ex Barcha,& ex Coraſceni,ex qua cum melle fit vinum. *Natura.* Inquit [e] Paul. habet virtutẽ F [e] infrigidatiuam, [e] extinctiuam, [e] exiccatiuam parumper. *Operationes & proprietates.* [e] Abſcindit fluxum ſanguinis. *Decoratio.* [e] Impinguat. *Vulnera & vlcera.* [e] Sanat impetigines. *Membra expulſionis.* [e] Excitat coitum.

*De* [f] *†{Nuce cupreſſi.}* *Cap.* 497.

[g] Nux cupreſſi. *Vulnera & vlcera.* Eſt emplaſtrum rupturæ.

[h] *De †{Nuce Indica.}* *Cap.* 498.

Nux Indica quid eſt? Eſt neregil. *Electio.* Quæ ex ea bona eſt,eſt [i] recens vehementis albedinis, & aqua,quæ eſt in ipſa,eſt ſuauis,& [i] cum in ipſa non inuenitur aqua ſignificatur,ꝙ eſt antiqua. & [i] oportet quidem vt ab eo tollatur cortex medullæ eius. *Natura.* [i] Calida eſt in principio ſecundi, ſicca in primo,& in ipſa quidem eſt humiditas ſuperflua,de qua curatur,immo quæ ex ea eſt humida,ſeu recens eſt humida in primo. *Operationes & proprietates.* Eſt grauatiua non mali nutrimenti. *Inſtrumenta iuncturarum.* Oleum veteris neregil,confert [k] doloribus dorſi,& [k] geniculorum. *Membra nutrimenti.* [h] Grauis eſt ſtomacho:ſed cum pauco nocumento ſuo eſt boni nutrimẽti, & cortex medullæ eius non digeritur,ergo auferatur,& [i] oportet vt poſt ipſum non ſumatur cibus, niſi poſt horã.eius autem [h] oleum recens melioris chymi eſt,ꝙ̃ butyrum. [h] nõ.n.lubrificat ſtomachũ, [k] neq; mollificat ipſum. *Membra expulſionis.* [i] Augmentat in coitu.Et [i] eius oleũ eſt bonũ hæmorrhoidibus,& ꝓprie oleũ antiquæ præcipue cum oleo de chryſomel.cum in potu ſumitur ex vno quoque eorum aur.Et [h] cum antiquatur,interficit aſcarides,& vermes,& ſolutione educit eos comeſta. G

*De* [l] *†{Nuce romana.}* *Cap.* 499.

Nux romana quid eſt? nominatur acruches. *Natura.* Calefacit vehementer in tertio, & deſiccat in primo.Et eius gumma eſt vltima in calefaciendo. *Membra capitis.* [m] Eius [m] †{fructus} cum [n] aceto [n] †{ }confert epileſiæ.

*De* [o] *†{Nuce tamariſci.}* *Cap.* 500.

Nux tamariſci qd eſt? Eſt alkarmezech,ſeu alchezmezech. *Natura.* In caliditate eſt quaſi æqualis,aut in principio primi.Et eius exiccatio eſt in fine primi,aut vltra ipſum.Et apud quoſdam eorum eſt frigida in primo. *Operationes & proprietates.* Eſt bona ad abſcindendum fluxum ſanguinis. *Membra capitis.* [p] Colluitur ex ea os cum aceto ad dolorem dentium. *Membra nutrimenti.* Decoctio eius cum aqua & aceto valet duritiei ſplenis.

[q] *De†{Nuce methel.}* *Cap.* 501.

Nux methel quid eſt? Eſt venenũ,& [q] eſt ſtupefactiua,ſimilis nuci,ſuper quã ſunt ſpinæ,groſſæ, breues,& eſt ſimilis [q] nuci vomicæ,& eius ſemen [q] eſt ſimile ſemini citri. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtupefactiua. *Membra capitis.* Facit ſubet, & eſt mala cerebro.& pondus danich vnius ex ea H [r] inebriat. *Venena.* Eſt inimica cordi.Et drac.i.ex ea ſumpta eſt venenum diei ſuæ.

*De†{Naſturtio}*.i. [s] Thlaſpe. *Cap.* 502.

Naſturtium quid eſt? Notũ eſt.Et virtus eius ſimilis eſt [s] virtuti ſinapis, & ſeminis raphani coniunctorum.Et [s] dicit̃,ꝙ ſinapis & [s] †{ſemen}erucæ [t] †{coniuncta,}& folia eius minoratur ĩ operationibus ſuis ab eo propter ſuam humiditatem,& cum deſiccantur ſunt propinqua ſimilitudini eius,& fortaſſe conſequitur ipſum. *Natura.* Calidum eſt & ſiccum ad tertium perueniens. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiuum, maturatiuum cum lenitate, & exiccat ſaniem ſcabiei. *Decoratio.* [s] Retinet capillos cadentes bibitum,& linitum. *Apoſtemata & bothor.* Eſt bonum apoſtematibus [s] phlegmaticis,& [s] carbunculis,emplaſtro facto ex eo cum aqua & ſale. *Vulnera & vlcera.* Confert ſcabiei [s] vlceroſæ,& [s] impetigini, & cum melle vlceri [s] mellino, & eradicat ignem perſicum. *Inſtrumenta iuncturarum.* [s] Confert ſciaticæ bibitum,& emplaſtro facto ex eo cum aceto,& ſauich de hordeo. [u] { Et quando fit clyſtere ex eo ſciaticæ, & confert proprie cum ſoluendo educit aliquid cui admiſtus ſit ſanguis,}& confert omni mollificationi neruorum. *Membra anhelitus & pectoris.* [s] Mundificat pulmonem,& confert aſthmati,& ponitur in medicinis aſthmatis,& in

A † Di.Ci… ſuo perulla & … bilico admo…
B Dioſ.li.…
C † & melle
D Ser.c.161.
† Giauzi bau…
E Ser.c.79.
† Giauzibu…
F Totum hoc … a Serap.accep…
F † Giauzi…
G Cap.14…
H Ser.c.…
† Giauzi…
I Ralis …
t.1.c.506.
K Raſ.& …
L † Giauzi…
Repetit.c.… & 364.
M Dio.lib.…
M † ſemen
N Cap.… & …
N † porum
O † Giauzi…
Repetit.c.…
P Dioſ.lib.… de myrica.
Q Ser.c.365.
† Giauzi methel
R Ser.c.365.
† Harſ.
S Dio.lib.2.c… & 148.
S † ———
T † D. ſimile … ligitur.
V Ga. 147.… b, & cum po… commodece… to illinit, al… li.6.ſimp.48.… de infuſum … nolenta cu… iſchiadibus p…



A in ſorbitionibus,quæ fiunt aſthmati,propter illud,quod eſt in ipſo de inciſione,& ſubtiliatione. *Membra nutrimenti.* Calefacit ſtomachum,& hepar,& [a] confert groſſitiei ſplenis, & proprie qñ ex eo fit emplaſtrum cum melle,& eſt [a] malum ſtomacho,& videtur,ꝙ ſit propter vehemẽtiam mordicationis ſuæ,& [b] ipſum facit cibi appetitum.Et quando [c] bibitur ex eo [c] †{hecſuneſi} facit α vomere [a] choleram rubeam,& educit eam ſolutione,& faciunt illud tres quartæ.ʒ.i. *Membra expulſionis.* [a] Augmentum efficit in coitu,& ſoluendo [a] educit vermes,& [d] prouocat menſtrua,& eijcit fœtum, & quod ex eo frixum eſt,retinet, & proprie cum non teritur: deſtruitur.n.eius viſcoſitas contritione,& confert colicæ.Et cum bibuntur ex eo trito.ʒ.iiij.vel.v.cum aqua calida ſoluunt naturam,& reſoluunt ventoſitates inteſtinorum.Et dicunt quidã,ꝙ [e] babylonicum cum ex eo bibitur [e] †{hecſuneſi}ſoluendo α educit choleram,& facit vomitu eam exire,& facit illud vſq; ad tres quartas drach. *Venena.* [a] Confert puncturæ venenoſorum vermium bibitum, & more emplaſtri ſuperpoſitum cum melle,& [a] cum ex eo ſuffumigatur effugat eos.

[f] *De †{Narciſſo.}* *Cap.* 503.

Narciſſus quid eſt? Notus eſt. *Operationes & proprietates.* Eius radix extrahit ex profundo,& abſtergit,& lauat,& exiccat,& eius oleum eſt in diſpoſitionibus [g] olei ſambacini,ſed eſt debilius. *Decoratio.* Radix eius extrahit [f] ſpinas,& ſtipites,& proprie cum farina lolij & melle.Et narciſſus quidem abſtergit pannum,& [f] morpheam,& proprie radix eius cum [g] †{ }aceto, & confert radix eius alopeciæ. *Apoſtemata & bothor.* [f] Radix eius conficitur cum melle & eruo, & rumpit aldubellet difficilis maturationis, & ex radice eius fit emplaſtrum apoſtematibus neruorum. *Vulnera & vlcera.* Deſiccat vulnera,& facit eo cohærere vehementer, [h] ita ꝙ ſectionem chordę,& trita [f] cum melle confert aduſtioni ignis,& [f] vulneribus neruorum,& vlceribus profundis:& ſi miſceatur cum eruo & melle, mundificat ſordes vlcerum. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert oleum eius neruis,& ex radice eius fit emplaſtrum apoſtematibus neruorum,& duritiei ſiue cõtractioni, & nodationi ipſorum, & [f] doloribus iuncturarum. *Membra capitis.* Aperit oppilationẽ cerebri, & confert ſoda humidæ,& melancholicæ,& ſimiliter eius oleum & eſt magis conueniens, & [i] facit ſoda capitibus calidis. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius oleũ reſoluit apata dura,& frigida in velamine,qñ cõprimendo inungitur ſuper pectus. *Membra nutrimenti.* [f] Radix eius quando comeditur ſicut eſt,excitat vomitum & ſilr̃ elixatio,ſeu decoctio eius. *Membra expulſionis.* [i] Confert β doloribus matricis,& veſicæ.& quando bibũtur ex eo.iiij.ʒ.cum aqua mellis, eijcit fœtus viuos, & mortuos.& oleum eius aperit coarctationem oris matricis,& confert β doloribus eius. B

*De* [k] *†{Nereiden.}* *Cap.* 504.

Nereiden.Dicetur in [l] capitulo de ſpica,et ipſa eſt ſpica romana.

C *De Nil.*i. [m] Glaſto ſatiuo & ſylueſtri. *Cap.* 505.

Nil quid eſt? Eius aliud eſt domeſticum,et aliud ſylueſtre,cuius operatio eſt operatio domeſtici. *Natura.* Calidum eſt in primo, ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtypticum, & prohibet fluxum ſanguinis,et quod eſt domeſticum,exiccat fortiter ſine mordicatione: & in ſylueſtri eſt acuitas,et eſt vehementioris exiccationis,& extrahit materiam ex profundo. *Decoratio.* Abſtergit pannum,et [n] morpheam,et confert alopeciæ. *Apoſtemata & bothor.* Nil [o] detumeſcere facit apoſtemata mollia, et confert exituris [m] malis in membris duris,et vniuerſaliter conuenit omni apoſtemati in principio,et [m] formicæ,et eryſipilæ,et adminiſtratur cum farina hordei ſuper ea. *Vulnera & vlcera.* [o] Conſolidat vulnera calida in corporibus duris propter fortitudinem ſuæ exiccationis,hoc quidem fructus domeſtici efficit. Et in ſylueſtri quidem eſt acuitas,et eſt bonum [o] vlceribus putridis,et eſt mirabilis operationis in eis: ſed domeſticum eſt melius in cura vlcerum propter paucitatem ſuæ acuitatis,& confert vlceribus antiquis cum melle tritum ſuper aduſtionem ignis,et vulnera neruorum,et extrahit ſpinas,et ſurculos,proprie cũ farina lolij. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tuſſi [p] puerorum vehementi, quæ facit eos vomere,et ſuccus eius etiam [p] vlceribus pulmonis,et confert pleureſi melancholicæ. *Membra nutrimenti.* Confert ſpleni,et proprie ſylueſtre.

D [q] *De †{Nefrin.}* *Cap.* 506.

Nefrin quid eſt? Eſt ſicut ſambacus in virtute,ſed eſt debilior eo,& ſicut [q] narciſſus, & oleũ eius eſt proximum [q] virtuti olei ſambacini, ſed eſt debilius. *Natura.* Calidus eſt & ſiccus in tertio. *Operationes & proprietates.* Omnis ſpecies eius eſt mundificatiua, ſubtiliatiua, & flos eius eſt magis appropriatus in hoc. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert frigori neruorum. *Membra capitis.* Interficit vermes in aure,& confert tinnitui, & ſonitui, & confert dolori dentium.Et ex ſylueſtri quidẽ linĩt frons.& ſedat ſoda,& ſpecies ipſius aperiunt oppilationes nariũ. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert apoſtematibus gutturis, & amygdalarum [q] †{ }*Membra nutrimenti.* Quando de eo bibuntur.iiij.aur̃.ſedat vomitum,& ſedat ſingultum,& proprie ſylueſtre.

*De †{Nemem}*.i. [r] Serpillo vel ſiſymbrio. *Cap.* 507.

Nemem quid eſt? Eſt ſiſymbrium. *Natura.* Calidum eſt in tertio [s] ſiccum in eo. *Operationes & proprietates.* Reſiſtit putrefactionibus. *Decoratio.* Interficit pediculos. *Apoſtemata & bothor.* Confert apoſtematibus frigidis,& phlegmoni vehementis duritiei. *Membra capitis.* Decoquitur cum aceto,& miſcetur cum oleo roſ.& confert obliuioni,quando linitur ex eo caput,& ſimiliter commiſtioni ſenſus, & [t] lethargiæ, & karabito: & decoquitur cum aceto, & ponitur cum oleo roſ. ſuper

A Dioſ.li.2.c.147. & 148.
B Raſ. vlti. conti. t.1.c.492.
C Thlaſpi.
C † acetabuli mẽſura
Infra α
D Dioſc c.147. & 148.
E Thlaſpi Dio.li. 2.c.148.& G.lib.6. ſimp.48.d
E † acetabuli mẽſura
Supra α
F Dioſ.li.4.c.148.
† Nargies.
G Se.c.188. & R. vlt.cont.t.1.c. 489.
G † ſeiæ vrticę &
H Ga.8.ſim.56.h
I Raſ.vlt.conti.t. 1.c.489.
Infra β
Supra β
K † Nardin.
L 640.
M Dio.li.2.c.177. Repe.290. & 299.
N Cap.299.
O D.& G.li.6.ſimpli.48.g
P Raſ.vlti. conti. t.1.c.370.
Q Ser.c.187.
† Nefrin, vel neſerin.i. roſa muſchata.
Q † Ser. & pleureſi melãcolicę, et Ra.vl.cõ.t.1.c.588.
† Nemam.
R Dio.lib.2.c.121. & lib.3.c.37.
S G.li.8. ſim. 60.g
T Di.li.3.c.37.

ſuper tempora & confert. Et [a] fit emplaſtrum ex folijs ſylueſtris ſuper caput, & frontem ad ſoda, & confert. *Membra nutrimenti.* Confert [a] ſingultui cum ex eo bibitur cum vino, & ſemen eius eſt fortius, & confert apoſtematibus hepatis frigidis. *Membra expulſionis.* Confert vermibus, & aſcaridibus, & extrahit fœtum mortuum, & prouocat [b] vtrunq; & proprie petroſum: & illud, quod eſt ſylueſtre, quando bibitur cum vino, prohibet [a] diſtillationem vrinæ, & [a] extrahit lapidem, & confert dolori [a] ventris pungitiuo cum vino etiam. *Venena.* Confert puncturis, & ex eo fit emplaſtrum [a] puncturæ veſpæ, & bibitur ad puncturam eius pondus. ʒ. ij. de eo cum oxymelle.

De † {*nenufare*}. i. [c] Nymphea. *Cap.* 508.

Nenufar quid eſt? Quandoq; vocauit ipſum Gale. caulem aquæ, & nominat granum eius, granum ſponſi, ſecundum q dicitur, ſed in ipſo eſt contrarietas. Et radix α quidē nenufaris indi, [d] exiſtit in iudicio mandragoræ. *Electio.* Fortius eſt [e] illud, quod habet albam radicem, eſt enim fortius eo, quod habet albam radicem nigram, & eius ſemen eſt fortius ſemine ipſius. *Natura.* flos eius eſt frigidus & humidus in ſecundo, & ſyrupus eius eſt vehementius extinctionis. [f] Et α natura Indi eſt natura mandragoræ. *Operationes & proprietates.* Eius ſyrupus eſt extinctiuus valde. *Decoratio.* Radix eius ſuperpoſita [c] morpheæ cum aqua confert: & proprie nigræ. Et radix eius cum [c] pice ſuper alopeciam vtilis eſt, & proprie nigrum radicis eius. *Apoſtemata & bothor.* Radix eius confert bothor, & [g] apoſtematibus calidis, & apoſtematibus ſplenis. *Vulnera & vlcera.* Semen & radix ipſius conferunt vlceribus. *Membra capitis.* Facit [g] ſomnum, & ſedat ſoda calidam cholericam, ſed tamen debilitat. *Membra anhelitus & pectoris.* [h] Syrupus eius eſt bonus tuſſi & [g] pleureſi. *Membra nutrimenti.* Confert radix eius apoſtematibus [c] ſplenis bibita, & vt emplaſtrum ſuperpoſita. *Membra expulſionis.* Minuit [c] pollutionem, & frangit deſiderium coitus, cum de eo bibitur. drach. i. cum ſyrupo de papauere: & congelat [h] † {ſperma} cum proprietate, quæ eſt in ipſa, & proprie radix eius, & confert radix eius ſolutioni antiquæ, & vlceribus [c] inteſtinorum, & confert radix eius [c] doloribus veſicæ in modum emplaſtri ſuperpoſita. [i] † {Semen vero eius eſt fortius in omni re, ita q prohibet} [k] † {fluxum menſtruorum, & radix eius, quod citrinum eſt, & ſemen eius, quando bibuntur cum lacte multoties conferunt curſui humiditatis antiquæ ex matrice,} & [l] ſyrupus eius lenit ventrem. *Febres.* Syrupus eius confert febribus acutis, & eſt vehementis extinctionis.

De [m] † {*Neremiſch.*} *Cap.* 509.

Neremiſch quid eſt? Eſt flos, & cortex, & capita ſimilātur macis, ſed eſt minus rubeus ad citrinitatem declinans, & eſt aromaticus, & habet parum ponticitatis, & appropinquat nereidem in virtute. *Natura.* Eſt calidus & ſiccus in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtilis, reſolutiuus. *Membra nutrimenti.* Eſt bonus [n] ſtomacho, & hepati frigidis, & confert ſicut eſt iuuamentum ſpicæ. *Permutatio.* Loco eius ponitur quarta ponderis ipſius de zinzibere, & medietas ponderis eius de fiſticis, & ſexta ponderis ipſius de ſpica.

[o] De † {*Narikas.*} *Cap.* 510.

Narikas quid eſt? Eſt medicina acuta, & in ventre eius eſt pulpa viridis, ſtyptica, & cum oleo, prouocat ſudorem. *Membra capitis.* Inſufflatur in nares, & abſcindit fluxum ſanguinis narium. *Membra anhelitus & pectoris.* Medulla eius recens valet ad [o] ſpuendum, quod aggregatur in pectore de ſanguine. *Membra expulſionis.* Medulla eius prohibet [o] fluxum antiquum. *Venena.* Quando linitur cum vino, confert morſui viperæ.

De [p] † {*Nitro.*} *Cap.* 511.

Nitrum quid eſt? Eſt baurach armenum, & de ipſo quidem iam [q] dictum eſt.

De [r] † {*Neſceſcendaru.*} *Caq.* 512.

Nerſceſcendaru quid eſt? Exiſtimo, q in ipſo eſt permutatio in arabico, & eſt nerſiandaru per be non per nun, & eſt [s] virga paſtoris.

De † {*Nabach*}. i. [t] Loto arbore. *Cap.* 513.

Nabach. *Natura.* In ea quæ eſt humida, & quæ ſicca eſt, exiccatio eſt & ſubtiliatio. Et illud eſt in omnibus partibus ſuæ arboris, quæ eſt alſedar, & ſuffumigatio quidem alſedar eſt vehementis ſtypticitatis. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtyptica, & proprie eius ſauich. *Decoratio.* Prohibet [u] caſum capillorum, & prolongat eos, & confortat, & lenit ipſos. Et gumma quidem ſedar delet furfures, & ſuperfluitates minutas, quæ ſunt cum eis, & [x] rubificat capillos. *Apoſtemata & bothor.* Folia alſadar leniunt apoſtema calidum, & reſoluunt ipſum. *Membra capitis.* Gumma alſedar delet furfures ablutione facta cum ea. *Membra anhelitus & pectoris.* Folia eius conferunt aſthmati, & ægritudinibus pulmonis. *Membra nutrimenti.* [x] Confortat ſtomachum. *Membra expulſionis.* [x] Stringit naturam, & confert fluxui [x] ſanguinis, & [x] menſtrui, & [x] vlceribus inteſtinorum, & proprie eius ſauich. [y] Et confert ſolutioni factæ propter debilitatem ſtomachi. & fit clyſtere ex decoctione alſedar, & bibitur ad has ægritudines: & ad fluxum matricis. & iudicium eius, quæ recens eſt, eſt iudicium eius, quod eſt homogeneum cum ea de cydonijs, & [z] zarur, & pomis, & piris: nam quod de ea eſt æquale, ſtringit. Et quod de ea eſt plurimum: propterea, quod non digeritur, & quod expellit eam natura, excitat cholericā paſſionem.

De



De † {*Nucleis*}. i. [a] Palma palmarum. *Cap.* 514.

Dioſ. Lib. 1. c. 125 De Nucleis.
Nuclei palmarum, cæterorum more, cremati in crudo fictili & vino reſtincti cinere loto ſpodij vicem efficiunt. Operationes & proprietates. Vim adſtringendi habēt, & ſpiracula cutis obductu ſuo claudunt. Vulnera & vlcera. Corporis excreſcentias cum vino reprimūt: vlcera ad cicatricem perducunt. Membra oculi. Miſcentur in callible phara. Quod ſi non iuſtam vſtionem acceperint, denuo cremandi, contra vuam & puſtulas, palpebrarum defluuia, cum nardo effectum præbent

† Nui alch amez. A Dioſ. lib. 1. c. 125. Repetit. c. 87.

A Nucleus. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt ſtypticitas, & glutinatio. *Vulnera & vlcera.* Quod ex eo adultum eſt, cōfert [a] vlceribus fraudulentis. *Membra oculi.* [a] † {Aduritur, & extinguitur, & abluitur, & ſtat in alcofol loco tutię,} & [a] retinet pilos palpebrarum, [b] † {& facit eos naſci cum nereidem,} & eſt bonum [c] † {vlceriqus oculi, & ortui pilorum.}

A † D. Crematus in crudo fictili, & vino reſtinctus cinere, loto, ſpodij vicem efficit. B † D. cū nardo. C † D. vuæ & puſtulis. † Nhā. & eſt auis ſtrucius. D Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 488. E G. 3. alim c. 20. e

De † {*Naham*}. i. [d] Strutho camello. *Cap.* 515.

Naham quid eſt? Quidam medicorum magnifice laudauerunt carnem eius. *Natura.* Dixerūt quidam medicorum, q caro eius eſt calida pinguis, facit [d] deſiderare cibum, & confortat corpus, & eſt conueniens quando digeritur, veruntamen ipſa eſt mali ſaporis groſſa, & [e] non digeritur. *Membra expulſionis.* [d] Augmentum efficit in coitu.

De † {*Nigella*}. i. [f] Gith melanthio. *Cap.* 516.

† Sunis, vel Sunizi. F Dioſ. lib. 3. c. 75. G Gal. li. 7. ſimpli. 55. c. d

B Nigella. *Natura.* [g] Calida eſt & ſicca in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt [f] acris, inciſiua phlegmatis, [g] abſterſiua, & reſoluit ventoſitates, & [g] inflationem, & eius mundificatio eſt vltima. *Decoratio.* Abſcindit [f] verrucas profundas, ſeu clauales vel clauo ſimiles & alchailan, & morpheā, & baras proprie. *Apoſtemata & bothor.* Ponitur cum aceto ſuper [f] bothor lactea, & [f] reſoluit apoſtemata phlegmatica & dura. *Vulnera & vlcera.* Ponitur cum aceto ſuper vlcera phlegmatica, & [f] ſcabiem vlceratam. *Membra capitis.* Confert [f] coryzæ proprie torrefacta, & poſita in panno lineo & ligata, & linitur ſuper [f] frontem illius, qui habet ſoda frigidam. Et quando infunditur in aceto per noctem, deinde teritur in mane, & fit ex ea caputpurgium, & ante infirmum adeo fit proxima vt ipſam naribus attrahendo odoret, confert doloribus antiquis in capite, & torturæ. & eſt ex medicinis aperientibus valde oppilationem, quæ eſt in colatorio. Et [f] decoctio eius cum aceto confert dolori dentium, ore ex eo colluto, & proprie [f] cum ligno [g] † {pini.} *Membra oculi.* Quādo ex ea trita fit caputpurgium cum oleo irino, prohibet initium aquæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [f] etiam dilatationi anhelitus quando bibitur cum [h] † {nitro.} *Membra expulſionis.* Interficit [f] vermes, & aſcarides, etiam ſi liniatur ſuper ſumen, & prouocat [f] menſtrua. Et quando adminiſtratur aliquantis diebus, & datur in potu cum melle, & aqua calida, ad lapidem in veſica & in renibus, cōfert. *Febres.* Reſoluit [i] febres phlegmaticas, & [i] melancholicas proprie, & remouet eas. *Venena.* Eius [f] ſuffumigatio fugat vermes venenoſos. Et exiſtimauerunt [f] quidam, q de ea multitudo
C interficit, & eſt [f] ex eis, quæ conferunt ad morſum rutelæ quando de ea bibitur aureus.

G † tedæ. H † vino. I Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 496. † Thelgi. K Raſ. vlt. conti. t. 1. c. 499. L G. li. de cibi bo. & ma. chimi. c. 13. d † Bachale aliemanie. M Dio. li. 2. c. 110. N Li. 2. c. 110. oppoſitū, & Se. c. 232. O Ser. c. 232. P, Lib. 6. ſim. 45. a † Afiun. Q Dio. lib. 4. c. 55. R † ——— S † Dio. li. 4. c. 55. Optimum habet graue, & denſum, guſtu amarū, odoratu ſoporiferū, qd facile aqua diluitur, læue, candidū, neq; aſperum neq; grumoſum, quod inter colandum non vt cerea coeat, & in ſole diffundat. Dein admotū lucernis, nō atra luceat flāma, extinctum deniq; odoris vim conſeruet. Sed opiō glaucio, gūmi, aut ſylueſtris lactucæ ſucco adulterāt. Verū glaucio fricatū, in dilutione croci colore reddit: lactuceo ſucco fictū, exiliter ſpirat & aſperi ſpectatur. Gūmi vitiatū, ſplēdet, & inſtmū e. T Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 533. T † Dio. erui magnitudine.

De † {*Niue.*} *Cap.* 517.

Nix. *Operationes & proprietates.* Eſt [k] mala ſenibus, & eis in quibus generātur humores frigidi. *Membra capitis.* Aqua niuis ſedat dolorem dentiū calidum. *Inſtrumenta iuncturarum.* Nix eſt [l] nociua neruis: propterea, q coarctat vapores calidos currentes in eis, & [k] retinet eos ne ſoluantur. *Membra nutrimenti.* Eſt nocitiua [k] ſtomacho, proprie illi, in quo generantur humores frigidi. Et aqua niuis quandoq; [k] facit ſitim: propterea, quia coadunat caliditatem.

## Litera. O.

De † {*Olereiameno*}. i. [m] Blito. *Cap.* 518.

Olus iamenum quid eſt? Secundū [n] Dioſ. in ipſo eſt virtus medicinæ omnino. Et eſt aquoſum, ſicut atriplex, quod ſaporē non habet, & in [o] hoc plus abundat oībus oleribus, & eſt vehementioris humiditatis, q̄ lactuca, & cucurbita, & eius nutrimentum eſt paucum. Et eius [o] penetratio nō eſt velox: propterea, q penitus bauracitate priuatum eſt. *Natura.* Inquit [p] Gal. eſt frigidum, & humidum in ſecundo. *Apoſtemata & bothor.* Ex eo [o] fit emplaſtrum apoſtemati-
D bus calidis. *Vulnera & vlcera.* Fit [o] emplaſtrum ex radice eius vlceri mellino, ſeu vlceri, ex quo egreditur ſicut mel. *Membra capitis.* [o] Permiſcetur eius ſuccus cum oleo roſato, & confert ſodæ accidenti ex ſole. *Membra anhelitus & pectoris.* [o] Confert tuſſi, & ſedat eam, & proprie decoctum cū oleo amygdalino, & aqua granati dulcis, & [o] ſimiliter ſedat ſitim calidam.

De † {*Opio*}. i. [q] Papauere ſatiuo. *Cap.* 519.

Opium quid eſt? Eſt ſuccus papaueris nigri Aegyptiaci exiccati ſub ſole. Et eius quidem potio non additur ſupra duos danich. [r] † {Quandoq; vero fit opium etiam ex ſemine lactucæ agreſtis, & eſt ſtupefactiuum debile.} Opium præterea aſſatur ſuper laminam ferream ignitam, & fit rubeū. *Electio.* [s] † {Quod ex eo lectum eſt grauius, acuti odoris, frangibile, & facile reſoluitur in aqua, & non congelatur in liquefactione, & reſoluitur in ſole, & non obſcurat lumen lampadis quando ex eo inflammatur. Citrinum autem tingens aquam, aſperum, debilis odoris, clari coloris, hoc tale eſt falſificatum cum memithe, & quandoq; adulteratur cum lacte lactucæ ſylueſtris, & eſt debilis odoris, & adulteratur cum gummi, & eſt ſplendidum, clarum valde.} *Natura.* [t] Frigidum eſt & ſiccū in quarto. *Operationes & proprietates.* Eſt narcoticum ſedatiuum omnis [t] doloris ſiue ſit bibitum, ſiue linitum. Et potio ipſius ſit quantitas [s] † {lenticulæ magnæ.} *Apoſtemata & bothor.* Confert apoſte-

[a] apoſtematibus. & præcipuæ calidis. *Vulnera & vlcera.* In ipſo eſt [b] exiccatio vlcerum. *Inſtrumenta iuncturarum.* [a] Permiſceatur cum [b] †{vitello oui aſſati,} & liniatur ex eo podagra, & tunc ſedatur dolor, & proprie cum lacte. *Membra capitis.* Facit [a] dormire, etiam ſi ſupponatur [c] †{cum} licinio, aut abſque licinio. Et ſedat etiam [d] †{ } cum diſtillatur contritum in oleo roſ. in [a] aurem doloroſam cum myrrha & croco, & ſedat ſoda antiquam, & ſanat ex ea. Et ipſum eſt ex eis, quæ deſtruunt intellectum & ſenſum. *Membra oculi.* Sedat dolores [a] ophthalmiæ, & apoſtemata eius, cum [e] †{lacte mulieris.} Plures [a] autem antiquorum fuerunt, qui non fuerunt eo vſi in ophthalmia propter nocumentum, quod viſui infert. *Membra anhelitus & pectoris.* Sedat [a] tuſſim continuam, & plurimum ſedatur eo illa, quæ ex ea clamoſa eſt. *Membra nutrimenti.* Stomachus quandoq; præparatur, ſeu coriatur aut iuuatur eo, & aggregatur. & illud cum eſt laxus ex calore & humiditate. Et in [f] pluribus diſpoſitionibus cum bibitur ſolus abſque caſtoreo, deſtruit digeſtionem, aut diminuit eam valde. *Membra expulſionis.* [g] Retinet ſolutionem, & confert dyſenteriæ, & vlceribus inteſtinorum. *Venena.* Interficit congelando virtutes, & extinguendo calorem innatum: & eius [h] quidem theriaca eſt caſtoreum. *Permutatio.* Loco ipſius ponit̃ triplum ſeminis iuſquiami, & duplum eius de ſemine mandragoræ.

E

[i] *De* †{*Ouis.*} *Cap.* 520.

Oua. Nota ſunt. *Electio.* Meliora ex eis ſunt oua [k] gallinæ recentia. Et melius, quod eſt in eis, eſt vitellus. Et melius eorum artificium eſt, vt non coagulentur cum aſſatione. Poſt autem oua gallinæ, ſunt oua [l] auium, quæ curſu eius procedunt ſicut †{altedarigi & alduragi, & alchabegi & altheiugi.} Oua vero anatis & ſimilium ſunt mali humoris. *Natura.* Sunt ad æqualitatem tendentia, ſed eorum [m] albumen ad frigiditatem, & vitellus ad caliditatem, & ambo ſunt humida, præcipue albumen, & ex eis ſicciora ſunt oua anſeris & ſtrutij. *Operationes & proprietates.* In ipſis eſt ſtypticitas, & proprie in vitello eorum aſſato. Eorum autem albumen ſedat dolores mordicatiuos, propter ſui glutinationem, & quoniam ipſum tenetur, & remanet, quare non remouetur velociter, ſicut lac [n] magis coagulata vero ſeu magis cocta ſunt tardioris digeſtionis, & plurimi nutrimenti, & meliora eorum, ſunt ſemicocta ſeu ſorbilia & ſunt velocis penetrationis. *Decoratio.* Fiat epithema ex albumine eorum, & tunc prohibebit corruptionem [i] coloris à ſole, & remouet eam, & vitellus aſſatur, & teritur cum melle, eſt epithema vtile panno, & nigredini. Oua autem auis alhabari ſunt tinctura bona capillorum, ſecundum ꝙ dicitur, & experitur, hora conuenienti ad illud, cum filo lanæ penetrante in eis, & dimittitur donec conſideretur an nigreſcat, & ſimiliter oua [n] †{alochloch,} ſecundum ꝙ dicitur. *Apoſtemata & bothor.* Ponuntur in emplaſtris apoſtematum & in clyſteribus propter vlcera & apoſtemata & liniuntur ſuper eryſipilam cum oleo. *Vulnera & vlcera.* Conferunt α exituris ani, & pectinis, & [i] aduſtioni ignis. vtere eis cum lana, & prohibent vlcerationem, & ſimiliter [o] in aduſtione aquæ etiam. *Inſtrumenta iuncturarum.* [o] Ambo leniunt neruos, & conferunt omnibus doloribus iuncturarum. *Membra capitis.* [p] Ponuntur in medicamentis abſcindentibus fluxum ſanguinis panniculi cerebri, & conferunt coryzæ. Et vitellus oui gallinæ confert apoſtematibus calidis in aure. Et dicitur quòd oua teſtudinis ſylueſtris conferunt epilepſiæ. *Membra oculi.* Ipſorum [p] †{albumen} ſedat [i] dolorem oculi [q] †{& vitellus cum croco & oleo roſa. confert percuſſioni oculi valde.} Et cum ex eo fit emplaſtrum cum farina hordei prohibet fluxum ab oculo: & ſimiliter linitur cum [i] thure ſuper frontem propter fluxum oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Conferunt [q] aſperitati pectoris & [i] gutturis ſorbilia ex eis, & tuſſi & pleureſi, & phthyſi, & raucedini vocis ex caliditate, & ſtricturæ anhelitus, & [i] ſputo ſanguinis proprie cum ſorbetur [r] †{vitellus} eorum tepidum. Et [s] oua quidem teſtudinis ſylueſtris experta ſunt tuſſi infantium. *Membra nutrimenti.* [o] Cocta ſicut ſunt in aceto prohibent effuſionem materierum ad ſtomachum, & inteſtina, & conferunt aſperitati meri, & ſtomachi. & quæ ex eis ſunt aſſata, permutantur ad fumoſitatem. *Membra expulſionis.* Cocta ſicut ſunt in [t] aceto prohibent fluxum ventris, & dyſenteriam. & ipſorum [t] †{vitellus} confert vlceri renum, & [i] veſicæ, & præcipue ſi ſorbeatur crudus. & quæ ex eis ſunt aſſata ſuper cinerem ſine [t] fumo, conferunt ſolutioni ventris, & dyſenteriæ, quando comeduntur cum †{aliquibus ſtypticis, vt aqua acreſtæ} & [u] conferunt aſperitati inteſtinorum, & [u] veſicæ. [x] †{Et ex albumine quidem ipſorum fit clyſtere cum meliloto propter vlcera inteſtinorum, & putrefactionem eorum:} & conferunt α exituris ani, & pectinis. & [y] †{& ſupponitur licinium infuſum in eis, & in oleo roſato propter apoſtemata ani,} & percuſſionẽ eius. ex albumine præterea ouorum fit peſſarium cum oleo de alcanna, & confert vlceribus matricũ, & lenit matricem. & quando ſorbetur ſicut eſt crudum, confert fluxui ſanguinis, & mictui eius. amplius [z] omnia oua præcipue oua paſſerum, augmentum faciunt in coitu. & dicitur, quòd cum oua anſeris miſcentur cum oleo, & diſtillantur tepida in matricem, prouocant menſtrua poſt quatuor dies.

F

G

H

*De* †{*Opopanaco*} i. i [a] Panace. *Cap* 521.

Opopanacum quid eſt? Folia [a] arboris eius non elongantur à terra, & ſimilantur ipſius folia folijs ficus [a] vehementis viriditatis quinaria [a] ſeu quinque habentia partes & inciſas habẽtia partes, rotunda, & eius crus eſt ſicut [a] †{cucumeris,} ſuper quod ſunt pili puluerulenti, & eius folia ſunt parua valde. ſuper cuius extremitatem eſt corona ſimilis [a] coronæ anethi, & eius [a] flos eſt citrinus



A [a] †{ } & folia floris ſunt boni odoris, & [b] venæ ipſius ſunt plurimæ, quæ ramificantur à radice vna, groſſum [b] habente corticem, & in eius odore eſt [b] grauitas: eius autẽ gumma [b] extrahitur cum inciſione ſuæ radicis in primis cum crus apparet. [c] †{ } & qñ fricatur eſt eius inciſio ſm colorem croceũ: & ex eis, quæ ſimilantur huic ſpeciei, & connumerantur de ſpeciebus opopanaci ſunt [d] maſanis, ſeu ſamanes, aſchilus, ſed crus eorum eſt ſubtilius: quod eleuatur à terra vno cubito: deinde ramificatur ſicut folia fœniculi, & iſta ſunt debiliora, & etiã [e] {machas † chabrumiun,} cuius folia [e] †{ſunt ſicut folia chamęmillę albę,} & [b] flos eſt aureus. *Electio.* Quod in radice eius melius eſt, eſt illud, quod eſt album, mordicans linguam, in quo non eſt contractio, boni odoris. & ex fructu eius melius, eſt illud, quod eſt ſuper crus, & terminum medium: & quod ex gumma eius eſt melius, eſt illud, quod eſt valde amarum, intrinſecus album, & extrinſecus croceum, frangibile, quod diſſoluitur in aqua. nigrum vero lene, eſt adulteratum cum amoniaco. *Natura.* Calidum [f] eſt, & ſiccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiuum ventoſitatum, lenificatiuum, abſterſiuũ. *Apoſtemata & bothor.* Lenificat durities, & ſumitas eius, ſeu & flos eius lenificat valde bothor. *Vulnera & vlcera.* Eius radix eſt ad medicandum oſſa nuda [f] †{& cum melle eſt conueniens} vlceribus antiquis [g] †{ } & igni [b] perſico, & ſumitas †{eius} ſeu flos eius etiã vulneribus & bothor. & ad ſummum oẽs partes eius conferunt vlceribus fraudulentis &

B herpeti heſtiomeno cum melle. *Inſtrumenta iuncturarum.* Bibitur cum aqua mellis, aut cum vino propter attritionem lacertorum ex percuſſione. quidam vero dixerunt, ꝙ eſt malum neruis, & videtur, ꝙ ſit malum neruis ſanis nõ humectatis. & eſt conferens [b] ſciaticæ & bibitur ſuccus eius etiã, & remouet laſſitudinem, & confert doloribus iuncturarum omnium, & podagræ [b] more emplaſtri ſuperpoſitum. *Membra capitis.* Confert corroſioni dentium, cum eo implentur, & ſedat [b] dolores eorum, & confert ſoda, & epilepſiæ, & matri infantium. *Membra oculi.* Acuit [b] viſum qñ ex eo fit collyrium. *Membra anhelitus & pectoris.* Ex folijs eius fit emplaſtrum ſuper dolores [b] lateris. Opopanacum quoq; confert dolori vtrorũq; laterũ, & tuſſi cum ſunt frigidi. *Membra nutrimenti.* Eius ſuccus confert duritiei ſplenis more emplaſtri ſuperpoſitus, & bibitus cum aceto: ponuntur enim ex eo. x. aur. in duobus vrceolis muſti, & clarificatur poſt duos menſes, & confert ſpleni valde, Et muſtum hoc confert hydropiſi. *Membra expulſionis.* Lenit duritiem matricum, & confert guttationi [b] vrinæ, & auellana vna ex eo bibitur cum aqua calida ad prouocãdam vrinam, & menſtrua, [b] & ad matricem frigidam. & eius etiam [b] fructus abundare facit menſtrua, & proprie cum abſinthio: & [b] interficit fœtum, & proprie radix eius. Ipſa nãq; [b] abortum facit ſuppoſita & bibita. Et [b] confert præfocationi matricis. & [b] extenuat ventoſitatem, & [b] duritiem eius. & [f] cõfert colicæ. & [f] ſoluendo educit humorem crudum, & confert prurituí [h] veſicæ. *Febres.* Bibitur cũ aqua mel

C lis ad [b] rigores & febres [b] periodicas. *Venena.* Ex eo cum [b] pice fit emplaſtrum, & ſi applicetur eſt bonũ morſui canis rabioſi, & cum [b] ariſtolochia ad puncturas bibitũ, eſt theriaca, & ſimiliter eius ſuccus. *Permutatio.* Loco eius ponitur galbanum, & exiſtimo, ꝙ ammoniacũ eſt ei ꝓpinquum.

*De Oleandro.* i. [i] Nerio ſeu Rhododendro. *Cap.* 522.

Oleander quid eſt? Eius alia eſt ſylueſtris, & alia fluuialis. Sylueſtris vero folia ſunt ſicut folia portulacæ, ſed ſunt ſtrictiora. & eius thyrſi ſunt longi, expanſi ſuper terram, & apud folia ſunt ſpinæ, & naſcitur in domibus deſertis. Fluuialis autem oritur in ripis fluuiorum, cuius thyrſi à terra eleuantur, & ſpinæ eius ſunt occultæ, & ipſius folia ſunt ſicut folia alchalef, & folia amygdalæ, lata, & ſaporis valde amari, & ſuperiora cruris eius ſunt groſſiora inferioribus ipſius, & eius flos ẽ ſicut roſa rubea aſper valde, & ſuper ipſum egredit̃ quiddam ſimile pilis, & eius fructus eſt durus, apertus, plenus re, quæ eſt ſicut lana. *Natura.* Calida eſt in tertio, ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiua valde & ex eius decoctione ſternuntur domus, & interficit pulices, & vermes terraneos. *Apoſtemata & bothor.* Ponuntur folia eius ſuper apoſtemata dura. & ſunt in eis iuuamẽti valde magni. *Vulnera & vlcera.* Bona eſt [k] pruritui, & [k] ſcabiei, & excoriationi, & proprie ſuccus foliorum eius. *Inſtrumenta iuncturarum.* Dolori dorſi [k] antiquo & [k] geniculi valet more emplaſtri ſuperpoſita. *Membra capitis.* Flos eius facit ſternutationem. *Venena.* [k] †{Eſt vene-

D num. & qñq; miſcetur cum vino & ruta, & potatur, & liberat à venenis vermiũ venenoſorum.} Ego tamen dico, ꝙ eſt hoc timoroſum: & ipſa, & eius flos ſunt venenum [l] hominibus, & beſtijs, & canibus: [l] †{verũtamen confert cum bibitur cum vino decocta cum ruta, ſecundum ꝙ dicitur.}

[m] *De* †{*Oleo.*} *Cap.* 523.

Oleum. Oleum de balſamo iam [n] dictum eſt. Oleum vero [o] de kerua, & oleum de raphano ſunt ſimilis virtutis. ſunt. n. ambo reſolutiua: ſed ipſorum fortius eſt oleum de kerua: quãuis oleum de raphano ſit calidius & ſit ſimile oleo antiquo. *Natura.* Calidum eſt, & ſiccum in tertio. oleum de lilio, & oleum ſambacinum calida ſunt in tertio. oleum de vrtica, & oleum de cartamo calida ſunt in primo, humida in ſecundo. oleum autem de narciſſo calidum in ſecundo, humidum in primo. oleum de keiri eſt calidum & humidum in ſecundo, & ſimiliter oleum de ben, & ſimiliter oleum amygdalinum amarum. Oleum de extremitatibus vitium & oleum roſarum, & mandragoratum proxima ſunt in infrigidatione, & ſtypticitate, & α oleum de cydonijs etiam. & oleum chamæmelinum calidum eſt cum æqualitate: & oleum anethinum ſimile eſt ei, ſed eſt eo calidius. & oleũ narciſſinum proximum eſt in virtute, & operatione oleo anethino. ſed eſt acuti odoris, & non eſt conueniens capiti, eo modo quo oleum anethinum. In oleo vero violaceo nõ eſt ſtypticitas, ſed eſt in ipſo

A † D. & ſemine odorato ſeruẽteq;.
B Dio. li. 3. c. 46.
C † D. eã candidũ ſuccum emittit, q ſiccatus in ſumma cute croceum colorem contrahit.
D Panaces Aſclepii.
E Panaces chironium.
† Panaces chironium.
E † D. amaraco ſimilia ſunt.
F Ser. c. 252.
F † D. ſi trita cum melle illinatur
G † D. efficax eſt.
† Aſclepii
H Di. & Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 521.
I Dio. li. 4. c. 70.
K Raſ. t. 3. c. 31.
K † D. Folia & flores, mulis, canib⁹, aſinis, & quadrupedũ plurimis venena ſunt; hoĩbus vero cõtra ſerpentium morſus pręſidia, è vino pota: eo magis ruta addita
L G. li. 8. ſim. f. 57. a
L † ———
M Di. li. 1. c. 28.
† Dhen.
N Cap. 84.
O G. lib. 6. ſimpli. fo. 46. h, & Aet. li. 1. ſer. 1 lo. 21.
Infra α

ipſo infrigidatio quædam. β oleum vero rutaceum eſt reſolutiuum. Nos autem non dicemus hic E artificium oleorum, immo dicemus ea in [a] antidotario. Et nos etiã non dicemus olea cõpoſita ex medicinis pluribus, ſicut oleum coſtinum, & oleum de darſiſahã, eorum compoſitionẽ, & eorum iuuamenta niſi in antidotario. *Operationes & proprietates.* Oleum amygdalinum, & proprie amarum, aperitiuum. Et in oleo de pomis, & α cydonijs proprie eſt ſtypticitas, & infrigidatio. [a] Oleum vero chamæmelinum, ſedatiuum eſt dolorum, ablatiuum ſpiſſitudinum, reſolutiuum vaporum. Et oleum de lilio eſt lenitiuum, confortans mẽbra, maturatiuum, ſedatiuum dolorum. oleum myrtinum conſtringit mẽbra, & confortat ea, & infrigidat ea plusquàm illud de cydonijs, & prohibet materias aduenientes. & β oleum de ruta eſt reſolutiuum inflationis valde, & eſt ſicut oleũ laurinum, ſed eſt calidius eo, & ambo ſunt ſedatiua dolorum antiquorum, & reſolutiua vẽtoſitatum. oleum de coſto iuuat in diuerſitatibus diſpoſitionum peſtilentiæ, & efficit odorem vaſis & aeris bonum. *Decoratio.* Oleum [b] laurinum alopeciæ eſt vtile. oleum myrtinũ conſtringit origines capillorum, & confortat eos, & denigrat. oleum coſtinum conſeruat iuuentutem in capillis. oleum [c] amygdalinum cum melle proprie amarum, & radix lilij, & cera liquefacta conferunt [c] †{altagaden in facie,} [c] & panno, & veſtigijs, & ſimilibus. & confert quando linitur cum decocto ſuper ſquãmas, & [c] furfures. oleum de kerua eſt bonum lentiginibus, & pãno. Et oleum de fœnugreco eſt [d] bonum colori corrupto proprie in angulis oculorum. *Apoſtemata & bothor.* Oleum amygdalinum con- F fert apoſtemati mamillæ. [e] oleum de lilio duritiem antiquam reſoluit. *Vulnera & vlcera.* Oleum de kerua valet bothor groſſo, & [f] ſcabiei: & de [d] fænugræco, ſahafati. oleum [g] myrtinum cõfert vlceribus. oleum de coſto remouet ſcabiem, & pruritũ velociter. *Inſtrumenta iuncturarum.* Oleum amygdalinum confert [g] †{aluathi.} oleum [h] chamæmelinum confert laſſitudini, & [i] oleum de lilio etiam, & oleum de [k] anetho, & etiam ei quem frigus læſit. *Membra capitis.* Oleum [l] amygdalinum cõfert ſoda, & pulſationi auris, & [l] tinnitui, & [l] ſibilationi in aure. oleum amygdalinum amarum plurimi eſt iuuamenti ſubtile, & plurimi iuuamenti ipſius eſt in aure, & oppilationibus eius, & tinnitui ipſius, & vermibus factis in ea. & oleum roſa. eſt valde bonum inflammationi cerebri, & principio apparitionis apoſtematum, & augmentũ efficit in virtutibus cerebri, & in intellectu. & eſt decliue ad æqualitatẽ. Et propter hoc dixit [m] Gal. quòd ipſum calefacit corpus vehementis frigiditatis, & infrigidat calidum. Et magis vincens ex iudicio eius apud me eſt, quòd corpora calida, quæ ipſum temperat ſunt plura corporibus frigidis, quæ ipſum calefacit. Oleum laurinum, & oleũ rutaceum ſunt bona doloribus capitis antiquis. & oleum [d] de fœnugræco confert furfuribus. oleum de kerua confert alopeciæ, & [d] vlceribus in capite. & apoſtematibus factis in eo, & [d] dolori auris. *Membra nutrimenti.* Oleum amygdalinum eſt [n] bonum ſpleni, ſed grauat ſtomachum. *Membra expulſionis.* Oleum de vrtica & oleũ de ſemine croci hortenſis ſoluunt ventrem. & oleum [o] roſ. quandoque G ſoluit. ſ. cum inuenit materiam, quæ indiget lubrificatione, & quandoque retinet ſolutionem cholericam. oleum de kerua [p] ſoluit, & educit aſcarides. oleum amygdalinum eſt bonum [n] doloribus renum, & [n] difficultati vrinæ, & [n] lapidi & doloribus veſicæ, & [n] matricis, & [n] præfocationi matricis. & oleum [q] de lilio partum efficit facilem, & ſedat dolores matricis bibitum, & clyſterizatum, & in õibus illis [d] oleum de fœnugræco iuuatiuum eſt, & etiam [d] duritiei matricis, & dubellet eius, & [d] difficultati partus. oleum de [r] kerua confert apoſtematibus ani, & pungitiuo dolori matricis, & eius [r] conuerſioni. *Febres.* [s] Oleum chamæmelinum in febribus prolixis melius eſt oleo roſ. [t] oleum anethinum bonum eſt rigori. *Permutatio.* Ponitur loco olei de balſamo, [t] †{myrrha liquida} aut æquale pondus olei aldadi, vel dadi cum medio pondere ſui de oleo alneregil, & quarta ponderis ſui de oleo antiquo. & permutatio olei laurini eſt pix humida. & permutatio olei de lilio eſt oleum de lauro. & permutatio olei de vrtica eſt oleũ de cartamo, ſed eſt debilius eo. & loco olei de alcanna ponitur oleũ ſanſucinum. & loco olei nenufaris oleum roſarum, & oleum violaceum. & loco olei de kerua oleum raphaninum, & oleum lini præter conuerſionem in oleo de lino.

*De Oliuis.* i. [u] Olea ſylueſtri. *Cap. 524.*

Oliuæ quid ſunt? Oleum quandoque exprimitur ex oliuis immaturis: & quandoque exprimitur ex oliuis vltime maturis. Et oleum omphacinum eſt illud, quod expreſſum eſt ex ĩmaturis. Et quandoque exprimitur H ex oliuis rubeis medijs inter immaturas & vltime maturatas, cuius operatio eſt inter illas duas res. oleũ præterea quandoque fit ex oliuis domeſticis, & quandoque fit ex oliuis ſylueſtribus. [x] oleum vero vetus in emplaſtris in virtute eſt olei de kerua, & olei de raphano, & de lilio, ſed eſt calidius, & eſt propinquum operationi ipſorum. Cumque aliquis vult adurere ramos oliuarũ & folia earum, oportet vt liniantur cum melle. *Electio.* Oleum ſanis melius, eſt omphacinum. & melior gumma ipſius, eſt gumma ſylueſtris, quæ mordicat linguam: ſi. n. non mordicat linguam, tunc non eſt proficuum in ipſa. *Natura.* Omphacinum frigidum eſt & ſiccum in primo. Rufus vero in ipſo dicit eſſe humiditatem. & oleum de oliuis vltime maturis, eſt calidum cõmenſurate, & declinat ad humiditatẽ. quod ſi lauetur, eſt temperatum in humiditate & ſiccitate, & minus calidum. & vniuerſaliter oliuę maturæ ſunt calidæ, & earum oleum ad humiditatem declinat temperatam, & immaturæ ſunt frigidæ, & ligna, & folia earum ſunt frigida. Cum autem antiquatur oleum omphacinũ valde, fit in natura olei de oliuis dulcibus. *Operationes & proprietates.* Omnes [y] olei ſpecies corpora confortant, motum alleuiant, & ſunt extinctiuæ. Et oleum quidem de oliuis ſylueſtribus decoquitur in vaſe æreo donec coaguletur, & fit proximum virtuti lycij. Et [z] aqua de oliuis ſalitis fortior eſt

aqua

Infra β
A Li.5. ...
Supra α
A Gal. lib. ... c.10.g.h
Supra β
B Gal. de ... phar. ...
C Dio. li. ...
C † facie ...
D Dio. c. 4...
E Dio. ...
Act. li. ...
F Dio. li. ...
G Dio. li. ...
G † ...
ſeu diſt...
H G. ...
I Act. li. ... fo. 24.
K Dio. li. ...
L Dio. c. ...
M Li. ...
N Dio. li. ...
O Dio. c. ...
P D. c. ...
Q D. c. ...
R D. c. ...
S G. ...
T Dio. li. ...
T † G. gum... rhę
V. Dio. lib. ... & 18. & 119.
X Gal. 6. ... fo. 46. h. & R... conti. ...
Y Dio. li. ...
Z Raſ. vl... t. 1. c. 514.



A Dio. lib. 1. c. 118. & Raſ. ibidem.
B Dioſ. ibi. c. 28. & Raſ. ibi.
C D. ibi. c. 28.
Infra α
C † ———
D Di. c. 118.
Infra β
Supra β
E D. c. 120.
E † Oleum
F † D. c. 120. Cruda & recenti amurca podagras articularioſque dolores foueri vtiliſſimũ.
G † D. ibi. Excrementum expreſſæ oliuę ſi cũ omphacino recoquit ad mellis craſsitudinẽ corroſos dẽtes extrahit.
Supra α
H † Dio. c. 118. exprimitur ſucc' tuſſis folijs, affuſo vino, aut aquã ſiccatuſque in ſole in paſtillos digerit, ſed lõge validior ad recõdendũ ſuccus habet, quã cũ vino, quàm cũ aqua expreſſus eſt.
I Dio. li. 1. c. 119.
K Cap. 647.
L Dioſ. li. 1. c. 27.
M † D. li. 1. c. 120. Amurca expreſſæ oliuę peruncta in villoſa pelle, & hydropicis impoſita, tumoris mollẽ reprimit.
N † D. c. 27. oleũ ſoluit aluũ heminę mẽſura cũ pari ptiſanæ ſucco aut aqua potum
O † D. c. 27. ad tormina calidũ ſimul decocta ruta trib' ſextariis ĩ potu datur
P † D. c. 27. Idem maxime ilei inteſtini morbo laborantibus infundit.
Q † D. c. 27. Contra venena datur, aſsidue potũ redditũque vomitiõib'.
† Conder.
R Di. lib. 1. c. 70. & 71. 72. 73.
R † D. fulueſcit, & colore liuet: ſed rotundũ induſtria factitatur quã in quadrãgulares formas diſſectum fictilib' verſant, donec rotunditatem cõtrahat, verũ huiuſmodi dieb' tẽpore flaueſcit.
S Paul. li. 7. c. 380.
T Dio. li. 1. c. 70.
T † D. ibi Formicãtes verrucas iter initia ex aceto & pice illitũ tollit.
Infra α

A aqua ſalſa in mundificatione. Et oleum quidem ſanis melius eſt oleum omphacinum. Olei vero antiqui acuitas non conſequitur mordicationem, & oliuæ quidem ſunt ex eis, quæ nutriunt parum per. *Decoratio.* Folia oliuarum ſylueſtrium bona ſunt [a] panaritijs, & prohibent ſudorem [b] inuncta. oleum de oliuis ſylueſtribus, [c] eſt ſicut oleum α roſ. in plurimis intentionibus, & conſeruat [c] capillos, & [c] prohibet velocitatem caniciei cum adminiſtratur omni die. [c] †Et folia quidẽ oliuę decoquuntur in aqua acreſtę donec fiat ſicut mel, & linitur ſuper dentes corroſos, & euellit eos.} *Apoſtemata & bothor.* Et [d] ſylueſtres eryſipilam, & β formicam, & [d] ſcere, & [d] apoſtemata calida ſoluunt. & humiditas [d] currens à lignis earum cum inflammãtur, conuenit ſcabiei, & impetigini. & fęx olei eſt medicamen apoſtematum calidorum in glandulis, & proprie cum folijs ſuis. *Vulnera & vlcera.* Oleum de oliuis ſylueſtribus expreſſum de immaturis, confert [c] vlceribus humidis, & ſiccis, & ſcabiei. Et folia oliuarum ſylueſtrium [d] vlceribus ambulatiuis, & fraudulentis, & [d] ſordidis, & β formicæ, & ſcere, & quando [d] permiſcetur fæx olei cum camæleonta ſanat ſcabiem, ita quòd etiã beſtiarum ſcabiei conueniat, proprie in infuſione lupinorum. Cum ex oliuis de aqua conditis cũ aqua & ſale fit emplaſtrum ad [d] aduſtionem ignis, non veſicatur, & purgat [d] vlcera ſordida, [e] †{Et gumma} oliuarum ſylueſtrium confert [c] ſcabiei vlceroſæ, & impetigini, & ponitur in emplaſtris vulnerum. *Inſtrumenta iuncturarum.* [f] †{Aqua oliuarum ſalitarum clyſterizatur ad ſciaticam. B Et oleum ablutum eſt conueniens doloribus iuncturarum & ſciaticæ. & oleum vetus confert podagricis, cum liniuntur ex eo.} *Membra capitis.* [g] †{Et folia quidem oliuę decoquuntur cum aqua acreſtæ donec fiat ſicut mel, & linitur ſuper dentes corroſos, & euellit eos.} [c] Oleum α oliuarum ſylueſtrium eſt ſicut oleum roſa. in iuuamento ſuo ſoda. [h] †{& aſſumitur ſuccus ſylueſtrium & exiccatur, & fiunt ex eo trochiſci,} & [d] reſeruatur ad curandum fluxum auris. Et [d] oleum de oliuis ſylueſtribus confert gingiuæ ſanguineæ, colluendo os ex eo; & [d] confirmat dentes motos. Et [i] gumma ſylueſtrium confert dolori dentium corroſorum, quando implẽtur ea. Et zeit de ſcorpionibus. i. & oleum de ſcorpionibus factum ex oleo oliuarum eſt ex [k] ſublimioribus medicinis dolori aurium diſtillatum. Et oliuarum ſylueſtrium folia bona ſunt [d] alcola maſticata. *Membra oculi.* Fit [l] collyrium ex antiquo tenebroſitati oculi: & fæx eius ponitur in medicinis oculi. & folia [d] earum adusta ponũtur loco tuciæ oculo & gumma earum antiqua confert panno, & [i] albugini, & groſſitudini eius, & groſſitudini corneæ. & ſuccus foliorum earum egreſſioni oculorum, & vlceribus corneæ & catarrhis, ſed domeſtica ſunt conuenientiora oculo, quàm ſylueſtria. & gumma earũ etiam abſtergit oculum, & ſordes vlcerum eius, & abſtergit aquam, & albuginem. *Membra anhelitus & pectoris.* Oliuæ nigræ cum nucleo ſuo ſunt ex ſumma vaporum, qui fiunt aſthmati, & ægritudinibus pulmonis. *Membra nutrimenti.* [m] †{Fæx olei vtilis eſt ſuper ventrem hydropici.} Et oliuæ C quidem cum diſpoſitione ſua, ſunt difficilis digeſtionis. & groſſæ earum ſalitæ ſubleuant appetitum, & confortant ſtomachum, & generant humorem ſtypticum. & acetoſæ magis receptibiles ſunt digeſtionis, quàm & omnes, & velocius. & etiam [l] oleum omphacinum bonum eſt ſtomacho. *Membra expulſionis.* Comeduntur cum muri ante cibum, & leniunt, & [n] †{aſſumuntur. ℥. ix. cum aqua calida, aut aqua hordei, & ſoluunt,} [o] †{& coquuntur cum ruta ad dolorem ventris pungitiuum,} & [o] vermes, [p] †{& conferunt colicæ apoſtemoſæ, & fit ex eo clyſtere colicæ factæ ex fęce,} & ſupponitur ſuccus [a] earum fluxui matricis, & fluxui ſanguinis eius, & fit ex eis emplaſtrum cũ farina hordei ad curſum antiquum. & oleum vetus præparatum cum aqua acreſtæ confert, cum ex eo fit clyſtere vlceribus ani intrinſecis, & ſimiliter matricis. & earum [i] gumma prouocat vtrunque, & extrahit [i] fœtum. *Venena.* [q] †{Cum oleo & aqua calida fiat vomitus, & rumpet virtutem venenorum.} Gumma [i] oliuarum ſylueſtrium numeratur inter medicinas mortiferas.

*De* †{*Olibano*}. i. [r] Thure, Cortice, Manna, & Fuligine. *Cap. 525.*

Olibanum quid eſt? Notum eſt. & ipſum quidem [r] alteratur cum gummi, & gumma pini. ſed olibanum inflammatur: gumma vero pini fumat, & non inflãmatur, & ſimiliter omne adulteratum nõ inflammatur & olibanum quidem quoddam eſt, quod eſt indum [r] †{ad viriditatem decliue, & quoddam eſt rotundum, quod colligitur quadratũ, deinde concutitur in vaſe, donec rotun- D dum fiat & volubile: & hoc quando inueteratur fit rubeum.} & de [r] eo eſt album, lene, humidum, ſicut maſtix, quandoque vero ex olibano adminiſtrantur in anis minutum, & cortex, & fumus, & partes arboris eius omnes, & proprie folia. *Electio.* Melius eſt [r] maſculum, album, rotundum, interius tenax, & aureum cum frangitur. *Natura.* Cortices eius ſunt exiccatiui in ſecundo, & ſunt parum frigidiores olibano. & [s] olibanum calidum eſt in ſecundo, exiccatiuum in primo. & [s] cortex eius exiccatiuus eſt in terminis ſecundi. *Operationes & proprietates.* Non ineſt ei exiccatio fortis, neque ſtypticitas niſi debilis, & exiccatio corticibus eius ineſt: & in ipſo quidem eſt maturatio, quæ non eſt in cortice eius, & nõ eſt in cortice eius acuitas, neque mordicatio carnis, & retinet ſanguinẽ. plurimus vero vſus eius adurit ſanguinẽ. Et fumus eius eſt vehementioris exiccationis, & ſtypticitatis. Quidam autem dixerunt rubeum eſt magis abſterſiuum albo. Et virtus minuti eſt debilior virtute olibani. *Decoratio.* Ponitur cum melle ſuper [t] panaritium, & delet ipſum, & eius cortices ſunt boni veſtigijs [t] vlcerum. [t] †{Et conferunt cum aceto, & oleo liniti dolori, qui nominatur marchiam vel marchichan: et eſt dolor, ex quo proueniũt in corpore ſicut verrucæ cum quadam re, quæ eſt ſicut ambulatio formicæ.} *Apoſtemata & bothor.* [t] {Cum α chimolea et oleo ro. ponitur ſup apoſtemata calida in mamillis,} et ingreditur in [t] emplaſtris reſoluentibus apata viſcerum. *Vulnera & vlcera.*

Con-

[a] Conſolidat valde,& proprie vulnera recentia,& prohibet fraudulenta dilatari [a] †{& ſuper impetiginem ponitur}cum adipe [b] †{anatis,} cum adipe porci.[c] †{ſuper vulnera oſtracata,} [d] †{& ſuper fiſſuras frigoris,& eſt conueniens vlceribus factis ex aduſtione,} *Membra capitis.* Confert rationi,& confortat ipſum.Et [e] quidam hominum ſunt quibus præcipitur,vt ex infuſione eius ieiuni aſſuete in potu ſumant:ſed eius plurimus vſus,facit ſoda,& lauatur ex eo caput,[f] †{& quandoq; miſcetur cum nitro,& mundificat furfures,& exiccat vlcera eius.}[g] †{& diſtillatur in aurem doloroſam cum vino:& q̃n permiſcetur cum oleo,aut pice,aut lacte, confert contritioni circuitus auris linitum,}& abſcindit fluxum ſanguinis narium,& eum,qui eſt ex [a] velamine, & eſt ex medicinis conferentibus contritioni auris. *Membra oculi.* Conſolidat vlcera [a] oculi,& replet ea,[i]& maturat apoſtema antiquum in eo,& iterum [h] fumus eius confert apoſtemati calido,& abſcindit [h] curſum humiditatum, quæ ſunt in oculo, & conſolidat [h] vlcera mala,& [h] †{confert cancro in oculo.} *Membra anhelitus & pectoris.* Quando permiſcetur [a] cum [a] chimolea & oleo roſ.prohibet apoſtemata calida,quæ accidunt in mamillis mulierum,& ingreditur in [a] medicamentis cãnę pulmonis. *Membra nutrimenti.* Retinet vomitum,& cortices eius confortant ſtomachum,& ſtringunt eum, & eſt magis faciens ſtomachum,& in digeſtione magis iuuans,& cortices magis colligunt ſtomachum mollificatum. *Membra expulſionis.* Retinet fluxum ventris & diarrhœam, & fluxum [i] ſanguinis ex matrice,& ano.& confert dyſenteriæ.& prohibet expanſionem vlcerum [a] malignorum in ano,cum ex eo fit lycinium [i] †{ } *Febres.* Confert febribus antiquis phlegmaticis. *Venena.* Si eius [a] vſus cum vino plurimus ſit,interficit,& ſimiliter cum aceto.

[k] De †{*Origano.*} Cap. 526.

Origanum quid eſt? Eſt in potentia ſicut haſce,& ſyrupus eius [l] eſt ſicut ſyrupus alhaſce. *Electio.* Quod fortius exiſtit,ſylueſtre eſt. *Natura.* Eſt calidum [m] & ſiccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiuum,carminatiuum,ſubtiliatiuum, & eſt vehementis abſterſionis, & in ipſo eſt acuitas,& illud propter illud,quod in ipſo eſt de virtute adurente. *Decoratio.* Eſt bonum oſtracoſitati dentium. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert doloribus [l] vtriuſque anchæ. *Membra capitis.* Maſticatur & ſedat dolorem dentis,& ſanat gingiuam fluxam propter virtutem ſuam adurentẽ. *Membra anhelitus & pectoris.* Oleum eius confert pectori & pulmoni. *Membra nutrimenti.* Confert hepati,& ſtomacho. *Membra expulſionis.* [l] Prouocat vtrunq;,& extrahit vermes,& aſcarides.

De [n] †{*Olere iudaico.*} Cap. 527.

Olus iudaicum quid eſt? *Natura.* Caliditas eius eſt ſupra æqualitatem.

De [o] †{*Oſſibus.*} Cap. 528.

Oſſa. *Operationes & proprietates.* Oſſa aduſta,ſunt exiccatiua,reſolutiua. *Decoratio.* Dicitur,ꝙ calcaneus porci,quando ex eo fit linimẽtum ſuper albaras,confert. *Inſtrumenta iuncturarum.* [p] Dicitur,ꝙ oſſa hominis conferunt in potu data,dolori iuncturarum. *Membra capitis.* Dicitur, ꝙ hominis oſſa in potu dantur ad epilepſiam.Inquit [q] Gal.Fuit homo,qui ſecrete dabat hoc in potu,& auferebatur eorum epilepſia,& eſt exiſtimatio illius hominis. *Membra nutrimenti.* [r] Dicitur,ꝙ calcaneus hirci,cum oxymelle,aufert ſplenem. *Membra expulſionis.* [r] Dicitur, ꝙ calcaneus hircinus excitat coitum,& [s] crura vaccina aduſta abſcindunt fluxum ſanguinis,& ſolutionem ventris.

De †{*Oſtraco*}.i.[t] Purpura,Bucina,eorumq́; volutis,Mitulis, Tellinis, Chamis,& Cochleis. Cap. 529.

Oſtracum. *Operationes & proprietates.* Caro oſtraci terreni cum teritur, & linitur ex ea corpus, deſiccat fortiter.&quod de oſtraco purpureo aduſtum eſt,virtutem habet carminatiuam,abſterſiuam,& virtus eius [t] †{ }eſt virtus aduſtionis eius,& in toto ipſius eſt attractio ß eorũ,quæ carni infixa ſunt,& oſſium,quando adminiſtratur cum diſpoſitione ſua. *Decoratio.* Omnia [t] cooperimenta oſtraci.[u] †{& cortices ipſius,}cum aduruntur, abſtergunt [x] morpheam.& ſimiliter oſtracum cum diſpoſitione ſua [x] extrahit aſtellas ß magnas,carni infixas.Et oſtracum purpureum cum decoquitur cum oleo,& inunguntur capilli ex eo,retinet caſum eorũ. *Apoſtemata & bothor.* [y] Viſcoſitas limaciarum,quæ nominatur virus earum cum olibano,& aloe,& myrrha conquaſſata donec fiat in ſpiſſitudine mellis,exiccat apoſtemata accidentia in radice auris. Et ſi inuenit humiditatem profundam in ea:extrahit eam,& ſanat ab ea. *Vulnera & vlcera.* Quod de oſtraco purpureo aduſtum eſt, abſtergit [z] vlcera,& conſolidat ea,& mundificat ea:& quod de eo aduſtum eſt cũ ſale,confert [z] aduſtioni ignis puluerizatum deſuper,& dimiſſum donec exiccetur:& totum quod aduſtum eſt de oſtraco, confert ſcabiei. Et [x] oſtracum quidem cum carne ſua,confert vulneribus, & proprie illis,quæ ſunt ſuper neruos cõtritum cum thure & myrrha,& poſitum ſuper ea,& ſimiliter cum puluere molendini.& [a] Gal.quidem expertus eſt limacias ſicut ſunt. *Inſtrumenta iuncturarum.* Sedat dolorem podagræ,& [x] apoſtematum eius,& fit emplaſtrum ex eo ſicut eſt ſuper oĩa apoſtemata iuncturarum. *Membra capitis.* Quod [z] aduſtũ eſt de oſtraco purpureo, abſtergit dentes,& præcipue quod aduritur cum ſale,& ſi oſtracum teratur, ſicut eſt, cum aceto,abſcindit [x] fluxum ſanguinis narium. *Membra oculi.* Quando abluitur,quod aduſtum eſt de omni oſtraco cum carne ſua,& ponitur in alcofol [b] delet groſſitudinẽ palpebrarũ, & [b] albuginẽ in oculo,& [y] pannũ, & quando aduritur caro eius,quod nominatur [c] †{latalis antiqui,}& [d] miſcetur cum alkitram,& teritur, & diſtillatur ſuper palpebram, non permittit pilos naſci.& viſcoſitas,quæ eſt ſuper illud, quod ſylueſtre eſt,facit [e] cohærere pilos inuerſos ſuper palpebras.& viſcoſitas limaciarum, quę di-

cta

Z Dio.li.2.c.[illegible]
A Lib.11.ſim.[illegible]
B D.c.4.
C † tellina
D Dio.li.2.c.[illegible]
E Dioſ.c.4.



A cta eſt ante,cum ex ea linitur frons prohibet materias ad oculum effuſas,& facit pilos etiam adhęrere ſuper palpebram. *Membra nutrimenti.* Caro oſtraci,quod nominatur caruſis, eſt bona ſtomacho,[z] †{& carnes oſtracorum non decoctæ aqua,neq; aſſatæ,ſedant dolorem ſtomachi.} Oſtracũ purpureum quando bibitur cum [b] aceto,extenuat ſplenem.& [c] quando fit emplaſtrum ad hydropiſim ex oſtraco,non ſeparetur donec minoret eam:& oportet vt dimittatur, donec cadat per ſe. & oſtracum ſylueſtre eſt fortius in illo propter vehementiam exiccationis. *Membra expulſionis.* Caro purpurei non lenit naturam,& caro oſtraci nominati ſentalis,cum eſt recens,[d] lenit ventrem & proprie ius eius,& ſimiliter [e] ius paruorum oſtracorum.& quando matricis præfocationem habentes ex oſtraco [b] ſuffumigantur purpureo,iuuantur.&hoc ſuffumigatum extrahit ſecundinam. & ſuffumigatio eius,quod eſt aromatici odoris,& albebili,& alcholzemi,quod eſt ſuper littora, et confert in præfocatione matricis,& [b] excitat epilepticos etiam, & in ipſo eſt [b] caſtoreitas in odore. Et oſtracum prouocat [f] menſtrua ſuppoſitum. [c] Inquit & illud, quod nominatur caugilel eſt abſterſiuum,cum aduritur ſicut eſt,& permiſtum cum cinere gallarum viridium, & pipere albo confert vlceribus accidentibus in inteſtinis dum recentia remanent, & non putreſiunt, confert magnifice. & pondus quidem cineris oſtraci ſit quatuor partes,& gallarum duæ, & piperis pars. i. & puluerizetur ſuper cibum,& in vino detur ad potandum. *Venena.* Confert [g] caro eius morſui B canis rabioſi.

De †{*Ordeo*}.i.[h] Hordeo. Cap. 530.

Ordeum quid eſt? Eſt notum, & ſiligo eſt ſpecies eius ſine cortice.Et eius operatio eſt propinqua operationi ipſius. *Natura.* Eſt [i] frigidum & ſiccum in primo. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt abſterſio,& eius [h] nutrimentum minus eſt nutrimento tritici. Et aqua hordei eſt nutribilior ſauich ipſius.Et ambo frangunt acuitatem humorum. Et aqua ſpeciei hordei,quæ dicitur ſelech ſeu ſiligo eſt humidior.& omnis aqua hordei eſt [h] inflatiua. *Decoratio.* Super pannum adminiſtratur de eo epithema calidum. *Apoſtemata & bothor.* [l] †{ Fit ex eo decocto cum aqua,ſicut ſorbitiones cum pice & raſina emplaſtrum ſuper apoſtemata dura,& ipſo ſolo,& cũ kiſt ipſius ſuper apoſtemata calida.} *Vulnera & vlcera.* Quãdo decoquitur cum aceto [h] forti,& ponitur,more emplaſtri ſuper ſcabiem vlceratam ſanat eam. *Inſtrumenta iuncturarum.* Fit ex eo emplaſtrum cum [h] cydonijs [k] †{&}aceto ſuper podagram,[l] †{& prohibet fluxum humiditatum ad iuncturas.} *Membra anhelitus & pectoris.* [m] †{Aqua}eius confert ęgritudinibus pectoris.& quando [h] bibitur cum ſemine fœniculi facit abundare lac,& fit [h] emplaſtrum ex farina eius,& meliloto,& cortice papaueris,ad dolorem lateris. *Membra nutrimenti.* [n] †{aqua eius}eſt [l] malum ſtomacho. *Membra expulſionis.* Eius [h] ſauich retinet ventrem,& ſimiliter decoctio ſauich eius.& kiſt eius prouocant [h] vrinam, C ſed aqua kiſt tritici quando [h] bibitur eſt vehementioris prouocationis. *Febres.* Aqua eius eſt infrigidatiua,humectatiua febrium:in calidis quidem pura,& in frigidis cũ apio & fœniculo.[o] †{Et datur in potu etiam illud, quod coctum eſt cum ficubus,permiſtum cum melicrato, ad febres phlegmaticas.}

De [p] †{*Ohalmaran.*} Cap. 531.

[q] Demiran quid eſt? Eſt ſaheſefran alhamaz. *Natura.* Inquit filius Meſaugue,in ipſo eſt caliditas,& eſt ſiccum in ſecundo.Et plures hominum dicunt,ꝙ eſt frigidum,[r] †{cum eius caliditate calefactus nũ ledatur,}immo ſpecies eius,quæ dicitur alhaman eſt frigida in primo: ſed quod verius eſt,eſt quod virtus eius eſt compoſita ex caliditate cum frigiditate,& poſſibile eſt vt ſit frigiditas in ipſo vincens. *Operationes & proprietates.* [q] Confert calefactis.& proprie quando moratur ſuper ipſum aqua roſa. *Vulnera & vlcera.* Fit ex eo emplaſtrum [q] aduſtioni. *Membra capitis.* Confert valde ad cola alhumeimi,& [q] aperit oppilationes cerebri. *Membra expulſionis.* [s] Datur in potu ſemen frixum ad fluxum ventris antiquum cum [s] †{oleo}roſ.[t] †{&}aqua frigida.

## Litera. P.

D [u] De †{*Prunis.*} Cap. 532.

PRuna quid ſunt? Nota ſunt. *Electio.* Illa quæ habent colorem paleæ,ſunt fortiora nigris,& citrina fortiora rubeis,& alba ſunt magis grauia, paruæ ſolutionis.& armena ſũt magis abſterſiua & vehementius ſoluentia,& meliora ſunt magna pinguia. *Natura.* Frigida ſunt in principio ſecundi,humida in fine tertij. *Operationes & proprietates.* Eius gumma eſt ſubtiliatiua, inciſiua,& glutinatiua,& in Damaſcenis eſt conſtrictio & ſtypticitas apud [u] Dioſ.non apud [x] Ga. Et in crudis,quæ non ſunt matura,eſt ſtypticitas,& eorum nutrimentum eſt paucum. comedant autem ante cibum,& bibat,qui humectatus eſt,poſtea aquam mellis,& vinum. *Vulnera & vlcera.* Eius [u] gumma conſolidat vlcera,& cum aceto abſcindit [u] impetiginem,& proprie ſi fuerit cum ea mel,aut [y] zuccarum,& præcipue in pueris. *Membra capitis.* Cum [u] ex folijs prunorum colluitur os prohibet fluxum fieri ad vtranq; amygdalam & vuam. *Membra oculi.* Eius gumma confortat viſum,cum fit ex ea collyrium. *Membra anhelitus & pectoris.* Muza ex eis ſedant inflammationem cordis. *Membra nutrimenti.* Quæ dulcia ſunt ex eis mollificãt [y] ſtomachum humiditate, & infrigidant eum,& [u] penitus non ſunt ei conuenientia:muza vero ex eis fortius reſiſtunt choleræ, ꝗ illa.

A † D.c.8. vinę corpus, & præſertim aphricanæ cũ aceto deuoratũ ſtomachi dolorẽ mitigat
B Raſ. vlti. conti. l.1.c.214.
C D.li.2.c.8. & G. 11.ſi.de limac.81.g
D Dio.li.2.c.5.
E D.c.6.
F D.c.8.
G Gal.ibidem.
G D.c.4.
† Shair.
H Dioſ.li.1.c.78.
I Gali.7.ſim.53.a
I † D. Farina hordeacea decoquitur in mulſa aqua cũ fico, vt inflãmationes collectioneſq; diſcutiat, Duritias cum reſina & fimo columbarum cõcoquit,ſtrumas cũ pice liquida, cera, oleo,& ſpubis pueri vrina ad concoctionem perducit.
k † aut
L † Dio. eius cremor cũ aceto ſubactus,iudem & cũ pice contra articulorum fluxiones prodeſt
M † Ptiſana.
N † Hordeum.
O † ———
P † Demiran.
Q Raſ.vlti.conti. l.1.c.528.& Se.c.71.
R † Se.c.73. & Raſ eo ꝙ phreniticis nõ nocet, ſodore vlnaq; facit ſanis.
S Ser.c.73.& Raſ.
S † aqua
T † aut
V Dioſ.lib.1.c.137.
† Agias.
X Li.7.ſim.51.h
Y Raſ. vlti.conti. l.1.c.565.

*Membra expulſionis.* Quæ ex eis ſunt dulcia vehementius ſoluendo educunt choleram.& humida E etiam ſunt vehementioris ſolutionis, q̃ ſicca, & [a] eorum ſolutio fit propter viſcoſitatem eorum. Damaſcena autem ſtringunt ventrem ſm̃ [a] quoſdam. Et in ſylueſtribus cum nōdum ſunt matura valde eſt ſtypticitas ab omnibus conceſſa. Inquit [b] Gal. errauit Dioſ. in verbis ſuis, cum dixit, Damaſcena conſtringunt, immo ſoluunt & [c] gumma eorum frangit lapidem veſicæ, & eorū aqua [a] prouocat menſtrua, & quanto plus ſunt minora [a] tanto plus eorum eſt ſolutio minor.

[d] *De†{Pſyllio.}* *Cap.* 533.

Pſyllium quid eſt? Eſt duorum colorum hyemale, & æſtiuum, & potio cuiuslibet illorum ſit pōdus. ʒ. ij. *Electio.* Melius eſt illud, quod eſt maius, groſſum, quod ſubmergit in aqua. *Natura.* Eſt frigidum & humidum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Quod ex eo α frixum eſt, inuolutum in oleo roſ. ſtypticum eſt. & ſedat dolores more emplaſtri ſuperpoſitum cum aceto. *Apoſtemata & bothor.* Adminiſtratur conquaſſatum cum aceto ſuper apoſtemata calida, & formicam, & [d] eryſipilam, & proprie, quæ ſunt ſub [d] aure, ſuper phlegmatica. *Inſtrumenta iuncturarum.* Fit ex eo emplaſtrum torſioni neruorum, & ipſorum [d] ſpaſmo, & podagræ, & doloribus [d] iuncturarum calidis cū aceto & oleo roſ. *Membra capitis.* Qui ex eo ſuperponit ſuo capiti emplaſtrum [d] †{ } confert ſoda eius calidæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Lenit pectus. *Membra nutrimenti.* Eius mucilago cum oleo amygdalarum, confert ſiti vehementi cholericæ. *Membra expulſionis.* Eius quod F α frixum eſt pondus. ʒ. ij. inuolutum in oleo roſ. ſtringit, & confert dyſenteriæ; [e] †{ }& [f] †{proprie infantium.}& quod ex eo mucilaginoſum eſt, & ipſa mucilago eius cum oleo viol. ſoluunt. *Febres.* [g] Bibatur & tunc ſedabit inflammationem febrium acutarum.

[h] *De†{Portulaca.}* *Cap.* 534.

Portulaca quid eſt? Nota eſt. *Electio.* [i] Succus eius eſt illud, quod in ea eſt magis vltimæ operationis. *Natura.* [i] Frigida eſt in tertio, humida in fine ſecundi. *Operationes & proprietates.* In ea eſt [h] ſtypticitas, & prohibet [h] fluxum ſanguinis, & fluxus antiquos, & ipſius nutrimentum eſt paruum illaudabile, & eſt reſiſtens choleræ valde. *Decoratio.* Ex ea [k] fricantur verrucæ, & eradicat eas proprietate ſua non qualitate. *Apoſtemata & bothor.* Fit ex ea emplaſtrum apoſtematibus calidis, in quibus timetur putrefactio, & [h] eryſipila. *Membra capitis.* Confert bothor [h] in capite, abluto ex ea capite cōmiſta cum vino [l] & delet ſtuporem dentium: propterea, ꝙ lenit aſperitatem, & ſedat [h] ſoda calidam pulſatiuam. *Membra oculi.* Confert [h] ophthalmiæ, & [h] ingreditur in alcohol, & [k] nimius vſus eius facit accidere pannum in oculo. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius ſuccus [h] prohibet ſputum ſanguinis propter virtutem ſuam ponticam. *Membra nutrimenti.* Confert [h] inflāmationi ſtomachi bibita, & more emplaſtri ſuperpoſita, & confert hepati inflammato, & prohibet vomitum cholericum, & debilitat appetitum. *Membra expulſionis.* Fit ex ea clyſtere [h] dyſenteriæ inteſtino- G rum, & ſolutioni choliricæ, & confert doloribus [h] renum, & [h] veſicæ, & vlceribus eorum, & abſcindit ſm̃ plurimum [h] deſiderium coitus. Et [m] exiſtimauit filius Meſaugue, ꝙ augmentum facit in coitu, & videtur, ꝙ ſit illud in complexione calida & ſicca. & [n] ipſa retinet fluxum menſtruorum. & confert [h] vlceribus matricis, & confert aqua eius [h] hæmorrhoidibus ſanguineis, & [k] eius ſuccus extrahit aſcarides. Et ſi [k] aſſetur portulaca, & comedatur, abſcindit ſolutionem. *Febres.* Confert [h] febribus acutis.

*De†{Polypodio}.i.* [o] Filicula. *Cap.* 535.

Polypodium quid eſt? Eſt lignum cinericium, nodoſum declinans ad rubedinem, & nigredinē parumper, minutos habens ramos, ſicut vermis plurimorum pedum. Et in ſapore ipſius eſt [o] dulcedo cum ſtypticitate. dixerunt quidam, [o] ꝙ naſcitur ſuper arborem in nemore, & [o] dixerunt, ꝙ naſcitur ſuper lapidem. *Electio.* Melius ex eo eſt, quod eſt groſſum ſicut anularis declinans ad viriditatem & citrinitatem, ſolidum recens, in quo eſt amaritudo occulta, & bonus ſapor cum ponticitate, & in eius ſapore eſt ſapor gariophyl. *Natura.* Calidum eſt in ſecundo, ſiccum in tertio, vltimum in exiccatione. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiuum ventoſitatum, & humiditatum. *Inſtrumenta iuncturarum.* Empl̄m factum ex eo [o] confert torſioni neruorum. *Membra expulſionis.* [p] Soluendo educit melancholiam ſine punctione, & ſoluit phlegma, & chymum aquoſum, & [o] de H coquitur in iure gallorum, & iure piſcium propter colicam, aut in iure olerum. Si [o] puluerizatur radix eius ſuper [p] †{melicratum.}& bibatur, ſoluit choleram, & phlegma. Et [p] potio quidem eius fit. vi. kermet. kermet. n. eſt. vi. kerates, imo fit vſq; ad. ij. ʒ. Et oportet vt bibat cū ſyr. de melle miſto cum aqua, & ante ipſum aliquid de aitharich, & in decocto fit vſque ad. iiij. *Permutatio.* Loco eius ponitur [q] †{epithymum,}& medium ponderis ipſius de ſale indo.

[r] *De†{Papyro.}* *Cap.* 536.

Papyrus quid eſt? Notus eſt. & ex ipſo quidem fiunt chartæ Aegyptiæ: [r] †{& ipſe quidem in virtute eſt charta,}& [r] quod ex eo aduſtum eſt, vehementioris eſt exiccationis. *Natura.* Eſt frigidus & ſiccus. *Operationes & proprietates.* Confert fluxui ſanguinis, & prohibet eum ipſius cinis. *Vulnera & vlcera.* Puluerizatur [s] ſuper vulnera recentia, & conſolidat ea: [s] †{ quandoq; vero infunditur in aceto, & exiccatur, & intromittitur fiſtulis,}& [r] omnibus vlceribus ambulatiuis & vulneribus. *Membra capitis.* Eius [r] cinis confert corroſioni oris. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius cinis retinet [t] ſputum ſanguinis. *Membra expulſionis.* [t] †{Sumatur, & inuoluatur lino, & dimittatur donec exiccete; deinde ponatur ſuper hæmorrhoidas, & confert eis.}





[a] *De†{Polio.}* *Cap.* 557.

A Polium quid eſt? Eſt ſpecies de ſceha, in qua eſt caliditas, & acuitas pauca. & quod ex eo minus eſt, eſt acutius & amarius, & ſunt in eo thyrſi, & flores, piloſi albi decliues ad citrinitatem, vſque ad menſuram palmi, plenum ſemine, & eius caput eſt ſicut ſpæra, in quo ſunt ſicut pili albi grauis odoris cum quadam aromaticitate, maius autem eſt debilius, quod etiam eſt amarum. & in ipſo eſt acuitas quædam. & montanum eſt minus. *Natura.* Minus eſt [b] calidum in tertio, ſiccum in ſecundo: & maius eſt calidū & ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt aperitiuū, ſubtiliatiuum, & proprie minus eſt ad aperiendum [c] oppilationes intrinſecas. *Vulnera & vlcera.* Conſolidat quod ex eo [c] viride eſt plagas recentes, & proprie maius. & quod ex eo eſt ſiccū vlcera [d] fraudulenta, præcipue minus [d] †{ ſiccum.} *Membra capitis.* Facit [a] ſoda. *Membra nutrimenti.* Ipſum cum aceto eſt epithema cōueniens apoſtematibus [a] ſplenis, & duritiei ipſius, & nocet [a] ſtomacho, & confert [a] ictericitiæ [e] †{nigræ,}& proprie decoctio eius, quod ex ipſo maius eſt, & confert [a] hydropiſi, & eſt vniuerſaliter malum ſtomacho. *Membra expulſionis.* Prouocat vrinam, & [a] menſtrua. & [a] ſoluit vētrē, & confert aſcaridibus valde. *Febres.* Confert febribus antiquis. *Venena.* Confert puncturæ ſcorpionis: & decoctio maioris [a] morſui vermium venenoſorum omniū, & eo [a] ſuffumigatur. & ſternitur. & fugat venenoſa minora. *Permutatio.* Loco eius ponitur in extractione vermium, & pro- B uocatione vrinæ, & menſtruorum pondus ęquale de corticibus ramorum granati viridium, & tertiæ duæ ponderis ipſius de corticibus lignorum caſiæ ligneæ.

*De†{Pellibus}.i.* [f] Corio veteramentario. *Cap.* 538.

Pelles. *Electio.* Meliores ex eis ſunt pelles lactentium, propter humiditatem ipſorum. *Operationes & proprietates.* Nutrimentum earum eſt paruum, viſcoſum & propinquum eſt in viſcoſitate, & diſpoſitionibus ſuis nutrimento pedum, & raſura quidem pellis caprinæ, cum ponitur ſuper curſum ſanguinis, & retinet eum. *Decoratio.* Pellis viperæ aduſta, & linita ſuper alopeciam confert. *Apoſtemata & bothor.* Dicitur, ꝙ pellis equi aquatici cum ponitur ſuper bothor, infrigidat ipſum. *Vulnera & vlcera.* Ponitur cinis pellis mularum, & ſimilium ſuper [f] aduſtionem ignis, & vlcera calida, cum non ſunt cum apoſtemate. & eſt medicamen excoriationi [f] pedum ex calciamento, & coxarum, & fiſtulis. & pellis [g] recens ouis ſuper percuſſionem ponitur in hora, & prohibet nocumē tum ex ea, & eſt conueniens vlceribus fraudulentis, & ſcabiei, & pruritui. *Membra nutrimenti.* Pellis [h] intrinſeca, quæ eſt in ſtomachis auium, & in earum receptaculis iuxta collum exiſtentibus, in q bus cibus ſicut eſt primo ingreditur, pręcipue gallorum, qn̄ ſiccatur & teritur, & bibitur cum vino, confert dolori ſtomachi. *Venena.* Dicitur, ꝙ recens pellis calida caprina quando ponitur ſuper morſum viperæ, attrahit venenum.

C [i] *De†{Pice.}* *Cap.* 539.

Pix quid eſt? Eſt duarum ſpecierum: vna eſt marina, nigra, liquida, quæ ponitur in emplaſtris, & eſt de genere kir, & alia eſt mōtana ſylueſtris: & ſylueſtris alia eſt liquida, & eſt ex arbore [i] †{ } aliis pini. Prima vero eſt ſpecies eius humida, deinde deſiccatur cum decoctione, & plurimū quidē ipſius eſt ex iembut & eſt arbor cadamcharis. Oleum vero picis proximum eſt alchitram. Et eius oleum ſit, vt diſtilletur eius humidum vbi decoquitur, vt deſiccetur, aut ſuſpendatur ſupra ipſum lana, & madefiat ex vapore eius, & cum madefacta fuerit exprimatur in vaſe alio. Cum tn̄ ſit poſſibile vt diſtilletur ī cucurbita, & alembico melius eſt, q̃ illo modo, & magis ſeruatur illud, quod ſublimatur. *Operationes & proprietates.* Eſt maturatiua humorum groſſorum, abſterſiua, calefactiua, & humida eſt vehementius maturatiua. & ſicca fortius eſt deſiccatiua, & ponitur in emplaſtris. *Decoratio.* [k] †{Extirpat albedinem vnguis,}& [l] attrahit ſanguinem ad membra, & impinguat ea proprie cum iteratur eius adhærentia, & euulſio ſubito cum violentia, & linitur [l] ſuper fixuras pedum & reliquorum membrorum vt ſanet eas, & [l] †{ } emplaſtrum factum ex eo facit naſci pilos in alopecia. *Apoſtemata & bothor.* Lenit apoſtemata dura, & proprie hūmida, & [l] adminiſtratur cum farina hordei [m] †{ }ſuper ſcrofulas [n] †{& prohibet, cum permiſcetur ſulfuri, aut cortici arboris altenub ambulationem formicæ, } & prohibet exituras glan- D dium omnium. *Vulnera & vlcera.* [o] †{ }Delet impetiginem, [p] †{& generat carnem in vulneribus profundis, proprie cum puluere thuris} [q] †{& cum melle,} [r] †{& mundificat vlcera corruptarum humiditatum,}& ſicca in hoc et in vulneribus eſt vehementioris exiccationis. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert apoſtematibus in lacertis. *Membra capitis.* Sicca et humida bona eſt vlceribus cāpitis. *Membra oculi.* Fumus picis [s] †{bonificat pilos palpebrarum oculi & oriri facit pilos:}et [i] prohibet lachrymas eius, et implet [i] vlcera in oculo, et confortat viſum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [t] tuſſi frigidæ et ſiccæ, et proprie cum amygdalis et zuccaro, et ſimiliter in pleureſi et peripneumonia, facit ſputum facile et maturat: et ſimiliter cum oleo amygdalino eſt eius maturatio plurima. Sola vero cum eſt, tūnc eius mundificatio eſt minor maturatione eius, et cum zuccaro eſt è contra. Et prohibet ſputum ſanguinis, & prohibet [i] ſputum ſaniei cum lambitur ex ea quantitas, vnc. i. et. 5. cum melle. Ex pice autem humida cum linitur palatum, eſt vtilis [i] præfocationi. *Membra expulſionis.* Lenificatiua eſt, et plurimus vſus eius ſoluit, et fit ex ea enema ad apoſtemata calida et dura in inteſtinis et [i] matrice et teſticulis. Et ponitur in medicinis vulnerum orificij veſicæ. Et quando linitur pix ſuper fixuras [t] ani, ſanat eas. *Venena.* [u] Reſiſtit venenis, et confert cum [x] linitur ſuper morſum viperæ.

A Dio. lib. 3. c. 105. † Giade.
B Raſ. vlti. conti. li. c. 558.
C G. 8. ſim. fo. 59. a
D Ga. li. 8. ſim. 59. a
D† ——
E† ——
† Giela.
F Dio. li. 2. c. 40.
G G. li. 11. ſimp. 8. c
H Dio. li. 2. c. 41. & G. li. 11. ſim. deridet 80. a.
† Dio. li. 1. c. 78. & 79. 80.
† Zeſt.
I † pineo.
K † D. Adiecta pari cera ſcabros vngues extricat.
L Li. 1. F. 2 ſum. 2. c. 14 & F. 3. doc. 4. c. 4. & lib. 3. F. 13. t. 1. c. 30. & F. 20. t. 1. c. 46. & li. 4. F. 7. t. 4. c. 4.
L † D. eius oleum cum farina hordeacea.
M † D. & pueri ipubis vrina decocta.
N † Di. cum pineo cortice, aut ſulphure, aut furfuribus illita vlcera, quę ſerpunt cohibet.
O Di. Adiecta pari cera.
P † D. cęterū cum thuris manna & cerato profundos vlcerum ſinus cōglutinat.
Q † D. vlcera replet, & cum melle purgat.
R † D. Quin & cū vua paſſa & melle putrida vlcera remouet
melle ſuper vlcera ani,}& bibitur cum oleo,& bibitur propter [a] vermes.& ambæ ſpecies expellũt ſuperfluitates corporis cum prouocatione, & ſimiliter retinẽt egeſtionem. Et fit ex [a] ea emplaſtrũ cum [a] folijs lauri ſuper teſticulos ad apoſtemata ipſorum. *Febres.* Et ſimiliter [a] confert rigori cõmeſtio ipſius,& inunctio ex oleo eius. *Venena.* [a] Reſiſtit venenis, & bibat,qui ſibi timet ne in potu ſumat venenum,& pungi à venenoſis,de ſemine eius pondus drach.i. [c] †{cum folijs ſuis}cum vino,& proprie ſi [d] †{ }bibitur cum nuce, & ficu omnibus contritis & cõmiſtis:& plurimũ ipſius ſumere de [e] †{ſylueſtri}eſt pernicioſum.

[f] De †{*Rubo.*} Cap. 572.

Rubus quid eſt? Dixerunt quidam, ꝙ eſt alhauſegi,& eſt quædam ſpecies eius,quæ nominatur rubus canis,& habet fructũ,qui eſt [g] ſicut oliua habens interius lanã. *Electio.* Succus eius coagulatus cum exiccatione in ſole eſt fortius. *Natura.* Eſt frigidus & ſiccus.& in fructu eius maturo eſt caliditas quædam. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtypticus, deſiccatiuus cũ omnibus partibus ſuis, & folia eius ſunt minora in hoc propter ſuam aqueitatem. *Decoratio.* Decoctio ſtipitum & foliorum eius [h] tingit capillos. *Apoſtemata & bothor.* Prohibet ex folijs eius emplaſtrum ambulationem fraudulentis,& [h] formicæ,& eſt bonum ſuper [i] eryſipilam etiam,& eius humor eſt groſſus.illud.n.quod de eo exiccatum eſt,ſtringit manifeſte,& ſimiliter flos eius.[k] Et in radice quidem F
haleich eſt ſubtilitas cum ſtypticitate,& propter hoc α frangit lapidem. *Vulnera & vlcera.* Cõfert [l] vlceribus,quæ ſunt ſuper caput,& conſolidat vulnera. *Membra capitis.* Quando maſticant̃ folia eius ſtringunt gingiuam,& [m] ſanant alcola, & ſimiliter fructus eius maturus,& ſiccus fructus eius & foliorum eius ſanant dolorem oris calidum.& folia eius ſanant vlcera capitis,& multitudo fructus alhauſegi facit ſoda. *Membra oculi.* Confert [l] exituræ oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Conferunt partes eius [h] ſputo ſanguinis. *Membra nutrimenti.* Ex folijs eius fit emplaſtrum [n] ſtomacho debili recipienti materias,& confortat eum. *Membra expulſionis.* [l] Stringit ventrem.& [o] rubus quidem canis cum accipitur à fructu eius lana,quæ eſt in eo,& decoquitur,ſtringit eius decoctio ventrem,& [l] abſcindit curſum humiditatis antiquæ ex matrice, & confert [l] hæmorrhoidibus natis in ano,ex quibus currit ſanguis facto ex eo emplaſtro.Et ipſe,& flos eius conferunt vlceribus inteſtinorum,& [q] ſolutioni,[q] †{& α frangunt lapidem propter ſubtilitatem, quæ eſt in eis.} *Venena.* Eſt conueniens morſui animalis,quod nominatur [r] †{karites.}

De †{*Rubea tinctorum*}.i.[s] Rubia. Cap. 573.

Rubea tinctorum quid eſt? Eſt pontici ſaporis. *Operationes & proprietates.* Abſtergit cũ æqualitate,& ponitur ſuper impetiginẽ cum aceto & ſanat eam, & linitur cum aceto ſuper [s] morpheã albam,& ſanat eam, & mundificat cutim ab omni veſtigio. *Inſtrumenta iuncturarum.* Datur in potu cum melicrato,& confert [s] ſciaticæ,& [s] paralyſi,quæ eſt cum nocumento in vtriſq; lateribus & in ſenſu:& [t] datur in potu de ea.3.i.cum duabus drach.rauedſceni ad percuſſionem,& caſum cum cyatho vini. *Membra nutrimenti.* Datur in potu fructus eius cũ oxymelle ad apoſtemata ſplenis, & mundificat hepar & [s] ſplenem, & aperit [t] oppilatiões eorum,& eſt ei proprietas in hoc. *Membra expulſionis.* [s] Prouocat vrinam adeo vehemẽter,ꝙ [s] qñq; facit mingere ſanguinem.Et oportet vt qui eam bibit,quaq; die balnectur.Et qñ ſupponitur,prouocat [s] menſtrua,&[s]extrahit fœtum. *Venena.* [u] †{Stipites}eius cum folijs ſuis conferunt morſui venenoſorum vermium.

De †{*Raphano*}.i.[x] Radice. Cap. 574.

Raphanus quid eſt? Fortius β quod eſt in ipſo, eſt ſemen ipſius,deinde cortex eius,poſtea folia ipſius,deinde caro eius.Et oleum quidẽ eius exiſtit in virtute olei de kerua,niſi quia eſt vehementioris caliditatis ipſo.& ſylueſtre in oĩbus narrationibus cõicat ei: ſed eſt fortius eo. *Electio.* Fortius β quod eſt in ipſo,eſt ſemen eius.Et maioris nutrimenti,eſt elixatus. *Natura.* Radix eius eſt calida,in primo & humida,& ſemẽ eius eſt calidum in tertio. *Operationes & proprietates.* Generat ventoſitates:ſed ſemen eius ipſas ſoluit.& in ipſo eſt ſubtiliatio fortis, & proprie in ſemine eius.& qui eſt ſylueſtris eſt inflammatiuus.Et ille,qui eſt elixatus,eſt nutribilior propter ſeparationem illius ab eo,quod eſt medicinale.Et nutrimentum quidem eius eſt phlegmaticum,& paucum cum H
hoc.Et in ipſo eſt ſubſtãtia, quæ velox eſt ad putrefiendum, & illud propter illud,quod in ipſo eſt de nocumentis. Folia autem vernalia quando elixantur,& comeduntur cum oleo & almuri nutriunt plus ꝙ̃ radix. *Decoratio.* Si miſceatur cum eo farina lolij, facit naſci [x] pilos in alopecia.Et quando fit ex eo emplaſtrum cum melle eradicat veſtigia accidentia ſub oculo,quæ ſunt cum nigredine.& confert ſemen eius.[x] †{ }lentiginibus factis in membris, & reliquis coloribus extraneis,& veſtigijs,& percuſſionibus,& panno.& [y] ipſum cum condyſi linitum remouet morpheã nigrã,proprie in balneo.Et ipſe[x] multiplicat pediculos icorporibus. *Apoſtemata & bothor.* Cũ farina lolij adhibitus bothor lacteis,abſtergit ea. *Vulnera & vlcera.* Quando ex eo fit emplaſtrum cum melle eradicat vlcera fraudulenta,& vlcera lactea,& ſemen eius cum aceto eradicat vlcus cancrænarum integre.& ſimiliter operatur ſuper impetiginem. *Inſtrumenta iuncturarum.* Semẽ eius [y] expellit pulſationem,quæ eſt in iuncturis,& eſt bonum [y] dolori iuncturarum valde. *Membra capitis.* [z] Nocet capiti,& dentibus,& palato:& ſuccus eius,& oleum ipſius cõferunt ventoſitatibus in aure valde. *Membra oculi.* Nociuus eſt oculo,verũtamen abſtergit ipſum,quãdo in eo diſtillat aqua eius, & delet [x] veſtigia,quæ ſunt in oculo ſub lachrymali. Inquit filius Meſauge [x] folia eius acuunt

A Dio.li.2.c.105. B Cap. C Dio. D † ſolium E † monita. F Dio.li.&c. &c.10. † Haleich. G Dio.li.& de rubo can. H Di.& Ra. conti.t.1.c.97. I D.c.10. K G.li.6. Infra α L D.c.13. M† D.&Gal. N D.c.10. O Dio.li. P D.li. Q G.li.6. Q† Ga.pomo... R† D.c.13. T Fue alij habet S Dio.li.3.c. T Cap.5.Afi. Fen.14.c. Ra.vlt.conti. c.590. V† D.Rauedſ. vino † Fegiel. X Di.li.2.c.13. Infra β Supra β Supra α X † D.et ſcil farina Y Raſ.vlt.cont. t.1.c.572. Z Sera.c. Raſ.



A acuunt viſum. *Membra anhelitus & pectoris.* Qui eſt elixatus,eſt conueniens [a] tuſſi antiquæ vetuſtæ,& chymo groſſo [a] generato in pectore,& ipſe confert præfocationi [a] accidenti ex fung s mortiferis.Et ſi decoquatur cum oxymelle,deinde fiat [a] ex eo gargariſmus,confert præfocationi. Et in ipſo cum hoc eſt nocumentum gutturis,& eſt [b] addens in lacte. *Membra nutrimenti.* Eſt malus ſtomacho,[a] faciens eructuare.Et poſt [a] cibum lenit vẽtrem, & facit cibum penetrare:& ante [a] cibum facit natare cibum,& nõ quieſcit,& propter hoc [a] facilem efficit vomitum, & [a] proprie cortex eius cum oxymelle,& cõuenit lateri, & [a] ſpleni ſuperpoſitus vt emplaſtrum. Et ſemen eius cũ aceto facit vomitum valde,& reſoluit apoſtema ſplenis.Filius vero Meſaugue dixit. Si comedatur poſt cibum digerit,& proprie folia eius.Et aqua [a] foliorum eius aperit oppilationes hepatis, & remouet [b] icteritiam.Et dixerũt quidam, folia eius digerunt, & corpus eius facit nauſeam,& ſemen ipſius reſoluit inflationem in ventre,& facit facilem egreſſionẽ cibi,& facit appetitum, & aufert dolorem hepatis,& aqua eius eſt [a] bona hydropiſi.[c] †{ } *Venena.* Confert morſui viperæ,& cum [a] vino morſui cornutæ etiam. Et ſemen eius confert venenis & vermibus venenoſis.Et ſi ponatur fruſtum eius ſuper ſcorpionem,moritur:& [d] aqua eius experta eſt in hoc,& eſt fortior.Et ſi momorderit aliquem ſcorpio,qui raphanum comedit,non nocebit ei.

De[e] †{*Rehan.*} Cap. 575.

B Rehan. *Membra expulſionis.* [f] Confert hæmorrhoidibus.

De [g] †{*Rehan ſalamonica.*} Cap. 576.

Rehan ſalamoniaca quid eſt? Inuenitur in montibus ſpahã & eſt ſimilis anetho humido. Et dicitur,ꝙ folia eius ſunt ſicut althæa.& flos eius eſt paruulus, & inuoluitur ſuper arborem ſicut volubilis.Et videtur,ꝙ ſit in ipſo diuerſitas,& videtur,ꝙ ſermo ſecundus ſit innuẽs ad hoc, ꝙ ipſa eſt planta, quæ nominatur gienſafram. Vulgus.n.exiſtimat, ꝙ eſt rehan ſalamonica. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtilis, exiccatiua, reſolutiua. *Apoſtemata & bothor.* Confert poſita cum aceto ſuper eryſipilam,& linitur ſuper apoſtemata phlegmatica. *Vulnera & vlcera.* Linitur cum aceto ſuper vlcera ambulatiua. *Inſtrumenta iuncturarum.* Linitur ſuper podagram,& confert ei,& eſt eius proprietas. *Membra capitis.* Cõfert torturæ. *Membra expulſionis.* Supponitur cum oleo roſ. ad dolorem matricis. *Venena.* Linitur ſuper mordicationem ſcorpionis.

De [h] {*Roba.*} Cap. 577.

Roba quid eſt? [i] Eſt auellana indica, & eſt fructus magnus in magnitudine auellanæ,ſimilis papaueri,& ſeparatur à grano,ſicut neregil. *Natura.* Eſt [i] calida & ſicca. *Apoſtemata & bothor.* Eſt [i] epithema ſuper ſcrofulas cum aceto conueniens. *Vulnera & vlcera.* [i] Cõfert ſcabiei,& prurituí. *Inſtrumenta iuncturarum.* [i] Diſrumpit ventoſitates impedientes in dorſo, *Membra capitis.* Fit [i] ex ea
C caputpurgium ad torturam,& proprie confert ei.& ſimiliter confert [i] hemicraneæ,& [i] ſoda.Et eſt caputpurgium [i] conferens epilepſiæ,& ſcotomiæ,& [i] maniæ,& melancholiæ. Et iam [i] quidam expertum eſt caputpurgium eius in tortura tribus diebus, & fecit currere humiditatem ex naribus,& fecit fluere phlegma plurimum, & remouit ægritudinem in tribus diebus. & oportet [i] vt patiens torturam moretur in domo tenebroſa. Et confert ventoſitatibus crudis. *Membra oculi.* Confert [i] aquæ in oculo alcofol facto ex ea.& proprie ſuccus minoris eius,& ventoſitati aſebel,& α panno,& caputpurgio facto ex ea cum aqua amarici, & fit ex ea alcofol cum [i] antimonio tortos habentibus oculos. *Membra anhelitus & pectoris.* Datur in potu de radice eius pondus.3.ij.cum vino ad pleureſim frigidam,& aſthma,& tuſſim antiquam,& ſputum ſanguinis ex pectore propter illud,quod in ipſa eſt de ſtypticitate. *Membra expulſionis.* Confert [i] colicæ paſſioni, & datur de eo in potu pondus,3.ij.ad anum,& dolorẽ matricis.Et peſſarium ſuppoſitum de eo,quod ex ipſa fricatione diſſolutum eſt,prouocat menſtrua,& extrahit fœtum,& ſimiliter ſuccus eius,& ſolutione educit choleram nigram,& phlegma,& aquoſitatem etiam,& cholerã ex corpore toto abſq; difficultate,ita ꝙ ſanat albaras,& remouet eam,& icteritiam,& α pannum,& ſimilia. & [i] reſoluit colicam,& eius potio eſt trium kermet,& kermet eſt ſex kerates.Et bibitur cum vino dulci,aut oxymelle.& datur cum petroſelino & dauco.Et ſcammonea mouet eius ſolutionem qñ ipſa admiſce-
D tur,& confortat ipſam.& quantitas eius eſt,vt cum vnoquoq; aur.ipſius ponantur tres anuluſat de ſcammonea,& qñq; aſſumitur de ea pondus.3.ij.& teritur, & ponitur cum vino dulci,aut in oxymelle,& dimittitur aliquanto ſpatio, deinde coquitur vinum illud cum lentibus,aut hordeo cum carne gallinæ,& datur ad ſorbendum ius eius,& miſcetur ei de ſcammonea. *Febres.* Cõfert [i] febribus quartanis. *Venena.* Eſt [i] theriaca morſui ſcorpionis, & rutelæ. Et [i] quidam ſtudent ad hoc vt fumant de cortice eius ſuperiore ſicut lens,& proijciant in fiſſuram puncturæ.

De †}*Reubarbaro*}.i.[k] Rhapontico,ſeu Rha. Cap. 578.

Rheubarbarum. *Electio.* Quandoq; adulterat̃ hoc modo. Decoquit̃,& aſſumitur eius aquoſitas,& deſiccatur ſuccus eius,deinde exiccatur ſubſtantia eius poſt illud, & venditur ſicut eſt. Verum ipſum eſt tunc ſpiſſius,& vehementius ſtypticum,& purum eſt vehementius rarum, & minus ſtypticum,& eſt croceæ tincturæ. *Operationes & proprietates.* Subſtantia arboris eius eſt cõmiſta ex aqueitate,& aereitate,& in ipſo eſt terreitas amara propter actionem igneitatis in ipſum, & ſimiliter eius mollities, & ſtypticitas ſunt ex terreitate eius.& ſequit̃ ipſum in ſtypticitate eius terreitas,immo eſt iuuamentum in ea,& cõpletur eius operatio cum qualitate ſuę terreitatis,& quod de ipſo purum eſt,eſt minus ſtypticum. *Decoratio.* Confert [l] panno, & [k] veſtigijs remanentibus ſuper

A Dio.lib.2.c.105. B Raſ.vlt.conti. t.1.c.572. C † Mẽbra expulſionis.Semẽ vrinã mouet,mẽſes cit. D Cap.197. E † Rihan,& eſt baſilicon. F Raſis vlt.conti. t.1.c.528. G † Rihan ſuliſmã& eſt ozinũ gariophyllarum. H † Rate. I Raſ.vlti.conti. t.1.c.572. Infra α Supra α † Raued. K Dio.li.3.c.2. L Raſis vlti.conti. t.1.c.581.

ſuper cutes, quando linitur cum aceto & fit euacuatio cum eo. *Apoſtemata & bothor.* Fit ex eo emplaſtrum cum quibuſdam humiditatibus ad [a] apoſtemata calida. *Vulnera & vlcera.* Confert impetigini [a] epithematum cum aceto. *Inſtrumenta iuncturarum.* [b] Confert valde caſui, & percuſſioni. Et inquit Alcanzi [c] eius ſit ℥.ij. in vino permiſto, & contuſionibus quando datur in potu cum vino odorifero, & ſimiliter quando inungitur ex oleo eius ad [d] contuſionem lacertorum, & dolorẽ eorum, & extenſionem, & confert rupturæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [a] aſthmati, & ſputo [a] ſanguinis. *Membra nutrimenti.* Eſt conferens [a] hepati, & ſtomacho, & [a] debilitati amborũ, & [a] doloribus eorum, & [a] doloribus intrinſecis, & [a] ſingultui, & rupturæ, & extenuat [a] ſplenem. *Membra expulſionis.* [e] Confert diarrhϾ, & [a] dolori pungitiuo ventris, & [a] dyſenteriæ, & dolori [a] renum, & [a] veſicæ, & doloribus [a] matricis, & fluxui ſanguinis. *Febres.* Confert febribus [a] antiquis, & habentibus periodos. *Venena.* Confert [a] morſui vermium venenoſorum, & ſerpentis, & [a] quantitas potus eius eſt ſicut quantitas potus agarici.

*De Ramech.* *Cap.* 579.

Ramech. *Natura.* Eſt [f] frigida & ſicca *Operationes & proprietates.* Eſt ſtyptica, exiccatiua, ſubtiliatiua, conſtrictiua, prohibens effuſiones materierum, & ſedat caliditatem. *Membra nutrimenti.* Confortat ſtomachum quando in potu datur cum aqua myrti. *Membra expulſionis.* Conſtringit vẽtrem.

*De [g] †{Ratienigi.}* *Cap.* 580.

Ratienigi quid eſt? *Natura.* Eſt calida ad tertium, ſicca in primo. *Operationes & proprietates.* [h] Generat carnem corporum durorum, ſed commouet dolores in corporibus teneris: & quãdoque ſanantur ea vlcera cum balauſtijs, & venis, & ſimilibus.

[i] *De †{Ribes.}* *Cap.* 581.

Ribes quid eſt? Ineſt ei virtus acetoſitatis [k] citri, & acreſtæ. *Natura.* Eſt [i] frigida & ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt extinctiua, & [i] reprimens acuitatem ſanguinis, ſedatiua caliditatis, & confert α apoſtematibus peſtilentiæ, quæ ſubito interficiunt. *Membra oculi.* Acuit viſum, quando fit alcofol ex ſucco eius. *Membra expulſionis.* Confert [k] ſolutioni cholericæ. *Apoſtemata & bothor.* Confert [i] variolis, & [k] morbillo, & α apoſtematibus [i] peſtilẽtialibus, & Peſtilentiæ.

*De [l] †{Rachamat.}* *Cap.* 582.

Rachamat. *Membra capitis.* Diſtillatur fel eius cum oleo violaceo in latere diuerſo ad hemicraneam, & diuerſo ad dolores auris. Et fit ex eo caputpurgium infantibus, aut diſtillatur in naribus ipſorum propter illud, quod in eis eſt de ventoſitatibus puerorum. *Membra oculi.* Fit alcofol ex [m] felle eius ad albedinem oculi cum aqua frigida. *Membra expulſionis.* Dicitur, quòd ſtercus eius eijcit fœtum vaporatum. *Venena.* Inquit filius Alpatrich. Eius fel exiccatur in vaſe vitri, in vmbra, & fit ex eo alcofol in latere morſus viperæ, ſed non credo illud. Et quidam dixerunt, quòd expertum fuit ad venenum ſcorpionis, & ſerpentis, & viperæ maioris, & iuuat Et videtur mihi, quod liniendo factum eſt.

*De Raſas.* *Cap.* 583.

Raſas quid eſt? Iam dictum eſt in [n] capitulo de plumbo, & hoc eſt ſtannum. eius autem ceruſſam & ſpecies faciendi eam, [o] dicemus in antidotario. *Electio.* Quod in eo ſubtile eſt, eſt quod adustum eſt, & ceruſſa. & oportet vt timeatur odor eius cum aduritur. *Natura.* Eſt frigidum & humidum. *Operationes & proprietates.* In eo, quod eſt aduſtum, eſt lenificatio, & ſubtiliatio, & reſolutio, & interfectio ſanguinis. Et eius ceruſſa eſt glutinatiua, infrigidatiua, cuius virtus eſt virtus tuciæ aduſtæ. Et ſcoria quidem raſas, eſt in ſimilitudine virtutis raſas aduſti. *Apoſtemata & bothor.* Quando fricatur cum vino, aut alio, aut aliquo ſuccorum frigidorum confert apoſtematibus. *Vulnera & vlcera.* Confert vlceribus fraudulentis, & ambulatiuis. Et ceruſſa replet vlcera, & glutinat ea. *Venena.* Quando fricatur eius ceruſſa ſuper puncturam ſcorpionis marini, & draconis marini, confert. Et oportet vt timeatur eius odor apud aduſtionem.

*De †{Rahadat}.i.* [p] Torpedine piſce. *Cap.* 584.

Rahadat. *Membra capitis.* Dicitur, quòd rahadat poſitus ſuper caput patientis ſoda remouet ſoda [q] Galenus vero inquit. Exiſtimo, quòd ipſa facit illud dum eſt viua: mortua enim iam expertus fui, & nihil inueni.

*De [r] †{Reiben.}* *Cap.* 585.

Reiben quid eſt? Eſt lapis, qui eſt ſicut cancer. *Natura.* Eſt frigidus & humidus in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Exiccat, & abſtergit, & eius virtus eſt proxima virtuti cancri. *Membra oculi.* Acuit viſum.

*De [s] †{Rubien.}* *Cap.* 586.

Rubien. *Operationes & proprietates.* Eſt conueniens cibus, ſed ſalitus antiquus generat melancholiam. *Membra expulſionis.* Augmetum efficit in coitu.

*De [t] †{Rebithe.}* *Cap.* 587.

Rebithe. *Natura.* Filius Meſaugue inquit. Eſt calidior, quàm rubien *Membra expulſionis.* [u] Excitat coitum.

*De [x] †{Ratuba.}* *Cap.* 588.

Ratuba quid eſt? Eſt faſfaſa. Et iam diximus de ea. [y]

[z] *De †{Ranis.}* *Cap.* 589.

Rana *Operationes & proprietates.* Cinis [z] ranarum quando ponitur ſuper locum ſanguinis retinet



tinet eum. *Decoratio.* Et ipſa β quando decoquitur cum ſale & oleo eſt, ſecundum quòd dicitur bezahar [a] lepræ [a] †{& venenoſorum vermium {comeſta. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eius ius confert [b] †{apoſtematibus} cordarum quando ſuper ea effunditur. *Membra capitis.* Dicitur, quòd [c] †{ex elixatura ranæ fluuialis colluitur os ad dolorem dentium, & ſedatur, ſed eſt in ea, quod eſt in ea.} Et corpus ranæ, & proprie pinguedo eius, eſt ex eis, quæ facilem dentium eradicationem faciunt. Et exiſtimo, quod eſt hoc ex arborea hortulana. hæc enim ſpecies eſt quam teſtantur medici & experimentatores cõmunitatis eijcere dẽtes animalium, quãdo ipſam ſumunt in cibo, & in paſtu. *Venena.* Siquis [d] comedit ſanguinem eius, aut corpus ipſius, apoſtematur corpus eius, & fit ipſius color plumbeus, & expellit ſperma donec moritur. Et dicitur, β quod quando † coquitur cum ſale & oleo, & comeditur [d] †{ } eſt bezahar [e] †{lepræ &} vermibus venenoſis.

## Litera. S.

*De †{Squilla}.i.* [f] Scilla, & Aceto ſcillino. *Cap.* 590.

SQuilla quid eſt? Eſt cepæ muris, quæ ſic nominatur: propterea, quod ipſa interficit murem. Et eſt acuta fortiter: ſed decoctio, & aſſatio frangunt eius fortitudinem. Et forma ipſius cum aſſata eſt, eſt forma perſici deſiccati. Et color eius eſt citrinus, declinans ad albedinem, & ex ea eſt genus venenoſum mortale. Et exiſtimauerunt quidam, quod ipſa ſit [g] bulbus propter quoddam ſignum quod in ea reperitur, ſed errauerunt. *Electio.* Quæ ex ea bona eſt illa, quæ habet colorem [g] †{chani,} in cuius ſapore eſt dulcedo cum acuitate, & amaritudine. *Natura.* Calida eſt in tertio, ſicca in terminis ſecundi. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiua, attractiua ſanguinis ad exteriora, & ſuperfluitatum aduſtiua, vlceratiua, ſubtiliatiua valde, chymorum groſſorum inciſiua cum virtute vltra virtutẽ ſuæ calefactionis. Et ipſius acetum confortat corpus debile, & acquirit ei ſanitatem. *Decoratio.* Eradicat verrucas illinita, & cum oleo & gumma pini, facit pilos naſci in alopecia, & tyria illinita & fricata, & cõfert [f] ſiſſuris calcanei proprie. [h] †{Medium ipſius crudum,} & ipſius [i] acetum bonum efficit colorem. *Vulnera & vlcera.* Deſiccat vlcera exteriora, & nocet vlceribus viſcerum comeſta, & exulcerat fricata. *Inſtrumenta iuncturarum.* Nocet neruis ſanis, parumper conferendo doloribus neruorum, & iuncturarum, & paralyſi, & [i] ſciaticæ proprie, & ſimiliter eius acetum, & ſyrupus ipſius. *Membra capitis.* Confert [i] epileſiæ, & [i] melancholiæ, & conſtringit eius acetum [i] gingiuas, & confirmat dentes [i] motos, & remouet fœtorẽ oris. *Membra oculi.* Eius [i] comeſtio acuit viſum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [i] aſthmati valde, & [i] tuſſi antiquæ, & aſperitati [i] vocis, & potantur ex ea tres [k] †{anuluſat} cum melle, & confortat guttur eius acetum, & [i] indurat ipſum. *Membra nutrimenti.* Confert duritiei ſplenis, & confortat [i] ſtomachum & digeſtionem, & confert [i] ſubleuationi cibi. Et ſimiliter acetũ eius & decoctio ipſius bibita propter ſplenem diebus.xl. Et dicitur, quod ſi ſuſpendatur ſuper illum, qui habet ſplenem diebus.xli. liquefacit ipſius ſplenem, & confert [i] hydropiſi, & [i] icteritię. *Membra expulſionis.* Prouocat [i] vrinam fortiter. & ſimiliter eius acetum: & ſyrupus ipſius conferunt difficultati vrinæ, & prouocant [l] menſtrua, donec etiam faciant abortum, & ſimiliter acetum, & ſyrupus eius conferunt [m] præfocationi matricis [m] †{& ſoluit groſſos humores, præcipue quod ex ea aſſatum eſt aggregatum cum ſexcuplo ſalis, & eius potio ſit duorum aur. cum eſt ieiunus,} & ſimiliter, quod ex ea eſt elixatum, & eius ſemen bene [m] tritum & poſitum in [n] †{vaſe ſicco, & permiſtum} [o] †{ } cum melle, & comeſtum lenit naturã, & confert dolori ani, & matricis, & ſtomachi, & confert [m] dolori pungitiuo. *Febres.* Acetum eius confert [l] tremori antiquo. *Venena.* Cum ſuſpẽditur ſuper [m] portas, ſecundum quod dicitur, prohibet venenoſa ab eis, & eſt theriaca venenoſis, & interficit mures. *Permutatio.* [p] Tantum quãtum ipſa eſt de cordumeni, & tantum quãtum ipſa eſt, & tertia ipſius acori, & tertia ipſius amomi.

[q] *De †{Squinantho & flore eius}.i.* Iuncus odoratus. *Cap.* 591.

Squinanthum & flos eius quid eſt? Ex eo aliud eſt arabicum & boni odoris: & aliud eſt, quod ẽ [q] †{agiami, {quod eſt ſubtile ſeu minutum, & eſt durum, & ex eo eſt groſſum, et eſt magis molle, & ipſum non habet odorem. Inquit [r] Dioſc. Squinanthum eſt duarum ſpecierum: vna earum eſt, quæ nõ habet fructum, & altera, quæ habet fructum nigrũ. *Electio.* Melius ex eo eſt arabicum rubeum [r] †{boni odoris & flos eius declinat ad rubedinem.} [t] †{& cum finditur, fit purpureum, mordicans linguam, &

Dioſ. Lib. 4. c. 42. De Iunco.

Iunci duo genera vnum leuis nominati, alterũ acuti, qui in mucronem faſtigiatur. cuius etiam duo aſsignantur genera. Vnum ſterile. reliquum fert ſemen nigrum, rotundum, & craſsiore conſtat calamo, carnoſioreq́;. Tertius eſt iuncus quem vocant oloſchœnos, prioribus carnoſior, aſperiorq́;, is ſimilem ſupradicto fructum in cacuminibus parit. Membra capitis. Capitis dolores facit. Aethiopici iunci ſemine ſomnus allicitur. Sed modus in potione ſeruandus eſt, ne ſopor fiat. Membra expulſionis. Semen vtriuſq; toſtum, ex diluto vino potum, ſiſtit aluum, & rubra fœminarum profluuia. vrinam cit. Venena. Quæ proxima ſunt radici folia tenera, conuenienter illinuntur, aduerſus phalangiorum morſus.

Dioſ. Lib. 1. c. 16. De Iunco Odorato.

Odoratus iuncus, in Africa & Arabia naſcitur. Electio. Laudatiſsimus ex Nabatęa: proximus Arabicus, quẽ aliqui Babyloniũ cognominãt, alii teuchitin, peſsimus ex Africa. Eligendus eſt Rufus, recens, floribus refertus, tenuis, rubẽtibus fragmẽtis, qui manibus confricando roſę odorẽ emittit. igneę mordacitatis ad linguã. Floris, culmorũ, radicisq; eſt vſus. Operationes & proprietates. Diſcutit inflationes, caput aggrauat, modice aſtringit cõminuit, excoquit, ac venarũ ſpiracula laxat. Mẽbra anhelitus & pectoris. Flos eius in potu ſanguinẽ reiicientibus, doloribus pulmonis vtilis. Mẽbra nutrimenti. Flos eius in potu vtilis doloribus ſtomachi, iocineris, & renum. Radix aſtringentior eſt. ideo faſtidiis ſtomachi, hydropicis, conuulſis, drachma vna cum pari pondere piperis, per dies aliquot datur. Membra expulſionis. Flos eius vim vrinæ ciendæ habet menſes pellit. Radicis decoctum vuluę inflammationibus, ad deſidentium fotus, vtile eſt Venena. Miſcetur antidotis.

adurens

Infra β
A Ser. c. 432.
A † ——
B † D. inueteratis rigoribus
C † D. decoctę in aceto & aqua dentium dolores colluuone leniunt.
D Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 576.
Supra β
† Di. li. 2. c. 24.
D † iusq; eauum itidẽ ſorbeatur.
E † ——
† Aſchil, vel Alaſcil.
F Dioſ. li. 2. c. 164. & li. 5. c. 15. Reperit, 645.
G Raſis vlti. con. t. 1. c. 680.
G † candidum.
H † Interna pars crudę ſcillę i oleo feruefacta, aut cũ reſina liquefacta, iponitur.
I Dio. lib. 5. c. 15.
K † oboli
L Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 680.
M Dio. li. 5. c. 15. de aceto ſcillino.
M † D. ad ſingulas aſſæ parteis adiectis octonis toſti ſalis, cochlear vnũ, aut alterũ damus ieiunis, ad emolliẽdum aluum.
N † carica
O † aut deuoratũ
P G. de ſubſt. me. bulb⁹ qui edẽdo ẽ.
Q Dioſ. lib. 1. c. 61. permiſcet duo capita. ſ. c. 16. de odorato iunco, & li. 4. c. 42. de iunco.
† Adchar.
Q † iuncus
R Dio. lib. 4 c. 42 de iunco non de ſquinantho.
R † D. recens, floribus refertus, tenuis, rubentibus fragmẽtis, qui manibus confricando roſę odorem emittit igneę mordacitatis ad linguam.
T † ——

adurens eã ſua acuitate.} *Natura.* In [a] †{agiam} eſt virtus infrigidatiua.& apud filium Vırezeg. totum eſt frigidum,& eius radix eſt vehementioris ſtypticitatis: & eius flos calefacit parumper: & eius ſtypticitas eſt minor calefactione eius:& fortaſſe eſt arabicum, ſed in ſua natura eſt calidum & ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt ſtypticitas: quapropter confert eius flos fluxui ſanguinis vndecunq;,& in eius oleo ſunt reſolutio,& ſtypticitas: ſed ipſius radix eſt fortior in hoc,& conſtringit naturam.& in ipſo ſunt digeſtio, & lenificatio.Et orificia [b] venarum aperit, & ſedat intrinſecos dolores, &,pprie in matrice & reſoluit [b] ventoſitates. *Vulnera & vlcera.* Eius [c] oleum confert pruritui,ita vt illud etiam agat in animalibus. *Apoſtemata & bothor.* Confert apoſtematibus calidis eius decoctio,& duritiebus intrinſecis bibitum,& ſuperpoſitum pro emplaſtro, & decoctum in apoſtematibus frigidis in viſceribus. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert lacertis,& [b] ſpaſmo,cum ex eo bibitur quarta aurei cum pipere.Et [c] oleum eius remouet laſſitudinem. *Membra capitis* Grauat [b] caput proprie illud,quod ex eo eſt agiami:ſed minutum eius facit ſoda. & groſſioris ſemen facit [b] dormire,& ſtupefacit,& totum ipſius confortat carnem rubeam,quæ eſt inter gingiuas,& deſiccat humiditatem earum.& eius flos purgat caput. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert dolori [b] pulmonis eius [b] flos confert ſputo ſanguinis. *Membra nutrimenti.* Eius radix [b] confortat ſtomachum,& facit appetitum, & ſedat nauſeam accepto aureo ex ea,& proprie cum pondere ſui ex pipere,& ipſius flos [b] ſedat dolorem ſtomachi, & confert [d] apoſtematibus eius, & [d] apoſtematibus hepatis. *Membra expulſionis.* Cōfert doloribus matricis proprie. & [b] encathiſma in decoctione eius apoſtematibus matricis calidis. Et ſimiliter cum diſtillatur in eam,aut fit cum eo vaporatio aut fit clyſtere cum aqua ipſius, & [b] prouocat vrinam,& frangit lapidem,& [b] ſtringit naturam,proprie qđ ex eo eſt agiami.Et [b] abſcindunt fluxū ſanguinis matricis,& proprie eius flos.Et confert dolori [d] renum, & fluxui ſanguinis ipſorum, & cum [d] bibitur ex radice eius aur. cum pipere confert hydropiſi.& ipſius flos confert [e] apoſtematibus ani. *Venena.* Species eius groſſa cum ex folijs eius recentibus, quæ ſunt [f] iuxta radicem, fit emplaſtrum, eſt iuuatiua morſuræ venenoſorum.

[f] De †{*Sarcocolla.*} *Cap.* 592.

Sarcocolla quid eſt: Eſt gumma arboris ſpinoſæ,& in ipſa eſt amaritudo. *Electio.* Quæ ex ea bona eſt,eſt illa,quæ ad citrinitatem declinat, & eſt ſimilis olibano. *Natura.* Dicunt quidam, ꝙ eſt calida in ſecundo,ſicca in primo. Inquit filius Iuregi eſt calida valde. *Operationes & proprietates.* Eſt glutinatiua ſine mordicatiōe:& propter hoc conſolidat, & creat carnem, & [f] adminiſtratur in emplaſtris.Et in ipſa quidem eſt virtus adhærere faciens,oppilatiua,& alia amara, & propter hoc in ipſa eſt digeſtio,& reſolutio. *Decoratio.* [g] Caluicium facit potus eius frequens, & proprie ſenibus. *Apoſtemata & bothor.* Sedat apoſtemata oīa more emplaſtri ſuperpoſita. *Vulnera & vlcera.* [g] Corrodit carnem mortuam,& conſolidat [f] plagas recentes,& [h] reſtaurat contorſionem.Et adminiſtratur ipſa præparata cum aceto, & radix eius præparata cum aceto deſiccata ad illud ſimiliter. *Membra capitis.* Si licinium ſumatur, & melle illinitum voluatur in ſarcocolla pulueriꝫata, & mittatur in aurem vlceratam ex qua egreditur virus, ſanatur hoc facto per aliquot dies. *Membra oculi.* Confert [g] ophthalmiæ,& [g] lippitudini proprie, & [f] fluxui oculi, & proprie nutrita cū lacte aſinæ,& educit alchadam ex oculo. *Membra expulſionis.* Soluit [i] humorem crudum, & phlegma groſſum,& proprie ex ancha,& iuncturis.

De †{*Storace*}.i.[k] Styrace. *Cap.* 593.

Storax quid eſt: Dixit Dioſ.ꝙ ipſa [k] †{eſt ſpecies ſtoracis, & apud quoſdam eſt gumma oliuæ, & ipſius quidem ſuffumigatio ponitur loco ſuffumigationis thuris in omni re.} *Electio.* Melior ex ea eſt,quæ eſt acutioris odoris. *Natura.* Eſt calida in tertio,ſicca in primo. *Operationes & proprietates.* [k] Lenificatiua eſt valde. *Inſtrumenta iuncturarum.* Permiſcetur cū medicinis laſſitudinis. *Membra capitis.* [l] †{In ipſa eſt virtus faciendi ſubet, & grauat caput, & facit ſoda,} & [k] confert coryzæ,& catarrho. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [k] tuſſi, & [k] raucedini vocis. *Membra expulſionis.* Eius oleum confert [k] duritiei matricis, & prouocat [k] menſtrua, & [k] aperit matricem,& [k] cum tranſglutitur cum aliquanta terebinthina linit naturam.

De †{*Stichados*}.i.[m] Stœchade. *Cap.* 594.

Stichados quid eſt: Eſt planta habens ſpicam rubeam,ſicut ſpica grani hordei,ſed eius folia ſunt longiora: & in ipſo ſunt ſtipites cinericij,ſicut in epithymo,& eſt ſine ſemine,acutus cum amaritudine pauca,compoſitus ex ſubſtātia terrea frigida,& ignea ſubtili. *Natura.* Eſt calidus in primo, ſiccus in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Reſoluit, & ſubtiliat amaritudine ſua. Et ſimiliter eius ſyrupus,& [m] aperit oppilationes,& abſtergit:& in ipſo quidem eſt ſtypticitas pauca,& cōfortat corpus, & viſcera, & prohibet putrefactionem. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eius decoctio ſedat dolores neruorum & coſtarum, & [n] ipſius ſyrupus eſt res magis iuuatiua ægritudinum frigidarū in neruis,quare oportet vt aſſidue vtatur eo,qui debiles habet neruos, & qui ex frigiditate in ipſis patitur. *Membra capitis.* [o] Confert melancholiæ, & [n] epilepſiæ. *Membra nutrimenti.* Conturbat illum in cuius complexione cholera dominatur:& facit eum vomere, & eſt ex eis, quæ faciunt ſitim. *Membra expulſionis.* Confortat inſtrumenta vrinæ,& [p] ſoluendo educit phlegma, & melancholiam [q] Gal.vero non dixit hoc eſſe eius.& vltima quidem potio ipſius ex.xij. keſumen cum vino puro,& oxymelle,& modico ſale.

De



[a] De †{*Spongia maris.*} *Cap.* 595.

Spongia maris quid eſt: Corpus marinum [a] †{laxum rarum ſicut filtrum.Et dicitur,quod habet} animal motum in eo cui adhæret & non ſeparatur ab eo. *Electio.* Illa quæ eſt recens, eſt fortior,& vehementioris exiccationis propter fortitudinem naturæ maris. *Natura.* Eſt calida in primo,ſicca in ſecundo.& ipſius lapis eſt ei propinquus, & minus calidus. *Operationes & proprietates.* Fortis eſt exiccationis,proprie quod ex ea eſt recens,quando aduritur cum oleo.Et [b] ſimiliter eius cinis confert diſruptioni ſanguinis,propter inciſionem aut apertionem. Inflammatur enim ex ea ignis ſuper locum,& cauteriꝫatur,cum hoc,quòd ipſa eſt ſubſtantia retinens ſanguinem,& etiam ſiunt [a] ex ea licinia & in orificijs venarum ponuntur, & retinent [a] ſanguinem,& fluxum ſanguinis, & eius lapis ſubtiliat abſque calefactione, & exiccat,& abſtergit. *Apoſtemata & bothor.* [b] Exiccat apoſtemata phlegmatica. *Vulnera & vlcera.* [a] Infunditur in aceto & ponitur ſuper plagas, & conſolidat, & [a] decoquitur cum melle,& conſolidat vlcera antiqua. & ſimiliter ponitur ſicca ſuper ipſa, [b] †{aut infuſa in aqua,aut in vino,}& exiccat humida antiqua. *Membra anhelitus & pectoris.* Quando ſpongia aduritur cum pice eſt conueniens curationi ſputi ſanguinis. *Membra expulſionis.* Lapis in ea [c] inuentus frangit lapidem veſicæ apud alios à Gal. [d] Gal. enim ab hoc elongatur, vt virtus eius ad veſicam penetret,ſed ad [e] lapidem renum.

De †{*Stinco.*}.i.[f] Scinco. *Cap.* 596.

Stincus quid eſt: Et vrel aquaticus, qui ripis Nili Aegypti capitur. Eſt dicitur, quod eſt de natura vel ex generatione †{altemſa.} Cum enim altemſa parit oua extra aquam: generatur ſtincus ad extra. *Electio.* Qui ex eo eſt melior,eſt ille,qui in vere capitur, & in hora qua feruet ad coitum, & qui ex eo eſt maior, eſt melior. Et magis pinguis,eſt melior.& ex membris eius melius, eſt ſumen. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert ægritudinibus frigidis in neruis. *Membra expulſionis.* [g] †{Eius ſal excitat coitum, quanto plus caro eius.& proprie caro ſuminis, & quę ſequitur renes, & proprie adeps eorum.}

Dioſ.lib.2.c.58.
Scincus aut Aegypti,aut Indiæ,aut rubri maris alumnus, quãuis inueniatur in Lydia Mauritaniæ. Eſt autem terreſtris crocodilus ſui generis ſale inueteratus cum naſturtio. Aiunt carnes quæ renes amplectantur,id ſibi virium vendicaſſe,vt ſi drachmę pondere bibantur, venerem accendant. verum decocto lentis cū melle aut ſemine lactucæ cum aqua poto, veneris cupiditates inhibētur. additur in antidota.

De [h] †{*Spinachijs.*} *Cap.* 596.

Spinachia. *Natura.* Frigida [i] ſunt & humida in fine primi. *Operationes & proprietates.* Sunt lenificatiua, & ipſius [i] nutrimentum melius eſt nutrimento chryſolachanæ, & dico, quod in ipſis eſt virtus abſterſiua, lauatiua, & [k] vincunt choleram, & fortaſſe refugit ſtomachus à iure eorū: ergo auferantur à iure ſuo, & comedantur. *Membra anhelitus & pectoris.* Conferunt anhelitui, & [k] pectori, & pulmoni [k] calido. *Inſtrumenta iuncturarum.* Conferunt doloribus dorſi ſanguineis. *Membra expulſionis.* Lenificatiua ſunt ventris.

De [l] †{*Scolopendria.*} *Cap.* 597.

Scolopendria dicetur in [m] capitulo de Sin.ſi Deus voluerit.

De [n] †{*Semine lini.*} *Cap.* 598.

Semen lini quid eſt: Virtus eius eſt [o] proxima virtuti fœnugræci. *Natura.* [p] Calidum eſt in primo, commenſuratum in humiditate & ſiccitate. Et dicitur quidem, quòd decoctio lini eſt decoctio eius dum eſt recens, & in ipſo eſt humiditas ſuperflua. *Operationes & proprietates.* Eſt maturatiuum, & abſtergit, & inflat propter humiditatem ſuam ſuperfluam, ita quod illud,quod ex eo frixum eſt, etiam hoc agit cum ſtypticitate in frixo manifeſta, & æquali, in non frixo permiſta cum lenificatione. Et eſt [q] ſedatiuum dolorum minus, quàm chamæmilla. *Decoratio.* [q] †{Ex ipſo fit emplaſtrum cum nitro, & ficubus ad pānum & bothor lene, & confert ſpaſmo.} [r] †{ſeu contractioni vnguium, & fixuris, & fracturis earum cum permiſcetur cum æquali menſura naſturtij, & conficitur cum melle.} *Apoſtemata & bothor.* Lenit apoſtemata calida exteriora & interiora [s] †{ } [t] †{& apoſtema, quod eſt poſt aures cum aqua cineris, & apoſtemata dura.} *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert ſpaſmo, [u] †{& contractioni vnguium cum permiſcetur cum cera & melle.} *Membra capitis.* Eius [x] ſuffumigatio confert coryzæ, & ſimiliter ſuffumigatio ipſius lini. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [y] tuſſi phlegmaticæ, & proprie quod ex [z] eo aſſatum eſt. *Membra nutrimenti.* Malum eſt [z] ſtomacho, & difficilis digeſtionis, & pauci [z] nutrimenti. *Membra expulſionis.* Quod ex eo frixum eſt, conſtringit ventrem, & non frixum eſt commenſuratum, & eius prouocatio eſt debilis,ſed confortatur cum aſſatione. [a] Et quando ſumitur cum melle,& pipere, mouet coitum. Et ex decoctione ipſius fit clyſtere matrici, & ſedetur in [a] ea, & iuuatur ea à mordicatione, quæ eſt in ipſa, & apoſtematibus, & ſimiliter in inteſtinis, & ab ea fit iuuamentum ad vlcera [a] veſicæ, & renum. Et ex [b] decoctione quidem ſeminis lini fit clyſtere cum oleo [b] †{roſ.}& magnificatur iuuamentum eius in vlceribus inteſtinoſtrum.

De [c] †{*Saliua.*} *Cap.* 599.

Saliua. *Electio.* Fortis [d] operationis eſt illa, quæ eſt famælici,& ieiuni. & proprie cuius complexio eſt calida. *Decoratio.* Valet [d] ad impetiginem. *Membra oculi.* Confert palpitationi palpebræ, & albugini. *Venena.* Interficit [e] venenoſa omnia, & ſerpentem, & [e] ſcorpiones.



A Dioſ.lib.5.c.85. A
†Aſſengi albhar.
A†D.mares tenui fiſtula ſpiſſe fœminæ contrarias dotes habent.
B Raſ.vlti.conti. t.i.c.676.
B † ——
C Dio.lib.5.c.93. & Auic.c.404.
D Li.9.ſimp.67.c
E Aui.c.404.
† Aſchanchur.
F Dio.lib.2.c.58. B
Repetit.c.657.
† Crocodili.
G† G li.11.ſim 80. d.& Dioſ.li.2.c.58. aiunt carnes, quę renes amplectant, id ſibi virium vendicaſſe,vt ſi drachmæ pōdere bibant venerē accendant.
H† Aſanach.
I Serap.c.140. & Ra.vlt.cō.t.i c.671
k Raſ.ibidem.
L Ser.c.140.
M† Sculuſendriū.
N 610.
O† Bezerchetam.
P Dioſ.lib.2.c.95. C
Q G.li.7.ſim. 54.f
R Raſis vlti.cont. t.i.c.426.
R† D.Vitia cutis in facie varoſq; crudum tollit.
S† D.vngues ſcabros eximit, cū pari modo naſturtii, & mellis.
T† Dio.cū melle, oleo, exiguaq; aqua decoctum,aut melle cocto exceptum,
V† D.Illitum cum nitro & ficulneo cinere, parotidas duritiaſq; diſcutit.
X† Ser.c.21. & Ra. vlt.cont.t.i.c. 416.
† Proprietas eius eſt qđ fit emplaſtrum cum mixta cera & melle confert alboribus vnguiū. D
Y Ser.& Raſ.
Z D.& Ser.c.21.
A Raſis vlt.conti. t.i.c.416.
B Ser.c.21.& Raſ.
† ——
† Bezach.
…li.3.naturaliū & lib.10.ſim c.75.f
…etit.c.613.
Gal.lib.10.ſim c.75.f.g.& de æquali tempera. c.6.c

De†{*Stercore animalium*}.i.[a] Fimo. *Cap.* 600.

Stercus animalium. *Decoratio.* Stercus aldub confert lentiginibus magnis, & panno propter ſuam abſterſionem. Et ſtercus cameli prohibet remanere veſtigia variolarum, & deſtruit verrucas. *Membra capitis.* Stercus aldub confert furfuribus propter ſuam abſterſionem. & ſtercus cameli abſcindit fluxum ſanguinis ex naribus, & quando bibitur cum medicinis epilepſiæ, confert. *Membra oculi.* Stercus aldub abſtergit albuginem oculi. *Vulnera & vlcera.* Stercus cameli reſoluit bothor & vlcera. & ſimiliter ſtercus pecudis ſuper mellinum. *Apoſtemata & bothor.* [a] Stercus [a] † {caprarum} reſoluit ſcrofulas fortiter. & ſimiliter ſtercus cameli: & ſtercus pecudis eryſipilæ. *Inſtrumenta iuncturarum.* [a] Stercus cameli ſedat dolores iuncturarum, & apoſtemata earum. *Membra expulſionis.* Stercus [a] caprarum ſiccum [b] †{ }cum lana [c] †{ }prohibet fluxum matricis. *Venena.* Reſiſtit venenis ſtercus caprarum decoquendo. ℥.i. ex eo cum. v. ſacraiati vini nigri, & recens ex eo etiam, & fit ex eo emplaſtrum morſui viperæ facientis ſitim, & ſtercus pecudis aduſtũ pręcipue confectum cum aceto linitur ſuper morſum canis rabioſi.

De †{*Sanguine draconis*}.i.[d] Achillea. *Cap.* 601.

Sanguis draconis, quid eſt? Eſt ſuccus rubeus notus. *Natura.* Non eſt eius caliditas multa. Et dicunt quidam, ꝙ eſt frigidus. eius vero ſiccitas eſt in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt conſtrictiuus, & prohibet [d] fluxum ſanguinis. *Vulnera & vlcera.* Glutinat [d] vlcera, & [e] plagas recentes. *Membra nutrimenti.* Confortat ſtomachum. *Membra expulſionis.* Conſtringit, & confert [d] dyſenteriæ, & fiſſuris ani. *Permutatio.* Loco eius, ſecundum ꝙ exiſtimant quidam, ponitur lactuca in omnibus operibus eius.

[f] De†{*Sanguine.*} *Cap.* 602.

Sanguis quid eſt? Sanguis hominis, & ſanguis porci, [g] ſunt ſimiles in omni re. Et carnes amborum ſunt proxime in omni re, ita quòd quidam fuerunt, qui vendebant carnem hominis ac ſi eſſet caro porci, & occultatum fuit illud vſquequo inuenti fuerunt digiti hominis in ea. Et dixerunt [h] quidam, quòd qui experiri volunt aliquid in ſanguine hominis, experiatur illud in ſanguine porcini: nam licet ſit debilioris virtutis ſanguine hominis, tamen eſt ei ſimilis. Et nos quidem iam ſcribemus nunc, quæ dicta ſunt de ſanguine, ſed plurima eorum ſunt, de quibus non curatur, & ſunt quędam de quibus curatur. *Electio.* Oportet vt ſanguis, qui in medicinis adminiſtratur, ſit aſſumptus ex animalibus ſanis, in cuius colore non dominetur humor, neque putredo. *Operationes & proprietates.* [i] Sanguis æqui eſt aduſtiuus, & putrefactiuus. Et totus eſt debilis digeſtionis præcipue, qui groſſus eſt. *Decoratio.* [i] Sanguis leporis calidus ſuperponitur morpheæ, & panno, & confert eis. [k] Sanguis veſpertilionis, ſecundum ꝙ dicitur, prohibet ortum pilorum, & non eſt ei veritas. α Sanguis vero ranarum viridium, & ſanguis alhalem, eſt magis prohibens. Et ſanguis β veſpertilionis, ſecundum quòd [l] dicitur, conſeruat mamillam ſecundum diſpoſitionem ſuam, ſed non verificatur. *Apoſtemata & bothor.* Sanguis leporis maturat apoſtemata calida cito. Et ſimiliter ſanguis hirci adminiſtratur poſt congelationem. Et ſanguis menſtruus, ſecundum quòd [i] dicitur, linitur ſuper eryſipilam. Et [i] ſanguis tauri calidus, ſuper apoſtemata dura. Et ſanguis leporis calidus, ſuper apoſtemata calida lenia. *Inſtrumenta iuncturarum.* Dicitur, quòd ſanguis [i] menſtruus diſtillatur ſuper podagram calidus, & confert ei. *Membra capitis.* Sanguis columbæ, & [l] †{alurſan & turturis diſtillatur calidus ſuper alſegiagi & alheaſeme ſuper fracturam oſſis capitis & alame.} & prohibet generari apoſtema, quod prouenit a caſu, cum commiſcetur cum oleo roſ. tepido. Dixit [m] Galen. illud eſt propter teporem qualitatis ſuæ, non propter rem aliam. & ſi dimittatur, & adminiſtretur loco eius oleum roſa. efficit operationem eius, & ſimiliter dicitur in ſanguine gallinarum. Sanguis vero aſini prohibet fluxum ſanguinis narium ex velamine cerebri. Et [n] ſanguis teſtudinis ſylueſtris ſanat epilepſiam [n] †{cum vino.} & [o] ſimiliter ſanguis agni. Et dicitur, quòd ſanguis [o] †{cameli} confert epilepſiæ: illud vero non eſt verum, dixit [p] Gal. quoniam ipſe non eſt cum inciſione forti. Ego autem dico forſitan ſi illud verificatur cum experimento, non attribuitur ad virtutem apparentem, immo ad proprietatem, quæ eſt in ipſo. *Membra oculi.* Sanguis [p] †{alurel} & lacerti confortat viſum. Sanguis [q] †{alharbe} prohibet oriri pilos in palpebris. & ſimiliter [r] ſanguis α ranarum viridium, ſecundum ꝙ dicitur, [q] ſed experimentum non verificauit illud. [r] †{Sanguis columbæ, & alurſan, & turturum, & proprie ſanguis venarum alæ diſtillatur ſuper tarſati. & ſimiliter ſanguis alfuachet.} & ſimiliter ſi diſtillentur radices pennarum ſanguineæ harum auium ſuper eam. Et dixit [s] Gal. ſine illo eſt excuſatio. *Membra anhelitus & pectoris.* [l] Sanguis [s] †{bubonis} valde confert aſthmati, & ſimiliter ius eius, & caro ipſius. Et [l] dixerunt β quidam, quòd ſanguis veſpertilionis conſeruat mamillam, ita vt remaneat ſtans, & non eſt ei radix. Ex ſanguine autem hœdi recente, antequam congeletur, [t] †{ſi accipiatur vnc. & commiſceatur cum aceto, & bibatur in tribus diebus, calefactum confert vomitui ſanguinis & ſimiliter ſanguis agni.} Namquidam teſtificati ſunt, ꝙ confert ad hoc. *Membra expulſionis.* [u] †{Sanguis menſtruus ſuppoſitus prohibet impregnationem,} ſecundum quòd [x] quidam exiſtimauerunt. [y] †{Sanguis hirci, & capræ, & cameli, exiccatus & frixus retinet fluxum. Et ſanguis capræ quando bibitur cum

V † Cap. 328. & D. Sanguis menſtruus fœminarum, circumlitu cõceptum inhibere exiſtimatur, aut ſi omnino mulier menſtrua ſupergrediatur.
X Dioſ. lib. 2. c. 71.
Y † D. Hirci, capræ, cerui, & leporis ſanguis inaſſatus ſartagine dyſenterias, & cœliacorum profluuia ſiſtit.





A melle cõfert dyſenterię.} Et ſanguis caprę exiccatus frangit lapidem renum. *Venena.* [a] †{Sãguis hirci & cameli, & leporis frixus cõfert nocumento ſagittæ armenæ quando bibitur cum vino,} [b] †{& ſimiliter ſanguis canis rabioſi,} ſm ꝙ dicitur vulgariter, [c] †{confert morſui canis rabioſi,} & proprie [d] Dioſcorides.

A † D. Hirci, capræ, cerui, & leporis inaſſatus ſartagine in vino potus contra toxica efficax eſt.
B † D. Caninus ſanguis commode ab his bibitur quos efferata in rabiem beſtia momorderit. contra epotum toxicũ auxilio eſt.
C † Dio. li. 2. c. 39. Iecur canis, qui rabie exagitatur, toſtum & in cibo ab emorſis ſumptum ne tẽtetur metu aquę tueri creditur.

D Li. 2. c. 39. de iecinore.
† Heliun.
E Dio. lib. 2. c. 118.
F Lib. 6. ſim. 44. a, abſtergẽdi vim habet petræus citra manifeſtã aut caliditatem, aut frigiditatem.
G Ra. vlt. conti. t. 1. c. 667.
H Dio. li. 2. c. 118.
H† ———
I G. 6. ſimp. 44. a
k D. & Raſ.

De†{*Sparago*}.i.[e] Aſparago ſylueſtri. *Cap.* 603.

Sparagus quid eſt. *Natura.* Aequalis eſt apud [f] Gal. Dixit enim, ꝙ in ipſo non eſt calefactio: neque infrigidatio apparens, niſi in petroſo. Ego autẽ dico non elongatur a caliditate, & quanto plus incipit indurari roboratur caliditas, & apparet ſuper ipſum veſtigium tithymalorum mordicans valde. *Operationes & proprietates.* Virtus eius eſt abſterſiua, aperit oppilationes omnium viſcerum, proprie hepatis, & renum. & in ipſo eſt reſolutio proprie in petroſo. *Inſtrumenta iuncturarum.* Bibitur eius decoctio propter dolorem [g] dorſi, & [h] ſciaticæ. *Membra capitis.* Decoctio [e] eius, & proprie radicis eius, quando coquitur [h] †{cum aceto.} & ſimiliter ipſa radix, & [e] ſemen eius bona ſunt omnia dolori dentium. *Membra nutrimenti.* [i] Aperit oppilationes hepatis, & confert [e] icteritiæ, & B in ipſo eſt [g] virtus faciendi nauſeam. *Membra expulſionis.* Exiſtimauit Rufus, [g] ꝙ ipſe ſtringit, & forſitan illud eſt propter eius prouocationem. Alij vero [k] dixerunt, ꝙ elixus lenit. [g] Plures vero dixerunt, quòd ipſe confert colicæ phlegmaticæ, & ventoſæ. Et decoctio radicis eius prouocat [e] vrinam, & confert [e] difficultati vrinæ: & augmentat in ſpermate, & [g] coitu, & confert difficultati impregnationis. & ſimiliter ſemen eius quando ſupponitur prouocat menſtrua, & [i] aperit oppilationes renum. *Venena.* Quando [e] coquitur cum vino confert puncturæ rutelæ. Et eius decoctio, ſecundum ꝙ [e] dicitur, interficit canes.

† Vſach.
L Dio. li. 1. c. 30.

De†{*Sorditie*}.i.[l] Strigmentis balnearum. *Cap.* 604.

Sordities. *Natura.* Sordities aluearis calefactiua eſt in fine ſecundi. & melior ex ea eſt viridis, & ſordities balnei, quæ eſt in parietibus eius, eſt calefactiua cum æqualitate, & ſordities luctantium ẽt proxima eſt ſorditiei balnei. Luctantium vero ſordities duas habet ſpecies: vna earum eſt, quæ aggregatur in corporibus eorum: qñq; enim inunguntur oleo, & permiſcetur pulueri, & ſecunda eſt illa, quæ congregatur ſuper parietes ex vaporibus, & ſudoribus eorum, & quæ congregatur ſuper terram ludi. *Operationes & proprietates.* Ambæ ſunt reſolutiuæ, maturatiuæ cum æqualitate. Sordities vero aluearis abſtergit cum æqualitate, & attrahit valde. Et omnes extrahunt ſurculos, & ſpinas. *Decoratio.* Sordities auris confert [m] panaritio, & linitur ſuper ſciſſuras labij. *Apoſtemata & bothor.* C Reſoluit exituras, ſordities luctantium, & eſt [n] bona apoſtematibus mamillæ, & ſordities balnei veſicis. *Vulnera & vlcera.* Sordities parietum luctãtium eſt vtilis vlceribus [l] ſenum, & raſuris. Sordities aluearis abſtergit impetiginem valde. *Inſtrumenta iuncturarum.* Sordities corporum luctantium vtilis eſt [l] ſciaticæ, cum ponitur ſuper eam ſpiſſa, ſicut emplaſtrum, & confert duritiebus matricis.

M Ser. c. 168.
N Ga. li. 8. ſim. de ſordibus. 59. h
† Zebd albhar.
O Dio. lib. 5. c. 83.

De†{*Spuma maris*}.i.[o] Alcyonio. *Cap.* 605.

Spuma maris quid eſt? Spẽs eius ſunt [o] quinque. Spongioſa in figura ſua [p] †{malum habens odorem ſimilem odori muſci putrido ex longa ſtatione in loco humoroſo. & eſt ſpuma maris, quæ eſt ſpiſſa, quæ iuxta littus maris reperitur. & eſt ſpuma maris ſpongioſa leuis lõga lenis, ſeu mollis odorem habens althaleb:} & roſea, & purpurea, ſimilis lanæ ſordidæ leuis: & quinta habet formam fungi exterius plana, interius aſpera, quæ non habet odorem. *Natura.* Calida eſt & ſicca in tertio. *Operationes & proprietates.* Mundificatiua eſt ſorditiei, abſterſiua, aduſtiua, & [q] tertia eſt ſubtilior alijs. *Decoratio.* Aduſta, & D proprie tertia [r] †{facit alopeciæ.} Et fungalis adminiſtratur in abraſione [s] pilorum, & cõfert [t] morpheæ. Et duæ quidem ſpongioſæ ingrediũtur in ablutionibus, & in medicinis bothor lactei, & pãni, & [t] veſtigiorum in facie, & reliqua in abraſione [o] pilorum. *Membra capitis.* Et plana eſt magis conueniens abſterſioni [u] dentium. & eſt vniuerſaliter vehementis abſterſionis dentium. *Apoſtemata & bothor.* Plana eſt conueniens apoſtematibus, quæ ſunt vt claui ſuperpoſita, & roſea ſcrofulis. *Vulnera & vlcera.* Conferunt [t] ſcabiei vlceroſæ, & [t] impetigini, & proprie ſpongioſa. *Inſtrumenta iuncturarum.* Roſea valet [q] podagræ cum cera, & oleo roſaceo. *Membra nutrimenti.* Roſea cõfert [x] ſpleni, & [o] hydropiſi. *Membra expulſionis.* Roſea confert [x] difficultati vrinæ, & ad purgandum [o] arenam, quæ eſt in veſica & dolori [o] renum.

P † D. vnum enim ſpiſſum, acerbi ſaporis ſpongioſa facie, item tetri odoris, ponderoſum, & piſcem olens, quod plurimum in litoribus inuenitur, Alterum, pinnulæ oculorum aut ſpongiæ ſimile fiſtuloſum, & leue, odorem alge referens. Tertiũ vermiculi forma, & colore magis purpureum, quod Mileſium quidam vocant. Quartum ſuccidis velleribus non diſſimile, multis inanitatibus hians, leue. Quintum figura fungi, ſine odore, aſperum, parte ĩterna quodammodo punicoſum fortis leue, acre.

Q Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 677.
R † D. ex vino illita alopecias replet
S D. Quintum.
T D. Primum & ſecundum.
V D. Quintum.
X D. Tertium.
† Zebel.
Y Dioſ. li. 2. c. 72. repetit. c. 600.
Z G. 10. ſi. fo. 77. b
† anſeris.
† aquilæ
Ga. ibi. 76. f

De†{*Stercore*}.i.[y] Fimo. *Cap.* 606.

Stercus. Stercora diuerſificantur ſecundum diuerſitates ſpecierum animalium, immo quandoq; diuerſificantur ſecundum diuerſitatem indiuiduorum ſpeciei vnius, & proprie hominum. [z] Stercus [z] †{anatis} non adminiſtratur propter ſuperfluitatẽ caliditatis ſuæ. Et [z] ſtercus accipitris [a] †{albazi} & falconis ſachari & albaſach, & reliquorum rapacium raro adminiſtratur, quia ſuperflua ſunt valde. *Natura.* Nullum [b] ex ſtercoribus eſt infrigidatiuum, neq; humectatiuum. Et [y] ſtercus

Solatrum. *Electio.* Melius quod de ipſo adminiſtratur, eſt habēs folia viridia, & citrinum ſemen, & eſt quinque ſpecierum. *Natura.* Frigidum eſt in primo, ſiccū in ſecundo: & ſtupefactiuū eſt frigidum, & ſiccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Hortulanum eſt infrigidatiuum, conſtrictiuum. & eſt quoddam genus ipſius ſtupefactiuum, faciens ſomnum ſimile opio, in proprietatibus ſuis, niſi quia eſt debilius eo, & eſt quoddam genus eius, quod eſt mortale. *Apoſtemata & bothor.* Eſt emplaſtrum bonum apoſtematibus calidis omnibus, intrinſecis, & bibitur aqua eius ad apoſtemata calida intrinſeca, & [b] ponitur aqua eius cum ceruſſa, & oleo roſ. [c] † { } ſuper [d] eryſipilam, & [a] formicam more emplaſtri, & cortex radicis eius eſt vehemētis exiccationis. *Membra capitis.* [e] † {Si bibatur ex eo, quod eſt ſtupefactiuū, vltra. xij. grana facit euenire maniam,} & quando ex aqua eius fit gargariſma, confert apoſtematibus linguæ. [f] † {Et ſi bibatur ex cortice radicis pondus aurei, cum vino, attrahit ſomnum,} & cum ſolatrū optime teritur, & fit ex eo emplaſtrum capiti, ſanat ſoda, & reſoluit apoſtemata radicis auris, & apoſtemata velaminis cerebri, & confert diſtillatum [g] dolori auris. *Membra oculi.* Sanat fiſtulas [h] oculi lachrymalis eruptas, [h] † {& ſuccus ſpeciei eius etiam, quæ facit ſomnum, cum fit ex ea alcofol, confortat viſum.} *Membra expulſionis.* Semen ſtupefactiui eſt [i] prouocatiuum vrinæ, mundificatiuum renum, & veſicæ. & oēs ſpecies cum ſupponuntur [k] abſcindunt fluxum menſtruorum, & eſt ex eis, quæ infrigidāt, & prohibent pollutionem, [l] † {& eſt ſpecies ſolatri præter alkekengi, & præter hortulanum, & præter ſtupefactiuum prædictum, cum comeduntur ex eo. iiij. aur. interficiunt, & quod eſt minus eo facit poſſidere ſtoliditatem, & non eſt in eo iuuamentum ſolatri, niſi ad emplaſtrum faciendum.}

De [m] † {*Scorpionibus.*} *Cap.* 647.

Scorpiones. *Membra capitis.* Oleum ſcorpionum, confert [n] doloribus auris valde.

[o] De † {*Sudore.*} *Cap.* 648.

Sudor quid eſt? Eſt aqueitas ſanguinis, cui pus cholericum eſt admiſtum, & oportet vt adminiſtretur dum nondum eſt exiccatus: immo dum in eo eſt humiditas: & ipſe quidem α magis eſt digeſtus, q̄ vrina: eſt enim ſuperfluitas vnctuoſitatis, & humiditatis poſt digeſtionem vltimam, & eſt vrina ſecundæ digeſtionis ſuperfluitas. *Operationes & proprietates.* Eſt α magis digeſtus, quàm vrina, & [o] diuerſificatur ſecundum animalia, & in ipſo eſt reſolutio non pauca. *Apoſtemata & bothor.* Sudor luctantium confert apoſtematibus [o] inguinis, immo reſoluit ea. *Membra anhelitus & pectoris.* Sudor ſiccus luctantium [o] cum oleo de alcanna ponitur ſuper apoſtemata mamillæ, & reſoluit ea, & cum oleo roſ. ad [o] congelationem lactis in mamilla.

[p] De † {*Sandalo.*} *Cap.* 649.

Sandalus. *Electio.* Dixerunt [q] Gal. & filius Meſaugue. Rubeus eſt fortior: & dixerūt alij albus eſt fortior. *Natura.* Eſt [r] frigidus in fine ſecundi, vſque ad tertium perueniens, ſiccus in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Prohibet [r] attractionem & proprie rubeus. *Apoſtemata & bothor.* Reſoluit apoſtemata acuta, & proprie rubeus. & [r] linitur ex eo eryſipila. *Membra capitis.* Confert [r] ſoda. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [r] tremori cordis accidenti in febre linitus, & bibitus. *Membra nutrimenti.* Confert debilitati [r] ſtomachi calidi bibitus, & linitus. *Febres.* Confert febribus calidis, & proprie albus.

De † {*Sapone.*} *Cap.* 650.

Sapo. *Operationes & proprietates.* Eſt [s] vlceratiuus, putrefactiuus. *Membra expulſionis.* Reſoluit colicam, & ſoluit humorem crudum.

*De Sahane.* *Cap.* 651.

Sahane. *Operationes & proprietates.* Eſt [t] abſterſiuum, exiccatiuum mali humoris. *Vulnera & vlcera.* Facit poſſidere [t] ſcabiem, & [t] pruritum. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert [t] dolori anchæ phlegmatico. *Membra capitis.* Remouet fœtorem [t] oris, factum ex ſtomacho, & corruptionem eius. *Membra nutrimenti.* Abſtergit humiditatem ſtomachi, & exiccat eam.

De [n] † {*Safuruhun.*} *Cap.* 652.

Safuruhun quid eſt? Eſt [x] auis cuius nomen, eſt hoc nomen in francia.

De [y] † {*Sarſar*} *Cap.* 653.

Sarſar quid eſt? Eſt algiedgied. Quando coquitur cum oleo, aut infunditur in ipſo, deinde coquitur, & diſtillatur in aurem, remouet dolorem eius, & pulſationem ipſius.

De [z] † {*Saſaf.*} *Cap.* 654.

Saſaf quid eſt? Eſt [a] ſalix.

De † {*Sakaik*}.i. [b] Anemone. *Cap.* 655.

Sakaik quid eſt? Nominatur Sakaik [b] † {alnaman,} & eſt roſa rubea vehemēter. *Natura.* Eſt calida in ſecundo, humida in ipſo. *Operationes & proprietates.* Eſt abſterſiua, reſolutiua, inquit [c] Gal. Eſt abſterſiua, lauatiua, attractiua, aperitiua, reſolutiua. *Decoratio.* Denigrat capillos [d] miſta cum corticibus nucis, & quando adminiſtrantur folia eius & ſtipites ipſius ſicut ſunt aut decocta bonificat capillos. *Apoſtemata & bothor.* Linitur ex decoctione eius ſuper apoſtemata, quæ non ſunt dura, & fit euacuatio per eam ſuper carbunculos, & bothor calidas. *Vulnera & vlcera.* Illud, quod de eo ſiccum eſt, confert [b] vlceribus ſordidis, & incarnat ea ex excoriatione, & ipſa mundificat vlcera, cōferens excoriationibus, & [b] ſcabiei vlceroſæ. *Membra capitis.* De eius [b] ſucco fit caput purgium



A gium ad purgandum caput, & cerebrum. & eius radix [a] maſticatur ad extrahendas humiditates à capite. *Membra oculi.* Succus eius confert [a] tenebroſitati oculi, & viſus, & [b] albugini eius, & veſtigijs vlcerum. & [a] qn̄ decoquitur cum [b] † {vino,} & fit inde emplaſtrū, ſanat apoſtemata [c] † {dura} in partibus oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Si [a] coquantur folia eius & ſtipites eius cum ſorbitionibus hordei, & comedat, facit abundare lac. *Membra expulſionis.* Prouocat [a] mēſtrua [d] † { }

De † {*Sehendenigi*}.i. [e] Cannabe. *Cap.* 656.

Sehedenigi quid eſt? Eſt ſemē arboris canabis, & nos iam locuti [f] fuimus de canabe: oportet ergo vt coniungamus inter conſiderationem, quæ eſt in vtriſq; capitulis ſimul. Et de ſedenigi quidem aliud eſt hortulanum notum: & aliud eſt campeſtre: Humaim vero dixit, q̄ arbor campeſtris egreditur in deſertis ſecundum quantitatem cubiti, & ſuper folia eius dominatur albedo. Et eius fructus eſt ſicut piper, & ſimilatur eius granum grano alſemnæ, quod eſt granum de quo exprimitur oleum. Et nos iam [g] locuti fuimus de grano alſemnæ. *Natura.* Eſt calidum & ſiccum in tertio. *Operationes & proprietates.* [h] Reſoluit ventoſitates, & exiccat fortiter, & humor eius eſt paucus malus. *Apoſtemata & bothor.* [e] Canabis campeſtris, quando eius radix decoquetur, & fit ex ea emplaſtrum apoſtematibus calidis, in locis [e] duris, in quibus ſunt chymi viſcoſi, ſedat caliditatē & reſoluit duritiem. *Membra capitis.* Facit [i] ſoda ſua caliditate, & eius ſuccus [e] diſtillatur ad doloB rem auris opilatiuum, & ad humiditatem auris. & ſimiliter oleum eius, & folia eius eradicant furfures in capite. *Membra oculi.* Obtenebrat viſum. *Membra nutrimenti.* [k] Nocet ſtomacho. *Membra expulſionis.* [e] Exiccat ſperma, & lac quidem alſehedenigi campeſtris ſoluit cum facilitate, & me dietas lib. de ſucco eius remouet conſtrictionem naturæ, & ſolutione educit phlegma, & cholerā, & procedit ſecundum ſemitam ſeminis croci hortulani.

De † {*Seitaragi*}.i. [l] Lepidio. *Cap.* 657.

Seitaragi quid eſt? Ille qui eſt indus, eſt fruſta ligni parua, ſubtilia, & cortices ſicut gariophylli. Et ille, qui eſt fractus declinat ad rubedinem, & nigredinem, Et ſitharegi quidem [m] oritur in parietibus antiquis, & vbi nō foditur neq; aratur: & habet folia ſicut ſunt [m] folia naſturtij. & in [m] æſtate ſunt folia plurima, & minorantur, & augmentatur minoratio adeo, vt [m] forſitan non appareat, & non ſit in eo odor, & [n] eſt ſicut naſturcium, cuius α ſapor & odor [m] ſimilantur [o] † {cordumeni} & virtus eius eſt ipſi ſimilis. *Natura.* Eſt calidus & ſiccus in fine ſecundi. *Operationes & proprietates.* Eſt acutus [l] vlceratiuus. Similatur enim α ſapor & odor [p] † {cordumeni} & ſimiliter virtus eius. *Decoratio.* Confert linitus cum aceto ſuper morpheam albam, & albaras. *Vulnera & vlcera.* Linitur ſuper excoriationem, & [l] ſcabiem cum aceto, & eradicat eam. *Inſtrumenta iuncturarum.* Bibitur ad [l] dolorem iuncturarum, & confert. *Membra nutrimenti.* Linitur ſuper [l] ſplenem, & extC enuat ipſum. *Membra expulſionis.* [q] † {Suſpenditur eius radix ſuper aurem eius, qui habet dolorem veſicæ, & ſedeat ipſum} ſecundum q̄ dicitur. *Permutatio.* Loeo eius [r] ponitur rubea.

De {*Sceilem*}.i. [s] Lolio. *Cap.* 658.

Sceilem. *Natura.* Gal. [t] ponit, q̄ eſt in primo calefactionis. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtile, abſterſiuum, reſolutiuum. *Decoratio.* [u] † {Linitur ſuper morpheam cum ſulfure, & confert.} *Apoſtemata & bothor.* Reſoluit apoſtemata, [x] † {et ſcorfulas cum ſemine lini, & diſrumpit ea cum ſtercore columbino & ſem. lini.} *Vulnera & vlcera.* [y] † {Linitur illud, quod oritur cum tritico ſuper vlcera, & pulueriz atur ſuper ea. & confert,} [z] † {& linitur ſuper impetiginē, & quandoq; ponitur ſuper vlcera cum corticibus raphani vt emplaſtrum, & confert.} *Inſtrumenta iuncturarum.* Decoquitur [a] cum melicrato, & fit inde emplaſtrū ſciaticæ. *Membra capitis.* [b] Inebriat, & facit ſcotomiam. *Membra expulſionis.* [c] † {Quando fit ex eo euaporatio adiuuat ad impregnationem, & proprie cum hordeo.}

De † *Sceha*}.i. [d] Abſinthio marino. *Cap.* 659.

Sceha quid eſt? Sceha ſunt duæ ſpecies: vna earum eſt ſpinoſa habens folia cypreſſi concauum lignum, & non adminiſtratur niſi in ſuffumigatione. Et alia habet folia vt tamariſcus. & reperitur ei ſpecies tertia, quæ nominatur ſerbun armena, citrina, & nominatur abſinthium marinum. D *Electio.* Melior eſt armena. *Natura.* Eſt [e] calida in ſecundo, ſicca in tertio. *Operationes & proprietates.* Omnes ſpecies eius ſunt inciſiuæ, reſolutiuæ ventoſitatū. & in ipſa eſt ſtypticitas minor ſtypticitate abſinthij, & eius calefactio maior eſt caliditate ipſius, & amaritudo eſt maior. & in ipſa eſt ſalſedo. *Decoratio.* Eius [f] cinis cum oleo, aut oleo amygdalino linitus confert alopeciæ. Et eius [f] oleum facit naſci barbam, quæ tardatur, & quæ cecidit. *Apoſtemata & bothor.* Sedat apoſtemata, & carbunculos. *Vulnera & vlcera.* Prohibet herpetem heſthiomenum. *Membra capitis.* Facit ſoda. *Membra oculi.* Fit vaporatio ex aqua eius inclinando caput, ad ophtalmiam, & reſoluit eam. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert difficultati anhelitus. *Membra nutrimenti.* Nocet [g] ſtomacho, & proprie tertia. *Membra expulſionis.* Extrahit [f] vermes, & aſcarides, & interficit eos, & prouocat menſtrua, & vrinam, & [g] eſt in hoc fortior abſinthio. *Febres.* Eius [f] oleum confert frigori rigoris. *Venena.* Confert puncture ſcorpionum, & rutelæ, & venenis.

De † {*Sciniar.*}.i. [h] Anchuſa. *Cap.* 660.

Sciniar quid eſt? Eſt lactuca aſini, habens folia, quæ ſunt ſicut folia [i] lactucæ, acuta, & eſt ſpinoſa, ad nigredinem declinans: & in æſtate rubeſit eius lignum

Dioſ. Lib. 4. Cap. 21.

Eſt & altera, quam aliqui Alcibiadion, aut onochiles appellarunt. hæc a priore diſtat: quod minera habet folia, ſed ſimili modo aſpera, ramos exiles, florem purpureum in pu-

A Dioſ. li. 2. c. 169.
B Raſ. t. 3. c. 48.
B † paſſo.
C † Calida.
D † D. vellere appoſita.
† Shedanegi.
E Dioſ. li. 3. c. 141.
F Cap. 170.
G Cap. 300.
H G. li 7. ſim. 49. f
I G. li. 1. ali. c. 34. & Ser. c. 107.
K Gal. li. 1. alimētō. c. 34. f
† ſitharegi.
L Dioſ. li. 2. c. 167
M G. 10. de compoſitione phar. ſm lo. c. 2. fo. 208. d
N G. li. 7. ſim. 54. c
*Infra* α
O † G. naſturtio.
*Supra* α
P † D. naſturtio
Q † D. & ſe. c. 362 Radix appēſa collo dolorē dentium liberare exiſtimat. Alia littera Raſ. vlti. cont. t. 1. cap. 655. Exiſtimatur, q̄ ſi radix eius ſuſpenditur collo laborantis dolore veſicæ eum mitigat.
R G. de ſubſti. me,
S Dio. li. 2. c. 92.
T Immo in principio tertij lib. 6. ſimpli. 41. f
V † Di. Lolium ex aceto & ſulfure viuo lepras diſcutit.
X † D. ſtrumas quoque diſcutit, cum fimo columbino: & lini ſemine decoctū in vino
Y † D. Loliū, quod inter ſegetes naſcitur, molitum, illitu nomas, putreſcentia vlceraq; remouet.
Z † Dioſ. li. 2. c. 92. Cum raphanis, ſale & aceto feros lichenas ſanat.
A Dio. lib. 2. ca. 92.
B Cap. 745.
C † D. ſi cum polenta, thure, myrrha, aut croco ſuffiatur, conceptionem adiuuat.
† ſcehea, vel ſciha. & eſt ſemē ſanctū.
D Dioſ. lib. 3 c. 24.
E G. 8. ſim. ſo. 60. c
F Haly. li. 2. prac. c. 34.
G D. & G. li. 8. ſimplic. 60. c
G Gal. ibidem.
† ſengiar.
H Dioſ. li. 4. ca. 21.
I Ser. c. 21.
[illegible] Pepe. c. 29. & 442.
I confudit & repetit multa, & eadē in tribus capitibus

lignum, ſicut ſanguis, ita quòd tingit manum. *Electio.* [a] Folia eius sũt debiliora, quæ ſunt in ipſa. *Natura.* Frigida eſt, & ſicca in primo vſq; ad ſecundum. *Operationes & proprietates.* Illa quæ nominantur.[a] † {anuchlia} eſt ſtyptica, & in ipſa eſt amaritudo & illa, quæ nominatur [b] † {fuluſia,} eſt vehementioris ſtypticitatis. & illa, quæ nominatur [c] † {anulus,} vehementioris eſt, quàm ambæ, & eſt acrior, & [d] illa, quæ nomen non habet, propinqua

niceum vergentem, radices, rubras, oblongas, quæ meſſibus ſanguineum ſuccum fundunt In ſabuloſis naſcitur. Operationes & proprietates. Vis ei magis mendicata eſt. Nã & guſtu maiorẽ habet acrimoniam. Venena. Vis ei foliisq; ineſt, quæ contra virus cũ reliquorũ ſerpentiũ, tũ maxime viperarũ auxiliatur, ſiue cibo, ſiue potu, ſiue alligatu. nam ſi quiſquã mandens in ſerpentis os inſpuat eum necabit. Eſt & alia huic haud diſsimilis, ſemine puniceo minore. Cuius ſemen manducatũ, ſi in ſerpentis fauces inſpuatur, eam interficiet. Radix acetabuli menſura cũ hyſſopo & naſturtio pota, latas ventris tineas excutit. E

eſt ei: & in omnibus eis eſt ſtypticitas, & exiccatio. & quando [e] miſcetur cum oleo, & fit inunctio ex ipſa comprimendo, facit ſudare. *Decoratio.* Linita confert morpheæ, [f] † {& icteritiæ.} *Apoſtemata & bothor.* Fit ex ea emplaſtrum [g] ſcrofulis cum adipe, & linitur ſuper excoriationem, & cum [h] farina hordei ſuper eryſipilam, & proprie ſpecies, quæ nominatur [i] † {anulus.} *Vulnera & vlcera.* Incarnat [h] vlcera, quando in cerato adminiſtratur. *Membra capitis.* Eſt res, quæ magis confert dolori auris. *Membra nutrimenti.* Confert [h] icteritiæ bibita proprie [k] † {anuchlia,} & proprie doloribus [h] ſplenis, & cortices eius præparant ſtomachum. *Membra expulſionis.* [l] † {Quando in potu datur de ea, quæ nomen non habet aur.i.5. cum cordumeni, aut hyſſopo, & naſturcio, extrahit vermes, & aſcarides:} & illa, quæ nominatur [m] † {anuchlia,} cõfert dolori [h] renum. *Venena.* Illa quæ nominatur [n] † {anulus} confert morſui viperæ valde, quando adminiſtratur vt emplaſtrũ & bibita: & illa, quæ nomen non habet eſt illi propinqua. F

[o] *De Scel.* *Cap.* 661.

Scel quid eſt? Eſt medicina Inda, ſimilis zinziberi. *Natura.* Calida & ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt amara, ſtyptica, acuta, [o] diſrumpit ventoſitates, & eſt in virtute mellis, & ineſt ei reſolutio mirabilis, & ſubtiliatio. *Inſtrumenta iuncturarum.* [o] Cõfert neruis & contritionibus.

*De* † {*Sucaram*}.i. [p] Cicuta. *Cap.* 662.

Sucaram quid eſt? Inquit [p] Dio. Crus huius plantæ eſt, ſicut crus fœniculi, & folia eius ſunt ſicut folia [p] † {alcheta.} & habet florem album, & ſemen ſicut aniſum. Ruſus vero dixit folia eius ſunt ſicut folia mandragoræ, & minora, & vehementioris citrinitatis, & radix eius eſt minuta, fructum non habens. Et ſemen eius exiſtit in colore ameos, ſed eſt maius eo ſine ſapore, & ſine odore, & habet mucilaginem. Inquit Meſaia. Eſt quædam ſpecies albis, & non bene dixit. Ego autem dico, quòd iam denominatum eſt, & eſt appellatum græce chuniun & interpretatum eſt ſucharan, & quandoq; interprætatum nomine albis: quandoq; enim proportionantur & ſimilantur accidẽtia, quæ facit cuniun ad accidentia, quæ facit albis, & homines diuerſificantur in eis. *Natura.* Frigidum eſt G & ſiccum in tertio, vſq; ad quartum. *Operationes & proprietates.* Prohibet fluxum ſanguinis, & cõgelat ſanguinem, & ſtupefacit. *Decoratio.* Quando linitur ex eo ſuper locum euulſionis pilorum, prohibet frigiditate ſua naſci pilos ſecundo, & fit [p] ex eo α emplaſtrum mamillæ, & non magnificatur. *Apoſtemata & bothor.* Succus eius ſedat [p] eryſipilam, & [p] formicam. *Inſtrumenta iuncturarum.* Linitur ſuper podagram calidam. *Membra oculi.* Succus [p] eius adminiſtratur in doloribus oculi. *Membra capitis.* Succus eius eſt bonus humiditatibus, quæ accidunt in aure. *Membra anhelitus & pectoris.* Fit [p] ex eo α emplaſtrum mamillæ, & non magnificatur, & [p] prohibet exuberationem lactis. *Membra expulſionis.* Retinet menſtrua, & confert dolori matricum, & fit ex eo [p] emplaſtrũ teſticulo, & non magnificatur, & [p] inunguntur ex eo membra ſpermatis, & prohibet pollutionẽ. *Venena.* Eſt [p] venenum mortale. Et eius [p] cura eſt vinum purum.

*De Secacul.* *Cap.* 663.

Secacul. *Natura.* Eſt calidum in ſecundo ad humiditatem quandam tendens. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt lenitas, & virtus eius, quod conditum eſt, eſt ſicut virtus bauciæ. *Membra expulſionis.* Excitat [q] appetitum coitus. *Permutatio.* Loco eius ponitur buzeiden.

*De* [r] † {*Sehemenigi.*} *Cap.* 664.

Sehemenigi quid eſt. *Natura.* Calidum eſt & ſiccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiuum, & ſubtiliatiuum valde. & quando ponitur ſub ceruicali infantium, confert fluori oris eorum. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert paralyſi linitum, & caputpurgio ex eo facto cum vino. *Membra capitis.* Quando fit caputpurgium ex aqua eius, mundificat cerebrum, & confert etiã torturę, & epilepſię bibitum cum vino. *Membra nutrimenti.* Confert humiditatibus ſtomachi, & fluori oris infantium quando ponitur ſub capitibus eorum, ſecundum quòd exiſtimauerunt quidam. *Membra expulſionis.* Confert ventoſitatibus matricum. H

*De* † {*Suchaha*}.i. [s] Spina arabica. *Cap.* 665.

Suchaha. *Membra capitis.* Conferunt ipſa, & radix eius, & fructus ipſius apoſtemati [s] vuæ. *Membra nutrimenti.* Confert ſtomacho, & hepati. *Membra expulſionis.* Decoctio radicis eius [s] prohibet fluxum mulierum, & ipſa ſuppoſita, & encathiſmate facto in eo confert [s] apoſtematibus ani. *Febres.* Confert febribus antiquis, & proprie infantium.

*De Scebram.i.* [t] Eſula. *Cap.* 666.

Scebram quid eſt? Oritur in hortis, habens cannam ſubtilem, æqualem, & habet pilos, & folia ſunt ſicut tarcon, ſecundum quòd exiſtimo, & habet lac. *Electio.* Illud [t] quod melius eſt, eſt leue, ad

rubedinem

A Gal. li. […] pli. fo. 41. […] A † G. onoc[…] B † lycopſ[…] C † onocle[…] D G. lib. 6. […] pli. fac. lo. […] E Dioſ. lib. […] F † — G Cap. 19. H Dio li. 4. […] & 21. I † D. onoc[…] K † D. onoc[…] L † D. car. l. […] acetabuli […] cum hyſſop[…] ſturtio po[…] ventris t[…] cutit. Alia […] Raſ. vlti. […] c. 387. Er[…] ta drach. […] ſopo, & […] dam ci[…] & cordu[…] trahit ve[…] curbitin[…] M † onoc[…] N † D. Ale[…] dion. O Raſ. […] † ſucharam[…] ta. O Dio. lib. […] P † ferula. Infra […] Supra […] Q Ser. c. 89. R † ſhemane[…] † ſuchahai S G. li. 6. ſim[…] T Ser. c. […]



A rubedinem declinans, ſicut cutis inuoluta, ſubtilem habens corticem, & illud, quod eſt cum duabus cannis, & eſt leuis carnis, & groſſum, paruæ rubedinis, & durum: & quod eſt vt filum, eſt mahum: & [a] perſicum eſt malum, & non oportet vt aliquid de eo adminiſtretur. *Natura.* Inquit Humaim. Eſt calidum in principio ſecundi, ſiccum in fine tertij. Lac vero eius eſt vltimum in ambobus ſimul, immo in quarto gradu. *Operationes & proprietates.* In ipſo ſunt ſtypticitas, & acuitas, & diſruptio orificiorum venarum. & illud eſt vnum, propter quod repellitur. & quando rectificatur non eſt iuuamentum in eo in ſuo loco propter illud, quod diximus. & eſt ex toto nociuũ, & [a] proprie complexionibus calidis. *Membra capitis.* Lac eius adiuuat in eradicando dentes. *Membra nutrimenti.* Nocet ſtomacho, & hepati, & datur ad bibendum in curatione hydropiſis. Et [a] oportet quidem vt prius infundatur in ſucco endiuiæ, & fœniculi, & ſolatri tribus diebus, [a] deinde exiccetur, & fiant inde trochiſci cum modico ſalis indi, & turbit, & myrabol'. aut aloes, & erit fortis iuuamenti. *Membra expulſionis.* Solutione educit [a] melancholiam, & phlegma, & aquam. Et [a] antiquitus quidem fuit eius adminiſtratio conſueta in ſolutiuis, deinde fuit dimiſſum: propterea, quia nocet coitui, & ſpermati: & quia diſrumpit venas ani. & quando rectificatur non eſt iuuamentum in ipſo, & illud ideo, quoniam eius rectificatio fit hoc modo. [a] Infunditur non contritum in lacte recenter mulcto, die & nocte, & renouatur illud multoties, & illud eſt ex eis, quæ debilitant ipſum,

B & deſtruunt operationem eius in humoribus malis. Qui vero excuſationem non inuenit, quin ipſo vtatur, permiſceat ipſi [a] aniſum, & fœniculum, & cyminum. Et quod de eo in potu ſumitur ſit ab vno danich vſq; ad quatuor. Et hæc quidem de herba eius. In [a] lacte vero ipſius, non eſt bonitas: & non videtur mihi, quòd ſit in potu dandum, & [a] cum eius ſolutio ſuperfluit, ex eis, quæ ipſa abſcindunt, eſt ſedere in aqua frigida: & quando in potu datur [a] colicæ, bibatur cum ammoniaco & bdelio, & ſerapino & modico ſtercori aldib narrato in [b] capitulo colicæ. *Febres.* Repellitur: propterea, [a] quia generat febres. *Venena.* [a] Pondus. ʒ. ij. de ea interficit.

*De* [c] † {*Scelgem.*} *Cap.* 667.

Scelgem quid eſt? Eſt Leſth.i. rapa, quæ dictum eſt in cap. de Lam.

*De* † {*Scerbin*}.i. [d] Cedro. *Cap.* 668.

Scerbin quid eſt? Eſt arbor alkitran. & nos quidem iam [e] locuti fuimus de alkitran. Nunc vero narremus operationes, quæ ſunt prodrię arbori ipſius. Et hæc quidem arbor eſt de genere arboris pini, & habet fructum ſimilem fructui [f] † {cupreſſi,} ſed eſt minor eo, & habet ſpinas: & eſt duarum ſpecierum: quarum vna eſt longa: & altera curta. *Operationes & proprietates.* In cortice huius arboris eſt ſtypticitas. *Membra capitis.* [g] Siquis de fructu huius arboris plurimum aſſumit, facit ſoda propter calefactionem: & propterea, quia communicat ſtomacho in mordicatione, quam ei fa-

C cit. & quando colluitur os ex aceto, in quo decoquuntur folia eius ſedat dolorem dentium. *Membra anhelitus & pectoris.* [d] Fructus eius confert tuſſi. *Membra nutrimenti.* Fructus [d] eius eſt malus ſtomacho, mordicans ipſum, ſed ipſe confert hepati. *Membra expulſionis.* Eius fructus confert [d] diſtillationi vrinæ. Et ſi bibatur [d] cum pipere prouocat. [h] † {vrinam.} Et quando ex cortice eius fit ſuffumigatio, extrahit fœtum, & ſecundinam. & quando bibitur, ſtringit ventrem, & quãdoque ſtringit vrinam. *Venena.* Datur [d] in potu fructus eius cum vino ad potum leporis marini. Et ſi miſceatur cum [d] adipe cerui, & inungatur ex eo corpus, non approximant ei vermes venenoſi.

*De* [i] † {*Sceneſchic.*} *Cap.* 669.

Sananich quid eſt? Eſt ſimile abrotano in virtute. *Natura.* Eſt [k] calidum & ſiccum in ſecundo. *Membra capitis.* Confert [l] epilępſiæ, & [l] abſcindit fluorem ſaliuæ currẽtis, & proprie ex oribus puerorum. *Permutatio.* Loco eius in iuuamento, quòd facit epilepſiæ & alijs, ponitur ſanſucus.

*De* [m] † {*Sucudus.*} *Cap.* 670.

Sucudus. *Natura.* Virtus eius eſt calida. *Operationes & proprietates.* Bibitur eius ſuccus ad dolores. *Decoratio.* Recens cum vino linitur ſuper morpheam. *Vulnera & vlcera.* Facit cohærere vlcera antiqua, & pulueriżatur ſuper carnem additam. *Inſtrumenta iuncturarum.* Linitur cum aceto ſuper podagram, & fit ex eo ceratum ad dolorem dorſi. *Membra anhelitus & pectoris.* Fiunt

D ex eo cum dulcibus loch ad tuſſim. *Membra nutrimenti.* Bibuntur ex eo. ʒ. ij. cum hydromelle ad mordicationem ſtomachi. *Membra expulſionis.* Duæ drach. cum hydromelle valent ad dyſenteriam, & difficultatem vrinæ. Et cum mulier ſubijcit ſibi ipſum prouocat menſtrua.

*De* [n] † {*Spina alba.*} *Cap.* 671.

Spina alba quid eſt? Eſt bedoard. *Natura.* Frigida eſt & ſicca in primo. *Inſtrumenta iuncturarum.* Eius decoctio confert inſtrumentis iuncturarum, & podagræ. *Membra nutrimenti.* Confert mollificationi ſtomachi.

*De* † {*Spina iudaica*}.i. [o] Alba. *Cap.* 672.

Spina iudaica. *Natura.* Eſt calida. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtiliatiua, reſolutiua. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert [p] alcuzez. *Membra capitis.* Colluitur os ex decoctione eius ad [p] dolorem molarium. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [p] ſputo ſanguinis.

*De* [q] † {*Spina ægyptia.*} *Cap.* 673.

Spina ægyptia. *Natura.* Eſt frigida in primo, ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt exiccatiua abſcindens catarrhos. *Vulnera & vlcera.* Radix eius, & proprie ſemen vehementis ſunt conſolidationis. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert apoſtemati gutturis. *Membra nutrimenti.*

A Ser. c. 361. B 14 t. 4. F. 16. li. 3. C † Selgem, vel ſelgiem, vel alſegiem idest rapa. † Serbin. D Dioſ. lib. 1. ca. 89. E Cap 160. F † iuniperi, G G. li. 7. ſim. 50. f. & li. 2. alimẽ. c. 16. c H † menſtrua. I † Sananich, vel ſababich. k Raſis vlti. conti. t. 1. c. 594. l Raſ. t. 3. c. 48. M † Secudes. N † Seuche albeida. Repetit. c. 89. † Hoc caput vacare uidetur quũ ca. 80. Idem dicat. O Dioſ. lib. 3. c. 12. † ſeuche aliheudie Repetit. c. 80. P Cap. 80. & Dio. † Vanum eſt hoc caput cũ eius meminerit c. 80. Q † ſeuche maſſarie.

*menti*. Confert apoſtemati ſtomachi.

[a] *De* † {*Synapi*} *Cap.* 674. E

Sinapis. *Natura*. Calida eſt & [b] ſicca vſq; ad quartũ. *Operationes & proprietates*. Incidit phlegma, & oleum eius eſt calidius oleo raphani, & fugiunt ex fumo eius vermes venenoſi. & illa, quæ eſt ſylueſtris generat humorem malum. & in ipſa ſunt abſterſio, & reſolutio. & homines quidem comedunt folia eius, & radicem ipſius, elixata. *Decoratio*. Mundificat [a] faciem, & aufert nigredinem ſanguinis, & [a] veſtigia ſanguinis mortui. & ſylueſtris eſt emplaſtrum [b] bonum quartanæ, & [b] exiccat linguam, & confert [a] alopeciæ. *Apoſtemata & bothor*. Reſoluit apoſtemata calida, & omne apoſtema antiquum, & ponitur cum [b] caulibus ſuper ſcrofulas. *Vulnera & vlcera*. Confert [a] ſcabiei, & [a] impetigini. *Inſtrumenta iuncturarum*. Confert dolori [a] iuncturarum, & ſciaticæ. *Membra capitis*. Mundificat [c] humiditates, quæ ſunt in capite, & fit ex ea emplaſtrum capiti eius, qui patitur [a] lethargiam. Et aqua eius diſtillatur ad omnem dolorem [b] auris, & molarium, & ſimiliter eius oleum, & proprie quando decoquitur in ea aſſa; & eſt de medicinis aperientibus [a] colatorij oppilationem. Et dixerunt quidam, quòd ſi bibatur à ieiuno, intellectũ efficit bonũ. *Membra oculi*. Adminiſtratur in alcofol oculi ad pannum, & [a] aſperitatem. *Membra anhelitus & pectoris*. Si teratur, & bibatur cum aqua mellis, aufert aſperitatem [a] antiquam in canna pulmonis. *Membra nutrimenti*. Extenuat [a] ſplenem, & facit ſitim. *Membra expulſionis*. Confert [a] præfocationi matricis, & F facit [b] deſiderium coitus. *Febres*. Confert febribus [a] periodicis, & antiquis.

*De* † {*Strangulatore adib.*}. i. [d] Aconito lycoctono. *Cap.* 675.

Strangulator adib quid eſt? Præfocat [d] † {adib, & porcos, & canes,} & eſt [e] præfocatiuus, & non adminiſtratur interius neque exterius.

*De* † {*Strangulatore leopardi.*}. i. [f] Aconito pardalianche. *Cap.* 676.

Strangulator leopardi quid eſt? [f] † {Suffocat alſhed, & alnemer, & reliqua.} Et non adminiſtratur intus, neque extra. Et [f] dicitur, quod quando appropinquat ſcorpioni, congelat eum. *Venena*. Ipſo interficit adib. & iam [g] dictum eſt de eo.

[h] *De* † {*Salice.*} *Cap.* 677.

Salix quid eſt? Quandoq; egreditur ex folijs eius quando finditur gumma fortis. *Operationes & proprietates*. [i] Fructus, & folia eius ſunt ſtyptica ſine mordicatione. & ineſt eis exiccatio ſufficiens. Et cinis eius eſt vehementis exiccationis. & [i] quando ex ea humida fit emplaſtrum retinet fluxum ſanguinis. & quandoq; finduntur folia eius, & egreditur gumma ab eis vehementis abſterſionis, ſubtiliatiua. *Decoratio*. Eius [k] cinis eradicat verrucas linitus cum aceto. *Vulnera & vlcera*. Fit ex eo emplaſtrum ad [i] vulnera magna, & proprie ex fructu eius, & folijs eius, & cinis eius remouet formicam quando linitur cum ea cum aceto. *Membra capitis*. Quod eſt eius ſuperius, & G aqua eius ſunt ſedantia ſoda, & non eſt aliquid magis vltimum, q̃ ſuccus foliorum eius in cura [i] ſaniei, quæ currit ex aure. *Membra oculi*. Ponuntur fructus, & aqua eius ſuper [i] percuſſionem pupillæ, & eius gumma confert [i] valde viſui debili. *Membra nutrimenti*. Aqua eius confert oppilationi hepatis, & icteritiæ. *Membra expulſionis*. Fructus eius cõfert habentibus fluxum ſanguinis.

*De* [k] † {*Scarabeo.*} *Cap.* 678.

Scarabeus. *Membra capitis*. [l] Oleum in quo frigitur valet ad dolorem auris, quando in eam effunditur, & ſimiliter corpus eius, quod optime contritum eſt.

*De* † {*Scoria.* i. [m] Recremento ferri & argenti. *Cap.* 679.

Scoria. *Electio*. Scoria fortioris exiccationis eſt ſcoria ferri. *Natura*. Scoria ferri eſt [n] ſicca in tertio. & ſcoria æris, eſt ei propinqua. reliquæ vero ſcoriæ ſunt minus calidæ. *Operationes & proprietates*. Omnes ſunt exiccatiuę: & quæ fortioris eſt exiccationis eis omnibus eſt ſcoria ferri. & omnes exiccant humiditates. *Apoſtemata & bothor*. Scoria ferri reſoluit apoſtemata [m] calida, *Vulnera & vlcera*. Scoria argenti confert ſcabiei, [o] & † { } ſahafat, & conſolidat vlcera, & prohibet α fluxum hæmorrhoidarum, & fiſtularum. *Membra oculi*. Scoria ferri confert aſperitati [o] palpebrarum. & ſcoria ſtamni confert vlceribus oculi, loco merdaſengi. *Membra nutrimenti*. Scoria ferri confortat [p] ſtomachum, & exiccat ſuperfluitates eius, & remouet [o] mollificationem eius H quando in potu datur in vino antiquo, aut bibitur cum vino. *Membra expulſionis*. Scoria ferri prohibet α fluxum [o] hæmorrhoidarum, & proprie quando ſedetur in vino antiquo, & admiſto, & [o] prohibet impregnationem, & abſcindit [o] fluxum ſanguinis menſtrui, & eſt in eo vltima. & ſimiliter in [p] vrina, & coarctat [p] annum linita. *Venena*. Scoria ferri cum oxymelle confert [o] nocumento medicinę, quæ nominatur aconitum.

## Litera. T.

*De* [q] † {*Tri.*} *Cap.* 680.

TRi quid eſt? Eſt ſicut corrigie, factũ ex azymo, quod coquitur in aqua cum carne, & ſine carne, & nominatur in terra noſtra reſte. *Natura*. Eſt calidum, & humiditas eius eſt ſuperflua. *Operationes & proprietates*. Non eſt dubium quin ſit tardæ digeſtionis, & deſcenſionis à ſtomacho, quoniam eſt azymum non fermentatum. Et coctum ſine carne, eſt leuius apud quoſdam

Q † Athria



A quoſdam: ſed fortaſſe res non eſt ſecundum quòd dicunt. & quando cum eo permiſcetur piperis parum & oleum amygdalinum rectificatur eius diſpoſitio parum. & cum digeritur multiplicatur eius nutrimentum valde. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert pulmoni & tuſſi & ſputo ſanguinis, & proprie cum decoquitur cum portulaca. *Membra expulſionis*. Eſt lenificatiuum ventris.

A † Halch alambat, vel albothin.
B 303, & 307.
C † Tharcun.

*De* [a] † {*Terebinthina.*} *Cap.* 681.

Terebinthina. Dicetur in [b] capitulo de grano viridi.

*De* [c] † {*Tarcon.*} *Cap.* 682.

Tarcon quid eſt? Eſt notum. Et dixerunt, quòd pyrethrum eſt radix altarcon montani. *Natura*. manifeſtum eſt, quòd eſt [d] calidum & ſiccum in ſecundo, quamuis ſit in ipſo virtus ſtupefactiua. Quidam vero dixerunt de quibus non eſt curandum, quòd ipſum [d] eſt frigidum & ſiccum. *Operationes & proprietates*. Eſt [d] deſiccatiuum humiditatum, & exiccatiuum earum. & in ipſo eſt infrigidatio quædam. *Membra capitis*. Confert cola cum maſticatur, & tenetur in ore. *Membra anhelitus & pectoris*. Facit accidere dolorem gutturis. *Membra nutrimenti*. Eſt [d] difficilis digeſtionis. *Membra expulſionis*. Abſcindit deſiderium coeundi.

D Raſis vlt. cont. t. 1. c. 705.

† Tharaſcun.
E Dioſ. li. 2. c. 125. Repet. vide ſ. c. 229

*De* † {*Taraxacon.* i. [e] Intybo vel ſeri. *Cap.* 683.

B Taraxacon quid eſt? Notum eſt: eſt ſpecies endiuiæ. *Natura*. Frigus eius eſt plus humiditate ipſius, cum hoc, quòd in ipſa eſt humiditas. *Operationes & proprietates*. Eſt infrigidatiua, aperitiua. *Membra oculi*. [f] Eius lac abſtergit albuginem. *Membra nutrimenti*. Eius ſuccus confert hydropiſi valde, & aperit oppilationes hepatis. *Venena*. Reſiſtit venenis, & ex ea fit emplaſtrum ad puncturas, & proprie [f] ad puncturam ſcorpionis.

F Raſis vlti. cont. t. 1. c. 704. & Serap. c. 143.

† Tharſe.
G Diol. lib. 1. c. 99.

*De* † {*Tamariſco.*{. i. [g] Myrica. *Cap.* 684.

Tamariſcus. *Operationes & proprietates*. In ipſa eſt ſtypticitas, & abſterſio, & mundificatio abſq; exiccatione vehementi. & eius aqua eſt abſterſiua, deſiccatiua, cuius abſterſio eſt plus exiccatione eius. Et ipſius exiccatio eſt cum ſtypticitate. ſed eſt [h] fructus eius vehementioris ſtypticitatis. & in tamariſco quidem eſt ſubtilitas pauca, quæ non eſt in galla viridi, & in rebus alijs, & adminiſtratur loco gallæ viridis. *Decoratio*. Eius decoctio adminiſtratur in embroca ad [g] pediculos, & interficit eos. *Apoſtemata & bothor*. Ex eius folijs fit emplaſtrum ſuper apoſtemata fluxa. *Vulnera & vlcera*. Eius fumus exiccat vlcera humida, & variolas, & ſpargitur, quod ex ea tritum eſt, & cinis eius ſuper [i] aduſtionem ignis, & vlcera humida, & fructus eius, & cinis ipſius exiccant [k] vlcera difficilia, & corrodunt carnem additam. *Membra capitis*. Decoctio foliorum eius cum vino confert [g] dolori dentium, colluto ore ex ea, & prohibet corroſionem eorum, proprie fru-
C ctus eius. *Membra oculi*. Eius fructus ſtat loco lycij, & [g] gallæ in ægritudinibus oculi. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert [g] ſputo antiquo, & proprie fructus eius. *Membra nutrimenti*. Eius rami diſſoluti in aceto conferunt ſpleni, emplaſtro ex eis facto. & ad ſplenem [g] bibitur vinum in quo decocta ſunt folia eius & ipſius virgulta. & [g] faciunt ſplenetici ex ligno eius vaſa. *Membra expulſionis*. Confert ſolutioni antiquæ, & ſedent in decoctione eius ad [g] curſum matricis, & ſupponitur granum eius ei, & bibitur fructus eius etiam. *Venena*. Confert fructus eius morſui viperæ.

H Cap. 500.

I Ser. c. 31.
K Raſ. vlti. conti. ti. 1. c. 700.

L † Tharathit.

*De* [l] † {*Tarathit.*} *Cap.* 685.

Tarathit quid eſt? Eſt fruſtum lignoſum corrugatum groſſitudinem digiti habens, & eius longitudo eſt minor. Et plurimum eius eſt ſtyptici ſaporis, & eſt habens colorem puluerulentum. Et [m] virtus eius eſt ſicut virtus balauſtiæ. & dicitur, quod ipſe affertur ex locis ſylueſtribus. *Operationes & proprietates*. Eſt ſtypticus & prohibens motum ſanguinis in membris omnibus. *Inſtrumenta iuncturarum*. Confortat iuncturas mollificatas. *Membra nutrimenti*. Confert mollificationi ſtomachi, & hepatis. *Membra expulſionis*. [m] Stringit, & retinet fluxum [m] ſanguinis, & deſcenſionem ſanguinis in egeſtione, & dyſenteriæ bibitum in lacte caprarum decocto. *Permutatio*. Medietas ponderis eius de cortice oui aduſto abluto, & ſexta ponderis eius de gallis, & decima
D ponderis de gummi arabico.

M Raſ. vlt. cont. ti. c. 703.

*De* [n] *Talk*. *Cap.* 686.

Talk quid eſt? Dixerunt quidam, quòd in bibitione eius eſt timor, propter illud, quod in ipſo eſt ex retentione ſui cum partibus ſtomachi, & cum camel eius, & cum gutture, & meri. Et quando neceſſarium eſt vt ſoluatur, ſoluatur in panno in quo ponantur fruſta glaciei, aut lapides, & percutiatur donec reſoluatur. & ſi fuerint lapides, neceſſarium eſt vt ſubmergantur in aqua, & ſi voluerit homo, dimittat ipſum in pãno, deinde excutiat ipſum in vaſe, & excipiat, quod excuſſum eſt, & vtatur eo cum aqua gummę. & erit bonum ſuæ intentioni. *Electio*. Quod ex eo calcinatum eſt, eſt fortius, & ſubtilius. *Natura*. Frigidum eſt in primo, ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates*. Stypticum eſt, & retinens ſanguinem, & adminiſtratur in pſylotro, ſicut exiſtimauit Paulus, & alij: vt ſit eius deſiccatio maior. Ipſum enim non adurit ignis, niſi cũ arte. *Apoſtemata & bothor*. Prohibet apoſtemata mamillarum, & teſticulorũ, & quæ poſt aures ſunt, & reliquarum carnium laxarum in principio. *Membra anhelitus & pectoris*. Retinet ſputum ſanguinis cũ aqua plantaginis. *Membra expulſionis*. Retinet ſanguinem matricis, & ani bibitum, & quod ex eo ablutum eſt & linitum, confert [n] dyſenteriæ.

N G. li. 9. ſim. 65. b

*De* † {*Taliſafar*.i. [a] Macere. *Cap.* 687. E

Taliſafar quid eſt? Eſt cortices [b] Indi, in quibus eſt ſtypticitas, & acuitas, & odoris boni parum: & in ipſis eſt ſubſtantia terrea plurima, & ſubtilitas pauca. *Natura.* Apud [c] Gal. non eſt oſtenſum ipſos habere caliditatem, neq; frigiditatem de qua ſit curandum, Quidam autem dixerunt, quod ſunt calidi & ſicci in ſecundo. *Operationes & proprietates.* In ipſis ſunt [b] ſtypticitas, & exiccatio fortes, & reſolutio. & ſunt compoſiti ex ſubſtantijs pluribus. & terreitas in eis eſt plus. *Membra expulſionis.* Conferunt [a] diarrhœæ, & [a] vlceribus inteſtinorum, & fluxui ſanguinis matricis, & ani. & conferunt [d] hæmorrhoidibus.

Gal. lib. 7. ſimpl. fo. 55. a.

Macer cortex eſt qui ex india conuehitur, guſtu multum acerbo, cum leuicula quadam acrimonia odorata, iucundū ſane redolēs, vt pleraq; aromata ſiue odorata quę ex india conuehuntur. Videt itaq; & ipſe ex miſta conſtare eſſentia, pleraq; terrena frigida, paucula vero calida, & tenuium partiū. Quāobrem valenter deſiccat adſtringitq; proinde cœliacis & dyſentericis miſcetur facultatibus in tertio exiccantium conſiſtens ordine, in caloris frigoriſq; differentia neutrum inſigniter efficiens.

† Thaliſfar.
A Dioſ. li. 1. c. 94.
B Gal. 6. de compoſitione pharm. ſm loc. fo. 169. d
Repetit. c. 448.
C Lib. 7. ſimp. 554.
D Raſis vlti. cont. t. 1. c. 698.
E † Tharihaan.
Repetit. c. 339.

*De* [e] † {*Tariſilon*}.i. Trifolio. *Cap.* 688.

Tariſilon quid eſt? Planta naſcens in vere, & flos eius eſt ſimilis croco hortulano. *Venena.* Decoctio eius cum effunditur ſuper morſum viperæ, ſedat dolorem eius. Et ſi effunditur ſuper mēbrum ſanum, facit in ipſo contingere ſimile illi, quod contingit ex morſu viperæ de dolore.

[f] *De* † {*Tuberibus.*} *Cap.* 688. F

Tubera quid ſunt? Sunt ex ſubſtantia terrea plus, & aquea minus. Et in ipſis eſt aeritas, & ſubtilitas pauca. & ſunt priuata ſapore. *Electio.* Meliora eorum ſunt [g] arenoſa, alba in quibus non eſt odor malus, & quę ex eis ſunt ſicca deteriora ſunt humidis. Et illa quidem, quæ elixantur poſt excoriationem & ſciſſionem cum cultello cum aqua & ſale, deinde coquuntur cum oleo & almuri & ſpeciebus condientibus aut altit, ſunt meliora. Et deteriora eorum genera, ſunt fungi, & proprie cum naſcuntur ſub arboribus, & in terra mala. *Operationes & proprietates.* Sunt groſſa valde, & præbent nutrimentum groſſum, melancholicum, & non appropinquat eis in hoc aliquid. Et eorum quidem theriaca ſunt vinum purum, & condientes ſpecies. Et ſi elixentur, deinde coquantur cum eis, generatur nutrimentum groſſum non malum. veruntamen ſaporem non habent. *Inſtrumenta iuncturarum.* Timetur ex eis [h] paralyſis. *Membra capitis.* Timetur [h] ex eis apoplexia. *Membra oculi.* [g] Eorum aqua ſicut eſt, abſtergit oculum: & hoc quidam laudauerunt: & conceſſit illud Muſaia medicus, & alij. *Membra nutrimenti.* Sunt [h] tardæ digeſtionis, impedientia grauantia ſtomachum, [i] groſſi chymi. Gal. vero in quodam loco ait, non ſunt mali chymi. *Membra expulſionis.* Faciunt incurrere [h] colicam, & [g] difficultatem vrinæ.

F Dioſ. li. 2. c. 139.
† Kema.
G Ser. c. 236.
H Raſis vlt. cont. t 1. c. 726.
I Li. 2. aliméto. c. 68. b. & lib. de cibis bo. & ma. ſuc. c. 4.
† Medad.
K Dioſ. lib. 5. c. 94.

*De* † {*Tinctura.*}.i. [k] Atramento librario. *Cap.* 689.

Tinctura quid eſt? *Electio.* Melior eſt illa, quæ eſt leuioris ponderis, & magis intenſæ nigredinis. *Natura.* Omnis eſt calida, exiccatiua, niſi Inda, quoniam Indi & [l] Paulus numerant eā inter infrigidatiua. *Operationes & proprietates.* Omnis eſt exiccatiua. *Apoſtemata & bothor.* Exiſtimauit quidā, ꝙ Inda ponitur ſuper apoſtemata calida, & confert eis. *Vulnera & vlcera.* Illa qui aſſumitur ex fumo ligni pini, cum gumma, & bdellio ponitur ſuper [k] aduſtionem ignis, donec cadat. G

L Lib. 7. fo. 383. ſed nihil dicit.
† Selhafe.
M Dio. li. 2. c. 71.
N Cap. 602.
N † epotum.
O Cap. 510.
O † D. vino & leporis.
P † cuminoq;

*De* † {*Teſtudine.*}.i. [m] Sanguine. *Cap.* 690.

Teſtudo. *Membra capitis.* Sanguis eius, quæ ſylueſtris eſt, iam [n] dictum eſt, quod confert epilepſiæ. [n] † {faciendo ex eo caputpurgium.} Et fel [m] teſtudinis valet ad cola, & [m] diſtillatur in nares epilepticorum. *Membra anhelitus & pectoris.* [o] Ouum eius valet tuſſim infantium. & fel ipſius illinitum ad præfocationem. *Venena.* Sanguis eius, quæ [k] eſt marina cum [o] † { } coagulo, [p] † { } eſt bona morſui vermium venenoſorum, & ei qui bibit lacticinium.

*De* {*Tamarindis.*} *Cap.* 691.

Tamarindi. *Electio.* Meliores ſunt [q] noui recentes, qui nondum ſeneſcunt, & non exiccantur, & quorum acetoſitas eſt vera. *Natura.* Frigidi ſunt & ſicci in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Sunt ſolutiui, & [q] ſunt ſubtiliores prunis, & minoris humiditatis. *Membra nutrimenti.* Conferunt multitudini [r] vomitus, & ſiti in febribus, & [s] ſtringunt ſtomachum mollificatum, ex multitudine vomitus. *Membra expulſionis.* Solutiones [q] educunt choleram. Et potio ex decoctione eorum, ſit propinqua mediæ libræ. *Febres.* Conferunt febribus habentium ſyncopim, & conturbationem, & proprie cum neceſſe eſt naturam linire. H

Q Ser. c. 338.
R Raſ. vlt. conti. t. 1. c. 699. & Ser.
S Raſ. c. 699.

*De Tuderi*.i. [t] Hormino. *Cap.* 692.

Tuderi quid eſt? Inquit Dioſcor. Eſt herba habens folia ſimilia folijs praſij, & radicem quadratam, & eius radix menſuram habet medij cubiti. & habet capita in quibus ſunt ſemina longa, nigra, & eſt hæc vſitata tuderi. Sylueſtris vero ſemen eſt rotundum. *Natura.* Calida eſt in ſecundo, humida in primo. *Operationes & proprietates.* Ineſt ei acredo naſturtij. Et in ipſa eſt vlceratio. *Apoſtemata & bothor.* Confert [u] cancris, qui non ſunt vlcerati linita cum aqua mellis. Et confert omnibus apoſtematibus duris, & fit ex ea [t] emplaſtrum ſuper tumorem. *Inſtrumenta iuncturarum.* Fit ex ea [t] emplaſtrum ſuper duritiem podagræ. *Membra capitis.* Confert apoſtematibus radicum aurium. *Membra oculi.* Cum ex ea fit collyrium [t] cum melle, mundificat vlcera oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Adiuuat quando ponitur in electuarijs factis in modum loch in [u] expuendo humores, poſtquàm infunditur, & bullitur in aqua, deinde ponitur in vaſe, & aſſatur. *Membra expulſionis.* [u] Adiuuat in coitu, & proprie [u] † {decoctum cum vino.}

T Dio. l. 3. c. 113.
V Raſ. vlti. cont. t. 1. c. 727.
V † volunt his cum vino.

De



*De Tenub*..i. [a] Picea, & Pinu. *Cap.* 693.

A Tenub quid eſt? Arbor nota, & alchuſi eſt ſpecies eius, & chadem charis eſt ſemen arboris eius, & pix ſylueſtris ex ea aſſumitur. *Operationes & proprietates.* Semen autem eius quod eſt chadem charis habet virtutem ſtypticam, & eſt ſubtilis calefactionis. *Apoſtemata & bothor.* [a] Ex folijs huius arboris fit emplaſtrum apoſtematibus calidis. *Vulnera & vlcera.* [a] † {Folia & ſemen eius quando miſcentur cum adipe anſeris, & merdaſengi, & cum farina thuris, conferunt [a] vlceribus manifeſtis: & cum permiſcetur cum cera & oleo myrtino, cōfert vlceribus teneroru corporū, et omnibus vlceribus recētibus, calidis: et cortex eius eſt cōueniēs vlceribus puluerizatus:} & quando adminiſtrantur folia [a] eius ſuper vulnera recentia prohibēt corruptionem eorum. *Membra capitis.* [b] Colluitur os ex ea, & decoctione eius, & proprie cum aceto ad dolorem dentium: & quando [a] finditur lignum eius, & coquitur in aceto ad illud. *Membra oculi.* [a] Fumus eius in alcofol confert oculo. *Membra anhelitus & pectoris.* Semen eius, quod eſt chadem charis, adiuuat ad ſpuendum ex [a] pectore, & gumma quidem tenub maximi eſt iuuamenti ad tuſſim antiquam valde, & eſt ſpecies picis. *Membra nutrimenti.* Confert ad ea pondus aur. cum aqua, [b] † { } mellis ad [c] hepar læſum. *Membra expulſionis.* Si bibatur ſtringit, & [a] retinet ventrem. B

Dioſ. lib. 1. c. 74.

Pinus & Picea generi eidem aſcribuntur, ſed quādam flagitāt ſpecierum diſtinctionem. Arbores vulgo cognitæ, Operationes, & proprietates. earum cortex aſtringit. Vulnera & vlcera cortex tritus & illitus vlceribus ſummum corpus occupantibus, ambuſtiſq; cum ſpuma argenti & manna. Vlcera delicatulorum acrimoniam recuſantium, cerato myrtino exceptus, ad cicatricem perducit, tritus cum ſutorio atramento Serpentia cohibet. Folia eorū trita & illita vulnera ab inflammatione vindicant. Apoſtemata eorum folia trita & illita inflammationes leniunt. Membra capitis. Folia trita & decocta in aceto feruenti collutione dentium dolores mulcent. Teda earum particulatim ſecta ſi in aceto coquatur, & decocto dens colluatur dolores leuat. quinetiam earum crematarum fuligo ad librarii atramenti confectionē excipitur. ea circūlinitionibus efficaciſſime imponitur, quibus palpebras ornant coloreq; mentiuntur caliblephara græci vocant. corroſis oculorū angulis, calloſis glabriſq; genis, & collacrymationibus opitulatur. Membra anhelitus & pectoris. Pineę nuces integræ recenter arboribus decerptæ in paſſo frangunt: & decoctę, vetuſte tuſſi ac tabitudini conferunt, ſi quotidie ex eo liquore terni ciati bibantur. Membra nutrimenti. Folia hepaticis vtilia ſunt drachmæ pondere in aqua aut mulſa pota. Membra Expulſionis Cortex tritus ſuffitu partus & ſecundas eijcit, Potus aluum ſiſtit. Vrinam mouet.

A Dioſ. li. 1. c. 74.
Repet. c. 184. 280. 301. & 555.
A † D. prodeſt cortex tritus & illitus intertriginibus, vlceribus ſummum corpus occupantibus, ambuſtiſque cū ſpuma argenti & manna, vlcera delicatulorū acrimoniā recuſantiū, cerato myrtino exceptus ad cicatricē perducit.
A Cap. 555.
B Cap. 555. & Di.
B † aut aqua
C Cap. 555. & Dio.
D Gal. li. 3. alimen. c. 39. f
† Trungibin.
Repetit. ca. 482. & 747.
E Ser. c. 11.
E † ſpinas.
F Raſ. vlti conti. t. 1. c. 711.
† Thutia.
G Dioſ. lib. 5. c. 41.
G † ſpodium.

[d] *De* † {*Tereniabin.*} *Cap.* 694.

Tereniabin quid eſt? Hic eſt ros, qui plurimum cadit in [e] coraſceni, & in locis, qui ſunt vltra fluuium, & plurimum caſus eius in regione noſtra eſt ſuper [e] † {alhaagi.} *Electio.* Melior eſt recens, album. *Natura.* Eſt æquale ad caliditatem perueniens. *Operationes & proprietates.* Eſt lenitiuum, conueniens ad abſtergendum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [e] tuſſi, & lenit pectus. *Membra nutrimenti.* [f] Sedat ſitim. *Membra expulſionis.* Solutione educit choleram facile: & eius ſolutio eſt cum proprietate, quæ eſt in ipſo, & eius quidem [e] potio eſt à decem aur, vſque ad viginti aur.

C *De* † {*Tucia*}.i. [g] Pompholyge. *Cap.* 695.

Tucia quid eſt? Origo tuciæ eſt fumus, qui eleuatur vbi purificatur æs à lapidibus, qui ei admiſcentur, & à ſtanno, quod ei admiſcetur: & quandoq; ſublimatur climia, & illud, quod ſublimatur eſt tucia bona, & quod reſidet inferius eſt climia, quæ nominatur [g] † {deſchudiun.} tucia vero alia eſt alba, & alia eſt citrina, & alia ad rubedinem declinans: & Inda quidem eſt illud, quod in ablutione tucię aggregatur, ſicut fex ſub aqua qua ipſa abluitur, & illud eſt deſcudiun, differentia vero inter ſuccudum & tuciam: eſt, quòd tucia ſublimatur, & illud non ſublimatur, ſed remanet inferius in canalibus, per quod currit æs: & hoc eſt ſicut climia æris, & quando hoc ſublimatur, ſublimatur ex eo tucia. *Electio.* Melior eſt alba leuis, deinde citrina, deinde, quæ habet colorem fiſticorum alcarmeni: & illa, quæ eſt minus vetuſta omnibus eſt melior. *Natura.* Frigida eſt in primo, ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt deſiccatiua ſine mordicatione: & illa, quæ eſt abluta, eſt melior deſiccantium. *Decoratio.* Confert lendibus. *Vulnera & vlcera.* Illa quæ eſt abluta, confert vlceribus, ita ꝙ [h] vlceribus canceroſis. *Membra oculi.* Confert dolori oculi, & prohibet ſuperfluitates fraudulentas coarctatas in venis [h] oculi penetrare in tunicas, proprie illa quæ eſt abluta. *Membra expulſionis.* Confert [h] vlceribus ani, & teſticulorum, & apoſtematibus eorum.

H G. li. 9. ſim. 70. h
I Sera. c. 413.
† Thincar. i. borace.
Repetit. c. 358.
K † Themiſrach.
L † Tempſa, ideſt crocodilo.
M Pauli. 7. fo. 375 & Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 717.
N Li. 4. Fē. 6. t. 4. c. 11. & G. de ther. ad Piſo. c. 10. a
O † Tenbul.
P Hali. li 2. prac. 696. tex. 207.
† Thaſafia.
Q Dioſ. li. 4. c. 138.
Q † ———
R Cap. 304. 569. & 705.

D [i] *De* † {*Tincar.*} *Cap.* 696.

Tincar quid eſt? Aliud eſt minerale: & aliud eſt artificiale, & dicitur capiſtrum auri. *Membra capitis.* Confert dolori molaris, & [i] corroſioni dentium ſua proprietate.

*De* [k] † {*Taſmarach.*} *Cap.* 697.

Taſmarach. *Natura.* Calidum eſt, & ſiccum. *Operationes & proprietates.* Et ſtypticū fortiter.

*De* [l] † {*Tinſa.*} *Cap.* 698.

Tinſa. *Membra oculi.* [m] Stercus eius confert albugini oculi. Fit [n] emplaſtrum ex adipe eius ſuper morſum ipſius, & ſedatur dolor eius ſtatim.

*De* [o] † {*Tembul.*} *Cap.* 699.

Tembul. *Natura.* Frigidum eſt in primo, ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtypticum, exiccatiuum. *Membra capitis.* Confortat [p] carnem, quæ eſt inter dentes, & maſticant ipſum Indi ad illud ſemper. *Membra nutrimenti.* Confortat [p] ſtomachum, & propter illud maſticant ſemper Indi.

*De* † {*Teſiſie.*}.i. [q] Thapſia. *Cap.* 700.

Deſiſie quid eſt? Eſt gumma [q] † rutæ agreſtis, } & iam dictum [r] fuit in the. *Electio.* Non con-

fert niſi, quæ eſt recens:& cum ſuper ipſa pertranſit annus, debilitatur. Et non eſt in ipſa iuuamentum propter reſolutionem humiditatũ, quæ ſunt in ipſa ſuperfluarum. *Natura.* Eſt calida valde, aduſtiua, fortis calefactionis & exiccatiõis. Et in ipſa eſt humiditas ſuperflua, extranea, cauſa cuius non mordicat ſtatim. *Operationes & proprietates.* Eſt mundificatiua, ſolutiua, maturatiua, diſruptiua, & propter humiditatem ſuam ſuperfluam non adurit niſi poſt horam: & eſt ex eis, quæ attrahunt vehementer, & violenter ex profundo corporis: ſed poſt ſpatium propter humiditatem ſuam ſuperfluam:& non eſt ei par in alterando complexionem ad caliditatem. *Decoratio.* Facit [a] naſci pilos, [b] † {& confert alopeciæ valde,} & raro inuenitur par ei in illo:& iam diximus adminiſtrationem eius in capitulo ipſius, [b] † {& confert nigredini ſanguinis: ſed non dimittitur ſuper ipſam præter horã.} Et ſimiliter confert [b] veſtigijs, & [b] pãno, & [b] albaras. *Inſtrumenta iuncturarum.* [a] Inunguntur cum compreſſione ſuper mollificationem neruorum, & ſuper podagram, & ſuper iuncturas frigidas, & clyſterizatur cum ea ad ſciaticam. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert ſputo ſaniei, & difficultati [b] anhelitus, & confert [b] dolori amborum laterum, & proprie dolori ipſorũ antiquo linita, & vt emplaſtrum ſuperpoſita, & cum ea euacuando, & adiuuat ad expuendas ſuperfluitates linita, & ſubtilitate reperta in adminiſtrando eam in electuarijs. *Membra expulſionis.* In [b] radice eius, & corticibus [c] ipſius, & lachryma eius, eſt ſolutio. *Febres.* Sumantur de corticibus eius tres aur. & de ſuccis tres anuluſat, & de lachryma eius aur̃. ij. & cum multiplicatur eius vſus, nocet. *Permutatio.* [d] Loco eius ponuntur duæ tertiæ ponderis eius de dragantho cum tantundem naſturtij.

[e] *De* † {*Turbit.*} *Cap.* 701.

Turbit. *Electio.* Melius eſt album, viſibiliter, & contritum, habens foramina, quæ ſunt ſicut cannæ ſubtilis foramina, & planum, velociter frangibile, & non groſſum, & quãdoq; corroditur, & debilitatur, & leue valde & perforatum eſt debile: ſed eius rectificatio eſt, vt fricetur cortex eius cinericius donec remaneat albus, & coniungatur, quod de eo contritũ eſt, cum oleo amygdalino. *Operationes & proprietates.* Acquirit vſus eius ſiccitatem, & exiccationem in corpore, quoniam extrahit humiditates ſubtiles, & propter hoc adminiſtratur [e] cum oleo amygdalino. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert ægritudinibus neruorum. *Membra expulſionis.* Solutione educit phlegma plurimum, & ſoluit aliquid ex humoribus aduſtis parumper. & hoc quando aſſumitur tritum, decoctum vero è contrario. Inquit Meſaugue. ſolutione educit humores [f] viſcoſos groſſos. Et dixerunt quidam ſolutione educit humorem crudum ex anchis. Et quod verius eſt, eſt quod ſolutione educit phlegma ſubtile. & ſi confortetur cum zinzibere, & eo quod habet acuitatem virtutis, educit groſſum & crudum humorem. Solum vero non ſoluit groſſum, niſi inueniat in ſtomacho fixum, & in inteſtinis. [e] Sitque potio eius vſq; ad. ʒ. ij. & in decoctionibus vſq; ad. iiij.

*De* [g] † {*Turſie.*} *Cap.* 702.

Turſie quid eſt? Eſt ammoniacum, & iam dictum eſt de eo in [h] capitulo Alif.

*De* [i] † {*Tubel.*} *Cap.* 703.

Tubel quid eſt? Fortius tubel, eſt tubel ferri, deinde ęris, & eſt illud, quod cadit ex percuſſione ſuper ea. Et omne quidem eſt exiccatiuum. Et iam quidem [k] dictum eſt de eo.

*De* [l] † {*Thymo.*} *Cap.* 704.

Thymum. *Natura.* Semen eius eſt fortis caliditatis. *Membra expulſionis.* [l] Prouocat, & extrahit [l] embryonem mortuum, [l] † {ſolutione educit} ſanguinem & humorem cholericum. Et potio eius ſit medietas drach. & extrahit [l] vermes.

*De* † {*Theil*}. i. [m] Gramine. *Cap.* 704.

Theil quid eſt? Dicitur, quod eſt teideken. *Natura.* Frigida eſt & ſicca in primo, & proprie radix eius recens. *Operationes & proprietates.* Virtus eius eſt ſtyptica. & in ipſa eſt mordicatio, & prohibet eius ſuccus attractionem materierum ad viſcera. *Vulnera & vlcera.* Confert vlceribus recentibus, [n] quando ponitur ſuper ea, & proprie radix [m] eius, & in ipſa eſt conſolidatio. *Membra capitis.* Prohibet catarrhos omnes. *Membra oculi.* De [m] ſucco eius decocto in vino & melle in põdere æqualiter [n] † { } ſumptum ponitur in medicamine, quod ad oculum eſt bonum. [o] † {Et illius quidem medicaminis compoſitio eſt hæc. Sumitur ſuccus, & quantum eſt medietas eius de myrrha, & tertia eius de pipere, & tertia ipſius de olibano, & permiſcentur, & eſt medicamen bonum. & oportet quidem, vt reponatur in vaſæ æreo.} *Membra nutrimenti.* Abſcindunt ſemen, & radix eius vomitum. Et prohibent attractionem fieri ad ſtomachum, et ſemen eius omnino eſt conueniens ſtomacho. *Membra expulſionis.* Semen eius deglutitum, eſt [p] prouocatiuum, et [q] diſruptiuum lapidis propter illud, quod in ipſo eſt de ſiccitate cũ amaritudine. Et ſimiliter radix eius, et decoctio eius confert vlceribus veſicæ.

*De* † {*Theſiſie.*} *Cap.* 705.

Theſiſie quid eſt? Iam [r] dictum eſt in the. Et iam diximus eam.

*De* † {*Teſticulo vulpis*}. i. [s] Satyrio. *Cap.* 706.

Teſticulus vulpis quid eſt? Eſt quiddam bonum dulce. *Natura.* Eſt calidus in primo, humidus in ipſo, et in ipſo eſt humiditas ſuperflua. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert ſpaſmo et tetano, qui ſunt in poſterioribus, [t] et paralyſi. *Membra expulſionis.* Facit [s] appetitum coitus, et adiuuat ad ipſum, et proprie cum vino. [s] et ſtat loco ſtinci.

De

A Raſ. t.3.c.50.& thephiſie.
B† Dioſ. li.4.c.13. ſuccus illitiõe, ac radix recens affictu, alopecias explent.
B† Dioſ. radix ſiccuſq; cum æqua ceræ thuriſq; portionibus, ſugillata liuoreſq; tollunt, ſed non plus binis horis dimittantur, locus deinde aqua maris calida foueatur.
C Oppoſitũ lib.4. F.6.t.1.sũ.1.ca.13.
D G. de ſub. me. chamęleonis nigri ſuccus.
E Ser.c.310.
† Terbed.
E Raſ. vlti. conti. t.1.c.729.
G† Turſi.
H 8.
I† Tubal.
K c.231.&147.& 679.
L Dioſ lib.3.c.35.
† Thumum. Repetit. c.328.
L† D. diſſoluit cõgelatum.
† Thil.
M Dioſ. li.4.c.16. Repetit.306.
N Cap.306.
O † D. in myrrhę dimidio adijciantur; piperis & thuris tertię portiões.
O † ———
P c.306.& Dioſ. Raſ.t.3.c.50.
Q cã.306.& Dioſ.
† Thaſaſia. Rep.c.304.&7..
† Chaſi altaleb.
S Dio.l.3.c.111.
T Raſ. vlti. conti. t.1.c.714.



*De* † {*Teſticulo canis*}. i. [a] Teſticulo. *Cap.* 707.

Teſticulus canis quid eſt? Eſt ſicut teſticulus vulpis, & eſt duarum ſpecierum. Vna earum eſt minor, & eſt habens mollitiem, & eſt duorum parium, quorum vnum par eſt inferius: & aliud par eſt ſurſum. & vnum eorum eſt molle: & alterum eſt plenũ: & eſt ſpecies maior, & in ſpecie maiore eſt humiditas ſuperflua. *Apoſtemata & bothor.* [b] Reſoluit apoſtemata phlegmatica. *Vulnera & vlcera.* Mundificat [c] vlcera, & [d] prohibet formicam dilatari. & aperit [a] fiſtulas, & incarnat vlcera fraudulenta, corroſiua. *Membra capitis.* Confert [e] alcola. *Membra expulſionis.* [f] Quando vir maiorem amborum ſumit, efficitur potens in generando maſculos, & ſi mulier comedat illum, qui eſt minor amborum, efficitur potens in generando fœminas. [g] † {& dicitur, quod ille, qui eſt humidus ſeu recens, facit augmentum in coitu, & ſiccus abſcindit ipſum: & vnuſquiſq; amborum deſtruit alterius operationem,} & iam dictum eſt totum illud in maiore, & minore.

*De* [h] † {*Teſticulo.*} *Cap.* 708.

Teſticulus quid eſt? Eſt de genere carnis mollis. *Electio.* Melior teſticulus eſt illius cuius bona & conueniens eſt caſtratio, ſicut [i] teſticuli animalium iuuenum. Et [k] teſticulus, qui eſt magnorum hircorum, & qui eis ſimilantur de arietibus, & tauris, non digeritur. & non [l] eſt ſicut teſticulus gallorum præcipue impinguatorum. nam ipſe eſt bonus valde. *Operationes & proprietates.* [k] Non habet bonitatem nutrimenti mamillarum, niſi teſticulus gallorum impinguatorum. Ipſe nanque eſt boni nutrimenti plurimum. & omnes [l] ſpecies teſticuli quando digeruntur, proprie quæ ſunt difficilis digeſtionis nutriunt plurimum. *Membra nutrimenti.* Plurimi [l] ipſorum ſunt difficilis digeſtionis, plurimi nutrimenti, & proprie, qui ſunt de animalibus magnis, & groſſæ carnis.

*De* [m] † {*Teſta.*} *Cap.* 709.

Teſta. *Operationes & proprietates.* Eſt exiccatiua, abſterſiua, & proprie teſta altanur, & ſubtilior quidem teſta eſt teſta cancri marini. & alcaramed eſt in virtute ſenbadegi. *Decoratio.* Teſta cancri marini eſt exiccatiua, & abſtergit pannum, & lentigines. *Apoſtemata & bothor.* [n] Fit ex teſta ceratum ſuper ſcroſulas. *Vulnera & vlcera.* Emplaſtrum factum ex teſta, eſt fortis conſolidationis, & confert [n] vlceribus, & ipſa abſtergit ſcabiem & proprie teſta cancri marini. *Inſtrumenta iuncturarum.* [o] Teſta altanur linitur ſuper podagram. *Membra oculi.* Confert cum ſale cauato ex minera; vnguæ.

*De Thalio.* *Cap.* 710.

Thalium quid eſt? Dictum eſt de eo in [p] capitulo de Struthione.

## Litera. V.

*De* † {*Vſnee.*}. i. [q] Muſco. *Cap.* 711.

VSnee quid eſt? Cortices tenues ſubtiles circumuolutæ ſuper arborem ferentem glandes, & pinum, & nucem: & habet odorem bonum. *Electio.* Quæ [q] ex ea bona eſt. eſt alba: & nigra mala eſt. *Natura.* In ipſa eſt frigiditas pauca, & ad tepiditatem, ſeu ad frigus debile declinans, & ſtypticitas æqualis. & exiſtimauerunt [r] quidam, quod eſt calida in primo, & ſicca in ſecundo. Inquit Alcanzi. Eſt frigida, vehementis ſiccitatis. *Operationes & proprietates.* Inſunt ei virtus ſtyptica, & reſolutio ſimul, & lenificatio: & præcipuæ, quæ eſt de pino. & eius ſtypticitas eſt æqualis, & illa, quæ eſt de arbore faciente kitran ſeu picem, aperit oppilationes, & ſtringit carnes mollificatas. *Apoſtemata & bothor.* [r] Linitur ſuper apoſtemata calida, & ſedat ea, & reſoluit durities, & ſedat apoſtemata carnoſa fluxa. *Inſtrumenta iuncturarum.* [q] Cadit in vnctionibus laſſitudinis, & reſoluit duritiem iuncturarum. & ſimiliter eius decoctio. *Membra capitis.* [s] Cum infunditur in vino facit dormire potantem ipſum. *Membra oculi.* Abſtergit viſum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tremori cordis. *Membra nutrimenti.* [s] Retinet vomitum, & confortat ſtomachum, & [t] remouet inflationem eius, præcipue eius infuſio in vino ſtyptico. & [t] confert dolori hepatis debilis. *Membra expulſionis.* Aperit oppilationem matricis. Et [q] quando ſedetur in aqua eius, confert dolori matricis, & prouocat menſtrua. *Permutatio.* Pondus ipſius de cordumeni.

*De* † *Vchuen.*}. i. [u] Parthenio. *Cap.* 712.

Vchuen quid eſt? Ex ea alia eſt alba, & alia eſt citrina, ſed alba eſt fortior. Et eſt virgæ minutæ ſuper quas ſunt flores alba habentes folia, ſimiles floribus maru acuti odoris, & ſaporis. *Natura.* Eſt [x] calida in tertio, & ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Eſt digeſtiua, & [x] aperitiua oppilationum, & in ea, quæ eſt rubea, eſt ſtypticitas, & prohibitio ſpecierum ſolutionis, cum eo quod in ipſa eſt de reſolutione: ſed eius ſtypticitas eſt propter ipſius exiccationem, & [x] eſt prouocatiua ſudoris. & ſimiliter eius oleum inunctum, & aperit orificia venarum, reſolutiuum, ſubtiliatiuum. *Apoſtemata & bothor.* Reſoluit apoſtemata calida in ſtomacho, & α ſanguinem congelatũ in ipſo, & [x] confert apoſtematibus frigidis. *Vulnera & vlcera.* Confert fiſtulis, & excoriat eſcharas & [x] vlcera pernicioſa, & confert vulneribus neruorũ & lacertorum. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert [x] torſioni neruorum, cum in decoctione ipſius infunditur ſpongia, & ponitur ſuper eos. *Membra capitis.* Facit [x] ſubet: & quando odoratur humidum eius facit dormire, & eius [x] † {oleum {confert doloribus auris. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [y] aſthmati, cum bibitur ſicca, ſicut bibitur epithymum. *Membra nutrimenti.* Mala [x] eſt ori ſtomachi, verumtamen reſoluit, & [x] exiccat,

† Chaſi alchelb.
A Dioſ. li.1.c.121.
B D. Serapias.
C D. Serapias.
D. D. Serapias.
E D. Cynoſorchis. Alia littera.
F Di. Ex quibus ſi maiorẽ edant viri, mares generare dicuntur: ſi minorẽ fœminæ, alterum ſexum.
G† Di. addunt in theſalia mollẽ mulieres i lacte caprino bibere ad ſtimulandos coitus: aridum vero, ad inhibẽdos, & alterum alterius potu reſolui.
H† Chaſihe.
I Raſ. vlti. conti. t.1.c.713.
k G. li.3. ali. ca.6.a
L G.3. alim. ca.7.b
M† Chazef.
N Dio. li.5. ca.94.
O Dioſ. li.5. ca.94. de teſta fornacea.
P 133. de cundes.
† Aſne.
Q Dioſ. li.1.c.20.
R Raſ. vlti. conti. t.1.c.733.
S Ser.c.93.& Raſ.
T Raſ t.3.ca.31.& Se.c.93.& Raſ. vlti. conti.
† Achuari, vel alachuan. i. matricaria.
V Dio. li.3.c.132.
X Ser. ca.143.
Infra α
X† ſuccus.
Y D.& Ser.

quod ad ipſum attrahitur, & reſoluit ſanguinem congelatum in eo. *Membra expulſionis.* Prouocat fortiter, & [a] reſoluit ſanguinem congelatum in veſica, cũ aqua mellis: & frangit [b] lapidẽ [b] †{&} quando bibitur [c] †{cum} flore ſuo, & [a] cũ ſummitatibus eius cum vino prouocat menſtrua: & ſimiliter ſuppoſitorium olei ipſius. ipſum enim fortiter [a] prouocat. & ſuppoſitorium olei eius etiam [a] reſoluit duritiem matricis, & [a] aperit oppilationem matricis. & ipſa quidem bibitur ſicca in oxymelle ſicut epithymum, & [b] ſoluit melancholiam, & phlegma, & confert [a] apoſtematibus ani calidis: & aperit [a] hæmorrhoidas ipſa, & eius oleum: & confert [a] ramici ex aqua, poſtquam ſcinditur, & confert [a] colicæ, & dolori [a] veſicæ, & duritiei [a] ſplenis.

*De* †{*Vſnen*}. i. [d] kali. *Cap.* 713.

Vſnen quid eſt? Eſt plurimum ſpecierum, ſubtilior earum eſt alba, & nominatur ſtercus paſſerum, & calidior earũ eſt viridis. *Operationes & proprietates.* Eſt abſterſiua, mundificatiua, aperitiua. *Membra expulſionis.* Pondus. ʒ. 5. ipſius reſoluit difficultatem vrinæ. Et [d] pondus. ʒ. v. deijcit partum viuum, & mortuum. & ʒ. 5. perſicæ vſque ad. ʒ. i. [d] prouocat menſtrua. & pondus. ʒ. iij. [d] ſoluendo educit aquoſitatem hydropiſis. *Venena.* Pondus. ʒ. x. eius eſt venenum pernicioſum, & [d] ex ſuffumigatione eius, quæ ex ipſa eſt viridis, effugiunt venenoſa parua.

[e] *De* †{*Vrtica.*} *Cap.* 714.

Vrtica quid eſt? Color ſeminis eius, eſt ſimilis colori porri, ſed tamen eſt minus, & ſubtilius, & non eſt in eius longitudine, & mordicat, quod ei obuiat, ita quod etiam inteſtina. *Natura.* Vrtica, & ſemen eius ſunt calida in principio tertij, & ſicca in ſecundo: ſed ſemen eſt minoris ſiccitatis, q̃ ipſa. *Operationes & proprietates.* Eſt attractiua, vlceratiua, reſolutiua, cũ virtute aduſtiua. & ſunt quidam, qui dicunt calefactionem eius non eſſe fortem. ſed in ipſa quidem eſt virtus inflatiua, & in ipſa eſt abſterſio fortis, & in ipſa non eſt mordicatio vlcerũ. & quando cum carne coquitur, caro ſoluit vrticam, & operationem eius. *Apoſtemata & bothor.* Emplaſtrum eius cũ aceto diſrumpit [e] dubellet, & confert eis: & confert duritiebus: & confert ſemen eius [f] cancro in emplaſtro. & ſimiliter eius cinis. *Vulnera & vlcera.* Eius cinis cum ſale confert vlceribus, quæ [e] accidunt à morſura canum, & vlceribus [e] malignis, & [e] cancro. *Inſtrumenta iuncturarum.* Emplaſtrum ex ea cum ſale confert [e] torſioni neruorum, *Membra capitis.* Eius folia contrita abſcindunt fluxum [e] ſanguinis ex naribus, & ſemen eius confert ſtricturæ narium, & aperit oppilationes colatorij fortiter. & ex ſemine eius factum emplaſtrum facit eradicationem dentium facilem, & emplaſtrum ex ea confert [e] apoſtematibus, quæ ſunt poſt aurem, & eſt abſterſiuum. *Membra anhelitus & pectoris.* Quando bibitur cum [e] aqua hordei mundificat pectus, & cum decoquuntur folia eius in aqua hordei educit humores groſſos, qui ſunt in pectore. ſed eius ſemen eſt fortius, & ipſum remouet aſthma, & dilatationẽ anhelitus, & frigidam [g] pleureſim. *Membra expulſionis.* Excitat [e] coitum proprie ſemẽ eius cum vino, & aperit [e] orificium matricis, quare matrix recipit ſperma, & ſimiliter ſi [g] comedatur cum cępis & ouis. & quando [e] ſupponitur cum myrrha prouocat menſtrua, & aperit matricem, & ſimiliter ſi bibatur eius decoctio cum myrrha. & folia eius recentia [e] reducunt matricem exeuntem loco emplaſtri poſita: & [f] ſoluendo educit phlegma, & humorem crudum ſua abſterſione, non cum virtute ſolutiua, quæ ſit in ipſa. & [f] oleum eius plus ſoluit phlegma, quàm oleum cartami, & decoctio [e] foliorum cum oſtracis lenit ventrem. & ſi vis vt ipſa facilius ſoluat, accipe medullam ſeminis eius, & contere ipſam cum ſauich, & proijce eam in vino, & bibe eam & oportet vt poſt eius hauſtũ bibatur aliquid de oleo [f] roſaceo ne aduratur guttur bibentis. Et quandoque fiunt ex ipſa collyria cum melle, & ſupponuntur, & ſoluunt.

*De* [h] †{*Viola.*} *Cap.* 715.

Viola quid eſt? Nota eſt eius eſſentia, & operatio radicis eius eſt vicina op̃ationi ipſius. *Natura.* Frigida eſt & humida in primo. & dicunt quidam, quod eſt calida in primo, ſed in frigiditate foliorũ eius non eſt dubitatio. *Operationes & proprietates.* Dicitur, quod ipſa generat ſanguinẽ æqualẽ. *Apoſtemata & bothor.* Sedat [i] apoſtemata calida more emplaſtri ſuperpoſita cũ ſauich de hordeo, & ſimiliter eius folia. *Vulnera & vlcera.* Oleum violatum linitum bonum eſt ſcabiei. *Membra capitis.* [k] Sedat ſoda ſanguineam odorata, & illinita. *Membra oculi.* Confert [l] ophthalmiæ calidæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tuſſi calidæ, & lenit pectus. & proprie, quæ ex ea condita eſt cum zuccaro, & ipſius ſyrupus confert pleureſi, & pulmoni, & eſt melior, quàm iuleb in hoc capitulo. *Membra nutrimenti.* Valet [l] inflammationi ſtomachi bibita & linita. *Membra expulſionis.* Syrupus eius confert dolori renum, & prouocat vrinam. Et [m] quæ ex ea ſicca eſt, ſoluendo educit choleram. Et ipſius etiam ſyrupus lenit naturam cum facilitate, & confert [n] eminentiæ ani.

[o] *De* †{*Vrina.*} *Cap.* 716.

Vrina quid eſt? Nota eſt. *Electio.* Ex vrinis iuuatiua magis eſt vrina cameli arabici, qui eſt alnegib. & [p] vrina hominis eſt debilior vrinis, tamen ea ſunt debiliores vrinæ porcorum domeſticorum caſtratorum, & eis fortiores ſunt antiquæ. & vrina quidem caſtrati omnis generis, eſt debilior & ex [p] vrinis magis abſterſiua, eſt vrina hominis. *Natura.* Eſt calida & ſicca. *Operationes & proprietates.* Omnes abſtergunt, & vrina quidem hominis ponitur cum cinere vitis ſuper locum fluxus ſanguinis, & ſiſtitur. Vrina vero cameli confert furfuribus ablutione facta ex ea. & ſimiliter vrina tauri. *Decoratio.* Abſtergit morpheam. *Vulnera & vlcera.* Vrina aſini confert [o] vlceribus ambulatiuis, & humidis, & [o] vrina hominis etiã proprie antiqua, & confert excoriationi, & [o] prurituі,

Margin: E — A Ser. c. 243. — B Dioſc. lib. 3. c. 41. — B† —— — C† ſine — † Aſluan. — D Ser. c. 247. — E Dio. lib. 4. c. 73. — F — † Angiara. — F Ser. c. 150. — G Raſ. vlti. cont. — G t. 1. c. 752. — H† Beneſelegi. — I Ga. li. 6. ſim. 41. — H — K Raſ. t. 3. c. 21. — L G. li. 6. ſimpl. & Di. li. 4. c. 107. — L C. & D. ibi. — M Ser. c. 141. — N Dio. li. 4. c. 107. — O Dioſc. li. 1. c. 31. — † Baul. — P Gal. 10. ſimpl. fo. 75. d



A rituі, & [a] albaras, & pręcipue cum nitro, & aqua acetoſæ. & fæx [a] vrinæ ponitur ſuper eryſipilam, & cõfert linita [a] ſcabiei, & [a] ſahafath, & vlceribus verminoſis, & vlceribus [b] pedum ſuper quæ mingitur, & dimittitur donec ſanentur. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert doloribus neruoſis, & præcipue vrina caprarum domeſticarum, & montanarum, & proprie ſpaſmo, & extenſioni, & ſimiliter fit caputpurgium extenſioni. *Membra capitis.* [a] In vrina tauri cum diſſoluitur myrrha, & diſtillatur in aurem ſubtiliter, ſedat dolorem eius. Et ſimiliter vrina caprarum ſola, & cum myrrha. Et [a] vrina hominis antiqua prohibet fluxũ putredinis ad aures, & vrina cameli confert nocumento odoratus, & aperit oppilationes colatorij cum vehementi virtute. *Membra oculi.* [a] Coaguletur in vaſe æreo, & confert albugini, & ſcabiei, & proprie vrina puerorum, [b] †{& ſimiliter cocta cũ porris.} *Membra anhelitus & pectoris.* Vrina [a] infantium lactentiũ confert dilatationi anhelitus. *Membra nutrimenti.* Quidam homo ſpleneticus ſomniauit, quòd præcipiebatur ei in ſomno, vt vrinam ſuam biberet omni die tres pugillos, ſeu tres menſuras, quantum in palma manus incuruata continetur, & ſanaretur: qui expertus eſt illud, & inuenit mirabile. Et [a] vrina quidẽ hominis, & vrina cameli conferunt hydropiſi, & ea linitur ſplen præcipue cũ lacte cameli. & vrina [a] caprarum valet hypoſarcæ, earũ præcipuæ, quæ ſunt montanæ, & præcipue [a] cum ſpica boni odoris, & ſimiliter vrina antiqua porcorum in huiuſmodi eſt bona cum vino forti. *Membra expulſionis.* Vrina porci [a] frangit lapidem in renibus, & veſica, & prouocando educit ex ambobus, & [a] vrina aſini confert dolori renum. [c] †{Et vrina hominis decocta cum porris confert doloribus matricũ, quando ſedent in ea mulieres vnaquaque quinque dierum ſemel.} *Venena.* [a] Vrina hominis confert morſui viperæ bibita, & [d] effunditur ſuper eũ, & proprie viperæ petroſæ, & cum [e] nitro ſup̃ morſum canis rabioſi, & omni morſui, & puncturæ valet. Et quæ ex ea antiqua eſt confert venenis omnibus, & lepori marino.

[f] *De* †{*Viſco.*} *Cap.* 717.

Viſcus quid eſt. Eſt notus, & eius quidem fructus eſt ſimilis ciceri nigro, non ſyncere rotunditatis criſpum vel contractum habens corticem, frangibilis. eius autem minera eſt iuxta [f] arbores ferentes glandes & poma, & pira, & in eo ſunt virtus aerea, & aquea multiplicatæ valde. *Electio.* Qui ex eo bonus eſt, eſt [f] recens, planus, coloris [f] porri interius, [g] †{viridis} exterius: teritur, & lauatur, deinde coquitur. *Natura.* [h] Non calefacit niſi poſt moram longam, ſicut gũma rutæ agreſtis, & eſt debilior in ea in hoc. & in ipſo quidem eſt humiditas ſuperfluens non digeſta, & eſt calidus, & ſiccus in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt [f] reſolutiuus: reſoluit enĩ humiditates [h] groſſas ex profundo propter fortitudinem virtutis attractiuæ, & lenit. & dixerunt quidam non ineſt ei operatio in humiditatibus tenuibus. *Decoratio.* [f] Eradicat vngues malos, cum ſuper eos ponitur cum arſenico. *Apoſtemata & bothor.* Reſoluit apoſtemata frigida, & proprie confortatus cũ calce, & [h] †{ } confert eſſere, & plantæ noctis. *Vulnera & vlcera.* Lenit [i] †{ } vlcera antiqua, & [f] vlcera mala. *Inſtrumenta iuncturarum.* Lenit iuncturas cum tanta cera quantus ipſe eſt, & ſuo ęquali pondere de reſina pini. *Membra capitis.* Confert apoſtematibus frigidis poſt [f] aures miſtus cũ gumma pini & cera. *Membra nutrimenti.* Extenuat [f] ſplenem cum ponitur ſuper ipſum cum [k] †{aliquibus rebus ipſum confortantibus ſicut eſt calx.}

*De* †{*Verme.*}. i. [l] Cocco infectorio. *Cap.* 718.

Vermis quid eſt? Eſt vermis granæ, & eſt vermis tinctorũ, cuius virtus eſt, ſicut virtus ceruſſæ, veruntamen eſt ſubtilior, & magis vadens in profundum. quidam autem dixerunt, quòd colligitur hic vermiculus ex rebus pluribus, ita quòd colligitur [l] ex arboribus glandes ferẽtibus. *Natura.* Vermiculus granę recens infrigidatiuus eſt, & in ipſo eſt ſiccitas quantitatem habens. *Operationes & proprietates.* Vermiculus granæ, qui eſt vermis tinctorum, eſt purpureus, & exiccat ſine mordicatione. Et [m] Gal. quidẽ dicit, quòd in ipſo eſt ſtypticitas tẽperata. *Vulnera & vlcera.* [n] †{Vermiculus granæ confert vulneribus neruorũ tritus cum vino, aut aceto cum melle,} dicitur autem, quòd vermis plurium pedum, qui moratur ſub lagenis, ſecundum q̧ dicitur, cum bibitur ex eo aureus, remouet ſpaſmum, & alcuzez nocentes. *Membra capitis.* [o] Vermis plurium pedum, qui eſt ſub amphoris, cum teritur cum cortice granati, & cum oleo roſ. & diſtillatur in aurem, ſedat dolorem. *Membra anhelitus & pectoris.* [o] Vermis rubeus, qui eſt ſub vrceis aquæ, qui habet pedes plurimos, & cum tangitur, rotundatur, quando cum eo tangitur palatum cum melle, valet præfocationibus, & ſimiliter cum comeditur, confert aſthmati & dilatationi anhelitus, ſecundum quòd dicitur. *Membra nutrimenti.* Prædictus habens plures pedes, [p] confert icteritiæ bibitus cum vino *Membra expulſionis.* Vermis plurium pedum, qui eſt ſub ciſternis & vrceis [q] bibitus cum vino, eſt bonus difficultati vrinæ. *Venena.* [q] †{Vermis olerum contritus linitur ſuper puncturam vermium venenoſorum, & confert ei.}

[r] *De* †{*Vzifur.*} *Cap.* 719.

Vzifur quid eſt? dixerunt quidam, quod eius virtus eſt virtus ceruſſæ, & dixerunt alij virtus eius eſt, virtus atſedenegi. *Natura.* Verius eſt, vt ſit calidum & ſiccum, & vt quaſi ſint ambo in fine ſecundi. quod autem dicitur præter hoc, eſt dictum per ignorantiã. *Operationes & proprietates.* Apud quoſdam eius ſtypticitas eſt fortior, q̃ ipſius attractio, & apud alios eius attractio eſt fortior ſtypticitate ipſius. *Vulnera & vlcera.* Conſolidat vulnera, & generat carnẽ in vlceribus, & prohibet aduſtionem ignis, & veſicationem. *Membra capitis.* Prohibet corroſionem dentium.

De

Margin: A Dioſc. lib. 2. c. 73. — B G. 10. ſimpl. f. 75. d, & Raſ. vlt. conti. t. 1. c. 749. — B† —— — B — C† D. Quod in vrina ſubſidit feruefactum cũ cyprino inditumq́; , vuluæ dolores mulcet. ſtrãgulatus leuat. — D Raſis vlti. cont. t. 1 c. 749. — E Se. c. 438. & Raſ. aliter Dioſ. — F Dioſ. li. 3. c. 85. & li. 4. F. 6. t. 1. ſũ. 2. c. 33. dicit eẽ venenũ. — † Debach. — G† fuluus — H G. li. 6. ſim. 48. f — C — H† D. cum reſina & cera pari epynictidas in ſplenio ſanat. — I D. ex thure — k† D. calce, gagate, aut aſio lapide coctum & impoſitum. — † Dud. — L Dioſ. lib. 4. c. 39. Repetit. c. 198. — M Li. 7. ſim. fo. 51. h de cocco non de verme. — N† Raſ. vlti. cõti. t. 1. c. 740. & Dioſ. de cocco iſectorio non de verme ait, vulnerib⁹ neruis q́; præciſis, cõuenienter ex aceto tritũ illinitur. — D — O Dioſ. lib. 2 ca. 33. — P 198. & D. li. 2. c. 33 — Q c. 198 & D. l. 2. c. 33 — Q† Dio. li. 2. c. 51. Erucis, quæ in oleribus gignunt', cũ oleo perũcti, a venenatis beſtijs feri ri negantur. — R† Zengiefer. i. cinaprio.

[a]*De* † {*Vitro.*} *Cap.* 720.

E A Sera.c.772. † Zegiagi.

Vitrum quid eſt? Vitrum inter lapides, eſt ſicut ſtultus inter homines. declinat enim ad omnem tincturam, & tingitur ea, & frangitur, & abſcinditur cum eo. *Natura.* Calidum [a] eſt in primo, ſiccum in ſecundo. *Decoratio.* Abſtergit α dentes, & facit oriri pilos, quando cũ oleo ſambacino inungitur. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt ſtypticitas, & ſubtilitas. *Membra capitis.* Mundat furfures [b] quando cum eo fit ablutio, & α abſterguntur dentes. M*embra oculi.* Abſtergit oculum, & delet eius albuginem: & aduſtum eſt fortius. *Membra expulſionis.* Quod ex eo tritum eſt, & [c] aduſtum, confert valde lapidi veſicæ, & renum, cum bibitur cum vino.

*Infra* α *Supra* α B Raſ. vlti.conti. t.1.c.748. C Ga.li.de renum affectus cognitione.c.8.d

*De* [d] † {*Vua paſſa.*} *Cap.* 721.

Vua paſſa dicetur in [e] capitulo de Vua.

D † Zibib. E 726.

*De* [f] † {*Ventre.*}.i. interioribus tertij ventris.ſ. naturalis. *Cap.* 722.

F † kers. Repetit.c.718. G Raſ. vlti.conti. t.1.c.738.

Venter. *Operationes & proprietates.* Parui eſt nutrimenti, mali chymi, & ſimiliter, quod ſimilatur ei ex viſceribus, quãuis eius bona fiat digeſtio, veruntamen pluris eſt [g] nutrimenti, quàm pulmo. Chuanas autem auium, quando digeruntur, ſunt melioris nutrimenti, & plurimi, & præcipuæ gallinarum & anſerum. M*embra nutrimenti.* Eſt tardæ [g] digeſtionis.

† Karm. H Dioſ.lib.5.ca.1. I Li.4.c.161.

*De* † {*Vite*}.i. [h] Vinifera. *Cap.* 723.

F I † hortenſis ſolani.

Vitis quid eſt? Inquit [i] Dioſ. vitis ſylueſtris & montana, habet ramos longos, ſimiles illis quos facit vitis, & earum folia ſunt ſicut folia [i] † {vuæ lupinę domeſticæ,} ſed ſunt latiora. & flos eius piloſus eſt, & fructus eius eſt ſicut botrus, qui fit rubeus apud maturationem, & granum eius eſt rotundum, & comeduntur folia eius ſtatim, cum naſcuntur. *Operationes & proprietates.* Cinis ramorum eius ponitur in medicinis cauterizantibus. & oleum vitis eſt ſicut oleum roſ. veruntamen nõ eſt in eo illius ſubtilitas. & oleum quidem muſti eſt ſedatiuum, & calefactiuum. & flos ſylueſtris eſt vehementis ſtypticitatis. *Decoratio.* [h] Lachryma eius valet ſuper verrucas formicales, & [k] vitis quidem ſylueſtris [k] † { } abſtergit pannum & lentigines. ſed domeſtica eſt debilis. & [h] lachryma ſylueſtris forſan eradicat pilos cum oleo, & [k] proprie, quæ aſſumitur ex ramis eius recentibus cum inflammatur, & oleum eius eſt fortius omnibus oleis. *Vulnera & vlcera.* [h] Lachryma vitis eſt bona ſcabiei, & impetigini, & fructus vitis ſylueſtris prohibet apoſtemari vulnera. *Inſtrumenta iuncturarum.* Cinis [l] vinaciæ eius, quod remanet, cum aceto confert torſioni neruorum, & cinis ramorum eius cum oleo, ponitur ſuper contuſionem lacertorum, & mollificationem iuncturarũ, & quandoq; bibitur cinis eius propter caſum, & oleum muſti eſt bonum doloribus lacertorum, & neruorum, & latitudini. *Membra capitis.* [h] Folia eius & pampini ipſius ponuntur in emplaſtro ad ſoda calidam. & radix vitis nigræ, & albæ, & ſylueſtris, eſt ex ſumma medicinarum abſtergentium ſordes auris, & eſt ex medicinis conferentibus ſurditati, & cortex eius, quæ ſylueſtris eſt G cum melle ſanat [l] gingiuam ſanguineam. *Membra oculi.* Folia vitis cum ſauich hordei more emplaſtri ſuperpoſita oculo, prohibent fluxus ad ipſum. M*embra anhelitus & pectoris.* Succus foliorum domeſticæ [h] confert ſputo ſanguinis, & ſimiliter fructus ſylueſtris bibitus. M*embra nutrimenti.* Emplaſtrum factum ex [h] folijs & filis eius cum ſauich hordei, valet apoſtemata ſtomachi, & inflationem eius. & ſuccus foliorum eius confert dolori ſtomachi ex caliditate. & [l] † {quando bibitur radix eius cum aqua ſylueſtris, aut vino, confert hydropiſi, & ſolutione educit aquam.} & fructus vitis ſylueſtris eſt bonus ſtomacho, & nauſeæ, & cõturbationi, & acetoſitati tibi. *Membra expulſionis.* Succus [h] foliorum eius eſt conueniens dyſenteriæ, & dolori ſtomachi ex caliditate, & eius [h] lachryma, quæ eſt ſicut gumma, bibitur cum vino, & frangit lapidem. & cinis [h] eius, quod remanet poſt expreſſionẽ cum aceto, ponitur ſuper hæmorrhoidas, & mora, & fructus eius bonus eſt ano: prouocat enim & ſtringit. *Venena.* Cinis [h] eius, quod remanet eſt theriaca morſui viperę.

k Dioſ. li.4.c.161. K † vua

L Raſis vlti.conti. t.1.c.745.

L † Di.li.4.ca.161. ferueſacta radix vitis ſylueſtris in aqua, & cyathis duobus vini aquamarina diluti, pota, alui more ciet, io hydropicis datur,

*De* † {*Volubili*}.i. [m] Hedera. *Cap.* 724.

† Leblab. M Ga.7.ſimpl.ſ.d. Repetit.c.169.

Volubilis. *Natura.* Eſt æqualis ad caliditatem quandam declinans, & ſiccitatem non plurimam, & eſt lenificatiua, & apud Alcanzi eſt frigida. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiua, aperitiua: Et nota, quæ nominatur funis pauperum, conſtat [m] ex terreitate conſtrictiua, & aqueitare lenitiua & acredine ignea, ſed exiccatio deſtruit aqueitatem eius, & in ipſa eſt mundificatio. Decoratio. H [m] † {Lac} volubilis magnæ abradit pilos, & [n] interficit pediculos. *Vulnera & vlcera.* Folia funis pauperum recentia [m] conuenientia ſunt vulneribus magnis, conſolidando ea decocta in vino, & conferunt more emplaſtri appoſita, [o] aduſtioni ignis, & proprie cum cerato, & ad hoc non eſt ei par. *Membra capitis.* Diſtillatur ſuccus eius in aurem doloroſam cum cotto & proprie cum oleo roſ. præcipue quando eſt apoſtema calidum, & confert [o] ſoda antiquæ. & [m] ſuccus eius cõfert materici effuſæ ad aurem antiquæ, & [m] vlceribus antiquis in ea. *Membra anhelitus & pectoris.* Eſt bona pectori, & pulmoni, & mundificat aſthma. *Membra nutrimenti.* Aperit oppilationes hepatis, & folia [m] eius cum aceto ſunt bona ſpleni. *Membra expulſionis.* Aqua eius ſoluendo educit choleram aduſtam: & quando non decoquitur, eſt fortior, & dicitur, quòd ſpecies volubilis mala ſoluit ſanguinem.

M † D. Lachryma N Cap.169. & Di. lib.2.c.171. O Cap.169. & Di. lib.2.c.171. & Ga. ibidem.

*De* † {*Virga paſtoris.*}.i. [p] Poligono, ſeu ſanguinaria. *Cap.* 725.

† Haſſa alrhai. P Dioſ.lib.4.c.4.

Virga paſtoris quid eſt? Eſt albatbat, & eſt maſculus & fœmina, ſed maſculus eſt fortior. *Operationes & proprietates.* In ipſa eſt ſtipticitas, ſed pars aquea in ipſa eſt plurima, & propter multitudinem repulſionis materierum effuſarum exiſtimant, quod eſt exiccatiua, & propter illud prohibet fluxum.



A fluxum. *Apoſtemata & bothor.* Fit ex ea emplaſtrum phlegmoni, & [a] eryſipile, & [a] formicæ, & eſt valde conferens apoſtematibus vlceratis. *Vulnera & vlcera.* Conſolidat vulnera [a] recentia. *Membra capitis.* Succus eius interficit vermes auris, & [a] exiccat vlcera eius. *Membra anhelitus & pectoris.* Aqua eius confert [a] ſputo ſanguinis. M*embra nutrimenti.* Fit ex ea infrigidata [a] emplaſtrum ad inflammationem ſtomachi. *Membra expulſionis.* Prohibet fluxum [a] ſanguinis ex matrice, & ſanat vlcera [a] inteſtinorum. Et [b] Dioſ. quidem exiſtimauit, quòd ipſa prouocat vrinam, & ſanat illum, qui retinet eam, & non poteſt mingere.

A Dioſ.lib.4.c.4. B Li.4.c.4.

[c]*De* † {*Vua.*} *Cap.* 726.

C Dioſ.lib.5.ca.2. † Haneb. D Raſ.vlti. conti. t.1.c.754.

Vua. *Electio.* Alba [d] laudabilior eſt, quàm nigra, cum æquantur in reliquis proprietatibus ſpiſſitudinis, & ſubtilitatis, & dulcedinis, & reliquorum, & dimiſſa poſt collectionem duobus diebus, aut tribus melior eſt collecta in eadem die. *Natura.* Cortex vuæ frigidus eſt & ſiccus tardæ digeſtionis, & quod in ipſo continetur eſt calidum humidum. & grana ipſius ſunt frigida ſicca. *Operationes & proprietates.* [c] Collecta in eadem hora eſt inflatiua. & [c] ſuſpenſa donec detumeſcat cortex, eſt boni nutrimenti, & eſt confortans corpus, & eius nutrimẽtum eſt ſimile nutrimento ficuũ in paucitate malitiæ, & eſt plurimi nutrimenti, quãuis ſit minus nutrimento ficuum. & matura minoris eſt nocumenti, quàm non matura. & quando non digeritur vua, eius nutrimentum eſt cru- B dum: & nutrimentum quidem vuæ cum ſua diſpoſitione plus eſt nutrimento ſucci eius, ſed ſuccus eius eſt velocioris penetrationis, & deſcenſionis. & vuam ſtypticã ſperatur, quòd reſoluat appenſio. acetoſa vero non eſt ita. *Membra nutrimenti.* Vua paſſa eſt amica [e] hepati & ſtomacho. *Membra expulſionis.* Vua & vua [d] paſſa cum ſuis interioribus bonæ ſunt doloribus inteſtinorũ. & vua paſſa confert [c] renibus, & [c] veſicæ. & vua quidem in eadem hora collecta mouet ventrem & inflat. & omnis vua nocet [c] veſicę.

E lib.3.Fen.14.t.2. c.5.

*De* † {*Venis tinctorum*}.i. [f] Chelidonio maiori. *Cap.* 727.

† Haruchſubagin. F Dioſ.li.2.c.173. Repetit.c.195.

Venæ tinctorum. *Natura.* Sunt calidæ & ſiccæ, declinantes ad ſecundum. *Operationes & proprietates.* In ipſis eſt abſterſio fortis. *Membra capitis.* Confert earum [f] maſticatio dolori dentium. M*embra oculi.* Succus earum eſt bonus in [g] acuendo viſum, & abſtergendo, quod eſt coram pupilla de aqua & albugine. M*embra nutrimenti.* Confert [f] ictcritiæ factæ ex oppilationibus, & proprie cum aniſo & vino albo.

G G.8.ſim.fo.63.g

*De* [h] † {*Ventribus.*} *Cap.* 728.

H † Chuanas. Repet.722.

Ventres. *Operationes & proprietates.* Ventres auium pluris ſunt nutrimenti, & illi, qui ſunt gallinarũ non digeruntur velociter. M*embra nutrimenti.* [i] Exiſtimauerunt, quòd tunica interior ventrium exiccata confert ori ſtomachi, & dolori eius. Filius Meſaugue & proprie ventris galli.

I G.11.ſim.de ventre.80.a, & Di.li.2. c.41.

[k]*De* † {*Vulpibus.*} *Cap.* 729.

k G li.11.ſim.82.h C † Thaleb.

Vulpes. *Operationes & proprietates.* In ipſa eſt reſolutio, & eius pellis eſt calidior pelliũ, & eius quidem pelle iuuantur humectati propter ipſius reſolutionem. *Inſtrumenta iuncturarum.* [k] Quando vulpes coquuntur in aqua, & embrocantur iuncturæ doloroſæ ex ea confert vehementer. & ſimiliter oleum quando viua decoquitur in ipſo, immo hoc eſt valde fortius. & oportet quidem vt prolongetur eius ſeſſio in ipſo: & melius eſt vt ſit poſt euacuationem, & purgationem, vt non attrahat cum fortitudine ſuæ attractionis & reſolutionis humores ad iuncturas. & quando euacuatur corpus poſt illud, non attrahitur ad iuncturas aliquid, quòd ſi redeat, erit leue. & ſimiliter adeps vulpis quandoq; attrahit aliquid plus eo, quod reſoluit, & quandoq; decoquitur in oleo viua, & quandoq; decoquitur in ipſo decolata. & quæcunq; ambarum adminiſtretur, reſoluit illud, quod eſt in iuncturis. *Membra capitis.* Eius [l] adeps ſedat dolorem auris, & qñ in ea diſtillat. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius [l] pulmo ſiccus confert aſthmaticis valde, & eius potio eſt põdus.ʒ.i.

L Dioſ.lib.2.c.35. de pulmone.

*De* † {*Veſpertilione*}.i. [m] Sanguine veſpertilionis. *Cap.* 730.

† Chafas. M G.10.ſimp.73.a M † Sanguis.

Veſpertilio quid eſt? dicitur, quòd ſizarach eſt lac eius, & dicitur, quòd eſt vrina ipſius. *Natura.* Sizarach eſt abſterſio, & vehemens calefactio. *Operationes & proprietates.* [m] † {Vnguentum} veſpertilionis prohibet [m] mamillas puellarum à magnificatione: & prohibet eorum pilorum, ſecun- D dum q; dicitur [m] ſed nõ eſt verum. M*embra oculi.* [n] Cerebrum eius melle confert principio aquæ deſcendentis in oculũ: & eius cinis [n] acuit viſum, & ſceirazirac confert [n] vngulæ, & [n] albugini.

M a Galeno, N Raſis vlti.cont. t.1.c.741.

*De Vbere.* *Cap.* 731.

O G.li.de cib. boni & mali ſucci.c. 4.h.a

Vber. *Natura.* Eſt frigidum & ſiccum in quo non ſunt nerui magni. *Electio.* [o] Nutrimentũ vberis pleni lacte, quando digeritur, propinquum eſt nutrimento carnis, et illud eſt in melius [o] in quo eſt lac, et præparatum cum ſpeciebus aromaticis, quoniam ipſe velociter faciunt deſcendere ipſum [c] et quod eſt de animali bonæ carnis, boni humoris, groſſi, fortis.

[p]*De* † {*Vngula.*} *Cap.* 732.

P Dio.lib.2.ca.37. † Dale.

Vngula quid eſt. Cum ex cinere vngulæ caprinę cum aceto linitur [p] alopecia, confert valde.

Litera. X.

*De* † {*Xiloaloe.*}.i. [q] Agallocho *Cap.* 733.

† Haud. Q Dioſ.lib.1.c.21. Repetit.c.14.

Xyloaloe. *Electio.* Melior ſpecies xyloaloes eſt almundiliũ. et aſportatur de medio regionis Indiæ [q] ſecundum quoſdam, deinde eſt illud, quod dicitur indum, et eſt mõtanũ et eſt melior

melior quam almundilium, quoniam non generat pediculos, & eius odor eſt magis imprimens, E & remanens in indumentis ſeu in veſtibus. Quidam tamen homines ſunt, qui non diſcernunt inter mundilium, & indum bonum. & de meliori xyloaloe eſt alſemenduri, quod eſt ex regione Indiæ dicta ſefale, deinde xyloaloe dictum alchameri, quod eſt ex regione Indiæ dicta ſefale, & aloe alſanſi, & eſt ſpecies [a] xyloaloes de regione ſefalæ Indiæ, & poſt illud eſt aloe alchacheli & alberi, & aloe de regione cathae, & xyloaloe ſyni & nominatur caſmuri, & eſt humidum dulce, & inferius illo eſt algelali & almebethai, & alluaſi, & alrithani. ſed almundilium totum eſt bonum. deinde melius de alſemenduri eſt variũ, ponderoſum, & durũ plurimæ aquæ, groſſum in quo nõ eſt albedo, & remanens ſuper ignẽ. Quidã vero extollunt nigrũ ſuper variũ. & melius alcumari eſt nigrum, mundũ ab albo, ponderoſum, remanens ſup ignẽ, groſſum plurimæ aquæ. i. plurimi & boni ſplẽdoris, & vniuerſaliter melius xyloaloe eſt illud, quod magis ſubmergitur in aqua. natans vero eſt priuatũ vita, & ſpiritu, & eſt malum. & xyloaloe quidẽ eſt venæ arboris, quæ eradicantur. & [a] ſepeliuntur in terra donec earum lignum, & cortex putreſiant, & remanet xyloaloe purum. *Natura.* [a] Calidum eſt & ſiccum in ſecundo, ſicut exiſtimo. *Operationes & proprietates.* Eſt ſubtile, aperitiuum oppilationum, frangitiuum ventoſitatum, remouens ſuperfluitates humiditatum. & confortat viſcera & omnia membra. *Decoratio.* Maſticatio eius facit oris [a] odorem bonum. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confortat neruos, & acquirit eius vnctuoſitatem, & viſcoſitatem ſubtilem. *Membra capitis.* F Xyloaloe confert [b] cerebro valde, & confortat ſenſus. *Membra anhelitus & pectoris.* Confortat, & lætificat ipſum. *Membra nutrimenti.* Si bibatur de [a] xyloaloe pondus. ʒ. i. 5, remouet humiditatem putrefactam ſtomachi, & confortat ipſum, & [a] hepar. *Membra expulſionis.* In ipſo eſt virtus [a] conſtringens naturam & confert [a] dyſenteriæ & proprie melancholicæ.

A Ser.c.197.
B Dio.li.1.c.21.

## Litera. Z.

[c] De † { *Zedoaria.* } *Cap.* 734.

Zedoaria quid eſt? Portiones ſimiles ariſtolochiæ, minores tamen ea, & eſt in ſua virtute. Et melior quidem eſt illa, [d] quæ cum napello creſcit, & eius vicinitas debilitat plantam napelli. Filius Meſaugue dixit, quòd ipſa in opatione ſua eſt ſicut durunigi. Veruntamẽ eſt debilior ea. dico autem, quod ſi ipſe voluit per hoc, quod zedoaria eſt debilior ea, tunc iam errauit ſecundum quòd exiſtimauit. & ſic voluit per hoc, quòd durunigi eſt debilior, tunc non elongatur illud. Apud me vero non conſtat, quod filius Meſaugue cum huius diſcretionem expertus eſt, habuerit in hac conſideratione electionem pertinentem pectori firmo propter ſermonẽ eius. Et iam ſciuerunt, [d] quòd zedoaria reſiſtit napello: quomodo ergo eſt debilior durunigi? *Venena.* G Eſt theriaca [e] venenoſorum omnium, viperæ, & [e] napelli, & aliorum. *Permutatio.* Triplum ponderis zurumbet ponitur in theriaca.

† Giedoar.
C Ser.c.171.
† Videtur confundere hoc capu. cum ca. de zurumbet.
D Cap 493. & li. de viri. cor. t.1. lia. G.
D. Raſ. 35. cont. t.1. c.1.493.3.
E c.493. & l.4. fen. 6. ſum. 1. c.1.

De † { *Zingibere.* }. i. [f] Gingibere, *Cap.* 735.

Zinziber quid eſt? Notum eſt, & eſt ſimile piperi in naturis ſuis. ſed non [g] ineſt ei ipſius ſubtilitas, & accidit ei, vt [g] corrodatur propter humiditatem ſuam ſuperfluam. & propter illud calefactio eius durabilior eſt calefactione [g] piperis, & illud eſt propter ſpiſſitudinem ſuam etiam, ſicut [h] in naſturtio, & ſinapi, & gumma rutæ agreſtis. *Natura.* Calidum eſt in fine tertij, ſiccum in ſecundo. & in ipſo eſt humiditas ſuperflua, & [i] conditum calidum eſt & ſiccum, & nõ eſt in ipſo multitudo humiditatis ſuperfluæ. *Operationes & proprietates.* Eius caliditas eſt fortis, ſed nõ [g] calefacit niſi poſt tempus, propter illud ꝙ in ipſo eſt de humiditate ſupflua, ſed eius calefactio eſt fortis. Eſt lenitiuũ reſolutiuum inflationis, cum ergo conditur mel accipit quiddam humiditatis eius ſuperfluæ, & exiccat plurimum. *Membra capitis.* Augmentum efficit in [i] ſeruatione. & abſtergit [i] humiditatem à partibus capitis, & gutturis. *Membra oculi.* [f] Abſtergit tenebroſitatem oculi propter humiditatem ſuam facto ex eo alcofol, & bibitum. *Membra nutrimenti.* [i] Digerit, & conuenit frigiditati hepatis, & [i] ſtomachi, & exiccat humoroſitatem ſtomachi. & quod accidit in eo ex humiditatibus, & comeſtione fructuum. *Membra expulſionis.* Excitat [k] coitum nutritum, & non nutritum, & [f] lenit ventrem leuiter. dixit Alcanzi. immo retinet. Ego autem dico, cum fiunt à malitia digeſtionis, & lubricitate humoris viſcoſi. *Venena.* Confert venenis [k] vermium venenoſorum. H

† Zinzibil.
F Dio li.2 c.151.
G Gale.8. ſimp.fo. 47.h
H G.lib.6.ſimpl. 48.a
I Raſis vlti.conti. t.1.c.761.
K Ser.c.316.& Ra.

[l] De † } Zurumbet. } *Cap.* 736.

Zurumbet quid eſt? Eſt lignum ſimile cypero, ſed eſt maius & minus odoriferum. *Natura.* Calida eſt & ſicca in tertio. *Operationes & proprietates.* [m] Reſoluit ventoſitates. *Decoratio.* Eſt [m] impinguatiua, & abſcindit [m] odorem vini, & aliorum, & ceparum. *Membra anhelitus & pectoris.* Eſt lætificatiua confortans cor. *Membra nutrimenti.* [m] Retinet vomitum. *Membra expulſionis.* [m] Stringit naturam, & confert ventoſitatibus matricum. *Venena.* Confert [m] mordicationi venenoſorũ vermium valde, ita [m] vt propinqua ſit zedoariæ. *Permutatio.* Ponitur loco eius in venenoſis quãtum ipſa & medietas eius de durungi, & duæ tertiæ ponderis eius de taraxacon ſyluestri, & medietas ponderis eius de granis citri.

† Videtur confundere hoc cap. 9. cũ de zedoaria.
L Ser.c.172.& Raſis vl.cont. t.1.c.7..
† Zurumqad.
M Raſis vlt.cont. t.1.c.765.

De [n] † { *Zinzibere canino.* } *Cap.* 737.

Zinziber caninum quid eſt? Eſt olus notum, & eſt ſicut piper aquæ. & eius folia ſunt ſicut folia kaleſ, niſi quia ſunt magis citrina, & eius virgulta ſunt rubea, habentia ſaporem zinziberis, & ipſum

N † Zinzibil alchel.



A ipſum interficit canes. *Natura.* Calidum eſt in ſecundo, ſiccum in primo. *Decoratio.* Recens contritum cum ſemine ſuo abſtergit veſtigia, quæ ſunt in facie, & pannum, & lentigines antiquas. *Apoſtemata & bothor.* Recens reſoluit apoſtemata dura, quando teritur cum ſemine eius & fit ex eo emplaſtrum ſimiliter.

De † { *Zarnabo.* } *Cap.* 738.

Zarnabum quid eſt? Arbor magna, & non fructificans, exiſtens in monte libano de ſcemi, cuius folia adminiſtrantur, & eius virgulta ſunt virgulta parua, rotundæ figuræ inter groſſitiem magnæ acus, qua ſubſellia ſuuntur, & groſſitiem calami cum quo ſcribitur, nigra ad citrinitatem declinantia, quæ non habent multum ſaporem, neq; odorem. & parum odoris quem habent, eſt bonum, & eſt odor citri & virtus eius eſt virtus nucis muſ. ſed eſt ſubtilior ea parumper, & quandoq; ſtat loco cinnamomi. *Natura.* Calida eſt & ſicca in ſecundo. *Operationes & proprietates.* In ipſa eſt ſtypticitas, & reſolutio ventoſitatum. *Membra capitis.* Fit ex ea caputpurgium cum aqua, oleo roſa. ad ſoda frigidam. *Membra nutrimenti.* [a] Confert hepati, & ſtomacho [a] infrigidatis. *Membra expulſionis.* [a] Stringit ventrem.

† Zarneb.
A Raſ.t.3.c.34.

De † { *Ziniar.* }. i. [b] Aerugine raſili. *Cap.* 739.

Ziniar quid eſt? Species faciendi ziniar ſunt cum putredine æris in fæce aceti, & ratione limaB turæ eius cum aceto, & ſepultura ipſius in loco humoroſo. Et inclinatur vas æreum ſuper vas in quo eſt acetum, & dimittitur quouſq; in ipſo fiat ziniar, deinde fricatur ziniar ex eo, & permiſcetur cum ſale ammoniaco, & ſepultura eius in loco humoroſo eſt nota. & fit ex ziniar ſpecies ſubtilis valde. Aſſumitur enim acetum ſublimatum, & ponitur in mortario æreo, cum piſtello ex ære, & ſine intermiſſione teritur in ſole calido, æſtiuo, donec accidat putredo dicta althecheregi. deinde ponitur in ipſo alumen, & ſal cum menſura, & ſine intermiſſione teritur. Cumq; conficitur illud, quod teritur, aggregatur, & exiccatur, & aſperguntur ſuper ipſum acetum, & vrina infantiũ, & teritur, & dimittitur in loco humoroſo. deinde aggregatur, & exiccatur: & quandoq; inuenitur ziniar, quod generatur ſuper lapidem in mineris æris. & quandoq; inuenitur aliquid ex eo in mineris. *Electio.* Illud quod eſt melius, eſt minerale, & fortius: quod eſt aſſumptum ex ſcorijs, & ære aduſto, & acetoſum eſt leuius eo, quod factum eſt cum ſale ammoniaco. *Natura.* Calidum eſt & ſiccum ad quartum perueniens. *Operationes & proprietates.* Eſt abſterſiuum, corroſiuum [c] carnis duræ, & lenis ſimul, acutum: ſed ceratum temperat ipſum, & facit ipſum deſiccatiuum ſine mordicatione. *Vulnera & vlcera.* Prohibet vlcera [b] ambulatiua, & conſolidat cum cerato, & mundat [b] vlcera ſordida, & ipſum cũ glutine alinbat & nitro [c] † { } eſt medicamẽ [b] ſcabiei vlceroſę, et albaras, & morpheæ. *Membra capitis.* Alziniar factum cum ſale ammoniaco, & alumine, & aceto C cum teritur, & ſufflatur in naribus, & impletur os aqua, vt non perueniat ad guttur, prohibet fœtorem narium, & vlcera mala in ipſis. & ziniar ferreum cum aceto ſtringit [b] gingiuas, & fit ex ipſo ceratum ad apoſtemata [b] gingiuarum, & ſimiliter ziniar æreum. *Membra oculi.* Prohibet [b] groſſitudinem palpebrarum, & earum groſitiem, & abſtergit oculum. & ponitur in medicinis vlcerum oculi, & prouocat [b] lachrymas valde. Cumq; ziniar adminiſtratur in alcoſol, rectius eſt vt [b] oculus vaporetur ſpongia infuſa in aqua calida. *Membra expulſionis.* Ponitur in medicinis hæmorrhoidarum, [d] † { & fit ex ipſo, & ammoniaco licinium, & adimplentur eo hæmorrhoides. }

† Zengiar. i. viride æris.
B Dioſ.lib.5. c.45.
C Ga.9.ſimp.69.d
C † & ære
D † D. callum fiſtularum erodunt, cum ammoniaco, collyrii modo ĩ eas adactę.

[e] De † { *Zufere.* } *Cap.* 740.

Zufere quid eſt? Arbor cuius granum ſimile eſt alaniuden, quæ dicitur alhaze, & eſt ſimilis rutæ & dicitur dinaruie. *Natura.* Calida eſt & ſicca. *Operationes & proprietates.* [f] Reſoluit inflationem. *Membra expulſionis.* Radix eius & ſemen in exiccatione ſpermatis, ſunt ſimilis virtutis cum ruta. *Venena.* Confert [f] puncturæ ſcorpionis bibita & linita.

E Cap. 216. & 338.
† Zufara.
F Raſis vlti. cont. t.1.c.764.

[g] De † { *Zerideraet.* } *Cap.* 741.

Zerideraet. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert [g] ſciaticæ. *Membra expulſionis.* Aqua foliorum eius cum rob confert [g] difficultati vrinæ, & menſtruorum, & extrahit fœtum & [g] ſanguinem congelatum in veſica. *Venena.* Confert [g] morſui venenoſorum vermium.

G Raſ. vlti. conti. t.1.c.760.
† Zerindaracth, & eſt arbor, de quo ſupra dictũ eſt in cap. azadaracht.

D De † { *Zarur.* }. i. [h] Meſpilo Azarolo. *Cap.* 742.

[h] { Zarur quid eſt? Alzarur alia eſt nota, & nominatur habens ariſos triãgulatos Latinorũ. et ex zarur eſt ſpecies quã nominant Græci teſelimon, & ſentabinum, & quandoq; nominant eam malum ſylueſtrem. Arbor enim eius ſimilis eſt arbori malorum, ita quòd etiam in folijs ſuis, niſi quia minor, & eſt ſaporis pontici. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtyptica, quæ eſt magis ſtyptica, quàm algobera, vincens cholera, & retinet curſus plus omni fructu. *Membra capitis.* Teſelimon eſt faciens ſoda. *Membra nutrimenti.* Teſelimon eſt mala ſtomacho. *Membra expulſionis.* Stringit, & non retinet vrinam. }

H † D. Meſpilus, quę à nonnullis aronia vocatur, ſpinoſa arbor eſt, folio acutæ ſpinæ. fert pomum ſuaue, exiguum, tribus intus oſſiculis, qua ex cauſa id nonnulli tricoccon appellauere, eſu adſtringit ſtomacho gratum eſt, aluumq́ue ſupprimit.

Dioſ. Alterum Meſpili geuus in Italia naſcitur, quod aliqui ſetanium, alij epimelida vocant, arbor foliis mali, ſed minoribus. pomum fert rotundum, eſui aptum, vmbilico latiore, quod adſtringit ſeroq́; matureſcit.

Confundit, accipit. n. epimelida pro meſpilo, de quo vide Ga. 6. ſimplic. 47. d. de epimelide, & de ſucc. boni. c. 8. f, de meſpilo.

H Dioſ. lib.1.c.133.
Videt aliquo modo repetere. c.315.

De Zeduar. *Cap.* 743.

Zeduar quid eſt? Inquit Dioſ. Eſt algieduar. i. zedoaria, ſecundum [i] quòd exiſtimo.

I Cap.734.

De Zahara.

*De* † {*Zahara*}.i. [a] Antylli. *Cap.* 744.

De aqua in matrice. *i. Vteri hydrope* 25
De ſignis 26
De cura 27
De inflatione in matrice, & cognitione eius 28
De cura 29
De ventoſitate matricis 30
De cura 31

FEn. 22. de ægritudinibus in extremitatibns membrorum, q̃ habet duos tractatus.

TRACTATVS I. *De eo quod accidit eis de nocumentis quantitatis & ſitus continens capitula* 18.

De forma zirbi, & duorum ſiphac Cap. 1.
De ruptura, & his quæ aſſimilantur ei 2
De ſignis 3
De cura 4
De curatione rupturarum inteſtini, & zirbi. *i. enterocelis & epiplocelis* 5
De ruptura aquæ. *i. hydrocelis* 6
De cura rupturæ ventoſitatis 7
De cura ramicis carnis, & varicoſę 8
De eminentia vmbilici 9
De ſignis 10
De cura 11
De gibboſitate, & vẽtoſitate groſſa cauſante gibboſitatem. 12
De ſignis 13
De cura gibboſitatis, & ventoſitatis groſſę facientis gibboſitatem. 14
De varicibus 15
De elephantia, *ideſt tumore pedum* 16
De ſignis 17
De cura varicũ, & elephantiæ 18

TRACTATVS II. *De doloribus horum membrorum continens Capitula* 31.

De dolore dorſi Cap. 1.
De ſignis 2
De cura doloris dorſi 3
De dolore ilij 4
De doloribus iuncturarũ, & eis, quæ communicant podagræ, & ſciaticæ, & alijs 5
De ſignis 6
De curationibus dolorum iuncturarum, & podagræ, & ſciaticę 7
De ſolutione eorum 8
De potionibus ad ſolutionem faciendam, & de illis, quæ conferunt eis
De emplaſtris iuuatiuis ad dolores iuncturarum groſſi humoris, & eorum, quę ſunt in via, vt conuertantur in lapideitatem. 9
De vnctionibus in huiuſmodi intentione prædicta 10
De embrocis in illa intentione 11
De balneationibus ad huiuſmodi 12
De ſedatiuis doloris calidis leuibus 13
De narcoticis ſedantibus dolorem 14
De curatione ventoſi 15
De regimine cauterij ad eos 16
De cura calidi doloris 17
De epithematibus 18
De ſolutiuis 19
De cura iuncturarum exiccatarum, & conuerſarum in lapideitatem 20
De cura alachad alzemena, ideſt eius, qui ſedet, & non poteſt ſtare 21
De cautela ad dolores iuncturarum 22
De cura ſciaticæ 23
De embrocis, & tinis 24
De epithematibus, & emplaſtris 25
De bothor iuncturarum nominatis grana albotin 26
De dolore calcanei 27
De debilitate pedis 28
De doloribu s vnguium, & attritione earum 29
De inflatione vnguis, & pruritu in ea 30

*Tabulæ capitulorum tertij libri finis.*



# DICTIO PRIMA DE VNIVERSIS CAPITIS AEGRITVDINIBVS TERTII LIBRI CANONIS IN MEDICINA.

## Tractatus Primus de Anatomia cerebri, & diſpoſitionibus eius.

### *De vtilitate capitis & partibus eius.* *Cap. I.*

A Li. 8. de vſu par. c. 5. ſ. a

INQVIT [a] Galenus. Intentio in creando caput non eſt cerebrum: neq; auditus, neq; odoratus, neq; guſtus, neq; tactus. Hæc enim membra, & virtutes in animalibus reperiuntur capite carentibus. Sed intentio in ipſo eſt bonitas diſpoſitionis oculi in operationibus ſuis, propter quas ipſe eſt creatus, & vt oculus habeat locum ſpeculationi ſeu proſpectioni proportionatum & ſublimatum ſuper omnia mẽbra corporis in omnibus partibus.
B Comparatio nanq; oculi ad corpus eſt propinqua comparationi ſpeculatoris ad exercitum. Et locorum quidem, qui ſpeculatoribus eſt melior, & conuenientior, locus eſt altus. Et iterũ omni oculo non eſt neceſſarium creare caput abſolute: ſed animali lenem habẽti oculum, cuius oculus indiget multa cautela ſeu cuſtodia & loci tutela. Nam pluribus animalibus capitibus priuatis duo ſunt creata additamẽta à corpore ſublimata: ſuper quæ oculi eorum decenter conſtituti ſunt: vt ipſorum vnuſquiſq; ſpeculationem & ſublimationem ſuo habeat viſui. Amplius in operationibus oculi vel in proſpectionibus oculi ipſorum non eſt caput creare neceſſarium, propter duritiem [a] †{muclæ} ipſius. Et neque caput eſt neceſſarium creare, niſi animalibus quorum oculi capacitate & coopertura eos tuente indigent. & quibus neruos aduenire neceſſe eſt: propter diuerſitatẽ motuum [a] †{muclæ} & palpebrarum. nam huiuſmodi non eſt conueniens neruus vnus elongatus gracilis. & nos quidem perſcrutabimur illud in * capitulo de oculo. Partes vero capitis eſſentiales, & quæ eas ſequuntur, ſunt capilli, deinde cutis, poſtea caro, deinde panniculus, poſtea craneum, deinde panniculus durus, poſtea panniculus ſubtilis nominatus ſecundina: deinde cerebrum, ſcilicet ſubſtantia eius, & ventres ipſius, & illud, quod in eis exiſtit: poſtea duo
C panniculi ſub eo, deinde rete, poſtea os quod eſt cerebri baſis.

A† cutis

* 1. t. 2. F. 3.

### *De anatomia cerebri.* *Cap. 2.*

B Gal. li. 3. loc. aff. c. 9. f

C Lib. 1. doc. 3. c. 2. & Ariſto. lib. 2. de part. animaliũ. c. 7. & Gal. li. 2. de tpa. c. 6. ſo. 20. f

D Li. 8. de vſu par. c. 6. b

CErebri autem hominis anatomia eſt hæc. Cerebrum enim diuiditur in ſubſtantiam velatiuam, & ſubſtantiam medullarem, & ventres in ſpiritu plenos. Nerui vero ſunt ſicut virgulta ab eo prodeuntia: non tamen ſm ꝙ ſunt partes ſubſtantiæ ipſius proprie. [b] Et totum quidem cerebrum in ſui longitudine meditationem habet penetrantem in ipſius ſiphac, & medullam eius, et eius ventres: propter illud, quod in parilitate de iuuamento noto exiſtit: & ſi ſit parilitas in ventre anteriore ſolum ſenſui magis apparens. Cerebri vero ſubſtantia creata eſt [c] frigida & humida. Frigida quidem ne ipſum inflammaret multitudo, & quæ ei aduenit ex fortitudinibus motuum neruorum, & paſſionibus ſenſuum, & motibus ſpiritus in alterationibus imaginatiuis, & cogitatiuis, & memorialibus: & vt eo temperetur ſpiritus à corde egrediens, & ad ipſum penetrans in duabus venis aſcendentibus ab eo ad ipſum. Et humidum quidem creatum eſt, vt ipſum motus non exiccent: & vt eius figura ſit bona. Et creatum eſt pingue & lene. Eius autem pinguedo eſt: vt ſit quod ex neruis oritur viſcoſum. Et lenitatis quidem cauſam dixit, [d] Gal. in ipſo exiſtere, vt eius figura bona fiat, & ipſius alteratio cum imaginationibus. lene enim alterationes facilius ſuſcipit. hoc ergo eſt, quod ipſe dixit. Dico autem, creatum eſt lene, vt ſit pingue, & vt nutrimentum,
D quod neruis gradatim tribuit duris, ſit bonum. nerui enim etiam ex cerebro nutriuntur & nucha. Amplius ſubſtantia dura non reſtaurat durum quantum ipſum reſtaurat lene. Et vt in eo, quod ab ipſo oritur ſit flexibilitas, cum quædam ab eo orientia indurari apud ſuas extremitates ſit neceſſe, propter illud, quod [e] rememoraturi ſumus de neruorum iuuamentis: & propterea, ꝙ iſtis naſcentibus ab eo indurari neceſſarium eſt ſecundum gradus. Et quia ipſorum durities eſt durities flexuoſa, oportet vt ſubſtantia originis eius ſit ſubſtantia flexuoſa, & pinguis. pingue enim viſcoſum, lene eſt proculdubio: & etiam vt ſpiritus, qui ipſum circundat, & qui motus velocitate indiget, ſit humiditate ſuſtentatus: & rurſum vt ipſius raritate alleuietur. quod enim in membris durum eſt, grauius eſt leni humido raro. Veruntamen cerebri ſubſtantia etiam in lenitate & duritie inæqualis exiſtit. [f] nã pars eius anterior eſt lenior: & ipſius pars poſterior eſt durior: & diſtinctum vel diuiſum inter duas partes velaminis duri, cuius * rememorabimur in ſequentibus. Anterius autem cerebrum non eſt factum lene, niſi quoniam plurimum neruorum ſenſus, & proprie, qui ſunt viſus, [g] & auditus, oritur ex eo. Sẽſus enim ſpeculator eſt. & ſpeculatoris inclinatio ad partem anteriorem eſt dignior. Et plurimum neruorum motus oritur ex poſtremo ipſius, & ex ipſo ori-

E Lib. 1. doct. 5. ſum. 3. c. 1.

F Lib. 13. aĩalium. c. 4. & Gal. lib. 8. de vſu par c. 6. b

*Infra* *

G Oppoſitũ lib. 1. F. 1. doc. 5. ſũ. 3 c. 2.

tur nucha, quæ eſt eius [a] nuntius, & vicarius in meatu dorſi, & vbi neceſſarium eſt ex ipſa oriri ner- E
uos fortes. [b] Nerui autem motus indigent duritiei ſuperflua, qua non indigent nerui ſenſus. Sed le-
nitas eſt eis conuenientior. quare facta eſt origo.ſ. neruorum motus durior. [c] Gradatio autem ve-
laminis in ipſo non exiſtit niſi vt ſit diſtinguens, & dicitur vt ſit lene ſeparatum à contactu duri, &
lene valde eſt illud in quo profundatur, & huic quidem reflexioni inſunt etiam iuuamenta alia.
Nam venæ ad cerebrum deſcendentes, & in ipſo diuiſæ aliquo egent cui innitantur, & eas fortes
faciat. Poſita eſt ergo reflexio hęc ſuſtentaculum earum. [d] Et ſub poſtremo quidem huius reflexio-
nis, & in poſterioribus eius eſt torcular, quod eſt ſanguinis effuſio in amplitudine quadam, quæ eſt
ſicut lacuna: & ex ipſa quidem ramificantur venæ in quibus ſeparatur ſanguis, qui cerebri ſubſtan-
tiæ aſſimilatur: deinde venæ ſuis orificijs exuccant ipſam: & ad duas venas aggregantur, ſicut [e] re-
memoraturi ſumus in illius anatomia. Et ex hac quidem reflexione peruenit iuuamentum ad hoc
vt ligamentorum velaminis adhęrentis cerebro ſit origo in æquidiſtantia commiſſuræ cranei, quę
eſt coram ipſo. [f] In anteriore præterea cerebro oriuntur duo additamenta mamillaria quibus fit
odoratus: quæ quidem à lenitate cerebri parumper differunt. & non peruenit eis neruorum duri-
ties. Amplius totum cerebrum duobus cooperitur panniculis, quorum vnus ſubtilis ſequitur ip-
ſum, & alter ſpiſſus ſequitur os, qui quidem duo creati ſunt, vt ſint duo diſtinguentia inter cerebrũ
& os: & vt cerebrum ſubſtantiam oſſis non contingat, & ne ad ipſum ex oſſe nocumenta perue- F
niant. hic autẽ tactus non accidit, niſi in diſpoſitionibus [g] additionis cerebri in ſubſtantia ſua, [h] aut
in dilatatione, quæ ei accidit ſucceſſione conſtrictionis. Cerebrum præterea quandoqꝫ eleuatur ad
craneum, cum quædã adſunt diſpoſitiones; ſicut voces fortes. ergo propter huiuſmodi iuuamen-
ta inter cerebrum & os cranei duo ponuntur diſtinguentia media inter ea in lenitate, & in duritie:
& duo quidem ponuntur, ne res cuius eſt bona obuiatio oſſi abſque medio, ſit ipſamet res, cuius
obuiatio cerebro eſt bona abſque medio, immo diſtinctio ſeu differentia eſt inter ea ambo. [i] Nam
illud, quod ex eis eſt cerebro propinquum eſt ſubtile, & quod eſt propinquum oſſi eſt ſpiſſum, &
ambo ſimul ſunt ſicut tutamen vnũ, & iſti quidẽ panniculi cum hoc, ꝙ ſunt cerebri tutamen ſunt
etiam ligamentum venarum, quæ ſunt in cerebro quietarum, & pulſatilium. Et eſt ſicut ſecundi-
na ſeruans ſitum venarum in ipſo textarum. Et propter illud quidem ingrediũtur cerebri ſubſtan
tiam in locis multis anfractuum eius, & tendunt ad ventres ipſius, & finiuntur abſciſi ſeu termi-
nati apud poſtremum cerebri: propterea, ꝙ ipſum non eget eis propter ſui duritiem anfractuum
eius, & tendit ad ventres ipſius: & finitur abſciſus ſeu terminatus apud poſtremum cerebri: propte
rea, quòd non eget eo propter ſui.ſ. poſtremi duritiem. Panniculus vero ſpiſſus cerebro non hæret,
neqꝫ ſubtili eſt adhærens: ita vt in omni loco ſit decenter ſituatus ſuper ipſum: ſed eſt ab eo eleua-
tus: & inter ipſos quidem non continuant niſi venæ penetrantes in ſpiſſo, & peruenientes ad ſub- G
tilem. [k] Spiſſus autem conclauatur vel ligatur ad craneum cum ligamentis pannicularibus ortis à
ſpiſſo ſtringentibus ipſum ad commiſſuras, ne ſuper cerebrum vehemẽter grauet, & hæc quidem
ligamenta ex commiſſuris eleuantur vſqꝫ ad exteriora cranei, & oriuntur illic, ita vt ex eis texatur
panniculus craneum cooperiens: & per illud affirmatur ligamentum panniculi ſpiſſi etiam cum
craneo. [l] Cerebrum præterea in longitudine ſua tres habet ventres quamuis vnuſquiſque venter
in ſui latitudine duas habet partes. Et anterior quidem pars ſenſibilis eſt ſeparationis in duas par-
tes dextram & ſiniſtram. & hæc pars iuuat ad attractionem aeris, & ad expulſionem ſuperfluita-
tum cum ſternutatione, & ad partiendum plurimum ſpiritus ſenſibilis: & [m] ad operationes virtu-
tum formatiuarum, quæ ſunt de virtutibus apprehenſionis interioris. Venter autem poſtremus
eſt etiam magnus, quoniam ipſe implet magni membri vacuitatem: & quoniam eſt principium
magnæ rei, ſcilicet nuchæ, & ex eo partitur plurimum ſpiritus motiui: & [m] illic quidem ſunt virtu-
tis ſeruatiuæ operationes, ſed tamen eſt minor anteriore: immo cuiuſqꝫ duorum ventrium ante-
rioris: & cum hoc minoratur gradatim vſqꝫ ad nucham, & inſpiſſatur vſqꝫ ad duritiem. [n] Medius
autem venter eſt ſicut tranſitus à parte anteriore ad partem poſteriorem, & eſt ſicut dhelizi meda-
reb. i. ſicut ſpatium intermedians in quo frequẽs fit itineratio, ſeu tranſitus inter eos ambos, & ipſe
quidem propter illud quãdoqꝫ magnificatur, & elongatur: qm̃ eſt deferens de magno ad magnũ: H
& per ipſum continuatur ſpiritus anterior cum ſpiritu poſteriore, & perueniunt etiam ſpecies ſen
ſatę, & cooperitur principiũ huius ventris medij cum [l] cooperimento ſphęrico interius ſicut cuba
& cum ea denominatur vt ſit tranſitus: & cum hoc ſit elongatum cum rotunditate vel ſphęricitate
ſua à nocumentis, & ſit forte ad tolerandum, quod ſuper eum ſuſtentatur de velamine gradato vel
reflexo: & illic coniungũtur duo ventres cerebri anteriores coniunctione gradata vel coniunctio-
ne perducente ad poſteriorem in hoc tranſitu, & ille quidem locus nominatur coniunctio duorũ
ventrium: & hic idem tranſitus eſt venter. Et quoniam eſt tranſitus deferens à formatione ad ſer-
uationem, eſt melior locus cogitationi, & imaginationi, ſecundum [o] ꝙ ſciuiſti. Quod autem ven-
tres iſti ſint loca iſtarum operationum, ſignificatur ex nocumentis, quæ accidunt eis: deſtruitur.n.
cum nocumento cuiuſqꝫ partis eius operatio, aut ingreditur in ipſa læſio. Et [p] panniculus ſubtilis
penetrat vel profundatur interius ſm partem eius, & cooperit ventres cerebri vſqꝫ ad camhaduti.i.
vſqꝫ ad partẽ, quæ eſt apud occiput. durities vero eius, qđ eſt poſt illud ſufficit ipſi loco coopertur̨
velaminis. [q] Anfractus autem, qui exiſtunt in ventribus cerebri ſunt, vt ſpiritus aīalis in ſubſtan-
tia

A Lib. 13. aīaliū.
B Ga. lib. 16. de v. par. c. 2. a
C Gal. li. 9. de v. p. c. 16. f. g, & de occ. lis. c. 3. a
D Ga. li. 9. de v. p. c. 6. c
E Li. 1. doc. 5. ſū. c. 3. in fine.
F Ga. lib. 8. de v. p. c. 6. a, & c. 7. c. f. g, & .1. de cāis ſymp. c. 4. a, & 7. d decr. Hippoc. c. 5. c, & de iſtro. odor. c. 4. a
G Li. 1. F. 4. c. 11. & lib. 4. F. 2. t. 2. c. 1.
H Fen. 5. c. 1.
I Gal. lib. 8. de v. p. c. 9. a
K Gal. li. 8. de v. p. c. 9. b
L Ga. lib. 8. de v. p. c. 10. d, & .11. f. g, & lib. 9. anato. adm. c. 4. d
M Lib. 1. Fen. 1. doc. 6. c. 5.
N Ga. li. 8. de v. p. c. 11. f
O Li. 1. F. 1. doc. c. 5.
P Gal. li. 8. de v. p. c. 8. g
Q Li. 13. animal. c. 4.



A tia cerebri tranſitum habeat, ſicut in ventres eius cum non omni hora ſi venter dilatatus, & aper-
tus, & ſpiritus ſint pauci ſecundum capacitatem ventrium ſolummodo. Et etiam, quia ſpiritus al-
teratio non completur à complexione, quæ eſt cordis ad comelexionem, quæ eſt cerebri, [a] niſi in
ipſo fiat eius decoctio aſſumpta ex eius complexione. & ipſe in primis cum ad cerebrum perue-
nit, vadit ad ventrem eius primum, & decoquitur in eo. deinde penetrat ad ventrem medium, &
augmentatur [b] in ipſo decoctio: poſtea completur eius decoctio in ventre poſteriore. [c] Decoctio
vero optima fieri non poteſt niſi per coniunctionem & commiſtionem & penetrationem in par-
tibus decoquentis, ſicut eſt diſpoſitio cibi in hepate, ſecundum quòd narraturi ſumus [d] in his, quæ
expectamus. Anfractus autem vnuſquiſqꝫ anterioris maior eſt, quàm anfractus poſterioris, quo-
niam proportio anfractus ad anfractum eſt ſicut proportio membri ad membrum fere. & cauſa
quidem minorationis poſterioris ab anteriore inuenitur in anfractu. Et inter hunc ventrem &
ventrem poſteriorem ſub eis ambobus eſt locus, qui eſt partitio duarum venarum magnarum ad
cerebrum aſcendentium: quarum [e] rememoraturi ſumus in ramis ipſarum, ex quibus texitur ſe-
cundina ſub cerebro, & illi quidem rami apodiati vel adhærentes ſunt corpori [f] de genere glandu-
larum implenti, quod eſt inter eos, & ſubſtinet eos, ſicut eſt diſpoſitio in reliquis partitionibus ſeu
ramificationibus venoſis. vacuitatis enim, quæ inter eas cadit eadem proprietas eſt, vt etiam im-
B pleatur carne glandoſa: & iſtæ quidem glandulæ figura ramorum prædictorum figurantur ſecun
dum formam partitionis narratę. Quẽadmodum.n. harum glandularũ formam pinealem haben-
tium ſequitur initium, partitionis deſuper vel vicinatur principio partitionis deſuper, & incedit
verſus finem eius vſqꝫ ad complementum deſcenſionis ramorum, & eſt illic contextio ramorum
prædictorum ſecundum ſimilitudinem texturæ ſecundinæ, & requieſcit ſeu firmatur in ipſo. Et
pars cerebri comprehenſa vel contenta ſuper hoc ventre medio ſecundum plurimum eius &
ſecundum partes eius, quæ ſunt deſuper eſt [g] vermicularis figuræ, habens anfractus ex an-
fractibus poſitis vel ſituatis in longitudine, colligatis adinuicem vt poſſit extendi, & contrahi
ſicut vermis. Et venter, qui eſt ſuper ipſam, coopertus eſt cum panniculo, qui penetrat ce-
rebrum interius vſque ad terminum poſterioris. Et eſt equitans ſuper duo additamenta ce-
rebri rotunda ſtaturæ longæ ſicut duæ coxæ vicinæ ad contactum, & elongatæ verſus ſepa-
rationem, colligatæ cum ligamentis, quæ nominantur chordæ, vt ab eis non remoueantur. vt
cum vermis extenditur, & eius longitudo augetur, & eius latitudo conſtringitur, compri-
mat hæc duo additamenta ad coniunctionem, & oppiletur meatus. Et quando contrahitur
ad curtitatem, & augmentatur latitudo, elongat ſeu diſtrahit illa ad ſeparationem, & aperi-
tur meatus. Illud autem, quod de eo vicinatur poſteriori cerebro, eſt minus ſeu ſtrictius, &
C declinat ad gibboſitatem aliquam, & ſiſtitur ſeu ingreditur in poſteriore cerebro, ſicut ali-
quid eius intrans in introitu ſeu in foramine. Et eius quidem anterius eſt latius, quàm ſit po-
ſterius ipſius ſecundum formam quam cerebrum tolerat. Duo vero prædicta additamenta no-
minantur vulia vel duo coxæ, & in iſtis ambobus non ſunt anfractus omnino, ſed ſunt lenia,
vt ipſorum conſtrictio, & cooperimentum ſint fortiora: & vt ipſorum obedientia ad motio-
nem propter motum alterius rei ſit magis ſimilis obedientiæ rei ipſius vnius. [h] Expulſio præ-
terea ſuperfluitatum cerebri duos habet meatus, quorum vnus eſt in ventre anteriore, & apud
terminum communem, qui eſt inter ipſum, & illum, qui eſt poſt eum: & alter eſt in ventre
medio. Poſterior vero venter meatum ſingularem non habet: & illud eſt ideo, quoniam in
poſtremo poſitus eſt: & etiam eſt paruus comparatione ſui ad anteriorem, non tolerans fo-
ramina, & ſufficit ei, & medio meatus communis eis ambobus, & hoc proprie. Nuchæ au-
tem iam factus eſt exitus per quem quædam eius ſuperfluitates reſoluuntur, & expelluntur
ex parte eius. & iſti duo meatus, cum incipiunt ex duobus ventribus, & penetrant etiam in
ipſum cerebrum, tranſuerſantur verſus obuiationem apud tranſitum vnum profundum, cu-
ius principium eſt velamen ſubtile: & eius poſtremum, quod eſt eius inferius: eſt apud vela-
men durum, & eſt ſtrictum, [i] quoniam eſt ſicut [i] † { alchamha } incipiens ab amplo rotundo
D tendens verſus ſtrictum: quapropter nominatur [k] † {alchamha,} & nominatur etiam infuſorium.
Cum ergo penetrat in panniculum durum, obuiat illic meatui in glandula, quaſi ſphæra com-
preſſa à duobus lateribus, oppoſitis ſuperius, & inferius: & eſt inter panniculum durum, &
meatum palati. deinde reperitur illic tranſitus, qui eſt in concauitatibus colatorij in ſupre-
mo palati.

*Sermo vniuerſalis de ægritudinibus capitis & facientibus ægritudines in ipſo.* *Cap. 3.*

OPortet te ſcire, quòd ægritudines numeratę omnes accidunt capiti. Veruntamen noſtra in-
tentio hic, cum dicimus caput eſt cerebrum, & ipſius velamina ad capillorum vero ægritu-
dines hic non declinamus in hac hora. Dicemus ergo, ꝙ cerebro accidunt ſpẽs malitię compłonis
octo, ſcilicet ſingulares, & factæ cum materia, aut vaporoſa, aut habente ſubſtantiam, & multipli-
cantur in ipſo ægritudines humiditatis. In omni enim cerebro in principio creationis humidita-
tes ſuperfluæ exiſtunt, quas mundificare eſt neceſſe, aut in matrice, aut poſt ipſam. Nam ſi non

A Ga. lib. 9. de v. p. c. 4. e
B Gal. 7. de v. par. c. 8. b. c
C G. li. 7. de Hip. & Plat. decr. c. 3. d
D Fen. 14. t. 1. c. 1.
E Li. 1. F. 1. doct. 5. ſū. 5. c. 3.
F G. lib. 8. de v. p. c. 14. d, de conario & li. 9. anat. c. 3. g. h
G G. lib. 8. de v. p. c. 14. f, & lib. 9. ana. c. 5. f. g
H G. lib. 8. de v. p. c. 6. fo. 168. c, & li. 9. c. 4. e
I Gal. li. 9. de v. p. c. 3. b
I † peluis vel infundibulum.
K † peluis,

mundificantur, tunc magnificatur inde res timoroſa, et totum hoc aut eſt in corpore cerebri: aut E in venis eius, aut in velaminibus ipſius. Et accidunt in ægritudines compoſitionis: aut in quantitate, ſicut ſi ſit minus, quàm oportet, vel maius, aut in figura, ſicut ſi ſit eius figura mutata à curſu naturali, et accidat inde læſio in operationibus ſuis: aut canales, ſiue meatus ipſius, et vaſa ſint oppilata: et oppilatio ſit aut in ventre anteriore, aut in ventre poſteriore, aut in vtriſque ventribus ſimul, diminuta, aut integra: aut in venis, aut in arterijs, aut in originibus neruorum, aut diſlocentur ligamenta velaminum eius, aut cadat ſeparatio inter partes ipſius. Et accidunt ægritudines ei ſolutionis continuitatis propter ſolutionem ſingularis in ipſo: aut in arterijs, aut in venis ipſius, aut in velaminibus eius, aut in craneo. Et accidunt ei apoſtemata, aut in ſubſtantia ipſius cerebri, aut in panniculo eius ſubtili, aut ſpiſſo, aut in reti, aut in panniculo extrinſeco: et totum hoc à materia vnius humorum calidi, aut frigidi: et [a] ex frigidis quidem putrefactis conſequuntur apoſtemata calida: et frigidi: et quieti faciunt apoſtemata, quæ nominari oportet frigida. Et tu quidem non reperies aliquam ægritudinem cerebri, niſi redeuntem ad iſtas: aut contingentem ex iſtis. Aegritudines præterea cerebri aliæ ſunt propriæ ipſius: aliæ fiunt propter communitatem, et quandoque magnificatur res in ægritudinibus communitatis in ipſo adeo, vt fiant ægritudines proprie pernitioſe: multoties enim expelluntur ad ipſum in ægritudinibus pleureſis, et ſinantiæ, materiæ præfocantes, et pernecantes: et ſæpe accidit ei apoplexia pernicioſa cauſa alterius nocu- F menti, ſeu alterius ęgritudinis in membro ei communicante.

*De ſignificationibus ex quibus oportet cognoſcere diſpoſitiones cerebri.* *Cap. 4.*

PRincipia ex quibus peruenis ad cognitionem diſpoſitionum cerebri ſunt [b] ex operationibus ſenſitiuis, & alſiaſie, id eſt regentibus, ſeu [b] moralibus, ſcilicet memoria & cogitatione: & formatione, & virtute exiſtimatiua, & perſcrutatiua, ſeu bene iudicatiua: & [b] operationibus motiuis, & ſunt operationes virtutis mouentis membra mediantibus lacertis: & [b] ex qualitate ſuperfluitatum euacuatarum ab eo, in ſubſtantia ſui, & colore, & guſtu, ſcilicet acuitate ſua & ſalſedine & amaritudine & inſipiditate: & ex quantitate ipſarum in paucitate & multitudine, & ex ipſarum retentione omnino. [b] Et ex hoc, quòd aeres, & cibi ei conueniunt, & diuerſificantur ei, & nocent ipſi. [c] Et ex magnitudine capitis: & ex paruitate eius, & ex bonitate figuræ eius prædictæ [d] in capitulo de oſſibus, & malitia ipſius, & ex grauitate capitis, & leuitate eius, & ex diſpoſitione tactus capitis, & ex diſpoſitione coloris eius, & coloris venarum ipſius, & ex vlceribus, & ex apoſtematibus, quæ in cute eius accidunt. Et ex diſpoſitione coloris oculorum, & venarum ipſorum, & ſanitatis, & ægritudinis eorum, & tactus ipſorum proprie. Et ex diſpoſitione ſomni, & vigilia- G rum. Et ex diſpoſitione capillorum in quantitate ſua, ſcilicet paucitate & multitudine, & groſſitie, & ſubtilitate, & qualitate, ſcilicet figura ipſorum in criſpitudine & planitie: & colore eorum in nigredine & rufedine & citrinitate ad albedinem declinante, & velocitate ſuſceptionis caniciei, & tarditate: & in perſeuerantia ſecundum diſpoſitionem ſanitatis: aut remotionem ab ea cum ſciſſione ipſorum, aut caſu, aut depilatione, & reliquis diſpoſitionibus ipſorum. Et ex diſpoſitione colli in groſſitudine, & ſubtilitate ſua, & ſanitate ipſius, & multitudine caſus apoſtematum, & ſcrofularum in ipſo, & paucitate ipſorum. Et ſimiliter ex diſpoſitione vuæ, & duarum amygdalarum, & dentium. Et ex diſpoſitione virtutum & operationum in membris neruoſis communicantibus cerebro; quæ ſunt ſicut matrix, & ſtomachus, & veſica. Significatio autem ſecundum communitatem eſt ſecundum duos modos. vnus eorum eſt ex diſpoſitione membri communicantis cerebro in eo, quod accidit cerebro. & ſecundus eſt ex diſpoſitione membri, cuius communicatione cerebrum infirmatur, & inquiritur, quod membrum ſit, & quid ſit in ipſo, & quomodo peruenit ad cerebrum. Et ex iſtis quidem ſignificationibus ſignificantur diſpoſitiones, quæ ſunt præſentes: & illæ quæ ſunt futuræ, & nondum ſunt præſentes: [e] ſicut ex longitudine triſtitiæ & timoris de aliquo futuro malo, vel puſillanimitatis ſignificantur melancholia almethal, id eſt futura ex proximo & alchatrab, id eſt cutubut eueniens in tempore proximo: & ex ira, H quæ intentionem non habet, epilepſia, aut melancholia calida, aut mania, & ex riſu abſque cauſa ſignificantur hamach, aut rhaune, id eſt diminutio rationis, aut amentia. De qualitate ſignificationis harum ſignificationum ſuper diſpoſitionem cerebri, & diuiſione iſtorum modorum numeratorum, quouſque perueniatur ad finem diuiſionis ſecundum iſtam declarationem.

A Fen. 10. t. 4. & li. 1. F. 2. doc. 4.
B Li. 1. F. 2. doc. & G. art. med. c. B Gal. ibidem.
C Gal. c. 11. c
D Li. 1. F. 1. doc. ſũ. 1. c. 1.
E Hippo. et Gal. 6. apho. 23. c

*De ſignificationibus vniuerſalibus operationum cerebri.* *Cap. 5.*

SIgnificatio quidem aſſumpta ex genere operationum cum ſunt ſanę adiuuat ad ſignificandum cerebri ſalutem. Et ſi ſunt læſæ, ſignificant læſionem in ipſo: læſiones autẽ operationum quemadmodum expoſuimus ſunt tres, quæ ſunt debilitas, & mutatio, & permutatio, deinde deſtructio. Et ſermo quidem vniuerſalis in ſignificationibus operationum eſt [f] quòd ipſarum [g] diminutio, & deſtructio fiunt propter frigus, & groſſitiem ſpiritus ex humiditate, propter oppilationem, & non fiunt ex caliditate niſi magnificetur & perueniat ad hoc vt deijciat virtutem: [h] permutatio autem, & quæ motui comparantur fiunt ex caliditate, & fiunt ex ſiccitate.

F T. 4. c. 11.
G Li. 1. F. 1. doc. ſũ. 1. c. 3. & F. 2. 3. c. 3. & Gale. de cau. ſympt. c. & arte med. c. li. 2. loc. aff. c. 14 b. & li. 3. c. H Gal. li. 2. loc. c. 8. fo. 14. b. c. 5. c. f.

De ſignifi-



A *De ſignificationibus ſumptis ex operationibus animalibus ſenſitiuis & moralibus, & motiuis, & ex ſomnijs, quæ ſunt de ſumma moralium.* *Cap. 6.*

HAs operationes ingreditur læſio, [a] ſecundum ꝙ cognoſcitur, deſtructionis, aut debilitatis, aut permutationis. verbi gratia in ſenſibus quidem, & incipiamus à viſu, quoniã viſum ingreditur læſio, aut vt deſtruatur, aut debilitetur, aut permutetur operatio eius, & mutetur à curſu naturali, & imaginetur, quod non inuenitur exterius, ſicut phantaſiæ, & cimices, & pili, & fumus, & reliqua. Ex his enim nocumentis cum non ſunt propria oculo, ſignificatur læſio in cerebro, & phantaſiæ etiam quandoq; ſuo colore ſignificant. ꝙ ſi aliquis dixerit, quomodo phantaſia alba ſignificat, phlegma dominari, quod eſt frigidum, cum vos comparaueritis permutationem ad calorem: dicemus, quod illud eſt ẽm complexionẽ † { } non ẽm ꝙ accidunt vel occurrunt materiæ virtuti ſanæ integræ vel perfectæ in caliditate innata. [b] Et ex leſione in auditu, ſicut ſi debilitetur, & non audiat, niſi quod propinquum eſt, & forte. aut permutetur & audiat, quod non reperitur exterius, ſicut tonum ſimilem percuſſioni aquæ, aut percuſſioni malleorum, aut voci tympanorum, aut ſono foliorum arborum, aut ſufflationi ventorum, aut reliquis, & ſignificentur per illud aut complexio ſicca præſens in parte medij cerebri, aut ſignificentur per illud ventoſitates & vapores in ipſo retenti: aut ad ipſum aſcendentes, & reliqua de quibus ſignificatio habe- B tur, aut deſtruatur omnino. [c] Debilitas α vero, & deſtructio fiunt propter multitudinem frigoris. & quod aliquis audiat, quaſi audiat ex longinquo, fit propter humiditatem. Quod autem fit in odoratu eſt, quia priuatur, aut quia debilitatur, aut permutatur: & ſentit odores, qui non reperiuntur exterius fœtidos, aut non fœtidos. & ſignificat ſecundum plurimum humorem retentum in anteriori cerebro facientem ipſos ſi non fuerit res appropriata alchaiſim, ideſt ſtricturę narium. Guſtus autem & tactus hoc curſu procedunt, niſi quia ipſorum mutatio à curſu naturali ſecũdum plurimum ſignificat corruptionem propriam in inſtrumentis ipſorum propinquis: & raro eſt ſecundum communitatem cerebri: & proprie, ſicut quando eſt communis, ſicut ſtupor toti corpori. Et ſenſus quidem communicant in ſpecie debilitatis, & fortitudinis, ſignificantes diſpoſitionem in cerebro perſeuerantem, quæ eſt perturbatio & claritas: non eſt enim omnis debilitas cum perturbatione: quoniam quandoque eſt debilitas cum claritate, ſicut homo ſi videat aliquid propinquum & parui radij, bene & clare: & videat res paruas. deinde cum elongatur, aut multiplicantur ipſarum radij, deficiat. Nam perturbatio & claritas quandoque ſunt ſimul cum debilitate: & claritas quandoque eſt proculdubio cum fortitudine. Verum perturbatio ſemper ſignificat materiam, & claritas ſignificat ſiccitatem: & hæc quidem perturbatio fortaſſe ſubito figitur, & eſt ex ea oppilatio, & ſignificat materiam vaporoſam in venis cerebri, & reti eius. α Iudicium autem de ſi- C gnificationibus harum læſionum eſt: quoniam quæ procedit curſu permutationis ſecundum plurimum ſequitur complexionem calidam & ſiccam: & quæ currit curſu diminutionis & debilitatis ſecundum plurimum ſequitur frigus, & debilitas & deſtructio ſequuntur frigus, niſi ſint cum vehementi apparitione corruptionis, & caſus virtutis: tunc enim fortaſſe illud plurimum erit ex caliditate: verum caliditas conueniens eſt virtutibus comparata frigori, dum nocumentum complexionibus ab ea nõ magnificatur, & eius corruptio in virtutibus diminutionẽ poſſidere non facit. Oportet ergo vt non confidas tunc in iſtis ſignificationibus, immo attende ſignificationes alias prædictas cuiuſq; duarum complexionum. Et deſtructio quidem quandoq; ſignificat fortitudinem vel pluralitatem cauſarum diminutionis, ſi fuerit propter cauſam cerebri: & non fuerit propter nocumenta in inſtrumentis corruptionis aut inciſionis, aut oppilationis: & vniuerſaliter remotionis à bonitate ſua, ſeu à conuenientia ſua, & propter nocumentum, aut propter cauſam in ipſo membro ſenſibili. Et ex membris quidem ſenſitiuis ſunt, quæ vehementis ſunt propinquitatis cerebro, quare raro eſt, ꝙ non ſit nocumentum in eis cum communitate, ſicut auditus & odoratus. plurimum enim nocumenti ipſorum, quod purgatione & complexionis ęquatione non remouetur, eſt ex cerebro: & ſimiliter reliqui ſenſus cum ſuis læduntur ſenſatis, ſignificant nocumentum in ipſis ex caliditate, aut ſiccitate non peruenientibus ad hoc vt virtutem proſternant.

D Auditus autem & odoratus ſecundum plurimum ſignificant, ꝙ illa complexio eſt in cerebro. De operationibus vero [d] moralibus ſciendum eſt, quoniam fortitudo meditationis, & perſcrutationis ſignificat fortitudinem complexionis cerebri omnino: & earum debilitas ſignificat læſionem diminutionis virtutis in ipſo. Quare oportet vt demonſtretur, quæ operationum ſit læſa: ex ipſis. n. eſt corruptio virtutis imaginationis, & formationis: & eius, vel earum nocumentum. Hæc nanq; virtus cum eſt fortis, iuuat ad ſignificandam anterioris cerebri ſanitatem. hæc autem virtus non eſt fortis, niſi cum homo bene poteſt ſeruare formas ſenſatorum, vtpote figurarum, & ſculpturarum: & morum, & guſtuum, et vocum, & modulationum, & reliquorum. eſt enim aliquis hominum cui ineſt virtus perfecta ſecundum hoc capitulum adeo, vt qui ex geometris optimus eſt, conſideret figuram lineatam, conſideratione vna et imprimatur in anima ipſius figura eius. et literæ, et narrat quæſtionem, vſque ad finem ipſius non indigens iterata conſideratione in figura: et ſimiliter eſt diſpoſitio quorundam ſecundum comparationem ad modulationes: et diſpoſitio quorundam cum comparatione ad guſtus. et reliquorum. et ex hoc capitulo pendet bonitas cognitionis pulſus, ipſa enim indiget imaginatione forti figurata in anima ex tactis. [e] Huic autẽ virtuti cum accidit nocumentũ: aut deſtruitur operatio, et non remanet in ipſa forma imaginationis

A Li. 1. F. 2. doc. 3. c. 2.
† Sine materia vel nõ materia i membro exiſtentem.
B Fen. 4. c. 3.
C Cap. 5. & t. 4. c. 7 & G. 2. de ſymp. cau. c. 7. b. c.
Infra α
Supra α
D G. 3. loc. af. c. 5. f
E Gal. de ſympto. diffi. c. 3. g

ſenſatæ poſt remotionem eius à proportione, quæ eſt inter ipſam & ſenſum ita vt ſentiat cũ ea, aut E debilitatur & minuit, aut mutatur à curſu naturali, ita vt imaginet, quod non eſt, & ſignificat eius debilitatem. & ipſius mutationem & deſtructio operationis ipſius ſecũdum plurimum ſignificat ſuperfluitatẽ frigoris, aut ſiccitatis in anteriore cerebro, aut humiditatis. Sed frigus eſt cauſa eſſentialis, & duę reliquæ ſunt cauſæ per accidens, quoniam afferunt eam: & mutatio operationis eius, & permutatio ipſius ſignificant ſuperfluitatem caliditatis. Et hæc quidem omnia ſunt ſecundum plurimum rei: & ſecundum ꝙ dictum eſt in virtutibus ſenſibilibus. Et hæc ægritudo quandoque accidit ſana intelligentia, vel ratione: ita vt perfecte & cõplete cognoſcant pulchrum & fœtidum: & ſint eorum verba cum hominibus ſana: ſed imaginantur quoſdam præſentes, qui exterius non reperiuntur, & imaginantur voces tympaniſtarũ, & reliqua: ſicut narrat [a] Gal. accidiſſe [a] † { A brucali } medico. Et ex ipſis eſt corruptio in virtute cogitationis, & imaginationis, aut deſtructio: & nominatur hæc deletio rationis, aut debilitas. & nominatur amentia, & earum principium eſt frigus medij cerebri, aut ſiccitas: aut humiditas eius: & illud ſecundum plurimum, ſm ꝙ dictum eſt. Aut eſt, mutatio & corruptio, ita vt ſit eius cognitio, ſeu eius cogitatio in eo, quod non eſt, & rectum faciat, quod non eſt rectum: & nominatur permiſtio rationis: & ſignificat aut apoſtemata, aut materiam cholericam calidam & ſiccam, & eſt dæmonium leoninum, & eſt permiſtio cũ actibus, & geſtibus malis, aut materiam melancholicam, & eſt melancholia: & eſt permiſtio cum malitia eſtimationis, & cum cogitatione eius, quod non adeſt. Qui autem ex illis moribus ad timorem decliuior eſt, eſt magis ſignificatiuus frigoris: & ex eis decliuior ad audaciam, & iram, eſt magis ſignificatiuus caloris: & ſm differentias, quæ ſunt inter eos: & nos poſtea afferemus eas. Et forſitan erit illud propter communicationem membri alterius: & illud quidem cognoſcetur ſignificationibus particularibus, quas poſtea narrabimus. Et vniuerſaliter cum cogitationes plurimum mouentur motibus multis, & permutantur, & diuerſificantur, tunc illic eſt caliditas. Et quandoque etiam accidit permutatio cogitationis in ægritudinibus frigidæ materiæ, cum à caliditate non euacuantur, ſicut commiſtio rationis in lethargia. Et ex ipſis eſt læſio in virtute memoriæ, ſcilicet aut vt debilitetur: aut vt deſtruatur ſicut narrat [b] Gale. quod peſtilentia prouenit in parte Aethiopiæ, quę eis accidit propter cadauera multa relicta poſt forte prælium: & peruenit peſtilentia illa vſq; ad terram Græcorum: accidit ergo eis, vt cauſa illius tantum caderet obliuionis, donec eis adueniret diſpoſitio, ſm quam homo nominis ſui ipſius obliuiſceretur, & filij ſui. Et plurimum quidem accidit debilitas in memoria propter corruptionem in poſtremo cerebro ex frigiditate, aut humiditate, aut ſiccitate: Aut ꝙ permutetur, & accidit ei vt rememoretur eius de quo non fuerit ei cõſuetudo. & ſignificat complexionem calidam abſq; materia, aut cum materia, ſed materia ſicca ad illud eſt magis conueniens: & illud totum eſt cum complexio non ſupefluit, & virtus non cadit. Dicamus G autem nunc ſermonem ſummariũ, ꝙ deſtructio harũ operationum quandoq; fit propter dominium frigoris, aut in corpore cerebri, & eſt ex eo, quod dominatur ſm dies. i. tempore lõgo aut in concauitatibus eius vel in ventriculis eius, & quandoq; fit propter frigus cum humiditate, & quãdoq; affert ipſam ſiccitas: & ſimiliter earum debilitas. ipſarum autem mutatio fit propter apoſtemata, aut complexionem cholericam, aut melancholicam, aut corpus adurens. Et ſignificatio diſpõnum [c] ſomniorum eſt ex eo, quod oportet adiungi huic loco: plurimum. n. viſionis rerum citrinarum calidarum ſignificant dominium cholerę: & ſimiliter plurimũ viſionis rerum cuiq; complexioni proportionalium, quas numerare nõ eſt neceſſe: & ſomnia quidem permutata ſignificãt caliditatem & ſiccitatem, & ſimiliter apparet in ęgritudinibus acutis cerebri, & ſimiliter ſunt ſomnia terribilia: & illa quorũ non recordatur, ſignificant frigiditatẽ, & humiditatem ſm plurimum.

A De differentiis morbor. c. 5. g.
A † Theophilo Ratiocinatio & ſtio ablata, Amentia. Deficies. Errãs, Delirium. Imaginatrix actio ablata, cam, catalepſis, & coma. Galt. de ca. ſymptomat. c. g. h Deſidia, lethargia et amentia lirium.
B De diis ſymp. c. 3. h
C Ga. de dignotione ex inſomnis ſo. 213. cd

*De ſignificatione operationum motiuarum, & quod eis ſimulatur ex ſomno & vigilia.* Cap. 7.

SIgnificationum autem aſſumptarum ex genere operationum motiuarum, deſtructio & debilitas ſignificant humiditatem ſuperfluam in inſtrumentis ipſarum ſubtilem plurimam, & ſignificant in quocunq; membro fuerint læſionem in cerebro. verũtamen magis approprîantur ei ſi in toto corpore fiunt, ſicut apoplexia: aut in parte vna, ſicut paralyſis, & tortura laxa: & quãdoq; contingunt. ſ. deſtructio & debilitas ex caliditate cerebri, aut ſiccitate in ipſo, aut in aliquo neruo- H rum orto ab eo: verum illud erit poſt ægritudines plurimas, & paulatim ſm dies. Quod autem in vno membro fit, ſicut mollificatio & ſimilia eius: quandoq; eſt propter egritudines proprias illius membri: & quandoq; eſt ab expulſione ſuperfluitatis cerebri ad ipſum. Earum vero mutatio ſi eſt ſubito ſignificat humiditatem etiam: & ſi eſt paulatim ſignificat ſiccitatem. ſ. in inſtrumentis. Quæ autem cerebro propria eſt, ſicut mutatio motuum epileptici, quando adeſt epilepſia, quæ eſt ſpaſmus cõis: & ipſa quidem non fit niſi ab humiditate: qm̃ ipſa fit ſubito: aut cõicatione membri alterius, ſm ꝙ [d] declaratum eſt: & ſignificat oppilationem non perfectam: & ſicut tremor capitis: omnia enim hæc ſignificant materiam groſſam in illo latere cerebri: aut debilitatem: aut ſiccitatem ſi fuerit poſt ægritudinem antecedentes: & ſi fuerit eorum aduentus paulatim & paulatim. De eis autem, qui ſunt in membris à cerebro longinquioribus, ſermo eſt illud, quod diximus multoties: [e] Et omnes iſti motus egrediuntur à curſu naturali: & diximus etiam, quod ſi homo impiger eſt ad motus, complexio cerebri eius in principio eſt calida aut ſicca: quod ſi eſt decliuis pigritiæ: & laxitati: tunc eius complexio eſt frigida aut humida: & cum habet ægritudinem, & motus ipſius pertinens eſt ad inquietudinem, tunc eſt calidus: & ſi quieti attinent, et virtus non eſt vehementis caſus:

D T. 5. c. 9. 10.
E G. 2. de. cau. ſymp. c. 1. f



A caſus: tunc declinat ad frigus. Et ex eis, quę huic capitulo proportionantur, eſt ſignificatio diſpoſitionum ſomni, & vigiliarum. [a] Scias ergo, quod ſomnus ſemper ſequitur malitiam complexionis humidę laxæ: aut frigidæ congelantis motum virtutum ſenſibilium: aut vehementem ſpiritus animalis reſolutionem, propter ſuperfluitatem motus, [b] aut propter impulſionem virtutum ad interiora, vt materia digeratur, & impellitur cum eis ſpiritus animalis conſecutiue, quemadmodum fit poſt cibum. Somni autem cauſa, qui non ſecundum curſum naturalem procedit, neque ſequitur laborem & motum, eſt humiditas & cõgelatio, quod ſi non cadunt cauſæ congelationis, & ſignificationes non ſignificant ſuperfluitatem frigoris, de quibus rememorabimur: tunc cauſa eius eſt humiditas. Amplius non omnis humiditas facit ſomnum. Senum. n. cum humiditate complexionum ipſorum prolongantur vigilię. Et [c] Gal. quidem videtur, ꝙ illud eſt ex qualitatibus humiditatum ipſarum nitroſarum. Ipſæ enim vigilare faciunt propter nocumentum, quod cerebro inferunt. Veruntamen ſiccitas ſecundum omnem diſpoſitionem vigilare proculdubio facit.

A G. 2. loc. aff. c. 8. fo. 14. a, & lib. 3. c. 5. g. & 1. de ca. ſym pto. c. 8. a
B Trac. 4. c. 1.
C 1. 1. c. 17. & Gal. lib. 9. loc aff. c. 5. g. & li. 5. de ſan. tu. c. 9. c. & 3. aph. 31.

*De ſignificationibus ſumptis ex ipſo genere operationum naturalium ex eo, quod expellitur & ex eo, quod apparet de apoſtematibus & vlceribus & ex eo, quod oritur de capillis.* Cap. 8

SIgnificationes autem acceptę ex genere operationum naturalium apparent, vtpote ex ſuperfluitatibus, per ipſarum expulſionem in quantitate, & qualitate earum: & per ipſarum prohi- B bitionem. Earum vero expulſio fit ex palato, ex naſo, & aure: & ex eo, quod apparet ſuper capite de vlceribus, & bothor, & apoſtematibus: & ex eo, quod oritur de capillis. [d] Capilli enim oriuntur ex ſuperfluitatibus cerebri. Et ex capillis quidẽ ſumitur ſignificatio ex velocitate ortus ipſorum, aut tarditate, & reliquis diſpoſitionibus, quas iam [e] numerauimus. Rememoremur ergo viam ſignificationum expulſionum ſuperfluitatum à ſemitis prædictis. Iſtæ quidem ſuperfluitates cum multiplicantur, ſignificant materias multas, & ſignificãt cauſam, quare ſuperfluitates in membro multiplicantur, quemadmodum ſciuiſti: & ꝙ expulſiua non eſt debilis. Cum autem prohibentur, aut minorantur, & inuenitur cum hoc, aut grauitas, aut punctio, aut mordicatio, aut extenſio, aut pulſatio, aut vertigo, & tinnitus, ſignificant oppilationem, & debilitatem virtutis expulſiuę, & repletionem. Genus vero eius, id eſt ſuperfluitatis ſignificatur. Qm̃ mordicatiua, aut pungitiua, aduſtiua, paruæ grauitatis, citrinans colorem faciei & oculi, ſignificat, ꝙ materia eſt cholerica. Et pulſatiua, grauis, rubificans colorem faciei, & oculi, inflans venas ſignificat, quod ipſa eſt ſanguinea. Et laxatiua, faciens pigritiam cum qua mutatur color ad plumbeitatem, & ducens ad ſomnũ, & dormitationẽ, ſignificat quoniã ipſa eſt phlegmatica. Quod ſi color obfuſcatur in diſpoſitione illa, & corrumpitur cogitatio, & caput eſt minoris grauitatis, & ſomnus cum hoc non eſt dominans, & nõ ſunt reliqua ſigna, ſignificat quod ipſa eſt melancholica. Quod ſi aliquid ipſorũ eſt cum tinni- C tu, & vertigine, & permutatione loci, ſignificat quod materia generat ventoſitatẽ, & inflationem, & vaporem: & quod habet caliditatem in ipſa agentẽ. Quod ſi adeſt ſuperfluitatum retentio cum leuitate capitis, ſignificat ſiccitatem abſolute. Et hoc quidem capitulum, quod attulimus eſt proprium quantitati: vel qualitati expulſionis & prohibitionis. Qualitas aũt eius eſt, ſicut ſi tendit ad citrinitatem, & ſubtilitatẽ, & caliditatem, & mordicationẽ, ſignificat ꝙ ipſa eſt cholerica. Et ſi tendit ad rubedinẽ & dulcedinẽ in ore cũ rubedine faciei & oculorũ, & caliditate tactus, & exuberatione venarum, ſignificat ꝙ ipſa eſt ſanguinea. Et ſalſa, & dulcis cũ priuatione reliquorum ſignorũ, aut nitroſa, frigidi tactus, aut calidi, ſignãt phlegma in quod egit caliditas. Et inſipida, groſſa, frigidi tactus, ſignãt ꝙ eſt phlegma crudũ. Et iſtę quidẽ ſunt ſignificationes qualitatis rei expulſæ i colore ſuo, & guſtu, & tactu, & ſubſtãtia. Odoris vero eius eſt, qm̃ putredo odoris, & acuitas eius ſignificant caliditatẽ. Et priuatio odoris, fortaſſe frigiditatẽ, non tñ ſicut prima ſignificat caliditatem. Quæ autẽ pendent ex eis, quæ apparent in cute capitis: & quod ſequitur eam, ex vlceribus, & [f] † { bothor, } & apatibus ſignificant ſm plurimum materias, quę fuerũt, & expelluntur: & non ſignificant diſpõnem cerebri in illa hora manifeſte, niſi forſitan ſint in augmento. Tu aũt [f] ſciuiſti cauſas apatum calidorũ, & frigidorum, & durorũ, & canceroſorum, & vlcerũ perambulantiũ, & quietorum, & reliquorum ex his, quæ dicta ſunt: non ſunt ergo tibi difficiles cognitiones eorum D ſm diſpoſitiones capitis & capillorũ etiam. Et iam etiã [g] ſciuiſti in libro primo cauſas euẽtus capillorum: & [h] ſciuiſti cãm criſpitudinis ipſorũ, & planitiei, & ſubtilitatis, et groſſitiei, et paucitatis, et multitudinis, et velocitatis caniciei, et tarditatis eius. Et nos quidem [i] docebimus cãm ſciſſionis ipſorum, et caſus eorũ in capitulis proprijs. Cognoſces ergo ex eis qualitatẽ ſignificationum capillorum, et nos quidẽ differemus illud vſq; ad illum locũ fugientes multiplicationẽ, et elongationẽ.

D Gal. 11. de v. p. c. 14. e.
E Li. 1. F. 2. d. 3. c. 5.
F † puſtulis,
F Li. 1. F. 2. d. 1. c. 5.
G ſen. 1. do. 3. c. 2.
H Li. 1. F. 2. d. 3. c. 3
I Li. 4. F. 7. t. 1. c. 13.

*De ſignificationibus ſumptis ex conuenientia, & diuerſificatione, & velocitate paſſionum, & tarditate.* Cap. 9.

SIgna autem aſſumpta ex genere conuenientiæ, et diuerſificationis, et velocitatis paſſionum, et tarditate eius ſunt hæc. Conuenientia autem et diuerſificantia nõ euacuãtur, quin aut conſiderentur in diſpoſitione in qua poſitus nihil de ſanitate negat, quæ eſt ſm ipſum, aut in diſpoſitione, in qua eſt eius exitus à ſanitate, et mutatur eius complexio à natura. Conuenientia ergo in diſpoſitione ſanitatis, quæ eſt ſecundum ipſum eſt ſimilis complexioni eius. cõplexio igitur ipſius cognoſcitur ex illo: quod autem diuerſificatur ab eo in diſpoſitione illa, eſt contrarium complexioni ipſius. In diſpoſitione autem in qua fit eius exitus à ſanitate, et mutatur eius complexio ab ipſo, iudicium eſt è contrario. Nos quidem iam [k] diximus in eo, quod eſt præteritum de dictis:

K Li. 1. F. 2. d. 3. c. 1.

vniuerſalibus, ꝙ ſanitas in corporibus omnibus non eſt ſm complexionem vnam: & ꝙ poſſibile E eſt, vt ſit ſanitas corporis à complexione, cuius ſimilis eſt ex eo, quod affert ægritudinem corpori alteri, ſi haberet illam complexionem. Veruntamen oportet, vt conſideretur, quod ſit eius diuerſum in extremitate alia etiã, ſicut diuerſificatur ei hoc in hac extremitate: ita vt exiſtimatione ſciatur quantitas complexionis quam habet. duæ enim extremitates ſimul ſunt diuerſæ impedientes proculdubio: & non eſt conueniens ſanitas aliqua extra æqualitatem: niſi dum non vehementer ſuperfluit. Et [a] cerebrum quidem, quod complexionis calidę malitiam habet iuuatur aere frigido, & cibis, & odoribus frigidis: ſiue ſint boni, ſicut camphorati, ſandalini, & nenufarini, & eis ſimiles: ſiue fœtidi non boni, ſicut limoſi, & althalebie. i. herbæ muſci, quæ oritur in aquis ſtantibus, & iuuatur tranquillitate & quiete. Et quod habet malitiam complexionis frigidæ iuuatur eo, quod eſt illis contrarium. Iuuatur ergo aere calido, & odoribus calidis boni odoris & fœtidi odoris etiam reſoluentibus, calefacientibus, & exercitijs, & motibus. Et quod habet malitiam complexionis ſiccę, lęditur eo, quod ex ipſo euacuatur. Et quod habet malitiam complexionis humidę, iuuatur eo, quod ex ipſo euacuatur & minuitur ab eo. Significationes vero velocitatis paſſionum eius, ſicut ſi velociter calefiat: aut velociter infrigidetur, ſunt iſtę. [b] Quod enim calefit velociter ſignificat caliditatem complexionis, ſm cõditiones prædictas in [c] libro vniuerſali. Et ſimiliter, quod velociter infrigidatur, & ſimiliter, quod velociter exiccatur. Et illud quãdoq; fit propter paucitatem humiditatis ipſius: & qñq; fit propter ſubtilitatem humiditatis ipſius: aut propter caliditatem ſuę complexionis. F Veruntamen differẽtia inter ea eſt: quoniam cum primo reperiuntur reliqua ſigna ſiccitatis cerebri, ſicut vigiliæ, & reliqua de quibus rememorabimur in capitulo ſignorum complexionum cerebri: & hoc ſecundũ eſt, qm̃ ſiccitas non accidit ei niſi in horis, quæ ſunt apud motũ laborioſum: aut caliditatẽ fortem: aut quod procedit curſu eius ex cauſis ſiccitatis prædictis, amplius non ineſt ei in reliquis horis ſignificatio ſiccitatis. Cum eo vero, quod fit propter caliditatem complexionis eius, ſunt reliqua ſigna caliditatis in complexione. Quod autem velociter humectatur, qñq; fit propter caliditatẽ ſubſtantiæ eius: & qñq; fit propter frigus ſubſtãtię ipſius: & quãdoq; fit, quoniam cõplexio ſubſtantię ipſius radicalis fuit humida: & qñq; fit, quoniam complexio ſubſtantiæ eius radicalis fuit ſicca. Quod ſi fuerit ex caliditate, erunt illic ſigna caliditatis. Amplius erit illa humectatio non ex eo, quod ſemper eſt: ſed ipſa erit ſucceſſiua caliditatis ſuperflue cadentis in cerebro, & attrahentis humiditates ad ipſum, quæ ipſum implebunt. deinde ſi remanſerit cõplexio calida vincens, ſuccedet ſiccitas, cum expulſione. & ſi humiditates vicerint fiet cerebrum frigidum & humidum: & ſi æquabuntur, prouenit ſm plurimum putredo, & ægritudines putridæ, & apoſteinata. qm̃ hæc humiditas non eſt naturalis in quam conuertatur caliditas naturalis conuerſione naturali: immo non conuertitur in ipſa niſi conuerſione extranea, quæ eſt putredo. Quod ſi fuerit G propter complexionis frigiditatem, non erit euentus humiditatis ſubito: ſed ſm dies. deinde eueniet humectatio, & fiet cum velocitate: & erũt ſigna frigiditatis cerebri reperta. Quod ſi illud fuerit propter humiditatem cerebri ipſius, erit velocitas in illo propter vnam duarum rerũ: aut quia humiditas facit frigus, & frigus corrumpit virtutem digeſtiuam mutantem illud, quod peruenit ad cerebrum de nutrimento, & apparet humectatio. Cum ergo peruenit frigus illud ſubito, humectatio poſt ipſum ſequitur ſubito: & qm̃ cum illo accidunt oppilationes in meatibus, accidit vt ſuperfluitates retineantur: deinde erit hoc ſemper, & inſeparabile, & non erit ex eis, quę ſunt raro. Eius autem, quod fit propter cerebri ſiccitatem, cauſa eſt exuccatio adueniens ſubito cum ſiccitas accidit vno momento: & eſt cum ſignis ſiccitatis prædictis, & eſt ſimilis ei, quæ prouenit à caliditate, niſi in eo in quo ambo diuerſificantur ex ſignis caliditatis, & ex ſignis ſiccitatis. Iſtę ergo ſunt ſignificationes aſſumptæ ex velocitate paſſionum: & nõ oportet vt conſideretur velocitas paſſionum ſm debilitatem virtutum naturalium, præcipue in humectatione, qm̃ debilitas ſequitur harum vnam cauſarum. Omnia autem conuenientia, & diuerſificantia non ſumuntur ex qualitatibus: immo ſumuntur ex formis & motibus, quemadmodum videmus habentem ægritudinem, quæ nominatur ouum, eligere reſupinationem de reliquis ſitibus dormitationis ſuæ.

A G de art. medicinali c. 13. c.
B Gal. art. med. c. 59. a. b.
C 1. Fe. 2. do. 3. c.

*De ſignificationibus ſumptis ex parte menſuræ capitis.* Cap. 10. H

DIfferentia vero & cognitio facta ſm paruitatem capitis, & magnitudinẽ eius eſt, quod oportet te ſcire, quoniam cauſa paruitatis capitis in creatura eſt paucitas materiæ, ſicut cauſa magnitudinis eius eſt materiæ multitudo, ſcilicet materiei ſpermatis partitæ in partitione, quæ capiti eſt naturalis. Amplius ſi fuerit materiei paucitas cum fortitudine virtutis formatiuæ primę erit bonę formę: & erit minus malum eo, quod paruitati capitis adiungit figurę malitiã in creatura: quod ſignificat debilitatem virtutis, ſm ꝙ ipſum. nõ eſt expers malitiæ in forma cerebri, & debilitate virtutis, & conſtrictione meatus virtutis moralis, & naturalis, vel animalis. Quapropter phyſiognomici dicunt, ꝙ hic homo eſt perfidus, timidus, velocis irę, heſitans in rebus. Et [d] Gal. quidem dicit, ꝙ caput paruum omnino non euacuatur à ſignificatione malitiæ formæ cerebri: & ꝙ magnum caput non habet aſſiduam ſignificationem bonitatis diſpoſitionis cerebri, dum non ſunt ei compares bonitas figuræ, & groſſitudo colli, & amplitudo pectoris. Ipſa. n. conſequuntur magnitudinẽ dorſi, & coſtarum ſequentium magnitudinẽ nuchæ, & eius fortitudinem, quæ conſequuntur fortitudinem cerebri. Cum. n. multitudini materiei cõpar exiſtit fortitudo virtutis formatiuæ, caput eſt ſm hanc formam. Ex eis autem, quæ illud cõfirmant eſt vt illic ſit proportionalitas reliquorum membro-

D art. medi. c. 11



A membrorum: ꝙ ſi cum eis compar fuerit ipſorũ debilitas, erit malę figuræ, debilis colli, parui dorſi, aut erunt læſa, quæ cum eo continentur: & ab eo oriuntur, ſm ꝙ qñq; accidit ex augmento capitis in magnitudine, quæ nõ eſt ſm naturam pueris, quibus accidit inflatio capitis: & magnitudo eius, quæ non ſunt in natura, immo ſm ſemitã ægritudinis: & cauſa in ipſo eſt multitudo materiei ebullientis: & ſimiliter accidit adultis ex doloribus capitis prauis: & quandoq; accidit, vt ſinciput minoretur, & tempus planum fiat, cum eleuatur eryſipila ſuper cerebrum. Iam ergo ſcis ſignificationes paruitatis capitis, & magnitudinis eius. Et ex ſignis bonitatis quidem cerebri eſt, vt non patiatur ex vaporibus vini, & ab eis, quæ cũ eis narrabimus: & patiatur ex ſubtilitate eius, & caliditate eius quare additur mens eius.

*De figura capitis.* Cap. 11.

SIgnificationes vero figuræ eius ſunt iſtæ. Iam enim docui te in [a] capitulo oſſis capitis, quæ ſit naturalis figura capitis, & quæ ſit mala: & ꝙ figuræ malitia cum accidit alicui partium capitis, lædũtur proculdubio proprietates operationum illius partis cerebri, de qua dixit [b] Gale. quod [b] † {almeſafath} & quadrata ſunt vituperabiles ſemper: & eminentia extremitatum eſt vituperabilis: niſi cauſa ſit in ipſo fortitudo virtutis, formatiuę. ſ. ſi ſit ſuperabundans in operationibus ſuis: & ſignificant etiam fortitudinem huius virtutis, forma colli, & ipſius quantitas, & pectus.

A 1. ſ. 1. do. 5. F. 1. lib. 1.
B 9. de vſu part. c. 17. h. a.
B † figura capitis 1 qua deficit aliqua commiſſura principalis.

B *De ſignificationibus ſumptis à grauitate, & leuitate capitis, caliditate, frigiditate, & ex doloribus eius.* Cap. 12.

SIgnificationes aũt ſumptę ex grauitate capitis, & leuitate eius ſunt, qm̃ grauitas capitis ſemper ſignificat materiam in ipſo: ſed materia cholerica facit grauitatem minorẽ, & aduſtionem vehementiorem. Et melancholica facit grauitatem maiorem illa, & ſiccitatem maiorem. Et ſanguinea facit grauitatem fortiorem ꝙ̃ illæ: & pulſationem, & dolorem in radicibus oculi propter penetrationem chymi calidi, & rubedinem, & inflationem in venis vehementiorem. Et phlegmatica facit grauitatem maiorem, ꝙ̃ omnes aliæ, & dolorem minorem, ꝙ̃ ſanguinea, & cholerica: & ſomnum maiorem, ꝙ̃ melancholica, & hebetudinem ad cogitationem, & pigritiam, & paucitatem agilitatis. Significationes vero aſſumptæ ex caliditate, & frigiditate. ſ. quas ex eis tãgit caput in ſeipſo: vel per ſeipſum: & tangit aliud exterius, non occultantur tibi: Calidum quidem ſignificat caliditatem ſi perſeuerauerit cõplexionalem: & ſi accidit, & nocet, accidentalem. Et ſimiliter eſt iudicium frigidi, ſm eius conſiderationem. Et ſimiliter eſt iudicium aridi & ſicci ſm ſuam conſiderationem, ſi non venerit exterius exaſperans, & areſaciens. Et ſimiliter eſt humidum ſi non fuerit calor interius faciens ſudorem. Et dolores quidem corroſiui, qui imaginari faciunt in capite hominis inceſſus. ſ. alicuius rei cum corroſione, & mordicatione, ſignificant materiam calidam. Et pulſatiui ſignificant apoſtema calidum: & confirmat ſignificationes eorum adhærẽtia febris. Et grauatiui & C compreſſiui ſignificãt materiam grauantem comprimentẽ frigidam. Et extenſiui materiam ventoſam: & permutatio confirmat illud. Et dolor, qui eſt ſicut percuſſio cum malleo ſignificat ſicut ouum, & hemicraneam temporalem. Et dolores etiã ſignificant parte ſua, ſicut dolor, qui eſt propter cõmunitatem ſtomachi, fit ſm modum: & qui eſt propter cõitatem hepati ſecundum formam alium, quemadmodum [c] narrabimus. Et cum hoc qñq; ſignificant ſecundum ſuã perſeuerantiam; dolor. n. cum perſeuerat in anteriore capitis parte, & poſteriore eius, ſignificat phreneſim.

C T. 2. c. 7.

*De ſignificationibus membrorum, quæ ſunt cerebro ſicut propagines, vt oculus, & lingua. & facies, & meatus vuæ, & amygdalarum, & collum, & nerui.* Cap. 13.

SIgnificatio autem oculi, qui eſt de ſumma illorum, eſt ex [d] diſpoſitione venarum eius, & ex diſpoſitione grauitatis, & leuitatis ipſius, & [e] ex diſpoſitione coloris eius in citrinitate ſua, aut in offuſcatione ſua, aut plumbeitate, aut rubedine eius, & diſpoſitione tactus eius: & oĩa illa valde vicina ſunt in ſignificatione eius, quod eſt in ipſo cerebro. Et qñq; ſignificatur per illud, quod fluit ab eo de lachrymis, & lippitudine: & quod accidit ipſi ex clauſura vel clauſione & intuitu fixo in rem vnam: & ex diſpoſitione motionis eius vel palpitationis eius: & ex diſpoſitionibus oculi, quæ conſiderantur ſm profunditatem, & exitum eius ad exteriora: & magnitudinem, & paruitatem, D & paſſiones ſeu nocumenta, & dolores. Nam ſi oculus ſiccatur ſignificat ſiccitatem cerebri: & fluxus lippitudinis, & lachrymarum cum non fit propter ægritudinem in ipſo oculo, ſignificant humiditatem anterioris cerebri: & magnitudo venarum oculi ſignificat calefactionẽ cerebri in ſubſtantia: & [f] fluxus lachrymarũ abſq; cauſa manifeſta, ſignificat in ægritudinibus acutis inflammationem cerebri, & apoſtemata eius: & proprie cum currunt ex vno oculorum: & cũ lippitudo pupillam tegere incipit: ſicut tela araneæ, deinde adunatur, tunc eſt morti propinquius. Et oculus, qui remanet apertus, & non mouetur, ſicut fit carabito, & qñq; in lethargia, & qui clauditur, & ſit eius apertio difficilis, ſicut fit quandoq; in lethargia: & fit etiã in [f] † {carabito,} apud reſolutionem virtutis ſignificat læſionem magnam in cerebro: plurimum autem mobilis ſignificat inflammationem, & caliditatem, & dæmoniacum, & adhærens ſuo intuitu vni loco, & eſt in habẽtibus † ſirſem & † birſem ſignificat gueſgues. i. cogitationes malas, & melancholiam. Et qñq; ſignificatur ex motibus eius ſuper cogitationes cerebri ex imaginatione iræ & anguſtiæ, & timoris, & [g] † {yliſchi.} Et ad exteriora exiens ſignificat apoſtemata, & repletionem vaſorum cerebri. Et profundus ſignificat reſolutionem plurimam ſubſtantiæ cerebri, ſicut accidit in vigilijs, & [h] † {alcutubut,} & [i] † {yliſchi} quãuis horum forma diuerſificetur in hoc, quemadmodũ diſtinguemus in locis ſuis: & ſimiliter

D G. de art. medi. c. 13. c
E Li. 1. F. 1. d. 3. c. 3. & G. ar. me. c. 26. d
F Hip. 4. aph. 52. d. & 1. pgnoſt. 10. e.
F † phrenitide,
† phrenitidem. † pleuritidem.
G † amoris.
H † inſania lupina vel canina.
I † amoribus.

& ſimiliter qñq; ſignificat ſuper eryſipilam cerebri & impetigines eius. Significationes autem aſ- E ſumptæ ex diſpoſitionibus linguæ ſunt, ſicut quod linguę multoties color ſignificat cerebri diſpoſitionem, quemadmodũ ſua albedine ſignificat lethargiã: & citrinitate ſua primo, & nigredine ſua ſecundo, carabitum. Et ſicut ſignificat cum dominio citrinitatis ſuper ipſam & viriditate venarũ, quæ ſunt ſub ea epilepſiam proprie: & non eſt quidem ſignificatio ex colore linguæ, ſicut ſignificatio ex colore oculi. Nam illud vehementiorem habet cum cerebro proprietatem. colore autem linguæ qñq; ſignificãtur ſtomachi diſpoſitiones. Verũtamen cum ſcitur, quod lęſio eſt in cerebro, non elongatur ſignificatio ab eo. Aſſumptę autem ex diſpoſitione faciei ſunt ex colore eius. Et tu quidem [a] ſcis ſignificationes colorum complexionum. Ex eius autem pinguedine & macie ſunt; quia eius pinguedo & rubedo ſignificat dominium ſanguinis, & ipſius macies cum citrinitate ſignificat dominium choleræ, & eius macies cum tenebroſitate ſignificat dominium ſiccitatis melancholiæ: & inflatio, ſeu tumefactio ſignificat dominium aquoſitatis, & phlegmatis in ſanguine vincentiũ vel dominantium poſtq̃ fuerint iſtæ diſpoſitiones accidentales non radicales, & poſtquã ſciueris, quod ægritudo non eſt in corpore mutans formam, niſi in latere cerebri. Aſſumptæ vero ex diſpoſitione colli ſunt, qm̃ ſi eſt forte, & groſſum, ſignificat fortitudinem virtutis cerebri, & eius abundantiam: & ſi eſt curtum, & ſubtile, è contra: & ſi eſt præparatum ad recipiendum ſcrofulas, & apoſtemata, tunc cauſa in hoc non eſt debilitas in ipſo: neq; cum vacuum eſt ab illo, tunc poſtq̃ eſt F cauſa in hoc fortitudo eius: immo cauſa in hoc eſt debilitas virtutis digeſtiuæ, quæ eſt in cerebro propter aliquas ſpecierum. complexionis, quas narrabimus, & fortitudinem virtutis expulſiuæ. partes enim colli recipiunt, quod cerebrum expellit: & carnes molles glandoſæ, quæ ſunt in ipſo. Et ſimiliter eſt etiam diſpoſitio ſignificationum aſſumptarum à diſpoſitione vuę, & duarũ amygdalarum, & etiam dentium. Aſſumptę vero ex diſpoſitione membrorum neruoſorum intrinſecorum ſunt ex ſemita iudiciorum communitatis. Neceſſarium enim eſt vt cerebro, & nuchæ cõicent: ſicut cum læſiones ſuper ea perſeuerant, afferunt cerebro ſpeciem ægritudinis, quæ eſt in eis. Et quandoq; aduenit eis illud ex cerebro, & nerui quidem cum fortes fiunt & ingroſſantur, & vię ipſorum fiunt fortes, quæ eis creatæ ſunt radicales ſignificant fortitudinem cerebri: & contrarium illius ſignificat contrarium eius.

[A Lib. 1. F. 2. d. 4. c. 3.]

*De ſignificatione communi membrorum, quibus communicat cerebrum, & eis appropinquat.* Cap. 14.

CVm membra cerebro cõicantia fortia exiſtunt: tunc cerebrum eſt forte, & ſi plurimas habet læſiones, non propter cauſas manifeſtas eis aduenientes, tuuc cerebrum debilitatur, aut læditur: & qñq; læſæ ſunt operationes illæ in membris alijs propter cõitatem virtutum cerebri: ſicut contingit vt non vadat æger ad vrinam & egeſtionem indigens eis propter priuationem ſenſus, ſicut accidit in lethargia, & [b] † { in ſubet alſari, } aut propter grauitatẽ motus ſuper ipſum, ſicut in G eis, & in carabito: & ſicut defectus transglutiendi, & ſorbendi in ſerac. i. quando aqua ingreditur tracheam arteriam in iſtis ęgritudinibus: & ſicut ſignificationes anhelitus: anhelitus. n. quandoq; abſcinditur, & deſtruitur per cauſam læſionis, quę eſt in cerebro perueniętis ad velamen, & membra anhelitus & ſicut eius magnitudo, & magnificẽtia ſunt magis ſignificantia ſibare: & ſtrictura, & paruitas eius ſunt magis ſignificantia dormitationem vigilatiuam, & lethargiam.

[B† dormitionem vigilatiua,]

*De ſignificatione membri, cuius cõmmunitate cerebrum patitur.* Cap. 15.

QVoniam ſtomachus eſt ex membris plurimum cõicatione ſua lædentibus cerebrum, tunc oportet, vt ſignificetur illud ex diſpoſitione deſiderij, & digeſtionis, & eructuationis, & rugitus, & diſpoſitione ſingultus, & nauſeæ, & diſpoſitione, tremoris ſtomachalis. Conſideretur in qualitate ſignificationis iſtorum ſuper ſtomachũ vbi [c] loquemur de ſtomacho. Et ſignificatur etiam ex diſpoſitione vacuitatis, & repletionis. Communitas. n. cerebri cum ſtomacho, cum eſt repletus, aut habet inflationem, apparet in diſpoſitione repletionis eius, ſed eius cõitas cũ ipſo propter caliditatem, & choleram rubeam, & dolores ipſorum, qui fiunt inde: & ex fortitudine caloris apparet in diſpoſitione vacuitatis. Et plerunq; repletio eſt cauſa ad æquandam complexionem, & oppilandum inter vaporem acutũ, & cerebrum, & magis propriũ cum quo ſignificatur, eſt locus doloris in principio ſui, & in ipſius manſione. Aegritudines. n. cerebri cõicatione ſtoma- H chi factas iam ſignificat dolor, cum [d] incipit à ſincipite: deinde effunditur ad illud, quod eſt inter vtraſq; ſpatulas, & fit fortior apud digeſtionem. Et qñq; ægrotat caput in cõicatione hepatis, & eſt tunc [d] declinatio doloris ad dextram, ſicut qñ fit cõicatio ſplenis eſt [d] declinatio doloris ad ſiniſtrã. Et qñq; eſt cum cõicatione cerebri cũ mirach: & cum eo, quod ſequitur vel vicinatur { ſeraſif } eſt ergo [d] dolor decliuis ad anteriora valde. Et qñq; cõicat matrici, & fit cum ægritudinibus matricis & eius ſignificationes dictæ ſunt in [e] cap. ipſius: & ſiſtitur dolor in vertice ſincipitis. Plurimæ autẽ cõitates cerebri cum membris, eueniunt propter vapores ad ipſum aſcendentes: & via quidem aſcenſionis ipſorũ, aut eſt illud, quod eſt corã anteriore parte { ſeraſif, } & ſentit in primis extenſionem eius ad ſuperiora: & eſt extenſio, vt chorda, & pulſatio in venis iuxta ipſam: & ſentit principium doloris anterius: aut illud, quod vicinatur parti occipitis, & ſentitur principium doloris poſterius: & tenduntur vt chorda venæ, & arteriæ poſitę poſterius, & ſentit illic pulſationem: cumq; conſiderauiſti accidens membri cõicantis, oportet vt accidens ſit accidens illi membro in ſeipſo, non propter cõitatem ſuam quam habet cum cerebro, ſed propter cõitatem cerebri cum ipſo, per quam nocetur cerebrum. Cum ergo ſignificetur ex nauſea, ꝙ ægritudo cerebri ſit propter ſtomachi

[C Fen. 13.]
[D T. 1. c. 7.]
[Pars cartilaginoſa epigaſtrij q̃ continuatur cun extremitatibus coſtarũ ſpuriarum.]
[E T. 2. c. 7. & F. 1. t. 3. c. 22.]
[Cartilaginis continuare cun coſtis ſpurijs.]



A chi cõitatem, tunc non elongatur quin erretur, & ſit ægritudo hæc in cerebro prius: & ſit occulta, & neq; appareat nauſea in ſtomacho, niſi propter communitatem ſuam cum cerebro in ægritudine occulta, cum qua eſt. Oportet ergo vt redeas, ad principia, quæ tibi dedi in [a] libris primis, quibus cognoſcas ægritudines principales ab ægritudinibus communicationis.

[A Fen. 1. do. 3. c. 2.]

*De ſignis cerebri in ſua complexione æqualis.* Cap. 16.

CErebrum in [b] ſua complexione æquale eſt id, quod eſt forte in operationibus ſenſibilibus, & moralibus, & mobilibus, & [b] commenſuratum in expulſione eius, quod ab eo expellitur, & in ipſius retentione: & [b] forte ad reſiſtendum accidentibus impedimentũ afferentibus. [c] † { Capillos habens in pueritia glaucos, & in adoleſcentia igneos, } & rubeos, & ad nigredinem declinantes, circa complementum creationis, & augmenti, medios inter criſpitudinem, & planiciem: & ipſorum ortus, & tempus pubertatis ſuæ quodlibet horum eſt in ſua hora: & ipſorum canicies non eſt feſtina, neq; tarda ab hora naturali: & caluicium non cito ei aduenit.

[B Gal. de art. med. c. 13. f.]
[C† Ga. ſubrufi in infantia, ſubflaui in pueritia, flaui i adoleſcentia.]

*De ſignis complexionum malarum euenientium ex conceptione.* Cap. 17.

VIſum eſt [d] Gal. ꝙ caliditas generat rationis permiſtionem, & alienationẽ. Et nos iſtis adiungamus vagabunditatem, vel ſubitationem, & velocitatem caſus initiorum, & permutationis voluntatum. Et ꝙ frigiditas generat hebetudinem & quietem motus. Et nos adiũgamus iſtis, B tarditatem intellectus, & difficultatem cogitationis, & pigritiã. Et ꝙ ſiccitas facit vigilias, & ipſam ſignificant vigiliæ. Et nos quidem in hoc conditionemus, vel ſtatuamus, ꝙ non ſit ab humiditatibus nitroſis: & non eſt cum grauitate in cerebro, & aſſiduatione euacuationis ſuperfluitatum, & reliquis ſignificationibus humiditatis. [e] Humiditas enim ſalſa, & nitroſa teſte ipſo Gal. facit inſomnietatem ſicut in ſenibus. Humiditas vero facit ſomnum profundum: & tu ſtatue cum anima tua condictionem prędictam. Et Gal. quidem viſum eſt, ꝙ ſignificatio ad oſtendendum, ꝙ complexio dominans eſt ſine materia, eſt priuatio fluxus ſuperfluitatum cum ſignificatione malitiæ complexionis. Significatio vero, ꝙ ipſa dominetur cum materia, eſt fluxus ſuperfluitatũ. Et nos dicamus ſi nõ ſint oppilationes, aut debilitas virtutis expulſiuæ: & illius ſignificatio eſt, quod prædiximus, & perfecimus. Significationes vero cerebri calidę complexionis ſunt [f] velocitas ortus capillorum in principio natiuitatis, aut in ventre: & nigredo ipſorum in principio: & denigratio eorum poſt glaucedinem vel ruffedinem velox: & [f] criſpitudo eorum, & velocitas caluitiei, & velocitas repletionis capitis, & ipſius grauitas ex cauſis euenientibus, [f] ſicut odoribus, & ſimilibus: & læſio eius ab odoribus calidis: & [f] paucitas vſus ſomni cum leuitate eius: & apparitio venarum oculorum, & zachema. i. coryzæ, & [g] velocitas permutationis in conſilijs, & voluntatibus ſicut eſt diſpoſitio in pueris: & ſignificat illud tactus, & [f] rubedo coloris, & decoctio ſuperfluitatũ effuſarum, & expul- C ſarum, & æqualitas ipſarum in ſubſtantia cum comparatione ad alias. Significationes vero complexionis frigidæ ſunt, [h] augmentum expulſionis ſuperfluitatum, ſm̃ ꝙ ex conditione prædictum eſt. & [h] planities capillorum, & [h] paucitas nigredinis eorum, & velocitas caniciei, & [h] velocitas patiendi ex nocumentis, & [h] multitudo rheumatiſmi intus ad palatum, & accidentium coryzæ propter leuem cauſam, & [h] occulatio venarum in oculis, & [h] multitudo ſomni, & eius forma eſt ſimilis formæ ſomnolenti ſeu appetentis dormire, tardus eſt palpebrarum motus, & [i] eſt ſtabilitas ſm̃ voluntates, ſicut eſt diſpoſitio ſenum. Siccæ vero complexionis ſignificationes ſunt [k] mundificatio meatuum ſuperfluitatum, & [k] claritas ſenſuum, & [k] potentia in vigilando, & [k] fortitudo capillorum, & [k] velocitas natiuitatis ipſorum, propter fumoſam complexionem in ętate prima, & [k] velocitas caluitiei, & [k] criſpitudo capillorum. Sed humidę complexionis ſignificationes ſunt [l] planicies capillorum, & tarditas natiuitatis ipſorum, & [l] tarditas caluiciei, & [l] perturbatio ſenſuum, & [l] multitudo ſuperfluitatum intus, & rheumatiſmus, & [l] profunditas ſomni. Calidæ & ſiccæ complexionis ſignificationes ſunt [m] priuatio ſuperfluitatum, et [m] claritas ſenſuum, et potentia [m] vigilandi, et paucitas ſomni, et [m] velocitas ortus capillorum in principio, et fortitudo ipſorum, et [m] nigredo, et [m] criſpitudo eorum, et [m] multa caluiciei velocitas, et [m] caliditas tactus capitis, et ipſius ſiccitas cum rubedine manifeſta in ipſo, et in oculo, et [n] permutatio in voluntatibus, et velocitas in D eis, et fortitudo intellectus, et memoriæ, et velocitas in eius operationum animalium. [o] Significationes vero complexionis calidæ et humidæ ſunt iſtæ. Nam ſi complexio illa non eſt valde remota ab æqualitate, [o] color eſt bonus, et [o] venę ſunt manifeſte, et tactus eſt calidus, et lenis: et [o] ſuperfluitates ſunt plures, et magis [o] coctæ: et [o] capilli plani, declinantes ad [o] † { glaucedinem. } abſque [o] velocitate caluitiei: et calefactio, et humectatio ſunt ei veloces. Quod ſi ab [o] ea fuerit elongata, erit ægrotatiuum recipiens nocumentum calidi, et frigidi: et ægritudines putridas in ſubſtantia ſua velociter: et [o] erunt ſenſus illius cuius eſt cerebrum, grauati perturbati: et oculi eius debiles: et [o] neq; abſtinebit à ſomno, et videbit ſomnia corrupta. Significationes autem complexionis frigidæ et ſiccæ, ſunt iſtæ. Nam caput eſt [p] frigidi tactus, [p] abiectus color, [p] venæ ſunt in ipſo occultæ, et in oculis: [p] tardus capillorum ortus, et ſunt [p] † { caſtanei, } et ſubtiles, [p] tarditas caluiciei proprie, ſi non eſt magis dominans eius ſiccitas, q̃ frigiditas: et [p] nocetur frigidis ſm̃ conditiones prædictas: et [q] ſenſus ſunt clari in infantia ſua, & cum procedit in ætate, debilitatur velociter, et ſeneſcit, et apparet ſpaſmus: et contractio in partibus capitis eius, et eſt ſanitas ſenilis, et fit ſanitas eius inſtabilis. Qñq; enim eſt leuitas capitis, et viarum apertio: et qñq; eſt è contrario. In complexione autem frigida, et humida, eſt [r] homo multi ſomni, et profundus in ipſo, [r] malorũ ſenſuũ, piget tardus, [r] multę euacuatio-

[D 1. lo. aff. c. 8. fo. 42]
[E C. 7. & Gal. Li. 5. de ſan. tu. c. 9. c. & li. 3. loc. aff. c. 5. g. & 3. aph. 31.]
[F G. ar. me. c. 14. g]
[G Gal. c. 11. e]
[H Gal. c. 15.]
[I G. c. 12.]
[K G. c. 16.]
[L G. c. 17.]
[M Gal. c. 18.]
[N Halya. 1. theo. c. 10.]
[O Gal. c. 19.]
[O† ſubflauedinẽ,]
[P Gal. c. 20.]
[P† G. ruffi.]
[Q G. c. 21.]
[R Gal. c. 22.]

euacuationis ſuperfluitatum ex capite: & ſignificāt ipſam, tarditas caluiciei & velocitas euentus E rheumatiſmorum. Apoſtematum vero ſignificationes, & reliquorū dicemus in diſtinctionibus.

*De ſignis cuiuſcunq; ægritudinum capitis.* *Cap.* 18.

HOc capitulum & quod eſt ante ipſum, ſunt ſicut concluſio principiorum, quæ dedimus de diſpoſitionibus ſignificationum capitis. Et oportet quidē, vt has ſignificationes ſeruemus in memoria, & non ſit neceſſarium reiterare in vnoquoq; capitulorum, in quo loquemur de ęgritudinibus partium capitis. Quod ſi iterabimus eas, in aliquo capitulo iterabimus eas, vt illud ſit adiuuans ad qualitatē redeundi ad hos canones in cap. alijs, in quibus iam abbreuiabimus, ſecundum quod attulimus in illo capitulo vno. Et ſimiliter oportet vt animam tuam ſuper illud quieſcere facias de reditione ad canones vniuerſales in curis particularibus capitis, niſi in quo in vniuerſalibus non eſt dictum, & eſt neceſſarium ipſum dicere in particularibus.

*De ſignis malæ complexionis calidæ ſine materia.* *Cap.* 19.

IPſam ſignificat inflammatio, & priuatio grauitatis, & vigiliæ, & inquietudo in motibus, & læſio ſeu corruptio in imaginationibus, & agitatio, & velocitas in ira, & rubedo oculorum, & iuuamentum ab infrigidantibus, & nocumentum à calefacientibus.

*De ſignis malæ complexionis frigidæ ſine materia.* *Cap.* 20.

SEntitur frigus cum priuatione grauitatis, & pigritia, & tepiditas, & albedo coloris faciei, & F oculi, & diminutio in imaginationibus, & declinatio ad timorem, & iuuamētum à calefacientibus, & nocumentum ab infrigidantibus.

*De ſignis malæ complexionis ſiccæ ſine materia.* *Cap.* 21.

LEuitas & anteceſſio euacuationū, & deſiccatio ſtricturæ narium, & dominium vigiliarum.

*De ſignis malæ complexionis humidæ ſine materia.* *Cap.* 22.

PIgritia & tepiditas, cum paucitate grauedinis, & paucitas fluxus eius, quod effluit: aut ipſius æqualitas, & ſuperfluitas obliuionis, & dominium ſomni.

*De ſignis complexionum compoſitarum abſq; materia.* *Cap.* 23.

SIgna complexionum compoſitarum abſq; materia ſunt commiſtio ſignorum duarum complexionum. Et ſignificatur quidem dominium caliditatis cum ſiccitate per vigilias, & cōmiſtionem rationis. Et ſuper dominium frigiditatis cum ea per diſpoſitionem ſimilem ægritudini, quæ nominatur congelatio, & forſitan aduenit ei. Dominium quidem humiditatis cum caliditate ſignificatur ex dominio ſomni, qui non eſt propter fortes ſubet, id eſt fortes profunditates ſomni. Et dominium frigiditatis cum humiditate per ſomnum ſubeticum, & adiunge ad illud, quod attulimus de reliquis ſignis compoſitis ex ſignificationibus ſingularium.

*De ſignis dominij materierum calidarum.* *Cap.* 24. G

CHolericæ quidem grauitas non ſuperflua: & mordicatio, & inflammatio, & aduſtio vehemens, & ſiccitas in chaiſim, id eſt in ſtrictura naſi, & ſitis, & vigilię: & citrinitas coloris faciei, & oculi, & rubedo coloris. In ſanguinea quidem ſignificat ipſum augmentum grauitatis, & fortaſſe aſſociat ei pulſationem, & eſt cum eo inflatio faciei, & oculorum, & rubedo coloris, & apparitio vel exuberatio venarum, & [a] † { ſubet. }

A † profundus ſomnus.

*De ſignis dominij materierum frigidarum.* *Cap.* 25.

FRigus ſenſatum, & longitudo læſionis, & eius aſſiduatio, & paucitas rubedinis coloris, & faciei oculorum, & paucitas citrinitatis eius cum grauitate ſenſata. Veruntamen illa grauitas, cum materia phlegmatica eſt maior, & cum pigritia, & hebetudine, & [b] { ſubet, } & obliuione, & plumbeitate coloris in facie, & oculis. In melācholica vero eſt grauitas minor, & fiunt vigilię plures, & alienatio, & cogitatio corrupta, & tenebroſitas coloris faciei, & oculorum.

B † ſomno pſūdo.

*De ſignis apoſtematum calidorum.* *Cap.* 26.

FEbris inſeparabilis, & grauitas, & pulſatio, & dolor perueniens ad radices oculorum, & forſitan ad exteriora exibunt cum eo oculi, & permiſtio rationis, & velocitas pulſus, & caliditas. Quod ſi fuerint in ipſo cerebro, erit pulſus decliuis ad vndoſum: & ſi fuerint in velaminibus, erit dolor fortior, & pulſus erit decliuis ad ſerinum. H

*De ſignis apoſtematum phlegmaticorum.* *Cap.* 27.

OBliuio & ſomnus nimius, & multitudo grauitatis, & puſus vndoſus, & cum hoc eſt mollificatio, & inflatio, ſeu tumefactio.

*De ſignis apoſtematum melancholicorum.* *Cap.* 28.

VIgiliæ, & alienatio, & grauitas ſenſata, & durities pulſus. Et nos quidem dimiſimus illud, cuius nos oportuit rememorari hic de ſignificationibus debilitatis cerebri, & fortitudinis eius. & ſignis humoris in ipſo dominantis, & ſignificationibus ægritudinum eius propriarum: & quæ ſunt propter communitatem confidentes in eo, quod allaturi ſumus de hoc in cap. de ſoda. Illic ergo requiratur: quoniam in loco illo affertur, & ex eo permutemus nos ad reliqua capitula.

*De canonibus vniuerſalibus curationis.* *Cap.* 29.

CVm materiam euacuare voluerimus, contemplamur tunc ſi ſignificatio oſtēdit ſanguinem cum ipſa abundantem eſſe, aut in ſanguine non eſt diminutio, quæcūq; ſit materia incipimus à phlebotomia cephalicæ, & venarum capitis prædictarum in [c] cap. phlebotomiæ, ſicut venarum frontis, & naſi, & venarum partis auris: & oportet vt fiat [d] earum phlebotomia in cōtraria parte

C 20. Fen. 4. libri
D Hip. 5. aphoriſ.



Infra α

A parte doloris. Quòd ſi res α eſt magna, minuimus, [a] † { guidegi } & nō declinamus niſi ad minutionem, & ſi alij etiā dñentur humores, & ab ea incipimus: [b] qm̄ phlebotomia eſt cōmunis humorū euacuatio. Quod ſi materia fuerit ſanguis tantū, ſufficiet phlebotomia completa. Et ſi fuerint humores alij, conſiderabimus: tunc ſi eſt cum cōmunitate, corporis totius, euacuabimus corpus totum, deinde intendemus ad caput ſolūmodo: & adminiſtrabimus euacuātia, quæ ſunt ei propria, Ad hoc tamen nō penitus erimus auſi, niſi poſt corporis totius euacuationem, & illud faciemus ſi ſciuerimus materiam in ipſo eſſe decoctam: & illud quidem cognoſcitur teſtimonio eius, quod ex ipſo educitur. ſ. ſi non fuerit ſubtile valde, aut valde groſſum. Et β ſi ægritudo iam peruenerit ad ſtatum, & nos iam proceſſimus cum digeſtione, quæ fit inunctionibus, & embrocis, & emplaſtris digeſtiuis, euacuabimus ex capite, proprie per gargariſmū, ſi non timuerimus nocumentum in pulmone, & catarrhi fluentes, ſeu euacuandi per gargariſmum non fuerint de genere humoris acuti, & mordicatiui, & homo non fuerit ſuſceptibilis ægritudinum pulmonis, & fuerit ei potentia cauendi à fluxu rei malę ad pulmonem, aut fuerit diſpoſitio capitis maioris ſolicitudinis ei de diſpoſitione pulmonis. Et adminiſtrabimus etiam odorifera aperitiua, ſternutationem facientia, & caputpurgia, & embrocas quæ materias à capite attrahant. Et [c] qñq; fiet etiam emplaſtra capiti poſt abraſionem capitis ex medicinis ſoluentibus genus humoris, qui eſt in ipſo: cum non timuerimus B ex illis emplaſtris corruptionem complexionis, & confiſi fuerimus, ꝙ materia ſit digeſta facilis ad euacuationē, & cum toto hoc cauebimus in euacuationibus humorū frigidorum, vt non ſoluatur quod ſubtile eſt, & retineatur groſſum, Via autem qua ad hanc intentionem perueniamus eſt, vt euacuemus poſt lenificationē factā cum lenificantibus digeſtiuis. Et quotieſcunq; euacuationem adminiſtrauerimus, ipſam ſequi faciemus lenificationem. Et cauebimus in euacuationibus humorum acutorum, in quibus proculdubio neceſſariæ ſunt medicinæ calidæ in quibuſdam horis: ſicut hieræ, & ſcamonea, & turbit cum ſtœchados, ne poſt remaneat malitia cōplexionis calidæ. Verum elaborabimus ad hoc vt non remaneat poſt eas illud: & illud eſt, vt ſuccurramus ſolutioni factæ per eas, & euacuationi peruenienti per gargariſmata, & reliquis, cum emplaſtris infrigidatiuis: & vt caueamus eorum adminiſtrationem, niſi poſt fiduciam ſumptam ex conſuetudine ægri, ꝙ illud, quod ipſe bibit de hoc ſoluit ipſum, & euacuat: ita ne ſit potio noſtra ei cauſa ad perniciem: aut corruptionem. Quòd ſi β humores fuerint non digeſti, digeremus prius quemlibet eorū ſm̄ exiſtentiam ipſorum ſicut rememorabitur. Et ſi humores fuerint aſcendentes à latere, aut corpore toto, trahemus ad contrarium. ſicut ſi fuerit ex inferioribus corporis totius adminiſtrabimus clyſtere, & ſuppoſitoria, & ligabimus extrema, & proprie pedes, & euacuabimus membrum: Vtputa ſi fuerit ſtomachus, cum hierapicra: aut ſplen, cum eo quod ei eſt proprium: C & ſimiliter vnumquodq; membrum, & regemus totum ſm̄ regimen ſuū, quod eſt ei proprium. Iſti ergo ſunt canones vniuerſales de eſſe materierum. Et quæcunque materia euacuata ſit: tunc ſi cauſa ipſius prouenit malitia complexionis, medicabimur per contrarium. Ex eo autem in quo materiæ humorum diuerſæ, quæ ſunt in capite, cōmunicant ſm̄ intentionem cauterizantium, eſt vt fiat cauterium vbi perueniunt [d] index & auricularis ipſos extendendo vel menſurando ab extremitate naſi: aut vbi peruenit medietas fili: cuius longitudo eſt ab aure ad aurē, capite prius raſo. Nūc autē ad diſtinguendū redeamus. Si ſanguis quidē in toto eſt corpore, & in capite materia exuberans continetur, phlebotometur cephalica. Sed ſi nondum continetur: ſed eſt in hoc vt contineatur, minuatur nigra, ſeu media, & ſi timetur comprehenſio, antequam incipiat peruenire ad hoc vt contineatur, ſicut ſi contingat propter cauſam attrahentem humores in circuitu capitis ex calore extrinſeco, aut percuſſione, aut reliquis phlebotometur baſilica. & ſi vis, vt attrahatur plus illo, phlebotoma ſaphenam. Et cruribus ventoſas appone ſupra clauiculam, parum, & phlebotoma venas pedis. Et ſi fuerit propter cōmunitatem membri phlebotoma venam vtriſq; cōmunem: ſi vis euacuare ex ambobus ſimul, & materia eſt quieta. Et ſi vis trahere ad partem cum euacuatione membri cōmunicantis, phlebotoma venam communicantē membro antecedenti cum ægritudine, & cadat in contrario partis capitis. Amplius cum peruenis ad caput ſolum: aut ſanguis à D principio rei ſolummodo eſt in ipſo, tunc quod fuerit cadens in velaminibus extrinſecis cranei, ſm̄ quod rememorabitur in ægritudinibus particularibus, aut dolor ſentitur propinquus commiſſuris, & vis curam facilem, appone ventoſam nuchæ. Quod ſi eſt profundus, aut non ſperatur eius attractio ad exteriora cranei, phlebotoma venam frontis, proprie ſi dolor eſt poſterius. Et poſt acceptionem quidem ſanguinis ſumantur euacuantia, quæ fiunt ex myrobalanis, & ſuccis fructuū: ſi remanet neceſſitas & adminiſtrentur clyſteria. Et α ſi ægritudo fuerit praua, ſicut verbi gratia apoplexia ſanguinea, phlebotoma ex guidezi, id eſt vena quæ eſt in vno latere colli. Digeſtiua vero ſi materia fuerit phlegmatica: aut melancholica ſunt matres medicinarū, quæ in eius digeſtione adminiſtrantur, in quibus eſt ſubtiliatio, & inciſio, & reſolutio: vt puta amaracum, & folia lauri, & ſcea, id eſt ſtœchados arabicū, & abrotanum & ſquinantum, & chamæmilla, & melilotum, & anethum, & polypodium, & epithymū: quæ ambo ſunt magis propria melancholiæ, & alaſce, & hyſſopus, & [e] † { ſaudenegi, } & ruta, et [f] † { alberēgeſef, } et oē illud quod ſcripſimus in tabulis reſolutionis et digeſtionis ex medicinis calidis. licet ſit comprehenſio regiminis in phlegmatica, et melancholica ſit diuerſa propter illud, quod * dicemus. Et oportet vt ad gradus harum medicinarū perueniatur per quantitatem materiei: nam ſi fuerit multæ quantitatis, et vehementis qualitatis, ponemus

A † ſoporarias
B Gal. 4. de ſan. tu. c. 4. c
Infra β
C Gal. 13. meth. c. 22. h.
Supra β
D Raſ. 1. cōti. c. 18. c. 2. 22. 2. & Aeti. li. 2. ſer. 2. c. 50.
Supra α
E † nepeta,
F † ſpecies abrotani.
Infra *

nemus medicinas calidas fortes, ita vt ſint in quarto gradu, ſicut pyrethrum, & euphorbium, & reliqua, niſi timeatur ebullitio materierum: & [a] illud quidem eſt ſi fuerit multa valde, & timemus, ꝙ cum ipſa calefiat augmentabitur eius quantitas ſeu eius magnitudo, & faciet extenſionem doloroſam aut apoſtema. Illic. n. oportet vt incipiamus, & euacuemus ex ea aliquid, deinde reſiduum decoqui incipiat. Rectius autem, quod eſt in digeſtione humorũ manifeſtę cruditatis, eſt vt ſit cura ex emplaſtris de medicinis ęqualis calefactionis. Et adminiſtra quietem, & ligationem, vt digeratur materia facile. Quod ſi fuerit paucæ quantitatis, & fuerit debilis qualitatis, contenti erimus eis in quibus non multa exiſtat calefactio ſm ſubtiliationem, quæ ſunt in gradu primo: & ſi fuerit media medijs. Quod ſi materiæ melancholicæ fuerint, non erimus contenti iſtis medicinis, ita vt in deſiccatione addamus & præcipue ſi fuerit melãcholica præter naturam, immo ſi ſit aduſta: ſed indigebimus in maturatione materiei melancholicæ, lenificatione, & humectatione proculdubio: deinde ſuccedemus cum maturatiuis reſolutiuis, ſubtilis reſolutionis, quæ ſunt in gradu ſecundo, & tertio. Et melius eſt vt coniungas lenificantia, & humectantia cum calidis inciſiuis, reſoluentibus. Materiæ vero calidæ digeſtionem faciunt medicinæ cũ aggregatione ſuæ ſubſtantiæ, & apertione cum hoc, & inciſione. Et iſta quidem ſunt infrigidantia, & humectantia, in quibus eſt abſterſio, & ablutio, ſicut aqua hordei, & lac caprarum recenter mulctum. [b] lac tñ vitet, qui virtutis debilitatem cum ſoda habuerit: & digeſtiua, quæ ſunt cum iſtis conditionibus. Et vtatur aquis in quibus decocta ſunt folia [b] †{kalef,} & violæ, & nenufar, & virga paſtoris, & herbæ frigidæ omnes deſcriptæ in tabulis ſuis, quæ ſunt medicinarum ſingularium miſtæ cum aliquanto [c] aceti, vt eas profundet, & virtutes earum penetrare faciat. Quod ſi in eis fuerit parum groſſitiei, addantur chamæmilla & althæa. Et ſi tunc ægro vigiliæ affuerint, & voluntas fuerit ne vigilet, ponantur in eis cortices papaueris. Dico autem, ꝙ [d] acetum eſt cõmune oĩbus materijs. Eius. n. infrigidatio poſſibile eſt vt leui cauſa frangatur, poſtea remaneat profundatio eius cum medicinis, & ipſius inciſio: hoc quidem eſt, cum adminiſtratur in materijs frigidis. in maturatione autem materierum calidarum non eligatur ſupra ipſum. Et olea calida omnia dicta in antidotario, quæ fiunt ex odoriferis, & floribus. & plantis, ingrediuntur in digeſtione materierũ frigidarum. Quod ſi materia fuerit vehementis frigiditatis, aut multæ quantitatis, aut difficilis reſolutionis: tunc olea adhibenda ſunt, quæ ſunt facta cum gũmis calidis, & ſpeciebus fortibus odoriferis, & oleum de [d] †{been,} & ſambacinum, & de narciſo & lilio, & zafarano & lauro & amaraco & de duabus ſpicis: aut oleum oliuæ in quo decocta ſunt ruta humida, aut calamenthum, anethum humidum, aut chamæmilla humida, & his ſimilia de quibus rememorabimur in [e] antidotario: & illic collige illud. Oleum autem balſami propter ſuam ſubtilitatem velociter reſoluitur, & non multum prębet iuuamentũ in epithemando, & inungendo conueniens ſuæ fortitudini. Et nos quidem materiei opponimus euacuando, & trahendo ſm contrarium: & faciendo vtrunq; ſimul. Attractio vero ad contrarium eſt attractio, quæ fit ad manus, & ad pedes: & illud iuuat ipſorum fricatio cũ ſale & oleo violaceo, aut oleo camemælino ſm complexionem. Et ex eo, quod in intentione in qua ſumus nos adminiſtramus, eſt exercitium in quo ſeruatur caput ita, vt non moueatur cum corpore: & nõ mouentur niſi inferiora tantum, & eſt exercitium in quo homo ſuſpenditur in fune, aut pendet ex pariete, & retinentur ſuperiora corporis eius, & non ceſſat mouere pedes & fatigare eos, & hoc poſt euacuationem. Fricatio vero extremitatum, & earum conſtrictio à ſuperioribus ad inferiora eſt huius generis & proprie cum γ cibari debet. Et qñq; purgatur caput ſolum leui exercitio, ſicut fricatione & compreſſione manibus facta, ita vt etiam pectinatio capitis. ſ. eſt huius generis. Et adminiſtratio alaragiha eſt ex mundificatiuis proprijs, ſicut fit in fine lethargiæ. Res autem aggregans duo regimina ſimul cum clyſtere, & ſuppoſitoria, & diuretica, & ſudorem prouocantia: ſm materiã, & virtutem: & oĩa quæ numerata ſunt in antidotario. Solutiua autem, quæ euacuant caput cum cõitate corporis ſunt pilulæ de hieris, & pilulæ chochiæ, & pilulæ de ſtœchados: & iſtę quidem cõuenientiores ſunt humoribus aduſtis, in quibus dominatur cholera: & in quibus cum hoc eſt groſſities: immo ſunt ſicut cõicantes cholericis, & phlegmaticis. Et oĩbus illis fortius eſt [f] infuſio aloes, quæ fit cum aqua endiuiæ. & proprie illa, quæ eſt fortior ea, & eſt illa, quæ ſcripta eſt in antidotario: aut infuſio de hiera, & vomitus ex oxymelle cum ſem. atriplicis. Decoctio vero myrobalanorum, & prunorum, et fumiterræ, et ſyrupus de fructibus, et ſyrupus violaceus, et decoctio caſiæ fiſtulę, et quæ ſunt iſtis ſimilia facta fortia cum ſcamonea et reliquis, ſm diſpoſitionem corporis, et vacuitatem ipſius à febre aut eſſentiam eius in ea, ſm diſpoſitionem ætatis, et virtutis, et horum ſimilium, ſunt cõuenientia humoribus cholericis ſubtilibus. Verum hiera Archigenis, et hiera Rufi, et hiera logodion, et hiera Gal. et pilulæ factæ cum lapide lazuli et elleboro, ſm ꝙ [g] rememorabimur, conueniunt humoribus groſſis, et melancholicis: et ſimiliter omne in quo recipitur ſtichados. Et vtriſq; etiam conueniens eſt vomitus factus ex potu oxymellis, et ſemine raphani, et pulpa coloquintidæ cum reliquis medicinis educentibus vel extrahentibus humores viſcoſos ex eis, quas numerauimus et diximus. et reliqua compoſita diſtincta in antidotario, ſm quod ipſæ ordines habent. Primus eſt, qui eſt cum hiera, et turbit, et epithymo, et agarico, et caſtoreo, et quæ illis ſunt ſimilia: et deinde pilulæ magnæ: deinde genera hieræ, deinde duo ellebori, niger melancholicis, et albus phlegmaticis cũ cautela, et timore, et lapis lazuli, et lapis armenus melancholicis humoribus abſque cautela et timore. Et oportet vt incipiamus à debiliore, et gradatim procedamus donec

ſciamus

Margin: E, F, G, H

Marginal notes: A Li. 1. F. 4. c. 3 & li. 4. Fen. 7. & G. 1 aph. & 2. apho. — B Hip. 5. aph. — B † arboris ſalici, — C Gal. 1. de cõ. ne pharm. ſec. loc. c. 1. fo. 134. b — D G. ibi. & 2. meth. c 18. c — D † glandis vnguentariæ, — E Lib. 5. — Infra γ — F T. 1. c. 38 & li. 4. F. 1. 1. c. 7. — G Lib. 5. ſũ. 2.



A ſciamus ex diſpoſitione ægritudinis, ꝙ ipſa iam eſt abſciſa. Solutiua vero facilia ad purgandum caput ſunt aſahaiaret, ex quibus ſumitur [a] pilula magna: vt paruum pondus operationem efficiat ſufficientem cum mora, & non noceat propter paruitatem ſuam iteratio, & dormiatur ſuper ipſam ne deſtruant motus, & vigiliæ eius operationem. Et canon quidem in eis eſt aloe, & hiera: deinde cadit in eis maſtix ad confortandnm ſtomachum, & recipiuntur in eis myrobal. vt prohibeant vaporem acutum calidum, ſi in ſtomacho generatur à capite: ꝙ ſi voluntas adeſt vt humores cholerici educantur, fit in eis iuuamentum cum ſcamonea, & ſimilibus ei. Et fortaſſe vſus ſcamoneę cum aloeticis adminiſtratis, propter purgationem ipſius cerebri, aut ſtomachi, ſi ægritudo cerebri eſt cũ eius communitate, prohibet earum calefactionem ſuperfluam propter ſuperfluitatem more ipſarum: & excitat eas abbreuiatas à complemento purgationis, eo quod iuuat ad purgandum. Quod ſi voluntas adeſt vt iuuamentum fiat in extractione humorum phlegmaticorum, iuuetur cum pulpa coloquintidæ, & cum zinzibere, & turbit, & ſtichados. Et ſi adeſt voluntas vt fiat hoc in humoribus melancholicis iuuentur cum pauco elleboro, & epithymo, & polypodio, & eis ſimilibus. Et ſunt pilulæ plurimæ diuerſarum deſcriptionum, quas reperies in antidotario: & ſcies ipſarum iuuamentum, & ipſarum electionem inde. Ex mundificatiuis autem, quæ capiti ſunt propria, ſunt gargariſmata: in quibus omnibus almuri ſit adminiſtratum. Quod ſi humores fuerint cholerici puri, non vtaris in ipſorum mundatione gargariſmate, timendo deſcenſum ipſorum ad pectus, cum iam adepti ſint ſuperfluam acuitatem ex medicinis purgantibus acutis. Nam educentia choleram cum facilitate, & ſubtilitate, & quæ ſunt æqualis complexionis, non multum imprimunt in gargariſmate impreſſione plurima. Quod ſi aliquid horum eſt iuuans, tunc oxymel de ſeminibus cum endiuia ſolummodo. Et oxymel ſquilliticum, & ſecaniabin factum cum ſcamonea, aut aqua lupuli, & aqua prunorum: & ſyrupus violaceus: & tamarindi cum pauco ſcamoneę: & quę huius curſu procedunt. Quod ſi humores cholerici fuerint cum groſſitie, tũc gargariſma fiet cum [a] †{almuri,} & aloe, & hiera, & oxymelle de ſe. ſquillitico cum hiera, & vt confortetur illud cum ſcamonea, & pauco turbit, & ſupra illud nihil addatur. Quod ſi humores fuerint groſſi phlegmatici, tunc addatur ſupra illud pulpa coloq. & zinziber, & ſtichados, & turbit, & hiera. Archigenis, & buſudus, et fortaſſe indigebis, vt cum eis adminiſtres ſinapim, & pyrethrum, & piper cum maſtiche: et vis propter illud fortitudinem operationis medicinæ, cum fuerint humores vehementis fortitudinis, et ſimiliter fortaſſe facis maſticare pyrethrũ & piper, & zinziber, & acorum, ita vt perueniatur ad vltimum ad ſtaphiſagriam, & quæ eis ſunt ſimilia. Et iſtis qñq; admiſcentur ſubtiliantia ſicut hyſſopus, & cinnamomum, & caſia lignea, & origanũ, & cortices radicum capparis & [b] †{Faudenegi,} & quæ eorũ curſu procedunt. Sternutatoria autem, quæ conueniunt humoribus cholericis, ſunt C ſicut vapor aceti in quo parum ſcamoneæ diſſolutum eſt & odor [c] †{alfocha} acuti. Et phlegmaticis condyſi, & piper, & cepæ, & allium, & ſinapis, & naſturtium, & ſemina calida, & quæ curſu eorum procedunt. Ex iſtis medicinis qñq; aſſumimus emplaſtra, & accipimus ex eis epithemata ſuper tempora. Caputpurgiorum autem alia fiunt, vt per ea, perueniat infrigidatio & humectatio: & alia vt reſolutio, & alia vt confortatio. Cumq; caputpurgia adminiſtras reſoluẽtia fortia gradus in ipſorum adminiſtratione obſerua: adminiſtra itaq; ea prima vice cum oleo roſ. & lacte, & quæ tali curſu currunt: & vice ſecunda cum expreſſione ſiclæ, & ſimilibus, & tertia etiam vice cũ aqua amarici, & ſimilibus. Quod ſi principium materiei, & vaporum non eſt niſi à ſtomacho, attende ſubſtantiam humoris in ſtomacho comprehenſi, quam comprehendes per ea, quæ ſcies in capitulo ægritudinum ſtomachi, & euacuationis eius. Cum autem materia reſidens, ſeu imbibita aut firmata eſt, vapores, aut ventoſitates retentæ, oportet vt eos reſoluas cum aqua in qua decocta ſunt ſceha, & epithymum, & alhaſce, & medicinæ prædictæ in capitulis ſuis: & diſtilletur etiam oleum iaſminum, & laurinum, & de maiorana in aure. Cum autem corpus cerebri vis confortare, et prohibere humores cholericos ne à ſtomacho ad ipſum aſcendant, & ab eis, quæ ſequunt̃ ipſum, oportet vt ipſum cibes fructibus acetoſis, et proprie granatis acetoſis, & pomis, & piris, & agreſta, et proprie poſt cibum. Curatio autem tua in oppilationibus ſit cum embrocis aperitiuis ſemper. Et oportet vt ſit effuſio omnis embrocæ adminiſtrata in omni accidente à loco alto, vt eius virtus plurimum profundetur, & caput præparetur, [d] vt δ cadat ſuper ſinciput non ſuper poſteriorem capitis partem & membra dura. & ſint etiam maſticationes & pilulæ de [d] †{ſeiar} & olea reſoluentia. Et ſi cauſa læſionis vel doloris fuerit ventoſitas in ſtomacho, purga: deinde affer oleum amygdalarum dulcium & amararum cum aqua decoctionis radicum, & fœnugræci, & cordumeni, & his ſimilibus, aut affer oleum [e] †{alkerua} cum infuſione aloes. Cum autẽ curas apoſtemata calida, oportet vt in eis incipias prius cum eo, quod expellit, quod fit ex infrigidantibus prædictis miſtum cum aceto, & aqua roſ. niſi illic fuerit dolor vehemens: tunc enim aliena acetum, & confert eis adminiſtratio olei roſ. infrigidati ſufficienter, non tñ ſuperflue, cõquaſſati cum aceto multo, aut pauco in fronte & capite, & aqua ſolatri [f] †{ſaufel,} & croco, & ſandalo, & [g] †{ſieſmemite,} & bolo armeno, & lẽtibus excorticatis, & ſimilibus: & aquas in quibus cocta ſunt ſtyptica frigida. & ex calidis ſtypticis fortibus vel confortatiuis, in quibus etiam ſit compoſito, in complexione eorum cum frigiditate ſicut [h] †{alathel.} Alienatio vero à medicinis vehementer frigidis factis ex eis, quæ ſunt ſicut papauer, & opium, & reliqua eſt tibi neceſſaria niſi apud vehementem neceſſitatem & fortem dolorem. Et chamæmilla quidem frangit aliquid ex acuitate narcoticorum in epithematibus.

Vomitus.

Margin: B (at "ri, non vtaris"), D (at "tet vt ſit effuſio")

Marginal notes: A Raſ. 11. cõti. 1. 1. & 144. 2. & 139. 2. — A † muria, — B † nepeta, — C † ſpecies potus mixti — D T. 1. c. 10. & G. 2. de cõpõ. phar. m. loc. 134. b — Infra δ — D † alſaiaret — E † ricini — F † auellana inda, — G † ſucco glaucii, — H † ſpẽs tamariſci.

Handwritten in margin: v. inf. notauit 4. aph. 14. de ...

E Vomitus vero eſt ex eis, in quibus non fit iuuamentum in curis ægritudinum capitis, niſi fiat propter cõitatem materiei in ſtomacho. & melior modorũ expulſionis eius eſt vomitus. Inquit [a] Gal. non eſt diſpoſitio ſoda in vehementi neceſſitate narcoticorum, ſicut diſpoſitio colicæ. Colicæ.n.dolor qñq; peruenit ad hoc vt perimat. Sed ſoda nõ eſt ſic in vehementi neceſſitate narcoticorum ſm plurimum. Quod ſi materiæ fuerint vehementis acuitatis, adminiſtrabis aquam fructuũ prædictorum. Deinde vteris maturatiuis rememoratis in materijs acutis, poſtea adminiſtrabis in quo ſit parum reſolutionis, ſicut aqua in qua decocta ſunt alaſcech, & radices myrti. Et ex oleis, oleum chamæmellinum recens ſolum: aut miſtum cum oleo roſ. ſm acuitatem ægritudinis, & ſubſtantiã materierum, & propinquitatem temporis ſtatus. Et poſt ipſum ex aquis, in quibus cocta ſunt radices apij, & fœniculi, & furfur cum ſeminibus ſuis, & fœnugręcum & malua, et corona regia, & [a] †{alacoen}alba. Et ex oleis oleum anethinum, & ſimilia etiam, dum perueniat ad ſtatum, & reſoluatur tunc: & etiam emplaſtra, quæ fiunt ex iſtis. Euacuantia autem neceſſaria antecedant in eis ſm materiam, & adminiſtrentur in cibando habentes apoſtemata cholerica proprie cibaria leuia humida. In apoſtematibus vero frigidis incipiatur primo, ſicut in alijs, cum euacuatione, & adminiſtremus in eis illud in quo recipitur oleum de [b] †{kerua,} & oleum amygdalarum amararum, & picra, & illis ſimilia ex reliquis potionibus notis cum aquis radicum. Et contenti ſumus ex apocruſticis oleo roſ. in principio rei, & miſce cum eo ſubtiliantia ſicut alhaſce, & calamenthũ, & caſtoreũ proprie: F deinde adminiſtra ſquillam proprie, & acetum eius faciendo emplaſtrum, aut gargariſma, ſi fuerit illud poſſibile. Et fortaſſe ſument in potu caſtorei duas tertias aur̃. & proprie patientes lethargiam. deinde adminiſtra maturantia in quibus ſit mollificatio & parum reſolutionis: de quibus prædictũ eſt. Deinde poſt illud, & apud ſtatum adminiſtra in omnibus frigidis & calidis mollificantia. Et ſint ea, quę adminiſtrantur in frigidis mollificantia cõpleta & reſoluentia fortia ex emplaſtris aquis & oleis. Et ſcias, ꝙ omnis, qui conqueritur de ægritudine materiali in capite, nocetur à vino, & mora in balneo. Et omnis, qui habet ægritudinem in velaminibus cerebri, læditur ab aqua frigida vehementer. Curationes autem malitiæ complexionis calidæ ſolum, fiunt cum eo in quo eſt infrigidatio ex herbis, & oleis frigidis infrigidatis: ſicut oleũ roſaceum, & de †{kalef} & nenufarinum, & violaceum, & elegantius illis eſt oleum roſa. & oleum de ſem. cucurbitæ, & citroli, & de ſemi. lactucæ, & oleum de ſem. papaueris: & fortaſſe vtuntur oleo de ſemine iuſquiami cum vehemẽs eſt dolor. Et melius ex iſtis oleis eſt, cuius radix expreſſa eſt ex oliuis, quæ cruditati attinet non ſalitis: & in quo iam multiplicata ſunt folia eius, cum quo efficitur, vel conditur, & eſt recens. herbas vero frigidas, & quæ herbarum curſu procedunt, noſti omnia. Et ipſæ quidem ſunt ſicut lactuca, & portulaca, & raſura cucurbitæ, & quę ſunt illis ſimilia, & etiam folia †{alkhalef,} & etiam folia nenufaris, & ſolatri, & virga paſtoris & ſemperuiua & aqua cucumeris, & cucurbitæ, & ſauich ordei G cum aceto, & aqua roſa. & camphora, & ſandalo, & acatia conquaſſata ſeu permiſta cum oleo roſa. & aceto. Et non pertranſeat illud vſq; ad ea in quibus eſt vis narcoticandi, & congelandi ſpiritum, niſi propter vehementem neceſſitatem. Inquiunt & non oportet quidem vt acetum ſit vehementis acuitatis, & vinoſitatis: nam in ipſo exiſtit nocumentum. Et ex illis quidem ſont mucilago pſyllij cum aceto, & aqua coriandri, & folia eius. Et oportet vt alienes hæc emplaſtra, & epithemata à poſteriore cerebro, quod eſt neruorum origo. [c] hæc ♂ enim non iuuant cerebrum niſi ex via commiſſuræ, quæ eſt in ſincipite, & commiſſuræ coronalis. Ex via autem poſterioris non perueniunt ad corpulentiam vel ad profundum cerebri, et corrumpunt originem neruorum. Ex eis etiã quibus fit curatio, eſt vt olfaciant odores frigidos, & fiat eis caputpurgium cũ iſtis oleis, & expreſſionibus. Et ſint cibi ex lentibus & [c] †{almes,} & kiſt hordei, & ſpinachijs, & atriplicibus & [d] †{althafaſil,} & quæ illis ſunt ſimilia. Et ſternantur iſtæ herbæ, et folia in manſione eius: ita vt ſit in domo in qua ſtrati ſint rami infrigidantes. Et qñq; præcipitur, vt in eis ſint [e] †{alſaheſefran} & flores [f] †{alcannæ.} Et exiſtimo, ꝙ rectius eſt vt ſit propinquũ [g] †{alſaheſefran} quod eſt aſperſum aqua frigida. Et ſimiliter confert appropinquare ſibi fructus frigidos & glacies ſeu niues & aquas copioſas. Quod ſi non inueneris cum caliditate ſiccitatem, ſed humiditatẽ abſq; materia (& hoc valde parum eſt in ęgritudinibus cerebri) tũc facies epithemata ex aquis fructuum in quibus eſt ſtypticitas, H quemadmodum diximus, & præcipue in principio apoſtematum calidorum. Et oportet quidem vt omnes iſti prohibeantur à motibus animalibus, intrinſecis, & agitatione ſeu reiteratione pupillæ in ſuis aſpectibus circa rem vnam & alienentur ab aſpiciendo res ſplendentes & res diuerſis coloribus pictas: & ſimiliter eorum auditus alleuientur, ſeu minorentur. Quod ſi eſt malitia complexionis frigidæ, adminiſtra emplaſtra, & aquas ſumptas ex medicinis calidis prædictis: & olea prędicta, proprie oleum rutaceum calefactum. & ſi neceſſarium fuerit vt in ipſo addatur fortificatio, admiſceatur ei euphorbium. Et ſimiliter oleum laurinum, & amaracinum, & his ſimilia. Et ſi cum hoc eſt melancholia, & melancholia eſt naturalis, aut phlegmatica, calefac ipſum cum humectatione: ſed ſi fuerit aduſta aliena, quod deſiccat, aut calefacit, & ſis contentus humectatione ex lactibus, & oleis & embrocis, & emplaſtris, & cibis. Quod ſi cum frigiditate eſt ſiceitas, aggrega etiam inter humectationem, & calefactionem. Et ſi cum frigiditate eſt humiditas, adminiſtra euacuantia prędicta, & medicinas in quibus eſt deſiccatio cum caliditate de illis: quas tibi diximus in tabulis. Et oportet vt tu ſcias, ꝙ liquida adminiſtrantur, ſuper caput diſtillando ſicut diximus: & adminiſtrantur retenta in retentione facta ex paſta, [g] aut lana infuſa, qua ♂ caput coronatur. Et fit ipſorum effuſio in eo,

A Lib.1.de c. ne phar. ſm lo. g.h.
A † matricaria.
B † ricino,
† Arbor ſimilis ſalici.
† Arboris ſimilis ſalici.
C T.2.c.10.& G. 13.meth.c.11.d
*Supra ♂ &*
*Infra ♂*
C † legumine ſeſeolis ſimil.
D † cibo ex lentibus
E † ozimum gariophylatum
F † liguſtri.
G † ozimum gariophylatum.
G T.2.c.10.
*Supra ♂*



A eo, quod eſt coram vel eſt vicinũ anteriori parti ſincipitis. Et quod ex eis eſt lene, non oportet, vt linimentum eius ſuper ipſum dimittatur, ſed lauetur: & non dimittatur ipſum in retentione coronali tempore multo: ſed renouetur qm̃ ipſum velociter putreſcit. Et melius hoc eſt vt adminiſtret poſt abraſionem: & ſimiliter omnia emplaſtra, & vnctiones. γ Cumq; cibas patientes ægritudines capitis materiales, tunc frica extrema. & alleuia partẽ capitis & fortifica ipſum cum repercuſſiuis.

*Supra γ*

TRACTATVS II. *de doloribus capitis, qui ſunt ſpecies ſodæ.*

*Sermo vniuerſalis de ſoda.* *Cap. 1.*

SOda eſt alem ſeu alm, ideſt triſtis ſenſatio in membris capitis. [a] omnis autem doloris cauſa eſt mutatio complexionis & eius diuerſitas: aut eſt ſolutio continuitatis: aut aggregatio amborum ſimul. Mutatio autem complexionis eſt vna de ſexdecim notis, [b] quanuis humida non faciat dolorem, niſi ſit cum materia mota ad ſolutionem continuitatis. Et continuitatis ſolutio nota eſt: & eius ſpecies ſecundũ cauſas ipſius ſunt [c] notæ. Duarum vero cauſarum doloris coniunctio ſimul eſt in apoſtematibus. Et apoſtemata ſicut [d] noſti, numeratas hñt ſpẽs. Et eorũ ſpecies ſunt quatuor. [e] & omnia illa qñq; fiunt in ſubſtantia cerebri ipſius: & qñq; fiunt in velamine circundante ipſum: & qñq; fiunt in duobus velaminibus circũdãtibus ipſum: & qñq; fiunt in venis: & qñq; in panniculo egrediente à craneo ꝑpter illud, quod eſt inter B ea de ſuſpenſorijs prædictis in anatomia [f] narrata. Et qñq; fit cauſa lædens, quodcũq; horũ membrorũ fuerit cauſa manſiua in membro ipſo. Et qñq; fit propter [g] cõmunitatẽ alterius, quæ ei ineſt aut membri inter quod & membra capitis continuat ramificatio [h] neruorum, ſicut ſtomachi, & matricis, & velaminis, & aliorum membrorum ſi fuerint. Aut membri inter quod & cerebrũ continuat ramificatio venarũ facta ex venis & arterijs: ſicut cordis, & hepatis, & ſplenis. [h] Aut membri vicinantis ei alia vicinitate, ſicut pulmo poſitus ſub eo, & adducit ei nocumentum. [i] Aut membri cõicantis membro vno modo, & cerebro alio modo, ſicut cõmunitas eius cum renibus in doloribus ipſorum. Aut propter cõitatem totius corporis, [k] ſicut fit propter febres. Quæ autem eſt cum communitate, quandoq; fit cum periodis, & paroxyſmis ſm periodos & paroxyſmos cauſæ, quę eſt in membro cõmunicante, ſicut quæ fit propter [l] cõmunitatẽ ſtomachi, cũ eſt propter effuſionem materierum cholericarum & aliarum ad ipſum periodicantium, & ſicut quæ fit cũ periodis augmenti ſpecierum febrium. Et ſoda quidem diuiditur alio modo. [m] Nam ex ipſa eſt cuius cauſa eſt aliqua ſpecierum primitiuarum, ſicut [n] ſoda ebrietatis, & non figitur propter fixionem cauſæ magis augmentatis, quàm illa generata ex ea, & ſicut ſoda propter comeſtionem rei eſide, [o] ſicut aliorum, & reliquorum. Et ex ipſa eſt cuius cauſa eſt antecedens iam collecta: & eſt manſiua, & manet ipſa propter eam. [p] Et quandoq; eſt accidens, deinde fit ægritudo, & cum re- C manet ægritudo poſt febres acutas, nunciat ægritudines cerebri, & ſignificat defectum naturæ a ſ expulſione materiei perfecta fluxu ſanguinis per nares, & reliquis. Et ex ægritudinibus, quæ per ipſam ſodam nunciantur ſunt [q] †{ſubet,} aut apoplexia, aut dæmonium, aut mollities, aut ſurditas ſecundum ſubſtantiam materiei, & ſecundum motum eius. Soda quoq; diuiditur ſecundum loca ſua. [r] qñq;.n. eſt in vno laterum capitis: & quę ex ea eſt conſuetudinaria nominatur hemicranea: & quandoq; eſt in anteriore capite: & quandoq; eſt in poſteriore capite: & quandoq; totũ caput continet, & quæ ex ea eſt conſuetudinaria inſeparabilis, noĩatur [s] ouum, & [t] galea cuius aſſimilatio eſt ouo armigerorũ, quod ſuper totũ caput comprehendit. Et ſoda etiam diuerſificatur ſecundũ fortitudinẽ, & mediationem, & debilitatẽ. Soda enim alia eſt valde fortis, ita vt cum [u] obuiat ſincipiti infantis lenia habentis oſſa, ſeparat ipſum, & frangit cõmiſſuram eius. Et alia eſt, quæ eſt debilis, [x] ſicut plurimum fit in lethargia. Et debilis quidẽ alia eſt, quæ eſt inſeparabilis, & alia eſt, quæ eſt non inſeparabilis. Et quandoq; ſoda cuius cauſa eſt debilis, accidit quibuſdam, & non alijs. [y] accidit ergo ei cuius cerebri ſenſus eſt fortis: & non accidit ei cuius cerebri ſenſus eſt debilis. [y] Et vniuerſaliter quidem cuius cerebri ſenſus eſt fortis, ipſe eſt aptus, vt recipiat ſodam ex omni cauſa facientę ſodam, & ſi ſit debilis & in ſumma tunc cerebrum velociter recipit facientia ſodã, aut ꝑpter debilitatem ſuam: & tu quidem iam [z] ſciuiſti in vniuerſalibus, ꝙ debilitas ſequitur malitiã comple- D xionis: [a] aut propter fortitudinẽ ſui ſenſus, & læditur ab oĩ cauſa, & ſi ſit leuis. Et iterũ ſoda alia eſt, cui non ſunt accidentia. Et alia eſt, quæ ad accidentia ꝑducit partibus capitis propria, ſicut ſi proueniat ex fortitudine doloris apoſtema in partibus capitis. Et alia, quæ perducit ad accidentia prouenientia ad membra, ſicut eius læſio, & nocumentum, & vehementia eius perueniat ad radices neruorum, accidat ſpaſmus: aut perueniat inde aliquid ad ſtomachum, & cõtingat caſus deſiderij, & ſingultus, & nauſea, & debilitas digeſtionis, & ſimilia. Et ſcias, ꝙ ſoda temporalis, aut fit propter phlegma, aut propter melancholiam, aut debilitatem capitis, aut ex apoſtemate duro incipiente, aut calido iam indurato: & eſt illud, quod plurimum eſt. [b] Et ſoda quidem, & omnes ægritudines diuerſificantur: quandoq; enim ægritudo eſt ſalua: & ſalua quidem eſt, in qua non prohibetur de regimine eius, quod ei ſit neceſſarium in ſeipſa. & alia eſt, quæ non eſt ſalua, immo eſt habens ſocium: & fortaſſe prohibetur ex regimine ſuo neceſſario: ſicut ſi ſit ſoda, & rheumatiſmus: tũc fit contrarius rheumatiſmus ſoda in neceſſitate regiminis quo habet. Soda quoq; diuiditur quandoque ſecundum alias conſiderationes. Soda enim alia eſt, quæ accidit quandoq; corpori ſano nõ habenti ægritudinem vel ad quã non præcedit alia ægritudo. Et alia eſt, quæ accidit habenti apata & dolores. Et ex corporibus quidem ſunt quædam, quæ ſunt præparata ſodæ: vt ſunt corpora, quæ

A Li.1.F.2.doct.2. sũ.2.c.19.& Gal.2. loc.aff.c.2.d, & 12. meth.c.7.e
B F.16.t.3.c.6.& l.1 F.2.d, 2.sũ.2.c.19.& Gal.li. de cõpoſit. phar. ſm loc.c.1.b. & Raſ.1.cont.t.21. c.1.13.3.opp.Meſue cap.de dolore aurium.
C Li.1.F.2.d.1.c.4
D Li.1.F.2.d.1.c.5.
E c.4.& Gal.li.2. de compoſi. phar. ſecũdũ loc.c.1.b.& Raſis.1.cont. t.21. c.1.14.3.4.
F T 1.cap.2.
G cap.6.
H Li.1.F.2.doct.1. c.8.
I Li.1.F.2.d 1.c.8. & fen.18.t.2. c.1.
k Gal.2.de comp. phar.ſm lo.f.137.a
L Gal.ibi.fo.136 h
M G.lib.4.de vic. ratione.115.h
N Ga.2.de comp. phar. ſm loc.c.1.h
O Raſ.1.cont.t,21 c,1.24.c.
P Li.1.F.2.doct.1. c.1.& Ga.12.meth, c.1.g
Q † ſopor,
R Cap.37.& G.3. lo.af.c.9.e.f.& Ra. 1.cont.t.21. c.1.13. 3.& 24.2.
S Ser.t.1.c 14.
T Raſ.li. diuiſionum.c.9.
V Raſ.1.con.t.21. c.1.27.3.
X T.3.c.8.
Y Ga.3.lo.af.c.9.g
Z T.1.c.9.& lib.1. F.1.d 2.c.29.
A Gal.li.6.de ſan. tuen.c.9.b & com. 1.in 6.de mor.vul. 2.c.
B Li.1.fen.2.doc.1. c.8.& G.6.de ſani. tuen.c.10.b

a habent caput debile, & membra digeſtiua debilia: quare in eis plurimus generatur vapor & effunduntur ad ſtomachos eorum humores cholerici facientes ſodam. Et iterum ex eis, quæ ſumuntur vel comeduntur ſunt quædam, quæ faciunt ſodam, iam prædicta in tabulis medicinarum ſingularium. b Et omnia aromata ſunt facientia ſodam: & propriè caſia lignea, & coſtus, & c † {zafaran} & cinnamomũ, & amomũ. Et omnia euaporantia ſunt facientia ſodam, ſiue ſint calida, ſiue frigida. Veruntamen cum ſuccedunt ſe expellunt, ſcilicet cũ præceſſit illud, quod nocet cum caliditate vaporis ſui, & ſuccedit ei, quod vaporem facit frigidum, aut è conuerſo. Cum autem læſio fit non qualitate ſolum, ſed quantitate: tunc non confert ipſorum ſucceſſio, immo nocet. Et ſoda frigida, quandoque multiplicatur proueniens ex conſtipatione in hyeme. d Et quando æſtas fuerit ſeptentrionalis parum pluuioſa. Et autumnus fuerit meridionalis, pluuioſus, multiplicatur ſoda in hyeme. Soda vero plurimum fit: propterea, ꝙ arteriæ afferunt capiti vapores fraudulentos. E

*De ſpeciebus ſodæ factæ ex malitia complexionis.* Cap. 2.

Afferamus itaq; ſermonem exponentem vnamquamq; harum ſummarum. Et hæc eſt diſtinctio prima. Dicamus ergo: e complexionalis quidẽ ſumma eſt, quoniam à complexione calida, & à complexione frigida, & à complexione ſicca quandoq; contingit dolor, ſecundũ quòd f ſciuiſti in principijs vniuerſalibus: quãuis ſit diſpoſitio in cõplexione ſicca, ſecundum quòd ſciuiſti parum faciens dolorem. Et g complexio quidem humida, ſecundum quòd eſt complexio humi- F da, non efficit dolorem, h niſi illic ſit materia humida faciens dolorem, ex parte euaporationis, aut euentus i venoſitatis facientis ſolutionem continuitatis. Et calida quidem & ſicca, k & frigida & ſicca, dolorẽ faciunt vtriſque qualitatibus: & faciunt etiam dolorem motu ſoluente continuitatem. Calida vero & humida, & frigida & humida non faciunt dolorem, niſi vnde ſunt calidæ & frigidæ: & non vnde ſunt humidæ niſi ſecundum modum prædictum. Et complexionis quidem calidæ cauſa: aut eſt materia calida l ſanguinea: aut eſt m cholerica, aut eſt compoſita acuta inflammans faciens qualitate ſua impreſſionem: aut m eſt cauſa eius ventoſitas, aut vapor calidus: aut eſt cauſa eius motus calefaciens corporeus, aut animalis, ſecundum quòd n ſciuiſti ex diuiſione eius in radicibus vniuerſalibus: aut eius cauſa eſt, ſicut obuiatio ignis, aut aduſtio ſolis, aut acceptio cibi calefacientis, aut medicinæ calefacientis, aut vicinitas membrorum, quorum communitate iam calefactum eſt. Et cauſæ quidem complexionis frigidæ facientes ſodam ſunt oppoſitæ iſtis: quarum numerus eſt apud te. Et cauſæ ſiccæ, aut ſunt exiccantia exterius, reſolutione, & aduſtione ſicut alſemaim, idest ſicut aer, aut ventus valde calidus, & emplaſtra calida, aut congelantia naturaliter, aut exterius aduenientia ſubito, & non ſubito, prohibentia cibum penetrare ad caput. quare ſiccantur membra ipſius aut propter abſciſionem potus, & reſolutionem humiditatum naturalium ſeu radicalium aut deſiccantia interius aſſumpta cum reſolutione eorum, & euacuatione eorum, G aut quia eorum virtus eſt deſiccatiua: & quia nutrimentum ex eis factum eſt ſiccum, aut paucæ humiditatis. Aut vicinitas membrorum iam ſiccorum, & ipſorum communitas. o Et motus animales, & corporei, ſuperflui deſiccantes per ſemitam euacuationis. & reſolutionis ſimiliter p coitus & diuretica & fluxus ſanguinis ſuperfluus, & exercitium forte. q Et euacuatiua quidem, alia ſunt euacuantia in membris, quæ ſunt alia à membris capitis, quibus caput communicat, ſicut euacuantia vniuerſalia ex toto corpore, aut euacuantia particularia euacuantia ex vno membro. Et alia ſunt euacuantia in membris capitis: ſicut coryza & catarrhus, q & fluxus ſanguinis ex naribus, & ſpecies eductionis acquiſitæ per caputpurgia, & ſternutatoria, & gargariſmata: & ex cauſis ſiccitatis eſt abſciſio materierum humiditatis, quanuis non fiat euacuatione: ſicut ieiunium, & dimiſſio cibi, aut eius priuatio.

*De ſpeciebus ſodæ factæ propter ſolutionem continuitatis.* Cap. 3.

Continuitatis ſolutio r quandoq; accidit in velaminibus cerebri: quandoq; accidit in ſubſtantia ipſius: & quandoque accidit in venis, & ſcinduntur: & quandoque fit ſicut ſcis ex motibus vaporum, & ventoſitatum incipiendo, aut propter oppilationem: & quandoq; fit propter humorem corroſiuum: & quandoq; fit ex percuſſione, aut caſu, aut exterius inciſione. Quæ aũt fit interius, fortaſſe non incarnatur ſeu non conſolidatur, ſed remanet vlceroſa lædens caput, & H perſeuerat faciens ſodam. percuſſio aũt & caſus quandoque ſunt leuis nocumenti, & curantur: & quandoque perueniunt ad hoc, vt cerebrum cum hoc cõmoueatur ſeu concutiatur & pereat. s Quidã vero medici indi dixerunt: ꝙ qñq; eſt cauſa in ſoda vermes generati in partibus capitis motu ſuo, lædentes tentione ſua & corroſione ſua. Et quidã remouerunt hoc: ſed non eſt neceſſariũ vt remoueatur. Nam vermes multotiens naſcuntur in anteriore capite & ſuper locum, qui eſt in ſtrictura narium, & poſſibile eſt vt naſcantur apud velamina, & ſi raro contingat.

*Diſtinctio ſpecierum ſodæ factæ ab apoſtemate.* Cap. 4.

Apoſtema à quo prouenit ſoda, t quandoq; eſt in velaminibus cerebri. & quandoq; eſt u calidum, & vocatur carabitus, & quandoq; eſt u frigidum, & nominatur lethargia, ſcilicet obliuio, & quandoq; eſt compoſitum. & nominatur diſpoſitio habentis ſubet shari, idest dormitionẽ vigilatiuam. & quãdoq; eſt durum, & quandoq; fit in ipſo cerebro, & ſubſtantia eius. Et eſt aut calidum, phlegmon, aut eryſipila, aut frigidum. Et huius diſtinctio eſt ex eis, quæ tibi aduenient vi[illegible]. u Et hoc multoties ſoluitur ſeu remouetur ſi contingat vt egrediatur ex capite in aure, & reliquis, pus, aut virulentia aut materia aquoſa.

A G.in li. 2 hu.comm. 5.f.g
B Gal.li.3.loc. c.9.g.& Raſi. t.11.c.1.14.
C † crocus.
D Hip.3.aphor.
E Gal.2.de cõ. phar.ſecundũ l. c.1.h
F Li.1.Fen.2.do. 2.ſum.2.c.13.
G Cap.1.
H Raſi.1.cont. c.1.13.3.
I Gal.4.aphor. b.c.& 6.12.
K G.1.de cã.ſym. c.6.g
L Ga.6.aphor.
M G.4.aphor. & Haly.9.the.
M Haly.ibi.
N.li.1.F.2.do.2. 1.c.1.11.4.
O Gal.cõm.4.de vic.rõne in acu. 115.h.
P Gal.& Haly.9. theo.c.3.
Q Haly.9.the.c.3.
R Gal.2.de cõpo. phar.ſecundũ loc. c.1.h,& fo.135.g.h
S Raſi.1.cont.c. c.1.13.4.
T Cap.1.& Haly 9.theo.c.3.
V G.6.apho.

De



*De qualitate euentus ſodæ ex materijs.* Cap. 5.

A Dicimus, quòd materiæ ſunt cauſæ ſoda, aut per ſe, aut per accidens. Quæ autem ſunt per ſe, ſunt quoniam mutatur complexio per ſe, aut ſoluitur cõtinuitas per ſe. a Complexio autẽ non mutatur per ſe, niſi ſecundum duos modos, aut per vicinitatem, aut per qualitatem ſeu diſpoſitionem poſt ſe derelictam. Per vicinitatem quidem, quoniam fit humor commiſtus frigidus, aut calidus: & calefacit, aut infrigidat: & cum ſeparatur humor ab eo, quod ei commiſtum eſt, finitur, et euaneſcit, & non facit moram de qua curetur. Quæ autem eſt per qualitatem poſt ſe derelictã fit, quoniam humor iam fixit impreſſionem, & affirmauit eam: & quãuis ſeparetur euacuatione, & reſolutione, tamen remanet qualitas fixa. Sed ipſarum eſſentia fit cauſa ſodæ per ſe ſm ſemitã ſolutionis continuitatis, & b illud cum motione ipſarum & penetratione earũ & mordicatione & corroſione ipſarum. Et plurimum quidem fit ſoda per motionem, ſi ventoſitates excitentur: & illud quidem plurimum faciunt materiæ frigidę, quas percuſſit calidas, adueniens ei & cibi ventoſi per miſti caliditati. Mordicatiuæ autem, & corroſiuæ ſunt humores acuti. Soda autem facta ab eis per accidens eſt, cum accidit oppilatio propter apoſtema, aut non propter apoſtema. & oppilationem ſequitur mutatio complexionis ſicut c ſciuiſti: & ipſam ſequitur ſolutio continuitatis. Et illud ideo, quia materiæ quas natura mouet in corpore, aut mouet ſm ſemitam expulſionis: aut ſecundũ B ſemitã ſeparationis, & diuiſionis nutrimenti. Et hoc quidem nõ fit niſi in trãſitibus ſeu meatibus naturalibus, qui qñ oppilati fuerint prohibent, & cum prohibent reſiſtunt, & reſiſtentia quidẽ facit extenſionem. Et extenſio facit ſolutionem continuitatis. d Et oppilatio quidem quandoq; accidit in ſubſtantia cerebri: & quandoque contingit in venis, quæ ſunt in ipſo, & qñq; fit in arterijs eius: & quandoque contingit in vtriſq;, quæ ſunt in velaminibus ipſius. e Et oppilatio quãdoque accidit ab humoribus, aut propter ipſorũ viſcoſitatẽ, aut eorũ groſſitudinẽ, aut propter eorũ multitudinẽ. viſcoſitas vero nõ reperitur niſi in phlegmate, & groſſitudo ẽt eſt in phlegmate & melancholia. Et phlegma quidẽ oppilat viſcoſitate, groſſitie, & multitudine: & melancholia oppilat groſſitie, & multitudine, & cholera oppilat multitudine, & ſimiliter ſanguis. f Soda quoq; cretica eſt de genere ſodæ, cuius cauſa eſt motus naturalis ſm ſemitam expulſionis: & ſoda: quæ fit p̃ ſucceſſionẽ digeſtionis cibi eſt de genere ſoda, cuius cauſa eſt motus naturalis ſm ſemitã ſeparationis. Comprehenſionis autẽ materiæ lædentis in membro oportet nos rememorari in g cap. principiorum vniuerſalium, poſtq̃ ſciuerimus, ꝙ ipſa, aut eſt antiquæ comprehenſionis & retentionis: aut eſt cibalis. ſ. generata in illa hora à cibo generatiuo chymi mali in ſubſtantia ſua, & qualitate ſua, propter corruptionẽ in ipſo cibo & ordine ſuo: aut quantitate ſua aut digeſtione ſua: aut reliquis modis corruptionis ſuæ prædictis in h capitulo ſuo: & ex hoc genere eſt ſoda comeſtionis alliorum, & C cepæ, & ſynapis, & ſoda ebrietatis, & ſoda ab acceptione frigidorum. Et oportet quidem vt rememoremur motuum materierum in membris i ex principijs vniuerſalibus. k Et ventoſitas quidem ex ſumma eſt materierum facientium ſodam, & facit ſodam extenſione. Et illud eſt, cum tranſitus naturalis ei conſtringitur creatus ſtrictior, q̃ oportet ei in hora ſua, aut inquirit vt faciat peruenire ſeu accidere tranſitum non naturalem. l Et vapor etiam eſt ex tota illa ſumma: & agit aut qualitate ſua, aut compreſſione vel conculcatione humorum in locis ſuis: & mouet eos. Et ventoſitates quidem, & vapores quandoq; generantur in corpore, & in cerebro ipſo: & quandoq; naribus attrahuntur ab exterioribus: aut adueniunt ex partibus pororum: deinde retinentur in cerebro, & faciunt ſodam: & ex hoc genere eſt ſoda fœtoris, & ſoda boni odoris. Et ſcias, ꝙ vẽtoſitates phlegmaticæ, & vapores phlegmatici ſunt grauatiui, & tardi motus, retenti. Et melancholici ſunt facientes triſtitiam, fixi, minoris quantitatis, & deterioris qualitatis. Acuti vero humores non excitant ventoſitates, ſed vapores. Et vapores quidem ſanguinei ſunt dulces, minoris nocumenti ſua qualitate, q̃ vapores alij, ſed ſua quantitate magis nocent. & cholerici ſunt acuti inflammantes.

*De ſpeciebus ſodæ factæ per communitatem.* Cap. 6.

Soda facta m per communitatem: alia eſt, quæ eſt cum communitate abſoluta, & alia, que eſt cum communitate non abſoluta. Communitas vero abſoluta, eſt vt ad partẽ cerebri ex membro D communicante nihil perueniat corporeum penitus, niſi ipſum nocumentum. Et communitas non abſoluta eſt vt ad ſubſtantiã cerebri ex ipſo membro perueniat materia humoroſa, aut vapor. Primæ autem partis ſunt ſpecies ſodæ factæ in tetano: & ſpaſmo, & extenſione, & ventoſitate alaferſe, idest & ventoſitate groſſa cauſante gibboſitatem, & doloribus iuncturarum: & ſicut quæ fit in podagra, & ſciatica fortibus. Et fortaſſe aduenit ex qualitatibus communicantibus qualitas ſimplex, quæ eſt ex qualitatibus naturalibus: aut qualitas extranea non proportionata calido, neque frigido, ſicut qualitates venenoſæ: & fortaſſe in aliquibus mẽbris erit humor venenoſus malæ ſubſtantię, cuius qualitas adueniet. Et fortaſſe ex materiebus aduenient materiæ extraneæ in naturis ſuis. Et forſitan nocebunt fortitudine ſuarũ qualitatum: aut augmento ſuarũ quantitatũ. Et fortaſſe erit impediens n materia extranea generata in quibuſdam membris generatione extranea corrupta venenoſa, ſicut fit in præfocatione matricis aut fit ei cui tempus coitus elongatum eſt aut euenit in miracꝫ eius humor malus: aut in aliqua extremitatũ ſuarũ, fortaſſe fit qualitas nocens adueniens cauſa cõprehenſionis materiæ nocentis etiã. & illud eſt ſm duos modos: quorum vnus eſt vt corrumpat illa qualitas, quod inuenit in partibus cerebri de materiebus bonis, aut quod ad illas peruenit de cibo bono. & ſecundus eſt, vt ponat cerebrum receptibile materierũ malarum: &

A Ga.de cur.rõne p ſang.ca.4.f, & 2. de comp.phar.ſecundũ loc.c.1 h
B G.de curã.rõne p ſang.c.4.f, & ex art.med.c.80.c.& 1.de cã.ſymp.c.6. g &.2.de cõp.medi.ſecũdũ loc.135.h
C Li.1.F.2.doct.2. ſum.2.c.1.& 2.
D Gal.2.de cõpo. phar.ſecundũ loc. c.1.a.b.
E Fen.2.c.13.& F. 14.t.2.c.4.& lib.1. Fen.4.c.24.& li.4. F.1.t.1.c.33.& lib.1. F.2.d.2.sũ.2.c.6.& Gal.9.meth.med. ca.1.h;& li.11.c.8.f, & de cã.mor.c.7.a
F Raſ.lib.diuiſio. c.3.
G T.1.ca.24.& 25. & li.1.F.2.d.3.ca.7.
H Li.1.F.3.c.7.
I Li.1.Fen.2.do.2. ſum.1.
K Gal.2.de comp. phar.ſecundũ loc. fo.135.g
L G.de reme.parã.fac.c.1.f
M Gal.1.loc.af.c. 6.e.f,& lib.3 c.1.d.e
N G.3.lo.aff.ca 7. fo.19.e.f,& lib.5.c. 7.fo.34.b, & lib.6. c.5.fo.40.b

hæc receptio eſt ſm duos modos. Vnus eorum eſt receptio ab attractione eius, ſicut ſi caleſiat cerebrum, & attrahat cum caliditate ſua materias ad ipſum. Et ſecundus eſt receptio à debilitate reſiſtentiæ: & iam [a] ſciuiſti in principijs, quòd cum membrum debilitatur, recipit quod ei aduenit ex materijs communibus, quæ ſunt cum toto corpore propter qualitatem expanſam in toto corpore, aut propter materiam expanſam in toto corpore ſicut fit in febribus: & ſoda cretica eſt ex hoc genere. [b] Cum autem in febribus acutis ſoda fit fortior, eius fortitudo eſt ſignum malum, immo pernitioſum, cum reliqua mala ſigna ei comparia ſunt: quòd ſi ſingularis fiat, ſignificat criſim venturam cum fluxu ſanguinis ex naribus: & quandoq; ſignificat criſim vomitu. Membrorum autē capiti communicantium primum & dignius eorum eſt [c] ſtomachus: quandoq;.n. in ſtomacho ſuperfluunt humores generati in ipſo, aut ad ipſum effunduntur [d] materiæ cholericæ ſm periodos, aut abſq; periodis: aut eſt creatio chiſtis fellis ita, vt effundať cholera ex meatu ipſius groſſo, & non ex ſubtili ad ſtomachum, ſm q̃ expoſuimus in [e] capitulo ſuo: aut retinentur in ipſo vētoſitates, aut eleuantur ex ipſo vapores, & fit ſoda. Et ebrietas facit ſodam cum euaporatione: & velociter aduenit ei frigus propter reſolutionem partium eius. [f] Et matrix eſt ex eis quibus communicat cerebrū fortiter, & mirac etiam, [g] & hepar & ſplen, & velamen, & renes, & extremitates omnes, & partes dorſi. Primum ergo, quod cerebro communicat, eſt illud, quod ipſum circuit de panniculo cooperiente craneum. Et plurimum quidem fit ſoda [h] cōmunitatis, apud permutationem materierum apoſtematum membrorum interiorum cōmunicantium, cum mouentur ad ſuperiora.

*Sermo vniuerſalis de ſignis oſtendentibus ſpecies ſodæ & modos eius.* Cap. 7.

SOda quidem facta à cauſis extrinſecis ſicut percuſſione, aut caſu, aut occurſu rerū calidarum, aut frigidarum, aut venti vel aeris vehementer calidi deſiccantis, aut ventis bene redolentibus aut fœtidis: aut retentione ventorum in naribus, & aure, [i] ſignificatur ex inuentione earum, quòd ſi earum obliuiſcitur, redeatur ad ipſorum veſtigia, & elaboretur in earum ſignificatione, ſecundum quòd nos iam [k] declarauimus. Illa autem, [l] quæ fit à debilitate, ſignificat eius excitatio cū parua vel qualibet cauſa: & cum perturbatione ſenſuum, & inuentione impedimenti in operationibus cerebri. [l] Et illam, quæ fit à fortitudine ſenſus cerebri ſignificat, velocitas patiendi etiam à parua cauſa in cerebro ſenſata, ſcilicet [m] ex vocibus, & odoratibus, & reliquis: ſed ſenſus eſt clarus vel acutus, [n] & meatus ſunt mundi: & operationes cerebri ſunt non læſe. Omnes autem, quæ fiunt à cauſis materialibus communicant in grauitate inuenta & humiditate naris. Et cum fuerit ex materia acuta, tunc eſt cum grauitate rubedo, & caliditas: & proprie in ea, quæ eſt ex materijs groſſioribus, & qñq; aſſociabitur ei pulſatio. Sed humiditas naris qñq; minoratur, cum fuerint materiæ groſſæ. Et ſiccitas quidem ſtricturæ narium in huiuſmodi ſoda, non ſignificat priuationem materierum, cum grauitas ei aſſociatur. Cholerica autem proprie eſt cum [o] mordicatione, & aduſtione vehementi & punctione: & fit illud in ea fortius, quàm in alijs cū [p] ſiccitate narium, & [p] ſiti, & [p] vigilijs, & [p] citrinitate coloris, & grauitas in ea eſt minor. Frigidas autem ſignificant frigus, & tempora, & color, Et ſi illic fuerit repletio à ſatietate nauſeatiua, ſignificant eam deſtructio deſiderij, & pigritia. Et materias humidas, ſi frigidæ ſint, aut calidæ, ſignificat [q] † {ſubet.} Phlegmaticæ autem & melancholicæ non [p] vehementer dolorem faciunt. Et cum materijs quidem ſiccis minoratur grauitas: & multiplicantur [p] vigiliæ: frigidæ autem vacuæ ſunt ab inflammatione, & multiplicatur cū eis cogitatio corrupta, & obtenebratur color. Quandoq; vero ſignificatur omnis humor per colorem faciei, & oculorum, & fortaſſe [r] diuerſificatur illud in paucis ſeu raro. Cauſa autem in hoc, aut eſt expulſio humoris inflammantis ad profundum aut cōſtrictio in ipſo: aut attractio materierum calidarum abſq; materiebus dolorem facientibus frigidis vſq; ad partem oculorum, & faciei propter dolorem. [s] Nam cum dolor ingreditur membrum, attrahit ad ipſum, & ad illud, quod eſt ei vicinum: plurimum aūt attrahitur ad membrū in hac diſpoſitione illud, quod eſt ſanguis: & qñq; attrahitur aliud. [t] Cū ea vero, quæ facta eſt à ventoſitatibus minoratur grauitas: & multiplicatur extenſio: & fortaſſe eſt cum punctione: & fortaſſe cum corroſione. In ventoſa quidem non eſt grauitas. Ventoſam aūt & [u] vaporoſam ſignificat qñq; ſonitus, & tinnitus: & fortaſſe exuberāt cum ea quidem multū. Et qñq; multiplicatur cum ea permutatio. ſ. doloris [x] de loco ad locum: & cū multiplicatur vapor, fit pulſatio fortior [y] arteriarū, & imaginatur imaginationes corruptas, & aſſociatur ei ſcotomia, & vertigo. Signa aūt factæ à complexionibus puris, ſunt ſenſationes illarū complexionū cū priuatione grauitatis, & ſiccitas in ſtrictura narium: ſiccitas enim ſtricturæ nariū eſt ſignificatio proportionalis iſti. In calidis quidem ſentit æger ipſe: & ſentit tangens caput eius caliditatem, & inflāmationem: & eſt illic rubedo oculi, & iuuatur ab infrigidātibus & frigore. In frigidis vero eſt res è contrario: & non eſt in faciebus eorū extenuatio maciei, neq; rubedo coloris: & neq; fit dolor ſuperfluus, & ſi fit temporalis. Siccas vero ſignificat præceſſio euacuationū: aut exercitiorū: aut vigiliarum plurimarum: aut coitus: aut mentis anguſtia: & proprietas earū eſt, vt augmentenť cum iteratione alicuius horum. Facta autem propter cōmunitatem contingit, & deſtruitur: & fit fortis, & debilitatur, ſm quod [z] de nocumento accidit membro cōicanti, aut deſtruitur, aut fortificatur, aut debilitatur. Quod ſi non fuerit propter communitatem, erit in reliquis operationibus cerebri nocumentum, ſicut tenebroſitas in oculo, & grauis ſomnus, & grauitas perſeuerans cū bonitate diſpoſitionis reliquorum membrorū. [a] Cumq; nocumentum eſt in ipſis velaminibus cerebri, & eſt forte, ſignificat illud aduentus doloris vſq; ad radices oculorū. Et ſi nocumentum eſt

tum eſt

A Li.1.F.1.doc.1.ſum.1.c.11.
B Li.4.Fen.1.tr.2.9.& G.4.prog.c.11.f
C Gal.1.de com. phar. ſm loc. a.b.& 4.apho.
D Ga.de c.74.h
E Fen.15.
F Raſ.1.cont. c.1.14.
G Ga.1.de com. phar. ſm loc.
H Hip.7.apho.
I Gal.1.de com. phar. ſm loc.
k Li.4.F.1.tr.2.
H Ga.3.loc.aff.
A Gal.lib.
M Haly.3.tec.
N Raſ.1.cont.t.1.c.14.1.
O Gal.loc.aff.c.5.& 1.art.med.
P Raſ.l.h.diuiſ. ca.3.& 1.cont.t.1.c.14.1.
Q † ſomnus.
R Gal.1.apho.
S Gal.in anni. c.95.& 3.apho.23.g.
T Gal.21.art.c.23 glau.c.5.b.& 1.de comp.phar.ſecundum lo.c.1.c.d
V Raſ.1.cont.t.1.c.14.1.
X Raſ.14.4.
Y Raſ.14.1.
Z Gal.2.lo.aff. fo.14.b.c.& ſti.art.med c.9
A Gal.3.loc.aff. c.9.c.f



A tum eſt in panniculo extrinſeco, aut in loco alio, non peruenit dolor ad oculos: ſed cutis capitis tacta dolet. Factam vero cum cōmunitate ſtomachi ſignificant inuentio anguſtiæ, & nauſea & paucitas deſiderij aut eius deſtructio: aut malitia digeſtionis, aut paucitas eius: aut ipſius deſtructio poſt inuentionem ſignificationum antecedentium. Et cum eſt propter effuſionem choleræ ad ipſum, fit fortior cum vacuitas adeſt: & ſuper ſomnum in ieiunio. Et fortaſſe ſoda fit propter cauſam in cerebro: & facit in ore ſtomachi iſtas diſpoſitiones: & nocumenta ſecundum ſemitam communitatis ſtomachi ad cerebrum: non ſecundum ſemitam principij ex ſtomacho & cōmunicatione cerebri. Oportet ergo vt perſeueres in cognitione huiuſmodi: & cognoſcas diſpoſitiōes vniuſcuiuſq; duorū membrorum in ſeipſo, & ratiocinando diſtinguas antecedens ab eo, quod eſt anteceſſum. Ex eis vero, quæ illud ſignificat de ſtomacho proprie, ſunt diuerſitas diſpoſitionis in digeſtione, & abſq; digeſtione, & diuerſitas diſpoſitionis in vacuitate & repletione: [a] Nam dolor ſtomachi ſi eſt ex cholera, excitatur cum eſt vacuitas. Et ſi eſt ex humore frigido eſt minor in vacuitate, & ſedat ipſum fames: & quandoq; fames excitat ex ipſo vaporem, & nocet. Veruntamen cum hoc comeſtio non integre ſedat ipſum multoties: & fortaſſe ſedat eum: ſed raro. Sed inflammatio & aduſtio, & eructuatio diſtinguit inter ea ambo. Et tu quidem cognoſces ſignificationes eructuationis [b] in ſuo loco: & ſimiliter diſtinguunt inter eas reliqua ſigna, quorum rememorabimur in capitulo ſtomachi: & qñq; ſignificat illud, quod vomitu expellitur. Et ſignificat illud diuerſitas diſpoſitionis in ſoda ſecundū diuerſitatē diſpoſitionis reliquorum, quæ ſtomacho ſuperueniunt. Et multi quidem homines ſunt, ad quorum ſtomachos cholera effunditur cum periodicatione. Et cū ſoda excitatur, & comedunt aliquid, quieſcit. Illud igitur eſt ſignificatio, quòd ipſa eſt propter communitatem ſtomachi, & ſimiliter quieſcunt ſi choleram euomunt, & ſignificationes ſignificant illud. Sed & illud quandoq; ſignificatur [c] ex parte doloris: quod enim fit cum communitate ſtomachi, plerunq; incipit in anteriori [d] parte ſincipitis: & fortaſſe declinat ad medium ſincipitis: deinde remouetur. Et illa, quæ fit ex [d] hepate declinat ad latus dextrum. [d] Et quę fit ex ſplene declinat ad latus ſiniſtrum. [d] Et quę fit ex cauſa [e] † {mirach} declinat ad anteriora valde. Et quæ [f] fit cauſa matricis exiſtit in fihachaliafuch. i. in commiſura coronali vbi ſinciput terminatur: & fit plurimū eius poſt [g] partum, aut abortum, aut menſtruorum retentionem, aut ipſorum paucitatem. Signa autē quæ dicta ſunt de ſoda à vermibus generata ſunt ea, quæ [c] Indus dixit. Inquit enim ſigna ſodæ factæ ex vermibus ſunt, vt ſit corroſio fortis: & fœtor odoris: & fit ſoda fortior cum motu: & eius ſedatio eſt cum quiete. Quæ autem fit ex renibus, & membris dorſi, eſt [g] decliuis ad poſteriora valde. [h] Quæ aūt eſt propter cōmunitatē dolorū euenientiū in membris alijs, fit cum excitatione eorū, & cum ipſi fiunt fortiores. Quæ vero eſt cum febribus, & criſibus, fit cum eis: & quieſcit cum eis: & debilitatur earū quiete, & debilitate. Et quandoq; etiam ſignificat ipſam [i] albedo vrinæ cū fortitudine febris, propter declinationem humorum cholericorū ad ſuperiora. Et multoties fiunt res ſubtiliantes cauſa ſoda: propterea, q̃ aperiunt viam vaporum ad cerebrū, & ſi ſint nō calidæ, ſicut oxymel: & ſimiliter eſt diſpoſitio hemicraneæ. Et regimen quidem ſubtile nocitiuum eſt ei, cuius ſoda requirit curationem ingroſſantem choleram. Et quādoq; augmentatur ſoda in ſeipſa propter vehementiam doloris ſui: & attrahit vehementia doloris eius augmentum in ipſo.

*De ſignis nuntiatiuis ſodæ in ægritudinibus.* Cap. 8.

VRina [k] ſimilis vrinis aſinorum ſignificat, q̃ ſoda fuit: & eſt ſoluta, ſeu remota: aut eſt exiſtens, aut erit. [l] Et ſimiliter albedo vrinæ, & ſubtilitas eius in febribus, & horis criſis ſignificāt permutationem materierum ad caput: & illud quidem eſt ex eis, quæ proculdubio faciunt ſodam.

*Regimen vniuerſale in ſoda.* Cap. 9.

TV ſcis, q̃ ſoda eſt æqualis ſeu ſimilis reliquis ægritudinibus in neceſſitate abſciſionis ſuæ cauſæ, & oppoſitione ei cum contrario. Et poſt hoc ſcis, q̃ ex rebus in remotione ſoda iuuātibus eſt paucitas comeſtionis, & potus, & proprie vini: & multitudo ſomni. Verūtamen nimia paruitas comeſtionis & potus, in ſoda calida nocumentum affert augmentum in ipſa faciens.

*De ſoda temporali.* Cap. 10.

D NIhil eſt adeo conueniens ſed temporali, ſicut tranquillitas: & dimiſſio totius, quod mouet ſicut, [m] coitus, & cogitationis, & reliquorum. Et oportet vt ſoliciteris in curatione materialis ex ea, in attractione materierum ad inferiora [n] ſaltem cum clyſteribus acutis, & oportet vt fortifices ea donec ſit poſſibile ea euacuare à partibus hepatis, & ſtomachi. Ex rebus fortibus vero in attractione materię ſoda ad inferiora, & ſecuritate vel præſeruatione à ſoda eſt fricatio pedum, Multoties enim dormit ſuper ipſam patiens ſodam. [o] Et quandoque fit eius aſſiduatio in pedibus, donec reſoluitur ſoda. Si autem vis vti epithematibus, & emplaſtris, & ægritudo eſt fortis temporalis calida ſiue frigida, oportet vt caput radatur: illud enim eſt magis iuuatiuum ad hoc vt medicinę virtus in ipſo penetret. [p] Et ex eis, quæ ad hoc iuuant eſt coronatio [q] ſincipitis, aut cum maſa, aut cum lana, vt res ſubtiles, quæ ſuper ipſum effunduntur, retineantur à curſu, & cerebrum earum compleat exuccationem, & earum virtutem non expoliet aer velociter. [r] Philagorus dixit, quod phlebotomia venæ frontis: & ventoſas apponere capiti: & fricatio extremitatum verſus inferius, & poſitio earum in aqua calida, & deambulatio parua: & dimiſſio ciborum inflatiuorum, & vaporoſorum tardæ digeſtionis, iuuant valde ei, qui vult vt eius ſoda recedat, & nō reuertatur ad eum. [r] Ego autem dico, quod quandoq; effundimus aquam calidam ſuper

A Gal.li.2.de cōp. phar.ſecundū loc. ſo.3.a
B 17.t.1.F.15.
C Raſ.1.cont.t.21 c.14.1.
D T.1.c.15.
E † epigaſtrij
F T.1.c.15.& Fen. 21.t.3.c.22.
G Raſ.14.3.
H Raſ.14.4.
I Gal.4.apho.72.f
k Cap.29.& Gal. 4.apho.70.
l Fen.16.t.1.c.3.& li.1.F.2.doc.3.ſū.2. c.1.& Gal.de vrin. c.5.c.& cōmē.2.in primum Hippo.de morb.vulg.71.f
M H.10.t.1.c.11.& li.4.F.7.t.3.c.7.
N Gal.2.de cōpo. phar. ſm lo.c.1.c.d
O Raſ.1.cont.t.21. c.1.17.3.
P T.1.cap.29.& 2. c.16.
Q Ga.2.de cōpoſ. phar. ſm lo.c.1.d.e
R Raſ.ibi.18.3.

ſuper extremitates patientis ſodam,& aſſiduamus illud,& ſentit, quod ſoda ex capite ad eius extrema deſcendit,cum qua deſcenſione reſoluitur.Et ſcias, quod cibi aceto ſi non conueniunt patientibus ſodam,niſi ſodæ,quæ eſt propter communitatem ſtomachi: quia cibus ille eſt de genere eorum,quæ præparant os ſtomachi,& confortant ipſum,& prohibent effuſionem choleræ ad ipſum.Cum autem ſodæ temporali aſſociatur aliquod accidens nocens, tunc intende in tuo regimine ad illud, quoniam fortaſſe erit illud accidens cauſa augmenti in radice cui illud accidens accidit: ſicut vigiliæ cum accidunt propter ſodam,deinde fiunt fortes, ſunt ex cauſis augmentandi ſodam: oportet ergo vt ipſum embroces cum aliquibus, quæ ſunt ſicut oleum de cucurbita, & oleum de kalcſ, & oleum nenufarinum: & ſicut lac odorificatum cum camphora,& reliquis.Et quandoq; eſt tibi neceſſarium vt parumper ſtupefacias, & dormire facias. [a] In omni autem ſoda cui aſſociatur rheumatiſmus,non declines ad infrigidandum caput, & humectandum cum oleis, & ſimilibus.Sed feſtina ad euacuandum, & ſtringendum extremitates,& fricandum eas, & ponendum in aqua calida. [b] Cum autem vis ſuper caput ponere aliquid, cuius virtus penetret ad interiora caditis, non eſt tibi neceſſarium niſi anterius cerebrum, ſicut [c] ſciuiſti: & vbi eſt commiſſura coronalis, & apud ſinciput: apud vtraſque enim confidis de penetratione eius, quod penetrat.In poſteriore vero cerebro,quoniam os,quod ipſum continet, eſt durius illo, non penetrat illud, quod ad cerebrum penetrare eſt neceſſe: quod ſi in hoc elaboratur, non proueniet inde iuuamentum, quod addat ſuper iuramentum quo iuuatur ſi contentus fueris ſuper parte anteriore, & ſi medicina fuerit infrigidans,affert principio neruorum, & origini nuchæ nocumentum, quo non indigemus. Soda autem percuſſiua apoſtematibus calidis aſſociatur, & frigidis: & eſt quaſi ſicut pulſans,quod ſi cauſa eſt calida, adminiſtra infrigidantia in quibus eſt lenitas, & vtere etiam ventoſis nocræ:& appoſitione ſanguiſugarum ſuper vtrunque tempus: & ligatione extremitatum. ſi autem frigida eſt,declina ad illud,quod carminat:& permiſce cum eo etiam in quo ſit vis confortandi, & frigus aliquod: ſicut ſi miſceatur cum oleo roſaceo ruta, aut menta. Cum ergo huiuſmodi ſoda adeo fit fortis, vt in pueris ad hoc deueniat, quod ipſorum commiſſuras diſrumpat, [d] laudantur in curis ipſorum venæ contritæ vehementer, & commiſtæ cum oleo roſa.& aceto linitæ: poſtquam adminiſtratur capitis ablutio cum aqua & ſale.Cum autem vteris caputpurgijs reſolutiuis fortibus,gradatim vtaris eis:ſecundum quòd dictum eſt in canone.Et tibi quidem cõuenit ne declines ad narcotica quantum potes. Veruntamen nos ipſorum modos dicemus in capitulo ſedantium ſoda cum ſtupefactione.Et ſcias,quod vomitus non eſt de curis ſodæ,& eſt vehementis nocumenti patienti eam, niſi ſit cauſa ſtomachi: & cum communitate ipſius, quoniam vomitu iuuatur.Et ſoda quidem,quæ fit in poſteriore capite,ſi non fuerit febris,cura eſt euacuatio cum decoctionibus prius ſecundum quantitatem virtutis, deinde phlebotomia. Qui autem inuenit ſodam in capite ſuo permutari, quam frigus ſedat,forſitan phlebotomiæ & ventoſæ ſunt ei neceſſariæ, vt doloris aſſiduatio in capite ſuperfluitates euenire non faciat.

*De cura ſodæ calidæ abſque materia: aut aduſtione ſolis,& reliquis & ex materia calida,aut ſanguinea.* Cap. 11.

INtentio in curatione huiuſmodi ſodæ eſt infrigidatio.Et in ea quidem, quæ eſt incipiens nihil magis iuuatiuum eſt,quàm [e] oleum roſa.bonum infrigidatum ſuper caput effuſum.Et melius hoc eſt vt ſinciput circundetur pariete [f] prædicto, & neque oportet ſicut [f] ſciuiſti, vt in poſteriore capite fatigeris. [g] Quod ſi oleum roſa.ſolum non confert,cõmiſceantur ei expreſſiones herbarũ, & ſpecierum plantarum frigidarum.Et illud quo exiſtimatur nihil eſſe magis iuuatiuum, eſt facere ægro caputpurgium cum lacte, & oleo roſa.aut violaceo infrigidatis ſuper niuem. Et conueniens [h] eſt vt oleum roſa.cum aceto miſceatur:acetum enim iuuat ad penetrandum ſecundũ conditiones prędictas [i] in canone. Et quandoque iuuat potatio [k] aceti cum multa aqua miſti vehementer.Eius autem,quæ fit ab aduſtione ſolis,quæ eſt de hac ſumma, curatio eſt hæc, etiam addita cautela in commenſuratione aeris,& infrigidatione ipſius,& reditione ad loca frigida, & adminiſtratione emplaſtrorum, & embrocarum, & vnctionum ex oleis, quæ omnia ſunt frigida natura: & infrigidata niue: & ſimiliter attractionum per nares:& embrocarum,& odoramẽtorum & iam ſciuiſti illud. [l] Et tibi quidem neceſſarium eſt vt in hoc, & in alijs,alienes totum, quod mouet impetuoſe ex vocibus & multitudine cogitationis, & coitus,& famis. [m] Et illa quidem, quæ eſt ex aduſtione ſolis, cum in ſui principio ſuccurritur, facile curatur. Cum autem negligitur, & tardatur, non eſt longum, quin eius cura laborioſa: aut difficilis fiat: aut adueniat ei ſuperflua vehementia. [n] Et multoties quidem accidit ex ſole ſoda: non ex hoc, quod calefacit tantum: ſed ex hoc, quod eleuat vapores, & mouet humores quietos. Cum huiuſmodi itaque non eſt excuſatio ab euacuationibus, ſecundum modos prædictos. Et quandoque etiam in ea in qua vapores non eleuantur, neque humores mouentur eſt neceſſitas euacuationis.Et illud quidem cum exiſtimatur repletio: & timetur in ipſa materiei attractio ad locum doloroſum, ſecundum quod [o] ſciuiſti ex principijs. Illic enim ſi obliuio adſit euacuationis humoris dominantis, non erit ſecuritas a velocitate nocumenti. Cum autem caput vehementer inflammatur in ſpeciebus ſodæ calidæ, & calefit valde, & tranſgreditur terminum, ſumantur ſauich hordei & pſyllium, & miſceantur cum aqua virgæ paſtoris, & infrigidentur, & fiat ex eis capiti emplaſtrum. In ea vero,quę facta eſt à materia calida ſanguinea oportet vt incipiatur à phlebotomia

& extractione

E F G H (margin letters)

A Raſ.i.contin. c.1.28.1.
B Can.
C T.i.c.19.& 2.de cõpo.phar. ſm loc.c.i.& meth.c.uit.
D Raſ.i.cont. c.1.27.
E Gal.2.de cõpo. phar.ſm loc.c.i.
F Cap.10.
G Raſ.i.cont. c.1.26.1.
H Raſ.ibid.
I T.i.c.23.
k Raſ.ibid.& Ser.i.c.6.
L Gal.2.de compo. phar.ſm loc.c.i.
M Gal.ibid.
N Gal.ibid.
O Li.1.Fen.2.doc. ſum.2.c.18.



A & extractione ſanguinis ſecundũ neceſſitatem & tolerantiam virtutis.Quod ſi non ſufficit phlebotomia venæ alſahad.i.venæ adiutorij & non conſequitur cum ea,quod voluntas intendit, & remanet dolor cum diſpoſitione ſua & venæ exuberant vel apparent vniuerſaliter: & vides in capite,& in facie,& oculis repletionem manifeſtam,oportet vt phlebotomentur venæ,quarum minutione cerebrum euacuatur,ſicut phlebotomia venarum, quæ ſunt in naſo cuiuſq; lateris.Et minutio venæ,quæ eſt in fronte:ipſa nanq; eſt vena, cuius phlebotomia eradicat plurimũ ex nocumento vel ex dolore capitis.Et oportet quidem vt in hoc doloris pars attendatur: Nam ſi fuerit lateris poſterioris,vena quæ eſt lateris anterioris minuetur.Et ſi fuerit in latere alio, phlebotometur vena,quæ in parte eius opponitur.Cum autem in parte oppoſita deſunt vel occultantur venæ, ventoſas loco phlebotomiæ pone.Et Archigenes [a] iam dixit,quod ſi illud non ſufficit, oportet vt ventoſæ ſuper [a] †{alcheel}ponantur,& ſanguis multus inde extrahatur: & locus ventoſarũ ſale trito aſpergatur, & loco lana ſuperponatur infuſa in oleo, & in mane ſuperponatur ei medicamen vulneratiuum,& illud quidem non eſt in hoc eodem,immo in omnibus ſpeciebus ſodæ temporalis ex materia fraudulenta qualiſcunq; ſit materia. [b] Et quandoq; etiam confert plurimum in hac ſpeciæ ſodæ,& quæ hoc modo currunt, phlebotomia ſaphenæ, & crurium ventoſatio.Et hoc quidem eſt ipſorum regimen ex parte phlebotomiæ.Cumq; illic aliquid materiei cholericæ ſentitur: B non eſt malum ipſam euacuare cum eo,quod naturam leniat,& lubricet materiam cum eo, quod in * capitulo ſoda cholericæ dicemus.Et oportet vt lenificatio naturæ vniuerſaliter perſeueret,ſicut cum iure alimunie,& alſegialſie.i.cum iure ferculi facti ex limonibus,& cum iure ferculi facti ex prunis & iure lentium,& iure [b] †{almes}abſq; corpore ipſorum.Et vt æger nutriatur cibis infrigidatiuis generatiuis ſanguinis frigidi trahentis ad ſiccitatem & groſſitiem aliquantulum:& declinent ad ſtypticitatem,ſicut ferculum, quod fit cum ſumac, & ferculum cum granatis, & ferculum ex lentibus cum aceto,& [c] †{althaſil}niſi timeatur ſiccitas naturæ.Et tu quidem ad curandas capitis ægritudines lenificatione naturæ multum indiges.Et in huiuſmodi diſpoſitione tibi ineſt, vt hæc ſtyptica temperes cum tereniabin, & ſiracoſt, & cum omnibus, quæ abſtergunt cum lenitate.Et oportet vt cibi iſti ſint boni chymi: & tu minora de quantitate eorũ, & non fiat ex ipſis repletio.Et cum adminiſtras embrocas,& vnctiones, adminiſtra ex eis eas in quibus ſit infrigidatio, & in quibus non ſit humectatio fortis, ſed ſit in eis repercuſſio aliqua, & ſtypticitas aliqua: ſicut eſt aqua granatorum, & expreſſiones frigidæ ſtypticæ fructuum, & foliorum, & radicum, & mucilago pſyllij cum aceto, & aqua virgæ paſtoris. Cura autem factæ ex materia cholerica eſt hæc.Nam ſi cum ea [d] vides aliquantulum motum ſanguinis, cura eſt vt ſanguis parumper euacuetur: & ſi non, incipiatur ab euacuatione ſicut cum myrobalanis, ſi non fuerit febris: & ſi non C cum lubricitantibus,& cum in eis quibus non ſit expreſſio, & aſperitas fortis, ſicut cum ſiracoſt, & ſyrupo de fructibus, & aquis lupuli. Et quandoque etiam euacuatur cum fumoterræ, & clyſteribus lenibus.Et ſi materiæ cholericæ fuerint groſſæ, & fuerint imbibitæ in tunicis ſtomachi: ita vt neque vomitu expellantur, neque lubricæ fiant ſolutiuis lubricatiuis, neceſſarium erit euacuare [e] cum hierapicra cum [e] ſcamonea ſecundum deſcriptiones dictas: aut augmentare eam, & afferre eam ſuper lubricantia, aut euacuare cum decoctione myrobalanorum, ſecundum quod videbis in antidotario: deinde permuta complexionem cum eo, in quo ſit infrigidatio, & humectatio corporis quidem cum cibis,& ſyrupis, vel potibus. Et capitis quidem ſi in ipſo ſolum cauſa fuerit cum curis prædictis in [f] canone, & cum omni quo malitia complexionis calidæ, & ſiccæ curatur.Et ſecundum cauſas communes calido,& communes ſicco. Et ex linimentis conferentibus ſoda, ſunt trochiſci de croco:& vigilijs etiam conferunt. Quorum deſcriptio incipit. [g] Recipe croci aure.vij.myrrhæ aure.ij.expreſſionis acreſtæ calcadis, gummi, omnium trium aure.i.& medium, aluminis iameni aure. viij. colcotar aure.v.medicinæ iſtę bene puluerizatæ cum vino pontico temperentur, & ex eis trochiſci informentur. Cumq; neceſſarij fuerint, vnus eorũ ſoluatur in aceto miſto cum aqua roſa.& liniatur ſuper vtrunque tempus. Et ſodam quidem calidam in febribus multiplicat vſus linimentorum vapores exire non permittentium, & ſanat eam D attractio aceti & aquæ roſa.per nares.

*De cura ſodæ frigidæ abſq; materia,aut cum materia phlegmatica,aut melancholica.* Cap. 13.

COnfert illi vaporatio cum eo,quod calefacit actu ex pannis calefactis,& ex milijs calefactis,et ſale calefacto. [h] Et milium quidem eſt ſubtilius & magis æquale: quandoq; vero omnes eos iuuat,& proprie,qui ex eis ſunt vehementer infrigidati,cum eorum corpora ſunt munda,& non dubitatur in aliquo eorum motus humorum, ſi exponantur ſoli permanentes in oriente eius, vſquequo ſanentur,& eorum ſoda reſoluatur. Et vehementer infrigidato quidem neceſſarium eſt, vt eius cibus minoretur, & ipſius natura ſoluatur: & ſi non cum alio ſaltem cum clyſteri: & ſeparetur inter ipſum, & inter motus corporeos,& animales,& cogitabiles: & prohibeatur potus frigidus: & interdicatur ei exire extra propter frigus.Et omnes quidem, qui habent ſodam ex frigore,poſt purgationem,ſi ea indigent,iuuãt vnctiones,& alſhauthat,ideſt & caputpurgia,quæ fiunt cum liquidis per nares attractis & alnifuchat.i.caputpurgia cũ pulueribus aut alijs nõ liquidis per nares attractis, & odoramenta,& embrocæ,& emplaſtra rubificantia & ꝓprie qñ in eis cadit ſinapis,& calefacientia rememorata.Et ex illis quidẽ,quæ eos iuuãt, [i] eſt bibere vinũ odoriferũ, ſubtile,forte cũ ſemibus.ſ.cum eis,q̃ ſunt vt ſemen apij,& ſem.fœniculi,& ſem.bauciæ, & aniſum,

& cy-

A Raſ.i.con.t.21. c.1.28.1.
A † locum inter duas ſpatulas.
B Haly.5 prac.c.5.
Infra *
B † granorũ ſimilium faſeolis
C † cibo ex lentibus.
D Haly.5.prac.c.5.
E Gal.2.de cõpo. pharm.ſm loc.ſo. 156.h
F T.i.c.19.
G Ga.2.de compo. pharm.ſm loc.c.3.c. iuxta opium.
H Gal.2.de cõpo: phar.ſm loc.c.i.f
I Paul.li.3.c.4.14.

& cyminum, & daucum, & petroſelinum, & quæ taliter currũt. Et hoc cum eſt ſecuritas à compre- E henſione vel præſentia, vel ab effuſione ſeu aduentu humorũ in ſtomacho præparatorum ad agitationem vel ebullitionem. Et cum infirmus febrem non habet vnde timetur, vt fortis fiat. Et iuuant eos emplaſtrum de ſinapi, & omnia emplaſtra rubificantia, & proprie quando in eis recipiuntur ſinapis, & gummi rutæ ſylueſtris, & linimentum ex cinere & aceto iam expertum eſt. Et ſimiliter venæ cum oleo amygdalino amaro inunctæ, & totum illud fit poſt abraſionem. Et conneſtio alliorum etiam eſt ex eis, quæ conferunt ſodæ frigidæ. Curatio autem ſodæ frigidæ cum materia phlegmatica: eſt vt euacuetur corpus, ſi humor in eo fuerit communicans: deinde adminiſtretur cibi minoratio, & eius ſubtiliatio, & adminiſtrentur ſemina, quæ non faciunt ſodam, & adminiſtrentur maturatiua, & euacuatiua commemorata, incipiendo à parua quantitate: deinde fiãt curæ aliæ narratæ in [a] canone: & adminiſtrentur etiam, quæ eorum dolores ſedent. Et omnia quibus neceſſarium eſt vti in cura frigidæ & humidæ. Et adminiſtrentur theriacalia ex confectionibus in ſeptimana ſemel. In cura autem ſodæ frigidæ cum materia melancholica, oportet in ea etiam fieri, ſecundum quod dictum eſt in [a] canone de phlebotomia, ſi neceſſaria eſt: propterea, quòd ſanguis eſt vincens & corruptus. Et euacuantia ſecundum ſuos gradus poſt digeſtiua cõtinua. deinde permuta complexionem vijs prædictis: & adminiſtra, quod generet ſanguinem ſubtilem, laudabilẽ, humidum, tenuem. Et ſermo quidem iam completus eſt in ipſo. Ex eis autem, quæ ipſi multum F conferunt, ſunt grana gariophyllorum. Et nos rememoremur etiam hic, quod dixit Archigenes in capitulo phlebotomiæ alcheeli. & nos iam attulimus illud.

A T.c.19.

*De modis linimentorum conferentium ſodæ frigidæ.* Cap. 13.

INcipiatur [b] à raſione capitis prius: deinde ſumantur aure. euphorbij, & aure. [b] † {baurach} & aur. de ſem. [c] † {armel,} & duo aur. ſylueſtris rutæ, & duo aur. ſinapis, & terantur, & temperetur cum aqua amaraci, & liniatur caput ex eis. Et ex bonis epithematibus eſt hoc. [d] Recipe piperis aur. i. facis olei de croco aur. i. & tertiam, euphorbij recentis aure. i. ſtercoris columbini aur. ij. cõiungantur omnia poſt contritionem vehementem cum aceto forti: deinde liniatur ex eo locus rubificandus. Et iterum linimentum ex myrrha & [e] euphorbio, & ſale, & baurac: & etiam ex euphorbio & aloe & myrrha & gummi arabico & caſtoreo & croco, & [e] ſarcocolla, & opio & coſto & thure fiat ex eis linimentum cum aqua rutæ. Et ex linimentis bonis omni ægritudini temporali. ſ. galeæ ſiue ouo & hemicraneæ frigidis, eſt vt liniatur locus cum lapide ægyptiaco, quoniam eſt vehementis iuuamenti. [f] Et etiam piperis albi, croci, amborum drachmas duas, euphorbij drachmam vnam, ſtercoris columbini ſylueſtris pondus drachmæ. i. ſ. & miſceantur cum aceto, & liniatur inde frons. [g] Et iterum aloe, myrrha, euphorbium, caſtoreum, epithymum coſtus pyrethrum, piper, liniantur cum vino antiquo. Et etiam medicamen aliud ſtercus columbarum: & eſt G valde forte. Et iterum piperis, & cõmiſtionis croci. ſ. troc. de croco prædicti, amborum aur. ij. euphorbij aur. ſ. ſtercoris columbarum aur. i. & ſ. præparentur cum aceto ſecundum quantitatẽ neceſſitatis. Et iſtæ quidem medicinæ quandoq; adminiſtrantur confrafactæ cum † {alzenbach}, aut commiſtione lactis, aut albedine oui: & quandoq; puræ, & gradus illarum ſunt diuerſi.

B Raſ. qualit. i. cont. B † nitri C † ligni ſimilis cinnamomo. D Gal. 2. de com. phar. ſm loc. E Raſ. 1. cõt. c. 2. 28. 1. F Gal. 2. de cõpo. phar. ſm loc. & Raſis ibi. G Raſ. 1. con. c. 2. 16. † oleo ſiſamino.

*De modis caputpurgiorum conferentium ſodæ frigidæ.* Cap. 14.

EX eis eſt caputpurgium eſt de nigella prædictum in ſingularibus, Et ex eis eſt, quod fit ex mumia cum caſtoreo & muſcho. Et exiſtimauerunt quidam, ꝙ cum fit caputpurgium ex ſeptẽ folijs origani, & ſeptem granis ſinapis tritis cum oleo violacco eſt iuuans. Ex eis vero, quæ ſunt experta, eſt vt ex [h] muſcho & ſigia, & ambra commiſtis quantitas lentis vnius ſumatur & ex inde caputpurgium fiat in omni hora. Et ex eis quibus ad illud fit caputpurgium, & calefaciunt, & euacuant, eſt oleum de pulpa coloquintidæ: aut oleum in quo ſoluta eſt expreſſio cucumeris aſinini. Et ex eis quidem, quæ quidam exiſtimant eſſe vehementis iuuaminis ad illud, eſt vt ſumatur ſuccus foliorum [h] † {alhagi} expreſſorum ſine aqua, & fiat caputpurgium cum eo diſtillando in die tres guttas in narem, cum eſt ieiunus. deinde poſt horam conſequenter adhibeatur oleum violaceum: & ſorbeat aſſidhagiam multæ vnctuoſitatis. Et ex eis quidem, quæ conueniunt huic modo, eſt vt ſumatur [i] fellis auri [i] † {citrini} pondus drach. iij. & mumiæ pondus drach. ij. & muſchi H drachma vna, & camphoræ medietatem drach. & fiat caputpurgium cum eo. Et iterum ſumantur gummi rutę acreſtis aure. i. radicis lilij, mellis colati ana aure. i. & ſ. coniungantur omnia cum ſucco radicis ſiclæ, & fiat caputpurgium cum eo quantum eſt granum milij diſtillati ex extremitate tentæ ſeu ſtili, & etiam euphorbium, & tertia pars lycij indi, & conficiatur cum ſucco ſiclæ: & diſtillentur in nares. Et etiam caputpurgium iuuans [k] † {buchormarien} ſicci aure. iij. baurach, ſumac, amborum aure. iiij. terantur bene, & in nares cum canna inſufflentur: & æger caput ſuum eleuet, & fortiter naribus attrahat. [l] Et iterum nigellæ aure. iiij. expreſſionis cucumeris aſinini aur. ij. ſalis ammoniaci aur. ij. miſceantur cum oleo de [l] † {alcanna,} & oleo cucumeris aſinini, & liniatur ex eis locus intus in naribus, & æger naribus fortiter ſugendo anhelitum trahat. Cumq; in hora illa ex capite res multa deſcenderit tunc lauetur naſus cum aqua calida.

H Raſ. 1. cõt. c. 2. 26. 4. H † arborũ ſuper quibus cadit mãna. I Raſ. ibi. 28 I † Raſis rub k † cyclaminis L Gal. 2. de com. phar. ſecundũ loc. c. 2. fo. 159. 2 L † liguſtro,

*De modis oleorum quibus inungitur caput eius, qui patitur ſodam frigidam.* Cap. 15.

COnferunt ei omnia olea calida, in quibus cocta ſunt ea, quæ ſunt ſicut anethum, & calamentum, & amaracum, & [m] † {ſceha,} et ſiſymbrium, et ruta, et folia lauri, et ea quæ iam diximus in [n] canone. Diſpoſitio vero olei balſami eſt, quam iam [n] ſciuiſti illic: et hoc etiam conueniens eſt caputpurgijs,

M † ſpecies ... thij. N T. 1. c. 19.



A caputpurgijs, & diſtillationibus in aure. Inſufflatio conferens illi qui habet ſodam temporalem. Recipe expreſſionem cucumeris aſinini, [a] † {buchormarien,} nitrum, terantur, & in nares inſufflentur: aut nigella, & expreſſio cucumeris aſinini: aut nigella, & parum gummi rutæ acreſtis.

A † cyclamen

*De cura ſodæ ſiccæ.* Cap. 16.

IN ſicca quidem quæ fit cum materia [b] cholerica, aut melancholica ſermo iam præterijt, & neque reſtat ſermo, niſi in ſoda ſicca ſine materia. Principium ergo curæ eius eſt regere ægrum cum cibis humectatiuis, boni chymi, & proprie multi nutrimenti, ſicut vitellus oui, & ſicut ius galliculorũ, ſeu pullorũ pinguiũ & [c] † {cubugi,} & [d] † {theiugi,} & ſorbitiões pingues cũ oleis humidis: deinde declinetur à parte calidi, & frigidi ad illud, quod eſt conuenientius. Ex eis quidẽ quæ conferunt eſt adminiſtratio caputpurgiorum humidorũ cum oleis laudatis, ſicut oleum amygdalinum, & oleum de cucurbita, & reliqua. Quòd ſi ex hoc neceſſarium eſt ad complexionẽ ęquandam cũ infrigidatione, & calefactione, miſceatur cum eis aliquid ex oleis æquans ipſum. Et fortaſſe ſiccitas facit euenire in ſubſtantiam cerebri diminutionem manifeſtam, & præparabit ipſum doloribus oportebit ergo illic vt adminiſtrentur caputpurgia ex medullis quæ ſunt extractæ ex cruribus ouiũ, & vitulorũ, & pinguedinibus gallinarũ & [e] † {altheiugi,} & [f] † {alduragi,} & [g] † {altedarigi,} & butyro vaccarum, & caprarũ. Et ex eis quæ eos iuuant eſt capiti apponere emplaſtrũ B ex [h] † {feludegi} ſubtili facto ex ſimila tritici, & ſimila hordei ſecundũ neceſſitatẽ, & zuccaro albo, & oleo amygdalino, aut de cucurbita, aut effuſio ſubtilis ex eo ſuper ſinciput. Et quandoq; [i] fit margo cum coronatione ex maſſa propter id quod effunditur ſuper caput.

B c. 11. & c. 12. C † auis alauda D † perdices E † perdicum F † francolinorũ G † phaſianorum H † quodã cõpoſi. I ca. 10. & t. c. 19.

*De cura ſodæ ab apoſtemate.* Cap. 17.

CVius q; autem ſpecierũ ſodæ factæ ab apoſtematibus curam in [k] capitulo ſingulari dicemus.

k t. 3.

*De cura ſodæ oppilationis.* Cap. 18.

CVra ſodæ oppilationis eſt cum maturatione per ea, quæ ſcis: deinde euacuatione: poſtea cum vſu aſahaiaret: deinde cum reſolutione per embrocas, & emplaſtra, & odoramenta, & gargariſmata. Poſtea cũ maturatione: deinde cum euacuatione, deinde reſolutione donec remoueatur: & iam ſcitur qualitas illius in loco ſuo. Quòd ſi in capite eſt cõplexio calida & oppilatio groſſa, curatio tibi fit difficilis. quare oportet vt adminiſtres apertionem facientia: deinde cum excitatur ſoda, aut nocumentum capitis, propterea quod curatio fit cum calido, ſuccurre illi cum infrigidantibus cum quibus eſt mollificatio, in quibus non eſt ſtypticitas: poſtea cum quieſcit, reitera: & nõ ceſſes faciendo, donec oppilatio aperiatur. Et hoc totum iam [l] diximus.

L t. 1. c. 29. & lib. 1. F. 4. c. 24.

*De cura ſodæ ex ventoſitatibus, & vaporibus detentis in capite non ab extrinſeco.* Cap. 19.

QVæ autem facta eſt à ventoſitate groſſa curanda eſt cum alienatione totius quod vaporat, C & inflat: ſicut nux, & [m] dactyli, & ſinapis, ſiue ſit calidum, ſiue frigidum: & adminiſtrentur embrocæ, & emplaſtra prædicta, & odoramẽta, & caputpurgia narrata in [n] canone, & odoret caſtoreum, & muſchum proprie. Et ſi cum eſt ieiunus ingrediatur balneũ, confert in huiuſmodi capitulo. Quòd ſi ipſorum principium à ſtomacho fuerit, in ipſorũ cura adminiſtrentur euacuantia prædicta: & proprie ea, quorum deſcriptiones recipiunt oleum de kerua: & eius loco recipiunt oleum antiquum, & vtantur diacymino, & quæ taliter currunt, de quibus rememorabimur [o] in cura ægritudinum ſtomachi: & conforteur caput poſt curam eius cũ oleo myrtino, & laudanino, & oleo de lilio, & expreſſione cupreſſi, & [p] † {alathel} & cyperi & cũ eo in quo eſt calefactio et ſtypticitas: & adhibeatur etiã fricatio in extremitatibus, & ligatio vt trahatur ad cõtrariũ eius. Habentiũ vero eã quæ fit à vaporibus, ſi fuerit eius generatio in ipſo capite: & æger non inuenerit in ſtomacho ſuo inflationem, & rugitum, neq; in hoc augmentatur, & minuitur propter repletionẽ, & euacuationẽ, & propter cibos vaporoſos, & pauci vaporis, cura eſt embrocę carminantes notę, & confortatio capitis cum emplaſtris reſolutiuis, & in quibus ſit ſtypticitas parua, & odoramenta ſubtiliatiua, & in eis eſt ſufficientia. Si autem fuerit ex ſtomacho: tunc ex eis, quæ ipſi conferunt, eſt illud quod ſtomachum confortat: ſicut maſtix & geleniabin, deinde diacyminum, & quæ ſunt illis ſimilia. Cumq; cibus recipitur, & incipit vaporare, & facit ſodam: recipiantur poſt ipſum mucila- D go pſylli, & [q] coriandrum ſiccum cum zuccaro. Et ſi timetur frigus ſtomachi ex mucilagine pſyllij, adminiſtretur mucilago ſeminis lini cum coriandro ſicco: & conforta caput cum eo quod ſcis, poſtquam ipſam curaueris, & ſedaueris cum eo quod oportet, vt ipſa ſedetur ex embrocis, & odoramentis narratis, & proprie cum amaraco: fortaſſe enim ipſum ſolum erit cauſa liberationis integræ, & vtere attractione ad contrarium. Cum ergo ſenſeris, ꝙ in materia vaporoſa ſit caliditatis ſuperfluitas per id quod inuenitur de ſignis caliditatis, alienabis reſoluentia multæ calefactionis vehementer, ſicut euphorbium, & reliqua. Immo incipies primo attrahere ad contrarium, & purgare cum gargariſmis, & adminiſtrabis embrocas temperatas in balneo.

M G. 2. de cõpoſ. phar. ſm loc. ca. 1. fo. 133. d N t. 1. c. 29. O F. 13. t. 5. c. 3. P † arboris habentis folia ſimilia tamariſco. Q cap. 24. 29. 33. & lib. 2. t. 2. c. 140.

*De cura ſodæ ex vento qui penetrauit ad interiora capitis ab extrinſeco.* Cap. 20.

CVm autem ſoda capitis fit ex ventoſitate intrante extrinſecus, conſideretur hoc an ſit ventus calidus æſtiualis: aut frigus hyemale: deinde conſideretur locus introitus ipſius. Nam ſi eſt calidus, & eius introitus eſt auris, diſtilletur in ea oleum chamæmillinum tepidum, aut oleum alkerinum, aut oleum anethinum conquaſſatum cum pauco oleo roſa. Et ſimiliter ſi fuerit eius introitus naſus diſtilletur illud in nares. Et adminiſtra embrocas cum eis quæ facile reſoluunt ex eis quæ diximus. Quod ſi malitia complexionis ei ſuccedit calidæ, cum eo quod facile eſt medicetur,

tur, & incipiatur ab eo quod eſt minus frigidum. Si autem non iuuat, augmentetur, Quod ſi frigida E fuerit, pones olea ad quãcunq; harum duarum viarum neceſſarium fuerit adminiſtrare calida: & in ipſis ſit caſtoreum, & muſchus. Et minora, & multiplica ſecundum quantitatem neceſſitatis: & adminiſtra embrocas, & emplaſtra prædicta ſecundum illud reſolutiua calida: & aliena totum quod inflat, & lenit naturam.

*De cura ſodæ contingentis ex vaporibus malis aduenientibus capiti exterius.* Cap. 21.

ET ſimiliter ſunt curæ vaporum malorum extrinſecus aduenientium: & non ſunt frigidi niſi raro, ſicut vapores locorum [a] † {almethacharegie} limoſorum: ſm plurimum vero ſunt calidi: quos quidem reſolue cum embrocis temperatis, ſi ex eis plurimum retineatur: & imaginetur ſcotomiam. & vertiginem: & naribus attrahantur odores temperati boni, ſicut roſæ & olei eius, & nenufaris, & viol. Quod ſi vehemens ſentitur caliditas, camphora, & ſandali: & adminiſtretur ablutio capitis in balneo cum aqua calida, & malua. Frigidis vero conferunt odores muſchi, & caſtorei, & illud ſufficit. Si autem vapores ſint fumoſi, neceſſaria eſt humectatio fortis cum oleis prædictis & humectantibus numeratis, & ingenietur vt nares abluantur cum huiuſmodi oleis, & naribus ex eis fortiter ſugatur trahendo ad ſuperiora: & ſeruando illud in ipſis: deinde effluere dimittatur, poſtea renouetur opus illud aſſidue. Et ſimiliter cum aqua roſa. & aqua de kalef, & aqua cucurbitæ, & ſuper vapores harum aquarum plurima fit inclinatio: quod ſi ex eis nocumentum F, & malitia complexionis generetur: ſicut fit ex fumo ſulfuris, & fumo arſenici, & ſimilium, adminiſtretur camphora in oleo cucurbitæ, vt humectet vnum ipſorum, & infrigidet alterum. Et ſimiliter adminiſtretur camphora in oleo lactucæ, & oleo viola. Et ſterne locum totum ex folijs kalef, & odoriferis humectantibus.

A † mucer

*De cura ſodæ contingentis ex odoribus bonis.* Cap. 22.

EA quidem quę fit ab odoribus bonis, ſi ſint calidi, & nocent caliditate ſua, non ſiccitate, tantũ curetur odoribus bonis frigidis: ſicut ſi nocumentum cõſequens ſit ex odore muſchi, & croci, curetur cum camphora & ſandalo. Et conſequens ex camphora, curetur cum muſco & croco. Et ſi fuerint etiam nocentes cum hoc cum deſiccatione, & ſiccitate, tunc cura erit vt non ſis contentus in cura nocumenti muſchi, verbi gratia camphora: ſed ſi eſt poſſibile, ſuccurre cum caput purgio ex oleis humectantibus infrigidatis, quoniam iam ſufficiet: & ſi non, ſaltem cum camphora in eis diſſoluta, & ſimiliter econuerſo.

*De cura ſodæ contingentis ex odoribus fœtidis.* Cap. 23.

FActæ vero ex odoribus fœtidis cura eſt cum bonis oppoſitis eis incomplexione: & ſi in illis odoribus fuerit deſiccatio [b] ingenietur vt ſint odores illis oppoſiti humectantes, ſicut odores nenufaris & viol. vehementis, vel boni odoris, & oleũ de kalef habet proprietatem excellentem G ſupra omnes odores oppoſitos vel contrariantes odoribus bonis, & fœtidis caliditate nocentibus temperandi, & humectandi.

B Alzara.1.præ ſect.2.c.3.

*De cura ſodæ ex ebrietate.* Cap. 24.

IN ſoda autem contingente ex ebrietate, in primis oportet vt adminiſtretur ſtomachi purgatio: aut vomitu facto cum ſechaniabin, & ſem. raphani, aut cũ ſechaniabin, & ſucco raphani. [c] aut ſechaniabin cum aqua tepida: aut cum vomitibus leuibus & medijs, de illis quos in antidotario faciemus: ꝙ ſi vomitus non fuerit obediens: aut timetur eius adminiſtratio, ſolues cum hiera confortata cum ſcamonea, ne eius mora prolongetur: ꝙ ſi tibi fuerit aliquid prohibens ab adminiſtratione eius, quod eſt calidum propter ægritudinem calidam, ſolues cum decoctione myrobalanorum aut ſyrupo de fructibus ſolutiuo. Et ſi anima abhorruerit huiuſmodi ſolutiua, ſolues cũ aqua vtrorunq; granatorum cum pulpa, ſm quod dicemus in antidotario, vigorata cum ſcamonea parumper: & non timeas propter ipſius caliditatẽ. Et ſi eſt aliquid prohibens ab euacuantibus cuiuſcũq; modi fuerint, fac α eos dormire, quouſq; digeratur, quod in eorum ſtomachis continetur de vino. [d] Et iſtud quidem apparet ex colore vrinæ, & eius tinctura. Et [e] frica pedes eorum cum ſale & oleo violaceo: & ſuper ipſorũ extremitates effundatur embroca ex chamæmilla. [e] Deinde fac eos ingredi balneum: & vt capita ipſorum inungantur oleo roſa. infrigidato, nõ tamen vehementer: & ci- H bentur [e] lentibus, & acreſta, & ſimilibus. [f] Et in caulibus quidem eſt proprietas, qua vapores à capite prohibentur [g] Gal. inquit ſi cibas illos pullis columbarum, non erras. Et videtur quod cauſa ſit ſubtilitas ſanguinis ex eis generati, & fortitudo eius ad reſoluendum vapores. Et oportet vt eis tribuas fructus ſtypticos: & [g] vt ſit potus aquæ, & non aliud, niſi ſtomachus fuerit debilis, & timetur ipſius laſſitas: tunc enim prohibe eos à multitudine potus aquæ frigidæ: & pota eos aqua granati [g] acetoſi, & [e] ribes proprie, & [e] rob eius, & [e] acetoſitate citri proprie, & [e] rob ipſius, & cydoniorum, & malorum, & [h] tranſglutire coriandrum ſiccũ cum zuccaro ad pondus coriandri confert eis: deinde fac eos α dormire, & quieſcere, quoniã eſt radix in cura ipſius: quod ſi propter hoc non quieſcunt, reitera illud eadem die, & in mane. Et pone cibum ipſorum, qui infrigidat & humectat, aut qui eſt ei ſubtilis ſicut eſt vitellus oui: & ſuper eos funde aquam calidam multæ reſolutiouis. Et adminiſtra eis β ſomnum inquantum potes: deinde cum remouetur nauſea, ſi fuerit, & remanet [g] ſoda abſcinde oleum roſa. ab eis, quoniam nociuum eſt eis poſt illud, cum prius fuerit neceſſarium ad confortandum caput, & prohibendum vapores. & iam modo, ſeu & nũc ſunt remoti. & oportet vt modo ſeu nunc adminiſtres [g] oleum chamæmellinum loco eius fricando ad

reſoluendum:

C Ser.1.c.11.
Infra α
D Raſi.cont.t.21. c.17.2.
E Ser.1.1.c.11.
F Li.2.t.2.c.139.& Gal.2.de compoſ. ibid.
G Lib.2.de medica.compo.ſm loc. c.1.fo.133.d.e
H c.19.29.33.& li.2.c.140.
Supra α
Infra β
Supra β



A reſoluendum: ꝙ ſi propter illud non remoueatur, adhibeatur oleum [a] de lilio, quoniam ipſum eſt vltimum, & expertum. Amplius cum ebrietas incipit alleuiari, & deſcendere, [b] fac eos ambulare paulatim, paulatim, & fac eos iacere in lectica chordis ſuſpenſa, & ſuauiter commota. Et ciba eos tunc carnibus piſcium petroſorum, & teſticulis gallorum, & pullis cum herbis frigidis. Et oportet quidem ne ſuper cibum ambulent: ſed poſt tres horas. Et vniuerſaliter melius eſt, vt conſideres digeſtionem eorum cum ſomno, aut quiete longa, donec ſtomachus parumper alleuietur. Deinde adminiſtretur ſechaniabin zuccarinum ſi fuerint calefacti: aut mellinum, ſi fuerint humectati & infrigidati: & redi ſuper fricationem pedum ſuorum: deinde ambulent non laborioſe: aut moueantur alio motu nõ laborioſo: & cũ hoc oportet à puro aceto, & almuri fieri alienos: parũ, ꝙ ſi nõ eſt excuſatio ab eo tunc intingant panem in eo, vel vtantur eo quod non eſt acutum. Cumq; parum feceris eos ambulare, adminiſtrare eis tinam, & balneum: deinde ad vltimũ oportet vt eos infundas cum embrocis æqualis reſolutionis, & cibes eos carnibus leuibus. Medicamen optimum ebrietati. Recipe ſeminis endiuiæ, ſeminis caulis, berberis mundati ex ſemine ſuo, & ſumac, & lentium excorticatarum, roſarum, ſpodij, omnium æqualiter, commiſceantur omnia: & bibatur ex eis pondus trium drach. cum chirat. i. camphoræ, & vn. i. aquæ granati: aut aquę ribes: aut acetoſitatis citri, & rob eius.

A G.li.2.de medi. cõpõ.ſm locos.c.1.fo.133.d.e
B Ser.1.1.c.11.

*De cura ſodæ euenientis [c] ex coitu.* Cap. 25.

B HAec ſoda accidit quidem, aut propter ſiccitatem, quã ipſe fecit ipſum poſſidere. Et eius cura eſt quam diximus [d] in capitulo curationis ſodæ ſiccæ, poſtquã declinaueris ad humectantia, aut accidit propter repletionem in corpore, cui ſuperuenit motus coitus cõpoſitus ex corporeo, & animali, & eleuat vapores fraudulentos. Quare oportet, vt cui illud accidit ſucceſſione coitus: & qui repletionem habet, [e] incipiat primum à minutione: deinde cum ſolutione, ſi vnaquæq; fuerit neceſſaria, aut vna earum: deinde confortet cerebrum cum oleis confortatiuis: ſicut oleo roſ. aut oleo myrtino, & aquis confortantibus in quibus decocta ſunt [e] ſicut roſæ & myrtus, & nutriatur eis quæ ſunt velocis digeſtionis, & boni chymi: & remoueat coitum: ꝙ ſi non inuenit eius excuſationem, non coeat dum eſt ieiunus vel vacuus.

C Haly.9.the.c.3.
D 16.
E Raſi.1.con.t.21. c.1.16.4 & 29.4

*De cura ſodæ factæ ex percuſſione, aut caſu, & regimine eius cui accidit cõmotio cerebri, & vulnus.* Cap. 26.

OPortet vt ſit tua ſolicitudo, & finis tuæ intentionis in curatione eius, qui habet ſodam euenientem à caſu, aut percuſſione, ad hoc vt dolorem ſedes quantum potes: & elonges materiam quantum potes à loco læſo, aut cum euacuatione, aut attractione ad contrarium, vt non apoſtemetur. Et medica plagam ſi acciderit, vt carne repleatur. Sed non eſt poſſibile vt carne repleatur, malitia complexionis manente: quare oportet, vt in ipſius incarnatione complexionem partis C eius tẽperes. Et ſcias quia ſi in illo qui habet hoc impedimentũ apparet febris, & conturbatur intellectus, tunc iam incipit apoſtemari. Primũ ergo quod te oportet facere in eius cura, eſt [f] phlebotomia cephalicæ, aut nigrę, aut apoſtematio prohibeatur. Si autem illic eſt repletio, oportet vt vtaris [g] clyſteribus acutis, ſaltem cum pulpa coloquintidæ: veruntamen ſi habuerit febrem, tunc clyſteria æquabis: ꝙ ſi clyſtere nõ euacuat, oportet vt euacuetur cum aliquo, quod ſit ſicut [h] pilulæ cochiæ, ſi febrem non habuerit: ꝙ ſi habuerit calorẽ qui febre ſit minor, non prætermittas ipſarũ potionem: neceſſaria eſt enim euacuatio, [i] vt ſecuretur apoſtema. Deinde oportet vt conſideres. Nam ſi illic fuerit vulnus, medicetur prius. Et neceſſarium eſt temperare locum in complexione ſua, donec recipiat curam. Quòd ſi non fuerit, emplaſtretur locus ex eo quod locum confortet: ſicut ſunt emplaſtra, quorum aquæ ſunt ſicut [k] aqua myrti, & alkalef, & quorum olea ſunt oleũ myrtinum, & liliaceum, & roſ. Et eorum permiſtiones ſunt in quibus eſt ſtypticitas, ſubtilitas, & reſolutio pauca: ſicut roſa, & [k] melilotum, & calamus aromaticus, & chamæmila, & bolus armenus, & alumen iameni cum vino odorifero. Et fortaſſe contentus eris oleis ex eis. Et iam ſunt quidam qui vtuntur eis tepidis. Et fortaſſe dolor, & timor apoſtematis facit neceſſarium, vt parũper infrigidentur. Et oportet vt caueantur balneum, & [l] vinum, & [l] ira, [l] & cibi vaporoſi, & calefacientes. Quòd ſi locus incipit apoſtemari, tunc neceſſe eſt adminiſtrare ſtyptica fortis ſtypticitatis, D & infrigidationis: ſicut cortices granati, & balauſtias, & lentes, & roſas, embrocando caput ex aquis eorum: & faciendo emplaſtrum ex fæce ipſorum: deinde poſt illud fiat permutatio ad illud in quo cum hoc ſit ſubtiliatio aliqua: ſicut cupreſſus, & tamariſcus, & cydonia, & olibanum. Et cum percuſſio fuerit commouens caput, oportet tunc vt incipias dare ad potandum ſtichados cũ aqua, aut ſyrupo mellino: ipſi enim cum eo liberantur, [m] Et ſcias quoniam cum læſio peruenit ad velamen cerebri, eſt in ipſa timor. Et cum egreditur propter percuſſionem ſanguis ex cerebro, oportet vt patientem potes [n] cerebellis gallinarum quantum poſſibile eſt: deinde potet ſuper illud aquam granati acetoſi: & cum reſoluitur, apoſtema multiplica exhibitionem cerebellorum vſq; ad tres dies, & poſt phlebotomiam.

F G.2.de cõpoſit. pharm. ſm loc.c.1. 133.h
G Raſi.1.con.t.21. c.2.27.2.
H Raſi.1.con.t.21. c.2.27.2.
I Raſi.ibi.27.2.
K Ser.1.1.c.12.
L G.ibi.2.& de re medi. patu facil. c.1.h.a
M G.ibi.h
N Li.2.t.2.c.125.& 129.& li.4.F.4.t.1. c.12.& Dioſ.lib.2. c.41.

*De cura ſodæ factæ à debilitate capitis.* Cap. 27.

EIus cura eſt permutatio malitiæ complexionis quam habet, & ipſius confortatio cum cibis odoriferis in quibus eſt ſubtilitas, & ſtypticitas cum aggregatione cauſarũ oppoſitarum cauſis motiuis. Et multoties quidem cauſa agens compar cauſæ paſſiuæ debili eſt aggregatio humorum malorum calidorũ, aut non calidorum in ſtomacho. Oportet ergo vt euacuetur per id quod eſt eis conueniens: & vt afferatur cibus aggregãs ad laudabilitatem eius quod ab eo prouenit vir-

tutem

tutem reſolutiuã & recipiente digeſtionẽ. Et ſi nõ reperiuntur vtræq; proprietates poſtremę, eligatur melior earum. Et melior quidẽ hora in qua cibandus eſt, eſt poſt introitũ balnei. Et oportet vt alleuies cœnas ipſorum, & vt ſigilles cibos eorũ cum eis, quæ ſunt ſicut [a] † {alcasb.} & oliuæ cũ caſeo, vt confortetur os ſtomachi eorum. [b] Hipp. autem conceſſit eis in potu vinum abſolute: & [c] G. elegit vt ſit miſtum, aut ſubtile odoriferũ, aggregentur vtraq; & ſumatur cum pane. E

*De cura ſodæ factæ à fortitudine ſenſus cerebri.* Cap. 28.

EIus cura eſt, vt ſenſus parumper fiat piger cum cibis, qui nutrimentũ cerebri ingroſſent: ſicut [d] † {alherais factum} cum frumento, & hordeo & carnes bouinæ, ſi digeſtio eſt fortis, aut cibis factis cum lactuca, & portulaca, & caro piſcium: & quandoq; adminiſtras aliquid ex narcoticis ſicut ſyrupum de papauere, & ſicut ſemen lactucæ: & quandoq; fit inde epithema.

*De cura ſodæ quæ facta eſt accidens in febribus, & ægritudinibus acutis.* Cap. 29.

HVius alia eſt quæ accidit cũ fortitudine ægritudinis, & eius paroxyſmo, deinde remouetur. Et aliqua eſt quæ remanet poſt remotionem ægritudinis, aut eradicationem eius paroxyſmi. Et illa quidem quæ ex ea accidit in febribus quandoq; inquietat ægrum adeo donec in cauſa eius, quæ eſt febris, augmentum faciat. Et ipſam quandoq; ſignificat albificatio vrinæ ſubito: & [e] eius alteratio in ſimilitudinem vrinæ aſinorum. Sed aſſimilatio vrinæ aſinorum quandoq; ſignificat eſſentiam ſuam in diſpoſitione: & quãdoq; ſignificat reſolutionem. oportet ergo vt redeatur F ad reliquas ſignificationes. Cura autem eius cõueniens eſt, vt iegarach alras. i. vt vehementer vngatur caput [f] cum oleo omphacino ex quo ſit factum oleum roſatum, aut cum oleo roſato vſuali conquaſſato cum aceto in hyeme, & in lenitate febris tepido: in æſtate vero, & in vehementia febris, infrigidato, & ad ipſam iuuat embroca ex decoctione hordei, & papaueris, & roſarum, & violarum, ſi vapores nocẽt ſua acuitate. Quòd ſi ſua nocent multitudine: tunc nihil horum facias immo euacua, & adminiſtra quod cum facilitate reſoluat: ſicut oleum in quo coctæ ſunt alnemam. i. liſymbrium, & virga paſtoris, & maiorana cum virga paſtoris ſi vis reſoluere: ita quod quibuſdã antiquorũ viſum eſt, vt chamæmilla epithemetur. Quod ſi narcotica & ſomnifera tibi neceſſaria ſunt propter doloris vehementiam, vtere eis cum cautela & timore. Et quandoq; prohibetur eleuatio materiei in ipſa cum [g] † {ſauic,} & pſyllio in principio: & dantur in potu etiam: & quãdoq; prohibẽt [h] coriandrum oleum roſa. Et quandoq; ventoſatur in ipſa. [i] In ligatione autem extremitatum, & ipſarum [f] fricatione, & adminiſtratione rubificantium eſt rectitudo conueniens valde. Cumq; extremitatum ligatione vteris, oportet vt ponas eas, cũ ſoluuntur in aqua calida. Et ſi non ſedatur propter omnia illa, radatur caput, & emplaſtretur cum chamæmilla, & althea, & viola, & alhaſcec contuſa, vel cõmiſta: & illud quidem poſt raſionem capitis: & quandoq; indigemus ventoſis, & ſanguiſugis. Et quandoq; remanet ſoda poſt febrem, & poſt ægritudines acutas. Et ipſius G quidem cura eſt infrigidatio ciborum, & eorum humectatio, & cõfortatio capitis ex oleo roſ. cum chamæmilino: [l] vt effundatur ſuper vtraſq; manus, & vtroſq; pedes aqua calida bis in die mane & ſero: & inũgatur cũ oleo viol. deinde iuuetur cum extinguẽtibus qñ apparet declinatio manifeſta.

*De cura ſodæ creticæ.* Cap. 30.

IN ſoda quidem cretica conſideretur, [k] an infirmus inueniat nauſeam, & ſubuerſionem animæ, & tremorem in labio, & vertigines: & vniuerſaliter ſigna declinationis naturę cum materia ad ſuperiora & [l] tunc iuuetur cum vomitu facto ex ſechaniabin calefacto, & cum vomitiuis frigidis. Et an inueniat rugitus, & inflationem in vtriſq; lateribus, & vniuerſaliter ſigna declinationis naturæ cum materia ad inferiora, [m] & tunc iuuetur lenitione naturæ cum lubrificatiuis lenibus, ſicut ſyrupo de prunis, & prunis infuſis in iuleb poſt ipſorum perforationem, ſeu punctionem cũ ſtilo: vt intumeſcant, & cum ſyrupo violato, & ſyrupo de tamarindis, & alſiracoſt non pondus magnũ: vel non multum, ſed quantitas eius ſit drach. v. & quæ curſu illorũ currunt. [n] Aut vtrum inueniat grauitatem in partibus renum, & ſub coſtis dorſi ad poſteriora tendentẽ: & vniuerſaliter ſigna declinationis materiæ ad vias vrinæ, & medicetur cum diureticis: ſicut cũ oxymelle cui ſuperiniciatur pondus duarum drach. ſem. melonis, & ſem. citroli mediando: & cibetur cydonijs qñ prohibent vapores, & prouocant vrinam, [o] Aut vtrum inueniat radios, & rubedinem in oculis, & imaginationes citrinas, & prolongetur hoc: & non fluat ſanguis ex naribus, tunc cũ aceto fiat ſternutatio, & cum eius vapore: & in naribus inſuffletur, & cõmoueatur naſus eius cum aliquibus aſperis: aut opponat oculos ſuos radio ſolis, ſi poſſibile eſt ſubito, & intueatur ipſum: deinde dimitte ipſum. [p] Et ſi inuenerit pulſum vndoſum, & inuenerit lenitatem in cute, adminiſtrentur ſudorem prouocantia fricando, & bibendo, & ſuper caput: & oportet vt ſint temperata. [q] Quod ſi inuenerit ſimilitudinem mordicationis, & doloris laſſitudinis ſub aure ſua, aut aſcella ſua, aut inguine ſuo, fiant ſup ea emplã calida attractiua ſicut mẽta, & apiũ cũ butyro antiquo. Et fortaſſe indiget, vt vẽtoſæ abſq; ſcarificatiõe apponant, vt materia ex cerebro expellat ad illud, ad quod declinat, & apentur. H

*De cura ſodæ quæ dicitur fieri cauſa vermium.* Cap. 31.

OPortet vt purgatio fiat cum purgatione corporis, & cerebri, & deinde fiat caputpurgiũ cum hierapicra pauca. Et fiat illud in hebdomada aliquoties: & adminiſtrentur omnes medicinæ quæ dicentur in [q] capitulo de fœtore narium. Et omnia quæ vermes in ventre necant ſicut expreſſio foliorum perſici, & expreſſio radicis mori, & aloes: & ſequatur cum ſternutatorijs, & caput purgijs purgantibus cerebrum.

De

A † dactylis non bene maturis. B Raſ. i. cõt. c. 28. C Raſ. ibid. D † pulte ex frumento. E Ca. & G. aphor. F Aet. lib. c. 115. G † pſilio H Ca. lib. I Raſ. c. 17. k Lib. 4. & Gal. L Lib. 4. M Lib. 4. & Alzar. N Lib. 4. O Lib. 4. & Hipp. prog. P Lib. 4. Q Lib. 4. c. 14. Q 1. t. 2. F. 5.



*De cura ſodæ quæ excitatur [a] ſucceſſione ſomni, & dormitionis.* Cap. 32.

A OPortet vt cum ea purgetur corpus, & caput per ea quæ [b] ſciuiſti: & adiuuat ad ipſam vt tem poribus, & fronti fiat emplaſtrum ex cinere & aceto: & cũ eo melior eſt cinis de lignis fici.

*Regimen ſpecierum ſodæ factæ per communitatem.* Cap. 33.

OPortet vt [c] ſoliciteris in omnibus ſpeciebus ſodæ factæ propter cõitatem membrorum de illis membris: & vt ea euacues cum eis, quæ ſunt eis propria: & vt ipſorum permutes complexionem: & cum hoc cõfortes caput cũ confortatiuis, vt nõ recipiat, ſi fuerit in principijs cum frigidis, ſicut oleo roſ. & aceto: poſt illud autem ſi materia fuerit calida, & qualitas calida, facias illud idẽ opus ſemper. Et ſi fuerit frigida, permuta te ad oleum chamæmelinũ cum oleo myrtino: aut oleũ in quo diſſoluatur gũmi cupreſſi: aut quod ſit factum cum folijs cupreſſi, & expreſſione ilicis, & tamariſci. Cumq; opus membri expleueris, conſidera an accidens conuerſione fiat ægritudo ipſa. Et an fiat cauſa ſodæ profunda & fixa in capite. Et tu quidem cognoſces materiam, & qualitatẽ, ergo fac quod ſcis. Et in illa quidem quæ fit propter communitatem [d] cruris, & habens eam ſentit quaſi aliquid eleuetur ex crure ſuo, oportet vt ſi illic ſit repletio manifeſte, phlebotometur ſaphena, aut ventoſent crura, & purgetur eius corpus cũ ſtomatichon. Et ſi nõ fuerit ibi repletio manifeſta, ſtringantur duo crura vſq; ad inguina: & fiat fricatio in pedibus eius cũ ſale, & oleo de keiri. B [d] Et ſi ſcitur locus ex quo incipit, cauterizetur, & adminiſtretur ſup ipſum medicamen vlceratiuũ vt vlceret & aperiat. Cura vero ſpeciei factæ cauſa vaporum aſcendentiũ ex membris corporis ad caput, ſi cauſa fuerint vapores aſcendentes, eſt vt ſumantur ante periodum fructus: q; ſi nõ fuerint præſentes aqua frigida, quãuis ſit ieiunus: & de fructibus cõuenientiora ſunt cydonia. [e] Et coriandrum eſt ex eis quæ in ipſa iuuant: & eſt ex eis quæ prohibent eleuationem vaporum. Et ſimiliter eſt diſpoſitio eius quæ ſit propter communitatem hepatis. Et iuuant ad illud proprie diuretica, & emplaſtratio hepatis ex emplaſtris quæ materiam retinent. Cura autẽ ſpeciei factæ propter cõmunitatẽ, cuius cauſa eſt debilitas ſtomachi, & proprie debilitas oris eius: ita vt ſuſcipiat materias, & corrumpantur in ipſo chymi: & illud fm plurimum non excitatur niſi fm vacuitatem, eſt vt deglutiat buccellas [f] infuſas in aqua acreſtæ, & aqua vtriuſq; granati, & quæ illis ſunt ſimilia: aut in rob fructuũ ſtypticorum boni odoris: & vt ſorbeat ſorbitiones panis, aut farinæ tritici torrefactæ cum aliquo quod ſit ſicut granum granati, & ſimilia. Cum enim hæc multiplicantur, cõfortatur os ſtomachi, & perſeueretur in operatione illa, ſeu in operando illud. Cumq; nauſeã inuenit æger, euomat choleram effuſam, & quieſcet. Et ſi ſtomachus cum hoc fuerit frigidus adminiſtretur iſtæ res ſuper quas aſperſas ſint † {aleſeniati} boni odoris calida, & fiant ei iuleb cum aleſeniati, & intingat buccellas in eo quod ex illo factum eſt ei. Et ſi acetoſitas & mordicatio nõ conueniũt ei, & excitant ipſius nocumentum, ſit cõtentus buccellis in iuleb, aut puro: aut cum † {aleſeniati} fm q; eius eſt neceſſitas. Et hic homo multum iuuatur. ſi acceleret ante ſodam deglutire buccellas, & ſorbeat ſorbitiones. Et cum ſentit deſcenſionẽ ſui cibi, & digeſtionem eius, ſumat aliquid de illis in quibus eſt ſtypticitas, ſicut ſunt buccellæ panis in rob fructuũ, aut ipſos fructus, aut panẽ cũ [g] † {casb,} aut oliuis. In ea autem quæ fit cauſa humorum in ipſo, primum quod oportet, eſt vt incipiat cum purgatione, & poſt illud præcipe vt nutriatur cibis ſubtilibus facilis digeſtionis laudabilibus boni chymi, deinde declinet cum qualitate ſua ad illud, quod eſt neceſſarium, & ſint cum hoc in eis reſolutio, & digeſtio, & ſolutio. Et ſi non inueniuntur laus, & generatio ſanguinis boni compares generi alteri, eligat laudem & generationem boni ſanguinis præ illis. Et melius illo eſt, vt ſit poſt introitum balnei. Et iſtis quidem neceſſariũ eſt vt deſiccentur ipſorum vapores. Et ſi humores ſunt cholerici, cura cum eo, quod te docui in [h] canone cum curis, confortando cerebrum cum oleo roſ. aut cum oleo myrtino. Si autem humores ſunt phlegmatici frigidi, in quibus excitantur ventoſitates fortes, tunc adminiſtra vomitus qui ſunt fortiores, & ſubtiliantia, & ſi non remouetur, hieras magnas cum decoctione epithymi. [i] Et ad illud quidem iuuat inciſio duarum arteriarum temporis: aut duo cauteria leuia ſuper tempora: ita vt non aduratur caput, ſed ſit cõſtrictio ſuper duas arterias. Et arteriæ quidem multoties extrahuntur, aut inciduntur, & cauterizantur. Et conueniens D cauterizatio eſt, vt arteria diſcooperiatur, & cauterizetur ipſa arteria, ita vt veſtigium eius non cadat ſuper cutem. Et cauteria quidem ſunt, ſicut acus ignitæ. veruntamen quantũ poſſibile eſt vitetur: & maxime in æſtate vitetur. Et oportet vt eius cibus ſit ſorbitiones, & nõ maſticet aliquid vſq; ad decem dies. Et ſit hora comeſtionis eius in æſtate, frigida. Et oportet etiam vt non multiplicet ſermones. Et ſimiliter vt ſtyptica ſuper arterias adhæreant, cum quibus miſceantur ſarcocolla, & crocus. Et nos narrabimus illud in antidotario. Et quandoq; ponitur ſuper [k] eas plumbũ, & ſtringitur cum vitta, vt non pulſent, & faciant dolorem: & [k] ſimiliter lignum. Cauterizatio autem fortis quæ in iſtis dicta eſt, vt tria ponatur ſuper medium capitis, & duo ſuper duo tempora, & vnum ſuper nucham apud poſteriorem partem capitis. Et oportet vt alienetur vinum fm omnẽ diſpoſitionem. Si autem cauſa eſt vapores aſcendentes ex ſtomacho: tunc eſt cura fm omnia quæ præcipimus in cura ſodæ factæ ex vaporibus aſcendẽtibus ad cerebrũ ex mẽbris alijs, & huius quidem generis eſt cura ſodæ q̃ excitatur potu aquæ, hoc enim etiã fit, ꝑpter debilitatẽ ſtomachi. Et melior cura eius eſt, vt habens eã potet parũ vini odoriferi, & cõmiſceat cũ eo aquã ſuã quam bibit: & vt non impediat ſtomachum. In regimine vero eius quæ fit cõitate renũ, & mirac, & matricis, & reliquorum, ſufficit quæ præmiſimus in principio vniuerſalium, & de ſoda febrium iam diximus.

De

A Raſ. i. cont. t. 2. i. c. 14. B T. i. c. 29. C G. 2. de compo. phar. ſecundũ loc. c. i. lib. 6. h. D Ga. 3. loc. aff. c. 7. E Ca. lib. 2. i. c. 140. F Raſ. i. cont. c. 15. † Speciebus aromaticis. † Speciebus aromaticis. G † dactylis non bene maturis. H T. i. c. 29. I Cap. 36. k Cap. 8.

*De cura grauitatis capitis.* Cap. 34. E

A D ipſam iuuant euacuantia, & vſus, ſeu adminiſtratio [a] †{alſabiar.}Et ſi ſanguinea fuerit, eius cura erit cum plebotomia: deinde minuatur [b] vena frontis, & proprie ſi fuerit grauitas poſterius: & etiam minuantur venæ [c] †{alhaſeſa,}& duæ arteriæ quę ſunt poſt aures, & proprie ſi fuerit grauitas in anterioribus.

A † pilularum no amicarum. B Hip.5.aphor. C † poſterioris capitis.

*De ſoda quæ nominatur ouum, & {alcudæ.i.galea.}.i.Cephalæa.* Cap. 35.

H Aec ſpecies ſoda nominatur [d] ouũ & [e] †{alcude}propter ſuam comprehẽſionẽ ſuper totũ caput, & eſt ſoda cõprehendens manſiua fixa chronica. Cuius prauitas [f] excitatur omni hora, etiam à parua cauſa motus, & potationis vini, & receptionis vaporoſi, & excitat ipſam vox fortis: & quandoꝙ excitat ipſam vox media, ita vt eã habens odio habeat vocem, & lumen, & permiſtionem cum hominibus: & diligat ſolitudinem, & tenebras, & quietem, & reſupinationem. Et ipſi quidem diuerſificantur in eo quod eos lædit ex cauſis prædictis. Quidam enim eorum læduntur ab aliqua ipſarum, & quidam ab alia re læduntur: & ſentit omni hora quaſi caput eius [f] malleo percutiatur: aut attrahatur tractione aliqua, aut ſcindatur ſciſſione aliqua, & peruenit dolor eius vſq; ad radices oculorum. [g] Et G. quidem ponit allatorem huius ægritudinis, debilitatem cerebri, aut [h] fortitudinem ſenſus eius: & cauſa eius generatiua eſt humor malus, aut apoſtema calidum: aut frigidũ quãuis ſm plurimũ fit ab apoſtemate melancholico, aut duro. [f] Et plurimum quidem fit in F medio velaminis, aut extrinſeci à craneo, aut intrinſeci. & tu iam ſciuiſti, ꝙ quando cauſæ ſunt apoſtema, aut aliud, & non eſt niſi in velamine intrinſeco in craneo, ſentitur dolor extẽſus vſꝙ ad oculum, & qm̃ panniculus ille comprehendit neruum concauum, ſeu qm̃ panniculus ille terminatur ad neruum concauum, & extenditur pars eius vſq; ad pupillam. [f] Et cum eſt in velamine extrinſeco ſentitur dolor tactu manus: & patiens odit caſum tactus laborioſi ſuper eum. Et multoties cõtingit ab ægritudinibus antecedentibus, quæ debilitauerunt ſubſtantiã cerebri, & velamina ipſius intrinſeca, & extrinſeca, ita vt lædatur motibus paruis, qui ſunt ex motibus corporis cibalibus, & vaporalibus, & motibus extrinſecis, & recipiat ſuperfluitates lædentes. Medicorum [i] vero quidam non obſeruant in ouo has conditiones: immo dicunt ouum, omnẽ dolorem comprehendentẽ ſuper totum caput extra craneum, & intra. Et fit eius cauſa ex vaporibus ſtomachi, aut vaporibus capitis, aut materiæ, aut phlegmon in ipſo cerebro, aut in velaminibus eius: & fit cum grauedine, & pulſatione: aut eryſipila, & fit cum inflammatione, & mordicatione abſq; multa grauedine: aut ab humoribus alijs, ſi non fuerit eryſipila: & fuerit grauitas: & ſint illic ſigna humorũ frigidorum, & medicantur totum ſecundum modum ſuum. veruntamen nomen oui in veritate conſuetum apud prudentes medicos, eſt ſecundum ꝙ eſt per conditiones prædictas.

D Galei. E Raſ.1.cont.c.1.24.2.& G.3.de af.c.9.e F Ga.1.de cõpoſ. phar.ſm loc.c.2. G 3.loc.af.c.5.e H Raſ.ibi.24.1. I Raſ.lib.diuiſ. c.3.& Haly.9.the. c.3.

*De cura.* Cap. 36. G

S I ſciuerimus ꝙ illic eſt ſanguis plurimus, & ꝙ eſt cauſa prima, aut cauſa motiua eius eſt ſanguis phlebotoma. Quod ſi ſigna exiſtunt, ꝙ humores ſunt frigidi, & tps ſm ęgritudinem eſt elongatum: & tu iam adminiſtraſti in principio etiã quod repellit, tunc vtere embrocis ex aquis in quibus reſoluentia modice ſint calefacientia cũ repercuſſione modica, & ſtypticitate: ſicut flos [k] ſquinanthi, & [k] chamæmilla, & [k] menta, & reliqua quæ ſciuiſti in [l] canone: & gradatim procede ad fortiora. Et euacua cum eis quæ conueniunt, & adminiſtratio [m] pil. de aloe cũ maſtiche eſt de eis quæ multũ conferunt in ea: & fiat illud in omni [n] tertia nocte, & vtatur [o] cochijs in euacuationibus ſuis ſi neceſſitas eſt, vt dentur eis fortiores: deinde ſumant in potu decoctionem caſiæ fiſtulæ cum quatuor aur. olei de [p] †{kerua.}Et ſcias ꝙ cũ purgaſti, ſupereſt tibi vt confortes cerebrum, & velamina eius cum aliquibus, quæ ipſum confortant, ex eis que [q] ſciuiſti. Et ex ipſis quidem ſunt [n] odoramenta muſchi, & ambræ, & camphoræ etiam illis cõmiſtæ, & quandoq; permiſcent cum eis aloẽ vt coniungant cum confortatione reſolutionem. Et adhibe ei emplaſtra calida, & ſtuporem inferentia quæ [q] ſciuiſti. Cum ergo declinat, adminiſtra balneum, & emplaſtra confortantia, Dnm aũt in [l] principio perſeuerat, & ſcis ꝙ materia eſt calida, tunc rege cum eo quod declaratum eſt: & ſciuiſti in canone regiminis cerebri & præcipue ipſum [r] potare medullam caſiæ fiſtulæ cum oleo amygdalino diebus frequentibus, & quandoꝙ iuuat eos caputpurgium cum [r] mumia in oleo viol. Et H ſcias ꝙ ouum cũ prolongatur qñq; conuertitur ad complexionẽ frigidã, quãuis ſit à cauſa calida. Et ſcias ꝙ ouum antiquum temporale non eradicat, niſi quod eſt fortis reſolutionis & calefactionis. Et quandoꝙ iuuat eos ſi fiat eis caputpurgiũ [r] ex troc. ſtellæ, & [s] †{ſcellita,}& diamuſcho, & quæ procedunt curſu eorum, diſſoluto quodcunq; eorum fuerit [t] in lacte lactantis puellam: & proprie cum dolor fit fortis, & vincunt vigilię. Phlebotomia vero [u] ex fronte, & cauterizatio arteriarum, & earum inciſio in ouo ſeu in chude.i.galea fiat ſecundum ꝙ fiunt, in [x] ſoda antiqua. [n] Cibus autem ſit quod non vaporat de eis quæ ſciuiſti, ita vt perueniatur ad [r] lentes cum [r] oleo amygdalino dulci, & ſimiliter ius olerum. Et non eſt malum vt cibentur quæ ex eis ſunt infrigidati cum huiuſmodi propter paruitatem vaporis eorum. Epithemata autem oportet vt declinẽt quandoq; ad illud, quod parumper ſtupefacit: ſed ſit maior intentio reſolutio. Et ex iſtis quidem epithematibus eſt [n] opium, & [n] ſanguis draconis & [n] crocus & [n] gummi & fiat linimentum à tempore vſq; ad tempus apud neceſſitatem indigentem ſtupefactione. Et ex eis eſt crocus, & gallæ, & troc. ſtellæ. Nam cum ex illo linietur tota frons, erit iuuans. Et tu quidem redi ad [y] antidotarium, & ad tabulas [z] medicinarum ſingularium.

k Ser.1.1.c.14. L F.1.c.19. M Raſ.1.cõt.t.2.c.2.25.4. N Raſ.25.4 O Raſ.1.cont.t.2.25.4. P † cicino. Q T.1.c.19. R Raſ.18.5. S † electuarium. T Raſ.25.4.& G.5. de cõpõne pharm. ſm lo.c.2.fol.195. V G.2.de cõpoſ. phar. ſm loc.c.1.b & Raſ.28.5. X Ca.33.& G.1.de cõpoſ.phar. ſecundũ lo.c.2.h.& lib.2.ſer.1.c.10. Y Lib.5. Z Lib.2.

De



*De hemicranea.* Cap. 37. A

H Emicranea [a] eſt dolor in vna medietate capitis excitatus. [b] Et G. diffiniuit eam dicens ꝙ ipſa eſt ambulator medius: cuius quidem cauſa eſt intra craneũ, & quãdoq; eſt in panniculo cooperiente craneum: & plurimum quidẽ fit [c] in lacertis temporis, Quod autem eſt exterius, quandoꝙ peruenit ad hoc vt [c] non toleret tactum. Et materiæ ſunt peruenientes ad locum eius, [d] aut ex venis & [d] arterijs extrinſecis: aut ex [d] cerebro ipſo, & [d] velaminibus eius: & eleuatur plurimũ illius ex via cõmiſſurarum, [d] Et qñq; fit ex vaporibus expulſis à toto corpore: aut membro illius partis, Et hemicranea quidẽ ſecundũ plurimũ eſt habens [e] periodos. Et ipſa quidẽ nõ fit niſi ſecundũ dñationem humorum. Et non fit hemicranea quantitatẽ habens ex malitia complexionis ſingularis. Et illa quidẽ quæ fit ex humoribus, fit quandoq; ex humoribus calidis, & quãdoꝙ ex humoribus malis frigidis: & quandoq; ex ventoſitatibus, & quandoq; ex vaporibus: & tu iam ſciuiſti [e] ſigna: Verũtamen inuenis cũ frigida quietem cum calefactione, & extenſionem propinquã, & cum calida, calefactionem tactus, & pulſationem in temporibus, & quietem cũ infrigidantibus: & etiã quia cum frigida ſentitur frigus: & cum calida ſentitur calor, & illud apud vehementiã doloris.

A C.1 & Gal.2.de differẽtijs fe.c.11.e B Lib.3.loc.affe.c.9.f.& li.2.de compoſit. phar. ſecundum loc.3.g.h C Gal.ibi.g E Cap.7.

*De cura.* Cap. 38.

E Ius cura eſt phlebotomia ſecundum ꝙ [f] ſciuiſti in ouo & reliquis, & proprie venæ frontis, & B temporis, & ſolutio, & clyſteria, & attractio: & totũ cũ eo, quod cõuenit ipſi, ſecũdũ ꝙ tibi prę ceptũ eſt in [g] canone. Et ex eis quidẽ quæ conferũt calidæ, eſt [h] infuſio aloes in aqua endiuiæ dicta in antidotario, cuius potio fit inter vnc.i. & vi. Et in ipſa confert [i] phlebotomia frontis, & [k] venæ naſi valde. Cũ periodus adeſt, oportet vt purgetur corpus ante ipſum, & pmutetur cõplexio poſt purgationẽ. Quod ſi materia fuerit calida pones narcotica ſup tpa, ſicut opiũ, & cortices mãdragorę, & anethũ & iuſqamũ, & cãphorã, & infrigidabis locũ ſecundũ ꝙ ſciuiſti, de quibus dictũ eſt in canone. Et qñq; iuuant [l] ex incauſtro ſcriptorũ linito ſup partẽ, in qua eſt hemicranea. Et ex epithematibus frontiũ habentiũ hemicraneã eſt crocus, & iuuãtur [m] ex emplaſtro facto ex ruta, & mẽta cũ pane & vino, & oleo roſa. & ſimiliter epithemate ex troc. [n] Pauli dictis in antidotario. Et ſimiliter adminiſtratiõe emplaſtrorũ de quibus eſt hoc, baccarũ lauri, foliorũ rutæ, amborũ partes æquales, ſinapis partem mediam: coniungantur cum aqua, & adminiſtrentur. Et quod magis confert ei, eſt ceratũ [n] factum ex cantharidibus, & poſitum, & dimiſſum, donec locũ veſicet: aut ex gũmi rutæ agreſtis, qm̃ ipſum eſt vlceratiuum, & ſimilatur ſeu appropinquatur iuuamentum cauterio. Quod ſi materia frigida fuerit vehemẽtis frigiditatis valde, facies emplaſtrationẽ ex euphorbio, & ſinapi, & pyrethro, & ſimilibus. Aegritudo autẽ cuius tempus prolongatũ eſt, † frigida eſt ſecundũ oẽm diſpoſitionẽ, & indiget reſolutione, & quod calefaciat cũ fortitudine. Et epithemata quidem, & embrocę, cõmunia, & propria hemicraneæ, dicta ſunt in antidotario: illa ergo adminiſtrentur. C Cumq; epithemata adminiſtras, cum tu iam euacuaueris ex corpore, & purgaueris, [o] tũc procede inungendo lacertos temporis in parte doloris digitis tuis, & cũ mandili aſpero apud horam periodi, deinde lini. Et cum neceſſarium eſt ſtupefacere cũ dolor pulſatiuus fit fortior, tunc confert linire ſuper arterijs in tempore, quod eſt coram loco, opium cũ ſarcocolla, & ſtypticis, & [p] ſtringatur plumbum, [p] aut lignũ ſuper ipſum decenter poſitũ, vt prohibeat pulſationem fortẽ facientem dolorem pulſatiuum, quemadmodum oſtendimus in his que [p] præceſſerunt in canone de cauterizatione. [q] Quidam præterea medici narrauerunt medicamen hemicraneæ temporalis expertũ iuuatiuum, acceptum à muliere. Et illud quidem eſt, vt decoquantur radices cucumeris aſinini, & abſynthiũ, in oleo & aqua donec diſſoluantur, & embrocetur pars doloroſa ex aqua & oleo calidis: & fiat emplaſtrum ex fæce: & mulier quidem illa quoties adminiſtrabat hoc, ſanabat hemicraneam: ſiue eſſet cum febre, ſiue ſine febre. [r] Et ex emplaſtris quidem, non eſt ſicut emplaſtrum ſinapis. Cumq; ægritudo prolongata eſt, fac emplaſtrum ex gummi rutæ agreſtis. & corticibus radicis capparis, & ſquilla, & euphorbio tritis, & cõmiſtis cum vino odorifero: eſt enim medicamen magnũ conferens ei. [s] Et ex eis, quibus iuuantur, eſt vt incipiãt, & ingrediantur balneũ, & multiplicent inclinationes ſuper aquam calidam: deinde fiat eis caputpurgium [s] ex oleo fiſticino: illud D enim ſopit dolorem illico. Amplius colligantur deſcriptiones ſcriptæ in [t] antidotario, & ſingularia declarata in [u] tabulis medicinarum ſingularium.

I C.36.& Ga.2.de cõpo.phar. ſecũdũ loc.c.3.h G T.1.c.29. H T.1.c.29.& lib.4.Fen.1.t.2.c.7. I Raſ.1.cõti.t.21.c.1.27.3. k Paul.lib.3.c.5. L Gal.2.de cõpõ: phar.ſecundũ loc.c.3.b.& Raſ.1.conti.t.21.c.2.25.4. M Raſ.1.cõti.t.21 c.2.27.2. N li.3.fol.90.li.10 † O t.5.c.2. O C.2.de cõpoſit. phar.ſecundũ loc.c.3.h P Cap.33. Q Paul.lib.3.ca.5.fo.89.lin.25. R Raſ.1.cõti.t.21 c.2.25.3. S Raſ.1.cõti.t.21.c.1.28.4 T lib.5. V Lib.2.

TRACTATVS III. *de apoſtematibus capitis, & ſolutione continuitatis eius.*

*Sermo vniuerſalis de [x] †{Karabito}qui eſt ſirſen calidum.* Cap. 1.

D Icitur karabitus apoſtema calidum in velamine cerebri [y] ſubtili, aut groſſo, abſq; corpore eius quãuis corpori ipſius quandoꝙ accidat apoſtema. [z] Non enim eſt, quemadmodum [a] quidam exiſtimauit medicorum, ꝙ cerebrum ipſum non apoſtematur: ſic ratiocinantes. Nam quod eſt lene ſicut cerebrum, & durum ſicut oſſa, non extenditur, & quod non extenditur, non apoſtematur. Hic autẽ ſermo eſt erroneus, & illud ideo, quoniam lene viſcoſum extenditur, & [b] oſſa etiam apoſtemantur. [b] Et G. illud confeſſus eſt. Et nos monſtrabimus ſermonem de eo in [c] capitulo dentium. Immo dicimus, quod omne quod nutritur extenditur & augmentatur cum nutrimento. Et ſimiliter eſt poſſibile ꝙ extendatur, & augmentatur cum ſuperfluitate, & illud eſt apoſtema: ſed quãuis cerebrũ quãdoq; apoſtematur, tamẽ karabitus & [d] †{ſirſen}eſt [d] nomen propriũ apoſtematis velaminis cerebri, cum eſt calidum: licet in quibuſdam locis quandoꝙ concedatur etiam dici de apoſtemate ſubſtantiæ cerebri, & iſte eſt vſus

X † De phrenitide Y Ga.4.de cã pul.c.4.b.& 2.de ſympto.cã.c.7.c. Z Raſ.1.cont.t.18.c.1.11.2. A F.7.t.1.& lib.1.F.2.doc.1.ſu.1.c.5.& do.2.ſu.1.c.18.& Gal.5.de cõpoſi. phar. ſecundũ loc. c.2.f. B G.li.5.de cõpo. phar. ſm loc.c.8.e.f C 1.Fen.7. D † phrenitis.

proprius

proprius huius nominis, verũtamen tranſumptum eſt ex nomine accidentis quod ipſum apoſte- E ma comitatur: & eſt alienatio, & intellectus permiſtio cum caliditate adurente, & nomen vulgare, vel nomen communitatis cadit ſuper hoc accidens, & artificiale ſuper hoc apoſtema. Et iſta deriuatio, ſeu nominis tranſumptio eſt ſimilis deriuationi, ſeu trãſumptioni nominis accidentis, quod eſt obliuio ad ægritudinem neceſſitatem ipſam, & cauſantem ipſam, quæ eſt ſirſen frigidũ: & cũ vſitatur ſirſen vſu cõmunitatis vel vſu vulgari, tunc in eo ingreditur ſirſen cerebri. Sirſen igitur cerebrale eſt hoc. [a] Quidam autem homines ignorantes linguas ſeu idiomata exiſtimant, ꝙ birſen ſit nomen huius apatis: & ꝙ ſirſen ſit leuius ipſo: ſed non eſt ita. Nam birſen eſt dictio perſica: bir enim eſt pectus, & ſen eſt apoſtema. Et ſirſen etiam eſt perſicum: ſir enim eſt caput, & ſen eſt apoſtema, & ægritudo. & ſirſen quidem qñq; etiam cadit ſuper permiſtionẽ rationis, & ſuper alienationem factam [b] in febribus, & factam propter [b] humores in ore ſtomachi aduſtos, & ſuper illam quæ qñq; fit propter apa in partibus capitis extrinſecis: aut in velaminibus extrinſecis. Et ſirſen et quandoq; cadit, ſeu dicitur de alienatione facta [b] cũ birſen, & eſt illa quæ fit cũ cõmunitate velaminis [c] ſeu diaphragmatis, & apatum eius, & reliquorũ lacertorũ pectoris, & de alienatione facta cum apate [d] veſicæ, & matricis, & ſtomachi. Et conuenientiæ quidem ſeu ſimilitudini, aut cõmunicationi cadenti in hoc nomine ineſt diuerſificatio deſcriptionum quas deſcribentes ei attribuunt, ſicut diuerſificantur deſcriptiones deſcribentiũ lethargiã, quę eſt ſirſen frigidum quod nominatur F obliuio. Sirſen aũt verũ ſm vſum artificiale eſt illud quod diximus, & quandoq; apoſtematur [e] cũ ipſo ſubſtantia cerebri etiam cõmunicatione & permutatione: & illud eſt vehementer malũ perimens in quarto: ꝙ ſi ipſum pertranſit, euadet. Et α plurimi quidem qui moriuntur ex ſirſen moriuntur propter nocumentum in anhelitu. Et apoſtema hoc [f] habet loca diuerſa ſecundum partes cerebri diuerſas: & quandoq; cõmunicant in ipſo duæ partes: & cõmunicant loca omnia, & plurimũ cum fit, non ſtat eius aduentus niſi in eo quod ſequitur vacuitatem anteriorẽ, & in eo quod mediatur. Et eius quidem [g] principium eſt ſanguis, aut [h] citrina cholera pura, aut rubea pura, aut [i] aduſta trahens ad nigredinem, & eſt vehementer malum: & quaſi non fit ſecundũ plurimũ, [k] niſi à ſanguine cholerico, non à ſanguine puro, aut à cholera. Et quaſi non finitur niſi ſudore, aut [l] fluxu ſanguinis ex naribus, & multoties apoſtematur velamen, & venæ quæ egrediuntur ex capite, ita vt exiſtimetur ꝙ aperiantur cõmiſſuræ. Et illud quidẽ ex quo fit permiſtio rationis compoſita [m] ex fletu & riſu, hora poſt aliam, eſt malũ: & cum eſt [n] permutatio ex peripneumonia, quoniam ſignificat fortem calorem humoris. Et ſimiliter ſi permutetur ad non verũ, & [o] cum accidit vt perſeueret grauitas in partibus capitis, & colli, deinde ſuperuenit ſpaſmus & vomitus vt ærugo æris viridis, moritur infirmus in hora ſua: & prolixior mora eius eſt vnus dies, aut duo dies, ſi virtus fuerit fortis. Ex ſpeciebus vero [p] karabitus, in qua maior eſt fiducia, eſt illa in qua æger [q] recordat̃ eius G cum quo alienauit poſt alleuiationem ſuæ febris. Et quando accidit ei [r] riſus ſemper eſt ſignificatio laudabilis. Et cum habens birſen patitur ſachas, vel ſachus, & euomit choleram rubeam, & eſt debilis, moritur ea die: aut fortis, & prolongatur duobus diebus. [s] Et nullus quidem viſus eſt habens apoſtema in partibus cerebri, cuius vrina fuerit aquoſa, qui euaſerit. [t] Et karabitus quidem multoties reſoluitur per hæmorrhoidas, cum fluunt. Et quandoq; infrigidatur, & [u] mutatur in lethargiam. Et quandoq; liberatur ab eo, & [x] cadit in hecticam, aut fit dæmoniacus. Et multoties permutatur non verum in verum. [y] Et ſenes quidem raro euadunt ab ęgritudine karabitus. [z] Quidam vero medicorum exiſtimant ꝙ quandoq; accidit ægritudo ſimilis karabitui abſq; febre ſignificans vacuitatem apoſtematis: dicunt enim, quoniam fit fortis inquietudo, & oſcitatio, & habens eam non tolerat quietem, & fortaſſe ſaliendo aſcendit parietes: & eius rixa & anguſtia fit fortis, & ſtringitur ipſius anhelitus, ſitis eius. [a] Et cum bibit aquã, ſtrangulatur ea, & expellit ipſam. Et dicunt, ꝙ eſt pernecans ea die ſecundum plurimum: & quandoq; extenditur vſq; ad quatuor dies: & ab ea nullus euadit poſt illud: ſed accidit vt ipſorum facies nigreſcant, & linguæ: & ſint ipſorum oculi congelati: & diſpoſitiones ſint ſicut diſpoſitiones habentium anguſtiam vel faſtidium: deinde ipſorum leniuntur motus, & cadunt eorum pulſus, [b] & moriuntur. [y] Et plures α mortes ipſorum ſunt cum ſtrangulatione, & vides eos currentes, deinde vides poſt illud eos ſtatim cadere, H & mori. Et dico ego non eſt longe quin cauſa in hoc ſit propter communitatem cerebri cum aliquo membro nobili, ſicut membro anhelitus, cũ accidit ei ſpaſmus magnus: aut corruptio alia, ſicut ſtrangulatio, & perueniat ad cerebrum, & permutet, & corrumpat ipſum, & permiſceat intellectum, & faciat ſitim propter deſiccationem partium capitis, & gutturis.

*De ſignis eius communibus.* *Cap. II.*

SIgna autẽ cõmunia ſpeciebus ipſius veris ſunt febris cõtinua fixa, quæ augmẽtatur in meridie ſecundũ plurimũ & alienatio ſupfluit quandoq;, & abſcinditur alia vice. [c] Et abominatio loquelæ, & pigritia ab ea. Et [d] pmiſtio intellectus. Et plurimũ horũ circa [a] quartũ diẽ. [e] Et inquiſitio extremitatũ. Et α [f] extremorũ frigus, & agitatio. Et [g] ſpiritus agitatus nõ ordinatus: ſ; eſt [h] magnus. Et extenſio † {alſeraſif} ad ſuperiora multa: & tremor mẽbrorũ cũ ipſo, & ante ipſum nunciat ipſum: & qñq; eſt cum eo ſomnus inquietus, & excitantur ab ipſo & [i] clamãt, & qñq; dormiunt, & qñq; vigilãt, & eſt eorũ [i] ſomnus ſm plurimũ agitatus: cõmotus cũ phantaſiis, & [i] ſonijs corruptis terribilibus. & eius excitatio eſt permiſta cũ vocibus. [k] Et ſunt illic inuerecundia, & [k] audacia, & [k] ira vltra conſuetudinẽ. Et abhorrent radios, & auertũt ſe ab ipſis. Et agitantur ſeu inquietant̃ lin-

guæ

A Raſ.1.cont.t.21.3.& li.diuiſ.
B Ga.5.loc.aff.
C G.4.de cã pul. c.14.b
D Raſ.1.cont.t. c.1.21.3.
E Hip.7 aphor. & Raſ.1.cont.t. c.1.21.1.
*Infra* α
F G.cõm.1.in 1. Hip.de mor.vulg. 19.g. & Aeti.lib. ſer.2.c.1.
G Paul.lib.3.c.6.
H G.com.in 1. porrhe.hip.lib. 3.c.
I Paul.lib.3.c. G.3.loc.aff.c.
K Ga.cõ.1.in 1. de mor.vulga. cõm.2.in 6. de victu.reſp.
L Li.4.Fen. 3.& G.cõm.in porrhe. & crisi.c.3.e.
M Raſ.1.cont.t. c.1.20.4.
N Hip.7.aphor.
O Hip.li.1.de mor. vul.52.53.54.& Ga in com.& Raſ. cont.t.18.21.1.
P Gal.li.de diſſ. tiis ſympt.
Q G.li.4.loc.aff. 2.f.& Raſ.cont. t.18. opp.Gal. li.2.de mor. c.6.h
R Hip.6.aphor.
S G.4 aphor.
T Gal.6.aphor.
V Raſ.1.cont. 21.1.
X Raſ.ibi & Aet. li.2.Ser.2.c.
Y Raſ.1.cont. 21.19.
*Supra* α
Z Raſ.1.cont. 21.2.
A Raſis.ibi.
B Raſ.ibi.
C Oppo.li.4.F.2. t.1.ca.52.& Raſ. cont.t.18.c.1.21.1.
*Infra* α
D Raſ.1.cont. 21.1.
E Raſ.ibi.
F Raſis ibi.
G Raſ.20.3.
H Gal.li.5.loc. c.4.g
† Extremitatũ coſtarũ mendoſ.
I G.cõ.1 in 1. rhet. Hipp. Raſ.ibi.20.1
K Raſ.1.cont. c.1.20.4.



A gurę eorum vehementer, & exaſperantur, & dentibus mordentur ipſæ, & qñq; apoſtemantur. Et multoties abſcinditur eorũ vox. Et deſiderant aquã, & [a] bibunt ex ea parum, non multum ex ea bibentes, & neq; ipſam etiam deſiderãt plurimum. [b] Et α plurimũ infrigidantur eorũ extremitates, abſq; frigore extrinſeco faciente hoc. Ipſorum aũt vrinæ ſunt declinantes ad tenuitatem, & ſubtilitatẽ. Et ipſorũ pulſus ſunt [c] duri propter eſſentiam apatis in mẽbro neruoſo, & eſt paruus propter duritiẽ venæ & debilitatem virtutis coarctatæ, vel oppreſſæ à materia, & in pulſibus eorũ ſentitur virtus aliqua vſquequo appropinquent timori: qm̃ ſiccitas aggregat, & ſtringit: & ſunt finis conſtrictionis, & principiũ dilatationis, velociores, & cũ ſua ſerrinitate non euacuatur ab [d] vndoſitate quadam, qm̃ cerebrum eſt ſubſtantia humida. Et qñq; accidit pulſibus eorum, vt dilatetur aliquoties, & magnificentur propter neceſſitatem, & vt frequentes fiant, & diuerſificentur in partibus ſitus vel poſitionis, & [d] tremant: & illud quidem eſt ex eis, & [d] quæ nuntiant ſyncopim, niſi ſit genus diuerſitatis & tremoris quem faciant durities venarum, & fortitudo virtutis, qm̃ tunc non nuntiant illud. Et qñq; accidit pulſui ipſorum vt ſit [d] ſpaſmoſus, & nuntiant ſpaſmum. Cumq; vides ſigna ægritudinum acutarum, & febres prauas, & ſtringitur natura, tunc illud nuntiat ſirſen, & eſt quaſi ex nuntijs fortibus. Et præcedunt karabitus obliuio rei propinquæ, & [e] triſtitia ſine cauſa, & ſomnia mala, & ſoda multa, & grauitas, & repletio. Et antecedunt ipſum ſm plurimum citrinitas B faciei, & [e] vigiliæ prolixæ, & ſomnus inquietus. Et accidentia hęc fiũt fortiora dum materiæ perſeuerant in itinere perueniẽdi ad caput: & reuoluunt̃ in venis ſuis, & ſubtiliantur. Et cum appropinquant ei, & biberit cerebrũ materiã, inueniunt principiũ [f] doloris in poſteriore parte capitis apud locum, in quo eſt cõiunctio colli & capitis: & proprie in cholerico. Et cũ incidunt in ipſum, & apoſtematur cerebrum, deſiccantur [g] primum oculi eorum vehementer: deinde accidunt [g] lachrymæ, & proprie ex vno oculorũ: & multoties accidit [g] vt venæ ipſorũ forti afficiantur rubedine: & qñq; ſuccedunt [g] eis diſtillationes ſanguinis ex naribus: & plerunq; fricant oculos ſuos. Et declinant ad quietem, & requiẽ in maiori parte corporis, niſi in manibus: qm̃ cum eis fortaſſe inquirunt, & [g] colligunt villos: & fit illud plurimum cum [h] clauſione oculorum. Et qñq; fit cum [e] intuitu pupillæ in vno loco ſicut iratus, & [i] furioſus. Et qñq; pigri fiunt in loquendo ordinate nõ addentes ſuper motum linguæ. Et qñq; accidit eis diſtillatio vrinæ cum cognitione ipſorũ, aut abſq; cognitione, & eſt in febribus de ſignificationibus fortibus, ꝙ ſirſen eſt præſens. Et obliuiſcũtur doloris, ſi eſt in membris ipſorũ: immo ſi aliquid de mẽbris ipſorum doloroſis impetuoſe tangitur, nõ percipiũt ipſum. [k] Nos vero addimus, & dicimus, ꝙ qñ apoſtema fit in parte anteriore corrũpit imaginationẽ: cum ergo eſt illud, incipiunt colligere villos ex veſtibus & paleas, & quæ ſunt ſimilia illis ex parietibus: & imaginantur aliquas phantaſias, quæ non inueniunt. Quod ſi ſit in medio corrũpit cogitationẽ, C & turbatur in eo quod agit. Et loquitur cũ alienatione plurima. Et cũ cadit in eo, quod eſt corã poſteriore, obliuiſcitur eius, quod videtur, & agit in diſpoſitione ita, vt qñq; petat aliquid, & præſentetur ei, & non recordetur ſe quæſiuiſſe illud: & [l] plurimum petat peluim vt mingat in ipſa, & ponatur coram ipſo, & obliuiſcatur eius. Si aũt apoſtema cõprehendat ſuper partes oẽs apparet̃ hæc oïa ſigna: & ſi cũ eo apoſtemetur cerebrum, rubea fit ipſius facies, & oculi: & exeunt oculi exterius vehementer, & fiunt rubei, ſi materia faciẽs apoſtema ſit ſanguis: aut citrini fiunt, ſi materia faciens apoſtema ſit cholera pura. Factum vero ex humoribus propter cõitatem, ſignificat euentus eius ſubito: & conſequentia malitiæ diſpoſitionis membri alterius, & [m] paroxyſmatio cum paroxyſmis vehementiæ eius diminuitur cum diminutione diſpoſitionis alterius, & augmentatur ipſius augmentatione. Et factũ à ſirſen cerebri, accidit [m] paulatim paulatim: & perſeuerat ſeu eſt continuum. [m] Et ſigna ſirſen veri antecedunt: deinde accidit ægritudo. Non verum autẽ præcedunt ægritudines aliorum membrorum, deinde apparent ſigna eius. Factum autẽ ex partibus velaminis diſtinguentis, & [n] lacertorum pectoris, antecedunt ſigna birſen, & pleureſis, quæ ſunt dolor pungitiuus in latere apud anhelitum: & ſtrictura anhelitus, & pulſus ſerrinus, & tuſſis primo ſicca, deinde humectatur ſm plurimum, & expuit: & fit cum febre continua. cuius plurimum caloris tendit ad partes pectoris: & in vero tendit ad partes capitis, & [m] multiplicatur ſenſatio tenſionis in [o] † {ſeraſif} ad D ſuperiora, & appropriat̃ ei ſenſus doloris ſupra ſummitatẽ capitis non cõprehendens totum. [m] Et nõ fiunt ſigna prædicta eius in eo, quod præterijt, fortia, & multa: & [m] eius ſpiritus fit diuerſus: debilitatur. n. qñq;, & fit frequẽs, & magnificatur alia vice, & fit ei ſimilis: & fit paruus, & debilis plus. Et fit qñq; ſicut anhelitus habẽtis irã fortẽ. Sed in karabito vero fit anhelitus maior, immo fit [m] maximus. Et duo quidẽ ſirſen cõicant in fortitudine permiſtionis intellectus. Veruntñ ſirſen ſequens differt à ſirſen vero in hoc, quod ſequit̃ in [p] fortitudine ſua fortitudinẽ febris, & alleuiatur cũ alleuiatione feb. [q] Cum eo aũt quod fit propter humorẽ in ore ſtomachi, ſentit mordicationẽ in ore ſtomachi, & nauſeam, & ſitim, & amaritudinẽ oris. Et factum propter apoſtemata membrorum aliorũ ſcitur propter illud, quod apparet de diſpoſitionibus eius. Qm̃ dum nõ ſunt apparentes, plurimæ earũ, vel manifeſtæ nõ ducunt ad permiſtionẽ intellectus, & ſirſen manifeſtũ. Et nunc quidem rememoremur ſignorum ſpecierum veri ſirſen. Dicemus ergo, ꝙ primũ ſignorum facti à ſanguine eſt, ꝙ plurimum accidentium eius prædictorum cõmunium, [r] accidit cum riſu: & accidunt diſtillationes [r] ſanguinis ex naribus: & magnificatur [r] eius ſpiritus: & lachrymãtur oculi eius, & lippitudinem patiunt̃: & non ſunt vigiliæ, quæ accidit ei cũ hoc ſuperflue: & [r] aſperitas linguæ in ipſo tendens ad rubedinem decliuem ad nigredinem: deinde nigreſcit, & fit lingua in ipſo grauis: & qñq;

A Raſ.1.cõti.t.18. c.1.21.2.
B Raſ.21.3.
*Supra* α
C G.ď pul.ad tyr. c.11.fol.45.g, & 4. de cã. pul. c.14 a.b
D G.ď pul.ad tyr. c.11.fo.45.g
E Raſ.21.1.
F Alexã.lib.1.c.13. de notis futuræ phrenitidis.
G G.5.lo.af.c.4.g
H Gal.lib.de comma.c.2.a
I Gal.cõmen.1.in primũ porrhe.17.a
K Gal.lib.3.meth. c.21.e, & lib.4.loc. aff.c.2.d.e.& Aet. lib.2.ſer.2.c.2.
L Raſ.1.cont.t.18. 20.1
M G.5.lo.af.c.4.h
N Fen.10.t.4.c.2.
O † extremitate coſtarũ ſpuriarũ
P Ga li.5.loc.aff. c.4.f.& Raſ.3.cõt. t.18.c.1.10.4
Q Raſ.21.1.
R Paul.lib.3.c.6.



pigreſcit

pigreſcit à locutione propter grauitatem linguæ: & ſunt phantaſiæ eius quas videt rubeæ: & venæ frontis, & oculorum eius ſunt plenæ. [a] Et accidit eis frequentia ſedendi, & ſtandi abſq; neceſſitate, quam inde habet. Quod autem fit ex cholera rubea pura, vigilare plurimum facit: & exiccantur cum eo oculi valde: & [b] exaſperatur lingua fortiter, & citrinatur prius, deinde nigreſcit: & febris fit fortis: & multiplicatur operatio otioſa in tergendo oculos. Et imaginantur quædam tendentia ad citrinitatem: & ingreditur in mores eorum rapacitas, & malignitas, & audacia in diſceptando, & eſt quaſi in forma eius, qui vult pugnare, & [a] attenuantur nares eorum, & proprie ipſarum extremitates: & accidit eis in [a] frontibus ſuis attractio fortis ad ſuperiora. Eius autem quod fit ex cholera aduſta, & eſt illud, quod eſt malum pernecans, ſigna ſunt, ꝙ plurimum accidentiũ accidit cum dæmonio, & rixa: & anhelitus magnificatur: & magnificatur inquiſitio extremitatũ: & ſunt oculi eorum conturbati, & ſimilis eſt ſibare, & eſt quaſi ipſa. Signa vero permutationis eius ſunt iſta. Nam ſi permutatur in lethargiam, & illud eſt, quod in eis magis ſperatur, tunc vides oculos profundari, & clauſionem continuari & ſaliua currit, & pulſus tardatur, & lenis fit. Signa vero permutationis eius in [c] †{ſcaculos,} & ad apoſtema cerebri, ſunt quòd apparent ſcaculos ſigna: & occultatur nigredo oculorum, & apparet albedo quandoq;, & non diligit dormire vel iacere niſi reſupinus, & inflatur venter eius. Et extenduntur [d] †{ſeraſit} eius, & multiplicatur iectigatio membrorum eius. [e] Et ſigna permutationis eius in hecticam ſunt profunditas oculorum, & ſedatio febris, & extenuatio corporis, & paruitas pulſus & durities eius. Signa vero permutationis eius in ſpaſmum nos aſſeremus in [f] capitulo ſpaſmi.

*De cura ſpecierum eius.* *Cap. 3.*

COmmunis quidem cura ſpecierum eius verarum eſt phlebotomia [g] ex cephalica, & extractio ſanguinis conueniens, immo multa valde. Et ſit feſtinatio ad illam immediate cum incipit alach talach, ideſt permiſtio rationis ſi non prohibeat ab hoc prohibens forte. Et oportet vt fiat eius phlebotomia cum cautela in cognoſcendo diſpoſitionem ipſius ex ſyncopi, ſi cecidit in ipſam, aut ſit ei vicinus, & [h] retineatur ſanguis cum ſyncopis adeſt propinquitas & ingenietur in cognitione illius. Nam in eis non apparet diſpoſitio euaſionis à diſpoſitione ſyncopis multum manifeſte: ſed pulſus quandoque ſignificat ipſam: nam cum tremit, & deſcendit, & diuerſificatur abſque ordine, ita vt inuenias vnam magnam, & aliam paruam, ſignificat propinquitatem ſyncopis. Et oportet vt ſit cautela in ligatione vittæ ſuper ipſam, ita vt ſit firmata, quam motus ipſius, & agitatio irrationabiles non ſoluant: quandoq; enim ſoluit eam, & eijcit per ſeipſum propter imaginationem corruptam ducentẽ eum ad illud. Deinde poſt hoc phlebotoma venas frontis ſi virtus fuerit fortis, & fecerit oportere illud diſpoſitio, & fortitudo ægritudinis. [i] Quòd ſi virtus & diſpoſitiones non conſentiunt, vt fiat phlebotomia eius vniuerſalis, & ex manibus eius, aut non eſt tibi poſſibile habere manus eius, & quòd additur ei ex hoc ducit ipſum ad inquietudinem & rixam fortem, tunc phlebotoma eum in fronte. [k] Et pone ſuper caput eius in principio oleum roſ. cum aceto infrigidatum niue, & reliqua, quæ numeraui tibi ex expreſſionibus infrigidantibus. Et cholericus quidem iuuatur, ſi fiat capiti eius [l] emplaſtrum ex folijs [m] †{alhauleich} valde. [i] Et fac eum quieſcere in domo temperata in aere puro, in quo non ſunt picturæ, neque formæ. Nam ipſe diligit intueri imaginationes earum, & illud eſt ex eis, quæ lædunt cerebrum eius, & velamina ipſius cerebri. [n] Et oportet vt in domo eius, & iuxta ipſum: ſit multitudo redolentium frigidorum, ſicut nenufar, viola & roſa, & cãphora, quæ numerauimus tibi in canone. [o] Et aſſocia ei amicos ſuos prudentes ſibi charos, & miſericordes eius: & ex quo verecundetur, & ceſſet propter ipſum à ſua permiſtione, & agitatione, quæ ei nocent. [p] Et ſtude vt ipſum facias dormire, & vt fiat hoc, aliquod [q] opij duobus cornibus frontis eius appropinqua, & naſo ipſius, ſi virtus eſt fortis: & ſi non, caue quoniam illud eſt perimens: immo ſine opio ſis contentus. Sed adminiſtra, quod ſit ſicut [r] ſyrupus de [q] papauere: & fac emplaſtrum capiti eius ex lactuca: & da ei in potu ſemen papaueris cum aqua hordei. Verũtamen rectius eſt vt expellas vel prætermittas phlebotomiam, ſi tolerat id hora: et non fuerit in tardatione eius timor, fac illud in principio duobus diebus, aut tribus. Amplius cum phlebotomatur [h] non fiat phlebotomia vltima, ſeu ſuperflua quantũ eſt poſſibile, vt remanet in corpore ſanguis quo confortetur natura in pugna cretica, et in priuatione cibi ſi fecerit hora illud oportere. Et poſtq̃ phlebotomaueris eum: tunc oportet vt ipſum [s] clyſterizes clyſteri valde leni, ſicut oleum roſ. cum aqua hordei, et aqua, et oleũ: ꝙ ſi eges eo, quod ſit fortius hoc, poſtq̃ ſit in gradu lenitatis fac: et trahe materiam ad inferiora omnino, ſcilicet [t] fricatione pedum, et eorum compreſſione, et fundendo ſuper [u] eos aquam calidam: immo ligando, et ſtringendo, et ponendo [u] ventoſas ſuper eos, et proprie in diſpoſitione [u] declinationis febris, et ante vehementiam eius ſi adeſt ei illud. Et quandoq; oportet in principio ægritudinis apponere ventoſas ſuper chael: i. inter ſpatulas. Et primo incipe nutrire ipſum cum vltima ſubtiliatione cibi, ita vt ſis contentus ſecaniabin zuccarino: deinde poſt hoc die vno, aut duobus ꝑmuta ipſum ad aquã hordei ſubtilem cũ ſecaniabin, deinde ad groſſam, et conſidera in hoc virtutem et ægritudinem: et quoties videris accidentia ægritudinis fortiora, incipe in principio à ſubtiliatione cibi multa, niſi virtutis caſus timeať. Tunc. n. nutriatur: [i] et aliena eos ab aqua vehemẽtis frigoris, proprie ſi fuerit in velamine diſtinguẽte apa, aut in viſceribus. Et ſicut videbis ægritudinẽ declinare, gradatim in nutrimento ꝓcede, aut ex ipſo adde, et pone vt ipſum ſit ex [x] cucurbita, et herbis frigidis, et [x] almes, et granis frigidis:

A Raſ. 1. côti. c. 1. 20. 4.
B Raſ. 20. 4.
C † apoſtema is cauitatib' arterum cerebri,
D † coſtarum ſpinarũ extremitatis
E Raſ. ibidem
F Fen. 2. c. 6. ideſt
G Gal. 13. meth. 21. c, & Haly 5. pra. c. 13.
H Aet. lib. 2. ſer. 2. c. 2.
I Paul. lib. 3. c. 6.
K Gale. 13. meth. c. 21 e, & 2. lec. 21. c 8. ſol. 13. h, & 3 de ſimp. med. fa. c. 9. e
L Raſ. 1. côti. t. 8. c. 21. 4.
M † rubi
N Raſ. 13. 4.
O Raſ. 1. côti. t. 8. c. 1. 21. 3. in tract' locis, & 4. & 1.
P G. 13. meth. c. 10
Q G. de theriaca ad pi. c. 10. b
R Raſ. ibi. 12. 4.
S Raſ. ibidẽ. 12. 4
T Pau. & Raſ. 12. 4
V Raſ. 12. 4.
X Ser. t. c. 32.





frigidis: aut [a] †{aſſidbagie,} aut acetoſum cum fructibus frigidis: & in hac hora iuuantur [b] pane ſimilæ infuſo in aqua frigida, [b] & iuleb infrigidato cum niue vehementer. Et oportet quidem vt in principio adminiſtres repercuſſiua pura, niſi ſit de genere magni apoſtematis ex quo apoſtemantur venæ, quæ egrediuntur ex capite cum communitate velaminis: illic enim oportet te incipere ab eo in quo ſit parum mollificationis, & ſedationis doloris, deinde ſtyptica. Et feſtina ad clyſteria feſtinatione vehementi: deinde adminiſtra ſecundũ plurimum embrocas infrigidantes, non cum ſtypticitate. Et miſce in eis parum papaueris, vt dormire facias, & parum chamæmillæ etiam vt reſiſtat papaueri, & reſoluat reſolutione modica. Cumq; ægritudo fuerit finita his medicaminibus, & remanſerit alienatio, tunc [c] mulge ſuper caput lac ex vbere, & mamilla, ſi virtus quidem fuerit, lac mulierum. Et omni mulſioni moranti ſuper ipſum vna hora fac ſuccedere ablutionem, cum embrocis æqualibus, in quibus ponantur violæ & radices lilij, & chamæmilla cum reliquis infrigidatiuis, ſicut videbis in antidotario: quòd ſi ægritudo prolongatur, & non remouetur medicinalibus iſtis: aut fuerit grauis ſimilis [d] †{ſubet,} & pertranſierit terminum principij: & quies in ea fuerit maior motu, tunc aliena ei ea, quæ vehemẽter infrigidant, & proprie papauer: & adde ei in embrocis, tunc poſt ſeptimam, ſiſymbrium, & [e] †{ſaudenegi,} & [f] rutam, & expreſſionem [f] mentæ, & melilotum: & pone ſuper caput mucilagines ſeminis [f] lini cum oleo & aqua, & vnge vehementer corpus cum oleo calefacto aſſidue. Cumq; volueris, quòd [f] virtus conſeruetur poſt longitudinem ægritudinis, & poſtquam pertranſierit ſeptimanam, & quod eſt ſupra ipſum, tibi ineſt vt potes ipſum parum vini permiſti. [b] Et multoties accidit eis vomitus, & iuuantur eo. [b] Et quandoq; potantur quidam ipſorum aqua permiſta cum oleo frigido humido, & fit ipſorum vomitus facilis, & humectat eos. [f] Et cum non mingunt propter defectum intellectus, & debilitatem ſenſus, inunge eorum veſicas cum oleo tepido: & melius eſt oleum de oliuis. Aut embroca ipſos cũ aqua calida, & [c] aqua in qua cocta ſit chamæmilla: [f] deinde ſuper eas comprime, donec vrina prouocetur. Et ſis ſolicitus cum hoc ex eis omni hora: & [f] comprime veſicas eorum in omni hora ſperans in ipſo vrinam prouocari. Si autem illud non reſpondet, adminiſtra embrocas, ſecundum quòd dictum eſt. Et oportet vt ſtringas eos, [f] ligando, ſi inueneris eos multiplicare permutationem, & agitationem: & læduntur ab eis vehemẽter, & proprie cum phlebotomas eos, & ſciſſura nondum eſt conſolidata. [g] Amplius cum procedunt in declinatione, & exitu à fortitudine ęgritudinis plurimo exitu reges eos regimine conualeſcentium, & adhibe eis [h] †{alargiuhat} leues. Et aliena ipſos ab aeribus, & ventis malis, & calidis, & ab aere, ſeu vento vehementer calido, & [f] ſole vt non incurrant recidiuam. Cum vis autem eos balneare balnea ipſos in aquis dulcibus [g] balneationibus leuibus vt α facias eos dormire: nam in [i] dormitione eorum conſiſtit iuuamentum plurimum. Et ciba eos carnibus leuibus. Et hic quidem eſt ſermo vniuerſalis in cura ipſorum. Eius vero, quod diuerſificatur, aliud eſt cholericum, aliud ſanguineum. Cholericum enim indiget in ſui cura eductione choleræ cum ſolutione plurima, & phlebotomia minore. Et ſit quod ſoluendo educit choleram ex eo potus ex lubricantibus ſubtilibus prædictis expurgantibus ſanguinem: & tibi ineſt vt ponas in eis fumum terræ, ſi ſciueris, quòd natura obediens ſit ſecundum omnem diſpoſitionem. Et quandoq; ponunt in eis ſcamoneam, cum confidunt de obedientia naturæ ſecundum conſuetudinem ægri. Et cholericus cum phlebotomatur, non conſequatur propinquitatem ſyncopis. Sed phlebotometur phlebotomia conuenienti cum cautela inde habita, deinde ſolutione euacuetur. Et etiam conueniens eſt vt ponas cibos eius frigidos & humidos. Cibi autem ſanguinei ſint frigidi: & pertranſit vt ſint ſtyptici, quando facta eſt euacuatio ex ſolutione, & clyſteribus. Et cibi ſint ſicut qui fiunt cum acreſta, & [k] †{ribes,} & granatis, & cydonijs, & pomis. Cholerico autem non conueniunt iſti: ſed qui ſunt, ſicut qui fiũt ex cucurbita, & alcheſchie. i. ferculo facto ex hordeo excorticato, & qui fiunt ex ſpinachijs, & atriplicibus, & almegie, & eſt qui ſit ex [l] †{almes, & ſimilibus illis: & eorũ acetoſitas fit ex aceto, & zuccaro: aut ex prunis, & quæ ſunt illis ſimilia. Et ſcias, quòd cholericus indiget extinctione plus, & ſanguineus reſolutione plus, & in cholerico non timetur ex infrigidatione totali illo timore, quo timetur in ſanguineo, & [m] non alienetur aqua frigida totali illa alienatione. Et α oportet vt plurimum ſis ſolicitus in ſomno ipſorum: & illud erit ſicut embrocæ humectantes, & cum adminiſtratione oleorum, ſicut olei lactucæ, & cucurbitæ, & quæ ipſis ſimilantur, faciendo caputpurgium. Et in cholera, quæ eſt [n] aduſta multiplicetur ſtudium cum humectantibus, & cum adminiſtratione enematum infrigidantium, & humectantium in eis, quantum poſſibile eſt.

*De{phlegmone accidente ipſi ſubſtantiæ cerebri}* .i. Inflammatione cerebri. *Cap. 4.*

PLurimum quidem accidit ex ſanguine putrido apoſtemante cerebrum. [o] Et qñq; ſeparat cõmiſſuras & rarificat rete mirabile, & exiſtimatur caput cum ea diſrũpi, & ſcindi, & [o] dolor cum ipſa fit fortis, & [o] oculi fiũt rubei exeuntes valde: & pomi maxillarum valde rubeſcunt: & qñq; accidit cum ea ſpaſmus: & qñq; accidunt [p] vomitus, & nauſea propter cõitatem ſtomachi: et declinatur ad reſupinationem valde, ſm contrarium conſuetæ reſupinationis, et ſm diuerſitatem ordinis: & eſt ſm plurimum pernecans in tertio: ſi autem ipſum pertranſierit, fiducia habetur. Et ſcias, ꝙ ęgritudo non eſt vehementer praua: alioquin membrum non toleraret ipſam cum hac eſſentia, et cum hac ſublimitate. Et ipſius quidem cura, eſt cura ſirſen, et fortior. et confert ei phlebotomia venæ, [p] quæ eſt ſub lingua vehementer: et illud poſt phlebotomiam venæ cõis, et venarum aliarum.

A † cibus ex carne & piſce.
B Raſ. 1 cont. t. 18. c. 2. 3. 1.
C Ser. t. 1. c. 20.
D † ſopori.
E † ſerpillum.
F Paul. lib. 3. c. 6.
G Raſ. 1. côt. t. 18. c. 21. 4.
H † mot' qb' vtũtur pueri. i. viſcolo
Infra α
I Haly 5. prac. c. 13.
K † acedula.
L † ferculo facto ex granis ſimilib' faſeolis.
M Raſ. lib. diui. c. 6
Supra α
N Raſ. 1. con. t. 18. c. 21. 4. & 23. 1.
O Paul. li. 3. c. 7.
P Aet. lib. 2. ſer. 2. c. 15.

*De {eryſipila & impetigine accidẽtibus in cerebro & vſacro}*.i.Eryſipelate,& igne ſacro cerebri. *Cap.* 5. E

QVandoq; etiam accidunt in ipſo cerebro eryſipila & [a] †{vſacro.}Et fit [b] dolor fortis,& [b] inflammatio vehemens. [b] In facie vero quãdoq; accidit frigus propter occultationem caliditatis,& citrinitas propter illud,& propriè in oculis:deinde caleſit ſubito,& rubificat:Veruntamen ſm plurimum fit tendens ad citrinitatem, & frigus: & eſt ſiccitas vehemens in ore. Et cum eis non eſt tantum ex ſubet,quãtum accidit in phlegmone: verũtamen accidentia in eis ſunt terribiliora:& febris eſt fortior.Et earum cura eſt cura ſibare.Et plurimum eius pernecat in tertio. Si autem non interficit in tertio,euadit.Et pueris quidem qñq; accidit eryſipila in cerebro,& profundantur cũ ipſa ſinciput & oculi,& minoratur oculus,& deſiccatur totum corpus. Medicentur ergo [c] ex vitello oui cum oleo roſ.infrigidato,& permutato oĩ hora:& cũ expreſſionibus et herbis humidis,& frigidis ſup caput,ꝓprie cũ cucurbita,& corticibus melonis,& cucumeris [d] †{ }

*De ſibare.* *Cap.* 6.

DIcitur ſibare dæmonium ſuperfluum,accidens cum ſirſen calido cholerico, ita vt homo cum hoc,quod habet ſirſen,alienet habens dæmonium inquietum iracundum. & cum karabito quidem puro fit alienatio,& rationis permiſtio,& non eſt cum ipſo demonium,ſi autem eſt demonium,eſt ſibare:& eſt etiam quaſi mania compoſita cum karabito:ſicut karabitus eſt quaſi melancholia compoſita cum apoſtemate calido & febre. Et multoties quidem antecedit in ipſa dæmonium:deinde ſuccedit ei apoſtema, & febris.& nõ fit ſibare niſi cum karabitus eſt à cholera rubea pura & aduſta. F Nam cum ipſa ad cerebrum eſt expulſa,& fecerit accidere demonium in principio ſui aduentus,vel ſuæ applicationis,& cum ipſa,aut poſt ipſam acciderit apoſtema, tunc fit cauſa ſibare.In karabito autem eſt dæmonium accidens ab apoſtemate. Et in ſibare apoſtema & dæmonium proueniunt ſimul à materia, neq; vnum eorum eſt cauſa alterius: & ſi quandoq; fiat vnumquodq; ipſorum cauſa additionis alterius. Cumq; ſibare incipit apparere, vigiliæ ſunt prolixæ,& ſomnus inquietus,& timor eſt in ſomno,& ſaltus, & ſpiritus magnus frequens, & obliuio,& reſponſio non ſimilis interrogationi.& oculi rubeſcunt, & ipſorum agitatio adeſt, & grauitas eſt in eis,& ſunt ambo oculi quaſi †{chiditan}& quandoq; eſt in eis,ſecundum ꝙ diximus citrinitas: & fit illic ſenſibilitas extenſionis apud [e] †{alchaſa,}&dolor propter eleuationem vaporis:& fit etiam in eis curſus lachrymarum inuoluntarie ex vno oculo.Deinde cum ſiſtitur ægritudo, induratur febris,& exaſperatur lingua,& ſiccatur: deinde in poſtremo ipſius quieſcunt motus palpebrarum propter debilitatem:& grauitas motus peruenit vſq; ad motum palpebrarum: & remanet ex dæmonio alienatio interciſa,cum defectu ſermonis,& paucitate ipſius: & ſecundum plurimum permutatur vel declinat ad collectionem villorum & palearum. Et in pulſu fit augmentum debilitatis,& minorationis,& durities propter ſiccitatem.Et quandoq; fit ſibare, quæ non eſt ſimpliciter G pura:quare ipſorum diſpoſitiones diuerſificantur in ſermone, & memoria, et motibus: plerunq; enim ſiunt ordinati,& plerunque inordinati. Et ipſius quidem cura eſt, cura ſirſen cholerici cum additione in humectando multa:& oportet vt extremorum ligatio aſſiduetur.

*De lethargia,quæ eſt ſirſen frigidum,cuius interpretatio eſt obliuio.* *Cap.* 7.

LEthargia dicitur apoſtema phlegmaticum factum intra craneum, & eſt ſirſen phlegmaticũ. [f] Et plurimum quidem eius fit in meatibus ſubſtantiæ cerebri, abſq; velaminibus, & ventriculis,& ſubſtantia cerebri:quoniam phlegma raro congregatur,& penetrat in panniculos cerebri propter ipſorum duritiem,neq; in ſubſtantiam cerebri propter ipſius viſcoſitatem: Sicut etiã pleureſis ſm plurimum eſt [g] cholerica, & raro fit phlegmatica propter paruitatẽ penetrationis phlegmatis in ſubſtantiam ſifachiam.i.ſifac neruoſum durũ. Licet ſit poſſibile vt fiat illud in paucis ambarum:poſſibile eſt enim vt cadat hoc apoſtema in ſubſtantia cerebri: & in eius velaminibus. Et hæc quidem ægritudo nominatur nomine accidentis. Qm̃ interpretatio lethargiæ eſt obliuio. Et hanc ægritudinem comitatur obliuio: & propter nomen eius errant in ipſa [h] plures medicorum ignorantes,ꝙ intentio in ipſa eſt ægritudo facta ex apoſtemate frigido: exiſtimant, ꝙ hæc ægritudo in ſeipſa ſit obliuio.Et quãuis quidam medici ſunt, qui nominant lethargiam omne apoſtema frigidum in cerebro,ſiue ſit melancholicum,ſiue phlegmaticum: verũtamen plures antiquorum H phlegmaticum hoc nomine appropriauerunt:& tuum eſt vt in ipſo nomines vtrũq;. Et huiuſmodi quidem ægritudinis materia propinqua eſt materia [i] †{ſedar,} ſed eſt vehementius confirmata. Et hæc ęgritudo generatur ab omni,quo generatur humor phlegmaticus, & in quo ſunt vapora et putrefactio. Quapropter plurimum generatur à comeſtione ceparum. Et generatur ex repletione nimia ſtomachi,& multitudine potus:& multitudine comeſtionis fructuum.

*De ſignis eius.* *Cap.* 8.

SVnt [k] ſoda leuis,& febris lenta:neceſſaria enim eſt febris in omne apoſtemate facto [l] ab humore putrefacto. Et propter hoc ſeparatur à ſubet: veruntamen ipſa eſt lenta, quoniam materia eſt phlegmatica.Et hæc quidem febris quandoque non ſentitur cum ea: & fit cum ea [m] ſubet grauis.Sicut enim habens eam, aperit oculum, ſic claudit: & fit cum ea obliuio: & anhelitus eſt [m] rarus, & tardus, valde debilis.quaſi ipſe anhelitus ſit cum ſtrictura pauca, & cum ſputo, et multa [l] oſcitatione,et [l] apertione oris,et ipſius clauſione: et quandoque remanet eius [m] os poſt oſcitationem apertum propter obliuionem, quod oporteat eum ipſum claudere, et propter pigritiam ab ea:et ſi velit ipſum claudere: et adeſt ei ſingultus propter communitatem ſtomachi: Et albedo in lingua:

A † ignis ſacer.
B Paul.li.3.c.1.
C Raſ.i.contin. c.2.11.4.
D † anguinalis.
† L'ppitudo groſſa.
E † locum ẽtra ſuper nocram.
F G.4.de cau.pul. c.13.h,& 13.meth.c. 10.f,& Paul.li.3.c.9.
G Fẽ.10.i.4.c.
H Ser.t.1.c.17.
I † ſomnolentia.
k T.2.c.1.& Gal. de ſimpli.med. 80.c.d.
L Haly.9.theo.
M Paul.li.3.c.4.



A lingua:& [a] pigritia in reſponſione,& in motu palpebrarum: & commiſtio intellectus. [b] Et egeſtio ſecundum plurimum eſt humida,& ſi ſiccatur,ſiccatur leuiter, & temperate.& vrina [a] eſt ſicut vrina aſinorum.Et quandoq; accidit [a] ei tremor,& [a] ſudor extremitatum.Et ſunt cum diuerſitate habentium karabitum . Ipſi enim in lectis ſuis deſcendunt: karabitum vero habentes aſcendunt, & pulſus ipſorũ ſunt [a] magni multum [a] rari [a] tardi vermiculares [c] vndoſi, ſimiles pulſibus peripneumonicorum. Verũtamen ſunt minoris latitudinis,& longitudinis, & [c] tardiores & fortius rari, & minoris diuerſitatis:qm̃ nocumẽtum cordis ab ea factum, eſt minus. [c] Et cadit in pulſu eius cadens in medio plus:qm̃ virtus vitalis in ipſa eſt ſanior,& febris cum ea eſt minor propter longitudinem ipſius à corde.Sed eius obliuio eſt maior, qm̃ materia hic eſt in ipſo cerebro, & in peripneumonia eleuatur ex apoſtemate pulmonis, ꝙ ſi [d] melancholicum dicatur lethargia tunc eius ſigna ſunt, ꝙ dolor fit fortior,& fiunt cum ea rixa,& alienatio,& [e] oculi ſunt aperti intuentes in vno loco. Et cũ lethargia eſt in ſubſtantia cerebri, ſubet eſt fortior: & difficultas motuum eſt maior: & albedo linguæ eſt in ipſa valde vehemens:& oculi ad exitum tendunt: & difficultas motus, & dolor ad laſſitatem tendunt.Si autem eſt in velaminibus,dolor eſt fortior, & motus ſunt leuiores. [f] Et accidit in eis multoties retentio vrinæ propter obliuionem,& propter debilitatem lacerti vrinalis. Ex ſignis autem inceſſus hominis ad lethargiam, eſt multitudo tremoris capitis cum pigritia, & grauitate.

B Cumq; fortiora ſunt accidentia lethargiæ,& multiplicatur ſudor valde, eſt tunc perimens:propterea,ꝙ ſudor deijcit virtutem.Et cum anhelitus dilatatur,& fit bonus, & declinant accidentia, tunc tendit ad ſalutem:& proprie ſi apparent apoſtemata poſt aurem: plurimum.n.criſis eius, fit per eã.

*De cura.* *Cap.* 9.

SI non fuerit,quod prohibeat [g] phlebotometur prius, deinde adminiſtra eis clyſteria acuta, & attrahatur materia ad inferiora. Et fac eum vomere cum penna ſinapi, & melle illinita. Et fac eum quieſcere in [h] domo luminoſa. Et prohibe ipſum ne in ſubet profundetur aſſidue excitando ipſum. [i] Et in principio ei repelle materiam cum oleo roſ.& aceto. Deinde poſt duos dies à principio ſui,miſceatur eis [k] caſtoreum:& ponatur acetum, quod ſit [l] acetum ſquilliticum, & non potes aqua frigida ipſum niſi parumper,& in principio proprie:& apud ſtatũ eius,& proprie in fine ſui, & prohibe illud:deinde [m] inunge corpus eius oleo,& nitro,& ſemine [l] vrticæ, & ſemine laureolæ, & [n] pipere,& [m] pyrethro,& ſimilibus:& adminiſtra embrocas fortis reſolutionis,& [i] odoramenta, & ſternutamẽta,& [n] gargariſmata ſubtiliatiua in quibus ſunt [l] haſce,& hyſſopus, & [l] calamenthũ, & origanum.Et gargariſmata cum melle,& ſquilla, & reliquis, [o] quę ſciuiſti in canone.Et cũ ſquillam ſuper caput eius adminiſtras,proprie humidam,valde ea iuuatur: & adminiſtra etiam reliqua rubificantia ſuper caput: & [n] linimentum fac ex ſinapi. [h] Et frica extremitates eius, & comprime C eas donec rubeſcant,& doleant:quoniam eſt magni iuuamenti,& fiat illud aſſidue. Cum autem in ſubet profundi fiunt,extende capillos ipſorum, & euelle [n] quoſdam eorum: & pone etiam apud nocram [n] ventoſas multas cum igne abſq; inciſione: & forte inciſio tibi neceſſaria eſt cũ eſt neceſſitas euacuationis ſanguinis.Et cum nutris,nutri eos cũ aliquibus, quæ ſint ſicut aqua lupinorum, & aqua [p] ciceris cum [q] †{chiſch hordei.}Cumq; [n] eos cibaueris, comprime extrema ipſorum aliquibus horis,vt vapor ad ſuperiora nõ trahatur. Quòd ſi tibi neceſſariũ fuerit propter ægritudinis longitudinem vt potes ipſum ſolutiuo,& proprie quando cum ipſo apparet [l] tremor, pota ipſum duabus tertijs [n] aur.ex caſtoreo cum pauca ſcãmonea, quæ ſit minus pondere vnius danic. Et ſi timetur ſuperfluitas febris,aliena ſcammoneã,& ſis contentus caſtoreo, & permutatione cõplexionis abſq; euacuatione.Et melior euacuationum,illa eſt,quæ fit cum clyſteri. Si aũt alia fuerint tibi neceſſaria da ei ad potandum hieræ picræ pondus.3.vnius cũ quarta.3. vnius de pulpa coloquinthidæ,& tertia parte.3.i.myrobalanorũ,& danic vno maſticis: ſi febris non eſt vehementis caloris, & confidis,ꝙ ſoluat: ꝙ ſi non confidis,propter illud fac ei ſuppoſitoria, aut collyria, vt duæ cauſæ ad illud faciendum ſe iuuent:deinde excita ipſum, & præcipe ei vt permutetur ad egerendum. Et cum ei accidit obliuio vrinæ, & ſtercoris, embroca vtraq; emunctoria, & ventrem cum aquis, in quibus cocta ſint chamæmilla,& melilotum,& viola,& radices lilij,& comprime veſicam, vt vri- D nam emittat. [n] Deinde cum finitur ægritudo, [r] †{adminiſtra reſtauratiua:& fac eum tolerare terminum exercitij parui,& adhibe ei regimen conualeſcentium.}

*De {aqua intra craneum}*.i.Hydrocephala. *Cap.* 10.

QVoniam quandoq; aggregantur humiditates [s] aquoſæ intra craneum, & extra ipſum, tunc ſi fuerint extra craneum,ſignificabit eas,quod propinquæ dicemus.Et ſi ſunt intra craneum & locus earum ſupra panniculum durum, ſentit æger grauitatem interius, & [t] fit cum ea difficilis clauſio oculi:immo non eſt poſſibilis: & humectantur oculi valde, & lachrymantur aſſidue,& ſtant aperti intuentes in vnum locum:& [t] in cura huiuſmodi non eſt ingenium.

*De apoſtematibus,quæ ſunt extra craneum,& {aqua extra craneum}*.i.Hydrocephalon,
*& de hathas infantium ſeu puerorum.* *Cap.* 11.

QVandoq; [u] accidunt in velaminibus, quæ ſunt extra caput apoſtemata calida & frigida. Et quandoq; accidit, & proprie infantibus, ægritudo, quæ eſt congregatio aquæ in capite: & quandoq; etiam accidit maioribus.Et hæc quidem ægritudo eſt humiditates retẽtæ inter craneum & cutem,aut inter duos panniculos extrinſecos:et accidit alchaſad.i. depreſſio in loco illo capitis,et fletus,et vigiliæ. [x] Infantibus quidem accidit illud ſecundum plurimum, cum obſtetrix erat,

A Paul.li.3.c.9.
B Haly.9.the.c.5.
C G.4.de cau.pul. c.13.2,& pau.
C G.ibidem.
D Catalepſis Gal. 2.apho.5.
E G.4.lo.affe. 23.a
F Act.lib.2.ſer.2. c.4.
G G.13.meth.c.21. e,& Pau.lib.3.c.9.
H Act.lib.2.ſer.2. c.3.
I G.13.meth.c.21.e
k Gal.& Paul.
L Ser.t.1.c.17.
M Paul.& Sera.
N Pau.li.3.c.9.
O T.1.c.19.
P Haly.5.pra.c.14
Q † ptyſana.
R † geſtationibus ſtatim cõgruis vtẽdum,& ad balneũ reducendi ſunt. Vi & qui vires recolligat,recreetq;,decenter adhibẽdus.
S G.Introd.c.18.f, & Act.li.2.ſer.2.c. 1.& Halyab.lib.8. theo.c.18.
T Paul.lib.6.c.3.
V G.li.introduct. c.18.f
X Li.1.F.3.do.1.c.3. & Pauli.2.ſer.2.c. 1.& Halyab.lib.9. pract.c.16.

errat,& comprimit caput,& ſeparat ipſum,& aperiũtur orificia venarum:& currit ad illud, quod E eſt ſub cute,ſanguis aquoſus. Et quandoq; ſunt humores alij ab humiditatibus aquoſis. Quod ſi color cutis eſt cum diſpoſitione ſua,& cutis eſt eleuata depreſſa expulſa, tũc eſt aqua in capite: & ſi color eſt mutatus,& tactus diuerſus, & eſt tibi fortitudo, & prohibens ſuper expulſionem vel in expulſione,& ſentitur mordicatio,& dolor:tũc ibi eſt apoſtema extra craneum. In infantibus autẽ & alijs, cum eſt aqua in capitibus eorum, & hoc plurimum non fit niſi in infantibus: tunc oportet vt cognoſcas an ſit multa,& an ſit expulſa ab exterioribus ad interiora violenter: nam ſi taliter fuerit,non medicatur. [a] Si autem fuerit pauca,& retenta inter cutem & craneum, tũc fac aut ſciſſuram vnam in latitudine,aut ſi fuerit multa tunc fac ſciſſuras duas ſeſe ſecantes, aut tres ſciſſuras ſecantes ſe,ſi fuerit plurima,& euacuetur,quod eſt in ipſo:deinde ſtringe,& liga,et ſuperpone ei vinum,& oleum vſq; ad tres dies:poſtea ſolue ligaturam, & medica cum vnguentis, & licinijs, ſi eis indigueris,aut cum ſutura facta cum filo,& puluerizatione, ſi illud ſufficit, & non indiges vnguentis. [b] Et ſi carnis generatio tardatur, præcipitur vt os leuiter radatur vt caro naſcatur. Si autem aqua fuerit valde pauca,ſufficit tibi vt reſoluatur humor aquoſus prohibens cũ emplaſtris. Quæ autem ex apoſtematibus extrinſecis ſunt calida,& quæ frigida, cognoſces tactu, & colore, & conuenientia eius,quod ad ipſam peruenit. Et in omnibus quidem ſentit æger dolorem comprimentem craneum,& cum tangis inuenis dolorem. Et cura ipſum medicamine leuiore ex cura [c] †{ſirſen:} ita F tamen,ꝙ tu ſis ſecurus in adminiſtratione fortioris in ipſo. Et ventoſæ quidem in ipſo conferunt plus minutione.In [d] †{hathas} autem infantium oportet vt lactans aquã potet hordei, aut aquam ſauic eius,ſi infans ſolutionem habuerit: & infanti detur ad potandum tunc aliquantulum ſpodij torrefacti,& ſemi.portulacæ torrefacti.Solutio enim in hac ægritudine eſt mala. Et lactanti interdicatur [e] †{althocme,} & ponatur ſuper ſinciput eius oleum violatum infrigidatum.

A Pau.lib.6.c.18 Haly.li.9.pra.c.x & Aet.li.2.ſer.2.c. B Pau.ibi.& Aet. & Haly. C † phreniis. D † apoſtema cerebri. E † nauſeatiuis tieras.

*[f] † De ſubet alshari quam quidam medicorum nominant ſachos, ſed non eſt ipſa, immo ſachos eſt ſpecies congelationis.* Cap. 12.

HAec ægritudo eſt ægritudo ſirſemiati compoſita ex ſirſen calido & frigido: quoniam apoſtema eſt factum ex duobus humoribus ſimul, ſcilicet phlegmate & cholera. Et eius quidem cauſa eſt repletio, quã generat guloſitas,& multitudo comeſtionis,& potus, & ebrietatis. Et vtriq; quidem humores quandoq; æquantur,& quandoq; vnus ipſorum vincit,& vincunt tunc eius ſigna.Si ergo phlegmaticus vincit,nominatſ ſubet shari. Et ſi vincit cholericus, noïatur [g] †{shera} ſubetia:& quandoq; contingit in ægritudine vna cum numero,vt vnuſquiſque eorum impugnet alterum,& quandoq; vincet phlegma,& quandoq; cholera.Et facit quidem phlegma in ipſa [h] ſubet & [h] grauitatem & pigritiam & clauſionem oculorum. [h] Et difficile fit eis reſpondere ad illud, quod quæritur ab eo. Et [h] eſt ipſius reſponſio,reſponſio tardantis, & cogitantis. Et cholera qui- G dem in ipſa efficit vigilias,& alienationem, & [i] intuitum in vno loco continuum. Et neque permittit ipſum profundari in ſubet:immo eius ſubet, eſt ſubet à quo excitatur, cum ab aliquibus excitatur.Et cum phlegma vincit, grauatur ſubet,& clauditur palpebra,cum aperitur.Et quãdo vincit cholera,excitatur,ab eo cum facilitate cum fit excitatio vel cum ab aliquo excitatur & alienat,& intendit ad motum,& aperit oculos abſque palpitatione,& nõ clauditur: immo ipſius ſuperior extremitas attrahitur, ſicut accidit patienti ſirſen: & deſiderat [k] reſupinari, & eius reſupinatio eſt non naturalis,& [k] facies eius fit [l] †{thebegi,} & declinat ad [k] viriditatem, & [k] rubedinem, ſecundum ꝙ in dominatione diſpoſitionum eius trahitur [k] palpebra eius ad ſuperiora, & fit oregmon. Et cum aperit oculum ſuum,eſt ipſius apertio, ſicut apertio habentis [m] †{ſachos,} & congelationem abſq; palpitatione:cũ autem loquitur, eius ſermo non eſt ordinatus: & ſtrangulatur ab aqua ita,vt plurimum [k] redeat aqua ex naribus eius. Et ſimiliter ſtrangulatur à ſorbitionibus. Et hæc quidem ſigna ſunt mala. Et multoties accidit in ipſa [k] retentio vrinæ & [k] egeſtionis & paucitas vtriuſq;. [k] Et accidit eis ſtrictura ſpiritus. [k] Et quandoq; ſimilatur in pluribus diſpoſitionibus præfocationi matricis. Veruntamẽ facies in præfocatione matricis eſt cum diſpoſitione ſua, & adſunt reliqua ſigna præfocationis dicta in [n] capitulo ſuo: [k] hic autẽ poſſibile eſt, vt in ea aliquid loquendo æger annunciet: & ſi præcipitur vt intelligat. In ea autem cuius matrix præfocata eſt, non eſt H poſſibile illud,dum in præfocatione perſeuerat. Et hęc quidem ægritudo ſimilis eſt lethargiæ: ſed tamen differt ab ea: [o] quoniam facies non eſt cum diſpoſitione ſua, ſicut eſt in patiente lethargiam,& iterum eis adſunt vigiliæ,& apertio oculorum abſq; palpitatione: & febris eſt in ipſa fortior, & ſimilatur karabito:ſed tamẽ differt ab eo:quoniã ſubet in iſta eſt maior,& alienatio minor. Et pulſus quidem eius eſt velox et [p] frequens, [q] †{ } propter apoſtema et permiſtionem congelatiuã.quare diuerſificatur à pulſu lethargiæ: et eſt latus, & breuis propter phlegma & apoſtema eius diuerſum à karabito: & ipſius quidem breuitas eſt propter latitudinem ſui. Amplius eſt fortior pulſu lethargiæ,& debilior pulſu karabiti.Et fit pulſus non [r] extẽſus, rarus valde, ſpaſmoſus,ſicut fit in præfocatione matricis. Sed virtus in ipſa non remanet, neque egreditur ab ordine omni illo egreſſu,ſicut fit in pręfocatione matricis:immo virtus cadit,& pulſus fit frequens.

F † De comate vigilanti, vel eius Ga.3.lo.aff.c.5.g.h & de pulſ.ad tyr. 45.g.h,& Pauli 4.c.10. G † vigilacom pta. H G.li.4.de cauſis pul.c.15.g I Gal.4.de cauſis pulſ.c.15.d K Paul.lib.3.c.10 L † ſimilis cachexiæ. M † Catalepſia. N 17.c.4.fen.21. O Paul.oppoſitum. P G.de pulſ.ad tyr. 10.45.h Q † minus tamen R Gal.ibi.44.c S Paul.li.3.c.6.de cura.lethargi.

*De cura.* Cap. 13.

CVra autem cõis [s] eſt phlebotomia, ſicut ſcis: [s] deinde clyſteria in quorum attractione & lenitate addas ſm quantitatem in qua inuenis materiam ſm ſigna prædicta, ita vt cognoſcas an vincat cholera, vel phlegma.Et cibus etiã prohibeatur, ſecũdum ꝙ fit in karabito, & propriè ſi eius



A eius cauſa fuerit multitudo cibi. Et ſimiliter cum cauſa fuerit multitudo cibi, [a] fac ægrum vomere,& mundifica ab eo ſtomachum ipſius. Si autem cauſa eius fuerit ebrietas, non curabitur omnino, donec abſcindatur ebrietas:deinde ſis contentus humectantibus caput ipſius: deinde ad vltimum curetur eo,quo curatur finis ebrietatis.Et ipſius quidem ſpecies cõicant in embrocis, & emplaſtris,& ſternutatorijs prædictis & euacuationibus ſubtilibus cum eo, quod bibitur, & clyſterizatur ſicuti ſcis. [b] Et iſtæ quidem medicinæ in ipſa non ſint in termino frigiditatis, quæ præcipitur in karabito,neq; in termino calefactionis,quæ præcipitur in lethargia, ſed ſint compoſita ex eis, & vincat in eis illud,quod oportet,ſm ꝙ apparet,ꝙ aliquis duorum humorum ſit magis abundans.Et tibi quidem iam præmiſſum eſt in [c] canone totum,quod oportet facere in huiuſmodi. Et oportet vt ponas in embrocis eius,ſi fuerit cholera ſuperabundans,folia ſalicis & violas, & radices lilij,& hordeum cum chamęmilla,& corona regia,& anetho. Et quandoq; das in potu ſyrupum de papauere,ſi non timetur,ꝙ ſuperueniat ei dominium phlegmatis:& intentio quidem, quare ei in potu tribuitur,eſt vt dormiat. Quod ſi vtræq; materiæ ſint æquales, adde in his ſceha & margiangius. Et ſi phlegma eſt ſuperabundans, adde in eis folia lauri & rutam & mentaſtrum & hyſſopum & caſtoreum & origanum.Et ſimiliter eſt diſpoſitio in emplaſtris & enematibus ſecundum hunc canonem:& tibi quidem eſt poſſibile colligere ea ex antidotario.In fine autem ægritudinis,& poſtꝗ de- B clinauerit infirmitas, tunc aliena ab eo embrocas frigidas: & ſis contentus ſubtiliatiuis, quæ ſcis: [a] deinde balnea ipſum,& rege eum regimine conualeſcentium.

A Paul.li.3.c.10.de cura lethargi. B Haly.5.prac.c.17 C T.1.c.19.

*De plaga & inciſione cutis capitis,& quæ taliter currunt.* Cap. 14.

SEparatio [d] eueniens in capite, aut in cute, & carne:aut in oſſe etiam: & eſt aut mudaha, aut eſt heſme, aut menachele, aut eſt ſemach: & ex ſemach quædam eſt alfatare.i. fungalis: & eſt vt exuberet vel ingrediatur velamen extra craneũ,& apoſtemetur,& impinguetur & fiat ſicut [e] fungus:& ex ea eſt,quæ fit in dura matre,vel pia matre,& in eis eſt timor. Et in vulneribus quidẽ peruenientibus ad panniculum cerebri accidit laxitas in latere vulnerum, [f] & ſpaſmus in oppoſito eius.Et cum inciſio non peruenit ad ventres, ſed ad terminum velaminis ſubtilis, eſt magis incolumis. [g] Cum vero peruenit ad cerebrum,apparet febris,& vomitus choleræ. [h] Et nõ eſt ex eis, quæ ſanatur niſi raro.Et propinquior ad incolumitatem quidem ſeparatio continui dicta fungalis eſt illa,quæ cadit in anterioribus duobus cerebri vẽtribus: cũ enim cito ſuccurris ei, continuatſ. [i] Illæ vero,quæ in duobus ventribus poſterioribus fiunt, ſunt prauiores:& ea quæ fit in medio, prauior eſt ea,quæ fit in poſteriore,& remotior vt redeat ad diſpõnem naturalẽ, niſi ſit valde parua. Et ſit feſtinatio ad cõtinuitatẽ,vel aggregationẽ eius, & erit eius rectificatio velociter. In cura vero eius ſit feſtinatio ad prohibendum apoſtema cum eo,quod tolerat diſpoſitio. Diſtinctionẽ vero medi- C caminis vulneris plagatiui, quod eſt in cute, & carne, dicemus vbi vlcerum rememorabimur [k] in libro.iiij.& dicemus curã fracturæ,quæ eſt ex eis in [l] cap. fracturæ & reſtaurationis. [m] Et medici in fractura cranei,in qua extrahenda ſunt oſſa, habent duas intentiones: intentio.n. quorundam eſt vt declinent ad medicinas ſedatiuas, quæ dolorem vehementer quieſcere faciunt: & intentio eſt aliorum,quibus videtur,ꝙ adminiſtrandæ ſunt medicinæ vehementis deſiccationis,& adminiſtrã poſt inciſionem fracti,& eradicationem ſecti,& extractionem fracturę eius,medicinas attractiuas in vnguentis,& alijs,ſupra locum,ſupra ipſum exterius exiſtente epithemate ex aceto & melle. Et hoc modo per manus horum poſteriorum peruenit maior incolumitas,ꝗ per manus priorum:& illud quidem non eſt mirum: [n] Gal.enim dixit,ꝙ complexio oſſis & panniculi eſt ſicca.

D G.de cau.mor. c.n.f,& Pau. li. 6.c. 90.& Haly.9.the. c.84. E G.2.lo.affe.c.1.f F Hip.de cap.vulne.ſo.30.1. G Hip.6.apho.50. H Ga.de ſubfigu. empi.c.6.e I Gal.7.de Hip.& Pla.dec.c.3.c,& alt K Li.4.fen.4.t.1.c. 3.& t.3.c.1. L 1.1.3.fen.5.lib.4. M Gal.6.meth.c. 6.g.h. N Li.6.met.c.6.h

TRACTATVS IIII. *De ægritudinibus capitis, & plurimo nocumento ipſius in operationibus ſenſus & motus.*

*De* [o] *†{ſubet} & ſomno.* Cap. 1.

DIcitur [p] ſubet,ſomnus ſuperfluus & grauis: [q] non tamen omnis ſuperfluus, & grauis:ſed ille cuius grauitas eſt in tempore, & qualitate ſimul: ita vt ipſius ſpatium ſit prolixius, & eius forma, ſeu eius qualitas ſit fortior, quare difficilis ſit excitatio ipſius ab eo quãuis excitetur.Somnus enim quidam eſt naturalis in quãtitate & qua- D litate ſua.Et eius quidem alius eſt grauis, & alius eſt ſubet profundus. Somnus autẽ vniuerſaliter eſt reditus ſpiritus animalis ab inſtrumentis ſenſuum, & motuum ad principium, cũ quo priuantur ipſorũ inſtrumenta à ſpiritibus in actu,niſi quæ neceſſaria ſunt ad hoc, vt vita permaneat:& illa ſunt,ſicut inſtrumenta anhelitus. [r] Et ſomnus quidem naturalis abſolute eſt, cuius reditus eſt cum profundatione ſpiritus vitalis ad interiora, vt digeratur cibus, quem in ipſo ſequitur ſpiritus animalis, [s] ſicut fit in motibus corporum ſubtilium, permiſtorũ, propter neceſſitatem vacui:& qui eſt etiam propter quietem & propter aggregationem ſpiritus ad ſeipſum, donec nutriatur,& augmentetur,& addatur ſubſtantia ipſius, & recipiat reſtaurationem eius, quod ex ipſo in vigilijs reſoluitur. Et huic quidem propinquus eſt, qui accidit ei, qui ſanitati vicinus eſt ab ægritudine ſua. Accidit enim ei ſomnus profundus, & ſignificat ſedationem ęgritudinis eius: ipſe tamen in ſanis non ſignificat bonitatem. Et quandoque etiam accidit ſomnus huiuſmodi generis, ei qui euacuatus eſt medicina plurimum: & ſomnus ille confert ei reddens ipſum virtuti ſuę. Et quandoque accidit ſomnus non abſolute naturalis: & ille quidem eſt cum reditus fit ad principium propter ſuperfluitatem reſolutionis ſpiritus, & non tolerat eius ſubſtantia dilatationem propter defectum additionis ſuper illud, quod ſufficit ad radices cauſa reſolutionis

O † caros. P G.cõmẽ.2.in primũ porreth.Hipp. 33.e.f Q Ga.2.apho.3. R Li.1.fen.2.d.3. c.3.& Gal.3.de cau. pulſ.c.10.b.c S De viri.cord.c. 6.1.2.

tionis factæ ex motu: profundatur ergo ſicut fit [a] in diſpoſitione laboris & exercitij fortis. Et illud fit propter euacuationem ſuperfluam accidentem ſpiritui animali. Natura enim ſolicita eſt & prompta ad retinendum, quod eſt in ſubſtantia eius, quouſq; conſequatur ipſa ex cibo reſtaurationem. Differentia vero inter iſtum, & illum, qui eſt ante ipſum, eſt ſicut differentia inter petitionem cibi à corpore ſano, vt ſit loco reſolutionis naturalis ex eo, & petitionem cibi à corpore debilitato à ſolutione, & fluxu ſanguinis. Primus enim duorum ſomnorum petit reſtaurationem reſolutionum vigiliarum, & eſt res naturalis, & ſecundus petit reſtaurationem reſolutionis laboris, & non eſt naturalis. Et qñq; accidit ſomnus nõ naturalis abſolute, & eſt vt ſit reditus ſpiritus animalis ab inſtrumentis propter [b] cauſam infrigidantem, ſubſtantiæ ſpiritus cõtrariam, aut extrinſecus, aut ex medicinis infrigidantibus, & inſtrumenta adipiſcuntur frigus contrarians penetrationi ſpiritus vitalis in eis ſm modum ſuum, & ſtupefaciens partem ſpirituum: qui in eis adueniunt, & corrumpens complexionem, qua recipit virtutem animalem à principio: quare reſiduum redit profundans ſe ex contrario, & fit pigrum ad dilatationem propter frigus complexionis, & hoc eſt ſtupor. Et qñq; etiam accidit propter cauſam humectantem inſtrumenta, & perturbantem ſenſus & ſubſtantiam ſpiritus, & oppilantem viam eius, & laxantem ſubſtantiam neruorum, & lacertorũ, laxatione vel mollificatione quam ſequitur oppilatio, & clauſio, quæ prohibet ſpiritũ penetrare, qm̃ ſpiritus ipſius ſubſtantia iam eſt ingroſſata & perturbata: & qm̃ inſtrumenta eius iam ſunt corrupta propter humiditatem, & laxitatem eorũ ſimul, & iſte eſt ſomnus ebrietatis. Et propinquus huic eſt ille, qui fit propter [c] †{altõclime,} & prolixitatem moræ cibi in ſtomacho: horum autem ſubet remouetur vomitu. Et hæ duæ cauſæ cum firmãtur, ſunt cauſa qua plurimum accidit ſubet. [d] Qñq; etiam adunatur frigus, & humiditas ſimul in cauſis ſomni: verũtamen cauſa principalis ex eis, tunc eſt frigiditas, & iuuat ipſum humiditas: ſicut aggregantur in vigilijs caliditas, & ſiccitas: & eſt cauſa vera ipſa caliditas, quam iuuat ſiccitas. Subet præterea ſunt cauſæ aliæ, ex quibus eſt [e] vehementia paroxyſmorum febris, & euentus naturæ cũ totalitate ſua ſuper ægritudinem, & ipſius oppreſſio ſub materia: & ſequitur ipſam ſpiritus animalis, ſicut dictum eſt: & proprie ſi materia febris eſt frigida phlegmatica: & ipſa quidem non caleſit, niſi cum putredine. Et qñq; fit propter malitiam humorum, & vaporum aſcendentium ad anterius cerebrum à [f] ſtomacho, [g] aut pulmone in ægritudinibus ſuis, & reliquis membris. Et qñq; fit ex multitudine vermiũ & aſcaridum. Et qñq; fit ex cõpreſſione cerebri ipſius [h] ſub oſſe cranei: aut lamina eius, aut cortice ipſius, [i] cũ cerebro aduenit percuſſio, & ventres magis vehementes ad faciendum ſubet apud inciſionem, ſunt ventres, qui ſunt magis vehementes ad faciendum ſubet apud compreſſionem. Et [k] qñq; fit propter vehementem dolorem percuſſionis euenientis lacertis temporis. Aut ſm cõitatem læſionis [l] in ore ſtomachi, aut in matrice, quare contrahitur ex eo cerebrum, & oppilat vias ſpiritus ſenſibilis taliter, ꝙ cum ea fit difficilis motus ſpiritus ad procedendum. [m] Et qñq; fit propter vehementẽ debilitatem ſpiritus, & reſolutionem ipſius, quare fit difficilis eius dilatatio. Et qm̃ primi ſenſuum, qui priuãtur in ſomno, & [n] †{ſubet,} ſunt viſus, & auditus, oportet tunc vt ſit nocumentum in ſubet [o] in anteriore cerebro, & propter cõitatem fit corruptio imaginationis. Nam ſi pars anterior cerebri eſſet incolumis, vel ſana, & non accideret corruptio, niſi poſteriori parti, non oporteret vt viſui & auditui proueniret priuatio: neq; eſſet ſomnus: immo eſſet deſtructio motus, & tactus ſolummodo, & eſſent ſenſus reliqui cum diſpoſitionibus ſuis, ſicut contingit in ægritudinibus congelationis, & [p] †{ſochos,} & non eſſet nocumentum, quod ſubet affert ſenſui vltra nocumentnm, quod infert motui. [q] Nam ipſe deſtruit ſenſum omnino, & non penitus deſtruit motum: remanet.n. incolumis in anhelitu. Et oportet quidem ne oppilatio proueniens in ſubet ſit completa, neq; cũ multa ſpiſſitudine: & ſi non, fiet nocumentum in anhelitu. Omnis autem ſubet ex complexione pendens eſt propter frigus primo & propter humiditatem ſecundo. [r] Amplius qñq; fit permutatio ad ſubet, ſicut ex peripneumonia, & pleureſi, & ſimilibus. Et quidam hominum ſunt, qui dum ſedent vel non dormiunt, humores ipſorum ſunt fracti vel ſparſi non nocentes, quare aduenit eis dormitatio: ſeu ſomnolentia. cumq; ipſi ſe proſternunt ad dormiendum profundatur vel retrocedit calor innatus, & feruent, & excitantur vapores ad cerebrum: quare non aduenit ei ſomnus: & præcipue in eo, qui eſt ſiccæ complexionis. [s] Et qñ multiplicatur aduentus ſomni, indicat ægritudines. Et dicitur, ꝙ aqua granatorũ, per hoc ꝙ ipſa tardatur in ſtomacho, & retinet vapores liberat à vigilijs. Et nos quidem iam [t] diximus qualiter oportet eſſe formam iacentium ſuper cibum: nunc autem dicemus, quod vſus reſupinationis multoties lædit dorſum, & laxat ipſum: cuius quidem cura eſt vſus ſurgendi plurimus. Ex ſomno præterea in ſole timetur capiti. Et qui fit in luna facit poſſidere ſereatum ſanguinis, qui fit cum raſcatione: propterea, quod luna mouet humores. Et cauſa quidẽ ſonitus gutturis, eſt coopertura oris cannę, quare ſpiritus non egreditur, niſi in voce humiditatis.

*De ſignis ſpecierum ſubet.* *Cap. 2.*

SI autem ſubet fit ex frigore puro extrinſecus, eius ſigna ſunt, vt fiat propter ſucceſſionem frigoris vehementis aduenientis capiti exterius: aut propter frigus intra corpus, & cerebrum: & non inuenitur in facie inflatio, neq; in palpebris, & color tendit ad viriditatem. Et pulſus eſt extenſus tendens ad duritiem cum raritate vehementi. Et ſi ſubet fit ex frigore potus alicuius medicinarum narcoticarum, quę ſunt opium, & iuſquiamus, & radix mandragoræ, & ſemen mandragoræ, [illegible] metel, & fungus, & lac in ſtomacho caſeatum, & coriandrum humidum, & ſemẽ pſyllij multum

A G.1.de cauſ. ſympto.c.3.b
B G.li.2.lo.affect. fo.14.a, & lib.3. 5.f.g
C † nauſeatiõis ebrietatem.
D G.3.lo.affec.
E G.cõment. tium de morb. 34.f.g, & 6.lib. lo.aff.c.3.fo.4.c.
F G.1.de cauſ. ſympto.c.7.f.& 5.lib. ſe.c.6.e.
G G.1.de ſympt. cau.c.8.b, & 4.de cau.pulſ.c.3
H G.4.lo.affec. fo.23.a
I G.2.lo.affec.3.g
K Ga.11. de vſu part. c.3.b
L G.5.lo.affe.c.4. e.g, & 1.de cau. ſympto.c.7.f
M G.cõment. in tiũ de mor. vulg.7. h, et Hipp. de aere et aqua.c.11.h
N † caros.
O G.4.lo.affec. fo.22.h
P † catalepſis.
Q Ga.4.lo.affec. fo.22.h
R G.3.de cauſ. pul. c.8.h
S G.de ar.me. 82.e
T Li.1.fen.3.doc.2. c.9.





multum ſignificatur ſignis quæ dicemus de vnaquaq; earum in [a] capitulo de venenis: & vt ſubet fiat cum alijs accidentibus præfocationis, & viriditatis extremitatum, & frigiditate earum, & apoſtemate linguæ, & permutatione odoris, & fit pulſus cum caſu formicans, debilis, nõ cum raritate, immo frequens, habens frequentiam vermiculoſi & formicularis. Et ſi fuerit rarus, non erit ei ordo, neq; firmitudo: Immo redit ex raritate ad ſpiſſitudinem, & ex ſpiſſitudine ad raritatem. Scias ergo ſi aliquod horum in potu datum eſt: aut ipſe per ſe bibit, & medicetur totum illud cum eo, quod dicemus in [b] capitulo de venenis. Sunt autem quidam qui dicunt, ꝙ ſubet frigoris puri, eſt leuior ſubet materiei humidæ: ſed ſermo ille non eſt vehementer ſanus, immo qñq; eſt fortis valde. Et omnes quidem ſpecies ſubet factæ ex frigore cerebri in ſubſtantia ſua, aut propter medicinam ebibitam, ſequitur corruptio in cogitatione, & memoria. Quod ſi ſubet ſit ex humiditate pura, ſunt eius [c] ſigna, vt non videantur ſigna ſanguinis, neq; grauitas phlegmatis. Si autem fiat [d] ex phlegmate, ſcitur illud ex præcedenti repletione, & nimia ſtomachi ſatietate. & multitudine potus, & lenitate pulſus, & ipſius fluctuatione cum latitudine, & ſcitur ex profundatione ſubet, & grauitate ipſius, & albedine coloris in facie, & oculis, & in lingua, & grauitate capitis, & inflatione in palpebris, & frigiditate tactus, & regimine præcedente, & ætate, & regione, & reliquis. Ex ſanguine vero factus ſcitur ex inflatione venarum, quæ dicuntur guidez, & rubedine oculorum & maxillarum, & rubedine linguæ, & ſenſu caliditatis in capite, & ſimilibus illis quæ [e] ſciuiſti. Et ſi cum hoc ſanguis & phlegma coniungantur aggregatione apatum, videbis ſigna karabiti, aut lethargiæ, aut ſubet alſahari. Quod ſi cauſa in ipſo fuerint vapores eleuati ex corpore in febribus, et proprie apud dolorem pulmonis, & apa in ipſo nominatum peripneumonia, aut vapores ſtomachi ſcies totum ſuis ſignis. Nam ſi eſt ex ſtomacho, præcedunt ipſum vertigo, & ſcotomia, & tinnitus, & phantaſię: & eſt leuis apud famem, & augmentatur apud repletionem. Si vero eſt ex parte pulmonis, & pectoris, præcedunt ipſum dolor grauis, & dolor in partibus pectoris, et ſtrictura ſpiritus, & tuſſis, & accidentia pleureſis, & peripneumoniæ. Et ſimiliter ſi fuerit ex hepate, pręcedunt ipſum ſignificationes ægritudinis in hepate. Et ſi eſt ex matrice, pręcedunt ipſum ægritudines matricis, & eius repletio. Qui autem fit ex percuſſione facta ſuper [f] †{alheame,} aut ſuper tempus, ſcitur ſuis ſignificationibus. [g] Et differentia quidem inter ſubet, & apoplexiam, eſt ꝙ habenti ſubet poſſibile eſt intelligere, & excitari, & ſunt motus eius leuiores ſenſibus ſuis. Apopleticus autem priuatur ſenſu, & motu. Et omnino differentia inter habentem ſubet, & illum qui eſt almagaſy. i. ſyncopizatus propter debilitatem cordis, eſt ꝙ pulſus habentis ſubet eſt fortior, & ſimilior pulſibus ſanorum: & pulſus habentis ſyncopim eſt debilior & durior. Et ſyncopis prouenit paulatim cum mutatione coloris redeuntis ad citrinitatem, & ad ſimilitudinem coloris mortuorum, & infrigidantur extrema: in ſubet autem non alteratur color faciei, niſi ad illud quod eſt bonum: & non exiccatur ſuperficies, ſeu habitudo faciei: & naſi: neq; mutatur à forma dormientium niſi paruo tumore, & inflatione. Et differentia quidem inter habentem ſubet, & illam cuius matrix eſt præfocata: eſt ꝙ poſſibile eſt ꝙ habens ſubet intelligat & loquatur, ſi cogatur. Illa vero cuius matrix eſt præfocata, intelligit cum difficultate, & non loquitur penitus: & eſt motus, & proprie motus colli, & capitis, & pedum facilior in eo qui habet ſubet: & ſenſus, & apertio palpebrarum facilior in habentibus matricem præfocatam: & eſt præfocatio matricis eueniens ſubito: & finitur eius poteſtas aut ad ſalutem, aut ad mortem: ſubet vero quandoq; extenditur, ſeu prolongatur: et fit introitus in ipſo in profundatione gradatim. Et incipit à ſomno graui, niſi cã eius ſit frigus ſubito eueniens, aut medicina ebibita. Scias ergo illud.

*De cura [h] †{ſubet,} & ſomni grauis facti in febribus.* *Cap. 3.*

SVbet autem qui accidit ab ægritudine exiſtente in aliquibus membris, ſemita curæ eſt peruenire ad membrum illud cum regimine, vt purgetur, et remoueatur quod in ipſo eſt: et confortatio cerebri, ita vt materiam non recipiat. Et illud quidem, verbi gratia fit cum oleo roſ. et aceto plurimo, ne oleum dormire faciat, et præcipue cum ipſum eſt ſolum, et cum expreſſionibus fructuum confortantium: et poſt illud adhibeantur embrocę infrigidatiuæ. Deinde fiat permutatio ad reſolutiua, ſi fuerit in cerebro retentum aliquid: et tu quidem iam ſciuiſti omnia illa in [i] canone. In eo autem qui fit in febribus, et in principio periodorum, oportet vt incipiatur à [k] ligatione extremitatum, et à motu ſternutationum aſſidue, et odoramento aceti, et vaporis eius, et vnctione capitis cum oleo roſ. et aceto plurimo, aut aqua acreſtæ, aut aqua granati, et ſtypticorum. Ille autem qui fit propter potum narcoticorum curetur ſm illud narcoticum, et detur ægro ad potandum theriaca ipſius quod dicturi ſumus in [l] libro. iiij. Subet autem facti ex frigore extrinſecus adueniente, cura eſt potus theriacæ, et mithridati, et diamuſchi: et embrocetur caput cum aquis in quibus cocta ſunt ruta, et caſtoreum, et pyrethrum, et vngatur caput cum oleo de ben, et oleo nardino cũ caſtoreo, et oleo de muſcho, et oleo coſtino cum caſtoreo. Et ſimiliter adhibeantur emplaſtra facta ex caſtoreo, et ſquilla, et muſcho: et ſint caſtorei partes. ij. et ſquillæ pars. i. et muſchi quantitas parua, et odoret muſchum aſſidue: et vtatur eis quæ dicta ſunt in calefactione complexionis cerebri. Sed fiat cum labore abſq; facilitate. In illo autem qui factus eſt propter dominium ſanguinis, oportet vt incipiatur à phlebotomia cephalicę, et ventoſatione crurium, aut phlebotomia ſaphenæ, et vtatur clyſteri temperato, et ſubtiliatione cibi, et vtatur aqua cicerum. Illum autem qui factus eſt propter dominium humiditatis puræ, quæ non eſt cum materia, oportet vt cures cum emplaſtris factis

A Li.4.Fen.6.
B Lib.4.Fen.6.
C Fen.1.c.21.
D T.1.c.25.
E T.1.c.24.
F † partem anteriorem capitis.
G G.aliter.4.loc. affec.2.fol.22.h
H † cares
I T.1.c.19.
K Li.4.Fen.1.t.2. ca.
L Fen.6.

ſactis ex caſtoreo, & flore ſquināthi, & coſto, & nuce cupreſſi, & ſauina, & euphorbio, & pyretro, E & alleuietur cibus, & alienentur olea, & embrocæ niſi cum cautela. Humectatio enim quæ eſt in oleis qñq; vincit virtutem medicinarū, niſi ſit valde fortis. Et oportet vt adminiſtratio fiat vnctionis capitis, & rubificationis eius, & odorationes muſchi. Et ſi fuerit humiditas cum materia phlegmatis, oportet vt euacues cum clyſteri forti prius, & ingenietur vt euomat: & plurimum eius quod ex phlegmate eſt in ſtomacho, oportet vt euomat cū eo quod phlegma incidit ex eis quæ dicemus [a] in loco ſuo, & adminiſtra embrocas digeſtiuas fortes, & caputpurgia, et ſternutatoria, & gargariſmata, & ea quæ ſciuiſti in canone: ſicut tibi preterijt. Et ex cura eſt, vt ęger audiat, & videat res quę [b] † {in egā ipſum qm̄ algā} in huiuſmodi ęgritudinibus in quibus debilitatur cogitatio, & obtūdit, eſt ex eis, quæ cōmouent animā, & reducunt eam ad rectitudinem. Et ex medicinis quidem vigilare facientibus eſt linire nares cum calcantho, & abſterſio faciei cum aceto: & conſtrictio extremitatum inferiorum: & adminiſtratio ſternutatoriorum.

A Fē.13.t.1.c.8. lib.1.F.4 c.11.
B † contriſtari timore abſq; ipſe.

*De vigilijs & [c] † {ſahara.}* Cap. 4.

Vigilia quidem eſt diſpoſitio animalis cum effunditur ſpiritus animalis ad inſtrumenta ſenſus, & motus, vt eis vtatur. Sahara vero eſt ſuperfluitas in vigilia, & egreſſus à re naturali. Et eius quidem cauſa complexionalis [d] eſt caliditas & ſiccitas propter igneitatem ſpiritus, quare ipſe mouetur ſemper ad exteriora: & caliditas vehementius eſt faciens ſahara: & magis principale efficiēs. Et F ſahara quidem qñq; fit ex nitroſitate humiditatis profundatę in cerebro: aut propter dolorem, [e] & cogitationes cōmunes. Et eſt ſahara cuius cauſa eſt lumen, & loci illuminatio, cum peruenit in huiuſmodi aliquis præparatus ſaharæ. Et eſt ſahara, quæ eſt propter malitiam digeſtionis, & multitudinem repletionis. Et eſt ſahara quæ fit cauſa eius, quod inflat, & perturbat humores & ſomnia, & facit timere in ſomno, ſicut fabę, & ſimilia. Et eſt ſahara quę fit in febribus propter eleuationem vaporum ſiccorum mordicatiuorum ad cerebrum, & propter dolorem, & illa quidem [f] † {ſahara} quæ accidit decrepitis eſt propter bauracitatem humorum eorum, et ſalſedinem ipſorum, & [g] ſiccitatem ſubſtantiæ cerebri eorum. Et eſt ſahara, quę fit cauſa apatis melancholici, aut canceroſi in partibus cerebri. Et dicitur q̄ ille in quo ſahara fit fortis: deinde accidit ei tuſſis, moritur. Et nos quidē iam diximus in capitulo ſomni, quod oportuit nos dicere.

C † vigilijs ſuperfluis.
D Ga.cōmē.in hip. de mor. vulg. 16.a, & 3.lo.affe.
E G.3.apho.31.
F † vigilia ſuperflua
G Ga.3.apho.31. & 3.loc.affe.c.3.

*De ſignis.* Cap. 5.

Signa igitur eius quæ fit à ſiccitate pura ſine materia, & non ſociata caliditati, ſunt leuitas capitis, & ſenſuum, & ſiccitas oculorum, & linguæ, et narium: & q̄ non ſentitur in capite calor, neq; frigus. Eius vero quę fit ex caliditate & ſiccitate ſigna ſunt, inuentio ſignorum ſiccitatis cum inflammatione, & aduſtione. Et qñq; eſt cum ſiti, & aduſtione in origine oculorum. Et eius quidem quæ fit ex nitroſitate humorum, ſigna ſunt, humectationis inuentio in naribus, & lippitudo oculorum, G & ſenſibilitas grauitatis paruæ, & velocitas excitationis apud ſomnum cū oſcitatione, & illud quidem ſignificatur ex regimine præterito, & ætate. Et eius quidem quæ fit ex illuminatione loci, aut ex cibo, ſigna ſunt cauſæ eius. Eius vero quæ eſt ex apoſtemate melancholico ſigna ſunt, ſigna [h] prædicta multoties. Sed eis quæ eſt ex dolore, aut cogitationibus communibus, & febribus acutis, ſigna ſunt eius cauſæ.

H T.1.c.11.& 14 c.6.

*De cura.* Cap. 6.

Oportet quidem vt habens illam cuius cauſa eſt ſiccitas vtatur cibo humido, & balneis temperatis proprie, q̄ ſi ipſum balneum non facit dormire, tunc non eſt temperati corporis, & non bonæ complexionis, & huiuſmodi corpora ſunt in poteſtate ſiccitatis: aut poteſtate humorum malorum, quos balneum commouet. Et oportet vt euitent cogitationem, & coitum, & laborem, & vtantur quiete, & tranquillitate, et aſſiduitate inunctionis capitis cum oleis humectatiuis prædictis, & emulſione lactis ſuper caput, & embrocis humectantibus prædictis: & attractione in naribus oleorum, & caputpurgijs ipſorum, et diſtillatione eorum in aure, et proprie olei nenufarini, et precipue faciendo caputpurgium: & fricatione inferiorum pedum. Eius vero quæ cum hoc eſt ex caliditate, regimen eſt cum additione facta in frigiditate harum medicinarum, & adminiſtratio, verbi gratia raſuræ cucurbitæ, & portulacæ, & mucilaginis pſyllij, & virgæ paſtoris, & ſemperuiuæ, & H ſimilium. Et ex almeneumat.i.inducentibus ſomnū eſt cantilena delectabilis, ſubtilis, in qua nō eſt [i] † {azhagi,} & fit eius caſus grauis: aut ſi ſit cum [k] † {hezagi,} ſit æqualis: & propter illud ſonitus arborum, & aquæ, faciunt dormire. Eius vero quæ facta eſt ex dolore, regimen eſt ſedatio doloris: & ipſius cura eſt cum eo quod proprium eſt vnicuiq; dolori in capitulo ſuo. Facta vero in febribus, multoties habenti datur in potu & diacodion purum, & facit dormire. Et oportet vt habens eam vtatur ablutione faciei, & embrocis, & vnctione temporis, & frontis cum oleo de papauere, & lactuca: & vt ponatur in ſorbitionibus ipſius ſemen papaueris albi. Et qñq; fit vaporatio cum narcoticis quorū deſcriptiones ſunt in antidotario: & troc. de croco prædicti in.c. de ſoda calida, cū diſſoluūtur in expreſſione papaueris, aut aqua roſ. in qua coctum eſt papauer, aut aqua lactucæ, et linitur eo frons, conferunt. Et ex eis quidem quæ ad illud experta ſunt, eſt vt ſumantur caſia lignea & oppium & crocus, & diſſoluantur in oleo roſ. & abſtergantur ex eis nares. Et ſimiliter epithema factum ex corticibus papaueris, & radicibus mandragoræ ſuper vtraq; tempora, & etiam odoramenta ex eis. Et qui ſumit ex iſtis quantitatem vnius grani orobi, dormit ſomnum temperatum. Quod ſi humor ad ipſum aſcendens fuerit groſſus, fiat emplaſtrum fronti eius ex meliloto cum chamæmilla,

I † vox fortis.
K † cantilena.



A chamæmilla, & [a] † {mibachtegi.} Et [b] ex eis quidem quæ dormire faciunt febrientes & alios, eſt vt extremitates habentium ſaharam ligentur cum ligamine faciente dolorem, & coram ipſis ponatur lampas, & præcipiatur præſentibus, vt multiplicent confabulationes, & ſermones: deinde ſoluantur repente, & remoueatur lampas, & præcipiatur ibi exiſtentibus, vt taceant repente: & tunc dormient. In ea autem quæ facta eſt ex humiditate nitroſa ſalſa propter nitroſitatem & ſalſedinē, oportet vt acceptio omnis acuti & ſalſi alienetur, & cibetur eam habens piſcibus petroſis, & carnibus ſubtilibus ſurbeget cum pauco ſale, & euacuetur cum pilulis [c] † {alſabiar,} & aſſidue fiat inunctio capitis cum oleis ſuauibus tepidis. Cumq; hæc ſpecies ſahare accidit in ętate ſenij, eius cura eſt praua. Veruntamen oportet vt eam habens vtatur embroca ex aqua, in qua cocta ſunt hordeum, & chamæmilla, & [d] † {alhacuen,} & non aliud omni nocte: facit enim bene dormire. Et ſimiliter odorent naribus facta ex oleo alhacuen, aut oleo irino, aut oleo de croco. Et quandoq; oportet vt in potu tribuamus habenti ſaharam ſuperfluam, virtutis cuius timetur reſolutio, cerataria, & ſimilia ex opio, vt faciat ipſum dormire. Ei vero qui non habet ſaharam cum huiuſmodi ſuperfluitate, ſufficit vt laboret & exercitetur & balneetur, deinde ante cibum bibat aliquid quod inducit [e] † {ſedar,} & comedat cibum quoniam dormiet, in hora.

A † ſapa cū aliis.
B Fen.13.t.2 c.9. & li.4.F.1.t.2.c.20.
C † amicis ſomno
D † Parthenium.
E † ſomnum.

*De læſione aldhen.i.mentis vel rationis.* Cap. 7.

B Species nocumenti contingentis in operationibus cerebri ſunt propter duas cauſas, & cognoſcuntur tribus modis. [f] Cum enim ſenſus hominis eſt incolumis, & imaginatio formarum rerum in ſomno & vigilijs eſt ſana, deinde formæ, ſeu ſpecies, & diſpoſitiones quas videt in vigilijs ſuis, aut in ſomno ſuo, & quæ ſunt ex eis, de quibus poſſibile eſt ipſum ſermonem facere vel narrare iam ſunt remotæ ab eo, & cum audit eas, & videt, non remanent apud eum, tunc læſio illa eſt in memoria, & [g] in poſteriore cerebro. Quod ſi in hoc non eſt impedimentū, ſed loquitur ea quę non ſunt dicenda, & timet ab eis, à quibus timere non oportet, & putat eſſe bonum quod non debet putari bonum, & ſperat quod non eſt ſperandum, & inquirit quod inquirendū non eſt, & facit quod faciendum non eſt, & non eſt potens narrare quod narrandum eſt de rebus: tunc læſio eſt in cogitatiua, & [g] in parte media cerebri. Si vero ipſius memoria, & ipſius loquela ſunt ſicut eſſe debent, et non contingit in his quæ agit, & loquitur aliquid contrarium rectitudini, & imaginatur res ſenſibiles, & colligit villos, & videt ſingularia mendoſa, & ignes, & aquas, aut reliqua mendoſa: aut debiliter imaginatur formas rerum in ſomno, & vigilijs, tunc læſio eſt in imaginatione, & in ventre [g] anteriore cerebri. Et ſi aggregantur duo ex illis, aut tria, tunc læſio eſt in duobus ventribus, aut tribus. Et ſi cogitatio infirmetur, & accidat in eo abbreuiatio propter cōmunitatē lęſionis in memoria præcedentis primum, facilius eſt q̄ ſi infirmetur cogitatio, & ſequatur eam ægritudo memoriæ. C [h] Et quodcunq; horum eſt declinans ad diminutionem, tunc ægritudo eſt ex frigore: & quodcūq; eſt decliue ad permutationem, & agitationem, eſt ex caliditate. [i] Et quidam exiſtimauerunt, q̄ declinatio ad diminutionem eſt propter diminutionem ſubſtantiæ cerebri: & hoc quidem non eſt longinquum apud me. Cauſa vero omnium illorum aut eſt incipiens in [k] ipſo cerebro, aut eſt ex membro alio: & qñq; eſt ab extrinſecis, ſicut percuſſione, aut caſu. In curis autem oportet te eſſe ſolicitum ſecundum principia quæ dixi in [l] canone. Et collige ex talibus ęgritudinum membrorum capitis in libro ſecundo medicinas ad oīa illa iuuatiuas, quibus in eis vteris: & conſiderabis quæ eis, et qui ex cibis lædunt eos, quare alienabis eos in eis.

F G.3.de diff. ſym. c.3.h.& Raſ.1.con. t.10.c.19.1.
G G.de ocul.part. 2.c.2.h
H T.1.c.5.& li.1.F. 1.d.6.ſū.1.c.3.& F. 2.d.3.c.3.& G.2.lo. affe.c.8.fo.14.b,& 3.c.5.e.f.& 2.de cā. ſymp.c.7.b.c
I Gal.cōm.3.in 6. de morb.vulg.& 5. apho.16.& Ra.1.cō ti.t.10 c.1.93.
K G.17.de v.p.c.2. f,& cōt.1.in.2.porret. Hip.34.d
L T.1.c.29.

*De permiſtione [m] † {alhachel} & alienatione.* Cap. 8.

Permiſtio vero rationis, & alienatio eſt, vel connumeratur inter illa. Facta autē [n] propter cerebrum ipſum, eſt aut ex cholera nigra: aut ex ſanguine calido inflammato: aut ex cholera citrina: aut ex cholera rubea: aut ex calore puro: aut ex vapore calido, & illud eſt ex eis quorum nocumentum alleuiatur in huiuſmodi. Aut ex ſiccitate propter præceſſionem vigiliarum, aut cogitationis, aut reliquorum quæ deſiccant, quare cerebrū materia ſpiritus naturalis priuatur ex cuius ſimili poſſibile eſt rationi viam ſuam ſeruare. [o] Et facta propter membrum aliud, aut totum corpus, eſt ſicut quę fit propter ſtomachum, aut os eius, aut [p] † { mirac,} aut propter matricem, propter totum D vero corpus eſt ſicut in [o] febribus. Et totum illud eſt propter qualitatem puram venientem ad ipſum ſicut [q] eleuatur à digitis pedum, & manuum, quando apoſtemantur: & à membris corruptæ complexionis apoſtemoſis, aut propter vaporem calidum choleræ, & phlegmatis iam putridi, & acuti. [r] Et permiſtio rationis magis incolumis eſt quæ eſt cum riſu, & quæ eſt ſecundum quietem: & deterior eſt, quæ eſt cum agitatione, & rixa, & audacia.

M † mentis
N G.2.de cā.ſym. c.7.c,& 5.lo.affe.c. 4.g.
O Gal.17.de v.p. c.2.l
P † epigaſtrium.
Q G.3.lo.affe.c.7. fo.19.e
R T.3.c.1.& Hip. 4.apho.53.

*De ſignis.* Cap. 9.

Scias q̄ in illo in quo eſt dolor vehemens, de quo patiens non conqueritur, & [s] ipſum nō ſentit, eſt permiſtio rationis. & vrina vnctuoſa quandoq; ſignificat in febribus permiſtionem rationis. Quæ vero fit ex humore melancholico, eſt cum triſtitia, & opinione mala & cum ſignis quę dicemus in [t] capitulo ſuo. Et ſi fuerit humor melancholicus cholericus eſt cum moribus alſebaie. Si vero fuerit ex humore melancholico ſanguineo eſt illic [u] lætitia, & riſus cum exuberatione venarum. Facta autem à cholera citrina, eſt cum inflāmatione & caliditate, & rixa, & malitia morum & agitatione vehementi, & imaginatione ignis, & ſcintillarum, & aduſtione angulorum oculorum interiorum, & citrinitate coloris, & inflammatione capitis, & extenſione cutis frontis, & profundatione oculorum, & ſaltu ad pugnam. Et in illa quidem quæ fit ex rubea, ſunt accidentia iſta vehementiora,

S Hip.2.apho.6.
T 18.
V T.3.c.1.

mentiora, & magis peruerſa. Et huiuſmodi quidem generis eſt permiſtio rationis quæ fit in febribus: & plurimum fit in peſtilentialibus. Cum ea autem quæ facta eſt ex caliditate, & ſiccitate puris, non ſunt grauitas, neq; ſigna materierum prædictarum in canone, & in [a] capitulis præcedentibus. Factam autē ex phlegmate iam putrefacto, & acuto habentibus accidit vt eis adſit cum permiſtione [b] †{razane,} & vt eleuent ſupercilia ſua manibus ſuis omni hora, & vt ipſorum capita grauentur, & patiantur ſubet propter ſubſtantiam frigoris, ſicut permiſcentur eorum rationes propter accidentia caliditatis. Et iſti quidem non ſeparantur ab eo quod tenēt, plurimum quidem accidit eis, vt exiſtiment ſeipſos beſtias, & aues. Et vniuerſaliter quidem permiſtio rationis cum accidit à caliditate ſicca tunc ipſam ſignificant vigiliæ: aut à caliditate humida ſanguinis: aut à phlegmate putrefacto, tunc ſignificat ipſam ſubet. Illa vero cuius cauſa eſt vapor aſcendens ex membro, cognoſcitur ex diſpoſitione illius membri doloroſi, ſi fuerit membrum, aut totius corporis, ſi fuerit comprehendens, ſicut in febribus comprehendentibus ſeu toti cōmunibus, & cognoſcitur an eſt pura: aut eſt cum materia aut vapore. Et ſigna quidem omnium illorum prædicta ſunt in capitulo de ſoda. E

A T.1.c.14.& t.2.c.7.
B † ſtabilitatis poris.

*De cura.* Cap. 10.

CVram autem, quæ melancholiæ adhibetur dicemus in [c] capitulo melancholiæ. In cura autē permiſtionis factæ ex ſanguine oportet incipere à phlebotomia, & ab omnibus quæ temperant ſanguinem, & ipſum infrigidant, & eius eſſentiam rectificāt. Eius vero quæ facta eſt ex citrina, aut rubea, cura eſt vt incipiatur & euacuetur, & permutetur complexio, aut corporis totius, aut capitis proprie, & adminiſtrentur infrigidationes, & humectationes prædictæ in [d] canone, & adminiſtrentur emplaſtra poſt raſionem capillorum: & ſi vehementior fiat, & fortificetur, regatur regimine maniæ. & ex eis quidem quæ conueniunt permiſtioni rationis calidæ eſt ceratum infrigidatiuum ex oleo roſ. & aceto ſincipiti ſuperpoſitum aut oleum viol. & lac ſi non fuerit febris: aut oleū roſ. & papauer, cum cautela clauſionis vaporum. Cumq; vigiliæ adſunt tūc omnia epithemata nō ſunt iuuantia: & quandoq; faciunt eum poſſidere coarctationem vaporum, & nō facias caputpurgium: quia inde fiet augmentum in attractione, immo conſequenter adhibe clyſtere lenitiuum. In ea autem quæ fit propter membri communitatem, vtere capitis confortatione, & eius infrigidatione, & attractione ad contrariū: et hoc totum quidē iam ſcitur ex canonibus prēteritis vniuerſalibus & particularibus. Cumq; cū rationis permiſtione, non ſunt debilitas, & ſigna apatum, oportet [e] vt patiens alapis cædatur vehementer, et quandoq; neceſſaria eſt percuſſio, vt ad ipſum ipſius redeat ratio, & q̄nq; oportet vt caput eius ſecundum crucem cauterizetur, ſi nihil aliud confert. [f] Et ex rebus ipſi conferentibus eſt vt fundatur ſuper capita ipſorum decoctio pedum, & capitum & multoties ſanat eos [g] †{alſeſara} cum ex ea bibunt, & comedunt ipſum diebus aliquibus, ſicut eſt, aut in aliquo alio fructuum ex dulcibus inter ea, quæ cooperiunt, & faciunt non apparere. F G

C 19.
D T.1.c.19.
E Raſ.1.contin. c.1.22.1.
F Raſ.1.1.
G † vitis albi.

De {*alrahune, & albamchar vel alchamchar*}.i. Delirio, Fatuitate, Amentia. Cap. 11.

DIfferentia [h] inter permiſtionem rationis, & inter ſtoliditatem & amentiam, quamuis ſint duo impedimenta rationis, & ſit cauſa faciens contingere vtraſq; ſimul cadens in ventre medio cerebri, eſt ꝙ permiſtio rationis eſt læſio in operationibus cogitationis ſecundū mutationem: [i] †{Stoliditas} vero & [h] amentia ſunt lēſio ſecundum diminutionem, aut deſtructionem, et diſpoſitio ſimilis [k] †{alcharſie, & alſebubie.} Et tu quidem iam ſciuiſti ꝙ ſpecies nocumentorum ſunt tres. Huiuſmodi autem ægritudinis [l] cauſæ, aut ſunt frigiditas pura, aut cum ſiccitate, comprehēdens ſuper ventrem medium cerebri in longitudine dierū & ſpatij: aut frigiditas cum materia phlegmatica in vacuitatibus vaſorum cerebri. Et cauſa huius eſt ex frigiditate, & non ex caliditate, q̄m hoc nocumentum eſt deſtructio & diminutio. Quoniam caliditas eſt faciens cogitationem quæ eſt vnus ex motibus ſpiritus quo mouetur ab anteriore parte cerebri vſq; ad eius poſtremam & econtrario. [l] Et caliditas quidem excitat motum, & iuuat ipſum. Et congelatio prohibet ipſum. Quapropter poſita eſt complexio huiuſmodi partis cerebri decliuis ad caliditatem: & poſita eſt in medio vt ſit ei reditus ab imaginatione ad memoriā. Et tu quidem iam ſciuiſti imaginationem, & memoriam in [m] loco ſuo. Hæc autem ægritudo curatur calefactione cerebri, & humectatione ipſius, ſi fuerit cum ſiccitate. Aut reſolutione eius, quod eſt in ipſo: & eūonibus cum medicinis magnis: & vomitu facto H cum oxymelle ſquilitico & ſemine raphani, ſi fuerit à materia. Et oportet vt ex illo perueniatur ad excitandum cor cum medicinis ſibi proprijs ſicut diamuſchum & mithridatum, & [n] †{elinuſera,} & his ſimilia. Et non oportet vt prolongemus ſermonem in hoc capitulo: iam enim ſciuiſti modum ſimilem huius regiminis in canonibus [o] in eo quod præterijt. Et oportet quidem vt hoſpitium eius domus luminoſum ſit: & vniuerſaliter quidem vigiliæ, & ſahara, & ſubtiliatio cibi, & paucitas ipſius, & [p] declinatio ad complexionem ſicciorem, & ſubtiliationem ſanguinis, & ad eius æquationem vel temperamentum & paucitatē ipſius & calefactionē eius. ita ꝙ nō ſit vehemētis ebullitionis & euaporationis, immo caliditatis ſubtilis non feruentis. eſt ex eis quę rectificant, vel acuunt rōnem, ſeu intellectum, & clarificāt ipſum. [p] Et nihil eſt magis inimicum rōni q̄ repletio ex cibis et humiditatibus. Et ſiccitas nocet rationi, non vnde eſt ſiccitas: ſed vnde eſt ſuperfluitas in velocitate motus: aut vnde eſt paucitas ſpiritus vehementer: aut eius reſolutio cum aliquanto motu.

H G. de ſym. & ſe. c.3.g
I † delirium.
K † amentię ſenū & puerorum.
L T.1.c.5.
M Li.1.f.1.d.6.c.4.
N † letificans.
O T.1.c.11.&13. c.9.& t.4.c.5.
P Raſ.1.contin. c.1.9.2.

*De corruptione memoriæ.* Cap. 12.

IPſa eſt compar ſtoliditati, niſi quia eſt in [q] poſteriori cerebro: q̄m eſt diminutio in aliqua operationū poſterioris cerebri, aut deſtructio in omnibus. Et eius quidem cauſa prima apud [r] Gal. eſt frigiditas,

Q G. de ocul. 2.c.1.h
R 3. loc. affec. c.5.



A frigiditas, aut pura, aut cum ſiccitate: & non imprimitur in illa ſimile, aut cum humiditate, et non ſeruat quod impreſſum eſt in ea. Sed ſi eſt cum ſiccitate ſignificant ipſam vigiliæ, & ꝙ ſeruat res p̄teritas, & non eſt potens recordare vel ſeruare res momentaneas, & illius horę. [a] Et ſi eſt cū humiditate, ſignificat eā ſubet, & ꝙ prēterita penitus non ſeruat. Et forſitan ſeruat ea quæ ſunt illius horæ, & momentanea. ſpatio maiore, q̄ prēterita. Et ſi fuerit illic frigiditas pura, erit ſtupor & ſcotomia. Et fortaſſe erit ex ſiccitate cum caliditate, & erit cum ea permiſtio rationis. Et illud quidem eſt, aut in illa parte cerebri ipſius: aut in ventre ipſius: aut in vaſe eius. Et quandoque fit propter humores, et [b] malitiam complexionis temporum peruenientem ad cerebrum. [b] Et quidam antiquorum iam dixerunt hoc, & eſt ex eis quę teſtificata ſunt & experta. Et obliuio quidem, & corruptio memoriæ, ſecundum plurimum non accidunt niſi ex frigiditate, & humiditate. Quādoq; tñ fit ab apoſtematibus cerebri, & proprie frigidis. [c] Et ſcias ꝙ obliuio q̄n accidit cum ſanitate, nuntiat ægritudines cerebri fortes ſicut apoplexiam, epilepſiam, & lethargiam.

A Aeti. li. 2. ſer. 2. c.4.
B Paul. lib. 3. c. 11.
C Raſ. 1. cōt. t. 10. c.1.9.4.& Aet. lib. 2. ſer. 2. c. 23.

*De ſignis ſpecierum eius & cauſarum ipſius.* Cap. 13.

OPortet vt cognoſcas illud ex canonibus prædictis, & non iteremus ea omni hora.

*De cura.* Cap. 14.

ILla autem quæ aſſociatur caliditati & ſiccitati, eſt facilioris curę. Et huiuſmodi quidem cura eſt B cum eo quod [d] dictum eſt multoties. [e] In ea vero quæ facta eſt à ſiccitate & frigiditate oportet ægrum nutriri ex cibis humectantibus temperatis. Et vt adminiſtres exercitium partium capitis cum fricatione, & compreſſione facta cum pannis aſperis, et motionem manuum et pedū. Et vniuerſaliter exercitium quod non ſit forte: ſed ſit ſm quantitatem qua fiat fames, & exquiratur, vel neceſſarium ſit augmentum in cibo, & tranquillitas vel quies & ſomnum & balneū, & calefaciat cum emplaſtris calefacientibus notis, quorum rememorationem non iteramus. [f] Et cum ventoſis ſuper caput abſq; ſcarificatione. Et cum medicinis rubificantibus: & fortaſſe neceſſe erit vt ponantur duo cauteria poſterius alchafa. Et adminiſtrentur aquę in quibus cocta ſint chamæmilla, et melilotum & pedes caprarum: & ex oleis oleum de lilio, & narciſo, & keiri. Quod ſi fuerit materia habente frigiditatem, & humiditatem, euacua ipſum poſt digeſtionem cum eo quod ſcis. [g] Et α habitet in domo multi luminis. Et incipiatur primum ab euacuantibus, quæ ſunt faciliora [h] ſicut hiera & pulpa coloquintidæ & caſtoreum. Deinde gradatim procedat ad hieras magnas: poſtea adminiſtretur ſi confidis, ꝙ non eſt malitia complexionis calidæ, confectio [h] anacardina, q̄m eſt fortior in confortatione rationis ſufficienter faciente acquirere ſeruationem iuuatiſſimam ſeruationis: et adminiſtrentur reliqua calefacientia ex rubificantibus, & gargariſmis, et odoramentis etiam quę ſis. [h] Et non feſtines in deſiccatione eius, ſed gradatim procede. [h] Et caue ne deſiccatio tua cō- C ſequatur conſumptionem humiditatū principalium: & ſequatur eam frigiditas complexionis. Illud enim eſt ex eis quæ in obliuione augmentum prębent. Et oportet vt alienent à ſe ebrietatem, & ſufflationem ventorum, & repletionem. Et alienentur ab ablutione cum aqua penitus, calida quidem, propter illud quod eſt in ea de mollificatione: & à frigida quidem, propterea ꝙ ſtupefacit, & nocet ſpiritui ſenſus. Quod ſi eis accidit repletio, ſubtilient regimen poſt ipſam. Et oportet vt alienet cibos inducentes ſubet & grauatiuos, & ſtupefactiuos, & vaporoſos. [i] Repletio vero ex vino facta nocet valde: [k] ſed parum dilatat animā, & confortat ſpiritum, & facit ipſum bonū, et excuſat à multiplicatione aquę. [k] Eius enim multiplicatio eſt res magis nocens eis. Et dormitio multa in meridie. [k] Et vniuerſaliter ſomnus multus nocet multum, & proprie ſuper repletionem plurimam. Superfluitas quoq; vigiliarum reſoluit ſpiritum, & debilitat eum, & cum hoc replet cerebrū vaporibus. Et ex eis quidem quæ experta ſunt eſt [h] acorus nutritus, & piper longum nutritū, et inuenta ſunt manifeſte addentia in ſeruatione. Et medicamen hoc expertum: & eius quidē confectio. Recipe olibani ciperi, piperis albi, croci, myrrhæ partes ęquales commiſceantur. Sumatur omni die pondus drach. vnius: & hoc etiam iam expertum eſt: piperis partes. ij. cymini tantūdem, zuccari albi partes. iij. [h] Et expertum ēt omni die in ieiunio potare in ipſa olibani. iij. quartas aur. & piperis quartam & :iterum cymini partes. v. piperis. i. acori. ij. cyperi. ij. myroba. ni. ij. mellis ana- D cardi. i. mellis duplum omnium. Et oportet vt redeas ad medicinas ſingulares ſcriptas in libro ſecundo: & earum locus eſt in tabulis ęgritudinum capitis. [g] Et α oportet vt ſit hoſpitium huius domus in qua ſit lumen plurimum. Facta vero ab apoſtematibus cerebri, curatur cum eo quod dictum eſt in [l] †{karabito,} & in lethargia, & ſubet aſahari.

D T.1.c.29.
E G.3.lo.aff.c.5.a.
F G.3.loc.aff.c.4.f ſm Archigenem.
G Ser.1.1.c.17.
Infra α
H Raſ.1.cōt.t.10. c.1.9.4
I T.3.c.11.
k Raſ.10.1.
Supra α
I † phrenitide.

{*De corruptione imaginationis*}.i. Delirio. Cap. 14.

IPſa quidem eſt ex cauſis predictis, & ſigna eius ſunt ſigna narrata in alijs capitulis. verūtamen eſt [m] in anteriore parte cerebri. Et eius corruptio, aut eſt vt imaginetur quod non eſt: & videat res, quibus non eſt inuentio: & illud eſt propter dominium choleræ in anteriore parte cerebri: aut propter dominium malitiæ complexionis calidæ abſq; materia: Aut vt minuatur imaginatio, & debilitetur ab imaginando res imaginabiles, & neq; videt viſiones, & ſomnia niſi parum, & obliuiſcatur eorum, & obliuiſcatur formarum ſenſatarū qualiter ſunt, & neq; imaginentur eas: & eius quidem cauſa eſt eadem cauſa, quæ eſt diminutionis memoriæ: veruntamē plurimum corruptionis memoriæ non fit niſi à frigiditate & humiditate: & minus fit à ſiccitate: & res hic eſt ecōuerſo. Nam hoc inſtrumentum lene creatum eſt, vt velociter fiat impreſſio eius quod imaginatur: et illud durum, vt dimiſſio vel remotio ipſius difficilis fiat ab eo, quod in ipſo eſt impreſſum & res cadant

in ipſo

M Galē. de oculis par. 1. c.1.h

in ipſo econtrario. & corruptio quidem memoriæ cadit in intentionibus ſenſatorum, & in proportione compoſitionis earum. Et corruptio imaginationis cadit in ſimilitudine ſenſatorum & ſpeciebus ſeu formis ipſorum. Et hoc quidem ſcitur [a] ex arte alia. Quod autem magis ſignificatiuum eſt ꝙ ægritudo eſt ex humiditate, aut ſiccitate, eſt diſpoſitio ſomni, & vigiliarum, & diſpoſitio ſiccitatis oculorum, & narium, & humiditatis eorum. Et diſpoſitio coloris linguæ, & humiditatis eius, aut ſiccitatis ipſius. Et quando eſt ægritudo corruptionis imaginationis, non ipſius diminutio, tu es ſufficiens ad cognoſcendum eam etiam, quando eſt à melancholia, aut cholera, aut complexione calida ſingulari, propter illud quod dictum eſt, & ſcitur. Curæ autem illius ſunt, ſecundum curas quæ ſunt in ægritudinibus præteritis. veruntamen oportet vt cura ſit in partibus principiorũ ſenſus: & ſi neceſſaria eſt fricatio, aut ventoſarum oppoſitio, fiat in anteriore parte cerebri. E

A. lib. 6. natural. f. de aia ab Auic.

*De [b] mania & diſpoſitione canina.* Cap. 15.

B. Raſ. 1. c. 13. l.

EXpoſitio maniæ eſt demonium lupinum. Canina vero eſt ſpecies eius exiſtens cum ira permiſta tripudio, ſeu ioco cum motione manuum corrupta permiſta blandimento, ſeu inclinationi ad complacendum homini, vel ad appropinquandum ei quemadmodũ eſt ex naturis canũ. Et ſcias ꝙ materia faciens dæmonium lupinum eſt in ſubſtantia materiæ facientis melancholiam: qm̃ vtræq; ſunt melancholicæ: veruntamen [c] cauſa faciens dæmonium eſt melancholia aduſta [d] facta, aut à [e] cholera, aut à melancholia, quæ eſt deterior: & faciens melancholiam eſt melancholia naturalis multa, aut melancholia aduſta: ſed facta à phlegmate, aut ſanguine dulci: & raro fit ex phlegmate aduſto gienun, quãuis fiat ex eo melancholia. Et plurimum quidem melancholia non fit niſi cũ præſentia materiæ melancholicę in vaſis. Et plurimum mania non eſt niſi cum præſentia materiæ in anteriore parte cerebri, & ſubſtantia eius: qm̃ ipſius aduentus ad cerebrum eſt ſicut aduentus materiei karabiti. Et melancholia quidẽ eſt cum malitia exiſtimationis, & cogitatione corrupta, & timore, & quiete, & non eſt in ipſa agitatio vehemens. Mania vero tota eſt [d] agitatio, & [f] ſaltus, & inquiſitio, cum manibus, ſeu motio manuum ad aliquid inquirendum, & actus ſeu mores ſimiles animalibus alſebhai, & aſpectus, cui non aſſimilatur [d] aſpectus hominis: immo res cui magis ſimilis eſt aſpectus luporum. Et differt ab vna ſpecie karabiti, cui eã habens in demonio aſſimilatur: [g] qm̃ cum hac ægritudine non eſt febris ſm plurimum: ſed karabitus non euacuatur ab ipſa. Canina autem eſt ſpecies maniæ, in qua eſt aſſociatio vehemens, & amicitia cum obedientia, & conuenientia ſimul. Et in ipſa quidem non eſt intentio firma ad malum, vel ad pugnam iracundã quæ eſt in mania: & eſt quaſi ad ſanguineam propinquior. Hæc autem ægritudo plurimum accidit [h] in autũno propter malitiam humorum. Et quandoq; multiplicatur in vere, & in æſtate. Et eſt ei excitatio apud flatum ſeptentrionis, propter deſiccationem ſeptentrionis. Et hanc quidem ęgritudinem plurimum reſoluunt [i] hæmorrhoides & varices. [k] Et cum accidit ſucceſſione eius hydropiſis, ſoluit eã cum humiditate ſua, proprie cum eius cauſa eſt caliditas hepatis, & ipſius ſiccitas: & multoties accidit hæc ægritudo propter communitatem ſtomachi, quam vomitus ſanat. F G

C C. 18.
D Ser. 1. c. 11.
E Ga. 3. lo. af. c.
F C. 18.
G G. 2. de diff. c. 7. c, & 3. loc. af. 5. a
H G. 3. aphor. & 11. c
I Fe. 17. c. 3. & lib. F. 2. d. 1. c. 8. & Hip. 6. aphor. 21.
K Hip. 7. aphor.

*De ſignis maniæ vniuerſalibus, & ſpecierum eius.* Cap. 16.

SIgna itaq; vniuerſalia eius ſunt, ꝙ mutatio operationum moralium, & mobilium eſt mutatio prædicta. Signa vero indicantia ipſam ſunt, ſicut incubus cum caliditate cerebri, & ſicut ſi repleantur pedes ſanguine, & fiant rubei. [l] Aut coaguletur ſanguis in mamilla mulieris. Et ſignificat motus corruptionis ſanguinis. Et primum quandoq; ſignificat ſuper hoc & ꝙ ipſum fiat cauſa corruptionis ſanguinis in membro in quo calor innatus non eſt fortis regens ſanguinem bene: immo corrumpitur in ipſo ſanguis aliqua corruptionis ſpecie nocentis cerebro. Et cum accidit ſignũ primum in fine manię, forſitan ſignificat ipſius reſolutionem ſignificatione varicum. Et multoties accidit mania in ægritudinibus acutis ſignificans criſim: ꝙ ſi reliqua ſigna eius teſtificationem bonitatis atteſtentur, ſignificat ꝙ criſis erit bona. [m] Et quandoq; eſt vehementia maniæ ſignificans criſim in ipſius maniæ. Et ſignum quidem factæ ex melancholia aduſta à melancholia eſt ꝙ eius dæmonium, & lupinoſitas eius, fiunt cum cogitatione, & quiete tempore aliquo: deinde cum mouetur, & aliquis eum alloquitur incipit tacere cogitans: poſtea cum iteratur ſuper eum, non eſt poſſibile euadere ab eo, neq; facere ſilere ipſum. Et eſt extenuatio corporis in ipſo vehementior, & color ad nigredinẽ decliuior, & ſomnia deteriora: & quandoq; vomit aliquid acetoſum, ex quo ebullit terra. In ea vero q̃ eſt ex melancholia cholerica, fiunt permutationes ad cõtentionem vel ad pugnam velocius: & quies ab ea velocius, & non recordatur contentionis vel pugnæ & odij, ſicut recordatur eius primus, aut minoratur eius quies, & multiplicat motus ipſius, & rixa, & agitatio eius. H

L Hip. 5. aphor.
M G. 1. de dieb. cret. c. 4. f

*De cura.* Cap. 17.

SI repletionem vides humorum, [n] phlebotoma. Et ſi vides dominium choleræ in corpore per vrinam, & reliqua ſigna, euacua cũ decoctione epithymi, aut [o] decoctione myrobal. ſi eſt cholera melancholica. Et ſi eſt melãcholia pura, fortaſſe neceſſe erit tibi vt euacues cum epithymi puri pondere trium drach. cum oxymelle, & pilulis de azulo. Deinde veni ad caput, & euacua ſi eſt ibi repletio ſanguinea, aut melancholia ſanguinea, ex venis quæ ſunt ſub lingua. Et aſſidua ipſius euacuationem cum his pilulis. Quarum confectio recipe hierępic. epithymi, ſticados omnium trium ana. partem. i. ſcamoneæ myrobal. amborum ana. partem mediam. fiant ex ea pilulæ magnæ. Et poſt vniuerſalem euacuationem [p] in noctibus ſeparatis ſumatur ex eis quaq; nocte põdus drach. ij. Et ex eis quę cõferunt ad illud ſunt pilulę iſtiuſmodi: epithymi, polypodij amborum ana drach. v. lapidis

N Haly. 5. ... 24. & Aetij ... 2. c. 8
O Ser. 1. c. ...
P F. 10. ... nocte euac...



A lapidis armeni, myrobal. kebu. ana drach. i. ſtichados drach. x. ſalis indi, pulpæ coloquinthidæ amborum ana drach. iiij. bellyri. embli. haſce. hellebo. ni. omniũ ana drach. iij. turbith. drach. xx. conficiantur cum oxymelle mellino, & adminiſtrentur. Et fiant gargariſmata cũ oxymelle ſcamoneato. Et non ſuperflue vtaris de pilulis [a] † {alſabiar} ſed vtere eis tanto tempore, quo cum eis inuenitur leuitas. Cum autem malitiam complexionis calidæ ſentis, abſcinde eas: & poſt purgationem perueni ad infrigidationem, & humectationem cum embrocis & alijs. Et fortaſſe neceſſarium erit, vt in die quinquies embrocentur, & liniantur capita ipſorum ex decoctione pedum & capitum: & mulgeatur ſuper ipſa lac: & ponatur ſuper ea butyrum crudum. Sitq; intentio tua in humectando maior intentione tua in infrigidando. Verumtñ ſi non inuenis medicinas vehementis humectationis, niſi frigidas, pone cum eis chamæmillam. Et fortaſſe neceſſariũ erit tibi, vt eos dormire facias tribuere eis in potu [b] diacodion. Dabis ergo ei illud ad bibendum cum aqua granatorũ dulcium, vt humectet: aut cum [c] ſyrupo de prunis, vt leniat: aut cum aqua hordei. Et embroca eos etiam cum aqua in qua coctum ſit papauer, vt dormiant: verum rectius eſt vt ponas in eo parum chamæmillæ, & emulge ſuper caput lac, & olea iuuantia ad illud ſunt bona. Et cum adminiſtraueris embrocas, & caputpurgia, & olea humectantia, ingenia vt dormiant: poſtea ſm diſpoſitionem, qua fit ſomnus ex embrocis & oleis facientibus ſubet, & proprie oleo ex lactucis: & in potu tribue eis quod humectat, ſicut aqua hordei. Et non des eis ad potandum aliquid, quod currat [c] curſu oxymellis: & in quo ſit ſubtiliatio, & deſiccatio, & inciſio. [b] Et quoties videris naturam duram, clyſteriza infirmum, vt non eleuentur ad caput vapores impedientes ex fęce. Et oportet vt in aquis ipſorum des eis [b] in potu radices fœni. ſylueſtris, & ſemen eius, & [b] radicem vitis albæ quæ eſt [d] † { alfeſera, } qm̃ ſunt iuuatiua. Sitq; ipſorum ex eis potio quaq; [b] die aur. i. Si autem ea non biberint, aſconde illa in cibis eorum. [c] Et coram infirmo ſedeat de quo verecundetur, & quem timeat, & [c] ſtringantur coxæ, & crura eius ſemper, vt aſſidue vapor ad inferiora trahatur. Quod ſi timetur, ꝙ ſeipſos lædant, ligentur fortiter, & intromittantur in cabijs, & ſuſpendantur in ſuſpenſorio eleuato quod eſt ſicut [e] † {argiuhaie, vel ſicut alargiuha.} Et oportet vt ſint cibi eorum humidi ſm omnem diſpoſitionem. verumtñ oportet ne cum ſua humiditate ſint ex eis, quæ oppilationes venire faciunt, ſicut amylum, & quæ ſimilia ſunt ei. Illud enim valde nocet eis. Et non detur ipſis quod plurimum prouocat vrinam: illud enim ipſis nocet. Et reliquæ curæ ipſorum, in quibus oportet vt ſibi timeant, & ſibi caueant, ſunt cura melancholiæ: & nos rememorabimur eius in ſuo capitulo. [c] Cumq; declinant, non eſt malum ſi ad potandum detur eis vinum plurimũ commiſtum. Nam illud humectat eos, & dormire facit.

A amicis ſomno.
B Aeti. lib. 2. ſer. 2. c. 8.
C Ser. 1. c. 11.
D † Vitis alba.
E † funis ſuſpenſus, id eſt vaſcolo.

*De melancholia.* Cap. 18.

C DIcitur melancholia mutatio exiſtimationum, & cogitationum à curſu naturali ad corruptionem & ad [f] timorem, & ad malitiam propter complexionem melancholicam, facientem pauidum ſeu triſtantem ſpiritum cerebri interius, & facientem ipſum timidum propter [g] tenebras ipſius, ſicut tenebræ extrinſecæ ſolicitant, & timere faciunt ſm ꝙ complexio frigiditatis & ſiccitatis contraria eſt ſpiritui debilitans ipſum, ſicut complexio caliditatis & humiditatis vt complexio vini eſt conueniens ſpiritibus & confortans. [h] Cumq; melancholia componitur cum rixa & ſaltu, contentione, ſeu pugna permutatur, & nominatur mania. Et non dicitur mania, niſi illa quæ fit à melancholia aduſta: et neq; [i] dicitur melãcholia, niſi cuius euentus eſt à [h] cholera nigra non aduſta. Et melancholiæ [k] quidem cauſa, aut eſt in ipſo cerebro: aut extra cerebrum. Et illa quæ eſt in ipſo cerebro: aut eſt ex malitia complexionis frigidæ & ſiccæ ſine materia permutante ſubſtantiam cerebri, & complexionem ſpiritus luminoſi ad tenebras aut eſt cum materia. Et illa quæ eſt cum materia, aut eſt materia, quæ eſt in venis veniens ad eas ex loco alio, & conuertitur in eis ad cholerã nigrã propter aduſtionem quæ in eis eſt, aut fit fæx: & hoc eſt plurimum, aut eſt materia inbibita in corpore cerebri, aut eſt lædens cerebrum [l] qualitate & ſubſtantia ſua, & effunditur in ventres. Et [m] multoties fit permutatione ex epilepſia. Illi vero cuius cauſa extra cerebrum communicat res aliqua, ex qua ad cerebrum humor eleuatur: aut vapor tenebroſus. [n] Eſt ergo res illa: aut in toto corpore, cum ei dominatur complexio melancholica: [o] aut α ſplen cum in ipſo retinetur melancholia, & non poteſt ipſam purgare: aut eſt defectus, & non poteſt trahere choleram nigram ex ſanguine: aut quia in ipſo prouenit apoſtema: aut non prouenit: ſed nocumentum aliud [p] aut β propter vehementiam caliditatis hepatis: [q] aut eſt res illa ipſum mirac, cum in ipſo adunantur ſuperfluitates nutrimenti, & vapores inteſtinorum, & aduruntur humores ipſius, & conuertuntur in genus melancholiæ, & faciunt euenire apoſtema: aut ſi non faciunt euenire, eleuatur ex eis vapor tenebroſus ad caput: & nominatur hæc inflatio mirachia, & melãcholia inflatiua, & melãcholia mirachia. Et ipſa quidem multoties eleuatur ab apoſtemate portenariorum hepatis, & aduritur ſanguis mirac: & eſt illud quod [r] Gal. poſuit cauſam in melancholia mirachia. Et [s] † {Theophilo} quidẽ videtur ꝙ eius cauſa eſt vehementia caliditatis hepatis, & inteſtinorum. [t] Et quidam alij ponunt cauſam in ea oppilationes cadentes in meſaraicis cum apoſtemate: & quidam alij ponunt cauſam oppilationes quæ fiunt in meſaraicis, & ſi non ſit apã. Significat ergo qui ponit cauſam in illo oppilationem in meſaraicis: ꝙ nutrimentum ipſorum non penetrat ad venas, & accidit ei corruptio: & ſignificat qui dicit illud eſſe propter apoſtema, longitudinem retentiõis cibi in eis crudi cum diſpoſitione ſua. Et hoc apoſtema ſm [u] plurimum non fit calidum. qm̃ non eſt illic fe. & ſitis, & vomitus choleræ. D

F G. 2. de cã ſym. c. 7. c. d. & 3. loc. af. c. 7. fol. 19. b.
G G. ibidem c.
H Ca. 15.
I G. 3. loc. aff. c. 7. b
K G. ibidem.
L G. ibidem. c. d.
M T. 3. c. 8. & Gal. 3. loc. aff. c. 7. c.
N G. ibidem. d. h.
O Raſ. 1. cõti. c. 9. & G 6. loc. aff. c. b.
*Infra* α
P Lib. F. 3. d. 2. c. 7.
*Infra* β
Q G. ibidẽ. h. & d.
R 3. loc. aff. fo. 19. a. b
S † Diocli.
T G. ibidẽ. fo. 18. h
V Ser. 1. c. 22.

cholerę. Et qñq; eſt cauſa generationis eius extra cerebrum. Et principium quidem generationis eſt in cerebro: ſicut cum in ſtomacho eſt apoſtema calidum, & adurit vapor eius humiditates cerebri. Aut eſt in [a] matrice: aut in reliquis membris capiti communicantibus. Eius vero quæ fit à frigiditate & ſiccitate ſine materia cauſa eſt malitia complexionis melancholicæ in corde cum materia, aut ſine materia cui cõmunicat in ipſa cerebrum: qm̃ ſpiritus animalis continuus eſt ſpiritui vitali, & ex ſubſtãtia ipſius. Quare complexio eius corrupta melancholica corrumpit complexionem cerebri, & conuertit ad melancholiã. Et qñq; fit propter cauſas alias infrigidantes & exiccantes, non ex corde ſolum: cum tamen non ſit poſſibile vt fiat abſq; communitate cordis, immo fortaſſe magnitudo cauſæ in ipſo erit ex corde. [a] Et propter hoc neceſſarium eſt vt aſſocietur vel continuetur cura cordis cum cura cerebri in hac ægritudine. Et ſcias ꝙ ſanguis cordis quando eſt terſus, ſubtilis, clarus, lętificans, reſiſtit corruptioni cerebri, & rectificat ipſum, immo non eſt mirum ſi ſit ſm plurimum principiũ illius ex corde: licet non confirmetur hæc ægritudo niſi in cerebro. non enim eſt nouum & longinquum mirum, ſi cordis complexio primum corrumpatur, & ſequatur eam cerebrum, aut corrumpatur cerebri complexio, & ſequatur eam cor, & corrumpatur complexio ſpiritus in corde & fiat triſtis, ſeu pauidus, & corrumpat quod ex eo penetrat ad cerebrum, & iuuet cerebrum ad ſe corrumpendum. [b] Et qñq; accidit in fine ægritudinum materialium, & proprie acutarũ [c] melancholia: & eſt ſignum mortis, & tunc accidit homini illi, vt recordetur mortis, et mortuorũ plurimum. Et vniuerſaliter quidem cholera nigra multiplicatur, & generatur qñq; cauſa membri operantis nutrimentum, [d] quod ß eſt hepar: cum aduritur ſanguis, aut debilitatur ab expulſione ſuperfluitatis melancholicæ, & eſt minus. & qñq; cauſa membri, quod eſt euacuatorum choleræ nigræ, & [e] eſt α ſplen, cum debilitatur in duabus rebus: quarum vna eſt attractio fæcis ſanguinis, & cinereitatis eius ab hepate: & altera eſt expulſio ſuperfluitatis quæ ex eo ad ipſum trahitur ad expulſorium quod eſt ei præparatum. Et qñq; generatur cholera nigra in membro alio: aut propter vehementiam aduſtionis nutrimenti eius: aut cauſa defectus ipſius ab expulſione ſuperfluitatis nutrimenti ſui, quare reſoluitur eius ſubtile, & fit fæx ſpiſſum ipſius melancholicum: aut propter vehementiam infrigidationis, & deſiccationis eius quod ad ipſum peruenit. [f] Et qñq; etiam fiunt cauſa in generatione eius, cibi generatiui choleræ nigræ. [g] Et quibuſdam medicorum viſum eſt ꝙ melancholia contingat à dæmonio: ſed nos non curamus cum phyſicam docemus, ſi illud contingat à demonio, aut nõ contingat, poſtq̃ dicimus, ꝙ ſi cõtingat à dęmonio tũc contingit ita vt conuertat cõplexionem ad choleram nigram, & ſit cã eius propinqua cholera nigra: deinde fit cauſa illius dæmonium, aut non dæmonium. [h] Ex cauſis vero fortibus in generatione melancholicæ, & ſuperfluitas triſtitiæ, & timoris. Et oportet vt ſcias, ꝙ cholera nigra faciens melancholiam, qñq;, eſt cholera nigra naturalis, aut phlegma; cum conuertitur in choleram nigram propter ſpiſſitudinẽ: aut propter aliquam aduſtionem, quamuis hoc ſit parum & rarum: aut ſanguis, cum propter decoctionem, aut ſpiſſitudinem conuertitur abſq; aduſtione vehementi. Humor autem cholericus cum in ipſo cadit aduſtio vltima, facit maniam: & non eſt contentus ſuper melãcholiam. Et vnaquęq; ſpecierum choleræ nigræ, cum in cerebro eſt modo prædicto, facit melancholiam, verumtñ quædam earum cum melancholia efficit maniam. [i] Illa vero quæ eſt magis incolumis eſt illa, quæ fit ex fæce ſanguinis, & cum qua fit gaudium. [k] Et melancholia quidem plurimum reſoluitur per hæmorrhoidas & [l] varices. Et quandoq; minoratur generatio huius [m] ęgritudinis in albis, & pinguibus: & multiplicatur in brunis: & piloſis extenuatis, & duram carnẽ habentibus. [n] Et multiplicatur generatio ipſius in eo, cuius cor eſt vehementer calidum, & cerebrum ipſius eſt humidum: quare fit caliditas cordis eius generatiua choleræ nigræ in ipſo, & humiditas cerebri ipſius ſuſceptiua impreſſionis eius, quod generatur in corde ipſius. Ex eis vero qui ad ipſum ſunt præparati, ſunt [o] Trauli, & ſyllabam multoties repetentes antequam dictionem proferant. naturam habentes acutam faciliter iraſcibilem, [p] linguas habentes leues, & oculos multum palpitantes, quorum facies ſunt vehementis [p] rubedinis, & bruni, & piloſi: & proprie in quorum pectoribus ſunt [m] pili nigri, et groſſi, [m] quorum venæ ſunt amplæ, & [q] labia groſſa, quoniam quædam ipſorum ſunt ſignificationes caliditatis cordis, & quædam ſignificationes humiditatis cerebri. Et plurimum ſunt, in apparentia phlegmatici. [r] Et hæc quidem ægritudo plus accidit in viris: [r] ſed in mulieribus eſt deterior. [s] Et multiplicatur in conſiſtentibus, & [s] ſenibus. Et minoratur [t] in hyeme. & multiplicatur [u] in æſtate, & autumno. Et quandoq; excitatur vt [x] in vere plurimum, quoniam ver eleuat humores, et permiſcet eos ſanguini. Et quandoq; eſt eius excitatio [y] cum periodis, in quibus excitetur cholera nigra, & feruet etiam. Et ad illum etiam, qui præparatus eſt melancholiæ, citò peruenit ipſa, cum adſunt ei [z] timor, aut triſtitia, aut vigiliæ, [a] aut retinetur in ipſo conſuetudo curſus ſanguinis eius, aut [b] vomitus melancholicus, aut reliqua.

*De ſignis ſpecierum eius.* *Cap. 19.*

Signa principij melancholiæ ſunt [c] exiſtimatio mala, & [c] timor ſine cauſa, & velocitas iræ, & [d] dilectio ſolitudinis, & tremor, & [e] vertigo, & [e] ſonitus, & tinnitus, & proprie in mirac. Cum autem confirmata eſt, ſunt timor, & malitia exiſtimatonis, & triſtitia, & pauor ſiue ſylueſtritas, & anguſtia, & alienatio ſermonis, α & [f] appetitus ad coitum propter multitudinem ventoſitatis, & ſpecies timoris ex eis quæ non ſunt, aut ſunt, & plurimum timoris eius. eſt ex eis, quæ non timẽtur ſm conſuetudinem. Et ſpecies quidẽ iſtę ſunt [g] indefinitę. Quidẽ. n. eorũ timent [h] caſum cœli ſup ſe.

Et quidem



Et quidam eorum timent, ꝙ terra abſorbeat eos, & dæmonium, & quidam [a] timẽt regem. Et quidam timent latrones. & alij timent ne leo ad eos ingrediatur. Et qñq; res præteritæ habent in hoc impreſſionem. Et cum hoc quandoq; imaginantur res coram oculis ſuis, quæ non ſunt veræ. Et quandoq; imaginantur ſeipſos factos reges, aut [b] leones, aut [c] dęmones, aut aues, aut inſtrumenta artificialia. Amplius quidam eorum ſunt, qui rident: & proprie quorũ melancholia eſt ſanguinea, quoniam imaginantur quod placet, & delectat eos. Et quidam ſunt, [d] qui plorant, & proprie quorum melancholia eſt melancholia pura. Et [e] quidam eorum ſunt, qui diligũt mortem. Et quidam qui eam abhorrent. Signa vero eius, quæ in cerebro eſt, ſunt proprie [f] ſuperfluitas cogitationis, & aſſiduatio ſolicitudinis melancholicæ, & [f] aſſiduus aſpectus ad rem vnam, & ad terram. Et ſignificant ipſam color capitis, & faciei, & oculorum. & nigredo [f] pilorum capitis, & groſſitudo eorum, & anteceſſio [d] vigiliarum, & cogitationum, & [g] mora in ſole, & quæ ſimilia ſunt iſtis. & [h] ægritudines cerebri antecedentes, & ꝙ non adſint ſigna, quæ dicemus membris alijs cerebro cõicantibus præſentia. Et vt non appareat iuuamentum, cum membrum illud medicatur, & mundificatur. & vt ſint accidentia valde magna. Eius autem, quæ facta eſt communitate totius corporis eſt [i] nigredo corporis, & [k] eius arefactio. Et retentio eius, quod euacuatur ex ſplene, & ſtomacho: & quod euacuatur cum periodis [l] ex ano, & menſtruis. Et multitudo pilorũ corporis, & vehemens nigredo ipſorum. Et [l] anteceſſio ciborum malorum, & melancholicorum, & quos te docuimus in libro ſecundo. Et ægritudines quidem quibus ſuccedit melancholia, ſunt ſicut febres temporales, & permiſtæ. Verũ [m] ſigna eius, quæ facta eſt ex ſplene ſunt multitudo appetitus propter effuſionem choleræ nigrę ad ſtomachum, & cum paucitate digeſtionis propter frigiditatem complexionis, & multitudo rugitus lateris ſiniſtri, & inflatio ſplenis. Et illud quidem eſt, quod non ab eis ſeparatur: [n] & α appetitus ad coitum vehemens propter inflationem. Et quandoq; eſt cum ea febris quartana: & quandoq; natura eſt lenis, & quandoq; mordicatio choleræ nigræ cauſat dolorem vel læſionem. Signa autem eius, quæ eſt ex ſtomacho, ſunt inuentio ſignorũ [o] apoſtematis ſtomachi rememoratorum in [p] capitulo de ægritudinibus ſtomachi: & augmentatio ęgritudinis cũ ſatietate nauſeatiua, & repletione, in hora digeſtionis. Et multoties excitantur [q] cũ ea apud comeſtionẽ, vſquequo digeratur, dolores: deinde quieſcunt apud digeſtionem. Si autem eſt calidum ſignificãt ipſum inflammatio in mirac & vomitus choleræ, & ſitis. Et plurimum melancholiam habens eſt ſpleneticus. Signa vero mirachiæ, ſunt [k] grauitas in mirac, & [k] attractio ad ſuperiora, & nauſea inſeparabilis, & malitia animæ, & [f] corruptio digeſtionis, & eructuatio acetoſa, & [r] ſputum humidũ, & [s] rugitus, & exitus ventoſitatis, & [h] inflatio, & vt inueniat [t] dolorem in ſtomacho, aut [r] dolorem inter vtraſq; ſpatulas, & proprie poſt cibum [r] vſquequo digeratur perfecte. Et qñq; euomit [r] phlegma cholericum, & qñq; euomit phlegma [r] acetoſum, congelans dentes. Et accidunt ei hæc accidentia cum acceptione cibi: immo poſt ipſum per horas aliquas. Et erit egeſtio eius phlegmatica cholerica. Et alleuiatur propter digeſtionis bonitatem, & augmentatur diminutione ipſius. Et præcedit quandoq; ipſam apoſtema in mirac: aut eſt cum ea. Et inuenitur iectigatio plurima in mirac in quibuſdã horis. Hæc aũt ægritudo augmentatur cum ſatietate nauſeatiua, malitia digeſtionis. Et * dicimus, ꝙ cholera nigra faciens melancholiam, cum eſt cum ſanguine, eſt cum gaudio, & riſu: & nõ concomitatur ipſam triſtitia vehemens. Si autem eſt cum phlegmate eſt cum pigritia, & paucitate motus. & quiete. Et [d] ſi eſt cum cholera, vel ex cholera eſt cum agitatione, & aliquali dæmonio, & eſt ſimilis maniæ. Et ſi fuerit cholera nigra pura, tunc cogitatio in ipſa erit plurima, & agitatio ſeu furioſitas erit minus: niſi moueatur, & rixetur, & habet odium cuius non obliuiſcitur.

*De cura.* *Cap. 20.*

Oportet vt cura eius [u] fieri incipiat anteq̃ confirmetur, quoniam facilis eſt in principio, & difficilis cum eſt confirmata. Et neceſſarium quidem eſt vt ſm omnẽ diſpõnem [x] anima ipſius lętificetur & iucundetur. Et ſedeat in locis temperatis, & humectetur aer hoſpitij eius, & odorificetur, ſternẽdo odorifera in ipſo: & vniuerſaliter oportet vt ſemper [u] olfaciat odores bonos, & flores boni odoris. Et ſumat cibos laudabilis chymi [z] humectatiuos valde. Et [a] regatur, vt pingueſcat corpus eius cum cibis conuenientibus & [b] balneo ante cibum. Et effundatur ſuper caput ipſius aqua tepida non vehementis caliditatis. Cumq; ex balneo egreditur, ſi parum ſitis habet, non eſt malum, ſi parum aquę potet. Et adminiſtretur fricatio impinguans prędicta in [c] capitulo de conſeruatione ſanitatis. Sitq; [d] ſtudium tuum in humectatione ipſius ſupra ſtudium tuum in eius calefactione, quantum poſſibile eſt. Et alienet à [e] ſe coitum: & ſudorem vehementem. Et [f] alienet fabas & carnes ſalitas, & lentes, & caules, & vinum groſſum & nouum, & omne ſal, & omne ſalſum, & acre, & acutum, & omne quod eſt vehementis acetoſitatis. Immo oportet vt ſumat pingue, & dulce. Et cum voluntas adeſt vt dormiant, non embrocentur eorum capita, niſi cum aqua papaueris, & charnęmillę, & alhacoe: [g] ſomnus enim eſt ex conuenientioribus curis eorum. Veruntamen ſuccurratur cum eo, quod tantum afferat eis de rectificatione quantum nocumentum papauer attriuit. Si autem melancholia fuerit ex malitia cõplexionis ſingularis frigidę & ſiccę oportet vt adminiſtres calefactionem cordis cum lętificantibus, et medicinis de muſcho, & theriaca, & mithridato & ſimilibus: & cura caput cum eis, quę dicta ſunt in [k] capitulo de ſtoliditate. Et quę ex ea fortis eſt, accidens ſucceſſione alterius ęgritudinis calidæ, facilis curę eſt, ita vt embrocationibus remoueatur. Si autem eſt materia melancholica confirmata in cerebro, tunc theſaurus curę



ipſius

ipſius eſt tres res. Prima earum eſt euacuatione materiei: & fortaſſe erit per clyſtere & [a] vomitum niſi in illo cuius ſtomachus eſt debilis: illum enim nunq̃ in hac ægritudine vomere facias, neque etiam in mirachia. Et ſecunda eſt, vt adminiſtres cum euacuatione [b] humectationem aſſidue cum embrocis, & oleis calidis: & ponas in eis ex medicinis ſicut chamæmillam, & anethum, & melilotum, & radicem liquiritiæ, vt non ingroſſetur humor cum reſolutione pura, & non cures cum eo, quod humectat in quo nõ eſt reſolutio. Quod ſi cholera nigra eſt elongata à caliditate, intereſt vt addas ſceha, & folia lauri, & calamenthum cum humectatione, & non cures. Et adminiſtra cibos generatiuos ſanguinis laudabilis ſicut piſces petroſos, & carnes laudabiles prædictas. Et in quibuſdam horis vinum album permiſtum, præter antiquũ & forte. Et tertia eſt vt adminiſtres [c] confortationem cordis ſi ſentit complexionem frigidam cum lætificantibus calidis. Et ſi ſentit complexionem declinantem ad caliditatem cum lætificantibus temperatis. Et ſi caliditas eſt valde fortis, tunc adminiſtra lætificantia frigida non ſuperfluæ frigiditatis. Et illud quidem ſcies ex pulſu. Incipiamus aũt diſtinguere regimina iſta: & dicamus, euacuatio, quidem ita facienda eſt. Nam ſi vides venas plenas qualitercunq; ſit, & ꝙ cholera nigra ſit ſanguinea, tunc phlebotoma ex [d] nigra. Immo oportet ſm omnem diſpoſitionem, vt à phlebotomia incipias: niſi timor vehementis debilitatis affuerit. aut ſciueris, ꝙ materiæ ſunt paucæ, & [e] ſunt in cerebro tantum, & ꝙ ſiccitas dominatur ſuper complexionem. Amplius ſi phlebotomas, & [f] inuenis ſanguinem ſubtilem, non retineas ſanguinem propter hoc, quoniam multoties in ipſa præcedit ſubtilis: & propter illud oportet vt amplifices phlebotomiam, vt non effluat, quod ſubtile eſt, & retineatur groſſum, & augeatur malitia. Et conſidera, quod duorum laterum capitis ſit grauius, & phlebotoma baſilicam, quæ ſequitur ipſum, & quandoq; neceſſarium erit tibi vt phlebotomes ex duabus baſilicis cum inuenta fuerint ſigna communia: & dicitur, quòd phlebotomia venæ frontis mouet plus. Deinde ſi inuenis humorem melancholicũ in veritate & decliuem ad frigus, euacua pilulis factis ex epithymo & aloe & elleboro nigro: & incipe à digõne. Amplius euacua in principio rei cũ medicinis leuibus, in quibus recipiuntur epithymum, & pulpa coloquinthidæ, & ſcamoneæ parum: deinde cum decoctione [c] in qua ſint epithymum, & agaricum. poſtea ſi non cõferunt, adminiſtra hieras magnas: deinde ſi poſt illud indiges euacuatione, adminiſtra elleborum cum timore & cautela: & [c] lapidem lazuli, & [c] lapidem armenum, & pilulas factas ex eis ſine timore & cautela. Et multoties quidem iuuat eos adminiſtratio harum medicinarum prædictarũ in aqua caſei ſm aſſiduationem, & α minoretur ex illis medicinis, quæ euacuant phlegma. Si ergo non conferunt, reitera iterũ, & in omni hebdomada euacua vice vna cum pilulis ſubtilibus medijs. Et inter ſpatium illud adminiſtra trypheram epithymi. Expertum nanq; eſt potare eos trypheram epithymi ſecũdum hunc modum. [c] Sumantur ℞ trypheræ.ʒ.iij.epithymi.ʒ.i.hieræ.ʒ.5. Et in omni menſe euacua cum aliqua forti ex hieris magnis, & pilulis magnis, donec inuenias ægritudinem iam remotam. Et adminiſtra vomitum proprie ſi vides in ſtomacho aliquid, quod in ęgritudine faciat augmentum: & non ſit ſtomachus vehementis debilitatis: & oportet etiam vt fiat [g] vomitus cum aqua in qua cocta ſint [h] †{calamenthum, & chencharzet,} & raphani ſemen. Et recipiat expreſſionẽ raphani in quo [c] infixus eſt elleborus, & dimiſſus aliquot diebus, donec currat in ipſo virtus eius cum oxymelle. Aut ſumat hunc eundem raphanũ infuſum in oxymelle. Sitq; quãtitas oxymellis trium aſtar: & quantitas expreſſionis eius ſextarij vnius, & augeat illud, & minuatur ſm quantitatem virtutis. Si autẽ virtutis times debilitatem, aliena elleborum. [c] Cumq; purgaueris intende ad cor cũ eis, quæ multoties diximus: & hæc [c] quidẽ ℞ tryphera epithymi experta eſt in hoc capitulo. Cum γ ergo antiquat ęgritudo, adminiſtra vomitũ cum elleboro: & adminiſtra maſticationes & gargariſmata nota: & adminiſtra odoramenta bona, & muſchũ, & ambrã, & [i] †{alfeniati,} & xyloaloen. Et ſi materia fuerit decliuis ad choleram citrinam, euacua cũ decoctione epithymi, & pilulis ſtomachicis temperatis: & cum eis, quæ euacuant choleram aduſtam, & quæ dicuntur in capitulo ſuo. Et tu quidem adde in humectando, & minora ex calefactione, quãuis non ſit tibi excuſatio ex chamæmilla, & quæ ſunt in eius virtute. Cũ adminiſtras embrocas, & non eſt via ad adminiſtrandũ infrigidantia pura ſuper caput. [k] Quidam autẽ antiquorum medicorum laudauerunt in huiuſmodi loco, vt ſumat ex aloe oĩ die in ieiunio aliquãtulum. Aut [k] ſorbeat in die aquam in qua cocta ſunt abſynthij. vnc.iij.aut.x. kirat expreſſionis abſynthij diſſoluti in aqua. Et [l] laudarunt vt abſorbeat omni nocte acetum forte, & præcipue acetum ſquilliticum, nos autem timemus malitiam aceti in hac ęgritudine, niſi adſit fiducia, ꝙ materia ſit generata ex cholera aduſta, qm̃ eſt calida. Nam tunc acetum eſt magis iuuatiuum ei alijs rebus, & pręcipue ſquillíticũ, & oxymel factum cũ aceto ſquillitico: & [m] ſimiliter acetum in quo ponitur polium montanum, aut ariſtol. Et qñq; etiam iuuat acetum cum ęgritudo ſit cum communitate ſplenis, & materia eſt in ipſo, & oportet vt fiat bonus odor eius cum compoſitis ęqualibus, in quibus recipiuntur camphora, & muſchus cum oleo violato multo vincente cum humiditate ſua ſiccitatem camphorę & muſchi: & odoramenta frigida reliqua bene redolentia humida, & proprie nenufar. Quod ſi cauſa in melancholia fuerit apoſtema in ſtomacho, aut viſceribus, aut complexio calida in eis aduſta, ſuccurres illi cum eis, quę infrigidant caput, & humectant ipſum, & confortant, vt non recipiat, quod peruenit ad ipſum ab alijs. Et ſi fuerit cauſa in mirac, inueniuntur ventoſitates, & rugitus. Quod ſi fuerit apoſtema in mirac calidum, cura ipſum, & reſolue cum eis, quę ſunt neceſſaria, de quibus dictum eſt in capitulo de apoſtematibus.

E F G H

A Raſ.1.9.c.13. B Raſ.1.conti.c.1.7.3. C Ser.1.1.c.11. D G.3.loc.aff.c.18.g. E Ga.ibi.it.e. F Oppoſitum ſu Fẽ.4.c.10.& Gal.loc.aff.c.7.li.g.& Ra.1.cõ.t.9.c.17.3. Infra α. Infra β. G Galẽ.de meſia.fo.110.e. H † origanum, aut thymum. Supra β. Infra γ. I † aromata. k Paul.lib.3.c.14. K Paul.ibidem. L G.de meſia.fo.110.d.e, & Aet.li.2.ſer.2.c.10 & Pau. M G.ibi.& Aet.& Paul.



A tibus. Et cõforta caput, & inunge ipſum cũ oleis cõfortatiuis, & humectatiuis. Et adminiſtra ventoſas cũ ſcarificatione euacuãdo ſanguinẽ. Et nõ calefacias in hmõi diſpõne hepar: immo tibi attinet, vt ipſum infrigides, cũ inuenis ipſum calidum adurentẽ ſanguinem ſua caliditate. Et conforta ſplenem. Et pone ſuper mirac ventoſas, & medicamen de ſynapi, & ſimilia, vt non mittat ſplen ad cerebrum materiam. Et ſi fuerit mirac frigidæ complexionis inflantis ipſum, & non fuerit ibi apã, neq; inflammatio, dabis ei ad potandum aquã decoctionis abſinthij, & ſuccum eius, * ſm ꝙ dictum eſt.

Supra *

Et embroca ſtõm ipſius cum embrocis calidis p̃dictis, et fac ei emplm̃ cũ illis emplaſtris, et adminiſtra in eis ſemẽ agni caſti, et ſemẽ rutę, et radicẽ lilij. & etiã [a] †{ſegiar marien,} & retine emplm̃ ſup ipſum tpe longo: deinde cũ ipſum [b] remoueris, ponas ſup locũ cottũ infuſum in aqua calida, & oleis: aut lanã carminatã, aut ſpongiã, & cõfert vſus emplaſtri ex ſinapi ſup ipſum, & ſup illud, qđ eſt ĩter duas ſpatulas: & emplã [c] †{deruſafes} dicta in antidotario. [d] Et cõfert vt ponanĩ ſupra B ipſum vẽtoſę abſq; ſcalpellatione, niſi illic ſit apã, aut dolor, ꝓhibẽs illud. Et multoties quidẽ neceſſariũ eſt vt [d] †{ad potandũ} denĩ in melia inflatiua [d] ſemẽ apij, & ciminũ, & aniſum, & ſyrupi in q̃bus ſemina iſta decoquanĩ, & ruta, & anethum. Immo qñq; neceſſariũ tibi erit, vt adminiſtres ſemen rutę, & agni caſti. γ Et [d] multoties indiget mirachia antiqua vomitu cũ elleboro al.} Et oportet plm̃ in melia mirachia, [e] vt rectificeĩ hepar, ne ex eo genereĩ cholera nigra. [f] Et multoties iuuat habẽtes meliam mirachiã ẽt, vt adminiſtres res in frigidãtes, inquãtũ ſunt humectãtes & oppoſitæ ſiccitati meliæ, aut q̃a ipſę ſunt ꝓhibitionẽ faciẽtes in gñatione vẽtoſitatis, & vaporis, q̃ vtraq; nocẽt cũ ſua aſcẽſione ad caput. Si tñ eſt iuuamentũ cũ frigido, nõ eſt inde iuuamentũ verũ abſcindẽs ęgritudinẽ. Sed ex frigido cũ eſt humidũ, nõ gñatur cholera nigra, & abſcindiĩ materia eius: neq; ẽt vaporat materia cõprehenſa, & fiducia eſt, ꝙ natura dñabiĩ ei, & rectificabit eã. [f] Et ſcias, ꝙ regimẽ groſsũ generatiuũ phlegmatis fortaſſe reſiſtit cholerę nigræ: & regimen ſubtiliatiuũ pp illud, qđ efficit ex aduſtione facile nocet, & fortaſſe iuuat ipſã. Nõ ergo ſeducat te iuuatiuum α quorũdam pp phlegma, qđ ipſi euacuãt vomẽdo, aut egerẽdo: nã illud nõ eſt pp euacuationẽ phlegmatis iuuantẽ ipſos: immo qm̃ multitudo, & oppreſſio, ſeu cõculcatio humorũ adinuicẽ remoueĩ ab eis: verũ iuuatiuũ eſſentialr̃ eſt euãtio choleræ nigrę. Et [f] canon C quidẽ curationis meliæ eſt, vt ꝑuenias vſq; ad vltimũ in humectatione: & cũ hoc non ſis diminutus in euacuatione choleræ nigræ. Et [g] quotieſcũq; corrũpitur cibus in vẽtribus habẽtiũ meliam, duc eos ad hoc, vt ipſum euomant, & ꝓprie qñ ſentiũt acetoſitatẽ in ore. oportet.n. vt tũc proculdubio eos vomere facias. Et ꝓhibe eis ne comedant poſt cibũ illũ aliũ. Et adminiſtra electuaria confortãtia os ſtomachi. & caueanĩ ab intromiſſione cibi ſup cibũ iã corruptũ. [h] Et oportet vt meliam habentes in aliquo ſint occupati, quocũq; modo ſit: & vt eis ſint p̃ſentes de quibus verecũdenĩ, & cũ quibus gratulenĩ, & [i] vinũ albũ æquale permiſtũ parũper: & occupẽtur ẽt cum [k] cantilenis, & lętificantibus: nihil enim eſt eis nocibilius, q̃ timor, & ſolitudo. Et multoties quidẽ iuuãt eos accidentia euenientia ipſis, vt timeãt aliquid & occupenĩ eo cogitatione: & facere vt ipſi à cogitatione remittanĩ, eſt cura eius optima. Quod ſi cauſa fuerit prouocatio [l] retẽta menſtruorũ, aut eius quod per anum egrediĩ, aut reliqua, prouocabis illud. Si aũt accidit caſus deſiderij, tunc ęgritudo eſt mala, & ſiccitas eſt dominãs. Et cũ accidunt in corporibus eorũ vlcera, ſignificãt ꝙ mors eſt propinqua. Et in cuiuſcunq; corpore fuerit cholera nigra mobilis, erit magis ſuſceptibilis curæ, q̃ ille cuius cholera nigra nõ eſt mobilis: & cuius cholera nigra eſt mobilis, apparet cholera nigra in egeſtione, & vomitu, & vrina, & in colore cutis, & lentiginibus, & panno, & vlceribus, & ſcabie, & varicibus, & elephãtia, & curſu eius, qđ ex ano profluit & ſimilibus, qm̃ totũ illud ſignificat, ꝙ ipſa recipit diſcretionẽ à ſan D guine. Cumq; aliquid eorũ in eis apparet eſt ſignũ bonitatis. Et [m] cũ aliquibus ipſorum accidit ſpaſmus poſt ſolutionẽ, & euacuationẽ, quia ipſi ſunt magis diſpoſiti in hoc, q̃ alij pp ſiccitatem, tunc oportet vt in aqua tepida ſedeant, & cibentur pane infuſo in iulcb, & pauco vino: & deĩ eis in potu aqua miſta. Deinde dormiant, & poſt ipſum balneentur: deinde cibentur, cum egrediuntur.

*De {alchatrab, ſeu de chatrab}* .i. Inſania lupina, aut canina, vel de lycanthropia. *Cap. 21.*

SPecies eſt melię plm̃ eueniens [n] in februario, q̃ facit homo diligat fugere ab hominibus viuis: & cupiat appropinquare mortuis, & [o] ſepulchris cũ malitia intẽtiõis, vel cũ malitia opinionis verſus eũ, cui repẽte obuiat. Et eſt eius egreſſio extra domũ, vel extra [o] camerã nocturna, & ipſius occultatio diurna. Et totũ illud facit diligẽdo ſolitudinẽ, & elongationẽ ab hoĩbus: & cũ hoc nõ quieſcit in loco vno plus vna hora. Immo nõ ceſſat diſcurrere, & ambulare inceſſione diuerſa, ignorãs quo vadat, cauẽdo ſibi ab hominibus. Immo qñq; nõ cauet ſibi ab eis, negligẽs penitus illud: & parum diſcernẽs illud, quod videt, & ei ſit pręſens. & cũ hoc ipſe eſt in vltimo quietis, & mœſtitiæ, & querimonię, & triſtitię, & [n] color, eſt citrinus faciei, [p] lingua ſicca, ſitiens. Et [o] ſup crura ipſius ſunt vlcera, quæ nõ conſolidantur: & eius quidẽ cauſa eſt corruptio materiæ melãcholicę, & multitudo motus pedum eius: quare materiæ ad ipſos deſcendunt: & præcipue, quia eſt omni hora offendens, & occurrit

Paul.lib.3.c.14.

Si aũt p̃cordiorũ offenſioni morbꝰ debeĩ, & horũ hñda erit ſollicitudo: ac fouebunĩ ipſa decocto rutæ, anethi, abſynthii, pulegii, agni ſeminis, & fructus lauri ꝑfundendo. Hęc etenim dolores leniunt, & flatus diſcutiunt, oleo incocta & ſic affectę parti applicata. Cęterũ p̃ter hęc inſint cataplaſmatis ẽt ea quę flatibus diſcutiendis faciũt, nẽpe apiũ, vel aniſum, vel cuminũ. Nil mali fuerit: ſi indaĩ cataplaſmati & cyperus, & iris, & libanotis quã roſmarinũ vocant. Cũ hęc admoues, longo tpe ꝑ diẽ & ieiuno adhęrere ſines. Vbi ademeris, aliud qđ dũ operimentum ſuperaccõmodato, lanã. ſ. latiorẽ. Cucurbitulis ad flatus digerẽdos leuibus vtitor. Ad dolores inflãmationesq; cũ ſcarificatione. Porro adhibita curatiõi diligentia, nec ſinapis obliuiſcere, ſed acribus ſmegmatis & dropacibus ſup dorſum, ventremq; vti conuenit. Quibꝰ vitiũ inueterauerit p̃ſentiſſimũ ẽ remediũ etiam citato per veratrum album vomitu purgatio.

A † roſmarinum. B Textus iſte acceptus eſt à Paul. ſed deprauate. C † Pau. acria ſmegmata, & dropacia. D Paul.lib.3.c.14. & Aeti.lib.2.ſer.2.c.10. D † emplaſtra. Supra. γ E Raſ.1.conti.t.9.c.1.8.3. F Raſ.7.3. Supra. α G Raſ.7.4. H Raſ.t.9.c.13. & 1.con.t.9 c.1.7.4. I Serap.t.1.c.22.& Raſ.8.2. K Raſ.8.2. L G.de meſia.h. M Raſ.1.cont.t.9.c.18.4. N Aet.lib.2.ſer.2.c.11. O Aet.& Paul.lib.3.c.16. O Pau.ibidem. P Aet.& Raſ.1.cõ.ti.t.10.c.1.& pau.li.3.c.16.

& occurrit pedibus illius aliquid: aut ipſum [a] mordet canis: & fit illud cauſa vt effundatur multitudo materierum ad crura eius: quare fiunt in eis vlcera. Et quoniam remanent ſm diſpoſitionem ſuam, & diſpoſitionem cauſarum ſuarum, non conſolidantur. [a] Et fit ſiccus viſus eius, neque [a] lachrymantur oculi ipſius. Et eius oculi ſunt debiles & ſubmerſi: & totum illud eſt propter ſiccitatem complexionis oculorum ipſius. Et hoc neq; nominatur chatrab vel cutubut niſi propterea, ꝙ eam habens fugit abſq; ordine: & quoniam eius inceſſio eſt diuerſa: ignorat ergo qua parte incedat: & ſicut fugit ab indiuiduo, apparet ei alter. Nam ipſe propter paucitatem ſuæ ſeruationis, & defectum rectificationis conſilij ſui, incipit in parte ſua moueri obuians alij indiuiduo: quare iterum fugit ad partem aliam: & chatrab quidem eſt beſtiola exiſtens in ſuperficie aquæ, quæ ſuper eã mouetur diuerſis motibus ſine ordine: & qualibet hora profundat ſe & fugit, deinde apparet. & dicitur, ꝙ eſt beſtiola alia non quieſcens: & dicitur eſſe maſculus [b] † {alshali, & dicitur, ꝙ eſt aldib alamhat:} veruntamen magis ſimilia noſtro loco ſunt duo prius dicta. Et cauſa quidem huius ægritudinis eſt cholera aduſta, & melancholia.

A Aeti.lib.2. c.11.
B † lupus Aet. & Paul.lib.3. c.13.

*De cura.* *Cap. 22.*

CVra huius ægritudinis eſt cura ipſius melancholiæ cum eſt ex cholera, aut melancholia aduſta. Et oportet vt ĩ eius [c] phlebotomia ad hoc perueniatur, vt ſanguis plurimus ex eo egrediatur, & [d] ſyncopi propinquus fiat, & [d] regatur cibis laudabilibus, & [d] balneis bonis, & [d] detur ei ad F potandum aqua caſei tribus diebus, & poſt illud euacuetur humor [d] cum hiera Archigenis: deinde ingenietur vt [d] dormiat: deinde cor eius confortetur poſt euacuationem [d] cum theriaca, & quæ curſu eius procedunt. Et cum hoc valde humectetur, & embrocetur cum ſomniferis, vt non aggregetur calefactio illarum medicinarum à quibus non eſt excuſatio cum motibus exercitatiuis: immo neceſſe eſt vt calefiat cor eius cum eo, quod ipſum confortat: & humectetur corpus ipſius, & fiat vt dormiat, & temperetur eius complexio. Complementum vero curæ eius eſt dormitatio plurima: & vt detur ei in [e] potu epithymum quãdoq;, vt quieſcat eius natura. Et abſcindatur eius cogitatio. Et cum in ipſa non conferunt medicamen & cura, flagelletur & fiat vt dolorẽ ſentiat, & percutiatur caput eius, & facies ipſius, & cauterizetur eius ſinciput, qm̃ ſanatur. Quòd ſi redeat, redeatur.

C Paul.li.3.c.14.
Aet.li.2.ſer.2.c.11.
D Aet.& Paul.
E Raſ.contin. c.1.8.4

*De alhaſch.* i. [f] Amantibus. *Cap. 23.*

HAec ægritudo eſt ſolicitudo melancholica ſimilis melancholiæ, in qua homo ſibi iam induxit incitationem ſeu applicationem cogitationis ſuæ [g] continuam ſuper pulchritudine ipſius quarundam formarum, & geſtuum, ſeu morum, quæ inſunt ei. Deinde adiuuat ipſum ad illud deſiderium eius aut non adiuuat. Et ſigna quidem eius ſunt [f] profunditas oculorum, & [f] ſiccitas ipſorum, & priuatio [f] lachrymarum, niſi cum fletus adeſt: & [f] motus continuus palpebrarum [f] riſibilis, quaſi aſpiciat aliquid pulchrum delectabile: aut audiat nouum aliquod iocundans, aut lætificetur. G Et eſt anhelitus eius plurimæ interſectionis, & reuerſionis, & fit multæ eleuationis: & alteratur diſpoſitio ipſius ad riſum, & lætitiam aut ad triſtitiam & fletum, cum amoris cantilenas audit: & præcipue cum fit rememoratio repudij, & elongationis: & [h] ſunt omnia membra eius arefacta præter oculos: quoniã ipſi cum [i] profunditate coniunctiuæ ſeu eius, quod de toto oculo nobis apparet ſunt magnas habentes palpebras pingues propter vigilias ipſius, & ſuſpiria facientia euaporare ad caput, & in geſtibus eius, ſeu moribus ipſius non eſt ordo. Et pulſus ipſius eſt pulſus diuerſus abſq; ordine omnino: ſicut eſt pulſus habentium mœſtitiam ſeu faſtidium vel timorem: & eius quidem [k] pulſus, & diſpoſitio ipſius alterantur, cũ fit rememoratio eius, quod diligitur: & proprie cum obuiat ei ſubito. & poſſibile eſt ex hoc ſignificare quis ſit ille, qui diligitur cum non confitetur ipſum. [l] Cognitio enim eius, quod diligitur eſt vna viarum curæ ipſius, & ingenium in hoc eſt, vt nomina plura nominentur, iterando multoties, & ſit manus ſuper pulſum ipſius. Cumq; propter illud diuerſificatur diuerſitate magna, & fit ſimilis interſecto, deinde iteratũ & experitur illud multoties, ſcitur ꝙ illud eſt nomen eius, quod diligitur: deinde ſimiliter rememorentur figura, & manſio, & illud in quo valet, & artes, & genus, & regiones, & cõparetur ad nomen eius, quod diligitur vnũquodq; eorũ, & ſeruetur pulſus, ita vt cũ alteratur apud rememorationẽ vnius rei multoties: aggregẽtur inde proprietates eius, quod diligitur ex noĩe & habitu & ſtatura: & ex eo in quo præ- H ualet: & ex his, quæ inducunt in cognitionẽ illius. Nos enim iã experti fuimus illud, & inuenimus iuuamentũ in faciẽdo morã in illo. Amplius cũ non inuenitur cura niſi regimen coniunctionis inter eos ſm modũ permiſſiõis fidei & legis, fiat: & nos quidẽ iam vidimus cui reddita eſt ſalus, & virtus, & redijt ad carnẽ ſuam cũ iam perueniſſet ad arefactionẽ, & ꝑtranſiſſet ipſam, & toleraſſet ęgritudines prauas antiquas, & fe. longas propter debilitatẽ virtutis factam propter nimietatem iliſci. Nam cum ſenſit applicationem eius, quod diligebat, euanuit illud, quod habebat in breui tẽpore: & exiſtimauimus mirabile eſſe, & [m] ſignificauimus obedientiam naturæ meditationibus.

F Paul.lib.3.c.17.
G Haly.9.theo.c.7.
H Haly.9.theo.c.7.& Alzara.li.pra. ſect.2.c.17.& oppoſiti Paul.li.3.c.17.
I Alzar.lib.pract. ſect.2.c.17.
K G.li.2.ad Glauconem.c.5.
L G.ad Poſthumũ c.6.& Paul.li.3.c.17.

*De cura.* *Cap. 24.*

COnſidera an eius diſpoſitio peruenerit ad aduſtionem humoris per ſigna, quæ noſti, & euacua. Deinde adminiſtra eis ſomnum, & humectationem, & nutrimentum ipſorum cum laudabilibus, & [n] fac ipſos balneari ſecundum cõditionem humectationis notam. Et ſit caſus eorum in diſceptationibus ipſorũ, & occupationibus, & controuerſiis, & vlr̃ in rebus negocioſis. Illud.n. facit eos fortaſſe obliuiſci illius, quod eſt cã macrefactionis eorũ, aut ingenietur vt ipſi diligãt aliud ab eo, quod diligunt, ex eis, quæ lex permittit. Deinde cogitatio ipſorum à ſecundo abſcindatur,

M Li.1. F.1.doc.c.2. & Fẽ.2. doc. 8.& doct.2.c.14. & li.3. Fẽ.c.5. & Fẽ.11.t.1.c. & F.21 t.1.c. & G.de motu mani.c.67.d.e.& de the.ad piſ.
N Haly.5.prac.

antequam



A antequam confirmetur, & poſtquam obliti fuerint primi. Si autem ille, qui diligit fuerit ex rationabilibus, tunc adhortatio & correctio erroris & vituperatio illius, & informare ipſum vel indicare ipſi, ꝙ illud, quod habet non eſt niſi ſolicitudo melancholica, & ſpecies quædam dæmonis, erunt ex eis, quæ multum iuuabunt: verba enim in hoc capitulo conferunt, & etiam vetulæ ad eum incitentur, vt vituperent illud, quod diligunt ipſi, & rememorentur eius diſpoſitiones turpes, & narrent ei res aliquas de ipſo ex quibus abominationem incurrat, & narrent ei de ipſo vituperationes multas. Hæc enim ſunt ex eis, quæ ſedant plurimum: quãuis ſit ex eis, quæ alios confirment. Et ex eis, quæ ad illos iuuant eſt, vt narrent vetulæ iſtæ formas eius, quod diligitur cum ſimilitudinibus fœtidis, & aſſimilentur membra faciei eius cum narrationibus horribilibus, & aſſiduent illud, & perſeuerent in ipſo. Hæc enim ſunt ipſarum opera, & ſunt prudentiores in hoc viris, niſi mollibus. Ipſis nanq; ineſt ars non breuior arte vetularum: & propterea poſſibile eſt eis vt inueniant qualiter permutent amorem diligentis ad illud, quod non diligitur gradatim. Deinde abſcindant opus ſuum, antequam confirmetur amor ſecundus. Et ex occupationibus prædictis eſt emptio puellarum, & [a] plurimus concubitus ipſarum, & renouatio ipſarum, & delectatio cum ipſis. Et [b] quidam homines ſunt, quos ſanat lætitia, & auditus cantilenę, & quidam ſunt, quos illud augmentat in iliſci, & poſſibile eſt vt ſit illud venatio autem & ſpecies ludi, & dignitates aſſum- B pte ex regibus, & ſimiliter ſpecies triſtitiæ magnæ, omnia ſunt ſanantia. Et fortaſſe neceſſariũ erit, vt iſti regantur regimine habentium melancholiam, & maniam, & alcutubut: & vt euacuentur humores eorum prædicti cum hieris magnis, & humectentur cum eo, quod dictum eſt ex humectantibus: & illud eſt cum permutatur cum moribus ſuis ſeu cum geſtis ſuis, & figura corporũ ſuorum ad ſimilitudinem ipſorum.

A Halya.5. pract. c.15.
B Paul.li.3.c.17.& Haly.li.5.prac. c.25.

TRACTATVS V. *de ægritudinibus cerebri in operationibus motus.*

*De vertigine & alſedar, vel ſedar.* i. Scotomia. *Cap. 1.*

VErtigo [c] eſt vt habenti ipſam imaginetur, ꝙ res ſuper ipſum voluantur, & ꝙ eius cerebrum & corpus ipſius reuoluantur, quare non eſt ei poſſibile vt firmetur: immo [d] cadit. Et multoties quidem abhorret voces, & [d] accidit ei ex ſeipſo ſicut illud, quod accidit ei, qui reuoluitur ſuper ſe ipſum multoties cum velocitate. Quare non eſt ei poſſibile vt firmetur ſtans, aut ſedens, aut ꝙ aperiat oculos ſuos, & illud eſt: propterea, ꝙ accidit ſpiritui in ventribus cerebri eius, & in venis, & arterijs eius ex ſeipſo [d] illud quod accidit ei cum reuoluitur reuolutione continua. Et differentia quidem inter vertiginem & epilepſiam eſt, ꝙ vertigo quandoq; manet tempore aliquo: epilepſia vero fit repente, & cadit eam habens ſilens, & euadit ſeu liberatur. [e] † {Alſedar} autem [e] eſt vt cũ homo ſtat vel ſurgit, obtenebren- C tur eius oculi: & præparatur ad hoc vt cadat: & quæ ex ea fortis eſt, ſimilis eſt epilepſiæ: veruntamen [f] non fit cum ſpaſmo, ſicut fit epilepſia. Et hæc quidem vertigo quandoq; accidit homini: propterea, ꝙ reuoluit ſeipſum, & reuoluuntur [e] vapores & ſpiritus in ſeipſo, ſicut cum reuoluitur vas continens aquam tempore aliquo & quieſcit, vnde remanet quod eſt reuolutum in gyrum tempore aliquo: & quando reuoluitur ſpiritus imaginatur homo, ꝙ res voluantur: nam æquale eſt, ſiue diuerſificetur proportio partium ſpiritus ad partes mundi continentis ipſum ex parte ſpiritus: ſiue diuerſificetur illud ex parte mundi, cum ſenſatio per eas, quæ reuoluuntur ſit ſm oppoſitionẽ. Nã cum ſentiens mouetur permutantur oppoſita, ſicut cum mouetur ſenſatum permutantur oppoſita. [g] Et hęc quidem vertigo quandoq; fit propter conſiderationem etiam ad res, quæ voluuntur, ita vt infigatur forma illa ſenſata in anima. Et propter hoc dicitur, ꝙ omnes operationes ſenſibiles pẽdent ex inſtrumentis corporis patientibus: quorum primum & dignius eſt ſpiritus ſenſibilis. Et remanet in ipſo ab omni ſenſato forma ipſius, poſt eius ſeparationem cum ſenſatum eſt forte. Omne enim ſenſatum non efficit in inſtrumento ſenſibili niſi formam, quæ eſt ſibi ſimilis: deinde firmatur forma illa, & deſtruitur ſecundum quantitatem receptionis inſtrumenti, & fortitudine ſenſati. eius vero expoſitio in [h] ſcientia continetur naturali. Et quotieſcunque fuerit corpus debilius, erunt paſſiones in eo iſtæ fortiores, ſicut in ægris. quoniam quandoque ægri perueniunt ad vltimum D in hoc, vehementer ita, vt ſemper appareat eis, quòd reuoluantur cum paruo motu ipſorum, vel ita vt ſemper accidat eis vertigo cum paruo motu ipſorum, quoniam ipſi indigent in motu eorum conatu vehementi, vt ſit eis poſſibilis motus propter debilitatem ipſorum, quare ſpiritui eorum accidunt nocumentum, & paſſio, & commotio. Et quandoque quidem fit vertigo ex cauſis corporeis aut præſentibus in ſubſtantia cerebri contentis in ipſo ex vaporibus commotis in venis, quæ ſunt in ipſo, & in neruis: aut ex humoribus contentis in ipſo omnis generis, qui euaporantur cum paruo motu, aut caliditate. Cum ergo mouentur vapores illi, mouent motu ſuo ſpiritum animalem, qui non digeritur, & non recipit ſubſtantiam, niſi in venis illis: deinde requieſcit in ſubſtantia cerebri: poſtea diſpergitur in neruis ad corpus. Aut propter multitudinem vaporum iam retentorum in ipſo, aſcendentium ad ipſum ex locis alijs: deinde quieſcentium in ipſo: remanentium in ipſo ab ægritudine acuta antecedente: aut ægritudine frigida: quare fiunt ventoſitates crudæ, ſeu groſſæ quas mouet virtus digeſtiua, & reſolutiua. Et quandoq; fit non propter motum vaporum in cerebro: [i] ſed propter malitiam complexionis diuerſæ in ipſo ex qua conſequitur excitatio motus agitabilis in ſpiritu non cum motore corporeo permiſcente ipſum ex vapore: aut alio ſicut accidit illud ex motu diuerſo perueniente ex aqua,

C G.3.lo.af.c.8.& 4.apho.17.
D G.3.lo.aff.c.8.c.
E † Et ſcotomia.
E G.4.de vict.ratione.42.
F Raſ.1.conti.t.8. c.1.5.4.
G G.3.lo.af.c.8.c, & 4.apho.17.a
H Li.1.de aĩa & de ſenſu & ſenſibili.
I G.li.3.lo.af.c.8.d


& igne

& igne, cum aggregantur. [a] Et quandoq; fit ex motore ſpiritus exterius ſicut percuſſione capitis, & fractione cranei, ita vt comprimant cerebrum, & ſpiritum quietum: & ſequantur ipſum motus diuerſi circulares vndoſi, ſicut accidit in aqua ex caſu grauis ſuper eam, aut caſu verberationis fortis ſuper dorſum ipſius. Quare reuoluuntur vndæ eius, & caſus ſimilis illi in aere, & in corpore aereo eſt dignior: ſed non ſentitur. [b] Et quandoque fit ex vaporibus aſcendentibus ad cerebrum in diſpoſitione ſuarum aſcenſionum, & ſi non ſint generati in ſubſtantia cerebri, neque retenti in ipſo antiquitus. Nam cum ad ipſum aſcendunt, mouent ipſum. Et quandoque fit aſcenſus eorum ad ipſum, aut in tranſitibus neruorum: & [b] eſt ex ſtomacho, & cyſti fellis mediante ſtomacho, & ex veſica, & matrice, & velamine, cum eis adueniunt ægritudines: aut mouentur humores, qui ſunt in eis. Illud enim plurimum fit ex ſtomacho: & poſt ipſum ex matrice recipiente ſuperfluitates: vt in venis & arterijs: aut occultis, aut manifeſtis. Vaporis autem materia quandoque eſt [c] cholera: & quandoque eſt phlegma. Et [d] vertigo quidem phlegmatica ſimilis eſt epilepſiæ: Et multoties fit communicatio faciens alſedar, & faciens vertiginem, fit non propter materiam aduenientem: immo propter nocumentum ſua qualitate perueniens ad cerebrum, & facit poſſidere ſedar, & vertiginem, ſicut accidit cum eſt vacuitas, & fames quibuſdam hominibus: & proprie eis, qui famem non tolerant: propterea, quod os ſtomachi eorum læditur, cui cerebrum communicat. [e] Et quandoque fit vertigo & ſcotomia ſecundum ſemitam criſis. Et [f] vertigo quidem frequens, & proprie in decrepitis, nunciat apoplexiam: & ſimiliter vertigo eueniens ſucceſſione ſtuporis communicantis membrum, & quandoq; ſoluit vertiginem ſoda accidens: & quandoq; ſoluit ſodam vertigo accidens.

*De ſignis eius.* Cap. 2.

FActa autem ex reuolutione hominis ſuper ſeipſum: aut conſideratione ipſius ad res reuolutas, & luminoſas, cum non ſedet, nota eſt per ſeipſam: & ſimiliter, quæ fit à percuſſione, aut caſu. [g] In ea autem, quæ fit à retentione materierum vaporoſarum in antiquo tempore exiſtẽtium in cerebro, aut generatarum in ipſo cerebro, eſt ægritudo aſſidua: & non ſequens ægritudinem in aliquibus membris: & non eſt excitata cum repletione, & ſedata cum vacuitate. Et quandoq; antecedunt ipſam dolores capitis, & ſonitus, & tinnitus, & grauitas eſt in capite, & inuenit tenebroſitatem in viſu ſuo fixam: & inuenit in ſenſibus abbreuiationem: ita vt ſit in guſtu, & odoratu, & ſentit in arterijs anterioribus pulſationem vehementem: & inuenit [g] grauitatem in odoratu. Et ſi fuerit humor, qui eſt in cerebro, aut in alijs membris, humor ex quo excitantur vapores phlegmatici, erit [h] grauitas, & timor, & [h] difficultas motus, & [h] multitudo ſomni, & ſigna phlegmatis pdicta in [i] canone. Et ſi fuerit cholera, erunt vigiliæ, & inflammatio ſine multitudine grauitatis, & imaginationes citrinæ, aureæ. Et ſi fuerit ſanguis, erunt venæ [h] inflatæ, & facies, & caput, & oculi rubei, G & calidi: & erunt [h] grauitas, & [h] ſomnus, & laſſitudo, & pulſatio. Et ſi fuerit melancholia, erit [h] grauitas cum quantitate, & erunt [h] vigiliæ, & imaginationes laminarum, [h] nigrarum, & pilorum nigrorum, & fumoſitatum, vel fumorum: & cogitatio corrnpta, & reliqua ſigna prædicta. Quod ſi eius cauſa fuerit à ſtomacho, erit cum deſtructione deſiderij: aut impedimento in ipſo: aut corruptione in digeſtione, & [k] †{tremore} [l] cordis, & permutatione ſeu ſubuerſione in ſtomacho, & erit declinatio nocumenti ad [m] anteriorem partem cerebri, & mediã ipſius: & non elongatur quin perueniat ad ipſius poſteriorẽ: & diuerſitas diſpoſitionis doloris: quandoq; enim ſedatur, & quandoq; augmentatur ſecundum repletionem & vacuitatem. & fit ſucceſſione ſatietatis nauſeatiuæ à cibo præteritæ: & inuenit etiam dolorem in ſtomacho, & inflationem in quibuſdam horis, & [n] fit via cõmunitatis neruorum, & inuenit ante ipſam, & apud eius vehementiam, & in fine ipſius dolorem poſt ſinciput apud originem paris neruorũ ſexti in partibus alchafa. Et ſi eſt ex matrice, pręcedunt ipſam præfocatio matricis: & retentio ſpermatis, & mẽſtruorum: & apoſtemata in ipſa. Et ſimiliter ſi eſt ex veſica. Et ſi fuerit principium ex membris omnibus: aut ex origine nutrimenti, quæ eſt hepar: aut ex origine ſpiritus, quę eſt cor, tũc erit penetratio eius in venis & arterijs venientibus ex eis ambobus, aut in illis, quæ ſunt poſt aures: aut in illis, quæ ſunt in collo. & illius quidem ſignum eſt, vt ſit cum pulſatione vehementi, & tenſione, vt chordæ, venarum, quæ ſunt in collo: H & vt non inueniat dolorem de quo ſit curãdum in collo, & membris eius, neq; in reliquis neruis. Et cum vides arterias extrinſecas extenſas apud collum, & alleuiatur, cum manu tua pulſationem [o] prohibes: aut ligamentis aut [p] †{alagiemi,} aut plũbo, aut linis ſuper ipſum ſtyptica prædicta, tũc ſcis, ꝙ curſus eſt in eo: & ſi non, tunc eſt in alijs. Et ſimiliter experire in alijs: ꝙ ſi non inuenis, tunc eſt in vijs profundis. Illa vera, quæ fit à malitia complexionis diuerſæ, ſcitur per leuitatem cerebri, & priuationem cauſarum prædictarum, & caſum frigoris, aut caloris repente exterius: aut ex comeſtis vel potatis infrigidantibus, aut calefacientibus ſubito: & ſequitur eam vertigo. Scotomiam vero habens non tantum iuuatur à vino, quantũ à potu aquæ, & ſcias, ꝙ ſcotomia, & vertigo [q] cũ prolongantur, tunc ęgritudo eſt frigida. & ſigna quidem creticæ manifeſta ſunt.

*De cura.* Cap. 3.

FActa quidem à reuolutione hominis ſuper ſeipſum, & cõſideratione eius ad reuolutiones, aut conſideratione ex loco alto curatur cum quiete, & tranquillitate & ſomno, & ſi non cito ſedatur, tunc ſumat ſtyptica acetoſa, & frangat buccellas in eis, & ſumat ipſas. Quæ vero facta eſt à ſanguine, aut humore cõtento in corpore, curať [r] phlebotomia ex cephalica: deinde ex vena geta, [s] quę eſt poſt

E A Paul.li.3.c.
B G.3.lo.aff.c. & 4.apho.17.a
B Gal.ibi.d.& 4. apho.17.a
C Aet.li.2.ser.c.
D G.3.apho.17.
F E Hipp.4.de re. ra.42.
F Cap.13.& li. 3.d.5.sum.c. Raſ.t.4.c.1.
G G.3.loc.aff.
H Alzar.li.prad. ſect.1.c.6.
I T.1.c.5.
k † morſione.
L G.3.lo.aff.c.& & Pau.li.3.c.
M Raſ.1.cont. c.1.6.1.
N Gal.4.apho.
O Ser.t.1.c.13.
P † emplaſtro ſtypticis.
Q T.2.c.38.
R Serap.t.1.c. Raſ.1.cont.t.7.
S G.3.lo.aff.c. & de miſſio. ſang. c.21.d



A eſt poſt aurem. Eſt enim optima in curatione omnium ſpecierum vertiginis materialiũ. [a] Et quandoq; cauterizatur, & proprie in ea cuius cauſa eſt aſcenſio vaporum ex corpore, in quacunq; via eleuantur. [b] Ventoſæ quoq; conferunt nocrati ſuperpoſitę, & etiam ſuper caput. Si autem fuerint cum ſanguine humores diuerſi, aut cauſa eius fuerint humores præter ſanguinem, tunc incipiatur ad euacuandum cum pilulis de hiera, [c] aut infuſione aloes: ſi fuerint humores calidi, aut decoctione [c] myrabol. citrinorum, aut decoctiõe epithymi, & pilulis ſtomachicis ſi fuerint diuerſi. [a] Et poſt euacuationes adminiſtretur clyſtere cum aqua centaureæ, & coloquinthidæ. [d] Deinde ventoſetur ſuper nocram, & caput. [a] Poſt perueni ad gargariſmata, & caputpurgia, & attractiones odorum naribus, in quibus ſunt [c] muſchus, & [c] caſtoreum, & [c] nigella, & [c] amaracus. [d] Cumq; paroxyſmus excitatur, tunc adiuua cum fricatione inferiorum extremorum. Et ſi fuerit cauſa in hoc, ex ſtomacho, & humoribus in ipſo, [e] adminiſtra vomitum cum aqua, in qua ſunt anhetum & raphanus, & ponantur in ipſa mel & ſal, & reliqua vomitiua temperata. Deinde euacua cum [f] cochijs ſi virtus fuerit fortis: aut cum pilulis de picra. & infuſione aloes, ſi virtus fuerit minus fortis. & ſi ſciueris, ꝙ humores ſint cholerici puri, tunc cum decoctione myrabolanorum cum fumoterræ. & illud quidem ſcies ꝑ ſignificationes prædictas in hoc capitulo, & in [g] capitulo de ſtomacho. Et ſi cauſa fuerit in alijs membris, curabis totum cũ eo, quod oportet, & confortabis caput in principio ſui [f] cum B oleo roſa. cum aceto, & oleo chamæmellino. Et poſt confirmationem cum oleo chamęmellino ſingulari. Cum ergo ſcitur, ꝙ materia eſt in capite tantum, ponantur ventoſę ſuper caput, & nocram. Et phlebotometur vena, quæ eſt poſt aurem. Et adminiſtrentur pilulæ alſebiarat, ſiue aſſaiaret, & gargariſmata, & embrocæ, & attractiones odorum naribus, & caputpurgia prædicta, & quæ ſimilia ſunt illis ſm materias, ſm ꝙ ſciuiſti in [h] canone. & ſi cauſa eſt malitia cõplexionis diuerſæ, oportet vt ſcias cauſam eius, & ſigna, per ea quæ ſcis: & cura per contrarium, vt temperetur complexio naturalis. Et ſi cauſa eſt percuſſio, aut caſus, curetur prius cum eis, quæ dicentur in [i] capitulis ſuis. Si ergo ſanatur, & remanet vertigo, curetur vertigo cum eis, quę ſunt oſtenſa. Et oportet quidem vt habens vertiginem alienet à ſe conſiderationem ad omnẽ rem cito reuolubilem: & alienetur ab aſpectu profunditatum fouearum, & verticum montium, & collium, & ſuperficierum ſupremarum. Scotomiam vero & vertiginem factas propter vacuitatem ſtomachi ſedat acceptio buccellarum infuſarum in rob fructuum ſtypticorum, & aquis ipſorum, & proprie acreſtæ.

*De {alui & eſt albegiendach.}*.i. contorſione. Cap. 4.

COrpori quidem accidit ex parte multiplicationis repletionis, & ſimilium in lacertis, & venis, diſpoſitio, quæ eſt ſicut laſſitudo, propter quam [k] extenduntur venæ, & multiplicatur [k] oſcitatio, & [k] alarum extenſio propter multitudinem ventoſitatis, & vaporis: & cum ea rubifi- C cantur facies, & [k] oculi: & prouocat contorſionem & extenſionem, & cum illud in homine multiplicatur, ſignificat repletionem. Oportet ergo vt euacuetur humor ſanguineus, & cholericus, & adminiſtretur [k] aqua frigida. Illud enim quandoq; ſedat eam in diſpoſitione: propterea, quod temperat ebullitionem. [k] Acoro quoq; ineſt proprietas remouendi ipſam, cum maſticatur, aut puluerizatus ſumitur, & bibitur. & forſitan cum eo, quod reſoluit ventoſitates dominantes. Et ſimiliter [k] coriandrum cum zuccaro, & balneatores ſanant habentem eam, [k] conſtringendo manum ſuper venas ſubeticas donec homini eueniat quaſi ſyncopis: & fortaſſe cum eo, quod motu laborioſo agitatur de ſpiritu aſcendente ad cerebrum dominante ſuper materias cum reſolutione. Et in ipſo eſt periculum, & oportet ne manus ſuper venas teneantur ea quantitate, quam homo non tolerat, vt in ipſo eius ſpiritus retineatur.

*De {alchabus, & nominatur ſtrangulator, & quandoq; nominatur arabice algiathum, & alneidalan ſeu albeidalan.}*.i. Incubo, ſiue ephialte. Cap. 5.

INcubus autem eſt ægritudo, in qua [l] homo ſentit, cum in ſomnum ingreditur [m] phantaſma graue ſuper ſe cadens, & comprimens ipſum, & anguſtiatur eius ſpiritus, & interſecatur [l] vox ipſius, & [l] motus eius, & exiſtimat pręfocari [n] propter oppilationes pororum: & cum ab ipſo ſeparatur, excitat eum ſubito. [n] Et eſt anteceſſor vnius trium ęgritudinum, aut apoplexię, aut epilepſiæ, D aut manię: & illud quidem cum fuerit ex materiebus comprimentibus, & non fuerit ex cauſis alijs non materialibus. Eius vero cauſa ſecundum plurimum [o] eſt vapor materierum groſſarum ſanguinearum, aut phlegmaticarum, aut melancholicarum, eleuatus ad cerebrum ſubito in diſpoſitione quietis motus vigiliarum reſoluentis vaporis, & vnuquiſque humor cauſat phantaſma cum colore ſuo.

*De ſignis.* Cap. 6.

SIgna autem omnis humoris manifeſta ſunt per canones antecedentes. Et quandoq; fit ex frigore vehementi inuenienti caput ſubito apud ſomnum, quare exprimit ipſum & inſpiſſat eũ, & conſtringit ipſum, & cauſantur ex eo illa phantaſmata eadem. Et illud quidem non fit niſi propter debilitatem cerebri ſua caliditate: aut malitia complexionis, quam habet.

*De cura.* Cap. 7.

CVra eius eſt [p] phlebotomia, & ſolutio ventris cum eo, quod totum humorem educit: & ſi humores ſint multi, & groſſi confert hoc ſolutiuum. Cuius cõfectio. [q] Recipe ellebori quantitatem drach. i. cum tertia parte drach. de ſcammonea, & quarta drach. de pulpa coloquinthidę, & duobus danich aniſi, ſi virtus fuerit fortis: & ſi non, cum pilulis de azulo: aut pilulis ſtomachicis, & epi-

A Raſ.1.con.t.8.c. 2.6.1.
B Pau.lib.3.c.12.
C Ser.t.1.c.13.
D Raſ.6.2.
E Hal.5.pra.c.20. & Raſ.t.9.c.2.
F Raſ.t.9.c.2.
G 11.t.1.F.13.
H Cap.29.t.1.
T.3.c.14.
K Raſ.1.cont.t.8. c.1.6.1.
L Paul.lib.3.c.15.
M Paul.& Halya. li.9.theo.c.6.
N Aeti.li.2.ſer.2. c.11.
O Raſ.1.con.t.12. c.1.14.
P Paul.li.3.c.15.
Q Pau.& Aet.hic addit colocynthys

& epithymo, & hieris magnis. ſ. hiera cucumeris aſinini, & hiera Rufi proprie. Deinde cõforta caput cum eo, quod ſciuiſti ex canone: & ex eis, quæ iuuant ad hoc eſt, vt [a] grana pæoniæ in potu ſm continuitatem ſumantur. Si autem cauſa in ipſo eſt frigus inueniens caput, & facit in ipſo hãc phãtaſiã, oportet vt olea calida adminiſtres calefacientia ſtyptica, & emplaſtra rubificantia, & reliqua. Et non oportet vt prolongemus ſermonem in ipſo, quoniam iam præceſſit, quod excuſat. E

A Aet. lib. 2. c. 12.

*De epilepſia.* *Cap. 8.*

Epilepſia eſt ægritudo prohibens membra animata ab operationibus [b] ſenſus & motus, & erectionis prohibitione non completa, vel non integra, & illud eſt propter oppilationem cõtingentem. Plurimum vero eius eſt ſpaſmus vniuerſalis accidens ex nocumento [c] adueniente ventriculo anteriori cerebri, quare facit prouenire oppilationem [d] non completam: & prohibet trãſitum virtutum ſenſus, & motus in eo, & in mẽbris penetratione integra abſq; abſciſſione totali ipſius, & prohibet à poſſibilitate erigendi, ſeu ſtandi, & neq; poſſibile eſt homini, vt cum eo remaneat erectio corporis. Et qm̃ omnis ſpaſmus quemadmodum [e] oſtẽdi, fit aut à repletione, aut à ſiccitate, aut à contractione propter cauſam nocentem, & ſimiliter epilepſia. Verumtamen ipſa non [b] fit à ſiccitate, quoniam epilepſia fit ſubito: ſed ſpaſmus ſiccus non fit ſubito. Et qm̃ cerebrum ex ſiccitate ſua non conſequitur vt ſpaſmetur multum, quin moriatur corpus prius: tunc reſtat vt eius quidẽ cauſa ſit, aut contractio cerebri ad expellendam rem nocentem, quæ eſt aut vapor, aut qualitas mordicatiua, aut humiditas malę ſubſtantiæ: aut humor faciens euenire oppilationem, non completam in ventriculis cerebri, & principijs originis neruorum. Et quandoq; fit illud ex humore propter motum vndoſum contingentem in humore: aut propter ebullitionem caliditatis ſuperfluæ in eo quod accidit ex oppilatione: quare virtus ſenſus, & motus non pertranſit ſuo naturali tranſitu: & per hoc ꝙ non completur, penetrat ex ea aliquid cũ quantitate aliqua, quare non priuantur membra ſenſu & virtute motus integre: aut propter ventum groſſum retentum in tranſitibus ſpiritus, ſm ꝙ viſum eſt philoſopho magno [f] Ariſt. & vidit ipſam eſſe vnam cauſarum epilepſiæ. Et cum ibi fuerit humor oppilans tunc cerebrum cum hoc etiam contrahetur, vt expellat illud, quod nocet, ſicut [g] accidit ſtomacho ex ſingultu, & ſubuerſione, & ſicut accidit ex iectigatione cũ eſt contractio, & compreſſio principium in expulſione membrorum eius, quod ipſa expellunt. Et cum cerebrum contrahitur, motus eius diuerſificantur, & ſequitur ipſum contractio neruorum in facie & alijs, & diuerſificantur motus ipſorum. Et euaſio quidem à paroxyſmo ipſius epilepſiæ, aut contingit propter expulſionem humoris, aut propter reſolutionem ventoſitatis: aut propter expulſionem nocentis. Spaſmi autem deſcendentis ad membra, quibus aſſociatur epilepſia, cauſa eſt, quoniam materia, quæ peruenit ad cerebrum, aut nocumentum quod ipſum comitatur, comitatur neruos etiam: quare eſt ipſorum diſpoſitio, diſpoſitio eius. & illud eſt propter tres cauſas, ſcilicet quia nerui ſequuntur ſubſtantiam cerebri, & læduntur ab eo, quo ipſum læditur: & eorum repletio ex humore expulſo ad ipſos in principio ipſorum quare augmentatur eorum latitudo, & abbreuietur eorum longitudo. & epilepſia quidem procedit curſu ſpaſmi, non curſu laſſitatis vel mollificationis, & efficit contractionem cerebri, & abbreuiationem ipſius ſeu corrugationem: & non facit mollificationem, & dilatationem, niſi quia cerebrum conatur in hoc expellere aliquid à ſeipſo: expulſio vero non completur, & perficitur, niſi cõtractione, & expreſſione. [h] Omni autem ſpaſmo materiali confert febris: ſed epilepſia eſt ſpaſmus materialis: quare ipſi confert febris. [d] Et apoſtemata quando apparent in ipſa fortaſſe reſoluunt eam, & minuunt materiam eius. [i] Et multoties quidem permutatur α melãcholia ad epilepſiam: & multoties quidem mutatur epilepſia ad melancholiam. [k] Quidam autem homines exiſtimant, ꝙ quandoq; eſt epilepſia, quæ non eſt à materia. Si ergo ſignificant per hoc, ꝙ cauſa in eo eſt vapor, aut qualitas nocens cerebro, & facit in ipſo contradictionem prædictam, tunc ſermo ipſorum intentionem habet: ſi autem ſignificant, ꝙ cauſa illius eſt ipſa complexio pura cum eſt in cerebro, & efficit epilepſiam, tunc illud eſt, quod modum non habet: quoniam cum qualitate illa affectum fuerit cerebrum, oportebit vt ſit epilepſia inſeparabilis ei, & non ſit ex eis, quæ ſeparantur ſtatim. Verum cauſa epilepſiæ eſt ex eis, quæ ſubito fiunt, & ſeparantur ſtatim, aut vincit & interficit. Et huiuſmodi non eſt qualitas præſens vel contenta in ipſo cerebro: immo eſt materia, aut qualitas adueniens ei: & reſcinditur: & fit illud ex membro alio proculdubio. [l] Spuma vero accidens in epilepſia, eſt propter agitationem motus anhelitus propter præfocationem eius. & illa agitatio eſt propter agitationem ſpaſmi, & in apoplexia quidem accidit præfocatio propter violentiam ſeu difficultatem anhelitus. [m] Epilepſia quidem eſt quaſi ſpaſmus proprius primum cerebro: & ſpaſmus epilepſia propria primum membro alicui. Et motus ſternutationis eſt quaſi motus epilepſiæ leuis. & epilepſia eſt quaſi ſternutatio multa & fortis. Veruntamen plurimum expulſionis ſternutationis eſt ad partem anteriorem propter fortitudinem virtutis, & debilitatem materiei. Et expulſio epilepſiæ ad quãcunq; partem fuerit eſt facilior & poſſibilior. Et oportet quidem vt comprehendatur ex eo, quod dictum eſt: quòd cum epilepſia eſt in ipſo cerebro, tunc cauſa in ipſo eſt materia proculdubio faciens ventoſitatem retentam in meatibus ſenſus & motus: & replet vtroſq; ventriculos anteriores cerebri impletione aliqua. Et hæc quidem materia: aut eſt [n] ſanguis dominans & plurimus, aut [o] phlegma, aut melancholia, aut cholera, & eſt parum valde: & poſt ipſam in paucitate eſt ſanguis purus. Sanguis [p] aũt cuius complexio ad complexionem choleræ nigræ aut phlegmatis inclinatur multoties ſit cauſa:

B G. 3. lo. aff. c. 7.
C C. de ſym. cã. c. 3. f. & 1. decaſ. c. 8. c
D Raſ. 1. cont. c. 1. 11. 4
E Fen. 2. c. 3. & G. 5. apho. 2. d
F Li. de ſomno & vigilia.
G Ga. 3. lo. aff. c. 7. fo. 10. a
H Ga. 4. apho. 57. & 2. apho. 16.
I T. 4. 4. 15. & G. 3. lo. aff. c. 7. c. *Infra* α
K Gal. ibidem. fo. 19. e. f. g. h
L Li. 4. F. 2. t. 1. 14. 39. & quaſi idẽ li. 3. Fẽ. 9. c. 9. & Gal. 2. apho. 43. d
M Gal. de ſympt. dif. c. 3. f
N Gal. 5. apho. 2.
O G. 3. lo. aff. c. 7. & Alzar. lib. pract. ſect. 2. c. 34.
P G. 3. loc. aff. c.

F G H



A ſit cauſa: veruntamen cauſa ſm plurimum eſt humiditas denudata aut declinans ad choleram nigram. Plurimum enim cum accidit epilepſia, accidit à phlegmate. & [a] Hipp. quidem dixit ꝙ plurimę oues patiuntur epilepſiam: cumq; in cerebris ſuis anatomizantur, inuenitur in eis humiditas mala fœtida. & omnis cauſa epilepſiæ cerebralis fundatur ſuper [b] debilitatẽ digeſtionis in ipſo cerebro. Non ergo euacuatur quin aut ſit in ſubſtantia cerebri, & velaminibus eius, & eſt deterior. aut ſit in panniculis ipſius, & eſt leuior. [c] Et epilepſia melancholica fortis eſt deterior, quãuis phlegmatica [d] plus accidat, qm̃ melancholica fortis, magis oppilat tranſitus ſpiritus, Et illa quæ apud quoſdam proprio nomine dicitur mater puerorum, interficit multum. [e] Et quando continuantur paroxyſmi epilepſiæ, interficit. [f] Epilepſia autem cuius cauſa eſt in membro alio, fit aut quia eleuantur ab ipſo ad cerebrũ vapores, & [g] ventoſitates lędentes quantitate ſua, ita vt ex eis aggregetur ſm ſemitam aſcenſionis aliquid: deinde poſt illud inſpiſſetur, & fiat materia habens eſſentiam, faciens eſſentia ſua, aut eo quod ex ipſa generatur de ventoſitate. Aut quia ad ipſum eleuatur vapor, aut ventoſitas impediens non quantitate, immo qualitate, aut congelatione, aut aduſtione, aut venenoſitate, aut malitia ſubſtantiæ. Aut quia eleuatur ad ipſum qualitas pura tantũ. Aut quia eleuatur ad ipſum quod impedit duobus modis. Membrum autem ex quo eleuantur vapores ad cerebrum facientes epilepſiam cum multitudine ſua, aut eſt totum corpus, aut ſplen, aut ſtomachus, B aut mirach, & contingit illud etiam in reliquis membris. Illud autem quod nocet cum vapore malæ ſubſtantiæ, & qualitatis, eſt in toto corpore etiam, ita vt ſit in digitis pedis & manus. Et fit cauſa illius retentio ſanguinis, aut humoris in tranſitu cui iam accidit oppilatio, & abſcinditur ab eo calor innatus, & moritur in ipſo, & putrefit, & conuertitur ad malam qualitatem: & procedit ex eo ſm reuolutionem, vel periodicationem, aut non ſm periodicationem materia vaporoſa, aut qualitas venenoſa: aut fit caſus ſuper ipſum quorundam venenorum: & imprimit in neruis, [h] ſicut imprimit punctura ſcorpionis ſuper neruos. Et expellitur eius venenum mediantibus neruis ad cerebrum, & lædit ipſum: quare cõtrahitur ex eo, & ſpaſmatur. [i] Et agitantur motus eius, ſicut accidit ſtomacho ex ſingulto, cum recipit, quod habet mordicationem dum eſt ieiunus, vel vacuus, & cum eſſentia oris ſtomachi eſt fortis ſenſus. Et ſingultus quidem eſt ſpecies ſpaſmi. Cum ergo accidit cerebro ab huiuſmodi cauſa ſpaſmus, & contractio, & abbreuiatio, tunc ipſum ſequitur cõtractio omnium neruorum, & ſpaſmus ipſorũ. [k] Et Gal. quidem de ſeipſo narrauit ꝙ accidit ei ſingultus, cum recepit diapepereon, & poſt ipſum bibit vinum, propter impedimentum oris ſtomachi cum acuitate: & nos etiam teſtificamur in alio quod illi eſt proximum. Et [l] Gal. & alij retulerunt, & nos poſt ipſum teſtificamur illud, quod multoties ſentit epilepticus eleuari aliquid ex pollice pedis ſui, quod eſt ſicut ventoſitas frigida, & tendit verſus cerebrum ipſius. Cum ergo peruenit ad C cor, & cerebrũ ipſius incurrit epilepſiam. & [m] Gal. quidem dicit, ꝙ cum ligatur crus eius ligatione forti ante paroxyſmum ipſius, prohibetur illud, aut alleuiatur: & nos teſtificamur nos vidiſſe res mirabiles huius capituli. [m] Et quidam eorum quandoq; cauterizantur ſuper pollicem ſuum. et quidam ſuper digitum alium ſi vapor eſt ex parte ipſius, & ſanantur. Ex hoc autem capitulo [n] eſt epilepſia quę accidit propter vermes aut aſcarides. Et quidam modus epilepſię eſt compoſitus cũ ſyncopi, quare forſitan extrahunt medici de capitulo epilepſiæ. [o] Verum in ipſo eſt, & eſt ſpecies eius. & ipſum nominant præfocationem matricis. & eſt ꝙ quando mulieri accidit, vt eius menſtrua retineantur in non ſua hora, & conſtipantur aut retinetur ſperma eius propter dimiſſionem coitus, et conuertitur illud in matrice ſua ad qualitatẽ venenoſam: et adſunt ei motus, & vaporationes: aut cum periodo aut ſine periodo: quare accidit vt eleuetur vapor eius ad cor, et ad cerebrum, et incurrit epilepſiam mulier. Et ſimiliter quandoq; contingit homini, vt in vaſis ſuis ſeminalibus aggregetur ſperma plurimum, & corrumpatur, & infrigidetur, & conuertatur ad qualitatem venenoſam, & accidit ei ſimile ipſius. [p] Et ſimiliter aduenit mulieri prægnanti epilepſia in impregnatione. Cumq; deponit & euacuat materiam illam menſtrualem, remouetur illud. Et nobis quidem narrata fuit epilepſia incipiens à ſpondylibus, & epilepſia incipiens à ſpatula, & reliquis. Illa autẽ quæ fit ex mirach, & ex ſtomacho, & propter nauſeatiuam ſatietatem, facit poſſidere oppilationes in D venis, quare ipſæ nutrimentum laudabile non ſuſcipiunt, & corrumpitur in eis humor, aut remanet in ipſis nutrimentum laudabile coarctatum propter oppilationes, quare corrumpitur: et multoties redit ad ſtomachum corruptum, & corrumpit cibum bonum laudabilem, & multoties accidit propter illud vomitus cibi indigeſti. Verum ſm quancunq; diſpoſitionem ſit epilepſia, cũ communitate aut abſq; communitate, [q] principiũ epilepſiæ propinquum, ex cerebro eſt, aut ex ventriculo eius anteriore, aut ex ventriculis alijs cum eo: qm̃ primum nocumentũ quod accidit, contingit in ſenſu viſus & auditus, & in motibus lacertorum faciei, & palpebrarum: quamuis reliqui ſenſus & membra mobilia in nocumento communicant. Nam ſi non cõmunicarent in nocumento reliqui ventriculi, nõ deſtrueretur intellectus, neq; læderetur in eleuatione anhelitus. Epilepſiam vero ſm plurimum antecedit ſpaſmus: deinde poſt ipſum fit epilepſia: & illud eſt qm̃ ſi confirmatur ſpaſmus, eſt epilepſia. & cũ expellitur cauſa impediens, aut reſoluitur ventoſitas, redeunt operationes ſenſibiles & motiuæ. Et qñq; quidem apparet humor expulſus viſibiliter in vtriſque naribus, & in gutture. Et multoties fit epilepſia ſine ſpaſmo ſenſato: & illud ideo, qm̃ materia faciens ipſam, eſt ſubtilis, & operatur cum repletione, non cum malitia vehementi. [r] Epilepſia vero plurimum accidit infantibus, propter humiditates ipſorum: et plerunq; apparet in eis primum cum naſcuntur.

A De morb. ſacro fo. 156. 1. & Raſ. 1. cõ. ti. 1. 13. c. 1. 12. 4.
B G. 6. apho. 28. a
C Raſ. 1. con. t. 13. c. 1. 12. 4.
D Raſ. 12. 4.
E Raſ. & Pau. lib. 3. c. 13.
F G. 3. loc. aff. c. 7. e. f.
G Alzar. li. pract. ſect. 2. c. 34.
H G. ibi. fo. 19. f
I G. fo. 20. a. b
K 3. loc. aff. c. 7. fol. 20. a
L 3. lo. aff. c. 7. 19. e. f
M ibidem. g
N Raſ. 1. con. t. 13. c. 1. bis. 11. 4
O Oppo. Fẽ. 21. t. 4. c. 17.
P Pau. li. 3. c. 13.
Q 3. loc. af. c. 7. g. & fol. 19. e
R Ga. cõ. 1. in 6. de mor. vul. 5. g. a

cuntur. & quandoqꝫ fit poſt pubertatem. Si ergo in regimine ipſorum ſit rectitudo, remouetur: & ſi non, remanet. & oportet quidem vt ſtudium impendatur ad hoc, vt illud remoueatur ab eis ante pubertatē. [a] Pueri vero ab hoc ſunt remotiores, quibus in partibus capitis accidunt vlcera, & apoſtemata, & adeſt fluxus narium. Et æquum quidē eſt vt ille, in cuius cerebro eſt humiditas in principio creationis, purgetur: & [b] plerunqꝫ purgatur in matrice: & qn̄qꝫ purgatur poſt natiuitatem. Si enim non purgatur non erit excuſatio quin incurrat epilepſiam. Plurimę autem epilepſiæ, quæ pueris contingunt, cura qn̄qꝫ alleuiatur, [c] & remouetur cum pubertate, cum ipſam nō adiuuat malitia regiminis, & dimiſſio curæ. Epilepſia autem qn̄qꝫ accidit adoleſcentibus. [d] Si ergo fuerit poſt xxv. annos propter ęgritudinem in cerebro, & proprie in ſubſtantia ipſius, erit continua, & neqꝫ ſeparabitur, & erit finis actionis curæ in eis, alleuiatio à prauitate ipſius, & tarditas paroxyſmi eius. [d] Et Hipp. quidem dixit, ꝙ epilepſia remanet cum eis vſqꝫ quo moriantur. [e] Senibus autem parum aduenit epilepſia oppilatiua. Et cauſas mouentes epilepſiam plerunqꝫ adiuuant cauſæ extrinſecæ, ſicut immoderantia cibi & [f] potus, et ſatietas nauſeatiua: Et ſicut mora plurima in [g] ſole, propter illud quod capiti attrahitur ex materijs, & illud quidem eſt propterea ꝙ prohibet dilatari materias in partibus corporis, [h] quare mouet eas ad ſuperiora. [i] Et coitus plurimus eſt ex cauſis eius, & ex cauſis ipſius ſunt deliciæ, & [k] quies, & paucitas exercitij: & ex cauſis eius eſt exercitium ſuper repletionem, propterea quod humores propter ipſum mouentur, qui reſoluuntur non integre, & implent vacuitates. Ex cauſis ipſius eſt illud quod debilitat cor ex [k] timore, aut [k] euentu tumultus, & [k] vocis ſubito. [l] Et ex cauſis eius ſunt ieiunium habentis ſtomachum debilem. Et potatio [l] vini puri etiam, propterea ꝙ impedit ſtomachum. & cauſæ quidē iſtæ remotæ faciunt cauſas propinquas. Nos vero ponemus his cauſis [m] capitulum ſingulare, & [n] dicitur, ꝙ cum epilepticus induit corium caprinum, ſicut excorticatum eſt recenter: et infundatur in aqua, incurrit epilepſiam. & ſimiliter cum ſuffumigatur cū cornu caprino, & myrrha, & alhaſce. [o] Epilepſia autem multoties reſoluitur propter febres, quas tolerat habens eam, & proprie quæ ſunt longæ: [p] & quartana proprie propter vehementiam longitudinis ſuæ, & propterea ꝙ digerit materiam melancholicam donec reſoluatur. & † tremor fortis qui fit in febribus: tremor enim excutit vehementer, quod in cerebro comprehenſum eſt de ſuperfluitatibus. Sudor autem iuuat tremorem ſua expulſione. [q] Et quemadmodū apoplexia conuertitur ad paralyſim, ſimiliter plurimū β epilepſiæ conuertitur ad paralyſim. [r] Quidam aūt exiſtimant, ꝙ phlegmaticæ aſſociantur tremor, & agitatio, qm̄ phlegma non conſequitur in ſpiſſitudine ſua vt oppilet meatus integre. Melancholia vero integre oppilat, quare in ipſa accidit parua agitatio. [r] Et alij exiſtimant, ꝙ eius cum qua multiplicatur agitatio, forſitan cauſa eſt humor paruæ quantitatis, aut paucę penetrationis in meatibus, et ponitur res econuerſo. Nullus vero vtrorunqꝫ ſermo in eo eſt determinatus. [s] Inquit Rufus cum apparet albaras in partibus capitis epileptici, ſignificat reſolutionem materierum epilepſiæ, & ſanitatem. [t] Et β multoties quidem reſoluitur epilepſia ad paralyſim, et [u] ad α melancholiam. [x] Epilepſiæ præparatis accidit epilepſia, proprie humidis, propter ætates ſuas, ſicut infantibus & pueris, & humectatis, propter regimen ſuum: ſicut qui nauſeatiuam ſatietatem conſueſcunt: & illis qui inhabitant terram venti meridionalis, qm̄ implet caput humiditate. [y] Epilepſia autem mulierum, & infantium, & omnium quorum ſanguis eſt paucus, & venarum conſtrictio eſt magis pernecans.

*De ſignis ſpecierum eius.* Cap. 9.

Dicimus ꝙ ex ſignis cōibus pluribus ſpecierum epilepticorum ſunt, citrinitas linguę ipſorum, [z] & viriditas venarum quæ ſunt ſub ea: & plurimum quidem antecedit eam mutatio corporis à complexione ſua, [a] & grauitas in capite, & proprie cum iraſcitur: aut accidit inflatio in ventre: & [b] antecedunt eam [y] † {debilitas} in motu linguæ: & [c] ſomnia eorum mala: & [c] obliuio: aut pauor, & [d] timor, & formido: & malitia animæ: & conſtrictio pectoris, & ira, & acuitas eius. Non omnis vero eius ſpecies recipit curam: & quæ ex ea magis eſt lædens, eſt illa quam antecedit concuſſio vehemens, & agitatio multa fortis: deinde ſequuntur eam quies fortis addita vehementi additione: & nocumentum in anhelitu: quare ſignificat multitudinem materiei, & debilitatem virtutis. Cum autem volueris ſcire ſi ægritudo eſt in cerebro, aut in membris alijs, intende an ſemper inuenias grauitatem in capite, & vertiginem, & tenebroſitatem in oculis, & grauitatem in lingua, & ſenſibus, & agitationem in motibus, & citrinitatem in facie. Cumq́ꝫ illud inueneris cum permiſtione in intellectu, & obliuione aſſidua, & hebetudine, ſeu amentia, & ſtoliditate, et non minoratur, neqꝫ minuitur ſuper vacuitatem, & cum eo quod contingit ex lenitate naturę & euacuationibus tunc iudica ꝙ illud eſt ex cerebro tantummodo. Amplius ſi non inuenis in membris neruoſis, & in ſplene & hepate, neqꝫ in aliqua extremitatum, & in iuncturis nocumētum, neqꝫ æger ſentit aliquid eleuari ad caput ex loco, certificatur apud te, quod impedimentum eſt ex cerebro. Signa autem epilepſiæ leuioris ſunt vt ſint accidentia magis ſana: et vt habenti ipſam cito redeat ratio, [e] & verecundetur cum ſanatur: & vt velociter adueniat ei incolumitas ſua: & proprie [b] cum ſternutatorijs, & attractionibus odorum per nares & cum eis quæ mouent vomitum, cū eis quæ ingrediuntur in guttur: ſiue vomere faciant, aut non faciant vomere. Signa vero eius quæ prauior eſt, ſunt difficultas anhelitus, & prolixitas agitationis: deinde longitudo quietis poſt ipſam, & paucitas euaſionis à paroxyſmo cum odoramentis, & ſternutatorijs. Et minor iſtarum vel & quę eſt infra iſtas eſt, aut in qua prolongatur agitatio, & non prolongatur quies, aut prolongatur

Margin: E; A Hipp. li. de mor. ſacr. 47. 4. g; B Raſ. 11. 4.; C Hip. 5. aph. 7. & G. cō. 1. in 6. de mor. vulg. 5. g; D Hipp. ibi.; E Pau. li. 3. c. 13.; F Ga. 1. de tyan. c. 2. g. & de cib. bo. c. 3. d; G Raſ. 1. cont. t. 7. c. 1. 11. 1; F; H G. 2. de ſym. cā. c. 5. d; I Gal. cō. 5. in 6. de morb. vul. 16. a. & 5. loc. af. c. 6. f. g; K Hip. li. de morbo ſacro. 48. 4. g; L G. 5. lo. af. c. 6. f. g; M 10.; N Ab Alex. lib. 1. fo. 64. & Halyas theo. c. 6.; O G. cō. 6. in lib. 6. de mor. vulg. c. 1. d; P Li. 4. Fē. 1. t. 1. c. 61. & lib. 1. F. 2. d. c. 8. & Ga. 5. aph. 70; † G. li. 4. de vic. ratione in acu. c. 270; Infra β; Q G. li. 4. de vict. ra. i ac. 17. c. Oppo.; G Ga. li. 4. loc. aff. c. 1. fo. 22. b; R Raſ. 1. cont. t. 13. c. 11. 1.; S Raſ. 1. cont. t. 13. c. 1. 14. 1. oppo.; Supra β; Supra α; T T. 4. c. 18. & R. 1. con. t. 13. 11. 1; V T. 4. c. 18.; X Raſ. 1. cont. 13. c. 1. 11. 1.; Y Raſ. 1. cont. 13. c. 1. 12. 1.; Z Raſ. 1. cont. 13. c. 1. ſo. 13. 4.; A Paul. lib. 3. ca. 13. & Ser. t. 1. c. 13.; B Pau. ibidem.; Y † inordinatio.; H; C Pau. lib. 3. c. 13.; D Ra. ibi. c. 1. 11. 4; E Raſ. 1. con. t. 13. c. 1. 11. 1



A gatur in ea quis, & minoratur agitatio. Et ſignum eius cuius cauſa eſt ex ventoſitate groſſa in ipſa generata, eſt vt non inueniantur cum ea, neqꝫ prope eam, grauitas: immo inueniatur ſonitus, et extenſio, neqꝫ ſit ſpaſmus eius fortis. Et ſigna eius cuius cauſa eſt phlegma, ſunt vt ſit [a] ſaliua eius fluēs ſpumoſa, groſſa, multa, & ſit in vrina eius aliquid ſimile vitro liquefacto. Et multiplicentur in ipſo pauor, & timor, & pigritia, & grauitas, & [b] obliuio. Et quandoqꝫ cognoſcitur ex re vomitus, & colore ſpumæ, & ex colore etiam ſanguinis. Et quandoqꝫ cognoſcitur ex ætate, & regione, & ex cauſis præteritis [b] de cibis, & regimine: & ex eis quidem quæ eam ſignificant, ſunt quies, & tranquillitas, [b] & color faciei, & oculorum, & reliqua quæ ſciuiſti in canone: ꝙ ſi phlegma cum hoc erit crudum frigidum, erit obliuio, & ſtoliditas, & grauitas capitis, & corporis, & profunditas ſomni plus: & erit epilepſia magis laxans, & debilitans: & hæc ſpecies eſt mala valde. In ea vero quæ facta eſt à phlegmate ſalſo, eſt ſomni profunditas minor: & frigus cerebri leuius, & motus ſaniores. Signa autem eius cuius cauſa eſt cholera nigra eſt vomitus choleræ nigrę, aut rei ſimilis ſanguini nigro, aut acutæ aduſtę, aut acetoſę [c] ex qua ebullit terra. Et ſunt naturę habentium eam decliues [d] ad permiſtionem in ſuo ſenſu, et ad diſpoſitionem quæ eſt ſicut melancholia, neqꝫ intellectus eorum mundantur, cum ſeparatur: & ſignificatur etiam melancholia ex colore faciei, & oculorum, & ex ſiccitate narium, & linguæ, & regimine generatiuo melancholiæ. Si ergo fuerit melancholia fæx ſan-

B guines naturalis, erit epilepſia cū laxitate & paucitate ſermonis, & cum quiete: & erit habens eam habens cogitationes quietas. Et ſi fuerit melancholia de genere choleræ aduſtæ, & eſt acuta tūc eius permiſtio erit [b] dæmonium, & cum multitudine ſermonum, & vocum: & eius epilepſia erit agitabilis, & leuis remotionis: & quandoqꝫ erit cū febre: & præcipue cum fuerit melancholia eius ſubtilis. Si autem fuerit ex melancholia ſanguinea erunt eius diſpoſitiones cum riſu. Et tu quidem cognoſcere potes ſubſtantiam melancholiæ ex vomitu. Nam ſi eſt ſimilis fęci ſanguinis, tunc eſt melancholia naturalis. Et ſi eſt ſimilis fæci vini, eſt melancholia aduſta: aut ſi eſt aſpera, ſpiſſa tūc eſt pontica exaſperans guttur, & ſignificat vltimitatē frigiditatis, & ſiccitatis eius: aut eſt [e] acetoſa ſubtilis cum ſpuma, & tunc ebullit ſuper terram: aut eſt groſſa, non habens ſpumam. Signa autē eius cuius cauſa eſt ſanguis ſunt iſta. Nā dico ꝙ ſi ſanguis facit epilepſiā cum ebullitione, & motu abſqꝫ quantitate, non apparet ei magna operatio in colore, & exuberatione alguidez, neqꝫ eſt diſpoſitio præfocationis in horis in quibus eſt epilepſia, neqꝫ apparent ex ea grauitas, & hebetudo & laxitas, & multitudo ſputi, & mucoſitatis ſicut apparent cum phlegmate, & eſt cum caliditate, & rubedine in oculis, & vapore ſuper caput ſanguineo. Si vero cum quantitate faciat cum ſignis ſanguinis eſt [a] exuberatio in guidez: & antecedit diſpoſitio, quæ eſt ſicut præfocatio. Signa autem epilepſię, quæ eſt propter materiam cholericam: et illud quidem eſt ſecundum minus, ſunt vt ſint nocumen-

C tum et tribulatio ab ipſa vehementiora: et ſpaſmus in ea fit minor, et ſpatium eius breuius. Motus vero ſunt in ea fortioris agitationis: et ipſam quidem ſignificant vomitus, et inflammatio, et vehementia permiſtionis rationis: & citrinitas coloris & oculorum. Eius vero cuius cauſa eſt ex ſtomacho, ſigna [e] ſunt tremor in ore ſtomachi, & præcipue cum [e] tardatur cibus, & concuſſio, & tremor, & commotio, cum eſt epilepſia: & [e] voces, & rugitus, & præcipue in principio inuaſionis: et ſunt cum ea [e] ſolutio ſtercoris, [f] et exuberatio vrinæ, et humiditatis ſaliualis dictæ meda cuius exitus præcedit exitum ſpermatis & [g] exuberatio ſpermatis, et tremor cordis, et ſoda fortis, et leuitas epilepſiæ, [h] aut ipſius remotio cum adminiſtratione vomitus, et diſpoſitiones ſignificantes corruptionem ſtomachi, et augmentum in epilepſia, et diminutio ſecundum inuiſcationem ſtomachi, et purgationem ipſius. et quandoqꝫ interficit hæc propter frequentiam periodorum. Ex eo itaqꝫ eſt vt humor qui eſt in ea, agat multitudine ſua, et multitudine vaporis ſui: et hic humor eſt phlaticus ſm̄ plurimum: et qn̄qꝫ admiſcetur ei alius. Et ſigna quidem eius ſunt, vt accidat epilepſia in horis repletionis, et ſacietatis nauſeatiuæ, et alleuietur cum vacuitas adeſt, et cum venter ſoluit cibū, et fit ſecundum iterationem frequentem nauſeatiuæ ſacietatis. Si ergo fuerit permiſtio cum illo materiæ cholericæ, inueniet ſitim, et inflammationem, et mordicationem, et aduſtionem. Et ſi fuerit cum illo melancholia, multiplicabitur eius deſiderium in pluribus diſpoſitionibus, et ſentiet

D guſtum acetoſum, et generatur ab eo cogitatio, et vt ſolus loquatur ſecum quamuis ſignificationes phlegmaticæ ſint dominatiores. Et ex eo eſt vt humor qui in ipſa eſt agat malitia ſui, non multitudine ſua: et ſigna eius ſunt, vt epilepſia fiat in horis vacuitatis, et cum materia inuenit os ſtomachi vacuum, et abſcindatur epilepſia cum cibo conueniente laudabili. Si vero humor fuerit acutus de genere choleræ, cognoſces ipſum per ſignificationes quas diximus. Quod ſi eſt ex mirach, eius ſigna ſunt, ructus acidus, et inflatio, et rugitus faciens dolorem, tardæ quietis, et inflammatio in mirach, et quandoque excitatur cum ea dolor inter vtraſqꝫ ſpatulas parum poſt aſſumptionem cibi non quieſcens, niſi apud eius digeſtionem: deinde redit poſt aſſumptionem cibi. Et cum accidit ſecundum vacuitatem, non accidit niſi cum duritie naturæ, et deſtruitur lenitate naturæ: et proprie ſi tu inuenis extenſionem in mirach ad ſuperiora, et tremorem. Et iſtis quidem accidit vomitus cibi indigeſti, propter illud quod diximus de reuerſione cibi ipſorum propter corruptionem eius et oppilationem viarum eius. Et ex illa eſt, cuius vapor mirach faciens epilepſiā eſt cholericus: et cognoſcitur illud propter inflammationem contingentem et ex colore et permiſtione rationis declinante ad rixam: et agitationem vel ad manuum, et pedum commotionem. Et ex illa eſt, cuius vapor eſt melancholicus, et perueniunt cum eo rami melancholiæ, et timor, et malitia

Margin: A Raſ. li. diui. c. 7.; B Alzara. lib. pra. ſect. 2. c. 34.; C Raſ. 1. cont. t. 13. c. 1. 12. 1.; D Raſ. 11. 3.; E Paul. lib. 3. c. 13.; F Vide alzara in hoc lib. pract. t. 1. ſect. 2. c. 34.; G Gal. 14. de vſu. part. c. 10. a; H Ga. 5. lo. aff. c. 6. e. f. g.

litia animæ, & pauor propter tenebroſitatem materiei & accidit ex ea delectatio mortis aut odium E ipſius & timor, & reliqua quæ in capitulo de melancholia dicta ſunt. Illam vero cuius cauſa & principium ſunt ex hepate, aut ex toto corpore, ſignificant color, & capilli, & ſiccitas cutis, & arefactio eius cum nigredine: aut ipſius laſſitas: & pinguedo: aut eius macies: & roris multitudo cum vaporatione ſanguinis, & ſignificat ipſum pulſus, & vrina, & diſpoſitio ciborum præcedentium, & regiminis præteriti: & ſignificat ipſam retentio eius ꝙ euacuatur ex ſtomacho & matrice, & venis, & reliquis. Si autem eſt ſanguinea tendens ad aduſtionem, vides rubedinẽ coloris, & inundationẽ venę, & riſum apud caſum. Si aũt fuerit cholerica, aut phlegmatica aut mł̃ica, cognoſces ꝑ ſigna eius prędicta. [a]Illa vero cuius cauſa eſt matrix proculdubio eſt cum retentione menſtruorũ, aut ſpermatis, aut humiditatum effuſarum ad matricem, quam quidem prętedũt dolor in pectine, et in vtriſq; inguinibus, & partibus dorſi, et grauitas in matrice. Illa vero cuius cauſa eſt ſplen, cognoſcitur quoniam ægritudo eſt melancholica: & ſentitur dolor in latere ſplenis, & eſt cum eainflatio ſplenis, & durities eius: aut cum rugitu in latere ipſius, & cum cõmunitate corporis ad ipſum ſecundum plurimum. Eius autem quę eſt ex materia venenoſa eleuata ab aliquo membrorum mediantibus neruis: principium aut eſt extrinſecum, & ſigna illius ſunt manifeſta, ſicut punctura ſcorpionis, aut rutelæ, aut veſpæ, cum aliquid horum accidit neruis. Aut intrinſecum, & ſentit quod eleuatur vapor ex eo ad caput, quo obtenebratur viſus, & cadit. Et membrum illud, aut eſt pes, aut manus, aut F dorſum, aut pecten: aut aliquid ex viſceribus ſicut ſtomachus, & matrix. [b] Signa vero eius quæ fit ex vermibus, ſunt curſus ſaliuæ, & caſus vermium, & aſcaridum.

A Opp. Fē.1.1.4. c.17.

B Raſ.1.cont.1.4. c.1.12.4.

*De cauſis mouentibus epilepſiam.* *Cap.* 10.

PErmutatio [c] ad aerem eſt iuuans ad epilepſiam, ſicut ex cauſis remouentibus eam eſt permutatio ad aerem conferens ei. Et omnis calor ſuperfluus ſolaris, [d] aut igneus, & omne [d] frigus, & coitus plurimus. Et epilepſiam quidem commouet [e] multitudo pluuiarum, & venti ſeptentrionales, & meridionales ſimul. Septentrionalis quidem, quia comprimit materias, & prohibet eas reſolui: & meridionalis quidem & regiones meridionales, propterea quia mouent humores, & implẽt cerebrum: & ſubtiliant eos, & eleuat eos ad ipſum. Et excitatur in hyeme multoties: ſicut excitatur in ſeptentrione, & autumno propter corruptionem humorũ. Et minoratur in regionibus ſeptentrionalibus: ſed ipſa interficit qm̃ niſi cauſa fuerit fortis, non accidet. [f] Et odores boni qñq; mouent eam, & motus, & [g] ſpeculatio motuum velocium, & circularium: & [f] ſpeculatio ab alto, & [h] longitudo moræ in balneo: & [h] balneum ante digeſtionem, & [h] effuſio aquę calidę ſuper caput. Et aſſumptio eius quod generat ſanguinem vaporoſum, & fæculentum, aut tenebroſum, ſicut vinum fæculentum: [i] & antiquum etiam nocet ei, & nouum quod non eſt clarificatum, & purificatum, & purum, nocumentum faciens in cerebro: [k] & apium proprie ſua proprietate quam habet in ea, et [l] len G tes propterea quia generant ſanguinẽ mł̃icum, [m] niſi cõmiſceantur cũ kiſc hordei, & [n] fabæ, & [n] allia quia implent caput vapore, [n] et cępe ſimiliter qm̃ earum ſubſtantia conuertitur ad humiditatẽ malam: & lac etiam, & dulcia, & plurimum pinguedinis in cibo, & omne groſſum, & inflatiuum, & ſtypticum, & frigidũ, et omne calidum acutum: & cholirica paſſio eſt ex eis quæ mouent epilepſiã, propterea quia agitat humores, & commouet eos, & altochme, & [f] malitia digeſtionis: & [f] vigilię: & paſſiones animales fortes, [o] ex triſtitia, [o] ira, & timore: & paſſiones ſenſibiles fortes ex auditu vocum magnarum, ſicut [o] tonitrui & percuſſiones tympani, & rugitus leonis, & vocum durarum ſicut vocis [p] † { algielagiel } & ſtridorum etiam ſicut ſtridoris portæ acuti: & ſimiliter ex viſu ſplendorum luminoſorum, ſicut fulguris rapientis viſum, & ſplendoris oculi ſolis: & ex tactu vel obuiatione [o] motuum ventorum fortium, ſicut motuum ventorum turbinum. Et qñq; excitatur epilepſia exercitio ſuper repletionem, ſiue volueris cum eo reſolutionem ſiue non volueris: Medicinas autem epilepſiam facientes iam diximus: & illas quæ detegunt epilepſiam, [q] in tabulis ægritudinum capitis cum ſignis, [r] ſicut ſuffumigatio cum galbano, & myrrha, & [h] cornu caprino, & [s] comeſtio hepatis hirci: & olfactus odoris ipſius: & ſimiliter cum ponitur [h] myrrha in nare eius.

C G.2.apho.45.
D G.de puero epileptico c.2.g.
E Hipp.3.apho.4.
F Raſ.1.cont.1.4. c.2.13.1.
G Raſ.13.1.& Ga. de puero epileptico c.2.g.
F Raſ.ibidē.1.4.
H Raſ.c.2.13.4.
I Haly.5.prac.c.11.
K Lib.2.t.2.c.55.& Raſ.14.4.& Sera.c. 1.c.15.
L, Delente Ga.de puero epil.c.5.aft.
M C.14.
N Ga.ibi.& Raſ. 14.4.
N Raſ.ibidem.
O G.ibi.c.2.g.
P † inſtrumenti quo fit ſtrepitus.
Q Li.1.1.
R Oppo.lib.1.1.1. c.312.
S Dioſ.lib.2.c.39.

*De cura.* *Cap.* 11.

OPortet quidem vt epilepſia quæ eſt in infantibus curetur ita, vt nutrimentum [t] lactentis recti H ficetur: & fiat conueniens ad caliditatem ſubtilem cum bonitate chymi, & lactãs alienet à ſe omne quod generat [u] lac aquoſum, aut corruptum, [u] aut groſſum, & prohibeat ſibi [u] coitum, & [u] impregnationem. [x] Et oportet vt hic infans alienetur ab omni re, in qua eſt timoris ſubitatio, & actio tremoris ſicut ſunt voces magni ſenſus, vt vox tympani, & tonitrui, & fulguris, & [x] † { algielagiel, } & vox vociferantium. Et vt alienetur à vigilijs ex inſomnietate, & ira, & timore, & frigore vehementi, & calore forti, & malitia digeſtionis. [u] Et iniungatur ei exercitium ante cibum leue. Et interdicatur ei motus poſt cibum. Et ſi tolerauerit euacuationes, quæ fiunt [y] medicinis euacuantibus phlegma cũ facilitate fiat illud. Et eos quidem iuuat, vt qñq; euomant, cum aqua mellis: vt potent zuccarum roſ. & mel roſ. & [z] olfaciant α rutam, & reliqua ſubtiliantia. Nam olfacere odoramenta quæ diximus fortaſſe excuſant laborem in eis. Amplius cõmune eſt omnibus epilepticis, vt [u] vtantur cibis laudabilibus, quibus ineſt exiccatio laudabilis non ſuperflua, et vt caueant ſibi à repletione: & vt ſe cuſtodiant à malitia digeſtionis. Et illud eſt, in modo ꝙ contententur & nõ conſequantur complementum repletionis, & ſaturitatis. Et ille cuius conſuetudo non currit vel non tolerat vt ſemel reficiatur, diuidat cibum ſuum qui ſit minor ſaturitate ſua in tres partes, et ſumat

T Alex.l.1.prac.c. 15.53.1.& Paul.lib.4. c.13.
V Ser.t.1.c.23.
X G.de puer.epil. c.28.
X † inſtrumenti quo fit ſonitus.
Y G.d his quos purga. oportet.ſo.
Z Raſ.1.cont. c.2.bis.14.1.& bis. *Infra* α



A mat [a] duas tertias in prandio, & tertiam eius in cœna poſt exercitium ſubtile. Et neq; multum vtatur vino, qm̃ ipſum vehementer replet cerebrum. Deinde ſi excuſari non poſſunt quin ipſo vtantur, vtantur vino pauco, antiquo, clarificato, declinante ad ponticitatem. Et ex rebus quidem eis nocibilioribus eſt [b] vinum ſucceſſione balnei, & frigus repentinum. Immo oportet vt caput muniatur ab omni calore ſuperfluo: aut à frigore ſuperfluo: & in balneo nõ faciat moram. Et epileptico quidem ineſt, vt alienet à ſe carnes groſſas omnes, & fortis nutrimenti, & piſces omnes: immo [c] carnes omnium quadrupedum magnorum: & ſit contentus pullis, & duragi, et [b] altheiugi, et auibus domeſticis, & montanis, & [d] † { alchanaber, } & turturibus, & hœdis, & gazelis vel capreolis, & [c] leporibus, & iam [c] dicitur ꝙ caro porci ſylueſtris valde iuuatiua eſt ei: & laudantur [c] carnes caprinæ propter illud quod in eis eſt de ſiccitate, & paucitate humectationis, ſicut vituperãtur eis dulcia, & pinguia, & ſimilia. Et alienent à ſe omnia olera, & proprie [e] apium: etenim eſt ei proprietas commouendi epilepſiam. Si autẽ excuſari non poteſt, adminiſtretur ei [b] fumus terræ, & [b] endiuia: & eis quidem conceditur [f] lactuca. ego vero non plurimum eam laudo: & conceditur eis [b] coriandrum, propterea quia prohibet vaporem à cerebro: ego vero vitupero eis ipſum, & eius multiplicationem niſi in ſanguinea & cholerica [g] ſicla autem elixata in aqua & condita cum oleo & almuri, & quæ currunt curſu eius, ſi eius acceptio antecedit cibum, propter lenificationẽ naturę concedi B tur: [h] & α ruta eſt ex ſumma herbarum, quæ conferunt ſuo odore olfacta. [i] Et cum anethum, & ruta in cibis ipſorum ponuntur, conferunt. Et oportet vt alienent à ſe fructus omnes humidos, et omnes fructus groſſos, niſi quoſdam ſtypticos ſuper cibum quantitate leui pauca valde vt roborẽt os ſtomachi, & deponant cibum, & lenificetur natura, & prohibeant vaporem. Et oportet vt vitent omnes cibos graues, qui ſunt, ſicut [k] rapæ & [l] raphanus, & caules, & [l] bauciæ. Et oportet vt alienent à ſe omne acre vaporoſum. [l] Et ſinapi quidem eſt ex ſumma eorum quæ nocent ſua vaporatione, & tranſmiſſione ſuperfluitatum ad ipſum, & eductione earum verſus illud, & quia percutit cerebrum ſua acuitate. Et alienent à ſe ebrietatem & exufflationem [m] ventorum, & repletionem. [n] Et deuitet ablutionem cum aqua penitus: cum calida quidem propter illud quod in ea eſt laxitate, & cum frigida, [o] propterea ꝙ ſtupefacit, & nocet ſpiritui ſenſibili. Quod ſi epileptico acciderit repletio cibi, euomat, et ſubtilietur regimen poſt ipſum. Et oportet vt alienent à ſe cibos deſiccatiuos, grauatiuos, ſtupefactiuos, vaporatiuos. [p] Repletio vero vini valde nocet: ſed parũ ex ipſo ſumptũ dilatat animam, & confortat ſpiritum, & acuit ipſum, & excuſat à multitudine aquæ. Multiplicatio enim eius eſt nocibilior res. Et multum dormire poſt meridiem nocet: & vniuerſaliter ſomnus multus nocet, & proprie ſuper repletionem multam. Et ſuperfluitas etiam vigiliarum debilitat ſpiritum, & reſoluit ipſum: & cum hoc implet cerebrum vapore. Primum autem epilepſiæ regimen C eſt alienatio cauſarum mouentium epilepſiam, quas [q] diximus. Et quies, & tranquillitas ſunt magis eis conuenientes: ꝙ ſi exercitium neceſſarium fuerit poſt euacuationem, & mundificationem corporis, quarum præceſſit rememoratio, oportebit vt adminiſtretur ſuper vacuitatem exercitiũ non conſequens laſſitudinem: deinde quieſcat poſt exercitium, & ſtudeat [r] vt β caput ſuum ſit eleuatum, & caueat ne ipſum pendere faciat inquãtum poſſibile eſt, neq; moueat ipſum plurimum, quare multitudo materierum ad ipſum trahatur: & oportet [r] vt moueat inferiora, cum ipſe mouet ſuperiora. Ex eis vero quæ materiam ad inferiora trahunt, [s] eſt fricatio corporis gradatim facta à ſuperioribus ad inferiora, incipiendo à [s] † { pectore, } & quod ſequitur ipſa cum pannis aſperis fricando, donec [s] rubeſcant. Deinde gradatim deſcendat vſq; ad crura: ſitq; omnis ſecunda fortior tertia: & ſit β caput in diſpoſitionibus eleuatum: & poſt illud iniungatur ei deambulatio: ſed oportet vt eum quieſcere facias in loco exercitij ſui, vt redeat ad ipſum eius ſpiritus, et quieſcat eius agitatio. Et ipſe quidem non ſeparetur à loco ſuo, niſi poſt illud. [s] Cum ergo attractæ ſunt materiæ omnes ad inferiora, conceditur tunc vt fricet caput, & vt pectinet ipſum vt caleſiat cum ipſo, & permutetur eius complexio. [t] Et ex eis quidem quæ ipſum iuuant ſunt ventoſæ ſuper capite poſitæ: & cauterium ſuper ipſum calefaciendo cerebrum. Poſt mundificationem vero, & ſolutionẽ ventris: & quietem aliquibus diebus, non eſt malum ſi ingrediatur balneum: & ſi ventoſæ ponan D tur ſuper illud, quod eſt ſub hypochondrijs, & oſſibus pectoris eius, & caleſiat caput eius cum eo quod [u] ſciuiſti. Et quandoq; ponitur in hora paroxyſmi [x] pila cadens inter dentes eius: & proprie ex pilis vt remaneat os eius apertum: & oportet vt incipias euacuare materiam ſm ꝙ ipſa eſt, deinde intende in purgando caput cum gargariſmis attractiuis. Si autem illud accidit cum periodis, et multiplicatur cum multitudine humorum, euacuetur [y] in vere vt pręſeruetur, & educatur humor, qui in ipſo dominatur, ſm ꝙ dicturi ſumus. Et ſi non fuerit quod prohibeat ipſum à minutione, phlebotometur: [z] ipſius enim phlebotomia in vere, & proprie [a] in pedibus, eſt ex eis quæ ipſi conferunt, ſi per ipſam non ſequatur infrigidatio cerebri eius, ſm ꝙ dicturi ſumus. Cumq; hora paroxyſmi pertranſit: et tu potes facere, vt ipſe euomat, penna [b] cum oleo de lilio inuncta, in ore ipſius miſſa, et proprie ſi ſtomacho fuerit in hoc introitus vt vomat humiditatem, iuuabitur eo ſtatim: licet multitudo vomitus noceat epilepſiæ cerebri. Et ex eis quæ deglutiuntur in diſpoſitione epilepſiæ, et in alijs, [c] ſunt aſſa, et caſtoreum in oxymelle de melle. Ex inſufflationibus autem in epilepſia, ſunt pulpa coloquinthidæ, cucumer aſininus, et eius ſuccus, et ſal ammoniacus, et nigella, et ſimilia, et elleborus alb. et condyſi, et piper, et zinziber, et myrrha, et euphorbium, et caſtoreum, et ſtichados ſeparatim, et coniunctim, et aſſa fœtida, et pix, et alkitram. Ex vaporatiuis eſt

A Oppoſi. Gal.de pue.epilept.c.4.c.
B Serap.t.1.c.13.
C G.de pue.epile. c.5.g.
D †alauda.
*Supra* α
E C.10.& Ser.t.1. c.13.
F 2G.c.4.c.
G G.de pue.epile. c.4.c
H Raſ.1.con.t.13. c.2.14.3.& 13.3.
I Raſ.14.4.
K G.c.4.d.
L G.ibidem.e
M G.c.2.g
N Raſ.13.4.
O F.11.t.1.c.15.& Hipp.5.apho.21.
P T.4.c.14.& Ser.
Q C.10.
R G.c.5.a
*Infra* β
R G.ibi.a.b.
S G.ibi.c.5.e.
S † brachiis
*Supra* β
T Raſ.13.2.& Halya.5.prac.c.21.
V T.1.c.29.
X Raſ.14.1.
Y Ga.de his quos purga. oportet. b. & 6.apho.47.d
Z Lib.1.F.4.c.20.
A G.de ſang.miſ. c.19.h.& Halya.& Raſ.13.2.
B Ser.& Aet.lib.2. ſer.1.c.13.
C Aet.ibidem.

E eſt pæonia. Et ex α odoramentis eſt ruta in hora epilepſiæ, & in hora quietis. Ex eis vero quę [a] Hunaim eligit, eſt gũma rutæ agreſtis permiſta cum farina hordei & aceto de vino, ex quo fiant formæ malorum, & aſſiduet odorem earum. Et ex ſyrupis, [b] eſt oxymel ſquilliticum proprie: quod ſingulis diebus in potu ſumat: & ſimiliter [c] ſyrupus de abſynthio: & decoctio hyſſopi cũ origano et oxymelle quod factum eſt ex eis, & oxymel ſquilliticum ſumptum in potu in hyeme cum aqua calida: & in æſtate cum aqua frigida. Et ex vnctionibus quæ eis ſunt bonæ, ſunt cum eis quæ dicta ſunt, γ medulla [a] crurium cameli cum oleo roſ. ſuper tempora, & commiſſuras, & pectus. [d] Suſpenſionis vero pæoniæ iuuamentum iam experti ſunt antiqui in epilepſia. Et videtur ꝙ illud ſit magis proprium illi quæ eſt [e] † { altumi } humidæ. Et ex medicinis quidem quas in principio in potu ſumere oportet ſunt [f] agaricus & [g] ſiſeleos [g] † { } [a] & radix ariſtol. ro. Et [a] ex pæonia omni hora in potu tribuatur cum aqua. Et iam conuenerunt, ꝙ potare omni die [a] † { } mithridati duabus vicibus mane, & cum vadit dormitum, eſt quaſi ex eis, quibus iam plures ſanantur. [a] Et quidã volunt vt eis in potu tribuatur ex ſpuma maris omni die bis. [a] Et ex polio montano cum proprietate ſua in ea aſphodelus etiam: & ex eis quæ ipſos iuuant eſt [h] medicamen de ſquilla huiuſmodi. Sumatur ſquilla, & [i] ponatur in vas vitreatum de terra in quo mel fuit quod ab eo fuerit poſtea remotum, & caput eius ſtringatur ligamento forti: deinde cum corio groſſo cooperiatur & dimittatur .xl. diebus, quorum primi .xx. dies ſint ante ortum [k] † { alſahari: } & ponatur vas in ſole F expoſitum meridiei, & permutetur omni hora parumper, vt ſit illud quod ex calore partibus eius aduenit, æqualis applicationis: deinde aperiatur os vaſis, & inuenies ſquillam ſicut decoctam, & diſſolutam: ipſam igitur exprime, & ſume ſuccum eius, & permiſce ipſum cum melle: & ſumatur in potu ex eo omni die quantitas cochlearis vnius. Si autem hora feſtinat, coquatur ſquilla in aqua et aceto, & fiat inde oxymel mellinum. [k] Et ex medicinis quidẽ bonis eſt, vt ſumantur ſiſeleos auř. iij. bacarum lauri tantundem, ariſtol. ro. radi. pæoniæ amborum auř. ij. caſtorei, trochiſcorum ſquilliticorum amborum auř. i. miſceatur cum melle diſpumato, & adminiſtretur omni die cũ oxymelle. Et ex eis etiam quæ eos iuuant, [l] eſt permutatio in regionibus: permutatio enim in regionibus donec aer inueniatur conueniens deſiccans ſubtilians, eſt ſicut permutatio in ętatibus ex infantia in adoleſcentia in iuuamento epilepticorum. [m] Cum ergo accidit epilepticis δ tortuoſitas membri, aut ſpaſmus eius, æquatur fricatione cum oleo, & aqua tepida, & compreſſione forti. Et cum fuerit epilepſia cauſa cerebri, tunc melius eſt vt [m] euacuetur cum elleboro, & cum eis quæ ſunt talia, & pulpa coloquinthidæ, & ſcammonea, & hiera, & decoctione agarici, faciendo ſolutionem poſt ſolutionẽ in anno. Cumq; neceſſarium eſt vt phlebotomia fiat, ex quocunq; humore ſit, oportet vt non ſis diminutus in ea, immo fiat phlebotomia etiam ex duabus cephalicis ſimul, & ſequatur phlebotomia venæ quę eſt ſub lingua. Et qñq; ventoſatur ſuper collum, vt materia in hebdomada trahatur à ce- G rebro, ſi illic non fuerit ex complexione cerebri, & debilitate ipſius, quod eam prohibeat. Et qñq; tibi neceſſarium eſt, vt phlebotomiam multiplices. Cum ergo illud feceris oportebit vt quieſcere facias per hebdomadam: deinde ſolue cum potionibus, & clyſteribus fortibus, quæ ſint ex [n] centaurea, & pulpa coloquinthidæ, & kerua, & reliquis. Deinde fac quieſcere, poſtpone ventoſas [o] apud [p] † { alchael, } & caput, & [q] † { nucham, } & ſuper crus. Deinde fac eum quieſcere, & poſtea ſolue, & non ceſſas procedere ſm quietem, & iterationem vſq;quo purgetur. Et adminiſtrentur poſt illud gargariſmata, & caputpurgia, & quæ purgant caput ſolummodo, cum eis quæ ſciuiſti: cumq; fiet ei caputpurgium [r] fiat cum ſcelitha, poſtea cum ſababech, & cum aqua maioranæ eſt iuuamentum. Et oportet quidem vt occurrat paroxyſmus cũ mundificatione ſtomachi: & ſi poſſibile fuerit ei vt [r] euomat poſt cibum, & proprie ab eis quæ ſunt vt piſces ſaliti & alia, erit iuuatiuũ. Et poſt illud totum permuta complexionem cerebri cum confortatiuis calefacientibus ex emplaſtris ex ſinapi, & quæ taliter procedunt, ex eis quę docui te, & nominaui tibi: & α fac eum odorare rutam. Et oportet ne labores in ipſo cum calefacientibus, & permutantibus complexionem ſubito, immo gradatim in hoc incede. Si autem inde nocumentum acciderit in operationibus ſuis, tunc quieſce. Melius autem quo purgatur illa cuius cauſa eſt phlegma, [s] eſt hiera, & pulpa coloquinthidæ: & [t] hiera Hermetis etiam. [t] Nam ſi vtatur hiera Hermetis omni die pondere .5. drach. mane, et ponde- H re .5. drach. in ſero, magnificatur cum eo iuuamentum ipſi. Quod ſi cũ phlegmate eſt repletio vniuerſalis, tunc phlebotomia ſm ꝙ narrauimus, eſt ei iuuatiua, & ſimiliter euacuatio cum [g] turbit, & [g] agarico, & [g] ſtichados, & [g] hiera Ruſi proprie. Melancholia vero ſoluitur cum eis quæ ſunt ſicut decoctio epithymi, & elleborus, & lapis lazuli, et lapis armenus, & ſtichados, & polypodium, & myrobal. Ex vnctionibus γ medulla cruris cameli cum oleo roſ. ſuper ſpondyles colli, & tempora & pectus. In epilepſia vero cholerica oportet, vt ſit ſolicitudo cum infrigidatione, & humectatione, & proprie cum clyſteribus. Si autem eſt aduſta, tunc eſt in iudicio melancholiæ, aut inter choleram & melancholiam: & ea quæ non ita eſt mater infantiũ forſitan eſt de genere cholericæ apud quoſdam: & propter illud præcipiunt in cura ipſius, vt adminiſtrentur tina et capurpurgia frigida, & humida, & effuſio lactis ſuper caput: et vtatur humectatione corporis. Et ſi eſt infans præcipiunt vt detur in potu lactanti ipſum, quod lac ipſius infrigidet, & pręcipiũt vt in domo ipſa frigida ſubterranea inhabitent: et videtur ꝙ ſit hoc apud eos epilepſia ſibaria, aut mania. veruntamen huiuſmodi nominis vſus non eſt famoſus apud veridicos medicos. Et cum aliquibus membris epilepticis accidit δ tortuoſitas, aut ſpaſmus, iuuat ea fricatio cũ oleo et aqua tepida: et vt ſuper ipſa fiant cõ-

preſſiones,

A Raſ. 13.4.
Supra α
B Pau. lib. 3. c. 13.
C Ser. & Raſ. 14. 1. & 4.
Infra γ
D G. de ſimp. medi. fac. fo. 45. g. h
E † regionis.
F G 6. ſimp. med. fac. fol. 41. e, & Raſ. 14.1.
G † affodilus.
G Raſ. 14.1.
A † theodoricon quãtitate vnius bacha. Raſ. cõt. 13. c. 2. 13. 4.
H G. de puer. ep. fo. 181. a. b.
I Raſ. 13.2.
K † caniculę
K Ser. t. 1. c. 13.
L Ga. 3. apho. 21. & 2. apho. 45.
M Paul. lib. 3. c. 13. 10. & Aet. & Raſ.
Infra δ
M Paul. ibidem.
N Pau & Aet. ibi.
O Aet. lib. 2. ſer. 2. c. 13. fo. 2. & pau. li. 3. c. 13. fo. 97. 39.
P † præcordia, & dorſum.
Q † Occipitium, Pau. & Aet. & Raſ. 13.3.
R Ser. t. 1. c. 13.
Supra α ter.
S Alzar. lib. prac. ſec. 2. c. 16.
T Raſ. 13.3.
Supra γ
Supra δ



A preſſiones. Quando vero eſt epilepſia ex ſtomacho, tunc conuenientiora quibus fit euacuatio, ſunt [a] † { pulpa coloquinthidæ, & ſtichados: } & fiat in [b] anno illud multoties. Et oportet quidem poſt mundificationem ſtomachi, vt aſſidue vtantur [c] confortatiuis: & non tribuantur eis, [c] niſi cibi velocis digeſtionis, boni chymi: & tribuantur ſm ꝙ narrauimus in [d] loco ſuo. Impendant ergo ſtudiũ in comprehendẽdo bonitatem digeſtionis: & oportet vt dimittant ſtomachum vacuum tempore longo. Illi vero quæ ex ea excitatur ſm famem, ſuccurratur cum eo quod dictum eſt [e] in capitulo ſodę, & reliquorum. In hac vero quæ fit cum eleuatione alicuius rei ex membro [f] oportet vt ligetur ſupra illud membrũ, cum paroxyſmus adeſt: & fortaſſe prohibetur paroxyſmus: & euacuetur humor qui eſt in membro aut per euacuantia ſcita, ſi iam peruenit ad ipſam virtus euacuationis: aut cum vlceratione, & eductione puris in hora quietis, cum medicinis quę vlcerant, et pus faciunt currere: & cũ aduſtione materię, ſicut eſt epithema de gummi rutę ſylueſtris, et euphorbio, & reliquis. Et has quidem medicinas cognouiſti ex tabulis libri ſecundi. Et forſitan oportebit, vt in eis eueniat gradus adminiſtrandi [g] cantharides, & [h] † { alkibigkengi } & ſtercus accipitris, & anacardos, & reliqua. In illa autem quę à toto corpore eleuatur, dicũt [i] quidam, ꝙ ſi non eſſet timor in phlebotomia duarum arteriarum apoplicarum, non in eo quod non poſſibile ſit retentio ſanguinis, ſed propter frigus quod accidit cerebro, et abſciſſionẽ ſpiritus, & ſequitur eam apoplexia, eſſet in ea ſanitas in- B tegra illius, qui patitur epilepſiã cum cõitate corporis. Et propter illud quod ad cerebrum aſcendit ex eo. & nos quidẽ dicimus ꝙ ſi hęc nõ eſt poſſibilis, tunc in inciſione ſeu in phlõmia illius alterius ex arterijs, quę aſcendũt, nõ erit iſte timor, et nõ eſt lõginquũ quin magnificet multitudo iuuamẽti.

*De apoplexia.* *Cap.* 12.

APoplexia eſt ocioſitas membrorum à ſenſu et motu propter oppilationem contingentem in ventriculis cerebri, & in curſibus ſpiritus ſenſitiui & motiui. Nã ſi cum hoc inſtrumenta motus anhelitus fuerint ocioſa, aut fuerint debilia, vnde non facilis ſit anhelitus, immo fuerit illic ſpiritus, & fuerit habens viciſſitudines ſicut ſtrangulatio, aut ſicut vox ſtrangulati, tunc hæc ſpecies [k] eſt praua ſignificans defectum virtutis mouentis membra anhelitus. & ea quidem prauior eſt vt non appareat anhelitus, et ſpuma, neq; vox ſtrangulati. Si autem nocumentum non magnificatur in anhelitu & pertranſit, in gutture ipſius quod immittitur, neq; egreditur per nares, tunc quamuis ipſa ſit in qua maior fiducia habetur q̃ alia, tamen non euacuatur à timore magno. Et [k] Hip. quidẽ dixit ꝙ quando apoplexia eſt fortis, habens eam non ſanatur: & ſi eſt debilis, eius ſanatio non eſt facilis. Hęc vero oppilatio fit aut propter clauſionem, aut propter repletionem. [l] Clauſio autem eſt, vt ad cerebrum perueniat quod ipſum dolere faciat: aut ledat & moueatur motu contractionis ab eo: aut ſi qualitas perueniens ad ipſum ſtipans vel contrahens & inſpiſſans eum ex ſui natura [m] ſi- C cut frigus forte. Repletio vero, aut eſt repletio apoſtemans, aut eſt non apoſtemans. [k] Repletio vero apoſtemans eſt, vt illic contineatur materia, et oppilet ex parte repletionis, & oppilet ex parte extenſionis. & iſta eſt ex ſpeciebus apoplexiæ peruerſæ: & æquale eſt, ſiue ſit materia calida, aut ſit frigida. Quæ vero eſt abſq; apoſtemate (& eſt ea quæ eſt ſm plurimum) aut eſt in ipſo cerebro, aut in vicinitate ipſius: & illa quidem quæ eſt in vicinitate, aut eſt in meatibus ſpiritus ex cerebro, aut in meatibus ſpiritus ad cerebrum. Et illa quæ eſt in meatibus ſpiritus ex cerebro, aut eſt [n] humor ſanguineus effuſus ad ventriculos cerebri ſubito, aut eſt [o] humor phlegmaticus & eſt ſm plurimum. Illa autem quæ eſt in meatibus ſpiritus ad cerebrum, eſt cum oppilantur arteriæ, & venæ ex vehemẽtia repletionis, & multitudine ſanguinis: & ſpiritus non habet tranſitum, quare non moratur vſq; quo præfocet: & accidit ex illo ei quod accidit cum ſtringuntur duæ venæ apoplecticę ex caſu ſenſus & motus. Nam cum illi ſimile accidit ex cauſa primitiua efficit quod eſt ſimile illi actioni. Hę ergo ſunt ſpecies apoplexiæ, & cauſæ ipſius. Sed fortaſſe qñq; dicunt [p] apoplexiam, & ſignificant per eam paralyſim communem amborum laterum, & ſi ſint membra faciei ſana. & qñq; dicunt mollificationem partis apoplexiam illius partis: & illud quidem in ſermonibus [q] Hipp. iam peruenit. Aliquando autem accidit, vt homo apoplexiam incurrat, et non ſit differentia inter ipſum, et mortuum: et non appareat in ipſo aliquid anhelitus: deinde reuiuiſcit, et ſanatur. [r] et nos plurimos eo- D rum vidimus, quorum diſpoſitio hęc erat: & in iſtis quidem anhelitus non apparet: ſed ipſorũ pulſus non integre cadit. Et videtur ꝙ calor innatus in eis non vehementer indiget euentatione, et ex pulſione vaporis fumoſi à ſe anhelitu magno, propter illud quod accidit ei ex frigore: & propter hoc volunt vt [s] tardetur ſepultura ambigui ex mortuis, donec perpendatur eius diſpoſitio. et neq; ſit minus ſeptuaginta duabus horis. [t] Apoplexia vero reſoluitur ſm plurimum ad paralyſim: & illud ideo q̃m cum natura deficit ab expulſione materiei ex vtriſq; lateribus ſimul, expellit eã ad vnũ duorum laterum, quod magis eſt ſuſceptibile ęgritudinis, & quod eorum eſt debilius, & facit ipſam penetrare in vacuitatibus meatuum elongando eam à cerebro, & ventriculis ipſius: ſignificat vero ꝙ oppilatio in apoplexia comprehendit ſuper ventriculos, q̃m ſi eſſet in ventriculo poſteriore ſolũmodo, non oporteret vt ocioſitas ſenſus eſſet in anteriore parte capitis. [u] Hip. vero inquit cui accidit dum eſt ſanus dolor repente in capite ſuo: deinde incurrit apoplexiam, tunc ipſe moritur ante ſeptimum diem, niſi accidat ei febris, & ſit ſpes vt cum ea reſoluatur ſuperfluitas. Et ſcias ꝙ plurimum accidit apoplexia habentibus [x] ætates, & corpora, & regimina humida, & proprie cum eſt ibi cum humiditate frigus. [q] Si autem accidit cum caliditate complexionis, & ſiccitate ipſius, tũc res eſt praua, ægritudo enim cõtraria complexioni nõ accidit, niſi propter magnam cauſam, & cõ-

plexio

A † medicamẽtũ amarum ex aloe.
A G. 5. lo. aff. c. 6. g & Aet. lib. 2. ſer. 2. c. 17. & Pau. lib. 3. c. 13. fo. 98. 15.
B G. ibidem.
C Raſ. 14.3.
D Fen. 13.
E T. 1. c. 33.
F G. 3. lo. aff. c. 7. fo. 19. h
G Pau. lib. 3. c. 13.
H † Ranunculũ.
I Raſ. 13.1.
k G. 2. apho. 42.
l G. de ſſijs mor. c. 3. e, & de cã mor. c. 3. d, & Raſ. t. 6. c. 4.
M Fẽ. 2. c. 5. & li. 1. F. 3. d. 5. c. 4. & lib. 4. F. 6. t. 1. ſum 3. c. 1. & 61. & Gal. ca. mor. 13. d
K G. 2. apho. 42.
N G. de cur. rõne per ſangui. c. 5. a
O G. 2. de cã ſym. c. 7. e
P G. ibidem. c. 2. h
Q Paul. lib. 3. c. 18.
R Fẽ. 10. t. 5. c. 5. & lib. 4. F. 6. t. 5. c. 3. & in lib. de vir. cor. t. 2. c. 4.
S C. 4. & Haly. 5. prac. c. 11. & Raſ. 1. cõt. 1. c. 2. 2. 1.
T G. 4. loc. aff. c. 2. 22. h
V 6. apho. 51.
X Ga. 2. de tẽpera. c. 1. 16. d. & 3. aph. 31.

plexio quidem ab hoc elongata eſt, vt eam toleret. Apoplexia vero raro accidit à caliditate. [a] Cum E autem dilatatur materia paralyſis in vtriſq; lateribus, prouenit apoplexia, ſicut cum conſtringitur materia apoplexiæ ad latus vnum, accidit paralyſis: plurimum vero cauſę apoplexiæ exiſtit in ambobus ventriculis poſterioribus. Cumq; cum apoplexia fuerit febris, tunc illic erit apoſtema ſecundum plurimum. [b] Illi vero qui indigent phlebotomia plurima propter melancholicũ ſanguinem ipſorum iuuantur cum phlebotomia multa, & in fine deficiunt, quoniam incidũt in apoplexiam, & ſimilia ei. Præparatio vero apoplexiæ periodicæ cum acceptione medicinarum calidarum, eſt feſtinatio faciens humores tardos velociter moueri, periodorum autem apoplexiæ iudicium iam* diximus, inde ergo legatur.

A F.1.c.1.
B Lib.1.F.4.c.1. & G.de ſcariſic. 19.g.h
Supra *

*De ſignis.* Cap. 13.

DIfferentia inter apoplexiam & ſubet, eſt ꝙ apopleticus habet vocem ſtrangulati, vel habet oregmonem, & ingreditur nocumentum anhelitus: ſed ſubet patiens nocumentum nõ eſt ita. & habens ſubet gradatim procedit de ſomno graui ad ſubet: apoplectico vero accidit illud ſubito. Apoplexiam præterea antecedunt [c] ſoda, & inflatio [d] † {guidez,} & [c] vertigo, & ſcotomia, et [c] tenebroſitas viſus, [c] & tremor in toto corpore, [e] & ſtridor dentium in ſomno, & grauitas, & pigritia. & multoties quidem eſt eius vrina [c] ſimilis flori æris, & [c] nigra, & in ipſa eſt ſedimen ſerinũ, & [c] furfureum. Illa vero quæ eſt à nocumento & percuſſione aut caſu, aut communitate membri, F cognoſces ex principijs, quæ tibi iterata ſunt. Quæ autem eſt ex apoſtemate non euacuatur à febre aliqua & præceſſione ſignorum quæ diximus in apoſtematibus. Et illam quidem quæ eſt ex ſanguine, ſignificant ſigna ſanguinis prædicta [f] multis vicibus. [g] Et eſt facies rubea & oculi rubei valde, et [f] guidez: & venæ colli ſunt extenſæ & plenæ: & ſpatium phlebotomiæ eſt elongatum, et fuit antecedens receptio eius quod generat ſanguinem. Illam vero quæ ex phlegmate eſt ſignificant color, [?] & forma oculi, & [h] humoroſitas narium & reliqua quæ [i] dicta ſunt. [k] Cum ergo ſeni acciderit vertigo continua aut quæ reiteratur, tunc illud nunciat apoplexiam.

C Paul.lib.3.c.1.
D † venarum ex ca guttur.
E F.7.c.10.& Paulus ibidem.
F T.1.ca.14.& 11. c.7.
G Raſ.li.divi.c.
H Raſ.& Alib. lib.pract.c.
c.18.
I T.1.c.25.
k C.1.& li.1.F.3. ſ.c.1.

*De cura.* Cap. 14.

CVra quidem eius quæ facta eſt ex læſione extrinſeca, eſt regimen illius cauſæ primitiuæ. & illius quę fit ex communitate, eſt regimen membri cui cõmunicat cum eo, quod pręterijt tibi in canone, & præterijt tibi in [l] capitulis alijs. Regimen vero illius quæ fit ex ſanguine eſt phlebotomia in hora [m] illa, & emiſſio multi ſanguinis. ſanat enim in diſpoſitione: & poſt phlebotomiam tunc [n] clyſteriza cum eo quod * ſciuiſti de clyſteribus: vt deponatur materia à capite: & ſubtilia regimen ipſius: & ſis contentus in ea iuleb, & aqua hordei ſubtili: & aqua caſei. Et fac ipſum olfacere quod confortat cerebrum, & non calefacit cum eo, quod docui te. Si cum ea vero quæ facta eſt ex phlegmate, inueniuntur ſigna ſanguinis, phlebotometur etiam: deinde clyſterizetur cum clyſteribus G fortibus, & ſupponãtur collyria fortia, in quibus ponuntur gummæ, & [o] fel bouinum, poſtea bibat quod ſoluit ſi in ipſo pertranſit ex pilulis, in quarum potu habetur fiducia ſunt [p] pilulæ de euphorbio. Et fiant poſt illud ſuper caput ipſius, & membra, vaporationes calefacientes & embrocę factæ ex aquis in quibus coctæ ſunt herbæ calefacientes, ſicut [q] anethum, & ſceha, & amaracum & folia citri, & calamenthum, & alhaſce, & hyſſopus, & melilotum, & origanum, et abrotanum. Et cum oleis in quibus ſit virtus iſtarum herbarum, et oleo de ruta, in quo ſit iam diſſolutum pyrethrum, & caſtoreum, & opopanacum, & galbanum: [r] & inunge totum corpus ipſius ex oleo, in quo ſit ſulphur. Si autem vaporationes fuerint [s] ex gariophyl. & [s] † { alheal, & mace & nuce muſchata, & acoro, erit rectum. [q] Et fricentur pedes eius cum oleo calido calefacto, & aqua calida, et ſale, [q] & inungãtur ſpondyles ex † { ſygia} & oleo [t] † { de lilio.} [o] Et pone ſuper principiũ nuchę ſinapi, & ſerapinum, & caſtoreum, et euphorbium. Et ex oleis quidem quæ ſunt eis bona, ſunt oleum cucumeris aſinini, & oleum rutæ, & oleum ſquilliticum factũ ex oleo antiquo ſiue ſit infuſa ſquilla humida in eo. xl. diebus, ſiue ſit decocta in eo: ita vt ſumantur olei kiſt. i. et ſquillę vnc. ij. in quo coquantur adeo vt diſſoluatur. & ſimiliter oleum de pyrethro ſ̃m vtroſq; modos prædictos. et rectius quidem eſt vt quodcunq; ſit oleum quod eis adminiſtras, inſpiſſes [u] cũ cera donec ſtet, vt adhæreat. & oportet quidem vt incipias à debiliore vnctionum ſi confert: & ſi non, adde: & permu- H ta te ad illud quod eſt fortius. Et non eſt malum poſt euacuationem ipſius cum clyſteribus & ſimilibus, vt naribus ipſius aliquid approximetur, & proprie [x] condyſi, & caputpurgia fortia, et olea cõfortatiua, et [y] ignitum ferrum, et oppone ipſum capiti ipſius, et vt capiti ipſius emplaſtrum apponatur ex emplaſtris reſoluentibus, quæ ſciuiſti. Et ſi eſt poſſibile fac eum [z] vomere cum penna immiſſa gutturi ipſius, illinita oleo de lilio, aut oleo ſimplici. et proprie cum exiſtimatur, ꝙ in ſtomacho, aut in ore ipſius ſit repletio, et iam præceſſit eã ſatietas nauſeatiua à cibo: conferunt enim hęc ei vehementer. Et in vomitu quidem aliud exiſtit iuuamentum: nam ſubuerſio ſtomachi, ſeu voluntas vomendi, et conatus ad vomitum calefaciunt complexionem capitis eius qui habet apoplexiam frigidam et humidam. Et oportet quidem [n] vt ipſius ventoſitates ſoluas cũ eo quod eas educit: quoniam cum hoc inuenit alleuiationem. Et quandoq; acceleratur ad hoc vt pila in ore eius ponatur cuius anteceſſit [a] rememoratio, vt non deſtruantur dentes ipſius adinuicem. Et oportet vt cum parum euomunt, in potu ſumant [q] olei de kerua decocti cum ruta omni die drach. ij. cũ aqua de radicibus, et gradatim procedat donec bibat quaq; die drach. v. Et ſi poſſibile eſt poſt euõnẽ ſumãt quãtitatẽ [b] † {bondacha} ex [s] theriaca et [c] mithridato, et [o] ex ſcelita, et anachardina et alſagianea, et quæ

L T.3.c.14.
M Li.1.F.4.c.1.
N Paul.li.3.c.1.
Supra *
O Raſ.1.cõt.1.1.c. 2.1.4.
P Lib.5.ſum.1.c.9. & Raſ.1.cont.1.1.c. 2.1.3.
Q Raſ.ibi.
R Pau.& Raſ.1.4.
S Ser.1.1.c.4.
S † cardamomo minore.
† Storace liquida.
T † Sambucino.
V G.7.meth.c.7.h
X Raſ.1.9.c.4.& Sera.
Y Ser.& R.1.9.c.4.
Z Aeti.li.2.ſer. c.27.
A C.11.
B † aurei [?]
C Halyz.5.[?] c.22.



A & quæ ſunt ſimilia illis, & de ſimplicibus caſtorei aur. i. cum aqua mellis, & oxymelle, & ſerapinũ etiam cum bibitur [a] † {bakila} vna. Potus autem eorum ſunt aqua mellis pura, aut cum aleſeniati ſecundum neceſſitatem. Et cum videris alleuiationem, fac gargariſmata, & ſternutationes, & pone ventoſas ſuper collum, & nucham cum inciſione, aut ſine inciſione ſecundum materias, [b] † {& commoue cum ſuper alargiuha:} [b] deinde fac eos balneari poſt tres hebdomadas. Et vnge eos in die balnei cum oleis calefacientibus. Et ex gargariſmatibus quidem eis conferentibus poſt purgationem vniuerſalem, eſt decoctio hyſſopi, & [c] † {alhaſce,} & calamenthi, & [b] origani, & his [b] ſimilium in aceto, cui admiſcetur mel, & etiam aqua, in qua elixantur [d] pyrethrum, [d] & ſtaphiſagria, & alhaſce, & ſumach. Et fortius illo eſt vt ſumantur piper, & longum piper, & zinziber, & ſtaphiſagria, & baurac, & roſæ, & ſumac, & terantur & cõmiſceantur cum vino decocto, & fiant ex eis ſief: deinde adminiſtrẽtur maſticationes ex eis: aut gargariſmata in decoctione hyſſopi cum maſtiche. Et ex eis quidem, quæ illi iuuatiua ſunt, cum fiunt ſicut illud, ſunt piper longum, & piper nigrum, & ſynapis, & calamenthum. Et ex eis quæ maſticantur ſunt calamenthum, & ſtaphiſagria, & piper, & amaracum, & ſinapis ſigillatim, & coniunctim, & permiſcetur eis ſicut roſa, & ſumac, à quibus non eſt excuſatio, & acorus eſt ex eis quæ iuuant in hoc capitulo: & fit fortis eius impreſſio. & confert eis inunctio cum oleis calidis confortantibus ſpiritum, qui eſt in neruis, & ſubſtantia ner- B uorum, reſoluentibus ſuperfluitates in quibus non eſt labor, ſicut eſt oleum de lilio: & poſt ipſum oleum amaracinum, & oleum chamæmellinum, & anethinum, & oleum de ſquinãtho: & proprie ſuper caput: ipſum enim eſt in quo fiducia habenda eſt in re capitis: & proprie poſtquã iam aſſumpſerit virtutem hyſſopi, & origani, & calamenthi, & alhaſce & ſimilium. Cibi autem habentium apoplexiam ſunt ſubtiliores cibis habentium epilepſiam: & rectius quidem eſt vt ſis contentus in eis in matutinis pane ſolo. & panis quidem cum ficubus ſiccis eſt bonus eis. Et vinum ſuper cibum eſt ex rebus magis nocitiuis eis. Cum autem voluntas adeſt vt cœnent, non eſt malum ſi ante ipſam præmittas exercitium leue, & moueant membra laxata motu aliquo. Et cum aliquid ſumunt, non dormiant ſuper ipſum velociter: ſed expectent aliquantulum donec deſcendat, & digeratur digeſtione aliqua, nec etiam plurimum vigilent. Illud enim permutat cerebrum: & reſoluit ex cibis vaporem non digeſtum, ex hoc quòd prohibet digeſtionem. Quidam vero dicunt eis eſſe bonum ordeum [e] cum lentibus, & vuæ paſſæ, & amygdalæ, & ficus ſunt ex fructibus conuenientibus eis. in ſecunda menſa. Vinum autem nouum non eſt conueniens eis propter illud quod in eo eſt de ſuperfluitatibus: & antiquum, propter illud quod in eo eſt de velocitate penetrationis ad cerebrum, & declinationis eius. Sed magis cõueniens vinum eſt eis illud, quod eſt inter vtrunq; Cum apoplecticus febricitat, fac moram in re ipſius, donec diſcooperiatur: fortaſſe enim eſt criſis: C [f] ſitq; mora vſque ad ſeptuaginta duas horas. Si autem ita non eſt: ſed febris eſt propter apoſtema, & putredinem, tunc eſt mortiferum. Et ſcias quòd apoplexia, & paralyſis conſtringunt meatus ad ipſas peruenientes, quare eſt exiſtimandum, quòd medicinæ euacuantes non euacuant materiam facientem ipſas proprie.

A † pondus. 10. graucrum.
B † Paul.li.3.c.18. fol.102.40. deinde geſtabunt ægri cur ru, aut lectica, aut lecto penſili.
B Paul. ibidem.
C † thymi.
D Ser.1.1.c.14.
E C.10. ipſe ex ſe aſſerit hoc.
F C.11.& Haly.5. prac.c.21.& Raſ.1. cont.1.1.c.2.1.1.

## Fen ſecunda de ægritudinibus neruorum, quæ eſt tractatus vnus.

*Aegritudines neruorum.* Cap. 1.

NEruorum quidem ipſorũ originem, & diuiſionem, ſeu ramificationẽ & figuram, & anatomiã, & naturã iã [g] ſciuiſti. De ægritudinibus vero ipſorũ ſcias, [h] ꝙ ſunt tres ægritudinum ſpecies, ſcilicet cõplexionalis, inſtrumentalis, & ſolutio ſingularitatis cõis. et apparet quidem læſio in operationibus ſuis naturalibus, & ſenſibilibus, & motiuis. Motus vero laborioſi in faciẽdo ægritudines neruorũ, introitum magnum habẽt ſupra illud quod in alijs eſt: ipſi nãq; D ſunt inſtrumenta motus. laborioſi vero motus ſunt ſicut extenſio cũ fune: & eleuatio rei grauis: & oẽ in quo eſt extenſio fortis, & expreſſio, & cõtractio. Significationes aũt in diſpoſitionibus eorũ ſumes ex operationibus ſenſus & motus, & ex tactu in lenitate, & duritie, & ex cõmunitate cerebri, & ſpondylium cũ eis: & ex doloribus, & materijs quæ ſunt propriæ neruis. et plurima quidem ſigna quibus peruenitur ad cognitionem diſpoſitionum cerebri ſunt ex nocumento operationum, et ex tactu. Cum autem dubitatur de aliqua ægritudinum neruorum, an ſit humida, an ſicca, cõſideretur qualiter ipſa accidit. [i] Nam ſi ſubito accidit, nõ eſt dubitatio quin ipſa ſit humida. Et etiam ex hoc, an membrum difficiliter exuccat vnctionem. Nam ſi ipſam velociter exuccat, non eſt dubitatio quin ipſa ſit ſicca: cum membrum non ſit calefactum calefactione extranea. Exercitium vero poſt purgationem melius eſt ad permutãdum cõplexionem eorum et vniuſcuiuſq; membri ſecundum ſeipſum. et oportet quidem vt à faciliori incipias, et gradatim peruenias ad illud in quo ſit virtus æqualis. Modus vero curæ in purgatione neruorum, et permutatione complexionis eorum eſt, quoniam plurimum eius quod eſt neceſſarium euacuare ab eis vniuerſaliter ex materijs, non eſt niſi ex frigidis. Et euacuantia quidem eos ſunt medicinæ fortes, ſicut pulpa [k] coloquinthidæ, et elleborus, et proprie al. cũ vomitus fit cũ eo, et euphor-

G Lib.1.Fẽ.1.d.5. ſum.3.
H G.1. de cã ſym. c.1.c
I G.4.loc.aff.c.7.g
K Ser. de ſimplici. c.172.

[a] euphorbium, & [b] † {alaſſach,} & ſerapinũ, & reliquæ gummæ fortes: & hieræ magnæ, & fortes. E Et ex ſubtilibus quæ eos euacuant, ſunt balneum ſiccum, & exercitium temperatum. Ipſorum vero complexionem permutantia ſunt ea, quæ dicta ſunt in [c] capitulo de cerebro: & proprie ea in quibus eſt vnctuoſitas aut ſunt vnctuoſa, & cum adipes adminiſtras, ſint adipes [d] † {alſebha.} Feces quoq; oleorum calidorum, ſicut fęx olei oliuarum, & fęx olei de lino, ſunt conuenientes ægritudinibus neruorum frigidis, & congruentes duritiei ipſorum, & oleum de coſto, & oleum de anacardis ſunt vehementis proprietatis cum neruis: deinde embrocę, & ſucci ſecundum complexiones eorum. Veruntamen oportet vt ipſa ſint in rectificatione complexionis neruorum fortiora valde: & vt ad penetrandum taliter præparentur, quatenus conſequantur reſolutionem corporis, & pororum apertionem efficacem. [e] Et ſcias quòd intẽtio in curandis pluribus neruorum ęgritudinibus eſt intentio poſterioris partis capitis, niſi quæ in facie ſunt. Deinde poſt illud principij nerui qui mouet illud membrum, cuius infirmus eſt neruus. Et neruis quidem nocent res quædam, & iuuantur à rebus quibuſdam, quarum multoties rememoraturi ſumus: quarum quædam ſunt in tabulis medicinarum ſingularium. & illud quidem non attenditur, niſi in diſpoſitionibus, & ægritudinibus ſuis, quæ ſunt eis magis propriæ. Res itaque neruos confortantes ex eis, quæ in potu ſumuntur, ſunt acorus nutritus, & caſtoreum, & [e] grana pini magna, & [f] cerebrum leporis aſſatum, & ſtichados proprie. cuius quidem potio ſit omni die pondus drachmæ vnius in pilulis redacti: aut cum ſyrupo mellino. F Et iuuant eos exercitium temperatum, & olea calida. Res vero neruis nocentes ſunt, [g] coitus plurimus ſuperfluus: & ſomnus ſuper repletionem: & potus aquæ frigidæ congelatæ: & multa ebrietas: & vinum plurimum, propter vehementiam mordicationis vini, & tranſmutationem in [e] acetoſitatem infrigidantem cum hoc: & lædit eos omne acetoſum, & inflatiuum, & infrigidatiuum cum fortitudine. Et phlebotomia plurima eis nocet. Et nos quidem in hoc tractatu rememorari volumus ægritudines neruorum complexionales, & oppilatiuas. Ipſorum vero apoſtemata & vlcera, tardabimus vſque ad librum, qui ſequitur librum hunc. Et ſcias quòd aqua frigida nocet neruis, propterea quòd facit eos deficere à digeſtione humiditatum, quæ ſunt in eis, quare in humorem indigeſtum permutantur. [h] Et ſcias quòd agaricus confortat neruos calefaciendo, & purgando.

*De paralyſi & mollificatione.* *Cap. 2.*

PAralyſis quandoque dicitur ſermone abſoluto: & quandoque dicitur ſermone proprio: dictio vero [i] paralyſis ſecundum intentionem abſolutam ſignificat illud, quod ſignificat mollificatio in quocunq; membro fit. [k] Paralyſis vero propria eſt illud, quod de mollificatione eſt commune vni duarum partium corporis in longitudine. [l] Alia enim eſt in parte incipiendo à collo, & ſunt facies, & caput ſimul ſana. [m] Alia eſt quæ in tota parte currit à capite vſq; ad pedẽ. G Lingua vero arabica paralyſis ſignificat hanc intentionem: [i] paralyſis enim quãdoq; innuitur in lingua ipſorum ad partem, & medietatem. Cumq; paralyſis accipitur cum intentione mollificationis abſolute, quandoque eſt ex ea quæ communicat vtriſque lateribus ſimul, exceptis membris capitis: quibus ſi cõmunicaretur, eſſet apoplexia, ſicut ex ea eſt illa quæ vni digito appropriatur. [n] Et ſcitum eſt, quòd deſtructio ſenſus & motus fit, quoniam ſpiritus ſenſibilis, aut motiuus aut retinetur à penetratione ad membra: aut penetrat, ſed membra non ſuſcipiunt eius impreſſionem propter complexionis corruptionem. complexio autem corrupta, aut eſt calida, aut eſt frigida, aut humida, aut ſicca. [o] Et videtur quidem, quòd calidum non prohibet impreſſionem ſenſus in eis, dum non conſequitur finem: quemadmodum vides in habẽtibus extenuationem, & hecticis. In ipſis enim cum caliditate eorum, non deſtruitur motus ipſorum, & ſenſus ipſorum: & ſiccum etiam propinquum eſt iudicio ipſius. Complexio vero quæ prohibet à ſenſu & motu, ſecundum plurimum eſt frigida & humida: & illud quidem non eſt longinquum. Frigidum enim contrarium eſt ſpiritui, & ſtupefacit ipſum, & non eſt longinquum quin humiditas faciat membrum præparatum hebetudini ſeu pigritiei. Ex cauſis enim deſtructionis motus ſunt frigiditas, & humiditas abſque materia. veruntamen illud ex eis quibus ſuccurrere eſt facile cum calefactione. Et eſt ſicut illud quod non communicat plurimæ parti corporis: aut vni lateri ipſius abſque latere alio. Immo ſi neceſſarium fue- H rit, tunc accidet vni membro, & videtur quòd paralyſis & mollificatio ſecundũ plurimum fit propter retentionem ſpiritus. Cauſa vero retentionis eſt oppilatio, aut ſeparatio pororum & tranſituum perducentium ad membra cum ſectione. Oppilatio autem, aut eſt ſecundum ſemitam conſtrictionis pororum, aut ſecundum ſemitam prohibitionis ex humore oppilante aut ſecũdum ſemitam rei aggregantis ambas res, & [n] eſt apoſtema quare cauſa mollificationis, & paralyſis faciens abſciſionem ſpiritus à membris eſt conſtrictio pororum: aut repletio, aut apoſtema, aut ſolutio ſingularitatis. Pororum autem conſtrictio ſeu contractio quandoq; accidit propter [n] ligaturam ligantis exterius, quæ eſt ex eis, quæ poſſibile eſt remoueri, & eſt mollificatio illa, & deſtructio ſenſus & motus, res accidentalis, quæ remouetur cum reſoluitur ligatura. [p] Et quandoq; fit ex compreſſione vehementi, ſicut accidit apud percuſſionem, aut caſum. Et ſicut accidit cum declinant ſpondyles, & rumpuntur ad vnum duorum laterum dextrum, aut ſiniſtrum, & comprimunt neruos exeuntes à ſe, in parte illa, aut ad interiora & ad poſteriora & accidit ex eis ſecundum plurimum tenſio non compreſſio, quoniam tortuoſitas vel declinatio ſpondylium in duobus lateribus anteriori & poſteriori non ſunt ſuper exitum neruorum, quoniã exitus neruorũ ſecundum [q] q; ſciuiſti non

A G. li. 3. de cõp. medi. per gña. c. fo. 229. d, & c. 41.
B † Sera. c. 258. ammoniacum.
C 29. t. 1. F. 1.
D † cõe nomẽ ad oia quadrupedia † dentib⁹ ſuis aggrediuntur homines.
E C. 4.
F Ser. c. 441.
G Ga. cõ. 3. in 2. de mor. vulga. 875.
H Ser. c. 7.
I G. lib. 1. de cauſa ſymp. c. 2. g
k G. 3. lo. aff. c. 10. h
L G. lib. 1. de cauſa ſymp. c. 5. d
M Haly. li. 9. the. c. 8.
N G. 1 de cã ſym. c. 5. c
O Raſ. 1. conti. 2. c. 1. 2. 4.
P Gal. 4. loc. aff. 24. c
Q Lib. 1. F. 1. ſum. 1. c. 7.



A non eſt ex partibus anteriori & poſteriori. Et quandoq; comprimuntur, vel conſtringuntur pori propter groſſitudinem ſubſtantiæ membri. [a] Repletio vero oppilatiua eſt ex materijs humidis currentibus, quibus membrum humectatur ſeu madefit: & currunt in vacuitates omnium neruorũ, aut ſtant in principijs neruorum aut ramis neruorum: & oppilant viam ſpiritus currentis in eis. Apoſtema vero quandoque accidit in originibus neruorum, & ramis ipſorum, & oppilat tranſitus. [b] Inciſio autem quæ neruis accidit, quæ in longitudine eſt, non nocet ſenſui, & motui: & quæ eſt in latitudine prohibet ſenſum, & motum à membris, quæ imbibebantur ex meatibus, qui erant continui inter ipſa & villum tunc inciſum. Et ſcias quòd nucha ſimilis eſt cerebro in diuiſionibus [c] ſuis ad duas diuiſiones, licet ſenſus eas non diſcernat. Quomodo enim non erit ita illud, cum procedat etiam à duabus diuiſionibus cerebri: non ergo elongatur quin ſeruet naturam vnius duorum laterum, & expellat materiam ad latus, quod eſt debilius, & quod eſt magis ſuſceptibile materiei primum, & cui accidit percuſſio & ictus, & ad quod expellitur ſuperfluitas lateris cerebri quod ipſum ſequitur. Et non eſt mirandum ſi ægritudo ſit propria vni lateri abſque alio latere: natura enim præcepto ſui creatoris iam diſcernit quod eſt ſubtilius hoc, & tu quidem recordare huius ex principijs, quæ tibi dedimus [d] in libro primo. Et ſcias quòd multoties expellitur materia humida ad extremitates, propter dominium caliditatis in corpore: aut motu ſubito ex timore, aut pa- B uore, aut ira, aut delitijs, aut anguſtia. Et ſcias quòd cum læſio, & materia quæ faciunt paralyſim, ſunt in vno latere ventriculorum cerebri, communicat lateri corporis toti, & lateri faciei cum eo. & ſimiliter ſi ſunt in meatibus lateris vnius: [e] quemadmodum ſi eſſent in duobus lateribus ventriculorum cerebri: aut in meatibus, eſſet apoplexia. [f] Si autem ſunt apud originem nuchæ, corpus totum eſſet paralyticum præter membra faciei. Et quandoque accidit cum hoc ſtupor in cute capitis, ſi prohibetur tranſitus ſenſus quoniam cuti capitis adueniunt nerui ſenſibiles ex collo, quemadmodum oſtendimus. [f] Si autem ſunt in latere originis nuchæ, communicat lateri toti excepta facie. Quòd ſi ſunt deſcendentes ab origine profundantes ſe, aut in latere vno, tunc mollificatur, & paralyticum fit, quod ex membris ſibi vicinatur. Quòd ſi non fuerit in nucha, immo in neruo mollificatur quod eſt proprium illi neruo: ſiue in toto neruo, ſiue in medietate eius, aut in parte eius, mollificatur. tunc quod mouetur propter illud quod venit ad ipſum de illo læſo propter materiam, & reſolutionem ſingularis: aut apoſtema. [g] Paralyſis vero quædam eſt, quæ eſt criſis colicæ: & multoties remanet cum ea ſenſus: quoniam materia eſt cum [h] ea in neruis motus, & non ſenſus. [i] Et quidam antiquorum dixerunt, quòd colica fuit communis quibuſdam annis, & interfecit plurimos. Et qui euaſerunt, euaſerunt cum paralyſi chronica euenienti ei quaſi naturam expulſit illã materiam quæ peruenit ad inteſtina, & reduxit eam ad exteriora, & quia fuit groſſior ea quæ pe- C netrat per ſudorem: quare inuiſcata fuit in neruis, & fecit paralyſim. Et multoties quidem accidit vt in hac ſit permanentia ſenſus cum diſpoſitione ſua. [k] & eſt paralyſis quæ eſt criſis in ægritudinibus acutis qua permutatur materia ad neruos. Et illud quidem eſt, cum natura non poteſt propter ætatem aut debilitatem integre euacuare: quare remanet reſiduum materierum in partibus cerebri: & remanet poſt ſtatum ſoda, & grauitas capitis: deinde expellit ipſam natura expulſione grauitatis, non expulſione euacuationis integræ: quare accidit paralyſis, & ſimilia. Et paralyſis quidem plurimum accidit in fortitudine frigoris hyemis, & quandoque accidit in vere propter motum repletionis. Et accidit in regionibus meridionalibus, eis qui iam peruenerunt ad annos quinquaginta & vltra ſecundum ſemitam catarrhorum expulſorum ex capitibus eorum: propterea quòd meridionalis ventus plurimum replet caput. [l] Paralytici autem pulſus eſt debilis: tardus, & rarus, nam cum ægritudo frangit virtutem, debilitatur pulſus. & fit frequens, & eueniunt viciſſitudines ſine ordine. Et vrina ſecundum plurimum fit eis alba: & cumq; fit in eis valde rubea propter debilitatem renum in diſcernendo ſanguinem ab aquoſitate: aut debilitatem venarum ab attractione ſanguinis: aut propter dolorem, qui fortaſſe eſt cum eis, aut propter ægritudinem eis aliam propinquam. Et quandoq; accidit vt ſit latus ſanum à paralyſi [m] † {in phlegmaticum,} ac ſi eſſet in igne: & alterum paralyticum frigidum ac ſi eſſet in niue. & ſunt pulſus duo- D rum laterum diuerſi. eſt enim pulſus lateris frigidi deiectus ſecundum quòd neceſſitat iudicium frigidorum: & quandoq; peruenit ad hoc, vt oculus illius lateris minoretur. Et quodcunq; membrorum mollificatorum, & paralyticorum ſecundum colorem reliqui corporis exiſtens non minoratur, neque extenuatur, eſt de quo maior habenda eſt fiducia, quàm illud quod eſt diuerſum ab hoc. Ad paralyſim præterea fit mutatio ex epilepſia, & apoplexia, [n] & colica, [o] & ex pręfocatione matricis, & febribus temporalibus ſecundum ſemitam criſis. [p] Et paralyſis eueniens à remotione ſpondylium mortifera eſt ſecundum plurimum. Et illa quæ eſt ab ictu vel contuſione non conterente neruos contritione vehementi, quandoque ſanatur: ſi autem ſuperfluat, [q] non eſt ſpes vt ſanetur. In illa autem in qua eſt ſpes, [r] oportet incipere à phlebotomia. Et iam quidem [s] diximus qualiter dilatetur materia paralyſis ad apoplexiam, & econuerſo.

*De ſignis.* *Cap. 3.*

ILlam autem quæ eſt à tortuoſitate, aut caſu, aut percuſſione, aut ſectione, cauſa ſignificat: quandoque tamen occultatur cauſa in ſectione, cum neruus eſt profundus. [t] Ipſam vero ſignificat, quia ſubito accidit, & non confert ei regimen. Quæ autem curam recipit eſt ea, quæ non eſt à ſectione: ſed eſt cum apoſtemate, & ſimilibus. Et ſi eſt cum apoſtemate calido, tunc extenſio, et

A G. 1. de cã ſym. c. 2.
B Raſ. 1. cont. t. 2. c. 1. 1.
C Raſ. 2. 3. & Ser. c. 1. c. 25.
D Fẽ. 1. do. 4. c. 1. & do. 5. c. 5. in fine, & do. 6. c. de virtutib.
E Gal. 4. lo. aff. c. 2. 21. g
F G. 3. lo. aff. c. 10. a
G F. 16. t. 3. c. 6.
H C. 13. & li. 1. F. 1. d. 5 c. 1.
I Fen. 16. t. 3. c. 6. & Pau. lib. 3. c. 43. & c. 18. 105. 20.
K Haly. 9. the. c. 8.
L G. de pul. ad tyro. c. 11. 46. a
M † inflammatũ.
N Pau. lib. 3. c. 18. 105. 10.
O Raſ. 2. 3.
P Lib. 4. F. 5. t. 1. c. 21. & Paul. lib. 3. c. 18. 105.
Q C. 4.
R Lib. 4. Fẽ. 4. t. 2. c. 4.
S F. 1. t. 5. c. 12.
T Raſ. 1. conti. t. 2. c. 1. 2. 4.

& dolor, & febris ſignificāt eam. Et ſi eſt ab apoſtemate duro, ſignificat ipſam tactus, & nodoſitas E ſenſibilis in neruis, & dolor antecedens. Nam ſecundum plurimum ipſa accidit poſt percuſſionem aut tortuoſitatē, aut apoſtema calidum. Si autem eſt ab apoſtemate molli, tunc ſignificatio eſt difficilis. veruntamen ſecundum quaſdam diſpoſitiones nō euacuatur à dolore pauco, & ſtupore, & à febre leni, & ab augmento doloris, & eius diminutione ſecundum motus & cibos, & eius euentus non fit ſubito, immo ſecūdum dies, & ex omnibus iſtis æger ſentit apud voluntatem motus, quaſi ſit aliquid prohibens in illo eodem loco. Paralyſim autem habens factam ab humiditate expanſa, ſentit cauſam expanſam in toto membro paralytico. Factam vero à groſſitudine neruorum ſignificat difficultas reuerſionis membri à contractione cum conatu, vel labore infirmi aut cum operatione alterius ad dilatationem, & ad reditionem: & neque ſunt membra lenia, ſicut in paralyſi abſoluta. Et ſi materia eſt cum ſanguine, ſignificat eam guidez, & venæ, & oculus, & repletio pulſus, & ſignificationes prædictæ multoties. Si vero eſt ex humiditate nuda, ſignificāt eam albedo & mollities multa. Et ſi fit ſucceſſione colicæ, & febrium acutarum, ſignificant eam colica, & febres acutæ. Et ſi eſt eius cauſa malitia complexionalis ſingularis frigidæ, aut humidæ, nō accidit ſubito: neqꝫ ſunt illic ſigna alia: & iudicatur de ipſo per tactum, & per cauſas imprimentes in membrum. [a] Et dicitur quod cum vrina infantis eſt viridis, nunciat paralyſim, aut ſpaſmum.

*De cura.* *Cap.* 4. F

OPortet vt ſit intentio tua in ægritudinibus neruorum quinque ſcilicet ſtupore, & ſpaſmo, & tremore, & paralyſi, & iectigatione [b] intentio poſterioris cerebri. [c] Et non properes in vſu medicinarum fortium in principio rei, immo tarda vſque ad quartum, & ſeptimum: [d] quod ſi ęgritudo fuerit fortis vſque ad quartumdecimum. Et in hac quidem hora ſis contentus rebus ſubtilibus ex his, quæ leniunt, & digerunt, & ſoluunt, [d] & cum clyſteribus non eſt malum in hac hora. deinde poſt illud euacua cum euacuationibus fortibus. In regimine autem cibandi eos oportet vt paralytico in primis cum apparet, ſis contentus [e] aqua hordei, & [f] aqua mellis duobus diebus, aut tribus: & ſi tolerauerit virtus vſque ad quartundecimum: & ſi non tolerauerit virtus, ciba eum carnibus auium leuibus: & ſtude vt facias eum pati famem, & ciba eum ſiccis cibis. Deinde fac eum longam tolerare ſitim. In menſis vero ſecundis iuuat eum vti medulla nucleorum [g] pini magnæ propter proprietatem quæ eſt in eis. [f] Et ſcias quòd aqua melior eſt ei, quam vinum. vinum enim materias in neruis penetrare facit. & plurimum quidem ipſius quandoque [h] aceſcit in corporibus eorum, & fit acetum. Acetum vero eſt ex rebus quæ neruis ſunt nocibiliores. Illa autem quæ eſt à tortuoſitate, & coarctatione curatur cum eo quod [i] dicemus in capitulo tortuoſitatis, & compreſſionis poſtea. [k] ſi autem eſt à percuſſione, [l] aut caſu, tunc eius cura eſt praua: eius tamen cura ſecundum omnem diſpoſitionem eſt, vt conſideretur an illud fecerit accidere tortuoſi- G tatem, aut apoſtema, aut attractionem materiæ, & curetur totum cum eo quod conuenit ei. Et oportet vt ponantur medicinæ in cura illius, in quocunque loco [m] acciderit, ſuper loca percuſſionis: & ſuper principium, ex quo egrediuntur nerui incedentes verſus membrum paralyticum: poſitio autem medicinarum ſuper membrum paralyticum eſt ex eis, quæ non afferunt iuuamentum de quo ſit curandum: & tibi quidem ineſt cognoſcere originem neruorum: & æquale eſt ſiue intentio in medicina, ſit prohibitio apoſtematis, aut ſit intentio in ea mollificatio, aut ſit intentio in ipſa calefactio, & permutatio complexionis. Et fortaſſe neceſſarium erit ponere iuxta membrum percuſſum, & apoſtemoſum ad quod incepit effuſio materiæ ventoſas extrahentes ſanguinem ab eo ad partem: aut ad illud, quod apparet de corpore. Si autem fuerit ægritudo ipſa paralyſis vera facta propter mollificationem neruorum, tunc illud quod eſt neceſſarium poſt regimen commune eſt euacuatio materiei cum eiſdem quæ [n] deſcripſimus, & diffiniuimus in euacuatione ipſarum materierum ſubtilium ſine additione, & diminutione, & meliora quidem quibus euacuantur [o] ſunt pilulæ de euphorbio, & pilulæ albimoraſtam [d] & pilulæ ſceitaragi, [p] & pilulæ fœtidæ, [d] & hiera Hermetis: & vomitus cum elleboro albo cum diſpoſitione ſua: aut cum expreſſione raphani, in quo ſit virtus eius: & ſimiliter reliqui vomitus conferunt eis. & quandoque fit gradatio in hoc. [q] Et in potu detur theriaca pondus vnius danich. Deinde addatur paulatim paulatim, H neqꝫ augeatur ſupra drach. i. Et quādoqꝫ [r] miſcetur [r] †{ }cū ſiſamo excorticato, & zucaro, & quandoqꝫ datur [s] in potu ſerapinum cum ſua diſpoſitione: & [t] opopanacum cū ſua diſpoſitione [t] & caſtoreum cum ſua diſpoſitione cum ſyrupo de melle: & eius quidem potio ſit quātitas [u] †{bachele}& confert eis valde. Et oportet quidem vt clyſterizentur enematibus fortibus: & collyria fortia ſupponantur: & inclinentur eorum materiæ ad inferiora. Et ipſorum ſpondyles inungantur ex oleis fortibus: & conferunt eis vnctiones calidę ex oleis fortibus, & emplaſtra rubificantia, quorum rememoratio eſt iterata multis vicibus: & proprie cum deſtruitur ſenſus. & radix quidem lilij eſt ex medicinis bonæ rubificationis, fricando cum ipſa ſecundum modum inungendi. Eis pręterea confert poſitio ventoſarum ſuper capita lacertorum abſqꝫ inciſione, ſed poſt euacuationem inquantum calefacit lacertos. Et quandoqꝫ neceſſaria erit inciſio aliqua. Et oportet vt ventoſę ſtricta habeant capita, & ſuſpendantur cum igne multo, & ſuctione forti, & laborioſa, & remoueantur velociter. Cum [q] ergo ventoſę adhibentur oportet vt ſeparatim ponantur ſuper loca plurima, ſi mollificatio eſt plurimum ſparſa: & ſi non eſt plurima, ponantur coniunctim. Et vtere ſuper ea poſt illud, [q] pice, & gumma pini: & adminiſtra ſuper ea emplaſtra calida rubificantia,

A Lib. 1. F. 2. doc. 3. ſum. 2. c. 1. & 3. 4. con. t. 9. 4. 5. 8. 2.
B C. 1. & Aet. li. 2. ſer. 2. c. 28.
C Raſ. 1. conti. c. 2. 3. 4.
D Raſ. 3. 4.
E Raſ. 1. conti. c. 2. 3. 3.
F Raſ. 4. 1.
G C. 1. & Raſ. 3. 4.
H C. 1.
I Li. 4. F. 4. 1. 4. c. 5.
K C. 1.
L Paul. lib. 3. ca. 18. 105. 5.
M Gal. 4. loc. aff. c. 4. d. & 1. loc. aff. c. 6. fo. 7. b. c. d.
N Supra in cap. de epil. de apo. &c.
O Raſ. 3. 1.
P Raſ. 3. 4. & Sera. t. 1. c. 25.
Q Aeti.
R Raſ. 4. 1.
R † elleborus albus
S Dio. li. 3. c. 77.
T pau. lib. 3. ca. 18. 104. 36.
V † ſabę.
Aeti.



A cantia, ſicut emplaſtrum de farina [a] †{alſeilem,}& lilio cum melle: emplaſtrum quoqꝫ de ſinapi eſt ex eis quæ ipſis conferunt. Et tu quidem permuta quoties debilitatur quouſqꝫ rubificet membrū, & veſicet: [b] & emplaſtrum de ſceitaragi maxime confert paralyſi iuuamen: & eſt apud plurimos eorum excuſans à gumma rutæ agreſtis, & ſinapi. emplaſtrum quoque de pice eſt iuuans, & proprie cum nitro & ſulfure: & fricatio cum oleo, & nitro, [c] & aqua ſulfurea, [d] & aqua marina, & embrocæ ſubtiliatiuæ conferunt. Cumqꝫ ſenſus eſt debilis fortaſſe emplaſtrum forte nocet, & non ſentit illud, & educit illud ad læſionem, & vlcerationem fortem. Oportet ergo vt omni cuſtodia ab illo caueatur, & vt conſideretur diſpoſitio impreſſionis emplaſtri. Nam ſi rubificat, & inflat, & cutem non pertranſit, & ſeparatur compreſſione digitorum ſubtili, & albificatur locus eius, tunc impreſſio non pertranſiuit cutem: & ſi rubificatio eſt magis fixa, & caliditas magis apparens: tunc remoue. [e] Modus vero cognoſcendi hoc, eſt vt auferas emplaſtrum omni hora, & conſideres diſpoſitionem. Si ergo neceſſaria eſt ablatio, remoue: & ſi neceſſaria eſt iteratio, itera. Et ſcias quòd inſufflatio ex condyſi in naribus eorum, valde confert, & ſimiliter quæ ſunt ei ſimilia: quoniā purgant cerebrum, & conuertunt materias facientes ægritudinem à parte ægritudinis. [f] Et vinū antiquum parum valde confert ægritudinibus neruorum omnibus: plurimum vero ex eo ſumptū eſt res nocibilior neruis. [g] Et adminiſtratio acori nutriti eſt ex eis quæ eos iuuāt. [h] & ſimiliter gradatim B ordinetur in potando hieras, & ſint permiſtæ cum aliquo quod ſit ſicut caſtoreum, donec perueniant ad hoc vt exinde in potu ſumant pondus drach. vi. poſt drach. i. [g] Et ſimiliter potus olei de kerua cum aqua de radicibus iuuat valde. [f] Quidam vero hominū ſunt qui paralyſim curant dando in potu omni die aur. i. ex hiera cum aur. i. piperis, & ſanatur. Et oportet vt cum aliquid iſtorum ſumunt in potu non potent aquam, vt prolongetur eius mora in ſtomacho: & fortaſſe moratur tota die deinde operatur: quandoqꝫ vero in nocte ſumunt in potu piperis aur. i. cum aur. i. caſtorei. Et illis quidem non eſt aliquid ita conferens vt [i] theriaca, & [i] mithridatum, & ſcelite, & [k] anacardina proprie: aſſa quoque fœtida vehementis iuuamenti eſt bibita, & linita: & proprie cum bis in die ſumitur: & etiam † {alrathe}eſt mirabilis. Cumqꝫ membrū redit ad ſe, oportet vt ipſum exercites poſt illud, & conſtringas, & dilates ipſum, vt ad integram redeat ſanitatem. [l] Et ipſi quidem quandoque iuuantur à febre, [k] & iuuantur vocibus, & locutionibus altis. Et poſt euacuationes, & iuuamenta cum eis adminiſtrantur balnea longa ſicca, aut balnea thermarum: & in fine rei, & poſt euacuationes, & vbi neceſſarium eſt reſoluere, oportet vt non ſint reſoluentia cum lenificatione pura: ſed cum aliquantula ſtypticitate: quapropter oportet vt reſolutio fiat cum aliquibus quæ ſint, vt aniſum, & ſtorax, & caſtoreum, & ſquinanthum, & quæ ſunt ſimilia his, ex calidis ſtypticis. [m] Habētes vero illam quæ facta eſt poſt colicam, iuuat medicamen factum ex [m] † {hauz vel ex hau C zirumi}ſcriptum in antidotario. Et iuuant eos olea, quæ non ſunt violentæ virtutis, & multæ compoſitionis: ſed ſit ſicut oleum de lilio, & oleum de duabus ſpicis. & oleum de narciſo, & oleū [n] † {alzambach}& expertum eſt oleum de nuce indica, & oleum de narciſo factum cum gumma albelat, & reperitur totum ſimul iuuatiuum cum proprietate. Quandoque vero iuuantur plures eorum cum eis quæ infrigidant, & confortant, & prohibent materiam, & cum medicantur calidis augmentatur ægritudo: & illud ideo quoniam materia ſubtilis dilatatur per ea plurimum: cum vero membrum infrigidatur, confortatur membrum a frigore, & minoratur quantitas materiei, & peruenit ad hoc vt euaneſcat. Et non oportet vt in eorum calefactione perueniatur ad vltimū. Sed eſt neceſſarium vt ſint medicinæ confortatæ cum aliquibus, quæ ſint ſicut chamæmillę, & melilotum, & amaracum, & menta, & calamenthum, & commiſceantur etiam cum eis alia ex illis quę aliquid infrigidationis habent, ſicut rob vel ſuccus liquiritię, & ſemen endiuię, & reliqua: hęc enim cum adminiſtrantur, iuuant valde. [g] Quę vero a ſectione facta eſt, curam non habet. Illa vero quę facta eſt a complexione frigida, cum calefacientibus notis curatur. Et illa cuius cauſa complexionis eſt potus aquę multę frigidę, vtatur balneo multo ſicco. [o] Et ſcias quòd quando aggregantur paralyſis, & febris: tunc oportet vt poſtponatur paralyſis: & ſyrupus acetoſus cum geleniabin, eſt conueniens medicamen in illa hora.

H *De ſpaſmo.* .i. Conuulſione. *Cap.* 5.

SPaſmus [p] eſt ęgritudo neruoſa qua mouentur lacerti ad principia ſua, & inobedientes ſunt in dilatatione eorum ita, quòd alij remanent ſecundum ſuam diſpoſitionem, & non dilatantur: & alij eorum facile redeunt ad dilatationem ſuam, ſicut fit in oſcitatione & ſingultu. Cauſa vero in ipſo, [q] aut eſt materia: aut cauſa abſqꝫ materia ſicut caliditas, & ſiccitas. Et materia quidem ſpaſmi ſecundum plurimum eſt phlegmatica: & quandoqꝫ eſt [r] melancholica: & quādoqꝫ [s] ſanguinea, & illud eſt in apoſtematibus lacertorum, cum reſoluitur materia faciens apoſtema cum vlcere villi nerui, & augmentatur in latitudine ſua, & minoratur a ſua longitudine. Et materia quidem omnis ſpaſmi materialis effectiua, aut eſt comprehendens ſuper lacertum totum: & illud eſt cum ſpaſmus eſt ſine apoſtemate: aut eſt comprehenſa in loco vno, quem reliquę partes ſequuntur, [t] ſicut fit a ſpaſmo facto propter apoſtema a materia effuſa propter percuſſionem, aut abſciſionem, aut propter cauſam aliam ex cauſis apoſtematis. [u] Et non eſt quidem longinquum quin ſit ſpaſmus eueniens a ventoſitate inflatiua ſpiſſa: ipſe enim eſt ex eis quę plurimum accidunt, & remouentur in hora. [x] Spaſmus vero materialis multoties accidit ſecundum ſemitam permutationis materiei, [y] ſicut accidit in ſucceſſione ſynanthię, [z] & ſucceſſione pleureſis, & [a] ſucceſſione ſirſen. Ex ſpaſmo

A † lolii
B G. 10. de cōpoſi. pha. ſm lo. c. 2. 108. g. de empl° lepidii ſm Damocratem.
C Raſ. 4. 1. & Pau. lib. 3. c. 18. 104. 11.
D Pau. 104. 12.
E Raſ. 4. 1.
F Raſ. 3. 4.
G Raſ. 3. 1.
H Paul. 103. 7.
I Serap. 1. 1. c. 25. & Aet. li. 2. ſer. 2. c. 28.
k Raſ. 3. 4.
† Auellana inda.
L Raſ. 4. 2.
M Pau. 105. 24.
M † populo nigra
N † iaſminum.
O Li. 4. F. 1. t. 2. c. 6.
P G. 1. de cā. ſymp c. 2. 4. & 6. apho. 39. & 3. loc. aff. c. 6. e
Q G. 2. lo. aff. c. 7. 2. 2. & li. 3. c. 6. e. f, & de trem. palpi. c. 8. b. c. & de diff. mor. c. 5. e, & 5. apho. 1.
R G. 6. apho. 56.
S Gal. 5. apho. 3.
T G. 5. aph. 1. & 2.
V G. 2. de cā ſymp. c. 2. 4. & Ral. 1. con. t. 16. c. 1. 17. 1.
X Ga. li. de pul. ad tyro. c. 11. 46. b
Y F. 9. c. 8.
Z F. 10. c. 4. c. 1
A G. 1. meth. c. 8. fo. 10. b

autem qui fit propter priuationem materiei, & humiditatis, & dominium ſiccitatis, accidit vt contrahantur longitudo & latitudo æqualiter. Colligitur ergo ad ſeipſum, ſicut eſt diſpoſitio [a] corij poſiti in ignem. Et tu quidem ſcis diſpoſitiones chordarum eſſe, ꝙ ipſæ abbreuiantur in hyeme propter humectationem, & abbreuiantur in ęſtate propter deſiccationem, & ſimiliter diſpoſitiones nerui. Et quandoq; fit ſpaſmus, qui ad materiam non proportionatur, eueniens cauſa rei nocentis à qua nerui fugiunt, & congregantur ad expellendum ipſam: & cauſa illa [b] aut eſt dolor ex cauſa dolorem faciente. [c] Et multoties eſt ex humore calido mordicatiuo, aut qualitate venenoſa perueniente ad cerebrum, & ad neruos, ſicut accidit ei quem pupugit ſcorpio ſuper neruos. Aut propter qualitatem non venenoſam, ſicut [d] cum ſpaſmus accidit ab infrigidatione vehementi congregante neruum, & lacertum, & inſpiſſante ipſum, & contrahitur ad caput ſuum. Sicut enim mollificatio quandoque diuerſificatur in membris ſecundum principia membrorum & ſimiliter eſt ſpaſmus: & ratio in ambobus eſt vna, in eo quod fit ſub ceruice & in anteriore parte & poſteriore, & in parte quæ eſt ſupra ceruicem. Spaſmi autem ex repletione humidi cauſa eſſentialis, aut eſt humiditas & frigiditas adiuuat ad congelandum eam, & ingroſſandum ipſam, quare non fit dilatatio: aut ſiccitas, & caliditas iuuat ad conſecutionem vel vehementiam reſolutionis humiditatis. Materia vero faciens ſpaſmum non mollificat propter ſui [e] groſſitiem, quoniam ipſa non ingreditur ſubſtantiam villorum introitu plurimo, vel introitu currente, per quam fit humectatio. Sed eſt coarctata in foraminibus: & ſpaſmus eſt epilepſia membri: [f] ſicut epilepſia eſt ſpaſmus corporis totius. Differentia vero inter vtrunq; eſt cõmunitas, & proprietas: & epilepſia ſecundum [g] plurimum reſoluitur velociter, & fit cum periodis & alijs differentijs quas ſcies. [h] Et ex ſpaſmo humido eſt ille qui accidit eis quæ lactant pueros propter vicinitatem mamillæ, & humectationem lactoſitatis in chordis & congelationem lactis in eis, [i] Et ex eo eſt ille qui accidit ebrijs. [h] Et ex eo eſt ille qui accidit infantibus propter humiditatem ipſorum, [k] & ſecundum plurimum accidit eis in febribus acutis, [l] & cum ventres ipſorum conſtringuntur, [l] & in vigilijs ipſorum, & multitudine fletus ipſorum: & ſpaſmantur etiam in [l] febribus ſuis, quamuis ſint leues [m] & vniuerſaliter infantibus facilis eſt caſus in ſpaſmũ, propter debilitatem virtutis cerebrorũ eorũ, & membrorum ipſorum, & lacertorum eorum, [n] & fit facilis eorum exitus ab ipſo propter fortitudinem virtutum hepatum ipſorum, & cordium eorum: & quoniam humores eorum non ſunt in ſua inobedientia vehementis groſſitudinis: & propter hoc liberantur à ſpaſmo ſicco velociter, propter humiditatem complexionum ſuarum, & humiditatem cibi eorum. [n] Impuberibus vero non eſt facilis aliqua duarum rerum: cum tamen quandoq; accidat infantibus ſpaſmus malus [o] ſucceſſione febrium acutarum, & cum eo ſint ſigna quæ [p] dicemus, ex quo raro euadunt. Ille vero qui ſeptem tranſit annos non ſpaſmatur, niſi propter febrem valde prauam. [q] Eſt præterea ſpaſmus, qui accidit propter timorem, & cauſa in eo eſt ꝙ ſpiritus dilatati ſubmerguntur ſubito: & faciunt ſequi lacertos motos ad principia ſua. Et eſt ſpaſmus, qui contingit propter ſuſtentationem vel appodiationem factam ſuper aliquod membrorum, quod eſt conſtrictum ad quod effunditur materia, & retinetur in eo ſecundum figuram eius, & ſm formam ſeu ſituationem contractionis vel conſtrictionis ſuæ. Et quandoq; eſt propter [r] percuſſionem facientem illud, aut ex hoc [r] ꝙ portauit pondus graue, aut quia [r] dormiuit ſuper lectum durum: & hoc quidem eſt ex eis, quæ per ſe remouentur. Et quandoq; eſt hoc propter ſtuporem aduenientem membro propter repletionem ex materia effuſa coarctante ſpiritum motiuum, & prohibente penetrationem eius: quare non eſt poſſibile, vt moueatur ad dilatationẽ & cum redit virtus, & ſpargit materiam fit dilatatio: & quandoq; fit extenſione illius ſimile: & hoc quidem plurimum fit poſt ſomnũ apud excitationem, cum remanent membra contracta nec extenduntur etiam: qm̃ ſpiritus in ſomno fit grauior, & pigrior, quare non ſe applicat cum conatu in faciendo dilatationem propter declinationem ſuã ad interiorem partẽ. Spaſmus autem ſiccus alius eſt [s] qui fit ſucceſſione medicinæ ſolutiuæ, & eſt malus valde, & ſimiliter ſucceſſione cuiuslibet eũonis, & [t] alius eſt qui fit ſucceſſione febrium adurentium, & proprie in [u] febribus ſirſen: & ſucceſſione motuum laborioſorũ corporaliũ, & animalium ſicut ſunt [x] vigiliæ, & [x] triſtitia, & timor: & ille eſt ex eis à quo minoratur euaſio. [y] Et eſt alius ſpaſmus qui accidit in febribus. & cum hoc non eſt vehementer malus: & eſt ille qui fit propterea, quod ipſæ faciunt currere aliqñ materias in neruis & lacertis: & proprie cum corpus eſt plenum: [z] & qñq; accidit illud in eis propter cõitatem oris ſtomachi, & remouet ipſum vomitus. & talis qualis ẽ iſte ſpaſmus ex febribus, non eſt illius prauitatis, & prauæ quidem malitię nõ eſt, ſed ille, qui fit in [a] febribus adurentibus & proprie in febribus ſirſen, quæ exiccant neruos, & lacertos, & aſſant cerebrũ, & ille qui fit in febribus talibus in quibus deſiccantur nerui, & lacerti: immo cerebrũ, & cõſumuntur humiditates innatę, & fit ſpaſmus ſiccus. Et qñq; eſt ex hoc capſo qui fit, & deſtruit velociter: & cauſa in ipſo eſt ſiccitas cerebri pp debilitatẽ quã ſequit̃ neruorũ ſiccitas. Nam cũ quę cũq; cauſa deſiccatiua cerebro aduenit reducit ad ſe humiditates à neruis, & à nucha vnde conſtringunt̃ nerui. Deinde cũ natura ſolicitatur vt cerebro humiditatẽ acquirat ſufficientẽ redeunt mẽbra, & fiunt obedientia dilatationi cũ fatigatione vel conatu. [b] Et qñq; accidit ex vehemẽtia frigoris, multoties enim accidit ſpaſmus propter frigiditatẽ cerebri, & cõicant ei lacerti: & ſpaſmus quidem nociuus eſt huiuſmodi factus à ſiccitate: & eſt ſpaſmus cum ſiccitate factus qui eſt cum ſpecie congelationis humiditatis: & minoratur eius quantitas, & inſpiſſatur vehementer, quare membrum ſpaſmatur: ſicut accidit ex ve-

Margin letters of the text: E, F, G, H.

Margin notes: A Gal.4.loc.af. 6.e.f — B Galē.4.de ti. 20 b — C G.11.meth. fo.80.b — D G.11.meth. fo.80.b.& Paul. 3.c.20. — E Paul.lib.3.c. — F G.1.de diff. c.2.h — G G.3.lo.af.c. — H Ga.3.progn. 34.b.c — I G.5.apho. — K G.& Hip.3.prognoſt.34.b.c — L G.3.apho. — M Ga.ibi & cõ. in.1.de mor.vul. c,& cõ.3.progn. Hipp.34.b.c — N G.ibi.34.c — O G.3.apho. — P C.6. — Q Hip.3.progno. 34.b. — R Paul.lib.3.c.20 — S G.7.apho.15.& 5.apho.4. — T Gal.4.apho.57. & 66. — V Ga.cõ.2.in.1.de morb.vulg.53.& 3. loc.aff.c.6.f — X G.3.loc.af.c.6.f — Y Raſ.1.cont.t.16. c.1.16.4. — Z G.5.lo.af.c.6.& 11.meth.c.8.a — A Ga.de tre.palp. cõuul.c.8.c — B Ga.5.apho. & de diff.morb. e,& cõ.3.progn. 34.c





A ex vehementia frigoris: & ſicut accidit ei, qui bibit medicinas narcoticas vt opium. Spaſmus vero factus propter rem nociuam, eſt ſicut ſpaſmus eius [a] qui bibit elleborũ, quoniam in eo fit ſpaſmus poſt ſolutionem propter ſiccitatem, & fit etiam ſpaſmus ante ipſam propter contrarietatem & venenoſitatem eius: quare nerui vehementem incurrunt læſionem cum qua contrahuntur. [b] Et huius quidem generis ſunt ſpaſmus eius qui euomit humorem, qui vt eſt ærugo æris nocentem ori ſtomachi. [c] Et ſpaſmus factus propter fortitudinem ſenſus oris ſtomachi, cum ad ipſum expellitur cholera. Et ſpaſmus factus propter communitatem cerebri, & [d] matricis in ægritudinibus ſuis, & veſicæ, & reliquorum, & ſpaſmus factus à punctura ſcorpionis, & rutelę, & ſerpentis ſuper neruũ: aut ſectione eueniente neruis: aut corroſione. Et factus ab ægritudine in ore ſtomachi, & matricibus, & membris neruoſis, & vicinus iſtis eſt ſpaſmus accidens propter vermes. [e] Præterea eſt ſpaſmus qui eſt in labio proprius, & palpebra, & lingua. & ſcitur ꝙ eius cauſa eſt ex ipſo cerebro. [f] Et cum corpus in ſpaſmo declinat ad anteriora, tunc ſpaſmus eſt in lacertis anterioribus: & cum ad poſteriora tunc ſpaſmus eſt in lacertis poſterioribus: & cum ad vtraq; ſimul, tunc ægritudo eſt in vtriſq; ſimul: ſicut in paralyſi. Et quandoq; fit ſpaſmus adeo fortis, vt collum torqueatur, & dentes ſtrideant. [g] Cum autem aliquis moritur ex ſpaſmo corpore ipſius adhuc calido, tunc illud eſt ex eis quæ præfocando interficiunt: & neq; ſuffocando interficit, niſi quia lacertus anhelitus ſpaſmatur, B & deſtruitur motus eius. [h] & omnis quidem ſpaſmus ſequens vulnus eſt mortalis, & eſt ex ſignis mortiferis ſecundum plurimum.

### *De ſignis.* *Cap. 6.*

PVlſus ſpaſmatorum [i] eſt extenſus, & diuerſus in ſitu, aſcendens & deſcendens ſicut [i] ſagittæ euadentes ex arcu ſagittarij: & diuerſificatur motus percuſſionum eius in velocitate & tarditate. & vena quidem eſt calida, & magis calefacta reliquis membris: & eſt corpus venæ collectum, non ſicut eſt collectio venarum in rigore: & neque ſicut illud quod coarctatum eſt, & ſicut fit apud duritiem venæ, propter longitudinem ægritudinis: aut quod factum eſt cum dolore viſcerum: ſed ſicut eſt aggregatio [i] partium inteſtini extenſi ab extremitatibus ſuis. & ego dicam ſigna doloris in ſpaſmo parum poſt. [k] Spaſmi vero facti à repletione ſigna ſunt, quod prouenit ſubito: & non bibit velociter quod ſuper ipſum ponitur ex oleo, niſi iam aduenerit ei caliditas propinqui temporis. [l] A ſiccitate vero facti ſigna ſunt quod fit paulatim paulatim, & ſucceſſione ęgritudinum euacuantium quodcunque genus fuerit, & euacuationis medicinarum, aut [m] choliricæ paſſionis, aut euacuationis per ſe. Factum vero à nocumento cognoſces per cauſas extrinſecas: & ea quæ bibuntur ſicut opium, & elleborus, & reliqua. Et ſicut cum nocumentum eſt ex ſtomacho, & communicat ei cerebrum, deinde neruus, ſentit ante illud nauſeam, & anguſtiam, C & compreſſionem ſtomachi: & quandoque reperitur illud tempore ſpaſmi. Et quandoque eſt ille ſpaſmus ſucceſſione vomitus qui eſt ſicut ſuccus porri, aut ærugo æris. Et ſimiliter ille qui fit propter fortitudinem ſenſus oris ſtomachi: quoties enim effunditur ad ipſum materia ſpaſmatur habens ipſum: verum præcedit ipſum nocumentum in ore ſtomachi, & mordicatio. [n] Et quandoque accidit ſimile illi in ægritudinibus matricis, & veſicæ, & reliquorum, cum fortes fiunt: & fit cum dolore vehementi, & nocumento manifeſto in illo membro antecedente ſpaſmum in reliquis vero ſpaſmis, aut fit dolor cum eis, aut fit dolor contingens à ſpaſmo, non ſpaſmus contingens à dolore. Factus autem ab apoſtemate cognoſcitur per ea quæ [n] diximus. Et ex ſignificationibus quidem ſignificantibus aduentum ſpaſmi, eſt [o] paruitas pulſus, & [o] ipſius raritas primum: deinde eius permutatio ad illud, quod dictum eſt. Et multoties [o] rubificatur facies, & apparet in [o] oculis contorſio, & inclinatio: & in anhelitu [o] interſectio, & dyſpnœa: & quandoque [o] accidit riſus [p] †{ }non ſecundum radicem, & [o] conſtringitur natura, & deſiccatur: & [o] vrina etiam multoties retinetur: & multoties non retinetur, & egreditur, [o] ſicut aquoſitas ſanguinis. [o] & habet ampullas: & accidit [o] ei ſingultus, [o] & vigiliæ, & ſoda, & tremor, & [o] dolor ſub iuncturis, colli inter ſpatulas, & apud [o] iuncturam alchatin, & alhoſos infra illam. Spaſmum vero contingentem cauſa febris, ſignificant & nunciant ipſum in febribus [q] contorſio in oculo, & ruD bificatio in oculo & ſtraboſitas, [q] & ſtridor dentium [r] & nigredo linguæ: & tenſio cutis capitis: [s] & rubedo vrinæ primum: deinde eius albedo propter eleuationem materiei ad caput: & pulſatio temporum, & venarum capitis: & quandoque deſiccatur in eo venter, aut ſpaſmatur. [t] Hippoc. quidem dixit quòd ſi accidat febris poſt ſpaſmum, melius eſt, quàm ſi accidat ſpaſmus poſt febrem: cuius intentio eſt, quòd cum febris ſuperuenit ſpaſmo humido ſoluit eum. Spaſmus vero qui prouenit ex febre eſt ſiccus, qui raro recipit curam: [u] & accidit ei ante ipſum timor in ſomno, & conuerſio coloris ad rubedinem, & viriditatem, & plumboſitatem: & conſtrictio naturæ. Et vrina quidem ſanioſa in febre, & rigor, cum eis aſſociantur ſudor in capite, & tenebroſitas in oculis, ſignificant ſpaſmum, cuius cauſa eſt dubellati in viſceribus. Si autem ſpaſmus eſt cum febre, & non eſt de fortitudine illius febris, & longitudine temporis eius, vt adurat humiditates, & finiat eas: tunc ille eſt de genere eius, cum quo non eſt illa malitia tota. Ex ſignis vero malis in ſpaſmo humido eſt vt multiplicetur ventoſitas in membris: et proprie quando [x] cum eo inflatur venter, et præcipue quando eſt in principio ſui. Et vrina acuta in ſpasmo, et tetano, eſt mala, ſignificans ꝙ cauſa eſt caliditas pura. Et qñ cum spasmo sunt pulsatio in visceribus, aut iectigatio seu saltus tũc illud eſt ſignũ malum. Pulsatio nãq; vnam duarũ rerũ ſignificat, aut apoſtema in

Margin notes: A Hipp.& Gal.5. aphor.1.c.d,& 4. apho.16. — B Ga.5.apho.1.c.d — C G.5.loc.aff.c.6.f — D C.6.& Ga.cõ.1. 1.6.de mor.vul.2.c — E G.3.loc.af.c.6.d — F Ga.de tre.palp. c.8.d,& 4.apho.57 — G G.1.de plag.ex pul.c.4.h,& Raſ.1. cont.t.16.c.1.16.4. — H G.& Hippo.5. apho.2. — I G.de pulſ.ad tyro.c.11.45.h.a — k Pau.lib.3.c.19. — L Halya.9.the.c. 10.& Ga.3.loc.affe. c.6.f — M G.5.apho.1.d — N C.5. — O Pau.li.3.c.10. — P † Sardonius. — Q G.3.progn.34.c — R Raſ.1.cont.t.16. c.17.1. — S Raſ.17.3. — T C.7.& 2.apho 26.& 4.57. — V Hip.3.prog.34.b — X Raſ.1.cont.t.16. c.17.4.

in viſceribus magnificans pulſationem: aut extenuationẽ in eis: quare apparet pulſus magnus qui eſt propter percuſſionẽ magnã.[a] Cum autẽ ſynantię materiæ declinant ad neruos vt ad ipſos permutatæ faciant euenire ſpaſmum, ſignificat illud apparitio ſpaſmi in pulſu. [b] Et cum pleureſis declinat cum materia ſua ad illud, ſignificat illud fortitudo conſtrictionis anhelitus: & neq; febris eſt valde fortis. Et cum permutatur materia ſirſen ad illud, incipit cum multitudine palpitationis, & ſtridore dentium: deinde torquetur oculus: & contorquetur collum, deinde apparet ſpaſmus.

*De cura.* *Cap.* 7

IN eo quidem qui factus eſt à percuſſione, oportet vt adminiſtrentur embrocæ, quæ laxant factæ ex kiſch ſeu chiſt hordei, & chamæmilla, & althæa, & farina fœnugræci, & quæ illis ſunt ſimilia. & nos quidem iam oſtendimus in [c] canone modum adminiſtrationis earum. Factus vero à nocumento, ſi fuerit propter potum alicuius rei, tunc curetur cum eo quod cognoſcetur [d] in capitulo de venenis. Et ſi fuerit propter febrem curetur cum humectatione vehementi cerebri, & neruorum, & lacertorum cum vnguentis vehementis humectationis quæ [e] docui te: & habitet in domo frigida. Et ſi fuerit propter dolorem, ſeda dolorem, poſtquam ſciueris quis ſit, & abſcinde cauſam ipſius. Et ſi eſt propter puncturam, vel morſum animalis venenoſi curetur cũ eo quod dicetur in [f] capitulo de puncturis & mordicationibus. Et ſi eſt ab apoſtemate, curetur cũ eo quod * dicemus in cura apoſtematum neruorum. Si autem eſt à ſiccitate, eius [g] cura eſt praua. Verum cõuenientior eius cura [h] eſt tina, & inunctio ex oleo humido poſt ipſam, & eius iteratio poſt ipſam multoties: & illud cum non eſt febris in modo quòd non tepeſcit omnino: & aſſidue fac illud in omnibus iuncturis. Si autem poſſibile eſt vt [h] tina fiat ex lacte, fiat: & ſi non, ex aquis in quibus decocta ſint folia alchalef, & hordeum fractum, & viola, & nenufar, & cucurbita, & citroli, aut fiat tina tota ex ſucco cucurbitæ, aut ſucco cucumeris: aut ſit totum illud ex aqua roſa. in qua decoctum eſt aliquid horum, aut aqua melonis indi, aut aqua alchalef, & quæ ſunt ſimilia illis. Et cum feceris eis clyſteria ex iſtis expreſſionibus, & oleis, & decoctionibus humectantibus pinguibus erit vehementis iuuaminis. Et adminiſtrentur ſuper iuncturas, & ſuper originem lacertorum olea faciendo vnctionem poſt vnctionem cum ſtudio cerebri valde, & compoſitionem quam te docuimus in humectatione cerebri. Et infirmo dentur in potu lac recenter multum ſecundum menſuram conuenientem, ſi non fuerit febris, & aqua hordei, & aqua cucurbitæ, & aqua melonis indi, & alkalef ſiue fuerit febris, ſiue non fuerit. [i] Si α ergo miſceatur cum aliquo horum parum vini albi, vt penetrare faciat, erit conueniens. Et ſimiliter ſint aquæ ipſius miſtæ cum aliqua parte vini. Et oportet vt aſſidue fiat ei cura hæc præter quòd moueatur, aut exercitio adhæreat. Et ſi eſt poſſibile vt totum corpus eius ſubmergatur in lacte tepido, fiat. Et fiat ei caputpurgium cum humectantibus quæ ſunt ex oleis, & ſuccis. Et humectetur caput eius cum eis quæ ſciuiſti: & oportet vt dormiat ſuper ſemen pſyllij, & oleum roſatum. Et ex eis quidem quæ ipſos iuuant, eſt vt in potu ſumant [k] tereniabin, & proprie infantes. Quod ſi non eſt poſſibile detur lactantibus. Et ſi habens ſpaſmum humidum debilis fuerit virtutis, non abſcindantur ab eo carnes. Verum oportet vt ſint carnes eorum ſiccæ ſicut carnes minutarum auium, & cubugi, & [l] † {alcanabir,} & [m] † {altheiugi,} & ſi non fuerit eius virtus debilis, ſint cibi eius panis cum melle, [h] & aqua ciceris cum anetho, & ſinapis, & etiam almuri cum oleo: & ponatur in eo quod ipſe recipit piper. Cibus autem habentium ſpaſmum ſiccum, ſit totum quod humectat, & lenit: & omnes [n] ſorbitiones pingues, lenes, [n] factę ex aqua hordei, & oleo amygdalino, & zuccaro bono: & aqua carnis aſſumpta ex carnibus agnorum, & hœdorum: & quandoque ponantur ex oleribus humectatiuis, quod frangit nocumentum carnis, ſi fuerit illic caliditas: α quod ſi cum illo parum vini miſceatur, vt ipſum penetrare faciat, non erit longinquum à rectitudine: & proprie cum non fuerit caliditas ſuperflua: & ſimiliter ſi miſceatur vinum cum aqua, quam bibit. Cura vero ſi eſt humidus, oportet vt curetur cum euacuantibus, & purgantibus fortibus prædictis, cum diximus euacuationem humoris groſſi ex neruis, cum ſolutiuis, & clyſteribus acutis. [h] Et ſi tu videris ſigna ſanguinis dominantia, manifeſta valde, phlebotoma primo: & proprie ſi cauſa repletionis eſt potatio vini plurimi. [o] Et non extrahas totum, quod neceſſarium eſt ex ſanguine, cuius extractio eſt propter ſpaſmum, aut ægritudinem aliam cogentem eius extractionem: immo retine ex eo aliquid, vt reſiſtat ſpaſmo, & reſoluatur reſolutione motuum ſpaſmi. [p] Et ex eius cura ſunt ſubmerſio in aquis thermarum, & ſeſſio in oleo vulpis, [h] & aldabha quod dicetur in [q] capitulo dolorum iuncturarum, quoniam iuuant: & ſimiliter inunctio cum adipibus [r] † {aldabha,} oleo de lilio ſi non fuerit febris: & ſimiliter decoctio catulorum canum, & ſeſſio in aquis, in quibus decoctæ ſunt medicinę ſubtiliantes ſicut alchiſum, & folia cyperi, & calamus aromaticus, & folia lauri, & linimentum factum ex radice ſpinæ iudaicæ, [s] & ſemine ſpinæ albę, & ſemine ſpinę ęgyptiacę, & ſucco centaureę minoris, ſigillatim, & compoſitę. [t] Et ſcias quod longitudo ſpatij more in tina, ſiue ſit aqua, ſiue aliud, eſt ex eis quę nocent propter mollificationem virtutis. Tu autem pone multitudinem numeri loco longitudinis ſpatij, & fac ipſum ſedere bis in die. Ex his autem quę iuuant habentem ſpaſmum communem, qui nominatur tethanus & tenſio factos à materia, eſt vt ſubito in aqua demergatur frigida, ſecundum quòd dixit [u] Hippo. nam corporis exteriora inſpiſſantur, & innatus calor in interioribus clauditur, quare confortatur, & reſoluitur materia: non eſt tamen omne corpus tolerans hoc à timore tutum:

A G. de pulſ. 10. c. 11. 46. b
B F. 10. 1. 4. c. 7.
C C. 4.
D lib. 4. F. 6.
E Lib. 2. & lib. 4. F. 1. t. 4. c. 6.
F Li. 4. F. 6. t. 4. c. 1.
* Li. 4. F. 4. t. 4. c. 4.
G Gal. 12. metho. 8. b
H Raſ. 1. cont. c. 2. 17. 4.
I Fen. 13. t. 1. c. 13. & Fen. 16. t. 1. c. 4. & Gal. 5. apho. c. 1. & li. 7. metho. c. 6. f. & Paul. lib. 3. ca. 19.
Infra α
K Raſ. 18. 4.
L † alaudæ
M † perdicis vel phaſiani.
N Raſ. 19. 1.
Supra α
O Gal. li. 1. art. curat. ad glau. c. 14. b. & Paul. lib. 3. c. 20. fo. 107. & Raſ. 19. 1.
P Raſ. 18. 1.
Q F. 21. t. 2. c. 11.
R † animalis inter lupum & canẽ cõmedẽtis cadauera
S Dio. li. 3. c. 12.
T Paul. lib. 3. ca. 20.
V 5. apho. 21.



tum: ſed corpus forte iuuenile carnoſum, quod vlcera non habet, et in ęſtate. Plures. n. per hoc iam euaſerunt. Et [a] ille quidem, qui vtitur ventoſis ſuper locum, ad quem partes chordæ extenduntur, oportet vt vtatur ſine ſcarificatione, ſi res eſt leuis: & ſi non eſt ita, oportet vt fiat ſcarificatio, ꝙ ſi tu non faceres ſcarificationem, tunc fortaſſe nocent attrahendo materiam. [b] Ventoſarum autem loca ſunt in collo, & ſpondylibus dorſi ab vtroq; latere: & partes lacertoſæ pectoris: ante veſicam vero & ſuper renes non facimus illud, niſi cum timemus miſerendo, ꝙ ſanguis egrediatur. Et oportet vt ventoſas multoties non adminiſtres, neq; ſubito ſimul: & loca ventoſarum cuſtodiantur, et conſeruentur, ne corpus infrigidetur. Et ex curis eius eſt vt applanetur, quod ſpaſmatum eſt leniter. Et ex cura eius contingente ẜm naturam, eſt euentus febris acutę: & propterea dixi. [c] Hipp. vt, ſi accidit feb. poſt ſpaſmum, melius eſt, ꝙ̃ vt accidat ſpaſmus poſt feb. [d] Quartana quoq; cõfert ad illud propter concuſſionem tremoris eius: & propter multitudinem ſudoris eius. Et [e] cui accidit quartana, raro accidit ei ſpaſmus: nam ſecurus eſt ab eo. Et ex curis quidem mirabilibus expertis ſpaſmo eſt, vt ponatur [f] ſupra membrũ ſpaſmoſum [g] † { ren contritus cum pinguedine ſua. } Deinde dimittatur ſuper ipſum donec fœtida fiat, deinde permutetur alia. In ſpaſmo præterea toti corpori communi confert [h] etiam intentio cerebri, & cum purgatione [i] facta ſternutatorijs magnifice. Et in eis etiam expertum eſt vt [b] inuoluantur inuolutione ex lana vehementis lenitatis vel mollitiei, & ſuper ea omni hora oleum calidum aſpergatur. [b] Balneum quoq; ſiccum magnifice iuuat eos: & [k] vt inclinetur ſuper lapides ignitos, ſuper quos aſpergatur vinum: & vt ſudent cum eo cooperimentis. & ex emplaſtris quidem bonis, [i] eſt emplaſtrum factum ex ſtorace liquida, & euphorbio, & caſtoreo, & cera citrina, & oleo de lilio, & emplaſtra dicta in antidotario, & adipes, & reliqua, & [l] inunctio ex fæce olei ſiſamini, & olei ſeminis lini, et mucilagine fœnugræci. Et [k] ex vaporibus bonis eſt ſal calefactus poſitus ſuper exitum neruorum. Et ex eis quidem, quæ in potu ſumpta afferunt febrem ſunt [b] caſtoreum, & aſſa fœtida permiſta cum melle, accepta ẜm quantitatem nucis: afferunt. n. febrem, & reſoluitur ſpaſmus illico. & ſimiliter oleum de kerua, et aqua mellis cum aſſa fœtida: & decoctio carpobalſami. & ex eis, quæ valde conferunt ipſis, eſt in potu ſumere [m] theriacam, et confectiones magnas. Et q̃nq; confert ſumere diuretica. Et q̃nq; hæc medicina experta eſt. [n] In potu ſumant ex radicibus cotti. ʒ. xx. decoctas in duabus lib. aquæ, donec tertia remaneat, ex qua potent fortiter. ℥. iiij. tepidas cum. ℥. ij. olei amygdalini: illud. n. confert, & proprie in ſpaſmo, qui eſt in poſterioribus: & q̃nq; decoquunt loco radicis cotti [o] † {carpo} balſami. ʒ. x. & eſt eius potio. ℥. iij. & ſimiliter calamenthum agreſtæ. [p] † {Et ex eis, quæ vehementis ſunt iuuamenti eſt ſumere in potu opopanacum & qui fortis eſt: bibat aur. i. & qui eſt medius. ʒ. i. & cuſtodi tunc ſtomachum, quoniam ipſe per iſtud tunc debilitatur vehementer. & aſſa etiam fœtida ſumpta ẜm quantitatem ſeminis orobi in quantitate. ℥. iiij. 5. aquæ mellis vel detur aur. i. myrrhæ cum aqua mellita. & ſimiliter armoniacum, & quandoq; datur in potu illud totum cum decoctione hyſſopi, & decoctione aniuden. Verum caſtoreum eſt plurimi iuuamenti, & minimi nocumenti. Sitq; potio ex eo quantitas duorum cochlearium vſq; ad tria, detur ad potandum pluribus vicibus, & ſit quantitas in eo, quod bibitur quantitas prædicta. Et minus quidem nocumentum fit in ipſo ſi ſit poſt cibum, quocunq; modo ſit: non eſt. n. in ipſo timor. } Et ex cura quidem eius, eſt vt inungatur ex oleis fortis reſolutionis prædictis, ſicut oleo cucumeris aſinini, & oleo de kerua, & oleo rutino, & oleo de coſto cum caſtoreo, & pyrethro: eſt enim valde iuuatiuum: & [q] † {ren diſſolutus,} & oleũ narciſcinum, & oleum, quod eſt huiuſmodi. [r] Recipe olei nardini kiſt. i. ceræ. ℥. ij. [r] † {olei de litio kiſt. i.} folij, amomi, ſtoracis, maſtichis, omnium ana. ℥. i. piperis euphorbij [s] † { } [t] † {amborum ana aur. iiij.} ſpicæ. ℥. i. olei balſami. ℥. i. commiſceantur. & ex illis, quæ conferunt eis, eſt vt adminiſtretur emplaſtrum de euphorbio: & eſt iuuatiuum valde. In eo autem quod lactantibus ex ſpaſmo accidit, ſint contentæ vt ipſarum iuncturis apponatur emplaſtrum ex melle, cum quo cõfecta ſint crocus & radix lilij, & aniſum, ita vt ſit plurimum eorum radix lilij, poſt aniſum, & fit ex croco res parua. Et aſſiduent ponere membra ſua in aquis, in quibus decocta ſint chamæmilla, fœnugræcum, & melilotum: & quandoq; confert oleum chamæmellinum ſolum. [u] Vinum autem paucum confert habentibus ſpaſmum humidum: reſoluit enim ipſum ſicut febris: plurimum vero, eſt res magis nocens in eo. & oportet vt æger ex veteri bibat, & ſuper cibum parumper. [x] Et ſcias, ꝙ cum ſpaſmus eſt communis corpori exceptis membris faciei, tunc medici intendunt cum emplaſtris, & vnctionibus ſpondylium colli. [x] Et quando eſt in membris faciei: tunc medici intendunt cerebro cum hoc. Et [y] ſi ſpaſmus eſt ex communitate ſtomachi, & vides ſigna prædicta, tunc incipe, & fac hominem illum vomere: fortaſſe enim vomet choleram acutam, aut humorem putridum, & liberatur in hora.

*De {chuzez}.* i. Tenſione, & dicitur Rigior latine. *Cap.* 8.

TEnſio eſt ægritudo officialis prohibens virtutem motiuam à contractione membrorum, de quorum aptitudine eſt, vt contrahantur, propter nocumentum in lacertis & neruis. Dictione vero alcuzez vtuntur in ſignificationibus diuerſis: aliquando enim dicunt cuzez, & ſignificãt per ipſum illũ, qui incipit à lacertis furculæ, & extendit eos ad anteriora, & poſteriora, aut in vtraſq; partes ſimul. Et quandoq; dicunt cuzez omnẽ tetanum. Et q̃nq; dicũt cuzez, ſpaſmum ipſum, & q̃nq; ſpaſmum colli proprie. Et q̃nq; ſignificant per ipſum tetanum, qui eſt duo ſpaſmi, ſeu qui fit ex duobus ſpaſmis, aut ex duabus tenſionibus poſterius et anterius. Et q̃nq; appropriant nomine

alcuzez

A Li. 1. F. 4. c. 21. & Paul li. 3. c. 20.
B Raſ. 1. cont. t. 16. c. 1. 17. 4.
C Ca. 6. & 2. aph. 26. & 4. apho 57.
D Gal. & Hipp. 5. apho. 70.
E Lib. 4. Fen. 1. t. 2. c. 60.
F Raſ. 1. cõt. t. 16. c. 2. 17. 3. & Serap. t. 1. c. 28. & Haly. 5. pra. c. 31.
G † pinguedo cau dę arietinæ.
H G. 3. lo. aſ. c. 6. d
I Raſ. 17. 3
K Raſ. 18. 1.
L Raſ. 19. 1.
M Raſ. 18. 4.
N Raſ 17. 1.
O † Raſ. xylo.
P † Pau. lib. 3. c. 20. & Raſ ibidẽ. 17. 4.
Qui robuſti ſunt panacis liquoris drachmã bibẽt, ſin min' tres obolos, vel minimum obolũ, at ſi quis ipſum, ceu ſtomacho inimicũ habeat, ſuſpectũ ammoniacum quoq; exhibeatur, vel liquoris cyrenaici inſtar erui diſcocto mellicrectũ litũ deuoret, & laſerpicij radicis duo cochlearia, tribus mulſæ cyathis inſperſa, vel ipſi' decoctum exhibent, vel myrrhæ drachma ex mulſa, hyſſopiq; decocto, ſi omnium ſecuriſſimum, expeditiſſimũq; eſt duo, tria ue caſtorei cochlearia, partita ipſius quantitate, & pluries data, non enim offendet etiã ſi ſm cibum ex eo quid exhibeas.
Q † pinguedo cau dę arietinæ.
R Paul. lib. 3. c. 20.
R † ———
S † caſtorei adarcę voc. i.
T † ———
V Gal. 5. aph. 5.
X Gal. 3. lo. aſ. c. 6. d, & Raſ. 1. cõ. t. 17. c. 2. 18. 1.
Y G. 5. apho. 1. c, & 3. lo. aff. c. 6. g

alcuzez illud, quod eſt ex tenſione cauſa frigoris congelantis. Tetanus autem ſm veritatem eſt cõtrarius ſpaſmo: & ingreditur in genus ſpaſmi introitu contrariorum in genere vno: & eorum cõparatio ad cauſam vnam, eſt eueniens caſu contrariorum: veruntamen ſpaſmus fit ad partem vnã. Cum ergo ſuo ſpaſmi in duabus partibus contrarijs aggregantur, fit tetanus: quemadmodum accidit ei, qui habet ſpaſmum ante & retro ſimul. Accidit enim ex duobus motibus contrarijs in mẽbris corporis eius, vt extendantur. [a] Cumq; tetanus iſte fit duo ſpaſmi dupli, oportet vt acutior ſit ſpaſmo ſimplici, & erit eius criſis velocior. Et qñq; hic quidem duplus non eſt ex duobus ſpaſmis, immo ex duabus tenſionibus: & neq; euacuatur ſpaſmus ſm plurimum à dolore vehementi. Cauſæ autem cuzez ſimiles ſunt cauſis ſpaſmi ſm modum vnum: & diuerſæ ſunt ab eis ſm modum alium. Earum autem ſimilitudo cum eis eſt, q̄m cuzez qñq; fit ex repletione, et qñq; fit ex ſiccitate: & qñq; fit propter nocumentum conſequens membra [b] neruoſa: & interdum fit ex apoſtematibus. Diuerſitas vero eius ab eo eſt, q̄m ſpaſmus raro fit à ventoſitate: alcuzez autem plurimum fit à ventoſitate extenſiua: immo alcuzez, qui eſt compoſitus ex duobus ſpaſmis, qñq; fit plurimum ex ventoſitate cum dominatur in corpore. Et cum illa ægritudo peruerſa difficilis. Cũ autem ſpaſmus ſingularis accidit in mẽbro vno ex ventoſitate, non eſt prauus: & illud ideo, q̄m iſtud fit propter dominium ventoſitatis in toto corpore. Et q̄n cum ſpaſmo ſingulari, dominatur ventoſitas, eſt illic timor, & ſignum mortis: qualiter ergo erit duplus. Et diuerſificatur alio modo: & eſt, q̄m cauſa in ſpaſmo materiali eſt, vt cadat in loco nerui ſm formam prohibitionis dilatationis, q̄m extendit villum in latitudine, aut conſtringit eum ad radicem ſuam, & ſpaſmatur. Cauſa vero in cuzez materiali eſt, q̄m caſus eius eſt & econtrario: aut.n. humiditas faciens cuzez currit [c] in vacuitates villorum: deinde congelatur, & remanet ſm duritiẽ, & fit difficilis eius reditus ad contractionem. Aut cadit ſubito, & implet villum præter q diuerſificetur eius cauſa ex cauſa villi. immo cadit ſm extenſionem villi, & dilatatur, præter q in longitudine minuatur diminutione, de qua ſit curandum. Sed ipſa ſeruat longitudinem implens foramina. Materia autem faciens ſpaſmum eſt diuerſa in ſitu in vacuitate neruorum, non penetrans in eis penetratione ſimili, neq; penetratione plurima: & videtur, q fit tranſitus materiei alcuzez, qui eſt ſm hunc modum, ſimilis tranſitui materiæ mollificationis: verunt̃ illa materia ſubtilis eſt laxum faciens: & hęc quidem congelata eſt dura, non permittens membrum reflecti, & contrahi. Aut erit materia in cuzez, non cadens in medio lacerti aut chordæ, aut nerui: verunt̃ in principio ſui trahit vel extendit neruũ, aut chordam in longitudine, quare non poteſt contrahi. Aut erit illic apoſtema. Aut materia cadit in rimis vel vacuitatibus villi ita, q cum membrum cõtrahetur neceſſarium erit, vt propter ipſam comprimatur villus: & lædatur & dolere faciat. Cauſa autem dolorem faciens, lædens, eſt materia, aut non materia cadens in principijs lacertorum, aut chordarum, & fugiunt ab ea in longitudine, ſicut accidit ſpecies cuzez ſucceſſione vomitus laborioſi, & euacuationis plurimæ propter læſionem exiſtentem in chordis, & in neruis læſis à ſtomacho; hoc quidem, ſi cauſa in cuzez ſit ſiccitas, fit quoniam lacerti propter illud, quod diminutum eſt in latitudine propter reſolutionem humiditatum augmentantur in longitudine, & contrahuntur ex ea meatus vel tranſitus, quare difficultatur penetratio virtutis motiuæ in eis, & debilitatur à permutatione membrorum ad contractionem: & proprie cum adiuuat durities contingens à ſiccitate ad inobediendum. Spaſmus vero ſiccus ſimilis illi qñq; contrahit in longitudine & latitudine ſimul ſm ſemitam aſſationis. Quapropter ſiccus ſpaſmus deterior eſt alcuzez ſicco: & ſicut mollificatio accidit propter ſectionem, ſimiliter tetanus, quandoq; accidit propter plagam cum accidit & læditur vel prohibetur lacertus à contractione. Et ex alcuzez qñq; accidit aliquid magnum forte propter cauſam fortem, & materiam fortem plurimam. Et qñq; contingit ſm modum euentus ſpaſmi propter ſtuporem repletionalem oppilantem vias ſpiritus: & remanent membra extenſa, & non contrahuntur, ſicut remanent membra contracta, & non extenduntur quouſq; inueniant ſpiritus viam & tranſitum: & hoc quidem plurimum fit poſt ſomnum: q̄m ſpiritus in ipſo vadit ad interiora, ſicut diximus in ſpaſmo. Et qñq; accidit propter formam non naturalem, inconuenientem, contrariam accidentem lacertis, & minoratur virtus eius, aut efficitur dolens non tolerans motum: quare remanet ſm illam figuram, ſicut qui cum fune extenditur, [d] aut eleuat aliquid graue: aut [d] affert ſuper dorſum ſuum podus graue: [d] aut dormit ſuper terram, & terra lædit lacertos eius, & contundit vel conquaſſat eos: aut accidit ei [d] caſus, aut percuſſio conterens lacertos, aut [d] ſectio, aut aduſtio ignis faciens eos dolere: quare deficiunt à contractione. Et qñq; eſt cũ hoc materia effuſa ad eos: aut ventoſitas groſſa generata in eis: aut incedens ad eos extendens ipſos. Et quemadmodum ſpaſmus proprius membris faciei eſt malus: ſimiliter tetanus, q̄n conſequitur palpebram, aut linguam, aut labium ſolummodo. Et qñq; contingit ſpecies alcuzez mali ſicci, quem præcedunt febres inſeparabiles cum inquietudine, & fletu, & alienatione, & color fit citrinus propter eas, & deſiccatur os, & labium, & denigratur lingua, & conſtringitur natura: & exaſperatur cutis, & extenditur & eſt malum. Omnis autem cuzez à percuſſione, cui aſſociantur ſingultus, & punctio, et permiſtio, et deſtructio rationis, eſt mortalis: aduenit.n. lacertis deſiccatio, & ebullitio humiditatis eorum, donec extendit eos in longitudine: deinde ſeruatur illud in eis cum deſiccatione vltima ſeruante figuras. Alcuzez præterea multoties accidit infantibus, & fit facilis in eis, quanto plus ſunt minores, ſm q dictum eſt in ſpaſmo. Et qñq; antecedit alcuzez, plurima ieſtigatio corporis, & grauitas ipſius, & grauitas ſermonis, & durities

E

A Hipp. 5. aphoriſ.

B G.1.de difficili. c.7.4.d

F

C Galli.1.de diff. pulſ.c.11.g

G

H

D Paul.lib.3.c.10.

A durities in lacertis, & in partibus ſpondylium vſq; ad alhoſos & difficultas deglutiendi, & pruritus & cum ſcalpitur, non delectatur inde. Cumq; vrina eſt ſicut ſanies & pus, & eſt horripilatio, & tenebroſitas in viſu, & ſudor in capite, & ceruice, ſignificat tenſionem in vtriſq; in lateribus futuram, q̄m huiuſmodi ſanies multiplicatur in eis, niſi purgetur inferius integre: immo aſcendit ex ea aliquid in illo tempore intermedio ad cerebrum, & lædit ipſum, & frangit corpus. Cumq; alcuzez cõis incipit, clauditur os, & rubificatur facies: & fit dolor fortior: & non deglutit, q ipſe ſorbet, & multiplicatur palpitatio: & lachrymantur oculi. Et differentia quidem inter tetanum, & ſpaſmum in principio ſui, eſt q ſpaſmus incipit in lacertis cum motu: tetani vero principium in lacertis eſt cũ quiete. et qñq; contingit permutationem fieri ad tetanum ex ſynantia, & pleureſi, et ſirſen, ſm q fit in ſpaſmo. Et qñq; multiplicatur in regionibus meridionalibus, propter repletionem, & motum humorum: & proprie in phlegmaticis. Et qñq; accidit in regionibus ſeptentrionalibus, propter retentionem ſuperfluitatum, & proprie mulieribus, q̄m ipſæ ſunt debilium neruorum.

*De ſignis.* *Cap.* 9.

A Paul.li.3.c.20.

Signum quidem tetani abſolute eſt vt non ſint lacerti obedientes ad contractionem: alcuzez vero ſignum, ſi eſt in anterioribus, eſt q̄m homo eſt ſicut præfocatus, ſuffocatam habens faciẽ, & oculos. Et qñq; imaginatur, q ipſe [a] rideat propter extenſionem lacertorum faciei eius: et eſt caput eius tractum ad anteriora procedens vel eminens cum extenſione colli: quare non poteſt conuertere faciem ad dextrum, aut ſiniſtrum. Et qñq; non poteſt mingere propter extenſionem lacertorum ventris, & debilitatem expulſiuæ. et qñq; mingit abſq; voluntate, q̄m lacertus veſicæ eius eſt extenſus, non contractus. & qñq; mingit ſanguinem, propter rupturam venarum propter vehementiam coarctationis. Et qñq; accidit ei [a] ſingultus. Et ſi alcuzez ad poſteriora eſt, inuenies caput & ſpatulas, & lacertos attractos ad poſteriora. Et qñq; accidit propter illud tenſio lacertorum ventris ad poſteriora cum cõitate & extenſione lacertorũ ſicteris, vnde non poteſt retinere, quod eſt in inteſtino recto: & neq; poteſt deponere, quod eſt inteſtinis gracilibus. Et ambo quidem communicant in [a] præfocatione, & [a] vigilijs, & dolore, & [a] aquoſitate vrinæ, & in multitudine [s] veſicarum, ſeu ampullarum in ea propter ventoſitatem, & [a] caſu à lectícis, ſeu à loco alto. Signa autem humidi, & ſicci, & apoſtemoſi, & facti à læſione, ſunt ſecundũ regulam, quæ dicta eſt in ſpaſmo. Et multoties quidem accidit eis colica propter frigus, ſi ægritudo fuerit frigida.

B

*De cura.* *Cap.* 10.

B Paul.li.3.c.10.

Eadem eſt cura, quæ eſt ſpaſmi. veruntamen ventoſarum vſus ſuper membra hic plus fiat, q̃ in ſpaſmo: & illud ideo vt reducatur calor. [b] Sintq; cum ſcarificatione, proprie ſuper neruos colli, & ſpondylium, & ſceraſif. Ex eis vero, quæ obſeruanda ſunt in patiente cuzez, [b] eſt vt q̄n eius C corpus ſudat propter doloris vehementiam: aut ex medicina non dimittatur vt infrigidatio ei ſuperueniat: q̄m ipſum lædit: ſed oportet vt deſiccetur cum lana infuſa. Et [b] qñq; fit vt ſedeat in oleo calefacto, q̄m eſt fortis reſolutionis. Ex opopanaco quoq; in potu detur vſq; ad. ℨ.i. ſm virtutem, & ex aſſa fœtida etiam. Alcuzez præterea dignior eſt, vt in curando ipſum incipiat, q̃ ſpaſmus: q̄m alcuzez eſt lædens, præfocans, interficiens. Ex [c] eis vero, quæ dicuntur valde eſſe iuuatiua in cura alcuzez, & ſpaſmi, eſt vt ferueat ſuccus anethi, & mittatur in ipſo catulus dabha, ſeu aldabha, aut catulus canis, aut catulus vulpis, & coquatur donec diſſoluatur: [c] deinde infundatur in ipſo ęgerbis. & ſimiliter confert eis inunctio ex pinguedine aſini ſylueſtris, & adipe leonis, & adipe vrſi, & cerui, aldabha ſingulariter, aut cum medicinis. Et confert eis enema ex oleo rutino cũ caſtoreo, et centaurea, & omnia ſuppoſitoria acuta in quibus ſunt baurac, & pulpa coloquinthidæ, & quæ ſunt ſimilia illis. Quod ſi ſuperflue adurunt, fiat clyſtere poſtea cum lacte aſinæ, aut butyro, aut pinguedine alalic diſſolutę ſingulariter aut cum aliqua prædictarum pinguedinum. Et [e] ex rebus magis cõferentibus tetano frigido humido eſt caſtoreum: quare oportet vt aſſiduetur. [b] Cumq; habentes cuzez cibantur, non oportet vt tranſglutiant ex cibis, niſi buccellam valde paruã: & vt ſorbeant puttes ſubtiles valde: q̄m tranſglutire eſt eis difficile vel laborioſum vnde retrocedit cibus in nares ipſorum, & ex hoc fit agitatio: quare illud augmentat eorum ægritudinem. Nos autem dicemus D medicinas quas in potu ſument: et ex quibus eorum membra anus ſeu ſicteri eorum in antidotario, & ſimiliter vnctiones conferentes eis, ſicut oleum de alcanna, & reliqua quæ dicta ſunt. Et ſimiliter caputpurgia, & ſternutatoria, & ſternutatorium eis melius eſt [d] †{miha almumiai}‡ cũ quibuſdam oleis. [e] Febris vero, quæ naturaliter accidit, eſt melior cura ei, qui ex eo eſt humidus.

C Raſi.con.t.16. c.1.8.

D † Raſ.ibid.18.3. mumia cum narciſſino vel cheirino

E Hip. & Galé 2. apho.26

*De tremore & ſignis ſpecierum eius.* *Cap.* 11.

Tremor eſt morbus inſtrumentalis eueniens propter defectum virtutis motiuæ à motu lacertorum ſm continuitatem [f] reſiſtentis grauitati impedienti & ingredienti vel aggredienti cum ſua motione motionem voluntariam: quare commiſcentur motus voluntarij cum motibus non voluntarijs aut firmatio vel firmitudo voluntaria cum motibus non voluntarijs. & eſt nocumentum in virtute motiua ſicut ſtupor eſt læſio in ſenſibili. Huius autem cauſa aut eſt in virtute, aut in inſtrumento, aut in vtriſq; ſimul. In virtute vero, cum debilitatur: propterea, q accidit timor, vel propter præſentiam rei timoroſæ vel [g] terribilis horribilis ſicut [h] aſpectus ex loco alto: aut ambulatio ſuper parietem: [h] aut peroratio coram eo, ex quo aliquis verecundatur, & qui timetur: aut reliqua, ex quibus contrahuntur virtutes animales: aut anguſtia: aut tribulatio: aut gaudium perturbans ordines motuum virtutis facit accidere tremorem: & ira qñq; facit illud: q̄m facit contingere

F G.2.de ſympto. cau.c.2. c, d, & de palp.cõuul. c.3. e.f, & c.4.g h, & com. 1. in tertiũ de mor. vulg 4.fo.129.e.f

G G.cõm.1. in tertium de mor. vul. 4.fo.129.e.f

H G.2.de ca.ſympto.c.2.d

gere diuerſitatem in motu ſpiritus. Et ex cauſis quidem eius ſm ſemitam defectionis virtutis, eſt E [a] multitudo coitus poſt refectionem, et repletionem. Qui autẽ factus eſt ab inſtrumento, eſt qñq; vt mollificationem aliquam incurrant nerui propter quam non conſequetur paralyſis: quare non retinentur apud motionem, ſicut eſt [a] apud potum multum, & ebrietatem frequentem, & [b] multitudinem potus aquæ frigidæ: aut potu eius non in ſua hora. Aut in neruis contingat oppilatio propter repletionem plurimam prouenientem à cauſis notis, ſicut eſt [b] ſatietas nauſeatiua, & [b] dimiſſio exercitij: quare propter eas virtutes perfecte non penetrant. Et materia quidem oppilans aut eſt patiens à meatibus in quibus ipſa mouetur, qñq; cum via penetrationis: & qñq; cũ via prohibitionis: aut non eſt patiens omnino. & aliqñ quidem fit, vt inſtrumentũ ipſum aliquam incurrat deſiccationem, vnde non obediat reflexioni obedientia facili. Coitas vero eſt, vt in inſtrumento accidat perueniens ad nocumentum cum fortitudine, quemadmodum aduenit ei frigus vehemens extrinſecus, aut ex punctura animalis, aut ex humore, aut ex calore vehementi, ſicut apud aduſtionem, & alia: et aduenit cum eis virtuti impedimentum. aut aduenit virtuti ſm ſuam ſingularitatẽ impedimentum ſuum, quod eſt ſibi proprium. Et membro ſm ſuam ſingularitatem aduenit impedimentum ſibi proprium, & continuantur duo nocumenta ſimul. Tremor autem qñq; eſt in omnibus membris: & qñq; in manibus: & qñq; eſt in capite ſolum ſm præſentiam nocumenti ad lacertum vnum ſine lacerto alio. Et qñq; fit tremor in vtriſq; manibus, & non in pedibus: aut qm̃ F cauſa non eſt in origine nuchę: ſed in ramis penetrantibus ad manus neruorum. Aut qm̃ cauſa eſt in origine nuchę, ſed expellit eã ad propinquiora loca, & propinquius latus: & natura ſeruat nucham ne penetret cauſa illa in ipſa, & ne conſequatur, vel ne perueniat ad extremitatem eius. Aut qm̃ ſpiritus motiuus in inferioribus corporis eſt fortior, & magis vigens ſm neceſſitatem illorum membrorum, quam habent de ſuo ſimili, quare non patiuntur vehementer à cauſis, quæ nõ ſunt valde virtuoſæ, ꝙ ſi patitur inſtrumentum, fortificatur eius ſuperatio, vel eius victoria: manus aũt non eſt ita. Et cauſa quidem dominans in euentu tremoris ſicci eſt frigus debilitans neruos & ſpiritum ſimul: aut humiditas madefactiua mollificans infra mollificationẽ humiditatis facientis paralyſim. Et [c] Hipp. quidem iam dixit. Cui accidit in feb. cauſonide tremor, tunc ſenſus permiſtio reſoluit eam ab ipſo. & [c] Gal. quidem non concedit hunc aphoriſmum: veruntñ non eſt ex eis, quæ modũ non habẽt. Et ſcias, ꝙ tremor magis [d] peruerſus, eſt qui à ſiniſtro incipit. Et tremor quidẽ in ſenibus medicamine non remouetur. Signa vero ſunt cauſę prędictę, et ſunt etiam manifeſtę.

*De cura.* Cap. 12.

FAc quod in alijs feciſti [e] capitulis, ex apertione oppilationum, & deſtructione mollificationis, & euacuatione, & confortatione neruorum, & humectatione, ſi neceſſitas eius eſt & ſimiliter in tremore ſi eſt propter debilitatem ab ægritudine, & calefactione, ſi eſt cum frigiditate repentina, G aut bibitis & compreſſione, & fricatione, & expulſione ſi eſt neceſſaria: & ſm ꝙ oſtendimus in [f] canone. Et [g] balneũ in aquis maris: & balnea ſicut quę ſunt ex aqua nitri, & arſenici, et aſpalti, & [h] ſulphuris, et aqua maris ſunt iuuatiua etiam. Et ſi eſt cauſa eius aqua frigida fiant vaporationes ex nitro, & ſinapi: & inunctio cum oleo coſtino. Et ſi eſt cauſa eius potus multi vini, euacua: & adminiſtra oleum cucumeris aſinini, & quæ taliter procedunt: & aſſidua inunctionem cum oleo [k] †{alchot, ſeu alchat.} Oleum præterea de handachocha proprietatẽ habet in hoc mirabilem. Et ſimiliter ſi emplaſtrum fiat ex alrathbe ſolummodo. Si autem eſt ex humoribus imbibitis, aut groſſis, aut confirmatur ęgritudo, adminiſtretur poſitio ventoſarum ſuper ſpondylem primam, & ſedeat in tina olei calefacti: in iuribus animalium prædictis in capitulo de paralyſi, & ſpaſmo, & alcuzez: & in fine rei detur in potu [l] caſtoreum in ſyrupo mellino, aut cum hieris magnis: & dentur in potu pilulæ factæ ex ruta, & ſcolopendria. Et [m] iuuantur quidem ex cerebro leporis valde, quare ex ipſo comedant aſſato. Et [n] ex eis quidem, quæ tremulo conferunt, eſt vt bibant ſyrupum mellinum cum aqua in qua decocta ſint ſeminis maluæ, & foliorum [n] †{dunuchium. ℥. v.} & ſimiliter ſumant in potu [n] ſuccum eupatorij cum aqua, & vtantur curatione ipſiuſmet mollificationis. Et [h] ſi tremor eſt in capite, proprie iam expertum eſt eis ſtichados pondus. ℥. i. aut duarũ ſolum: aut cum hiera picra: vel ex qua factæ ſunt pilulæ, aut in ſyrupo mellino. H Et ex eis quidem iam eſt expertum in potu ſumere pilulas cochias à. ℥. i. vſq; ad. ℥. i. ſ. omnibus decem diebus ſemel. Et oportet vt cibus ſit veloeis digeſtionis: & vinum quidem eis nocet, & ſimiliter aqua frigida: & quæ ex aquis eſt ei melior, & minoris nocumenti eſt aqua pluuialis: & ſimiliter omni ægritudini neruoſæ. Et lædũtur multitudine phlebotomiæ.

*De ſtupore.* Cap. 13.

VSus huius dictionis ſtupor in libris eſt diuerſus: plurimum enim ponitur dictio ſtuporis ſynonyma dictioni alrhaſe. i. tremoris. Nos vero & plurimi hominũ vtuntur ea ſm hũc modũ. & quidem ſtupor eſt morbus officialis [o] faciens euenire in ſenſu tactuali nocumentum. ſ. aut deſtructionem, aut diminutionem cum tremore, ſi eſt debilis: aut mollificationem, ſi eſt confirmatus, qm̃ virtus ſenſibilis non prohibetur à penetratione: niſi etiam motiua virtus prohibeatur, ſicut expoſui multoties: quamuis in quibuſdã horis inueniatur ſtupor, abſq; difficultate motus, [p] propter diuerſitatẽ neruorũ motus et ſenſus. Cauſa. n. ſtuporis, aut ex parte virtutis, qm̃ debilitatur, [q] ſicut in febribus fortibus, & acutis ducentibus ad ſtuporẽ. Et ſicut in illo, qui paſſurus eſt ſyncopim ſtatim. Et apud propinquitatẽ mortis. Aut ex parte inſtrũ, qm̃ corrumpitur eius cõplexio [o] propter frigus

vehemens

A G. cõment. in aph. de morb. B G. 2. de ſympt. cauſ. c. 1.
C Lib. 4. F. 1. tr. 2. 40. & G. aph. 31.
D Raſ. cont. c. 10. 2. de tortura faciei.
E 4. & 7. & 11.
F Cap. I. G Raſ. cont. 14. c. 1. H Raſ. 1. I Haly. pra. c. K † ſpeciminis.
L Dio. li. 2. c. 9. & Ser. c. 1. M Dio. li. 2. c. 19. N Paul. li. 3. c. N † dunuchium foliorum.
O G. 1. lo. aff. P Cap. 2. & li. 3. lo. 5. c. 1. Q Hip. 2. aph.



A vehemens ex [a] potu medicinę: aut ex punctura animalis ſicut ſcorpionis aquatici: aut tactu piſcis, qui nominatur [b] †{berille,} aut potu medicinæ, ſicut opium & facit contingere illud groſſitudinem in ſpiritu, qui eſt inſtrumentum virtutis: aut debilitat & corrumpit eius complexionem propter calorem vehementem, ſicut quem momordit ſerpens, aut remanſit in balneo vehementis caliditatis: aut in febribus incenſiuis. Aut propter groſſitiem ſubſtantiæ neruorum, quare ſpiritus in ipſa non penetrant bene. Et propter hoc contingit in tactu pedis cum comparatione ad tactũ manus ſicut ſtupor. [c] Aut fit propter oppilationẽ ex humoribus groſis. ſ. aut à ſanguine, aut phlegmate, aut melancholia. & qñq; poſſibile eſt vt ſit ex cholera: aut propter oppilationem ex coarctatione apoſtematis, & exituræ: aut [d] coarctatione vehementi & ligatura, & coarctatione ſitus torquente vel inuoluente neruos, aut propter contuſionem eorum vehementem, aut propter dolorem cum quo effunditur ad membrum ſanguis, aut humor alius plurimus quare oppilat trãſitus: & huius plurimum eſt à ſanguine. Et propter hoc cum permutatur ſitus eius, & remouetur, & recedit ab eo, quod ad ipſum eſt effuſum, redit ſenſus. Et qñq; accidit illud ex ſiccitate, & exiccatione: & oppilantur meatus propter collectionem villi, & eius coopertura: & hoc eſt malum. Et qñq; accidit oppilatio propter mollificationem factam ab humiditate complexionali abſq; materia: & ſequitur illam mollificationem clauſio meatuum. Cauſæ vero ſtuporis qñq; ſunt in ipſo cerebro: & B tũc ſi eſt vniuerſalis, cõis corpori toti, eſt mortalis in die vno. Et qñq; ſunt in nucha: & qñq; eſt eius principium ex vno ſpondyli: & qñq; eſt in ramis neruorum. Cum ergo perſeuerat ſtupor, frigidus & prolongatur, perducit ad mollificationem. Stupor præterea dominans nuntiat apoplexiã, & epilepſiam, & ſpaſmum, aut alcuzez, aut paralyſim cõem. Et omnis quidem ſtupor ois membri, cum perſeuerat, & fit fortis, nuntiat paralyſim, aut ſpaſmum aduenientem ei. Et ſtupor faciei nuntiat torturam. Et plurimum quidem ſuccedit peripneumoniæ, et pleureſi, & ſirſen frigido, ſtupor. Et ſcias, ꝙ cum ſtupor perſeuerat, & non remouet ipſum euacuatio, deinde ſuccedit vertigo, nuntiat apoplexiam. Et ſcias, ꝙ ſemen croci hortenſis poſitum in enemate calefacit neruos.

*De ſignis & cura.* Cap. 14.

IPſa eadem ſunt cauſæ, ſicut dictum eſt in tremore. Significatur ergo illud ex eis, & augmentum ſtuporis eſt cum additione earum: et eius diminutio, cum diminutione ipſarum. Et cura quidem eſt ſm ꝙ dictum eſt in tremore, eadem. Veruntñ ſi fuerit à ſanguine dominante, et extant ſignificationes repletionis venarum, & inflatio guidez, & grauitas corporis, & ſomnus, et [e] rubedo faciei, & oculorum, & reliqua, tunc phlebotometur phlebotomia vltima. Nam multoties remouet ſtuporem ſola: & cum rectificatione regiminis, & alleuiatione cibi. Cum ergo apparet ſtupor in aliquo membrorum propter cauſam antecedentem, aut primitiuam, ſicut frigus: aut aliud eueniens C in principio neruorum, oportet vt non ſis contentus curatione loci: ſed ſit conatus tuus in curatione principij nerui incedentis ad ipſum. Et ex curis quidem conferentibus ſtupori eſt exercitium illius membri, & aſſiduatio motus eius.

*De tortura faciei. i.* Conuulſione canina. Cap. 15.

IPſa eſt morbus officialis in facie, propter quam trahitur pars faciei ad partem non naturalem: et alteratur forma eius naturalis, & remouetur bonitas obuiationis vtrorunq; labiorum, & amborum palpebrarum ex parte. Et eius quidem cauſa eſt aut mollificatio, aut ſpaſmus lacertorum palpebrarum, & faciei. Tu autem iam [f] ſciuiſti eos: & ſciuiſti ipſorum originem. A mollificatione vero facta eſt, qm̃ cum declinat ad partem, [g] trahitur cum ea pars ſecunda, & mollificat eam & mutat eam à forma ſua, ſi fuit fortis: & ſi debilis, mollificatur ſola. Et apud [h] quoſdam ſi eſt in latere mollificatio eſt attractio torti: ſed non eſt concedendum. & ex eis quidem eſt [i] Paulus: hæc autem facta à mollificatione eſt propter cauſas mollificationis [k] numeratas. Facta autem à ſpaſmo: & eſt ea quę contingit ſm plurimum, eſt qm̃ cum pars ſpaſmatur attrahit partem ſecundam ad ipſam, & cauſa quidem in ipſa eſt cauſa, quæ eſt in ſpaſmo. Et quę dicta eſt in [l] capitulo ſpaſmi ſicci, ſicut facti in febribus acutis, & euacuationibus ex fluxu ventris, & vomitu, & ex fluxu ſanguinis ex naribus, & alijs eſt pernitioſa. [m] Quidam vero dixerunt, ꝙ latus ægrum eſt in tortura faciei, latus quod ſanum D videtur, & ꝙ cauſa in ipſo eſt, ꝙ latus ſanum intendit vel conatur attrahere eum vt æquet ipſum. Hoc autem nõ eſt verum ſm plurimum. Anatomia. n. & quod ſciuiſti de diſpoſitione lacertorum faciei, facit te cognoſcere corruptionem caſus iſtius cõiter, ſeu fallitatem ſermonis, qui aſſerit, ꝙ caſus huiuſmodi torturę ſit communis in omnibus torturis, & eſt qm̃ ſenſus deſtruitur à latere torturæ. [n] Et pluribus quidem hominum accidit apoſtema in lacertis colli: & eſt ex ſumma ſoffocationum, & aduenit eis inde tortura, & aduenit eis paralyſim etiam extendens vſq; ad manus: qm̃ nerui ex quo hauriunt lacerti colli virtutem motiuam, origo etiam eſt ex ſpondylibus colli. Omnis autem torturę [o] extenſę vſq; ad. vi. menſes fortaſſe non ſperatur rectificatio. Et ſcias, ꝙ tortura colli plurimũ nuntiat paralyſim. [n] Immo multoties protendit apoplexiã. [n] Cõſidera ergo an aſſocientur ei antecedentia ad epilepſiã & apoplexiam: quare incipe ab euacuatione forti. [n] Quidam aũt exiſtimauerunt, ꝙ in patientibus torturã, timetur mors ſubitanea vſq; ad quatuor dies eorum: ſi autem pertranſeunt eos, euadunt: & videtur, ꝙ ſit illud cauſa epilepſiæ fortis, quam torturã nuntiat.

*De ſignis.* Cap. 16.

SVnt [p] vt accidant ſufflatio, & ſputi emiſſio ex latere: & non retinetur ventoſitas neque ſaliua etiam ex latere, & multoties conſequitur cum ipſa ſoda: & proprie in ea, quæ eſt ſpaſmoſa.

Cognitio

A G. 1. lo. aff. c. 2. c. B † G. ibid. ſ. torpedo.
C F. 1. t. 2. c. 5. & F. 14. t. 2. c. 4. & li. 1. F. 2. d. 1. ſũ. 2. c. 6. & F. 4. c. 4. & li. 4. F. 1. t. c. 37. & G. 2. 9. meth. c. 1. & li. 11. c. 15. D G. ibi. li. 11. meth. c. 15.
E Raſ. lib. diuiſio. c. 15.
F Li. 1. F. 1. do. 5. ſũ. 1. c. 1. 5. 4. G G. 4. loc. aff. c. 2. 3. d. H Pau. lib. 3. ca. 18. I Lib. 3. c. 18. ſo. 104. 15. K Cap. 1. L Cap. 5. M G. & Raſ. 1. cõt. tr. c. 10. 1.
N Raſ. li. 10. 2.
O Raſ. 10. 2. ad duos menſes & ad. 6.
P Raſ. 1. 9. c. 9.

Cognitio autem quæ duarum partium ſit læſa, eſt ꝙ cum ipſa extenditur, & rectificatur manu, re- E ditus alterius ſm naturam ad figuram ſuam eſt facilis. Signa autẽ in tortura mollificatiua ſunt, qm̃ [a] motus eſt debilis: & ſenſus ſunt turbati, et ſentit in cute lenitatem, & in lacertis: et [a] neq; ſentit extenſionem: & eſt [a] palpebra inferior deſcendens, & [b] videtur medietas panniculi, qui eſt ſuper palatum, quod eſt ex parte illius oculi, mollificata & humida laxa: & apparet illud cum comprimitur lingua ad inferiora, & inſpiciatur. Et cauſa in hoc etiam eſt continuitas huius panniculi cum panniculo extrinſeco vię linguę ſecante palatum in longitudine: et eſt cõicans ei: et eſt cutis declinans à partibus colli: et elongatur in eis: et difficilis fit reditus ipſius ad eas. Signa autẽ ſpaſmoſæ ſunt: qm̃ ſenſus non ſunt [a] turbati ſm plurimũ: et cutis [a] extenſionem habet, cum qua deſtruuntur rugæ, & lacerti faciei ſunt duri: & [a] minoratur ſaliua, & [a] ſputum ſm plurimum: et eſt declinatio cutis ad partes colli plus: & reditio eius ab eis fit difficilior. Signa aũt eius, quæ eſt ex ſpaſmo humido, & ſicco, ſunt ea per quę cognoſcitur. Et [b] ex ſignis quidem euentus torturæ eſt, ꝙ homo inuenit dolorem in oſſibus faciei ſuæ, & ſtuporem in cute ſua, & multitudinem iectigationis eius.

A Raſ. lib. diui. c. 14.
B Raſ. 1. conti. c. 1. 10. 2.

*De cura.* *Cap.* 17.

SOlicitudo eſt, & intentio, vt [c] non moueatur tortus vſq; ad iiij. & vij. Et cibetur etiam cum eo quod ſubtiliat, ſicut aqua ciceris cum oleo. Et non deſiccetur cum deſiccatione mellis, & pullis columbarum. Quod ſi natura fuerit ſicca, moueatur in die ſecundo cum clyſteri vehementis leni- F tatis, qm̃ eſt conueniens. [d] Feſtinare autem ad gargariſmata in principio, eſt nocens: & qñq; attrahit, quod eſt extraneum, & non reſoluit crudum: propinquum & ſpaſmus in primis fit fortis: & neq; facias euacuationem cum debilibus, non ſufficientibus, donec digeſtio aliqua vice fiat. Feſtinatio autem ad medicinam acutam exiccat materiam: & ingroſſat eam: & deſiccat neruos: quare debilitatur vel fit difficilis impreſſio medicinæ, immo expectatio eſt cõueniens, & oportet vt cures cum curatione paralyſis & ſpaſmi, ſicut ſcis: ſm quod pertinet. Iam autem expertum eſt, ꝙ ſi tortus omni die pondus. ʒ. i. ex [e] hiera Hermatis bibat per menſem continuum, fortem efficiet impreſſionem. Quod [f] autem expertum eſt vt bibat omni die, eſt vt ex zinzibere, & acoro confectis cum melle ſumat mane & veſpere quãtitatem nucis. Et oportet ne abſcindatur ab eo aqua mellis. Quidam autem medici Indi dixerunt, ꝙ ex perfectioribus, quibus tortura medicatur, eſt vt applicetur membro lęſo, & capiti [c] caro animalis ſylueſtris elyxata: & videtur, ꝙ melior ſylueſtris ad hoc ſit lepus, & aldabha, & vulpis, & hirci ſylueſtres, & cerui, & aſini ſylueſtres, abſq; gazellis, & quæ ſic procedunt: & ex his quæ carne ſua non calefaciunt. Et oportet ſi ſit ægritudo humida, vt ligetur pars in qua eſt morbi principium ſm formam naturalem. Si autem eſt ſpaſmus, incipe primum ab eius lenificatione. Deinde ab ipſius reſolutione. Quod ſi inuenis ſigna ſanguinis, [g] phlebotoma venam, quæ eſt ſub lingua, & ſuperpone [g] ventoſas ſpondylibus primis abſq; ſcalpellatione. G Et non eſt dubium quin materia torturam faciens ſit confirmata in principijs neruorum & lacertorum faciei: & propter hoc diligitur vt [e] medicinæ rubificantes ſuperponantur ſpondylibus colli, & ſuper mandibulam etiã, cum plurimi villi ſint venientes ex eis ad lacertos, qui ſunt in facie. Lacerti vero faciei non ſunt ex illa ſumma: & eorum regimen eſt purgatio anterioris partis cerebri. Et ſimiliter vaporatio ſicca ſuper ſpondyles, et mandibulam inferiorem, & fricatio eius, & fricatio capitis etiam proprie ſuper famem vehementem. Et ex eis etiam, quæ iuuant tortum, eſt aſſiduatio [c] ablutionis faciei cum aceto, & delinire loca prędicta cum aceto, & proprie cũ in ipſo coquuntur ſubtiliatiua: aut fuerit [c] acetum in quo tritum eſt ſinapi eſt mirabile. Et vt inclinetur ſuper decoctionem ſceha, & abrotani, & alharmel, & lauri, & ſimilia, aut comburantur ſub eo, quæ ſint ſicut tamariſcus, & alathel. [c] Cum ergo medicinæ non conferunt, fiat cauterium ſuper venam, quæ eſt poſt aurem eius. Et oportet vt iniungatur ei vti gargariſmo pluſq̃ alijs: & adminiſtrentur maſticabilia, & proprie acorus: & nux muſchata: & pyrethrum: & ex eis quibus in maſticatione vtitur, ſunt [h] myrobalani nigri: & oportet vt retineatur maſticabile in parte læſa. Et [c] ſit in domo tenebroſa. Et fiat ei caputpurgium [i] ex fellibus gruum: & accipitrum, et leporum, aut [k] †{ſabut,} aut ſucco canapis, et maioranæ, aut ſiclæ, aut aqua [l] †{alkebikengi} cum oleo de lilio, aut euphorbio quãtitatis lentis cum lacte mulieris. Et curetur caput cum eis, quę ipſum purgant de quibus diximus in H canone ægritudinum capitis ex omni via ſeu ex omni parte. Et ex caputpurgijs expertis ei eſt auellana indica: & proprie cortex eius ſuperior: & auricula muris: & expreſſio cucumeris aſinini, & cyclaminis. Et qñq; miſcentur illa cum eis, quæ cum ſternutatione calefaciunt, ſicut caſtoreum, & nigella: & reliqua. Dignius vero quo fit caputpurgium, eſt [c] auricula muris: et cũ caputpurgium fit pondere. ʒ. ij. ex aqua eius cum danich ſerapini, & media drach. olei confert: immo ſanat in quinque diebus. Et quandoq; præcipiuntur [m] intueri ſpecula, vt ſit ſemper eorum intentio in rectificatione faciei: & ſpecula conuenientiora eis, quæ ſunt propria in videnda facie, & ſunt [m] †{alſinie.} Infantibus autem cum aduenit tortura in fine veris, detur in potu tryphera minor aliquibus diebus vſq; ad. vij. dies & cibus ſit aqua ciceris.

C Raſ. 1. conti. tr. 10. 4.
D Halya. 3. pract. c. 17.
E Raſ. 10. 3.
F Raſ. 1. 1.
G Aeti. li. 1. ſer. 1. c. 50.
H Raſ. 1. 1.
I Sera. 1. 1. c. 29.
K † piſcis cuiuſdã.
L † ranunculi.
M Li. 1. F. 4 c. 1.
M † ſpecula in quibus os tortuoſum videtur.

*De acthalegi. i. iectigatione & ſignis eius.* i. Palpitatione. *Cap.* 18.

SAltus eſt motus lacertorum: et [n] qñq; mouetur cum eis cutis, quæ eis adhæret. & ipſe quidem eſt ex ventoſitate groſſa inflatiua. Significationes autem, ꝙ ipſe ſit ex ventoſitate, ſunt velocitas reſolutionis. et ꝙ non eſt niſi in corporibus frigidis, & cauſis frigidis, & potibus rerum frigidarum, & ſedant eum calefacientia. ſed ſignificatio, ꝙ ipſa ſit groſſa eſt, ꝙ ipſa non reſoluitur, niſi cum

N G. 2. de ſym. c. 2. f, & c. 4. fo. 114

commotione



A commotione membri. Sed ſignificationes, ꝙ ipſe ſit lacertoſus, carnoſus, neruoſus ſunt quidem: qm̃ in parte, quę eſt lenis ſicut cerebrum non retinetur ventoſitas, et ſimiliter in ea, quę eſt dura [a] ſicut os: ſed accidit ſm plurimum ei, quod eſt medium in duritie & lenitate. Et cauſæ quidem ſaltus ſunt virtus infrigidatiua, & materia humida. Et qñq; accidit ſaltus [b] ex accidentibus animalibus plurimum, & proprie ex gaudio: & multoties accidit ex triſtitia & ira, & reliquis: qm̃ motus ſpiritus qñq; reſoluit materias in ventoſitates. Et ſcias, ꝙ ſaltus cum cõmunis eſt corpori, nuntiat apoplexiam aut cuzez. Et quando perſeuerat in mirac, nuntiat melancholiam & epilepſiam. Et [c] cum perſeuerat in facie nuntiat torturam. Et ſaltus, qui eſt ſub ſceraſif quandoq; ſignificat apoſtema in velaminibus, quoniam eſt de comitantibus ipſum.

A G. 2. de ſym. cã. c. 1. f
B Raſ. 1. conti. t. 5. c. 1.
C Li. 1. F. 3. d. 5. c. 1. & Raſ. 1. 4. c. 8.

*De cura.* *Cap.* 19.

VAporetur cum vaporationibus [d] calefacientibus. Illud enim remouet ipſum. Et ſi non vtere oleis reſolutiuis, incipiendo à debilioribus: & perueni ad illud, quod eſt fortius, nam remouetur. Et ſi non, ſolutiuum in potu da. & aſſidua poſt illud vnctionẽ membri cum medicinis calefacientibus. [d] Caſtoreo quoq; cum [e] †{zanbach} ineſt proprietas in hoc capitulo. Et neq; dentur aqua congelata, & vinum multum: & quod inflationem habet, & infrigidationem. & ipſius quidem cura eſt propinqua curæ ipſius ſimilium. Compleamus ergo ſermonẽ de ægritudinibus ner- B uorum hic, & ſimus contenti his, q̃ ſunt ſenſuales, et motiuæ, et ſituales. De apatibus vero & ſolōnibus continuitatis, & reliquis, tardabimus ſermonem vſq; ad quartum librum, ſi Deus voluerit.

D Ga. de tremo. & palpi. c. 5. g
E † iaſmino

## Fen tertia de diſpoſitionibus oculorum, Tractatus primus.

*De anatomia oculi.* *Cap.* 1.

VIrtus [f] viſuum & materia ſpiritus viſibilis, penetrat ad oculum per viam duorum neruorum concauorũ, quos [g] nouiſti per anatomiã. Cumq; nerui et panniculi, qui eis aſſociantur ad orbitam deſcendunt, dilatatur extremitas cuiuſq; eorum, et repletur, et ampliatur ita, ꝙ cõprehendit humores, qui ſunt in pupilla: quorum [h] medius eſt glacialis: et ipſe quidem eſt humor clarus, ſicut grando: glacialis vero eſt [i] rotundus, cuius [k] minuit rotunditatem compreſſio ipſius ab anteriore parte eius: et ipſe quidẽ comprimitur, vt in eo informatio exuberantioris ſit quantitatis: et habeant parua, quę videntur partẽ conuenientem ſeu bonã in qua informentur. Et pp hoc eius poſtremũ parumper ſubtiliatum eſt vt bonus ſit eius introitus in corpore deglutiente ſeu apprehẽdente ipſum dilatatum & ampliatũ à ſubtili eius vt bo- C nificetur eius apprehenſio ſeu eius applicatio ad ipſum comprehendendũ. et [l] hic quidẽ humor poſitus eſt in medio, qm̃ eſt dignior locis, q̃ ſunt cũ cuſtodia. Sed & poſt ipſum poſitus eſt humor alius adueniẽs ei ex cerebro, vt nutriat ipſum: inter ipſum. n. & inter ſanguinẽ purum eſt gradatio. [m] Hic autem humor ſimilis eſt vitro liquefacto: & color vitri liquefacti eſt clarus, & declinat ad paruam rubedinem: clarus vero eſt, qm̃ nutrit clarum: paruę autem eſt rubedinis, qm̃ eſt ex ſubſtantia ſanguinis: & ipſe non conuertitur ad ſimilitudinẽ eius, quod nutritur integre. Et hic quidem humor non eſt poſtpoſitus ab eo, niſi quia eſt tranſmiſſus ex cerebro mediante retina: quare oportet vt ſequatur partem eius vel vicinetur parti eius: et hic α humor ſuperequitat vel circuit medietatem poſterioris partis glacialis vſq; ad maiorem circulum, qui eſt in ea. [n] In anteriori parte eſt alius humor ſimilis albugini oui, & nominatur albugineus: & eſt ſicut ſuperfluitas à ſubſtantia glaciali proueniens: ſed ſuperfluitas clari clara eſt: ſed poſitus eſt anterius propter cauſam antecedentem: & propter cauſam, quę eſt ſicut completiua. Cauſa autem antecedens eſt, qm̃ pars ſuperfluitatis oppoſita eſt parti nutrimenti: & cauſa completiua eſt, vt gradetur delatio luminis ſuper glaciale, & ſit ei ſicut clypeus. Amplius extremitas nerui comprehendit vitreum, & glacialem vſq; ad terminum, qui eſt inter glacialem & albugineum: et α terminus apud quem peruenit vitreus, eſt apud coronam comprehenſione retis ſuper venationem: [o] quapropter nominatur retina: et naſcitur ex ipſius D extremitate tela aranea, ex qua generatur tunica ſubtilis, cum qua penetrant fila partis ſecundinæ, quam nominabimus: & [p] illa quidem tunica diſtinguit inter glacialem et inter albugineum, vt inter ſubtile & ſpiſſum ſit ſeparatorium aliquod: & vt adueniat ei nutrimentum ab anteriore parte ipſius, penetrans ad ipſum à retina, & ſecundina & facta ſubtilis non fuit, ſicut tela araneæ, niſi quia ſi eſſet ſpiſſa erecta in facie glacialis, non elongaretur quin accideret ex ea propter ſuam ſpiſſitudinem, vel alterationem eius ſeu interpoſitionem vt vetaret, ſeu prohiberet lumen à glaciali ex via albuginei. [q] Extremitas autem panniculi ſubtilis impletur, & texitur ex venis ſicut ſecundina: qm̃ ipſa facit penetrare nutrimentum ſm veritatem. Verum non eſt neceſſarium vt ſint oẽs partes eius præparatæ ad iuuamentum nutribilis: ſed pars poſtrema, & nominatur [q] ſecundina. Illud autem, quod pertranſit illum terminum ad anteriora, inſpiſſatur: et [r] fit tunica vſq; ad groſſitudinem aliquam, habens colorem [s] cœleſtem inter albedinem & nigredinem, vt congreget viſum, & vt æquet lumen operatione ſua, qua cooperitur viſus, apud laſſitudinem indigentem tenebris, & compoſitione luminis & tenebrarum: & [t] vt diſtinguat inter humores, & inter corneam vehementis duritiei, & ſtet ſicut mediatrix contemperans: & [t] vt nutriat corneam cum eo, quod aduenit ipſi à ſecundina: & [u] ipſius quidem comprehenſio non cõpletur ab anteriori parte eius, vt non

F Li. 13. aial. c. 8.
G Lib. 1. F. 1. doc. 5. ſum. 3. c. 1.
H G. de ocul. c. 2. g
I G. li. 10. de v. p. c. 15, & 2. b, & d ocu. c. 1. g
I G. 10. de v. par. c. 6. a, & de ocul. c. 1. g
L Gal. c. 2. b, & de ocul. c. 2. g
M G. li. 10. de v. p. c. 1. f. g, & de ocul. c. 1. h
Infra α
N G. li. 10. de v. p. c. 4. c, & de ocul. c. 1. h
Supra. α
O Ga. 10. de v. par. c. 1. b
P G. de ocul. c. 2. h
Q G. 10. de v. par. c. 1. h
R G. c. 4. b, & 6. b.
S Ga. c. 3. a, & de ocul. c. 4. c
T G. de ocu. c. 4. c
T G. c. 4. b. c, & de ocul. c. 4. c

prohibeat

prohibeat aduentum formarum: ſed dimittit in anteriori parte ſui feneſtram & foramen ſicut relinquitur in vua quando remouetur ſuſpenſorium ipſius ab ea: et in illo quidem foramine cadunt aduenientia. E Cum ergo conſtringitur prohibetur viſus, & in anteriore parte huius tunicæ vualis eſt rugoſitas mollis vbi obuiat glaciali, vt ſit magis ſimilis raro leni: et vt minoretur nocumentum tactus eius. Durior vero partium eius eſt anterior pars eius, vbi obuiat tunicæ corneæ duræ: & vbi perforatur vt ſit illud, quod comprehendit vel circuit cum foramine durius: & [a] foramen quidem eſt plenum humiditate propter iuuamentum prędictum, et ſpiritu: quod ſignificat extenuatio, quę eſt coram foramine apud propinquitatem mortis.[b] Secundus vero panniculus eſt [c] †{groſſus} ſeu denſus valde, vt ſit bona retentio eius, & nominatur poſtremum ipſius tunica dura: & denſa ſeu [d] †{groſſa} & eius anterior pars comprehendit totam pupillam: & fit peruia vt non prohibeatur viſus. Et eſt propter illud in colore [e] cornu ſubtiliati limatione, & abraſione: & nominatur propter illud cornea.[f] †{Clarior} autem partium eius eſt illa, quæ eſt anterior, & eſt ſm veritatem ſicut cōpoſita [g] ex tunicis ſubtilibus quatuor, quæ ſunt ſicut cortices ſuppoſiti, vt ſi excorticetur vnus eorum, non fiat commune nocumentum: et pręcipue quę de ea opponitur foramini, qm̄ ille locus eſt magis indigens fortitudine & tutela.[h] Tertius vero comprehendit lacertum motus pupillæ, & impletur tota carne alba & pingui, vt leniat oculum, & palpebram: & prohibeat eos exiccari, & vocatur totum eius coniunctiua. Lacertum autem mouentem oculum iam [i] diximus in anatomia. F [k] Pili vero palpebrarum creati fuerunt vt expellant, quod ad oculum volat, & deſcendit ad ipſum de capite: & vt æquent lumen ſua nigredine: & poſita eſt radix eorum panniculus, qui ſimilatur cartilagini vt eorum ſtatio ſuper ipſum ſit bona, & non cadant propter debilitatem eius, in quo fixi ſunt: & vt lacertus aperiens oculum habeat ſuſtentaculum, ſicut os vt bona fiat eius motio.[l] Partes autem palpebræ ſunt cutis: deinde vna duarum tunicarū eſt panniculus: deinde eius adeps: poſtea lacertus eius: deinde tunica poſtrema: & hoc quod dictum eſt, eſt de palpebra ſuprema.[m] Inferiori vero ex partibus deeſt lacertus: & locus quidem in cuius ſciſſione eſt timor, eſt ex eo, quod ſequitur ſuperiorem partem eius apud initium lacerti.

*De cognitione diſpoſitionum oculi, & complexionum eius, & ſermone uniuerſali de ægritudinibus eius.* *Cap.* 2.

COgnitio illius eſt ex tactu eius, & ex motu eius, & ex venis eius, & ex figura ipſius, & ex colore eius, & ex quantitate ipſius, & ex operationibus ſuis proprijs, et ex diſpoſitionibus eius quod currit ab eo, & diſpoſitionibus paſſionum eius.[n] Cognitio autem illius ex tactu eius eſt, qm̄ inuenit eum tactus calidum, aut frigidum, aut durum ſiccum, aut lenem humidum.[n] Sed cognitio illius ex motu eius eſt, vt conſideres an motus ipſius ſit leuis, & ſignificabit caliditatem, aut ſiccitatem, quod tactus diſcernet ipſius: an ſit grauis, & ſignificabit frigiditatem, aut humiditatem.[n] Illius vero cognitio ex venis eius eſt, vt cognoſcas, an ſint groſſæ & amplæ, & ſignificat illud caliditatem eius: & an ſint ſubtiles & ſtrictę, & ſignificant frigiditatem eius, & vt cognoſcas, an ſint vacuæ ſiccæ, & ſignificant ſiccitatem eius: aut plenæ, & ſignificat multitudinem materiei in ipſo. G Cognitio vero illius ex colore ipſius eſt, qm̄ color ſignificat humorem dominantē proportionalem. ſ. rubeus, & citrinus, & plumbeus, & fuſcus. Sed cognitio illius ex figura ipſius eſt, qm̄ bonitas ſuæ figuræ ſignificat fortitudinem eius in creatione: & malitia ſuæ figuræ ſignificat contrarium illius. Diſpoſitio autem magnitudinis eius, & paruitatis ipſius eſt ſm ꝙ dictum eſt in [o] capite. Illius vero cognitio ex operationibus eius proprijs eſt, qm̄ ſi ipſe videt rem occultam ſeu minimam à [p] longe, & ex propinquo ſimul: & non læditur ab eo, quod ad ipſum redit à viſibilibus fortibus, eſt fortis complexionis: & æqualis: & ſi eſt debilis viſus, & ſm contrarium illius, tunc in complexione eius, & in creatione eſt corruptio. & [p] ſi ipſe non eſt impotens in comprehendendo propinquū, quāuis ſit paruum, & eſt impotens in comprehendendo longinquum, tunc ſpiritus eius eſt clarus, ſanus, paruus: & dicunt medici, qm̄ non eſt ſufficiens dilatationi egredienti propter ſubtilitatem ſui: & ſignificant per illud radium, quem credunt eſſe de ſumma ſpiritus, & quod egreditur, & obuiat viſibili. Et [p] ſi non eſt impotens in comprehendendo longinquum, & ſi appropinquat ei illud, quod eſt paruum, non videt ipſum, & ſi recedit ab eo ſm quantitatem longitudinis, videt ipſum, H tunc ſpiritus eius eſt multus, conturbatus, non clarus, neq; ſubtilis, immo humidus, & eius complexio eſt humida. Et dicunt medici, qm̄ non ſubtiliatur, neq; clarificatur, niſi motu longo. & quando procedit radius in motu, ſubtiliatur & attenuatur. Et ſi debilitatur in vtriſq; diſpoſitionibus, tunc eius ſpiritus eſt paruus & turbidus. Cognitio autem illius etiam ex diſpoſitione eius, quod ab eo currit, eſt qm̄ ſi ipſe eſt ſiccus, & non facit lippitudinem omnino, tunc ipſe eſt ſiccus: & ſi facit lippitudinem ſuperflue, tunc ipſe eſt humidus valde.[n] Ex diſpoſitione autem paſſionum eius, qm̄ ſi ipſe læditur à calore, & ſanatur à frigore, tunc ipſe habet malitiam complexionis calidæ: & ſi lęditur à contrario, tunc ipſe contrarium habet, & ſcias, ꝙ medius in omni diſpōne harum ſpecierū, eſt æqualis, niſi ſuperfluus in bonitate viſus: ipſe. n. eſt æqualis. Oculo præterea accidunt [q] omnes ſpecies ægritudinum. ſ. materiales, & puræ, & compoſitæ, & inſtrumentales, & cōmunes. Et oculo quidem in diſpoſitionibus ſuis, quæ ei accidunt in forma palpitationis, & clauſionis, & apertionis, & colore, & lachrymis adſunt iudicia pendentia ex ægritudinibus acutis: & oportet vt inquiratur in eis. Amplius ægritudines oculi quandoque ſunt propriæ: quandoque ſunt cum communitate. Propinquus vero, quod ei communicat, eſt cerebrum, & caput, & velamina exteriora, & interiora:

A Gal. li. 10. de vſu pul. c. 5. d
B Gal. c. 5. c. 1. & de ocul. c. 4. c
C † tenuis dura
D † dura tenax
E G. 10. de v. par. c. 3. f
F † denſior ſeu durior.
G T. 2. c. 1.
H Gal. c. 2. c. & de ocul. c. 4. c. d. e
I Li. 1. F. 1. do. 5. ſi. 2. c. 4
K Gal. li. 10. de v. p. c. 6. a. & 7. d
L G. c. 7. c
M G. c. 10. e
N G. ex art. med. c. 13. c
O Fen. 1. t. 1. c. 10.
P G. 1. de ſympto. cau. c. 1. 13. c
Q G. de ocul.

& interiora:



A & interiora: deinde ſtomachus. Et omnis ægritudo oculi, quæ fit per communitatem velaminum exteriorum, eſt magis ſalua.

*De ſignis diſpoſitionum oculi.* *Cap.* 3.

SIgna generationis ægritudinis oculi cum cōmunitate cerebri, ſunt vt ſint in cerebro quædam ſignificationes nocumentorum ſuorum † prædictæ: nam ſi mediator fuerint velamina intrinſeca: videbit lęſionem, et dolorē incipere à profundo oculi. Et ſi fuerit materia calida, inuenies ſternutationem, & pruritum in naſo. Et ſi fuerit frigida, ſenties curſum frigidum. Et raro quidem erit hæc cōitas cum malitia complexionis ſingularis. Quod ſi fuerit cōitas cum velaminibus extrinſecis, & ſi fuerit materia eueniens ab eis, ſentiet extenſionem incipientem in fronte, & venis extrinſecis, & apparebit nocumentum in eo, quod ſequitur palpebram plus. Et ſi fuerit cum cōitate ſtomachi, erunt ſigna prædicta [a] in capitulo de cōitate cerebri cum ſtomacho. Et ſi fuerint illic phantaſię cauſa ſtomachi, minorabūtur vacuitate, & multiplicabuntur in ſaturitate. Signa vero ęgritudinis materialis inquantum eſt in ipſo oculo ſunt, qm̄ ſanguineam ſignificant grauitas, & rubedo, & lachryma, & inflatio, & exuberatio venarum, & pulſatio temporum, et glutinatio, & lippitudo, & caliditas tactus: & proprie qn̄ cum eis aſſociantur ſigna ſanguinea capitis. Phlegmaticam vero ſignificant grauitas vehemens, & rubedo occulta cum plumboſitate quadam, & conglutinatio, & B lippitudo, & tumor, & paucitas lachrymarum. Cholericam autem ſignificant punctura, & inflammatio cum rubedine ad citrinitatem tendente, quæ non eſt ſicut rubedo ſanguinea, & ſubtilitas lachrymarum acutarum, & paruitas conglutinationis, & caliditas tactus. Sed melancholicam ſignificant grauitas, & inoffuſcatio, & paruitas conglutinationis. Complexiones vero puras ſignificat priuatio grauitatis cum exiccatione, & inuentione ſignificationum quas prædiximus [b] in capitulo cognitionis. Vnicuiq; aūt ægritudinum inſtrumentalium, & communium adueniet capitulum.

*De canonibus vniuerſalibus curationum oculi.* *Cap.* 4.

CVræ oculi ſunt oppoſitæ ęgritudinibus oculi. Et quoniam ægritudines ſunt, aut materiales, aut puræ, aut compoſitæ, aut ſolutio continuitatis: tunc cura oculi, aut eſt euacuatio, & ingreditur in ipſam regimen apoſtematū: aut permutatio cōplexionis, aut rectificatio formæ, ſicut eſt in egreſſione, aut conſolidatio & incarnatio. Ab oculo vero euacuantur materię, aut ſm ſemitā conuerſionis: aut ſm ſemitam reſolutionis ab eo. Conuerſio autē ex eo eſt dignior ex corpore ſi eſt repletū. Deinde ex cerebro cum eo, quod [c] ſciuiſti de mundificatiuis cerebri. Deinde permutatio ab eo per viā naſi: & per venas propinquas oculo, ſicut ſunt duę venę lachrymaliū. Reſolutio autem ex eo fit per medicinas educentes lachrymas. Complexionis autem permutatio iuuatur medicinis proprijs etiā. Sed ſolutio continuitatis in ipſo adueniens, curatur per medicinas, quæ habent exic- C cationem non plurimam: & cum ſunt remotæ à mordicatione: & tu ſcies has medicinas ex ſermone [d] noſtro de ophthalmia, & reliquis ægritudinibus materialibus in oculo. Et oportet vt ſcias, ꝙ in ægritudinibus materialibus in oculo, eſt neceſſarium vt adminiſtretur minoratio nutrimenti: & acceptio eius, quod generat humorem laudabilem: & ſit alienatio omnis vaporoſi, & omnis cuius mala eſt digeſtio. Et cum materia procedit ex membro, intende in phlebotomādo illud membrū. Et cum materia aduenerit ex velamine extrinſeco, adminiſtrabis ventoſas: & adminiſtrabis apocruſtica ſuper frontem: ex quorū ſumma eſt cortex batheke ad calidam, & † {calcadis} ad frigidā. Venæ autē quæ phlebotomantur propter oculum ſunt ſicut cephalica. Deinde venæ, quæ ſunt in partibus capitis. Quæ ergo ſunt in anterioribus, ſunt magis iuuatiuæ in permutatione facienda ex loco: & quæ ſunt poſterius, ſunt magis iuuatiuę in attractione. Et ſcias, ꝙ illud, quod accidit in oculo ex materijs, & indiget permutatione eius ab eo ad membrum aliud, tunc illud ad quod rectius permutatur, [e] eſt naris: & illud cum non fuerit in via effuſionis ad oculum, & hæc quidem permutatio non fit, niſi propter caputpurgia, & odoramenta prædicta in locis alijs, vbi diximus doloris capitis regimen. Medicinarum autem oculi aliæ ſunt permutantes complexionem: & ſunt aut infrigidantes, ſicut ſucci ſolatri, & virgæ paſtoris, & aqua endiuiæ, & aqua lactucæ, & aqua roſ. & ſuccus earum & mucilago pſyllij. Et aliæ ſunt calefacientes, ſicut muſchus, & piper, & acorus, & me- H miran, & ſimilia. Et aliæ ſunt exiccatiuæ, ſicut tutia, & antimonium, & climia. Et de ſumma earum ſunt conſtrictiuæ, ſicut ſief memithæ, & aloe, & [f] † {alfeluzaharagi,} & crocus, & roſa. Et alię ſunt lenientes ſicut lac, & fricatio vel fricatura lazuli & albumen oui, & mucilago. Et alię ſunt maturatiuæ ſicut venæ, & aqua fœnugręci, & croci, & rob, & proprie illud in quo infunditur panis. & alię ſunt reſolutiuę, ſicut ſarcocolla, & aqua fœniculi. Et alię ſunt ſtupefactiuę, ſicut ſuccus pomorum mandragorę, & papaueris, & opium. Et ſcias, ꝙ quando cum ęgritudine oculi fuerit ſoda, tūc oportet vt incipias in cura ſodæ, & non cures antequam ipſam remoueas. Et cum euacuatio, & mundificatio, & regimen conueniens non iuuant, ſcias ꝙ tunc in oculo eſt complexio mala: aut materia mala inuiſcata in tunicis corrumpens nutrimentum penetrans ad ipſum: aut illic eſt debilitas in cerebro: aut in loco ex quo expelluntur fluxus ad oculum.

*De rememoratione conſeruationis ſanitatis oculi, & eorum quæ nocent ipſi.* *Cap.* 5.

OPortet in primis vt illæ, qui laborat in conſeruando ſanitatem oculi, tueatur eum à puluere, & fumo, & aeribus egredientibus ab ęqualitate in caliditate, & frigiditate, & à ventis turbinoſis puluerulentis frigidis et exceſſiue calidis, et non aſſiduet intueri rem vnā, à qua non auertatur. Et ex eis à quibus oportet vt vere cuſtodiat, eſt [a] multitudo fletus. Et oportet vt minoretur

† F. 1. tra. 1. c. 11.
A Fen. 1. t. 1. c. 15.
B 1.
C Fen. 1. t. 1. c. 29.
D Cap. 9.
† chalcitis.
E Raſ. 1. conti. t. 1. ca. 4.
F † lycium.
Infra a

β aſpectus [a] in literis vel lineis ſubtilibus, niſi interdum ſecūdum ſemitam exercitij: & non prolongetur ſomnus eius ſuper [b] †{alchaſa.}Et ſcias, ꝙ γ multiplicatio coitus eſt nocibilior res oculo. Et E ſimiliter multiplicatio ebrietatis, & repletionis cibi & etiam δ ſomnus ſuper repletionē: & omnes cibi, & potus groſſi: & omnia vaporem emittentia ad caput, & de ſumma eorum eſt omne, quod habet acuitatem, ſicut porrum: & handachocha. Et omnia, quæ exiccant ſuperflue, de quorū ſumma eſt ſal multus, & omnia ex quibus generatur vapor multus, ſicut caulis, & lens. & omnia, quæ diximus in areolis medicinarū ſingularium, quæ ſunt proportionata ad hoc, ſunt nocitiua oculo. Et ſcias, ꝙ multitudo vniuſcuiuſq; duorum. ſ. ſomni & vigiliarum eſt vehementer nocitiua oculo, & magis conueniens ei eſt temperamentum vniuſcuiuſq; eorum. Res autem quarum vſus confert oculo, & conſeruat virtutē eius, ſunt ea, quæ fiunt ex antimonio & tutia, ſicut ſpecies tutiæ nutritę cum aqua ſanſuci, & aqua fœniculi, & facere collyrium omni hora ex aqua fœniculi eſt mirabile, & magni iuuamenti: & collyrium granatorum dulcium eſt mirabile etiam & collyrium factū ex granatis vtriſq; cum pulpis ſuis decoctis in [c] †{tanur}cum melle: & ſicut ſcies in loco ſuo. Ex cis autem, quæ abſtergunt oculum, & acuunt ipſum, eſt ſubmergi in aqua clara, & aperire oculum in ipſa. [d] Rerum autē viſui nocibilium aliæ ſunt operationes & motus: & aliæ ſunt cibi: & aliæ ſunt diſpoſitiones regiminis in cibis. Operationes autem & motus ſunt ſicut omnia, quæ exiccant, ſicut γ coitus plurimus, & longitudo aſpectus ad luminoſa, & β legere ſubtilia ſuperflue: medium enim F enim in eo cōfert: ſimiliter operatio ſeu occupatio in rebus paruis: & δ ſomnus ſuper repletionem, & cœnam. Immo oportet illum, qui in viſu habet debilitatem, expectare donec digeſtio fiat, deinde dormire. Et omnis repletio nocet ei: & omne, quod exiccat naturam, nocet. Et omne quod ſanguinem turbidat, ſiue ſit de rebus ſalſis, ſiue acutis, ſiue alijs, nocet ei. Et ebrietas nocet ei: vomitus autem confert ei, inquantum mundificat ſtomachum: & nocet ei, inquantum mouet materias cerebri, & expellit eas ad ipſum: & ſi non fuerit excuſatio, quin fiat, tunc oportet vt fiat poſt cibum, & cum facilitate. Et balneatio nocet ei. Et δ [e] ſomnus ſuperflue nocet ei. Et α fletus plurimus. Et multitudo phlebotomiæ & proprie ventoſationes frequentes, vel continuæ nocent. Cibi vero ſalſi, & acres, & vaporoſi, qui lędunt os ſtomachi, ſunt cepæ, & porri, & allia, & bedarūgi comeſta, & oliuę maturæ, & anethum, & caulis, & lens. Regimen autem in cibis eſt, vt ita comedantur, ne eorum digeſtio corrumpatur, & multiplicetur ipſorum vaporatio, ſecūdum ꝙ in loco ſuo demonſtrabitur & ego iam perueniam illuc, & tu ſcies illud in tractatibus huius tertij libri.

*De ophthalmia & conturbatione.* i. [f] Lippitudine, taraxi. *Cap. 6.*

OPhthalmia eſt vera: & alia eſt ei ſimilis, quæ nominatur conturbatio, & turbulentia, & ipſa eſt calefactio & [f] humectatio cum accidit oculo ex cauſis extrinſecis agitantibus ipſum, & rubificantibus eum, ſicut ſole, & ſoda aduſtiua, & ephimera aduſta, & puluere, & fumo, & frigore G in quibuſdam horis propter conſtrictionem ipſius, & percuſſionem propter commotionem ab ipſa, & vento procelloſo. Illius vero totius impreſſio leuis, eſt aſſociata cauſę, quę non ita remanet poſt ipſam, vt de ea ſit curandum: & ſi non medicatur, remouetur cum remotione cauſę multoties & nominatur gręce [g] †{tharachſis,}quòd ſi eam cauſa corporea aut extrinſeca iuuerit materialem primam, poſſibile erit tunc vt velociter permutetur in apoſtema manifeſtum & verum: ſicut mutantur febres ephimerę in alias febres. Cum autem permutatur, & eſt in principio permutationis nominatur gręce aphrihē. Et de ſpectebus quidem ophthalmię, eſt quę ſequitur ſcabiem in oculo, cuius cauſa eſt punctio ſeu mordicatio vel fricatio oculi, quę in principio rei procedit curſu conturbationis: & neq; aduenit eius cura, niſi poſt ſcabiei fricationem. [h] Ophthalmia vero omnino eſt apoſtema in coniunctiua, & alia quidem eſt, quę eſt apoſtema ſimplex non pertranſiens terminum apparitionis ſeu exuberationis venarum, & curſus, & doloris. Et alia eſt, quę eſt magna pertranſiens terminum in magnitudine, in qua ſuperabundat albugo ſuper pupillam, & tegit eam, & prohibet clauſionem, & nominatur [i] chymoſis: & apud nos dicitur aluardinegi, quę plurimum accidit infantibus propter multitudinem materierum eorum, & debilitatem oculorum ipſorum. Et ipſa quidem non fit à materia calida tantum, immo & à phlegmatica, & à melancholica. Et quoniam ophthalmia vera eſt apoſtema non in pupilla immo in coniunctiua. Et H [k] omne apoſtema, aut eſt à ſanguine, aut cholera, aut phlegmate, aut melancholia, aut ventoſitate, tunc [l] ſimiliter ophthalmię non euacuatur cauſa ab vna iſtarum cauſarum. Et quādoq; humor apoſtemans generatur in ipſo. Et [m] qn̄q; eſt aduenicns ei à cerebro ſm ſemitam catarrhi per viam velaminis extrinſeci cooperientis caput: aut per viam velaminis intrinſeci: et omnino à cerebro et partibus ipſius. Nam [m] cum in cerebro aggregantur materię plurimę, & repletio, tunc vix euadit oculus quin ophthalmiam incurrat: niſi fortis fuerit valde. Et α quandoq; ſunt arterię, quę effundunt ad ipſum ſuperfluitates ſuas, cū ſunt ſuperfluitates in ipſis multiplicatę: ſiue arterię ſint intrinſecę, ſiue extrinſecę. Et qn̄q; materia non eſt eueniens ei à parte cerebri, & capitis: ſed aduenit ei à parte aliorum membrorum: & proprie cum oculum iam conſecuta eſt malitia complexionis, & debilitauit eum, & fecit ipſum ſuſceptibilem nocumentorum: & eſt ad quem effunduntur illę ſupfluitates. [n] Amplius de ſpeciebus ophthalmię eſt, quę habet periodum, & paroxyſmū ſm periodū effuſionis materię, & periodū horę gn̄ationis eius. Et [o] vehemētia quidem doloris in ophthalmia: aut eſt pp humorē mordicatiuū corrodentē tunicas, aut pp humorē plurimū extenſiuū: aut pp vaporē groſſum et ſm variationē in illo, tūc eſt variatio ī dolore, et inde eſt raritas in dolore. Et mate-

rię

*Infra* β
A Li.1.F.3.d.2.c.1.
B † Fen.10.t.1.c.dorium.
*Infra* γ
*Infra* δ
C † furn.
D T.4.c.4. de verbo ad verbum.
*Supra* γ
*Supra* β
*Supra* δ
*Supra* δ
E De verbo ad verbum. t.4.c.4.
*Supra* α
F G. de ocul. pte. 3.c.8.f, & Paul. lib.3. c.22.108.40.
F Pau. ibidem.
G † Ser.t.2.c.1. ophthalmia nō vera.
H G.2. art. cur. ad glau. c.1. fo.121.d, & 4. de cōpo. sec. phar. ſcdm loc. c.1.f
I G. de remed. parat. fac. c.10.d
k Li.1.F.2.do 1.c.5. & Ga.13. metho. c.4.g
L Raſ. lib. diuiſio. c.19.
M Gal.3. aph.12.f
*Infra* α
N Gal.1. de diff. feb. c.11. fo.40.e
O Cap.7. & Ga. 4. meth. c.12.h



A riæ quidem illius ſicut α ſciuiſti: aut ſunt ex corpore, aut ex capite ipſo, aut ex venis, quæ oculo afferunt materiam malam calidam, aut frigidam. Et qn̄q; ſunt in oculo ipſo, & illud ſi accidat tunicis oculi corruptio complexionis propter humorem retētum in eis: aut ophthalmiam prolongatam ſuper eas & conuertat totum, quod aduenit ei de nutrimento ad corruptionē. Et [a] ille cuiuſcunq; ſunt oculi exterius prominentes, eſt ſuſceptibilior magnitudinis ophthalmiæ, et eminētiæ propter humiditatem ipſorū oculorum: & apertionem pororum ipſorum. Et [b] qn̄q; quidem multiplicant lachrymæ frigidæ in ſpeciebus ophthalmiæ, propter priuationem digeſtionis: & [c] multoties reſoluitur ophthalmia cum ſolutione naturę. Et ſcias, ꝙ malitia ophthalmiæ eſt ſm qualitatem materię: & magnitudo eius, ſm quantitatē ipſius. Et [a] ſcias, ꝙ in regionibus meridianis multiplicat ophthalmia, & remouetur velociter. Sed aduentus eius in ipſis plurimum eſt propter curſum materierum eorum, & multitudinem vaporum earum. Sanitas vero eius in ipſis velox eſt propter raritatem pororū membrorū eorum, et ſolutionem naturarū ipſorum. Quòd ſi ſubito ſuperueniat eis frigus, fit difficilis ipſorū ophthalmia: propterea, ꝙ aduenit ei res ab extra occurrens, & prohibēs motum curſus humoris tepidi, ſeu calidi. [a] In regionibus autem frigidis, & temporibus frigidis minoratur ophthalmia, ſed eſt praua. Et paucitas quidem eius in eis eſt propter quietem humorum in ipſis, & congelationē eorū. Eius vero prauitas eſt, qm̄ qn̄ comprehenduntur in membro, nō reſoluuntur B velociter pp coarctationem meatuum: quare extēduntur magnifice, donec accidat vt ex eis findat ſiphac. [d] Cumq; β præcedit hyems ſeptentrionalis, & ſequitur ipſam ver meridionale pluuioſum: & æſtas habens aerem turbidū calidū, multiplicatur ophthalmia. & [e] ſimiliter qn̄ hyems eſt calida & meridiana, replet corpus humiditatibus: & deinde ſequitur eam ver ſeptentrionale, tunc conſtringit eos: & [f] æſtas quidem borealis multiplicat ophthalmiā, & proprie poſt hyemem meridianam. & β qn̄q; multiplicatur etiam in æſtate cuius ver fuit meridianum: & ſicca hyems & ſeptētrionalis. Et [a] tu quidem compara corpora dura ad regiones ſeptentrionales: & corpora lenia & rara ad meridionales regiones. Et ſicut regiones calidæ faciunt ophthalmiam, [g] ſimiliter balneum valde calidum, quando homo ipſum ingreditur proculdubio facit ophthalmiam. Et [h] ſcias, ꝙ quādo adeſt ophthalmia, & oculi alteratio perſeuerat cū cura recta, & purgatione vltima: tunc cauſa eius eſt materia retenta in oculo corrumpens nutrimentum: & catarrhus ex cerebro, & capite, ſecundū quòd declarauimus in illis, quæ ſunt præmiſſa.

*Signa.* *Cap. 7.*

SCias, [i] ꝙ dolorum, qui in oculo contingunt, alij ſunt mordicatiui, corroſiui, & alij extenſiui: & mordicatiui quidem ſignificant corruptionem qualitatis materiæ: & acuitatem ipſius: & extenſiui ſignificant multitudinem eius, aut vētoſitatem. Et ophthalmia velocioris ſtatus eſt, in qua C lachrymæ magis currunt, & quæ acutiorem habet mordicationem: & tardioris eſt, quæ eſt magis ſicca. Et lippitudo quidē eſt ſignificatio vera maturationis, aut groſſitiei materiei. Lippitudo nāq; quæ eſt velox cum leuitate accidentium, excepta grauitate oculi, eſt ſignificatiua groſſitudinis materiei. & illa cui aſſociatur maturatio, & cum qua eſt oculi leuitas in initio parumper, & reſoluitur velociter, eſt laudabilis. & [k] illa cuius granum eſt paruū minus eſt ſignificatiua oculi bonitatis. Paruitas autem grani, maturationis ſignificat tarditatem. [l] Cumq; palpebrę cōglutinari incipiunt, tūc iam maturationis adeſt propinquitas: ſicut dum perſeuerat curſus aquoſus, eſt initium adhuc. Poſt hoc aūt dicamus, ꝙ cōturbatio cognoſcitur leuitate ſui, & cauſa ſui, & priuatione apoſtematis eminentis ſeu apparentis. Et ophthalmiam quidem quæ eſt cum cōitate capitis, ſignificat ſoda & grauitas capitis. Nam ſi via fluxus à cerebro ad oculum non [m] eſt niſi per velamen extrinſecum cooperiens caput, frons eſt extēſa, & venæ exteriores ſunt plenę: & ſimiliter inflatio incipit venire ad palpebram: & in fronte ſunt rubedo, & pulſatio: & [m] ſi eſt per velamen intrinſecum, nō apparet illud, & apparet ſternutatio, & pruritus in naſo & palato. Et ſi eſt cum cōitate ſtomachi, aſſociatur ei nauſea, & conturbatio: & ſignum illius eſt humor in ſtomacho. [k] Sanguinem vero ophthalmiā ſignificant color oculi, & exuberatio venarum, & pulſatio temporum, & reliqua ſigna ſanguinis in partibus cerebri: & ꝙ nō lachrymatur plurimum: ſed lippitudinē patitur, & conglutinatur apud ſomD num. [k] Cholericam autem ſignificat punctura vehemēs, & dolor aduſtiuus, & inflammatiuus vehementer, & rubedo parua, & lachrymæ ſubtiles acutæ: & qn̄q; exulcerat: & qn̄q; euacuatur à lachrymis euacuatione ophthalmiæ ſanguineę, & non conglutinantur apud ſomnum. & huius quidem generis eſt quędam, quę eſt rubedo adueniens oculo. & eſt de ſumma vlcerū pernicioſorū: & qn̄q; cauterizat oculū, & exulcerat ipſum, faciens exulcerationē motiuā & ambulatiuā. Ophthalmiæ preterea cholericę eſt genus pruritiuū & exiccatiuum cum paruitate rubedinis, & paruitate lippitudinis: & non apparet āpati ipſius quantitas de qua ſit curandū, neq; curſus: & eſt ex materiā parua acuta. [k] Sed phlegmaticam ſignificant grauitas vehemens, & caliditas parua, & rubedo debilis; immo in ea vincēs eſt albedo: & ſunt lippitudo, & conglutinatio apud ſomnū, & eſt cum inflatione: & cōicant ei facies, & color. Quod ſi eius principium eſt ſtomachus, aſſociatur ei nauſea. & phlegmatica quidem qn̄q; conſequitur hoc, vt in ipſa excreſcat cōiunctiua ſuper nigrum propter magnitudinem apoſtematis: veruntamen non eſt manifeſtæ rubedinis, neq; vehementis: neq; ſunt cum ea lachrymę, ſed lippitudo. [k] Melancholicam vero ſignificant grauitas cum offuſcatione, & exiccatio, & perſeuerantia, & paruitas conglutinationis. Cum ventoſa autem eſt extenſio tantum ſine grauitate: et neq; eſt curſus: et quandoq; rubedinem facit euenire extenſio.



*Supra* α
A Raſ.2. conti. t.2. c.1.p.1.
B Ariſt. ſect.31. problema.24. & G. de toti. morb. tempo. c.3.g, & Raſ.1. con. t.2.c.1.p.2.
C Hip.6. aph. 17. & G.4. apho.2.h
D Hip.3. apho.11.
*Infra* β
E Hip. ibidem. 12.
F Hip.3. apho.13.
*Supra* β
G Raſ. ibi.34.2.
H Cap.9.
I Cap.6.
K Raſ.2. cont. t.2. c.1.p.3.
L G. de tpib. toti. morb. c.3.g.h
M Raſ.31.2.

*Cura conturbationis .i.* Taraxis. *Cap.* 8. E

IN cura conturbationis & illius, quod curritur curſu ophthalmiæ leuis, [a] quandoq; cauſæ ſufficit abſciſſio ſcilicet ſi fuerit cauſa iuuatiua à repletione ſanguinis, aut alterius, cũ euacuatione. & quandoq; ſufficit ſedatio motus eius & [b] diſtillatio lactis, aut albuginis oui, aut alterius rei in ipſo. Et ſi conturbatio fuerit ex percuſſione, diſtilletur in oculum [c] ſanguis columbæ calidus, aut alterius, aut ex ſanguine ſui ipſius. & quandoq; ſufficit euaporare ipſum cum ſpongia, aut lana infuſa in oleo roſa. & decoctione lactis, aut decoctione lentis, aut diſtilletur in ipſum lac mulieris ex mamilla calidum: q ſi illud non confert, tunc [d] decoctio fœnugræci & ſiefal. Illi vero, quæ ex frigore accidit, confert balneum ſi non fuerit factum apoſtema ophthalmicũ, & [e] non fuerint caput & corpus repleta: & confert ei vaporatio cum decoctione chamæmillæ: & [e] vinum ſubtile poſt tres horas à cibo: & ſomnus longus poſt vinum eſt ex curis iuuãtibus: ſiue ſit ex ſole, aut frigore, aut alijs. Et ophthalmia quidem cuius cauſa eſt ſcabies, & eſt leuis, fricetur ſcabies in primis: deinde curetur ophthalmia: & quandoq; remouetur poſt fricationem ſcabiei per ſeipſam. Quod ſi magna fuerit non tolerans approximationem regiminis fricationis adminiſtrentur ſubtiliatio, & lenificatio, & mundificatio: ita vt fiat ophthalmia obediens, & toleret approximationem inter ſe, & inter regimen fricationis.

A Aeti. lib. 2. ſe. 3. c. 3.
B Ga. li. 10. ſimp. medi. facul. 73. h. & 4. de cõpõne phar. ſecundum lo. c. 3. & c. 4. c
C G. de med. facile para. cap. 11. g. & Dioſ. lib. 2. c. 71.
D G. 4. de cõpõne phar. ſcdm loc. c. 2. g, & c. 4. c
E Gal. 6. aph. 31. f

*De cura communi ſpecierum ophthalmiæ, & effuſione fluxuum ad oculum.* *Cap.* 9. F

CAnon communis in regimine ophthalmiæ materialis, & reliquarum ęgritudinum oculi materialium, eſt minoratio cibi, & ipſius ſubtiliatio, & [f] electio eius, quod generat humorem laudabilem: & alienatio omnis vaporoſi: & alienatio omnis rei, quæ eſt male digeſtionis, & alienatio coitus & motus, & inunctionis capitis & vini, & alienatio comeſtionis acetoſi, & ſalſi, & acuti: & aſſiduatio lenitatis naturæ. Et [g] phlebotomia ex cephalica eſt conueniens omnibus ſpeciebus eius. Et [h] oportet quidem vt viſus patientis ophthalmiam non cadat ſuper albedinem, & ſuper radios immo ſit, quod ſubſternitur ei, & quo ipſe circundatur, nigrum & viride: & ſuper faciem eius ſuſpendatur [i] pannus penitus niger apparens oculo eius. Et niger quidem ſit in diſpoſitione ægritudinis: & [k] cœleſtis in diſpoſitione ſanitatis: & [l] oportet vt ſit dómus in qua habitat ad tenebroſitatem declinãs. Et [l] oportet vt ad ipſum attrahatur ſomnus: eſt enim medicamen bonum. Et [m] expedit ne pili permittantur prolongari, quoniam valde ſunt nociui ophthalmiæ, niſi fuerint capilli [n] †{merſelan}-in radice. Illud enim confert inquantum exiccant humiditates attrahendo ad nutrimentum eorũ. Et [o] cum corpus eſt mũdum, et humor faciens ophthalmiã eſt effuſus in venis: & ex genere ſanguinis groſſi, & proprie in fine ophthalmiæ, tũc balneationis impreſſio in ſubtiliando materiam, & potus vini puri ad commotionem ipſius, & ad expellendum ſeu ad euacuandum ſunt iuuantes. Et [o] balneum quidem poſt euacuationem eſt melius medicamen ad ophthalmiã: & G proprie ſi fuerit vaporatio ſedans dolorem. Et ex eis quibus oportet regimen eſſe in ophthalmia, & reliquis ægritudinibus oculi materialibus, [p] eſt eleuatio puluinaris, & cautela deſcenſionis eius. Et oportet vt ex toto elongetur oleum à capite patientis ophthalmiam, quoniam ipſum eſt vehementis nocumenti, & diſtillatio olei, & ſi ſit oleum roſa. in aurem eſt valde magni nocumenti. Et quandoq; magnificat ophthalmiam adeo, vt ſtringat tunicas. [q] Quòd ſi fuerit materia procedens ex membro, tunc oportebit vt euacuetur membrum illud, & trahatur ad contrarium partis cum qualibet re. ſ. per clyſtere, aut phlebotomiã, & alia. Et fortaſſe non ſufficit phlebotomia ex cephalica: & eſt neceſſaria [r] phlebotomia arteriæ temporis, & auris, ad abſcindendum viam per quã aduenit materia: & illud qñ materia aduenit oculo per arterias extrinſecas. Cumq; voluntas adeſt incidendi iſtas arterias capitis, oportet vt radatur caput, & [s] conſideretur, quæ illarum paruarũ arteriarũ ſit magis pulſans, & maior, & calidior, & incidatur, & eius eradicatio, ſeu extractio fiat perfecta ſi eſt ex eis, quæ inciduntur ſeu extrahuntur: & ſunt paruæ, non magnæ. Et qñ inciditur illa, quæ eſt ſuper tempus, oportet vt ligetur in primis, deinde abſcindatur poſtquam eligit illud cuius præterijt rememoratio. ſ. vt ſit poſt euacuationem, & abſcindatur maior minorum, & calidior earum: & oportet ante inciſionem, vt ligetur, quod eſt in ea inferius cum filo [t] ſericino ligatura longa: & dimittatur ligatura in ipſa: deinde incidatur, quod eſt poſt ipſam. Et cum putrefit conueniẽs H eſt vt auferatur ligatura: & ipſa quidem eſt neceſſaria in ea, quæ eſt maior. In [u] parua vero ſufficit vt profunde ſcarificetur, quatenus currat, quod in eis eſt de ſanguine. Et [x] qñq; eſt illi proxima in iuuamento ventoſatio nocræ & poſitio ſanguiſugarum ſuper frontem. Et quãdo non iuuat illud, quod fit, fiat phlebotomia [y] ex lachrymali angulo: & ex vena frontis, cum tamen ventoſæ nocræ ſunt vltimi iuuamenti. Cumq; prolongatur ægritudo adminiſtrentur ſief, in quibus ponuntur æs [z] vſtum, & atramentum vſtum: & qñq; ſufficit facere [x] alcohol ex aloe ſolo: & [a] cum prolongatur ophthalmia, & non iuuatur ab aliquo: tunc ſcias, q in tunicis oculi eſt materia mala corrumpens nutrimentum ſuperueniens ei: quare recurre ad aliquid, quod ſit ſicut [b] abluta tutia, permiſta lenitiuis, ſicut ceruſſa, & clymia aurea abluta, & amylo, & pauco gummi. Et [x] quandoq; cauterium ſuper verticem eſt neceſſarium, vt retineatur catarrhus. Quãdoq; enim eius perſeuerãtia eſt propter perſeuerantiam catarrhi. Cum autem initium eſt ex velaminibus intrinſecis, tunc cura eſt difficilis, niſi ſit radix ſeu fundamentum curationis eius ſuper euacuantia fortia, cũ adminiſtratione emplaſtrorũ confortantiũ caput cognitorum ad hanc rẽ: ſicut eſt emplaſtrũ factũ de ſpica, & roſa, & acacia cũ aqua coriandri humidi, & ipſo coriãdro humido, & ſicco, cum pauco croco, dimiſſum ſuper

F Cap. 4.
G G. 2. de art. cur. ad glau. fo. 102. g
H G. 10. de v. par. c. 3. h, & 1. de ſymp. cau. c. 6. b
I Raſ. 2. conti. t. 2. c. 2. 33. 2. & 35. 2.
K Ga. 1. de ſymp. cau. c. 6. b
L Raſ. 33. 2.
M Raſ. 33. 4. & Ga. 11. de v. p. c. 13. f
N † plani
O Gal. 6. aph. 31. f
P Raſ. t. 9. c. 15. & 2. con. t. 2. c. 2. 35. 2.
Q Gal. 13. metho. c. 22. d
R Li. 1. F. 4. c. 20. & G. de anat. viuo. 15. b, & 4. de cõpõne phar. ſcdm loc. c. 1. fo. 150. b
S Gal. 13. metho. c. 22. f
T Gal. ibi. f
V Gal. 13. metho. c. 22. e
X Pau. li. 3. c. 22. fo. 109. 15.
Y Gal. de anat. viuo. 55. a
Z Gal. 4. de cõpõne phar. ſcdm lo. c. 4.
A Cap. 6.
B Raſ. 2. contin. c. 2. 35. 2.





A locum vna hora, aut duabus: deinde remoueatur, & quandoq; adminiſtrãtur in ea glutinatiua, & contemperantia materias acutas. Et genera lactis ſunt ex ſumma eorum. Et non eſt conueniens vt dimittatur diſtillatio eius in oculo tempore longo: immo oportet vt remoueatur, & renouetur omni hora. Et de eis eſt albugo oui: & non eſt neceſſarium in ipſa vt renouetur, immo ſi dimittatur horis aliquibus, non nocet: & eſt laudabilior in hoc lacte: & ſi ſit lac magis abſterſiuum: & albumen quidem oui aggregat cum lenificatione, & applanatione ſua, ſi non adhæſerit, & non ſtrinxerit poros. Et decoctio fœnugręci aggregat cum lenificatione ſua, & maturatione ſua, vt faciat planum, & ſedet dolorem, & oleum roſa. eſt huius generis. Et [a] penitus oportet, vt non ſit in medicina adminiſtrata in oculo, & proprie in ophthalmia, aſperitas neque qualitas ſaporis ſicut amari, aut acetoſi, aut acuti. & [b] oportet quidem vt conteratur valde, quatenus ipſius remoueatur aſperitas. & quanto plus tibi eſt poſſibile vt intendas cum calefacientibus ſapore priuatis. Nam illud eſt bonum. Interdum vero adminiſtrantur caputpurgia lenientia, & quæ eorum curſu procedunt exiſtentia ex eis, quæ per nares materiei partem extrahunt: & de quibus tunc non timetur, quòd ad oculum aliam trahant materiam. Gargariſmata quoque quandoq; adminiſtrantur in ea. Et de medicamentis quidem iuuatiuis, eſt vaporatio ex aquis tepidis [c] cum ſpongia, & lana. Et quandoque adminiſtratio ſemel facta aut bis, ſatis ſufficit: & quandoque eſt neceſſarium vt plurimum B iteretur ſecundum fortitudinem ophthalmiæ, & eius debilitatem. [c] Cumq; in aqua qua fit vaporatio meliloti, & fœnugręci fuerit decoctio, erit vltima in conferendo. Interdum præterea ſuper frontem liniuntur apocruſtica: & proprie cum via effuſionis materiei, eſt velamen extrinſecum. Et hæc quidem apocruſtica ſunt ſicut cortices bathekæ proprie, & ſicut ſief memithe, & ſicut [d] †{feluzaharagi,}-& aloes, & ſemen roſ. & crocus, & ſarcocolla: & quæ ſunt ſicut aqua ſolatri, & aqua virgæ paſtoris: [e] & ſimiliter [f] †{alhauſegi, vel hauſegi,}-& ſauic hordei, & ſolatrum, & cydonium. Quod ſi ſuperfluitas fuerit vehementis caliditatis, & tenuitatis, adminiſtrentur epithemata vehementis ſtypticitatis, ſicut de gallis, & balauſtijs, & tribul. & emplaſtrum ex eis ſuper vias fluxuum vel catarrhorum adhibitum habet maximam efficaciam: & hoc quidem cum materia fuerit calida. Sed ſi fuerit frigida, tunc fiant ex eis, quæ exiccant, & conſtringũt, & confortant membrum cum calefactione, ſicut epithemata ex ſambuco, & [e] ſulfure, & baurac. Et oportet quidem vt oculus aſſidue mundificetur à lippitudine ex lacte diſtillato in ipſum: & laua ipſum aut cum albumine oui. Quod ſi tactus fuerit neceſſarius, oportebit vt ſit cũ facilitate. Et oportet ſi fuerit ophthalmia vehemẽs, vt [g] fiat phlebotomia vſquequo timeatur lipothymia. ſanguinis nãq; plurimi emiſſio ſanat in hora. Et [h] oportet inquantum poſſibile eſt, vt retardetur in ophthalmia collyriorum adminiſtratio vſq; ad tres dies: & ſufficiat regimen prædictum ex euacuationibus, & attractione C materierum ad extrema: & aſſiduet, quod diximus ex locis & diſpoſitionibus. Deinde ſi poſt illud adminiſtretur collyrium, non erit malum: plerunq; enim ſanatur ophthalmia his rebus abſq; cura alia. Naturæ vero lenitas eſt res, quæ eſt neceſſaria: immo etiam neceſſarium vt ſolutione educatur humor dominans ſanguini poſt phlebotomiam. Et [i] in vaporatione quidem non exiſtit bonitas ante mundificationem, neq; in balneo. Et quandoq; fit illud cauſa attrahendi materiam plurimam diſrumpentem tunicas oculi. Et [k] oportet vt in principio non adminiſtrentur inſpiſſatiua fortia, & quæ ſunt vehementer ſtyptica: quoniam inſpiſſant tunicas, & prohibent reſolutionem; & magnificant dolorem: & proprie cum dolor fuerit fortis. Et ea etiam quæ debiliter conſtringunt in principio non ſufficiunt ad prohibendam materiam: & nocent propter inſpiſſationem tunicarum, & conſtringunt materiam in eis, q ſi aliquid horum contingeret, ſuccurre cum vaporatione ex aqua calida ſemper: & ſolum collyrium albũ diſſolutum in aqua meliloti eſt conueniens: fortius nanq; illo cum repletione capitis qñq; eſt ei nociuum. [l] Reſolutiua vero in principio ophthalmiæ vehementer deuita. Et quandoq; eſt neceſſaria poſt iſta ſtyptica, & proprie quando eis narcotica ſunt admiſta, diſtillatio aquæ zuccari, & aquæ mellis in oculo. Quòd ſi prouenit ex iſtis commotio ægritudinis, infrigidabis eam cum eo in quo non ſit inſpiſſatio ad ſuccurrendum ei, & oportet vt intendas ſicut diximus ante hoc ad mundificationem lippitudinis cum facilitate: & non noceas H oculo: in lippitudinis nanq; mundificatione eſt doloris alleuiatio, & abſterſio oculi: & medicinis adeſt poſſibilitas operandi. Et quandoq; doloris vehementia facit neceſſariam ſtupefacientium adhibitionem, [m] ſicut ſucci pomorum mãdragoræ, & lactucæ, & papaueris, & aliquid ex ſumach, et pręterm ittantur illa quantũ eſt tibi poſſibile, q ſi aliquid eorum adminiſtras propter neceſſitatem, adminiſtra ipſum ſm cautelam. & ſi poſſibile eſt tibi vt ſis contentus cum albumine oui conquaſſati cum aqua in qua papauer ſit decoctum fac: & fortaſſe oportebit vt ponas cũ eo fœnugręcum: vt iuuet ad ſedandũ dolorem ex parte reſolutionis, et reſoluat etiam, et remoueat nocumentum ſtupefactionis: quod ſi materia eſt ſubtilis et corroſiua, non eſt [n] malum apud me vti [o] opio, & ſtupefactiuis: ipſum nanq; eſt ſanans eam, et non ſuccedit dolor: quamuis oporteat credere, q inquantum viſui nocet, eſt malum. verum vti opio, & ſtupefactiuis in doloribus à materia corroſiua prouenientibus propter cauſam permanentem ſanat celeriter. Et cura quidem mordicationis eſt ex conglutinatiuis, & infrigidatiuis, & ſubtiliatiuis. Et cura extenſionis eſt cum mollificatione oculi, & reſolutione per ea, quorum vnumquodque diximus in loco ſuo, & permutatione materiei. Cum autẽ ægritudo ſit chronica tunc [m] eſt phlebotomia facienda ex lachrymalibus: & [p] phlebotomandæ ſunt ambæ arteriæ, quæ ſunt poſt aures. Et oportet vt patiens ophthalmiam, & pa-

A G. 4. de cõpõne phar. ſm lo. c. 1. 150. b. 4, & c. 4. b
B Gal. 13. metho. c. 22. b
C G. 4. de cõpõne phar. ſm lo. c. 2. h
D † Gal. lycium,
E Raſ. 2. cont. t. 2. c. 2. 35. 1.
F † ſpina ſancta.
G Aet. lib. 2. ſer. 3. c. 8. & Raſ. 33. 4.
H Raſ. 34. 2.
I G. 13. meth. c. 22. c
K G. 4. de cõpõne phar. ſm loc. c. 1. g, & 6. apho. 31. e
L Galé. 13. metho. c. 22. d
M G. 4. de cõpõne. phar. ſecundũ loc. c. 3. h
N Vi oppoſitum li. 1. F. 4. c. 30.
O Pau. li. 3 c. 21. 109. 25.
P Ga. 4. de cõpõne phar. ſecundũ loc. 150. b

tientes rheumatiſmos ad oculos, deuitent quemadmodum multoties diximus inunctionem capitis, & diſtillationem alicuius olei in aurẽ. Et [a] penitus curæ ophthalmiæ, eſt ſicut cura reliquorum apoſtematum ex repercuſſione primo, & reſolutione ſecundo: verũtamen exigitur propter membrum ipſum ſuperflua facilitas: & eſt vt illud, quod repellit, & repercutit, & ſubtiliat, & quod reſoluit, & abſtergit, non ſit laborioſi tactus, lædens ſenſum, faciens euenire aſperitatem. Et illud quidem non completur, niſi ſit ſtypticitas eius, quod repercutit, temperata: & mordicatio eius, quod reſoluit, læuis parua: immo eſt melius vt ſit in illo exiccatio ſine mordicatione: & vt violentia laboris eius frangatur per illud, quod eis admiſcetur de eis, quæ ſunt ſicut albumen oui, & [b] lac mulieris mulctum ſuper cõfricationem collyrij quo fit alcoſol. Cum autem materia iam eſt euacuata, & dolor non eſt in ſummo laboris, adminiſtra [b] collyrium nominatum vnius diei, commiſtum cum eo, quod ſit ſicut vitellus oui: & neq; eſt longinquum quin ſanetur infirmus in die ſuo: & [b] ingrediatur balneum in ſero. Sitq; illud, quod ſufficit ad reſoluendum reſiduum materiei ſicut eſt collyrium de ſpica. [c] †{Et quandoq; hora facit neceſſariũ vt in ipſo adminiſtres ſief ex ſief alipſtitath in die primo rem modicam: & addas in die ſecundo de eo,} & erit cum eo ſalus: cumq; materia [d] in obediens fuerit in ophthalmia antiqua ad diſſoluẽdum tunc forſitan eſt neceſſarium aliquid quod ſit ſimile ſucco cucumeris aſinini. E

*De cura ophthalmiæ calidæ cholericæ ſanguineæ & eryſipilæ.* *Cap.* 10. F

Regimen cõmune ophthalmiæ cuius cauſa eſt materia cholerica, aut ſanguinea, eſt phlebotomia & euacuatio. Nam ſi cauſa fuerit ſanguis calidus cholericus, aut cholera ſola: confert cum phlebotomia euacuatio ex decoctione [e] myrabol. & qñq; ponitur in ipſa [f] turbit. Quod ſi cũ ea fuerit aliquantulũ groſſitiei, & ſciueris, ꝙ materia ſit imbibita in velaminibus cerebri, confortabis eam cũ [f] hierapig. & fortaſſe ſufficit in huiuſmodi infuſio [f] aloes: & ſi illic fuerit caliditas, erit aqua in qua ipſe infundetur aqua endiuiæ aut aqua pluuialis, & in omnibus illis oportet quidem, vt in initio fiat emplaſtrum oculo ex infrigidatiuis, quæ ſunt expreſſiones, ſicut expreſſio linguæ arietis, & expreſſio foliorum †{alkalef,} & mucilagines, & diſtillatio earum in ipſo: deinde albumen oui cũ lacte aſinæ, aut ſolum. Deinde collyrium album, & reliqua collyria, quæ rememorabimur in apocruſticis. Et [g] neq; in eis finem conſequaris, propter quem tunicæ inſpiſſantur, & materiæ conſtringantur, & dolor fortior fiat. Cumq; repuleris materiam per euacuationẽ, & attractionẽ, & apocruſtica, tunc gradatim tendas ad maturatiua: & ſint in primis miſta cum apocruſticis. Eſt ergo in primis conueniens eorũ commiſtio cum aliquo, quod ſit ſicut aqua roſ. Et in generibus quidẽ [h] lactis eſt virtus maturationis. Et in mucilagine pſyllij eſt cũ repercuſſione maturatio quędam. Et mucilago ſeminis cydonij eſt vehementioris maturationis, q̃ ipſa. Et aqua fœnugręci bona maturationi, eſt ſedatiua doloris: & eſt maturatiuorum dignior vt ab ea incipiatur: & non eſt in ipſa attractio. G Et ſi eſt neceſſarium ingroſſare aliquid ex illo fiat cum mucilaginibus: aut infrigidare, fiat cum ſuccis: & iam expertus eſt ſuccus arboris, quę gręce nominat̃ athatha, & perſice aſech, vel [i] †{zerſech} in principio ophthalmiæ calidæ, & in ſtatu eius: & fuit conueniens cum proprietate forti. Et ſucci quidem iſti quandoq; coagulantur, & reſeruantur. Poſtea tranſi ab huiuſmodi ad decoctionẽ meliloti, in qua ſit diſſoluta [f] ſarcocolla alba proprie nutrita cum lacte mulieris, & aſinæ. Cumq; declinare incipit, adde in adminiſtratione reſoluentium, quod ſit fortius ſicut ſarcocolla in aqua fœnugræci, & fœniculi: & vaporatio ex aqua in qua decocta ſint [k] crocus, & myrrha. Et adminiſtra balneum ſi ſciueris, ꝙ cerebrum ſit mundum. Et da in potu poſt cibum per aliquas horas aliquid vini antiqui puri in parua quantitate: nam balneum poſt ipſum in aqua calida, & vaporatio ſi fiat, erit illud iuuamen. Et adminiſtratio etiam collyriorum narratorum in [l] antidotario ad declinationem ophthalmiæ, & finem eius. Quod ſi materia fuerit ſanguinea, adhibebis ventoſas poſt phlebotomiam: & aſſiduabis fricationem extremitatum, & conſtrictionem earum plusq̃ in alijs: & adminiſtrabis in principio rei ſuccos prædictos, deinde admiſcebis ei medullam panis: poſtea infunde panem illum in rob, & permiſcebis in ipſo: & fortaſſe oportebit vt permiſceas cum illo parumper opij, ſi fortis fiat dolor. Quod ſi materia fuerit cholerica, euacuabis poſt phlebotomiam cum eo, quod educit choleram. Et adminiſtrabis balneum ex aqua dulci. Et quandoq; conueniens erit H effundere aquam frigidam ei ſuper caput & oculum. Et [f] quandoq; lauatur facies ex aqua frigida cui admiſcetur parum aceti, & confert. Et oportet vt in cholerica ſit maior audacia in adminiſtratione ſtypticorum in principio cum ſuperfluitate: & in adminiſtratione collyriorum ſtypticorum diſſolutorum in ſuccis. In eryſipila autem, quæ eſt ex ſumma illius, oportet vt adminiſtrentur poſt euacuationem cum ſolutiuis, & clyſteri emplaſtra facta ex corticibus granatorum decoctis ſuper prunas, & tritis cum rob, aut melle: & aſſidue fiat ei euaporatio cum ſpongia calida: & facere emplaſtrum ex farina orobi, & frumenti decocta cum ſyrupo mellis, aut cum radice liquiritiæ trita cõfert ei. Et oportet vt aſſidue abluatur oculus cum lacte, & aſſidue infrigidetur, & humectetur. Sed ſufficientia in infrigidantibus, eſt ex eis, quæ tardant, & hebetant: & quando reſoluitur ægritudo, & remanet rubedo fac emplaſtrum ex vitello oui aſſati, & contriti cum croco, & melle, & reliquis, quæ ſcripta ſunt ad eryſipilam in [l] antidotario.

*De cura ophthalmiæ frigidæ.* *Cap.* 11.

IN ophthalmia frigida facta à materijs frigidis oportet vt euacuetur humor frigidus. Et quandoq; eſt neceſſarium iterare, ſiue ſit potio, ſiue clyſterizatio, ſiue gargarizatio. Et vt ſit initium curæ

A G. 4. de cõpo. phar. ſecundũ lo. c. 2. f. g
B Gal. ibidem.
C † Gal. ibi. & Ra. 2. cont. t. 2. c. 2. 34. Admiſcere autẽ ei circa primam inũctionẽ, minimum quiddã acrium, & ſiſtentium medicamentorũ oportet: & circa ſecũdã paulo amplius quiddã priore: ſufficiũt hæ duæ pharmaci exhibitiões, & deambulatiũcula ei qua non multa ante balneum.
D Raſ. 2. cont. t. 2. c. 2. 33. 3.
E Raſ. li. diui. c. 33.
F Ser. t. 2. c. 1.
† ſalicis.
G Gal. 4. de cõpo ſi. ſcdm loc. c. 1. g
H Li. 2. t. 2. c. 41.
I † acuta ſpina.
k Gal. c. 4 c. d.
L Li. 5. ſũ. 2. t. 2.



A curæ à repercuſſiuis, quæ non ſunt infrigidantia valde. Sed ſint illa in quibus eſt ſubtiliatio aliqua, ſicut myrrha, & ſarcocolla. Et ſi adminiſtraueris [a] collyrium de ſpica cum aquis commẽſuratis, erit conueniens. Et ſi in tunicis pupillæ non fuerit nocumentum, facies alcohol ex aqua in qua bullita ſint crocus, & calcadis, & mel. Et oportet vt liniatur in principio frons ex calcadis: & proprie cum via materiei eſt per velamen extrinſecum: & ſimiliter non eſt malum ſi abluat faciem ex aqua in qua diſſoluitur calcadis, & proprie quando via materiæ eſt ex velamine extrinſeco. Et ſi liniantur palpebræ in principio ex theriaca, & ſulfure, & arſenico, eſt bonum. Et potus theriacæ etiam confert. Et iam quidem experta ſunt in hoc folia alkerua contrita, & commiſta cum anetho, & folia maluæ decocta in vino. Nos vero dicemus in [b] antidotario troch. conuenientes ad liniendas palpebras. Et aqua quidem fęnugræci, & mucilago ſeminis lini eſt ex eis, quorum diſtillatio in oculum patientis ophthalmiam frigidam, confert. Et poſt illud collyrium rubeum lenitiuum, & collyrium rubeum maius, & [c] †{ſief alame zidachiana,} & ſarcocolla diſſoluta in ſucco foliorum capparis. Et emplaſtrum ex folijs capparis ſolum. Et confert omnibus iſtis regimen ſubtile, & adminiſtratio balnei, & vini puri albi.

*De cura aluardengi.* i. Chymoſis. *Cap.* 12.

B OPhthalmiæ vero, quæ facta eſt vardenegi: cura eſt euacuatio, & phlebotomia, & ventoſatio, & quandoq; eſt tibi neceſſarium incidere arteriam. Quod ſi fuerit ex ophthalmia calida, & euacuaueris ex toto corpore, & ex venis capitis, & ventoſaueris, oportebit vt adminiſtres ſicut collyrium album de repercuſſiuis, & ſicut ſucci lenitiui frigidi. [d] Emplaſtra vero exteriora ſunt, ſicut crocus, & folia coriandri, & melilotum cum vitello oui, & pane infuſo in rob vuæ. Et quandoq; eſt neceſſarium vt eis admiſceatur de narcoticis aliquid. Et [d] linimenta etiam ſint ex huiuſmodi, & ex memithe, & litio, & aloe. Et [e] ex eis quidem, quę experta ſunt ad eam eſt vitellus oui cũ adipe vrſi, de quibus fiat ſicut emplaſtrum, & ſuperponãtur ſuper oculum: & cum dolor fit fortis infundatur in coagulato vuæ. Deinde conteratur cum vitello oui, & ſuperponatur oculo. [e] Cum autem dolor fit fortior, infundatur crocus contritus cum lacte, & ſucco coriandri, & diſtilletur in oculum. [f] Quidam vero diligunt in vardenegi vt adminiſtrentur curæ extrinſecæ, & ſufficiat diſtillatio lactis tribus diebus in oculum, ſi diſpoſitio, illud tolerauerit. Et illi quidem, qui alcohol adminiſtrant, iam experti ſunt vardenegi, & ad omnem dolorem vlceratum, & fiat alcohol ex ſarcocolla, & croco, & ſief memithe, & opio. Quod ſi fuerit vardenegi poſt ophthalmiam frigidam groſſam, purgabis cũ hieris neceſſario, & adminiſtrabis mucilagines lenificantes factas cum ſucco caulis, aut aqua decoctionis eius. Et quandoq; erit tibi neceſſariũ permiſcere eas cum aqua ſolatri. & quandoq; erit tibi neceſſarium vt permiſceas eas cum myrrha, & croco.

C *De cura ophthalmiæ ventoſæ.* *Cap.* 13.

OPhthalmia autem ventoſa curatur cum embrocis, & vaporationibus, & balneis. Et vaporatio quidem ex milijs eſt iuuantior vaporationũ, quæ fiunt ei. [g] Quidam vero præſumptuoſi qñq; audent adminiſtrare narcotica apud doloris vehementiam, & id vt ſedetur in hora. Sed ipſe excitatur poſt horam vehementius, q̃ prius fuit: propterea, ꝙ prohibet reſolui ventoſitatem.

*Sermo vniuerſalis de medicinis ophthalmiæ vſitatis.* *Cap.* 14.

COllyrium quidem album. Nam ipſum eſt conglutinatiuum, infrigidatiuum, ſedatiuum doloris, rectificatiuum humoris mordicatiui. Quandoq; admiſcetur ei opium, & fit vehementius ſedatiuũ doloris: ſed fortaſſe nocet viſui, & prolongat ægritudinem propter ſtupefactionem, & cruditatem quam facit. Et ex eis, quæ procedunt ſuo curſu ſunt troc. roſarum: ſunt enim maximi iuuamenti, & ſunt maiores & minores. Et tu quidem [h] inuenies in antidotario trochiſcos, & collyria huius generis. Et inuenies in tabulis oculi medicinarũ ſingulariũ repercuſſiua, ſicut [i] †{merdaſengi,} & [k] dragaganthum, & [l] litium, & [m] roſa, & [n] antimoniũ alasſheani, & [o] acacia, & [p] †{memithe,} & ſandalum, & gallæ, & lutum ſigillatũ, & reliqui ſucci, & gummi, & reliqua. Et de ſingularibus quidem quæ ſunt propria materijs groſsis ſunt, ſicut [q] myrrha, & [r] crocus, & [s] olibanũ, & ſpica, & caſtoreum, & parũ [t] æris rubei aduſti, & [u] aloe proprie, & [x] amomum, & [y] cornu cerui D aduſtum. Menſurare autem humorem cũ eo, quod eſt frigidius, & cũ eo quod eſt calidius, eſt illud quod pertinet ad induſtriam artificialem in particularibus. Reliqua vero permiſta experta dicam in antidotario. Et ex repercuſsiuis expertis ad vehementiam doloris, & materiã groſſam, eſt encauſtrum ſeu tinctura nigra [z] †{alſachafe} cũ melle puro: & aqua fęnugręci ponatur in angulis lachrymalibus cũ ſtilo. Sed de compoſitis ſunt ſicut collyrium [a] †{aſtaſithican,} & rubeum lenitiuum, & collyrium de ſcedenegi maius, & troch. de ſeminibus ex ſumma eorum ſunt boni vltime.

TRACTATVS II. *de reſiduis ægritudininibus eius, quod de oculo apparet, & plurimum eius eſt de ægritudinibus compoſitionis, & continuitatis.*

*De veſicis.* i. [b] Phlyctænis, & Puſtulis. *Cap.* 1.

COntingunt in oculo veſicę aquoſæ in quibuſdam corticibus [c] corneę, quę ſunt quatuor tunicæ. Et hæc quidem aquoſitas coarctatur inter duos cortices horum, iiij. Et eius quidem [d] locus proculdubio diuerſificatur: & qui eſt profundior eorum, eſt [e] deterior, & diuerſificatur ſm augmentum & diminutionẽ in quãtitate: & diuerſificat̃ pp ſuum colorẽ, & eſſentiã ſuam. Et qñq; diuerſificatur pp [f] dulcedinem ſuã, ſeu pp ſapore eius inſipidũ, & acuitatẽ ſuã, & corroſionem ſuã: et quęcũq; earũ eſt ad corticẽ primum, eſt

A Aet. libr. 2. ſer. 3. c. 11.
B Lib. 5. ſum. 2. t. 2.
C † ſtellæ.
D Raſ. 2. cont. t. 2. c. 2. 33. 1.
E Raſ. ibi. 33. 4.
F Raſ. 34. 1.
G G. 3. meth. c. 2. d
H Li. 5 ſum. 2. t. 2.
I † Dioſ. li. 5. c. 48. plumbũ crematũ.
K Dioſ. lib. 3 c. 20.
L Dioſ. lib. 1. c. 114.
M Dioſ. li. 1. c. 112.
N Dio. lib. 5. c. 49.
O Dioſ. lib. 1. c. 115.
P † Dio. li. 3. c. 82. glaucium.
Q Dio. lib. 1. c. 67.
R Dioſc. li. 1. c. 25.
S Dioſ. lib. 1. c. 71.
T Dio. lib. 5. c. 42.
V Dioſ. lib. 3. c. 22.
X Dioſ. lib. 1. c. 14.
Y Dioſ. lib. 2. c. 50.
Z † Dioſ. lib. 5. c. 65. chalcitis
A † Ga. 4. de medi. cõpo. ſm loc. c. 2. g vnius diei.
B Aet. libr. 2. ſer. 3. c. 29.
C T. 1. c. 1. & Ga. li. de ocu. par. 4. c. 10. & Haly 9. the. c. 13.
D Haly. 9. the. c. 13
E Gal. lib. de ocu. par. 4. c. 10. b
F Haly. & Gal. de oculis. c. 10. b

a nigra, quoniam illa non b prohibet viſum à comprehenſione vueæ: & profunda prohibet à comprehenſione ipſius, quoniam radius eſt remotior ad hoc vt ipſam faciat peruiam, quare videtur alba. E Et plurima aquoſitas acuta eſt mala: quoniam lędit cum extenſione, & corroſione ſimul: & quanto plus eſt profundior, eſt plus extenſiua, & plus dilatans, & corrodens. Quæ autem ex ea opponitur foramini, nocet viſui & propriè cum eſt corroſiua, & vlceratiua.

A Aet. lib. 2. ſer. 3. c. 29. B Haly. 9. theo. c.

*De cura.* *Cap.* 2.

CVra ipſius dum perſeuerat paruitas eius, eſt cum medicinis exiccatiuis: & cum eis, quæ ſunt ſicut medicamen de luto ſamij: & eſt vt ſumantur luti ſamij torrefacti, vnc. iij. & tuciæ. ʒ. i. & clymiæ lauatæ & antimonij abluti amborum ana, vnc. ij. & ſcoriæ æris ablutæ, vnc. iiij. opij, vnc. iij. gummi vnc. iiij. terantur cum aqua pluuiali, & fiant ex eis collyria: & adminiſtrentur cum aqua fœnugræci: & quando magnificata fuerit curetur cum ferro.

*De vlceribus oculi & corneæ.* *Cap.* 3.

VLcera oculi generantur ſm plurimum ab humoribus acutis, aduſtis: & ſunt ſeptem ſpecies: quatuor à ſuperficie corneæ, quas c Gal. nominauit vlcera: & accidit propter eas aſperitas. prima earum eſt vlcus ſimilis fumo exiſtens ſuper nigrũ oculi expanſa, occupans locum magnum: & nominatur d †{alchaſi,} & fortaſſe nominat chateman. Deinde eſt ſpecies altera, & eſt profundior, & eſt vehementius alba, & minoris quantitatis, & nominatur e †{nubes:} & fortaſſe nominatur etiam chateman. Et deinde eſt ſpecies f tertia g †{coronalis,} & eſt ſuper corona nigredinis, quæ quandoq; h occupat de albo coniunctiuæ aliquid: & videtur, ꝙ eſt ſuper pupillam albũ, & quod eſt ſuper coniunctiuã, rubeum. Et quarta nominatur aduſtiua, & nominatur etiã lanoſa, & exiſtit in eo, quod apparet de pupilla, ac ſi lana pauca etiã ſuper ipſum. Et tres ſunt profundæ, quarum vna nominatur i †{aulunun,} ſubmerſam habens profunditatem: & eſt vlcus ſtrictum, profundum, mundũ. Et ſecũda nominatur k †{luluma,} & eſt minoris profunditatis, & latioris occupationis. Et tertia eſt vlcus, quod nominatur l †{alſicume}. ſ. & aduſtiuum, & eſt etiam vlcus ſordidum, habens cruſtas, in cuius mundificatione eſt timor: humiditas enim currit propter corroſionem panniculorum, & corrumpitur cum ea oculus. Vlcera vero in oculo fiunt aut ſucceſſione ophthalmiæ, aut ſucceſſione bothor, aut propter percuſſionem: & multoties quidem eſt principiũ vlceris interius, & diſrumpitur ad exteriora, & econuerſo.

C Li. ſinitionũ di. 48. d. & Aet. li. 2. ſer. 3. c. 25. & Raſ. conti. l. 8. c. 2. g. 4. & Ser. 1. 2. c. 11. D † Aet. caligo. E † Aet. nubecula. F Aet. c. 26. & Pau. li. 3. 113. 30. G † argemon. H Cap. 8. I † Paul. li. 3. bothryõ. i. foſſula. K † Paul. coeloma. L † Pau. epicauma.

*De ſignis.* *Cap.* 4.

SIgna vlceris in eo, quod de oculo apparet ſunt, ꝙ eſt punctum album, ſi eſt ſuper pupillã, & rubeũ, ſi eſt in coniunctiua, & eſt cũ eo dolor vehemẽs, & pulſatio: & qñ eſt ſanies, quæ inuenitur in panno, qui ſuperponitur alba, ſignificat dolorem debilem, & pulſationem fortem. Si vero fuerit citrina, & fuſca, aut ſubtilis erit in illo leuior: & ſi fuerit rubea, tunc dolor erit leuior valde. G

*De cura vlceris.* *Cap.* 5.

CVm fuerit vlcus in oculo dextro, dormiat ſuper ſiniſtrũ. & qñ fuerit in ſiniſtro, dormiat ſup dextrum, & oportet vt ſubtiliet regimen in primis. Cum ergo diſrumpitur vlcus, declinet regimen ad extremitates, & ad pullos vt non debilitetur virtus, & non conſolidetur vlcus: & multiplicentur ſuperfluitates corporis eius: & oportet vt non repleatur: & nõ clamet nec ſternutet, quantum poſſibile eſt, neq; ingrediatur balneum, niſi poſt maturationem ægritudinis: ſi autem ingrediatur neceſſarium eſt ei vt non prolonget moram: & ſit fundamentum ſeu radix curæ in mundificando caput, cum euacuatiuis trahentibus ad inferiora: & ſimiliter confert in eis ventoſatio ſuper crus plurimum, & phlebotomia ſaphenæ, & aſſiduatio ſolutionis ventris, omnibus. iiij. diebus cũ eo, quod educit ſuperfluitatem acutam, ſubtilem ex decoctionibus, & infuſionibus: & ſi fuerit hæc ophthalmia, curetur prius cum euacuatione prædicta in capitulo ſuo, & cum medicinis aggregantibus ſedationẽ doloris, & conſolidationem vlcerũ cum eis, quæ ſunt ſicut ſief m †{alneſaſtegi,} & n †{alchenduri,} & ſief de ceruſſa, & diſtillatio lactis mulieris in oculo. Et ſi fuerit hic curſus, permiſceat ei illud, quod habet virtutẽ prohibitiuã. Et ad ſummũ canon electionis medicinarum in ipſo eſt, o qñ oportet vt eligatur oẽ, quod exiccat abſq; mordicatione. Et ſi calor fortis fiat, tunc adminiſtra collyriũ alſedenegi lenitiuum. Et collyrium olibaninum eſt valde iuuatiuum. Et de collyrijs H quidem iuuatiuis, eſt collyrium ſetalicũ, & conis. Et ſi fuerit curſus, collyriũ p †{darmius & emelluydion:} & ſi fuerit curſus cũ acuitate, tunc damus collyriũ ſarianum, & ſi fuerit ſine acuitate, tunc adminiſtramus collyrium in quo ponitur myrrha, & ſpica nardi. q Quod ſi in vlceribus fuerit ſordes, tunc cũ ſyrupo de melle: aut cum aqua fœnugręci cum aliquorum collyriorum prædictorum aut cum mucilagine ſeminis lini: aut cum lacte mulieris. Et ſi fuerit corroſio vehemens neceſſariũ erit adminiſtrare darcametilon. Et qñ mundificatur vlcus, tende ad deſiccatiua abſq; mordicatione, ſicut collyrium de olybano, & ſicut olibanum ipſum r †{alneſaſtegi,} & ceruſſa, & plumbum aduſtum ablutũ, & collyrium album, & collyrium alabar proprie, & ſimiliter cinis oſtraci ablutus cum albumine oui: aut cinis oſtraci magni ablutus cum æquali menſura ſui de ſedenegi. Deſcriptio collyrij luberis, & eſt forte. s Recipe clymiæ. x. & vij. aur. ceruſſæ ablutæ, vnc. i. amyli, & opij, & draganganthi omnium ana aur. ij. terantur & fricentur cum aqua pluuiali, & conficiantur cum albumine oui. Aliud eiuſdem nominis, & eſt forte. t Recipe clymiæ aduſtæ, & ceruſſę ablutę, vnc. viij. myrrhæ aur. vij. antimonij aduſti abluti aur. i. amyli aur. vi. plumbi aduſti abluti, & talk amborum ana drach. iiij. dragaganthi. ʒ. viij. terantur cum aqua, & conficiantur cum albumine oui.

M † de amylo. N † de thure. O Ga. 4. de cõpõne phar. ſecundũ loc. c. 3. b. Vide pau. qa quaſi oĩa ab ipſo accepit li. 3. 113. & 114. P † paul. 113. & 114. dyahydras, & chal cun. Q paul. 114. 5. R † amylum. S G. 4. de cõpõ. phar. ſecundũ loc. 154. f T Ga. & in paul. differt. & 155. a

De



*De rupturis corneæ. i.* Proptoſis, de oculi procidentia. *Cap.* 6.

A QVandoq; fit ab vlcere præcedente: & quandoq; fit à cauſa extrinſeca, ſicut percuſſione, aut caſu diſrumpente: & tunc apparet vuea. Quod ſi illud quod de ea apparet eſt res modica, nominatur a formicalis, & almuſaragi, & aldebabi, ſeu aldebani. i. muſcalis, et illud eſt ſm magnitudinem, et paruitatem. Si autem eſt augmentatior b illa ita vt appareat in ea granum vuę, nominatur vuea: & quę eſt maior, nominatur veſicalis. Si autem egrediatur vuea valde, ita vt ſeparetur inter palpebras & cooperturam, b nominatur clauſalis: & quando albificatur vuea, non eſt ei ſanitas. Et ſcias ꝙ cum cornea rumpitur in longitudine, non videtur albedo: ſed videtur ſciſſura, & eſt quaſi ſpeculator ſeu oculus ſit elongatus ſeu eminens ad extra. Et poſſibile quidem eſt vt hoc declaretur modo manifeſtiore: & dicatur, ꝙ ruptura qñq; fit in omnibus partibus corneæ, & corticum eius: et c eſt eminentia de ſubſtantia corneæ, et qñq; fit in quibuſdam partibus corneæ, et qñq; eſt eminentia ex ea ipſa, & eſt apud corroſionem quorundam corticum eius: & aſſimilatur veſicis: ſed differt à veſicis mollibus, & duris: qm̃ propter veſicas molles, et duras fiunt in albedine oculi rubedo, & lachrymæ, & pulſatio: & deprimitur ſub radio vel ſub ſtylo. Sed non eſt ita hic. Eminentia vero quæ fit propter fracturam corneæ in omnibus ſuis corticibus, aut eſt cum apparitione ſeu exitu totius vueæ: aut cum quadam parte eius. Eius autem ſpecies ſunt quatuor parua muſcalis, et B formicalis quæ quando minoratur ſimilatur veſicæ molli, & veſicæ duræ: & ſeparatur ab ea: qm̃ eſt ſm colorem vuæ in nigredine, & alzarcha. i. colore cœleſti ſeu griſeo vel glauco: & alshele. i. colore vario. i. colore medio inter colorem nigrũ, & cœleſtẽ, ſeu griſeum. Quod ſi differat color eius à colore tunicæ vuæ, etiam veſica eſt. Et qñq; verificatur per conſiderationem in re eius. Si videtur circundans in radice eius res alba ſicut filum: & illud quidem non eſt niſi extremitas rupturæ corneæ, & albificatur ſm conſolidationem. Et ſecunda eſt illa quã prędiximus, et nominauimus vueã. Et tertia eſt maior illa, & prohibet cooperturam: et dicitur veſicalis, & clauſalis. Et quarta eſt quaſi ipſa ſit ex genere veſicalis, veruntñ eſt chronica coniuncta cum eo, quod egreditur ex cornea, procedens ab ipſo: & dicitur orbicularis: & eſt ſimilis armilæ fuſi coniunctæ cum fuſo.

A Haly. 9. theo. c. 15. B Pau. lib. 3. ſo. 114 C Aeti. lib. 2. ſer. 3. c. 34.

*De cura.* *Cap.* 7.

CVm perſeuerat in via generationis eius, cura eſt cura vlcerum et d †{bothor,} & ſm ꝙ diximus: ꝙ indigent mundificatione corporis, qualiſcunq; ſit ęgritudo, euacuando per phlebotomiã, et ſolutionem. Et poſt euacuationem, adminiſtretur balneũ ex aqua dulci: et proprie quando eſt in complexione acuitas pręter quod moretur in aere balnei niſi parum. Et neq; etiam multiplicet ſubmerſionem capitis ſui in aqua fontis: ſiue ſit calida, ſiue ſit frigida. Et neq; adminiſtrentur olea ſuper caput. Quædam enim illorum mittunt materiam ad oculum, propter reſolutionẽ ma- C teriei inuentæ in cerebro: & attrahunt quod non eſt in ipſo: & quædam eorum inſpiſſant poroſitates reſolutionis. Cum ergo non inuenit vacuum, currit ad extremitates cerebri. Et oportet quidem vt cibi ſint boni chymi, temperati, frigidi, humidi: & reliquum regimen ſimiliter. Et dum eſt bothor maturetur, & curetur cura vlcerum. Cum autem vlceratur, tunc adminiſtrentur in primis ſuper ipſam emplaſtra ſtyptica cum abſterſiuis, ſicut cydonia, & lentes decocta cum melle: & ſicut flos granati, & oliuæ, & vitellus oui, & crocus, & granatum muzum decoctum cum pauco aceto, & aqua agreſtæ, vehementer decoctum, deinde fiat emplaſtrum: aut ſi tolerat diſtilletur in oculum cum amylo, & ſimilibus. Cum autem ſit rupta, curetur cum cura rupturæ. Formicalis vero curetur cum prohibitiuis ſtypticis, & cum vaporationibus cum aceto, & aqua, & vino pontico, aut cũ aqua in qua bulliuit roſa, & fiat alcohol, ex collyrijs ſtypticis. Et ex medicinis quidem iuuatiuis in ipſa ſunt ſuccus foliorum oliuæ & ſuccus virgæ paſtoris. Et ex medicinis ſingularibus ſtypticis ſunt ſpica, & roſa, & plumbum aduſtum, & chimolea & terra ſigillata & ceruſſa. Et ex alcohol, gallarum partes duæ: deinde antimonij partes. x. Et ex collyrijs collyrium hamir, & handimur, & beditum de iſoles, & collyrium arabicum. Et ex eis quæ ſunt fortia, eſt collyrium berdenetriſeles. Et cũ ex eo diſtillatur aliquid, ligetur frons, & dormiat reſupinus. Collyrium forte ad illud, cinis fuſorij in quo purgatur æs, & crocus, & amylum, & dragaganthum conficiantur cum albumine oui D gallinæ nati ea die: & quandoq; ponitur in ea lapis iameni, collyrium bonum, & eſt collyrium berdemen conferens ſpeciebus bothor. Recipe antimonij aduſti abluti. iiij. aur. ceruſſæ, plumbi aduſti ablutæ. vi. aur. licij indi. xvi. aur. ſpicæ. vij. aur. polij. ij. aur. climiæ aduſtæ ablutæ aur. viij. acaciæ citrinæ. xx. aur. caſtorei aur. vij. tantundem aloes, gummi arabici. xx. aur. terantur cum aqua pluuiali, & fiant collyria. & ſcias quod neceſſarium eſt tibi quando incipit vlcus in eminentia vt facias adhærere oculo ligaturam, quæ ſuſtentetur, & reſupinationem. Illi vero quæ eſt clauſalis non eſt cura. e Et quidam propter pulchritudinem delinquunt, & abſcindunt eminentiam almuſeregiat, id eſt eorum quæ egrediuntur: ſed rectius eſt vt non moueatur: & fortaſſe ei effundetur materia: & permutabitur ad oculum alterum.

D † puſtularum. E Aeti. lib. 2. ſer. 3. c. 34.

*De bothor in oculo.* *Cap.* 8.

QVod eſt autem ſuper f corneam tendit ad albedinem, & quod eſt ſuper coniunctiuam eſt tendens ad rubedinem.

F C. 3. & Paul. li. 3. 119. G 15.

*De cura.* *Cap.* 9.

PHlebotomia & diſtillatio ſanguinis in oculum ſecundum ꝙ dicemus g in capitulo altarfati, & vaporatio oculi cum lana infuſa in albumine oui conquaſſati cum vino, et oleo roſ. et diſtillatio lactis

tio lactis

tio lactis in quo ponitur ſemen almaru: & ſiefalabar, & ſief chananum.

*De ſanie ſub ſiphac corneæ.* Cap. 10.

Hæc ſanies continetur ſub cornea [a] aut in profundo: aut in propinquo: & ſimulatur locus corneæ, vngulæ, & quando corroditur cum ea [a] pars nominatur [b] †{calcataren.}

A Paul.li.3.ca. B † vnguis oculi

*De cura.* Cap. 11.

Dixit [c] Paulus curatur cum eis quæ ſunt ſicut ſyrupus de melle, & ſuccus fœnugræci: et collyrium de olibano: aut aperiatur cum meliloto, & mucilagine ſeminis lini, & raphano humido decocto, ſi non prohibeat ophthalmia. Et mundificetur cum eis quæ ſunt ſicut collyrium de myrrha, & fumus terræ. Et ſi non fuerit vlcus adminiſtra hoc collyrium [c] Calcadis, croci amborũ ana vnc.i. myrrhæ drach.i. &.5. et mellis lib.i. Et etiam medicamen magnetis [d] factum ad vngulam. Et etiam medicamen de luto ſamio, prædicto in [e] capitulo de veſicis.

C Lib.3.ca.14. D C.13. E 2.

*De cancro in oculo.* Cap. 12.

Plurimum accidit in tunica cornea. Signa eius ſunt [f] dolor vehemens, & extenſio in venis oculi, [f] & punctura fortis, qua læditur tempus, & prodire cum mouetur habens ipſum, & rubedo in tunicis oculi, & ſoda, et [f] caſus appetitus cibi: et [f] læditur ab omni in quo eſt caliditas. [f] Et eſt ex eis in quorum ſalute non eſt ſpes, quãuis ſit ſpes in ſedatione eius: et nõ facit dolorem cancer in aliquo membrorum: qui ſit ſicut dolor eius, cum accidit in oculo. Et adminiſtratio quidem medicinarũ calidarum eſt ex eis quæ lædunt patientem ipſum, & augent dolorem intolerabilem. F

F Paul.lib.3.ca.

*De cura.* Cap. 13.

Si non fuerit excuſatio curæ eius, tunc ſit intentio [g] ſedatio doloris: & mundificetur corpus, & pars capitis ab humore fæculento, & nutriatur cibis boni chymi triticeis, in quibus nõ eſt calefactio: [g] & potus lactis confert ei. Et oportet quidem vt adminiſtretur in ipſo albumen oui cũ meliloto, & aliquid de croco: & collyrium album: & omne collyrium factũ ex eis, quę ſunt ſicut amydum, & ceruſſa, et gummi, et opium. Et omnia in quibus ponuntur reliqua leniẽtia, & ſtupefacientia: et collyrium ſamurdum, & collyrium meburium. Et cerotũ factum ex vitello oui, & oleo roſ.

G Aet.lib.2.ſer. c.31.

*De [h] †{garab,} & apoſtematibus lachrymalium.* Cap. 14.

Quandoq; [i] egreditur in lachrymalibus angulis oculi, exitura. Et quandoq; eſt dura, quę tactu mouetur, & non rumpitur, & eſt de genere glandularum. Et plurimum ſignorum eius eſt, quod videtur eminentia in lachrymalibus: & [k] inuenitur cum expreſſione, & dolet eius expreſſio: & multiplicatur cum ea ophthalmia. Et qñq; eſt exitura bothoralis faciens collectionẽ, & diſrumpitur, [l] & quando rumpitur, facit fiſtulam ſm plurimum. Et ambę communicãt in hoc, ꝙ vnaquæq; earum mouetur [m] ſub tactu: & ſubmergitur cum cõpreſſione, & eminet vel ſubleuatur cũ dimittitur: & qñq; eſt ſubſtantia eius bothor: et eminentia in profundo, quare eius eminentia exterius non apparet: verum ipſam ſignificat pruritus: & qñq; manus inuenit eam apud compreſſionem vltimam. G Et garab quidem eſt fiſtula adueniens in angulis oculi domeſticis. Et plurimum quidem eius ſuccedit exituræ, & bothor apparentibus in loco. Deinde rumpitur, & fit fiſtula: & exitura illa antequam rumpatur [l] nominatur [n] †{akilus.} Et qm̃ illud membrum eſt ſubtilis ſubſtãtiæ, videtur ab interiori eius vſq; ad ipſius exterius, ſicut concauitas quam inuenis à latere oſſis naſi, & à latere eius quod apparet de oculo. Cum ergo rumpitur, deſcendit penetrando, et fit difficilis conſolidationis: qm̃ membrum eſt humidum, & cũ humiditate ſua mouetur ſemper: et propter hoc fit fiſtula. Et eius quidem ruptura qñq; eſt ad exteriora, & qñq; ad interiora dextri aut ſiniſtri, & qñq; eſt ruptura eius ad ambo latera ſimul. Et multoties fit eius ruptura ad naſum, & currit ad ipſum. Et qñq; conſequitur malitia ſaniei eius ad os, & corrumpit ipſum deinde corrodit ipſum & corrumpit cartilagines palpebræ, & implet oculũ ſanie quæ egreditur cum compreſſione.

H † Aegilops I G.5.de cõp.ph. ſm loc.c. k Raſ.1.con. 1.38.1. L Paul.lib.3.ca. M Ra.1.cont. c.1.37.4 N † Aechilops

*De cura.* Cap. 15.

Algarab eſt ægritudo chronica: & quæ eſt ex ea leuior, eſt illa quæ eſt recens. Nam quę recens eſt curatur cum medicinis facilibus, quas dicemus. Chronicæ vero cura eſt in ea cauterium quod narrabimus: aut quod ſtat loco eius ſicut [o] diebardich. Incipiatur ergo, & fricetur fiſtula panno: deinde fiat licinium cum diebardich, & impleatur. Quidam autem exiſtimauerunt, ꝙ quando H mundificatur ab ea caro mortua, deinde ſubmergatur [p] cottũ in aqua ſiliquarũ nabati, et intromittatur in ipſa, cõfert vehementer. Et ſiquis vult adminiſtrare medicinã abſq; cauterio, tunc melius eſt vt exprimatur donec egrediatur quod eſt in ipſa: deinde abluatur cum vino ſtyptico diſtillato in ipſa: & ſi fuerit parum, & non egreditur, dimittatur vſq; ad duos dies, aut tres ligata, donec aggregetur aliquid quantitatem habens: deinde exprimatur, poſt lauetur: deinde diſtilletur in eam collyriũ algarab quod Mahomet filius Zachariæ ſibi comparat: & proprie quod ex eo diſſolutum eſt in aqua gallarum. Et melior quidem diſtillatio eſt diſtillatio quæ fit poſt diſtillationem interuenienter hora inter omnes duas diſtillationes. Et de meliore quidem regimine eius, eſt vt menſuretur eius profunditas cum tenta: deinde inuoluatur radius cotto ſubmerſo in medicinis, & ponatur in ipſa, ſiue ſit medicina currens, ſiue puluis. Et oportet quando adminiſtratur medicamen, vt ſtringatur cum panno, & adhibeatur quies. [q] Et de collyrijs quidem expertis eſt vt ſumantur arſenici rubei & attramenti, & cantharidarum, & calcis, & ſalis ammoniaci, & aluminis partes æquales, & aggregentur, & terantur cum vrina pueri, & ſiccentur, & adminiſtrentur ſicca. Quandoq; vero confert, in principio ſui, [r] et ante eruptionem, vt ſuperponatur ei attramentum, et ponatur ſuper ipſam ammoniacum,

O Raſ.1.cont. c.1.43.4. P Raſ.43.1. Q Hal.5.prac. R G.5.de cõpo. phar. ſm loc.



A ammoniacum, & [a] †{meiubegi,} & [b] ſimiliter nux rancida, & omne quod eſt fortis reſolutionis. Et qñq; teruntur [c] folia rutę domeſticæ cum aqua cineris, & ponuntur ſuper †{akilus} antequã cõſequatur os: & poſt conſecutionem eius conſolidat ipſum, & rectificat carnem. Sed mordicant in principio cũ ponuntur: deinde non mordicant. Et quando ſit garab, ſcias, ꝙ canon eſt in ipſo vt mundificetur in primis, deinde curetur. Et ex eis quæ mundificant ipſam, eſt vt ſumatur lanugo arundinis inuenta in interiore parte eius, & proprie propinqua radici eius, quæ quandam habet groſſitudinem, & ſubmergatur i melle, & adhibeatur algarab: & mundificabit ipſum. Deinde lauetur locus cum ſpongia infuſa in aqua mellis: & qñq; poſt illud apponitur lanugo arundinis ſicca ſola ſine medicina alia, & ſufficit. Et ex expertis quidem eſt ſiefmemithe, & crocus cum aqua altaraxacon, & ſine ceſſatione permutetur. [d] Et ex eis eſt vt terantur limaciæ cum oſtracis ſuis, et permiſceatur eis myrrha, & aloe, & adminiſtrentur. Et ex eis quæ conferunt in principio ægritudinis cum eſt adhuc pauca, & non eſt aggregata, & quandoq; confert in ea cum eſt vlcus. Et ex eis eſt [e] †{vdha} aduſtum, & crocus & taraxacon ſiccum cũ aqua infuſionis ſumach quæ ſtetit ſub ſole. Et ex mirabilibus in ipſa, ſunt folia rutæ cum aqua granatorum ſuperpoſita ei. Et de proprietate eius eſt ꝙ prohibet remanere veſtigium fœdum. Et oportet vt non cures de mordicatione eius. Et ex eis quidem, quæ rumpunt exituram, eſt emplaſtrum ex pane cum ſemine maru, & olibano cum B lacte muliebri: aut crocus cum aqua erucæ: [f] aut myrrha cum tertia ſui de gummi arabico confecta cum felle vaccino, & annectatur ſuper ipſam, & non moueatur donec ſanet eam: Et ex medicinis algarab eſt vt fiat licinium ex flore æris congelato cum olibano, & ammoniaco. [g] Et exiſtimauerunt Indi, ꝙ mes maſticatum ſanat eam. [f] Et exiſtimauerunt quidam eorum ꝙ myrrha ſola ſanat eã quando ſuper ipſam ponitur, & ex pulueribus expertis in ipſa, eſt vt ſumatur venarum pars vna, & ameos duæ tertiæ partis vnius, & terantur puluerizando, & puluerizentur in ipſa. [h] Et etiã medicamen compoſitum ex limatura æris & alumine & ſale ammoniaco: & confert ei ſanans. [i] Et ex medicinis vltimis, eſt vt ſumãtur atramenti, & aloes, & ſarcocollæ, & corticis thuris aduſti, & memithe partes æquales, & terantur, & cribellentur, & ponantur in lachrymali. Et aloes ſolummodo cum corticibus thuris etiã. Et conſidera reliquas medicinas dictas in antidotario, & proprie medicamen acutum viride, & conſidera medicinas tabularum medicinarum ſingularium. Cum autem conſequitur os, & nõ iuuatur medicinis: tunc neceſſe eſt ipſam ſcindere, & detegere à ſuo interiore, & aſſumere carnem mortuam, ſi fuerit, donec perueniatur ad os. & eius quidem regimen poſt illud, eſt ſecundum tres modos: ſi os eſt ſanum fricetur nigredo, ſi apparet in ipſa: & impleatur medicinis conſolidatiuis, et ſuperponatur, et ligetur, & dimittatur diu. Et ſi res fuerit maior iſta, tunc [k] neceſſarium eſt cauterium. Et quando neceſſarium eſt, vt in oſſe corrupto fiat foramen, C penetrans, & intendatur cum hoc, vt fiat cauterium quam profundius poteſt in infimo concauitatis, nõ declinando ad naſum, [h] neq; ad oculum: ne remoueatur, vel ne extrahatur coniunctiua immo declinando ad partẽ naſi in profundo: ita vt cum perforatur locus vno foramine, aut foraminibus paruis tribus, et penetret & currat ſanguis ad partem oris & naſi, fiat tunc cauterium vltimum cum cautela ꝙ non perueniat ad partẽ oculi. Immo oportet, vt teneatur oculus vltime: deinde cauterizetur: et puluerizentur in ipſo medicinæ: & ligetur cum panno. Et quandoq; excuſat cauterium à foramine: & fit ſufficientia in ipſo quantum poſſibile eſt. Et medicamen quidem alraſium eſt ex medicinis bonis in illo capitulo. [l] Et oportet quando fit cauterium, vt puluerizetur in ipſo medicamen: & ponatur ſuper ipſum oculum ſpongia infuſa aqua infrigidata: aut maſſa ſubtili infrigidata niue: & quotieſcunq; putatur vel exiſtimatur quod calefiat permutetur illa.

A † Staphis agria B Dio.libr.1.c.141. c Raſ.43.3. C Paul.lib.3.ca.39. † Aechilopen. D Raſ.43.1. E † genus cochyliorum. F Raſ.43.3. G Raſ.44.1. H Raſ.43.1. I Raſ.43.2. parum differt. K Ga.5.de cõpo. phar. ſecundũ loc. ca.b L Raſ.43.4.

*De additione carnis lachrymalium & diminutione eius .i. Enchanthis, Rhyas.* Cap. 16.

Quandoq; magnificatur caro hæc adeo, vt prohibeat viſum. Et qñq; minuitur valde ita vt occultetur adeo vt non prohibeat lachrymas: & plurimum [m] eius contingit ab errore medici in incidendo vngulam. Additio vero curatur medicinis inciſionis, & non fiat radicitus, & perueniant lachrymæ. [n] Diminutio autem perueniẽs ex inciſione, curam non habet. Quod ſi fuerit ex parte alia, qñq; poſſibile erit vt curetur medicinis generatiuis carnis, in quibus ſunt ſtypticitas, D & exiccatio ſicut medicinæ [n] factæ ex aloe, & memithe, & croco [o] †{cum vino. Et medicinæ factæ ex aloe, & veſigi cum vino:} & aloes ſolum, qñ puluerizatur ſuper lachrymalia, confert: et vinum ipſum confert: et proprie qñ decoquitur in ipſo illud quod habet virtutem conſtrictiuam.

M Hal.5 the.c.13 N Pau.li.3.113 20 O † Pau. Item collyria diacrocu iſcri... P Haly 5.the c.13.

*De albugine oculi .i. cicatricibus & albuginibus.* Cap. 17.

Scias quod albugo in oculo alia eſt ſubtilis proueniens in ſuperficie apparente, [p] & nominatur nebula, & alia eſt groſſa, & nominatur albugo abſolute.

*De cura.* Cap. 18.

Eius quidẽ quę ſubtilis eſt ex ea in corporibus eueniens teneris oportet vt aſſiduetur vaporatio cũ aquis calidis, & balneis in aqua calida. Deinde adminiſtretur lãbitio cũ lingua ſup eã ſemp. Et qñq; confert ei ſuccus florum papaueris rufi, & ſuccus centaureę minoris. Et iterũ venarũ pars vna, et ameos duę tertię partis vnius, fiat ex eis puluis. Et fortius eo eſt, vt ſumantur ſarcocolla, zuccarum tabarzet, ſpuma maris, ariſtol. & baurac, & fiant cum eis alcohol. Et ex eis quæ conferunt ſunt alcohol aſtarmachum, & alcohol alabar forte, & aſtafethichan, & [q] †{tharchamathicum.} In chronica vero groſſa, & frigida in corporibus groſſis, oportet vt adminiſtretur lenificatio albuginis cum vaporationibus, & lenificationibus, & balneationibus prædictis: & ſint collyria prædicta quibus

Q † trachomatica quæ detergunt.

quibus fit alcohol diſſoluta in aqua acori: aut in aqua ſalis gemmę fricati, & fiant cum eis alcohol in E balneo. Et ſi non profecerint balnea, adminiſtretur alcohol cum alkitram cum ære vſto, ex quibus fiat collyrium. [a] Et etiam collyrium de cornibus cerui. [b] Et etiam alcohol ex ſtercore lacerti ſolo: aut cum maſacumia: aut ęre adulto: aut cum ſale gemma torrefacto. Et fortius iſto eſt ſtercus hirundinum cũ [c] † {ſhed,} aut melle, & ſtercus [d] † {ſamabras} fiat alcohol ex eis mane & ſero. Et ex eis quidē quę ſunt experta eſt ſceha aduſtum cũ cancro marino, & climia auri. Et cum albugo eſt profunda adminiſtra. [e] † {memithe, & alſegi, et myrrham et ſtercus lacerti æqualiter:} et medicamen magnetis dictũ in [f] capitulo de vngula. Et q̃nq; adminiſtrãtur tincturę tingentes albuginē, de quibus eſt vt ſumatur [g] † {caducorum roſę granatorum paruorum,} et acatię, & [h] {calcadis,} et gũmi omnium ana [i] † {vnc.i.} antimonij, gallarum amborũ ana drach.ij. diſſoluantur cum aqua: et ſi nō inuenitur roſa granati, ſumatur cortex eius, aut caput eius, aut panniculus pulpoſus ſubalbidus, qui eſt inter grana eius. [k] Et æ iterum gallarum, & acatiæ amborum drach.ij. calcadis drach.i. fiat ex eis tinctura. Et ex tincturis eſt alcohol huiuſmodi plumbi aduſti abluti, croci, gũmi omniũ ana aur.ij. cineris furni fuſionis ęris abluti cum aqua pluuiali aur.ij. ſcoriæ æris ablutę aur.5. fiat ex eis alcohol. [l] Aliud bonum in vltimo, colcotar, gallarum viridium amborum ana aur. iiij. reſoluatur cũ aqua; & adminiſtretur multis vicibus. æ Aliud gallarum, acatiæ amborum ana partē.i. calcanti partem. 5. terantur cum aqua [m] † {ſachaichalnhanian.} F

*De ſebel.* Cap. 19.

Sebel [n] eſt panniculus accidens oculo, ex inflatione venarum eius apparentiũ in ſuperficie coniunctiuę, & corneę, & texitur quiddam in eo, quod eſt inter eas, ſicut fumus. Et eius quidē cauſa eſt repletio illarum venarum: aut à materijs currentibus ad eum per viam panniculi exterioris: vel per viam panniculi intrinſeci, propter repletionem capitis, & debilitatem oculi. [o] Q̃nq; vero accidunt ex ſebel pruritus, & lachrymæ, & panniculus, & nocumentum ex lumine ſolis, & lumine candelę, & debilitatur viſus ex ea: q̃m impedit & infert ei æſtuationem. Et nocet ei omne quod ei ſuperponitur. Et q̃nq; accidit oculo patienti ſebel vt fiat minor, & minoretur corpus pupillę eius. Et ſebel quidem eſt ex ægritudinibus quæ hæreditantur, & permutantur de vno ad alium.

*De ſignis.* Cap. 20.

Signa ſebel, cuius principium eſt velamen exteritus, ſunt ea quæ multoties diximus de exuberatione venarum exteriorum, & rubedine faciei, & pulſatione vehementi in temporibus, et in venis corneæ. & ſigna alterius ſunt quæ ſunt contraria iſtis in eo quod declarabitur tibi in [p] canone.

*De cura.* Cap. 21.

Oportet vt abhorreat cum ea omnia, quę abhorret habens fluxum ad oculum, quę ſunt ea quę diximus in primis: & non iterabimus ea nũc: et vt vtatur de euacuatiuis, et mundificatiuis eis G quę diximus: & vt vitet olea: & emplaſtra ſuper caput. Et caputpurgia abominantur in ea etiam: ſed ego non video malum in vſu eorum, cum caput eſt mundum. Et [q] Gal. quidem conceſſit vt in potu vinum daretur, & fieret vt poſt ipſum dormiret, cum eſſet mundus: & non eſſet materia in corpore, & capite eius: & videtur ꝙ hoc ſit conueniens in ſebel leui. In ea vero quæ fortis eſt non eſt excuſatio ab inciſione, & [r] melior quidem inciſio eſt vt penetrent fila multa ſub venis: & cum collecta vel adunata ſunt, trahãtur ad ſuperiora vt eleuetur ſebel, deinde incidatur cum macharad, id eſt cum forfice acuti capitis ad incidendum ne remaneat aliquid: deinde adminiſtretur regimen prohibens adhærentiam dictam in [s] capitulo de vngula. Et quando dolet oculus propter inciſionem non abſcindatur ab eo [t] vitellus oui: illud enim ſanat ipſum. Et poſt illud adminiſtrentur collyrium [v] rubeum & viride, vt reſoluatur reſiduum ſebel, & mundificetur oculus. Et melior quidē horarum ad inciſionem eius ſunt ver & autumnus: ſi verũ ſit poſt mundificationem & euacuationē, q̃m cum ſit ante euacuationem dolor declinare facit ſuperfluitates ad oculum. Medicinæ vero conferentes ad ſebel, non conferunt niſi recenti ꝟm plurimum. Ex eis vero quæ experta ſunt, eſt vt ſumatur cortex oui recentis ſicut cadit à gallina, & ferueat in aceto decem diebus: deinde coletur, & exiccetur in vmbra, et teratur, et fiat cum eo alcohol. Et ex eis quidē quæ ſunt experta eſt alcohol oculi cum cinere cui adiuncta eſt marchaſita. Et ex eis quæ experta ſunt, eſt alcohol oculi cum vrina, in qua dimittitur limatura æris cypri die vna. H Et ex compoſitis fiet eſt aſthifatichan, & rubeum lene, & rubeum acutum, & viride, & tharchamatichum, & ſiefruſacthegi, & medicamen magnetis prædictum: omnia illa ſunt in antidotario: & collyrium de alumine, & balauſtijs. & quando ſemel aſſociatur cum ſcabie expertum eſt collyrium ſumac ſolum. Et quandoq; ponitur in ipſo parum gummi arabici, & ſarcocollæ, & fit ex eo alcohol, abſcindit enim ſebel & remouet ſcabiem.

*De vngula.i.* Vnguis vel pterygium. Cap. 22.

Est [x] additio coniunctiuæ, aut velaminis continentis oculum, incipiens ꝟm plurimum à lachrymali, & currens ſemper ſuper coniunctiuam. Et quandoq; tegit corneam, & inuadit eam ita quòd cooperit foramen. Et eius quidem quædam eſt, quæ eſt durior, & quędam eſt quę eſt lenior. Et quandoque eſt [y] citrini coloris: & quandoq; eſt rubei coloris: & quandoq; eſt fuſci coloris: & eſt vngula cuius vicinitas cũ coniunctiua eſt vicinitas adherentiæ, quæ velociter denudatur qualibet ſuſpenſione: & eſt alia, cuius vicinitas eſt vicinitas vnitionis, & indiget excoriatione.

*De cura.* Cap. 23.

Melior cura eius eſt denudatio [z] cum ferro, & proprie eius quæ eſt lænis: duræ vero denudatio

A Pau.lib.3.7. B Pau.ibi.& G.4. de compōne phar. ſcd̄m loc.158.c C † fauo D † G.4.de cōpoſ. phar.ſcd̄m loc. c.lacertæ. E † Pau.lib.3.c.22. 10. Mamitã, Gumi ammoniaci, myrrhę troglodytis, crocodilorum ſimum, ana. F 23. G † Paul.li.3.c.22. 18. & Aeti. li.2.ſer. 3.c.4.d. Floris mali punici, cytinorũ, atramenti ſutorii. H † ——— I † drach iiii. k Aeti.libr.2.ſer.3. c.40. *Infra* æ L Ga.4. de comp. phar. ſecundũ loc. 153.b. vnū deſin. *Supra* æ M † papaueris albi. N Raſ.1.conti.t.3. c.1.37.3. O Raſ.37.3. P T.1.c.4. Q Li.6.aph.p.f R Raſ.libr.4.41.4. S 23. T Raſ.1.conti.t.3. c.1.41.1. V Raſ.41.1. X Aeti.li.2.ſer.3. 58. & Pau.li.3.c.22. Y Raſ.1.conti. c.1.45.3. Z Raſ.1.conti. c.2.45.4.



A tio quando non eſt facilis, perducit ad nocumentum. [a] Et oportet vt eleuetur cum vncinis ſio enim eius inciſionem facilem efficit. Quòd ſi prohibeatur, excorietur cum capillo: aut ſer. netrante ſub ea cum acu: aut radice pennæ ſubtilis: & illud quidem non eſt neceſſarium niſi in loco, aut duobus. Quòd ſi non ſufficit, neceſſaria eſt excoriatio ſubtilis cũ ferro non acuto. Et oportet vt eradicetur quantum poſſibile eſt, præter quod accidat carni lachrymali: & accidat lachrym. curſus: & color quidem diſtinguit inter ambas. [b] Et cum abſcinderis vngulam, diſtillabis in oculũ cyminum maſticatum cum ſale: deinde ſubuenies [b] mordicationi eius cum vitello oui & oleo roſ. & vio. Et quando non adminiſtres diſtillationem cymini maſticati cum ſale, adhæret coniunctiua palpebræ. Et propter hoc oportet, vt moueat æger oculum etiam omni hora. Deinde poſt tres dies adminiſtrentur collyria acuta vt reſiduum extirpetur. Adminiſtratio vero medicinarum laborioſarum in ipſa, eſt res quæ non multum valet in vngula quæ eſt groſſa: & cum hoc ipſæ non euacuantur à nocumento pupillæ acuitate ſua: neceſſarium enim eſt vt ipſæ ſint vehementis abſterſionis commiſtę cum putrefactiuis. Et ex collyrijs quidem expertis eſt collyrium amuticon, & coltami, & collyrium [c] cæſaris, & [c] baſilicon acutum, [c] ruſeminum, & diuaricon, & omnia iſta ſcripta ſunt in antidotario. Et ad eam quidem expertum eſt, [b] vt ſumantur æris vſti, & calcadis, & fel hirci partes æquales, & fiat ex eis collyrium. [c] Et vt ſumatur calcadis, & ſalis gemmę amborũ ana B pars.i. gummi medietas partis, fiat collyrium cum vino: aut ęs vſtũ, et calchãt, & cortices radicis capparis, & ſal ammoniacus, & fel hirci: aut vaccæ cum melle, aut mel ſolum cum felle caprino. [d] Aut magnetis, & floris æris, & magræ, et ammoniaci omnium ana partes.ij. & croci pars.i. & vnicuiq; vnc. illius admiſceatur, cotyla.i. mellis. Et etiam ex calcantho & ſale ammoniaco fiat alcohol: eſt.n. mirabile. Et ex eis quæ ad vngulam ſunt experta, & eſt propinquum impreſſioni denudationis, eſt vt ſumatur teſta catinorum de ſceni, & fricetur ab ea linimentum, et conteratur multum, & poſt illud commiſceatur cum oleo de ſeminibus cucurbitæ, & conterantur ſimul: deinde mittatur radius in cute, & accipiatur cum eo medicamen, et fricetur cum ipſo vngula aſſidue omni die multoties, ſubtiliat enim eam, & recedit cum ea. [c] Et oportet quidem vt inclinetur ante medicinarum adminiſtrationem ſuper vaporem aquæ calidæ tandiu, donec calefiat oculus: & rubificetur facies: aut ingrediatur balneum. [c] Quandoq; vero confert in vngula leui, vt teratur thus, & infundatur in aqua calida tandiu donec ſuper ipſum vna hora pertranſeat, et coletur, & fiat cũ ipſo alcohol.

*De altarfati.i.* Hypoſphagma. Cap. 24.

Est punctum ſanguinis recentis rubei, aut antiqui mortui, liuidi, aut nigri currentis à quibuſdã venis ruptis in oculo, [e] propter percuſſionē verbigratia: aut cauſa alia propter quã rũpuntur venæ ex repletione, & à patibus: ita vt rumpantur in ipſa, & ex ſumma earum ſunt clamor, & C motus laborioſus: & q̃nq; eſt ex feruore ſanguinis in venis: & quandoq; prouenit à tarfati proueniente ex percuſſione eruptio ſubtilis in pupilla, & eruptio quæ eſt in coniunctiua eſt ſalubrior.

*De cura.* Cap. 25.

Diſtilletur ſuper ipſum ſanguis [f] columbæ: aut [g] turturis, aut [h] † {alſuachet & aluraſen,} et proprie de ſub penna. Quod ſi fuerit in principio, permiſceatur ei aliquid de repercuſſiuis, ſicut eſt [i] lutum dictum chimolea, & lutum dictum armenum. In fine vero eius commiſceatur cum reſolutiuis vſq; ad arſenicum [i] cum luto ſigillato. [k] Et q̃nq; curatur cum lacte muliebri cum thure, & aqua ſalis: & proprie in qua diſſoluta ſunt ſal gemma: & ſal ammoniacus: & proprie q̃n ponitur in ipſa illud cum thure, & diſtillatur ex eo in oculum: & collyrium diuaricon cõfert ei valde: et medicamen factum [l] ex lapide piperis, & ſarcocolla partibus æqualibus, & arſenici quantum omnia: & q̃nq; admiſcetur ei ſal gemma, & fit ex eis collyrium. Et quãdoq; fit ei emplaſtrum de foris cum [m] † {kali} vſto [n] {cum vino: aut cum aceto.} [k] Et ſimiliter ex ſtercore columbino cum aceto, aut vino. Aut fit emplaſtrum [k] ex paſſis enucleatis ſolum cum aceto: & reliqua quæ dicta ſunt adhibeantur, & proprie cum fuerit apoſtema. [k] Et ſimiliter caſeus recens, & parum per ſalitus, & [k] cortices raphani: & melilotum cum ſanguine draconis, & radice lilij, & croco, & lentibus cum oleo roſ. et vitellō oui. Et reclinatio fiat ſuper aquam in qua decocta [k] ſunt hyſſopum, & origanum, & vapo- D retur ex ea ſola: aut cum aceto in quo decoquuntur cinis aut mēta: aut infuſione olibani cum aloe: aut cum aqua croci ſylueſtris: aut infuſione croci: aut decoctione chamæmillæ & meliloti: aut ſucco eorum: aut decoctione foliorum caulis: & fiat emplaſtrum ex folijs caulis decoctis & contritis. [l] Forti vero & antiquo: fiat emplaſtrum ex ſinapi contrito cõmiſto cum duplo ſui de carne ficus: aut arſenico fricato cum lacte: aut fiat ei emplaſtrum ex cinere decocto in vino, aut ameos, & hyſſopo cum lacte vaccino. Quod ſi cum tarfati acciderit ruptura in coniunctiua, maſticetur cyminum & ſal: & diſtilletur ſaliua in ipſo. Et folia alkaleſ conferunt ei valde quando ex eis fit emplaſtrum.

*De lachrymis.* Cap. 26.

Haec ægritudo eſt vt ſint oculi ſemper humidi [o] humiditate aquoſa. Et quandoq; currunt lachrymæ. Et earum quidem aliæ ſunt natiuæ, aliæ accidentales. Et de accidentalibus ſunt quę ſunt inſeparabiles in ſanitate, & ſunt aliæ ſequentes ægritudinem, quæ remouentur, ſi remoueatur ægritudo, ſicut fit in febribus. Cauſa autem in accidentalibus: eſt [p] debilitas retentiuæ, aut digeſtiuæ decoquentis: aut diminutio lachrymalis in natura [q] aut propter adminiſtrationem medicinæ acutæ: [q] aut ſucceſſione inciſionis vngulæ. Et principium quidem illius humiditatis eſt cerebrum & curſus eius ad oculum in vna duarum viarum prędictarum multoties. Quę autem natiuæ ſunt,

A Aet.lib.2.ſer.3. c.66. B Raſ.2.cont.t.5. c.2.45.4. C Raſ.46.1. D Paul.libr.3.fol. 11.34. E Paul.lib.3.fol. 10.37. F G.10.ſimp.me. ſec.72.h G Aeti.lib.2.ſer.3. c.34. H † columbi ſylueſtris. I Ser.1.1.c.1. I Paul.lib.3.10.37. L Raſ.1.conti.t.3. c.1.44.1 M † Paul. lapide ſeculari. N † ——— O G.1.de ſimplic. medi.fac.51.f P G.4.aph.52. Q Raſ.1.cont.t.3. c.1.77.4.

aut propter eradicationem inciſionis lachrymalis nō ſanantur. [a] Et curſus quidem lachrymarum, E qui fit in febribus, & in ęgritudinibus acutis, & eſt ſine cauſa, eſt propter nocumentum cerebri, & apoſtema cerebri. Et quandoq; accidunt in febribus vigilatiuis, quæ ſunt ex febribus ephimeris, aut febribus putridis ſanguineis. & quandoq; multiplicatur curſus lachrymarum in [b] frigore. Et iſtę omnes, quæ ſunt de genere earum quæ accidunt velociter remouentur ſequentes ægritudinem quæ ſi remouetur, remouentur cum ea etiam lachrymæ.

A Li.4.F.1.t.1.c.5. & Hip.4. apho.
B G.4. de ſimpl. medi.fac.c.1.c.

*De cura.* Cap. 27.

CAnon in cura earum eſt [c] adminiſtratio medicinarum æqualis ſtypticitatis. Earum vero quæ factæ ſunt ſucceſſione inciſionis vngulæ, aut corroſione eius per medicinam, cura eſt puluis citrinus, & troc. de croco, & collyrium de aloe, & collyrium de croco cum bengi: & vt fiat alcohol ſuper lachrymale ipſum cum thure: aut fumo eius proprie, et cum aloe, et memithe, et croco. Quod ſi iā finita fuerit, & ad finem peruenerit, non naſcetur vnquam. Illa autem quæ facta eſt non ab inciſione vngulæ, cum tutia, & cum alchohol de tutijs. Et proprie ſicut cum alcohol de tutia prædicto [d] in capitulo de albugine, & omnibus collyrijs viſcoſis, ſicut eſt collyrium album de ſarcocolla, & collyrium de aſtafthican, & reliqua, quæ dicta ſunt in antidotario. Et ex eis quæ experta ſunt in eis, eſt medicamen factum ex aqua granatorum acetoſorum cum medicinis. Et illius quidem confectio eſt vt decoquatur lib.i. ex eo vſq; ad medietatem: deinde ponantur in ipſo aloes ſcotrenſis, et F licij, & [f] † { felizheragi, } & croci, & memithe, omnium ana aur̄.ij. & muſci.ij. danich, & maneat ſub ſole. xl. diebus in vaſe vitro clauſo. [g] Et ex eis quæ experta ſunt in ipſis, eſt ingredi balneum in ieiuno, & morari in ipſo, & diſtillare acetum, & aquam in oculum multoties. Illæ vero quæ ſunt natiuæ recipiunt curam difficiliter.

C Haly.5.prac. 58.
D 18.
E Li.5.ſum.2.t.1.
F † lyciū Indicum.
G Raſ.1.9.c.34.

*De ſtraboſitate* .i. ſtrabiſmus. Cap. 28.

QVandoq; fit ſtraboſitas propter mollificationem quorundam lacertorum mouentium illud quod apparet de oculo, [h] & declinat ab aſpectu illius partis ad partem ei oppoſitam. Et qñq; fit à ſpaſmo alicuius eorum, & declinat oculus ad partem eius. Et qualitercunq; ſit, qñq; fit ab humiditate, & qñq; fit à ſiccitate, ſicut ei accidit in febribus acutis. Et illa quidem in qua ſpaſmus lacerti eſt cauſa, non fit niſi à ſpaſmo lacerti motiui: ſpaſmus enim eius eſt, qui facit euenire in oculo ſtraboſitatem, & nocumentum: ſpaſmus autem lacerti retinentis in radice non facit apparere nocumentum: immo confert valde. Et multoties accidit ſtraboſitas poſt quaſdam ægritudines cerebri ſicut epilepſiam, & karabitum, et ſcotomiam, et ſimilia propter aduſtionem, & ſiccitatem, aut repletionem. [i] Et ſcias ꝙ remotio oculi ad ſuperiora, aut ad inferiora, eſt illud quod facit videre rem vnam duas res: ſed ad duo latera, non infert viſui nocumentum de quo ſit curandum.

H G.de cā morb. c.7.h
I Gal.10.de v.a.c. 12.183.b

*De cura.* Cap. 29. G

STraboſitas vero illa quę eſt à generatione, non ſanatur niſi in diſpoſitione infantiæ valde humidæ. qñq; enim ſperatur vt ſanetur, et proprie cum eſt recens. In hoc enim oportet, vt æquetur cuna, & ponatur [k] candela in parte oppoſita ſtraboſitati, vt laboret ſemper aſpectus ad eam. [k] Et ſimiliter oportet, vt ligetur filum rubeum cum re quæ opponatur parti ſtraboſitatis: aut ſuſpendatur aliquid rubeum apud tempus oppoſitum, aut aurem, & totum illud fiat ita, vt eius aſpectus ipſum conſequatur: & videat illud cum paruo labore. Cum enim confert ille labor in æquando oculum. Et mittere, ſeu applicare aſpectum, ſeu intuitionem eſt ex eis, quę faciunt aſpectum rectum. Illi autem quibus accidit illud poſtquam magni ſunt, & ſenes, & eſt cauſa eius mollificatio, aut ſpaſmus humidus, oportet vt vtantur mundificatione cerebri cum euacuantibus, quæ diximus cum hieris magnis, & ſimilibus eis, & ſubtiliatione regiminis, & adminiſtratione balnei, & reſolutione. Et de medicinis quidem iuuantibus in ſtraboſitate, eſt vt fiat eis caputpurgium cū ſucco foliorum oliuæ. Quod ſi fuerit eius euentus à ſpaſmo ex ſiccitate, tunc oportebit vti embrocis humectatiuis. Et quando non affuerit febris, ſumat in potu lac aſininum cum oleis valde humectatiuis. & penitus oportet vt humectetur eorum regimen. Et oportet vt diſtilletur in oculum ſanguis turturis. Et vt fiat emplaſtrū ex albumine oui, & oleo roſ. et pauco vino, & ligetur, et fiat illud diebus pluribus. H

K Lib.1.F.4.c.1.& Raſ.1.cont.t.6.c.2. 49.3. & Paul.lib.3. 118.10.
k Paul.ibidem.

*De exitu oculi.*i. expreſſio oculorum epielmos. Cap. 30.

INterdum accidit egreſſio, aut propter vehementiam inflationis oculi propter grauitatem, & repletionem ſuam: aut propter vehementiam coarctationis eius ad exteriora, aut [l] propter vehementem mollificationem ſuſpenſionis ſuæ, & lacertorum ſeruantium ſuſpenſionem eius prædictam. Et illa quidem, quæ accidit propter vehementiam inflationis oculi, & repletionem eius, & grauitatem ipſius, aut eſt à materia plurima in ipſo oculo ventoſa, aut humoroſa humida: & qñq; eſt repletio propria in ipſo. Et qñq; eſt cū cōmunitate cerebri, & corporis, ſicut quod accidit apud retentionem menſtruorum. Et illa quidem, quæ eſt propter vehementem coarctationem eius ad exteriora, eſt ſicut cum fit apud pręfocationem: et ſicut fit cū ſoda eſt vehemens, et ſicut fit poſt vomitum & clamorem: [m] & mulieribus apud partum vehemētem, & tenaſmon. & qñq; eſt cum hoc ex materia declinante ad oculum etiam, cum non eſt enixa mundificata: & qñq; eſt ex corruptione complexionis fœtus, aut morte eius, aut putrefactione eius: facta autem propter mollificationem lacerti. Qm̄ lacertus continens neruum cōcauum cum mollificatur, non ſuſtinet oculum, ſed declinat ad exteriora. & egreſſio quandoq; eſt ex mollificatione lacerti tantum, & non deſtruitur viſus: & quandoq; eſt cū remotione vel inciſione eius, & deſtruitur viſus. & quandoq; egreditur

L G.4.loc.aff.c.1.2
M Paul.li.3.c.24



A tur ambo oculi in eis, quæ ſunt ſicut præfocationes, & apoſtemata velaminum cerebri, & in peripneumonia, & eſt cauſa in illo coarctatio, & qñq; eſt cauſa in illo repletio etiam: & multoties fit illud cum ſanguineitate apparente, & faciente apoſtema in cornea.

*De ſignis.* Cap. 31.

CVm eſt ex materia plurima aggregata in pupilla, tunc illic eſt cum egreſſione magnitudo: et cum eſt ex coarctatione, quandoq; eſt illic magnitudo ſi adiuuat eam materia, & quandoq; non eſt magnitudo: & in ambabus diſpoſitionibus ſentitur extenſio, expulſa retro à poſterioribus: & cognoſcitur eius cauſa. Cum illa autem, quæ eſt propter mollificationem lacerti, non magnificatur pupilla, neq; ſentitur tenſio vehemens ab interioribus, & eſt pupilla cum hoc æſtuans.

*De cura.* Cap. 32.

EGreſſioni vero leui ſufficit vitta repellens ad interiora, & ſomnus ſm̄ reſupinationem, & exiccare cibum, & paruitas motus, & aſſiduatio clauſionis. Quod ſi medicinarum indigeat adiutorio, adhibeatur collyrium de ſumac. Quę vero fortis eſt ex ea, tunc ſi illic eſt materia, indiget mundificatione eius à corpore, & capite cum eo quod ſcis ex ſolutiuis, & phlebotomia, & ventoſis ſuper duas eminentias poſterioris capitis & clyſteribus acutis. Et penitus quidem ſolutio ventris eſt ex rebus magis iuuantibus ſpeciebus eius: & ſimiliter poſitio ventoſarum ſuper alchaſa, & oportet vt aſſiduetur vaporatio ſeu emplaſtratio cum lana infuſa in aceto, & embrocetur facies cum [a] † { frigida aqua: } [b] aqua ſalſa frigida, & proprie in qua decocta ſunt ſtyptica ſicut cortices granatorum, & ſentices, & [b] ſicut papauer, & [b] endiuia, [b] & virga paſtoris. Quod ſi non fuerit à repletione, confert hoc regimen in omni hora. Et ſi fuerit illic repletio, oportebit vt reſoluatur in principio materia cum rebus cognitis. Et ſi fuerit à mollificatione, tunc oportebit vt adminiſtres hieras magnas, & gargariſmata, & odoramenta, & ſuffumigationes cognitas: & poſt illa adminiſtra ſtyptica conſtringentia, vel oppilantia. Illa vero quæ eſt apud partum, ſi eſt à paucitate curſus ſanguinis parientium, aut corruptione fœtus, [c] prouoca menſtrua, & extrahe fœtum. Et ſi eſt à coarctatione tantum, tunc adhibe ſtyptica. Et ex medicinis quidem conferentibus in egreſſione, & eminentia, [d] eſt vt fiat emplaſtrum ex farina fabarum cum roſis, & thure, & albumine oui: & etiam [d] nuclei dactylorum aduſti cum ſpica ſunt boni eminentiæ & ægreſſioni.

A† ——
B Paul. li. 3. c. 22. & 118.15.
Paul.li.3.c. 118.10
D Raſ.1. cont. t.3. c.1.41.4.

*De profunditate oculi & eius paruitate.* Cap. 33.

ILlud in febribus, & proprie in vigilatiuis, & ſucceſſione euacuationum, & inſomnietatis, & mœſtitiæ & triſtitiæ. Et in illa quidem, quæ eſt vigilatiua, eſt oculus ſomniferus, grauis, difficilis motus in palpebris, & non in pupilla, & in anguſtia eſt quieta pupilla. Quidam autem dixerūt, ꝙ accidit quibuſdam hominibus diuerſitas duorum laterum faciei in frigore vehementi, & calore C vehementi. Accidit ergo oculo qui eſt in parte frigida profundatio, & paruitas.

*De glaucedine oculi.* Cap. 34.

GLaucedo autem accidit, [e] aut propter cauſam, quæ eſt in tunicis, aut propter cauſam quæ eſt in humoribus. [f] Et cauſa quidem in humiditatibus eſt: qm̄ ſi fuerit glacialis in ipſo plurimæ quantitatis, & albugineus clarus, & ſitus eius propinquus ad exteriora, & æqualis quantitatis, aut paucus, erit oculus glaucus cauſa eorū, et proprie ſi non fuerit ex tunica prohibitio. [g] Et ſi in humiditatibus fuerit conturbatio, & glacialis fuerit paruus, & albugineus plurimus, obtenebratio fiet ſicut eſt obtenebratio aquæ profundæ. [h] Et ſi fuerit glacialis profundus, erit oculus niger. Cauſa autē in tunicis, eſt vuea. Nam ſi ipſa vuea fuerit nigra, erit oculus eius cauſa niger. Et ſi fuerit glauca fiet oculus glaucus. [h] Et vuea quidem fit glauca, aut priuatione digeſtionis, ſicut planta. (Nam in principio cum naſcitur, non eſt apparentis tincturę: immo declinat ad albedinem: deinde ipſa cum digeſtione fit viridis: [h] & propter hanc cauſam, ſunt oculi infantium glauci & varij. Et huius quidē glaucedo fit ſm̄ humiditatem vltimam:) [h] aut propter reſolutionē humiditatis, quam ſequitur tinctura, cum eſt digeſta valde, ſicut planta cum reſoluitur huius humiditas, incipit albificari. Et hęc quidem glaucedo eſt à ſiccitate dominante. [g] Et infirmorum quidem oculi, & ſenum, varij fiunt propter hanc cauſam: qm̄ in ſenibus multiplicatur humiditas extranea, & reſoluitur innata. Aut D erit illic color eueniens in creatione, non propterea ꝙ ipſe adueniat vuæ, cum non prius fuerit. Et fit quandoq; propter claritatem humiditatis ex qua creata eſt. Et qñq; fit propter vnum duorum quando accidit in principio creaturæ: & ſcitur illud bonitate viſus, & malitia eius. [h] Et glaucedo quidem alia eſt naturalis, & alia eſt accidentalis. Varietas autem prouenit ex aggregatione cauſarum nigredinis, & cauſarum glaucedinis: & componitur ex eis res inter nigredinem, & glaucedinem quæ eſt varietas. Et ſi eſſet varietas ignea ſm̄ ꝙ exiſtimauit [g] Empedocles, eſſet oculus glaucus læſus propter ſuum defectum ab igneitate quæ eſt inſtrumentum viſus. Quidam autem nigri minorantur à glaucis in viſu quando glaucedo non eſt propter nocumentum in ipſis. [h] Et cauſa in hoc eſt: qm̄ nigredo quæ eſt propter multam albugineitatem prohibet penetrationem formarum colorum cum manifeſtatione, propterea quia contraria eſt peruietati, & ſicut illa quæ eſt propter conturbationem humiditatis: & ſimiliter ſi fuerit cauſa propter multitudinem humiditatis. Nam ſi eſt multitudo, etiam non obedit ad motum vehementis intuitionis, & ad egreſſionem ad anteriora egreſſione de qua ſit curandum. [h] Et ſi oculus fuerit glaucus propter paruitatem humoris albuginei, erit magis videns in nocte, & in tenebris, q̄ in die propter illud quod accidit de motu luminis materiæ paruæ: & impedita à declaratione: huius enim motus deficit à declaratione rerum,

E Auic.lib. 19. de natura aīaliū ca. 1. hēt totus pſentis capitis ſententiam ad literam, quā accepit ab Ariſtotele 5. de gñe aīaliū.c.1.
F Lib.19. de natura animalium. c.1.
G Auic. ibidem & Ariſtoteles.
H Auic. ibidem.

rum, ſicut deficit in declaratione eius quod eſt in tenebris poſt lumen. [a] Niger vero cauſa humiditatis viſus in nocte eſt minor, propterea quòd illud indiget palpitatione, et motione materiei ad exteriora. [b] Et materia plurima eſt magis rebellis, ſeu magis inobediens quàm pauca. [b] Niger autem propter tunicam aggregat viſum vehementer. E

A Auic.&Aeti. B Auic.ibi.

*De cura.* Cap. 35.

IAm expertum eſt alcohol, ex bengi ſiccum, decoquatur in aqua donec fiat ſicut mel, & fiat inde alcohol. Aut ſumatur antimonij asfahani pond.iij. drach. margaritarum, muſchi, camphoræ, omnium ana pondus danich, fumi lampadis olei de oliuis, aut olei ſambacini drach.i. croci drach.i. aggregentur omnia terendo, & adminiſtrentur. Et crocus ipſe, [c] & oleum eius eſt ex eis quæ denigrant pupillam: ſimiliter ſuccus ſolatri: aut ſumatur ſucci tribulorum pondus drach.ij. & gallarum aduſtarum pondus drach.i. olei de nucleis oliuarum denigratarum ſuper arborẽ, & olei ſiſami non aduſti excorticati amborum ana pondus drach.i. decoquantur lento igne donec nigreſcant, & fiat inde alcohol. Et ex eis quæ ſunt experta, eſt vt aduratur [d] auellana, & permiſceatur cum oleo, et vngatur vertex infantis habẽtis oculos glaucos. [c] Et etiam vt immittatur radius in coloquinthida humida, & fiat inde alcohol: ita ꝙ dicitur ꝙ illud denigrat pupillã cat ti. Et ſimiliter cortices auellanæ contriti. Aut ſumatur acatiæ pars.i. gallarum ſexta partis aggregetur illud cũ aqua florũ papaueris ruſi, & ſucco ipſius, & fiat ex eo diſtillatio. Et ſimiliter ſuccus bengi: [d] & ſuccus corticis granatorũ. F

C Raſ.2.conti. c.2.49.3. D Raſ.49.3. D Raſ.49.4.

TRACTATVS III. *de diſpoſitionibus palpebrarum & quæ comitantur eas.*

*De pediculis in palpebris.* Cap. 1.

MAteria [e] pediculorum eſt humiditas putrida quam expulit natura ad partẽ cutis. Et virtus præparans generationis eorum, eſt caliditas non naturalis. [f] Et ille cui plurimum accidit illud, eſt ille qui eſt plurimæ varietatis in cibis ſuis, [g] & parui exercitij, & immundus, [g] & neque vtitur balneo.

E Ser.2.c.1. F Aeti.lib.2.ſer.c.65. G Raſ.2.conti.c.1.

*De cura.* Cap. 2.

INcipe a mundificatione corporis, & capitis, et partis oculi cum eo quod ſciuiſti: & propriè cum gargariſmate facto ex aceto & ſinapi: & adminiſtrentur ablutio oculi, & embrocatio ipſius ex aqua maris, & aquis ſalſis, & ſulphureis, & liniantur pili palpebræ ex medicamine facto [h] ex alumine, & medietate ipſius de [i] † {miubegi.} Et qñq; additur ei aloes, & baurac, amborum ana pars. 5. Et melius quidem eſt vt ſit illud quo [k] conficitur acetum ſquilliticum. [h] Sed [l] † {almiubegi} cum baurac eſt medicamen bonum.

H Paul.lib.3.c.25.&Ser.2.c.1. I † ſtaphyſagri. K Ser.2.c.2. L † herba pedicularis. M † piloſis. N Paul.lib.3.c.61.

*De ſilac & eſt græce* [m] † { *abuſimi, vel aſuſimi, ſeu abirſema.*} Cap. 3.

SIlac [n] quidem eſt groſſities in palpebris, proueniens à materia groſſa mala corroſiua ſalſa baurachia propter quam rubeæ fiunt palpebræ, [n] & cadunt pili palpebrarum, & adducit vlcerationem partium in quibus fixi ſunt pili palpebrarum, et ſequitur eam corruptio oculi: & plurimũ accidit ſucceſſione ophthalmiæ. Et de ipſa quidem alia eſt recens, & alia eſt antiqua mala. G

*De cura.* Cap. 4.

IN recenti quidem confert facere emplaſtrum ex lentibus decoctis cum aqua roſ. & facere emplaſtrum [o] de portulaca, & endiuia cum oleo roſ. & albumine oui: & adminiſtretur totum illud nocte: & ingrediatur balneum poſt ipſam. Aut ſumantur [p] lentes excorticatæ, & ſumac, & pulpa granatorum, & roſæ: & conficiatur illud totum cum alrob in nocte, & balneetur mane. Et aſſiduatio balnei eſt ex rebus magis conferentibus ei. In antiqua vero & chronica, [o] oportet vt crura ventoſentur, & phlebotomentur venæ frontis, & [o] adminiſtretur aſſiduatio balnei. Ex medicamentis autem quæ ponenda ſunt in ea, vt ſumatur æris vſti medietas drach.i. draganti drach.iij. piperis, croci ana drach.i. terantur cum vino pontico donec fiant ſicut mel ſubtile, & adminiſtrentur in exterioribus palpebræ. In ea autem quæ fit ſucceſſione ophthalmiæ, eſt expertum collyrium ſecundum hunc modum vitrioli quo fit enchauſtrum ſcriptorum aduſti & croci, & ſpicæ omnium ana pars .i. ſedenigi decem partes fiant collyria, & fricentur ex eis palpebræ.

O Raſ.lib.diuiſ. c.44. P Halya.5.pract. c.55.&Raſ.

*De geſſa palpebrarum.i. ſclerophthalmia.* Cap. 5. H

ESt [q] vt accidat palpebris difficultas motus ad claudendum, cũ ſunt apertæ: & ad aperiendum, cum ſunt clauſæ, cum dolore, & rubedine, ſine humiditate ſm plurimum: & cõſequitur eas plurimum [r] vt non obediant ad aperiendum cum excitatione apud ſomnum. Et plurimũ quidem ipſius non eſt. Euacuatur à ſeparatione lippitudinis duræ ſiccæ: & neq; eſt cum ea curſus, niſi per accidens: qm̃ eſt ex ſiccitate, aut humore viſcoſo declinante ad ſiccitatem valde: ſed quandoq; eſt dolor & rubedo. cum autem eſt pruritus ſine materia fluente ad ipſam nominatur ſiccitas oculi: et multoties eſt illic complexio calida, & materia plurima groſſa indigens euacuatione.

Q Paul.lib.3.c.22. R Raſ.2.conti. c.1.37.1.

*De cura.* Cap. 6.

OPortet vt aſſiduet vaporationem oculi cum [s] ſpongia infuſa in aqua tepida: & aſſidue vtatur balneo cum aqua dulci æquali: & ponat ſuper oculum apud [s] ſomnũ albumen oui conquaſſatum cum oleo roſ. & aſſidue faciat inungere ſeu embrocare caput cum humectatiuis, & oleis, & embrocis, & caputpurgijs humectantibus cũ oleo viol. & nenufarino, et reliquis. Et ſi ſignificauerit diſpoſitiones, ꝙ cum ſiccitate fit materia cholerica, ſolues cum volubili, qm̃ in ipſa eſt proprietas. Et ſi exiſtimatur ꝙ illic ſit materia groſſa, exiccata, indiges reſolutione, reſoluatur [t] cum mucilagine fœnugræci, [t] & mucilagine ſeminis lini acceptis cum lacte. Iſtæ enim ambæ quando ponun-

S Paul.li.3.c.22. T Raſ.2.c.4.14.

tur



A tur ſuper oculum, auferunt [a] † {algeſſa,} & euacuant humorem. Et ex eis, quæ ad eã experta ſunt, ſunt [b] adeps gallinæ, & mucilago ſeminis lini, & cera, & oleum roſ. ponatur illud deſuper ſemper. Et in quibuſdam horis adminiſtretur quod attrahit lachrymas, ſicut collyrium [c] † {Arſaſtratis.} Plurimum enim confert in materiali chronica adminiſtratio alcohol prouocantium lachrymas: Ipſa enim reſoluunt materiam groſſam, & faciunt eam currere: & attrahunt ex humoribus ſubtilibus illud, quod lenit eam, & reſoluunt ipſum ſua reſolutione.

A † duriciem B Raſ.2.cõti.3.c.2.4.4. C † Paul.li.3.c.22.10 Eraſiſtrati.

*De groſſitudine palpebrarum.* Cap. 7.

AEgritudo eſt ſequens ſcabiem: & qñq; faciunt ipſam poſſidere linimẽta frigida ſuper palpebram, & eius cura eſt alcohol factũ ex lapide lazuli, & lapide armeno: & ex nucleis dactylorum aduſtis, & ſpicis duabus, & adminiſtratio balnei aſſidua, & alienatio vini: qñꝙ vero fricatur plurimum cum radio, & collyrio rubeo leni: ſed fricatio cum zucca. quandoq; excitat & attrahit.

*De tebegi palpebræ.*i. Emphyſemate. Cap. 8.

ACcidit propter materias ſubtiles, & vapores, & propter debilitatem digeſtionis, & malitiam eius, ſicut fit in febribus vigilatiuis, & in vigilijs. & qñq; fit in principio hydropiſis, & cachexiæ: & propter apata humida ſicut peripneumonia, & lethargia: & quando accidit conualeſcentibus indicat multoties recidiuationem, & propriè quando in eis eſt reliquorũ membrorũ inflationis priuatio: & remanent ipſæ excitatæ, & inflatæ: & cura eſt abſciſio cauſæ, & vaporatio.

*De grauitate in palpebris.* Cap. 9.

QVandoq; fit propter inflationem, & cauſas eius: & quandoꝙ fit propter debilitatẽ virtutis, & caſum eius ſicut in hectica: & quandoq; fit propter groſſitudinem, & alſarnac & ſimilia. Et quandoꝙ accidit grauitas, & mollificatio in principio paroxyſmorum febrium.

*De muiſcatione palpebrarum apud lachrymalem & alia.*i. Ancyloblepharon. Cap. 10.

QVandoq; accidit palpebræ [d] vt conglutinetur ſeu adhereat cum oculo, aut cum coniunctiua, aut cum cornea, aut cum vtriſꝙ: & quandoq; fit in vno duorum laterũ lachrymalium: & quandoq; fit perueniendo ad medium, & quandoꝙ fit communis. Et cauſa quidem in ea, aut eſt vlcera accidentia, aut ruptura faciens alcohol, quando incidit ex oculo ſebel: & detegit vngulam: & fricat ex palpebra ſcabiem. deinde non cauterizat ipſum cum cymino: & ſale, & ſimilibus vltime, ſicut diximus: & non conſiderat omni hora illud quod oportet conſiderare in ipſo, donec accidit vt conglutinetur.

D Raſ.2.conti.t 5. c.4.3.&.33.

*De regimine & cura.* Cap. 11.

SI fuerit apud lachrymalem, tunc rectius erit vt incidatur: deinde cura algarab adhibeatur, aut curetur cum alcohol baſilicon, & medicamine viol. & medicamentis vngulæ: & propriè cum C collyrio de arſenico. Et ſi fuerit cum albedine & nigredine, tunc cura eius erit curat vngulo.

*De inuerſatione palpebræ & eſt alſathere.*i. Lagophthalmos. Cap. 12.

EIus [e] ſpecies ſunt tres: vna earum eſt, vt contrahatur palpebra, & non cooperiat album. Et illud aut eſt à creatione: aut eſt propter inciſionem euenientem palpebris, & nominatur oculus [f] huiuſmodi oculus leporinus. Et ſecunda ſpecies eſt media, & eſt vt non cooperiat partem albi, & nominatur abbreuiatio palpebræ. Et cauſa eius eſt cauſa primæ, verum eſt minor illa. Et tertia eſt, vt non cooperiat palpebra ſuperior inferiorem, & illud fit aut ex glandula: aut ex naſcentia carnis additæ, quæ iam eſt, aut incipit, aut ſpaſmo accidente palpebræ ex vlcere conſolidato ſuper ipſum, non permittente vt palpebra ſuperior cooperiat inferiorem. Et quandoꝙ fit illud totum ex ſpaſmo lacertorum circundantium palpebram.

E Raſ.2.conti.t.9. 93. F Aeti.lib.2.ſer.3. c.73.

*De cura inuerſationis palpebræ.* Cap. 13.

ILlius autem quæ eſt ab abbreuiatione palpebræ curatio eſt, vt ſcindatur cutis eius, & non ſuatur vt prolongetur palpebra, & conſolidetur poſt ortum carnis cutaneæ. Et eſt ſpecies prima & ſecunda ſecundum plus & minus. Illius vero quæ eſt à glandoſitate & carne addita, tunc curatio eſt vt remoueas eam cum ferro. & ſimiliter eius quæ eſt à veſtigio vlceris conſolidati abbreuiantis palpebram, curatio eſt, vt ſcindatur, & conſolidetur, & illius quæ eſt à ſpaſmo curatio, eſt D curatio ſpaſmi cum ſpeciebus ſuis.

*De grandine.*i. [g] Chalazion. Cap. 14.

ESt humiditas ingroſſata, & in lapidem conuerſa in interiore parte palpebræ: & quandoq; eſt declinans ad albedinem ſimilem grandini.

G Aeti.lib.2.ſer.3. c.8.&Paul.lib.3. c.17.&Raſ.2.cõ c.1.9.33.

*De cura.* Cap. 15.

ADminiſtretur ſuper eam linimentum ex ſordibus alueorum apum, & reliquis, & quãdoq; adduntur eis oleum roſ. & gummi albotin, & ſarcocolla. [h] Aut linitur cum ammoniaco cõtrito cum aceto, & galbano, & aſſa fœtida: & linimentum aureieſus, dictum in capitulo ordeoli.

H Pau.&Ga.4.de cõpo.phar.ſecundũ loc.13.d

*De ordeolo.* Cap. 16.

ORdeolum [i] eſt apoſtema longum apparens ſuper extremitatem palpebræ, ſimile ordeo in figura ſua. & eius materia ſecundum plurimum eſt ſanguis dominans.

I Gal.4.de cõpoſ. phar.ſecundũ loc.

*De cura.* Cap. 17.

CVretur cum minutione, & euacuatione cum hiera ſecundum quod ſciuiſti: deinde ſumatur aliquid de ſerapino, & diſſoluatur in aqua & liniatur ex eo locus: quoniam eſt bonum valde. Et conferunt ei euaporationes ex adipe diſſoluto: [k] aut farina ordei cum galbano, aut fermen-

k Gal.4.de cõpoſ. phar.ſm loc.133.ca.

 tum

tum. [a] aut panis calefactus iteratus ſuper ipſum. Et vaporationes cum corporibus [b] muſcarum ha- E bentium capita abſciſa: aut cum aqua in qua hordeum bulliuit, aut ſanguis columbæ, aut ſanguis † {aluraſen} & turturis. [c] Aut ſumantur parum baurac, & galbani multum, & cōmiſceantur ambo, & ponantur ſuper ordeolum, & epithema aureieſus. [d] Recipe olibani myrrhæ amborum ana partem .i. laudani quartam partem ceræ aluminis baurac armeni omnium ana medietatem partis aggregentur cum fæce olei de lilio, & liniatur ſuper ipſum.

*De alſarnac .i. Hydatis veſica.* *Cap.* 18.

ALſarnac [e] eſt additio materiæ pinguis contingens in palpebra ſuperiore, & grauat palpebrā ab apertione: & facit ipſam quaſi mollificatā: & eſt cōiuncta, nō mota ſicut nodus: & plurimū quidem accidit [e] infantibus, & humectatis, & in quibus multiplicantur lachrymæ & ophtalmiæ.

*De ſignis.* *Cap.* 19.

ET ex ſignis eius eſt, [f] quoniam tu deprimis inflationem digitis duobus: deinde ſeparas eos, eminentia in medio eius exiſtit.

*De cura.* *Cap.* 20.

CVra manus eſt cura eius: & ipſius modus [g] eſt vt ſedeat æger, & teneatur caput eius tractum ad poſteriora: & tendatur in ipſo cutis frontis ad oculū, & eleuetur palpebra, & accipiat eam medicus inter [g] digitum ſuum indicem, & digitum eius medium, & comprimat parum, & aggre- F gabitur materia cōpreſſa ad illud, quod eſt inter duos digitos: & ille qui caput tenet, trahat cutem ex medio ſupercilij: cumq; apparuerit eminentia, incidat cutem ab ea ſufficienti ſectione: & ſubtili non profunda. Cautela nanq; in hoc eſt neceſſaria: & vt inciſionem faciat poſt inciſionem tutius eſt, quàm vt profundet vice vna. Cumq; apparet per inciſionem primam bonum eſt: & ſi non, in inciſione additio fiat, donec appareat: tunc ſi inuenerit eam ſeparatam, ſuper manuum ſuā inuoluat pannum lineum, & accipiat alſarnac ſeparando ipſam à dextra & à ſiniſtra. Et ſi remanſerit reſiduum non obediens ei, puluerizetur [g] aliquantulum ſalis ſuper ipſum, vt corrodat ipſum. Et ſi fuerit in tunica, & vehementis adhærentiæ, accipiat illud quod de ea ſeparatū eſt, & dimittat aliud, & non inuadat ipſum: ſed commitat rem ſuam reſolutioni ſalis, qui puluerizatur ſuper ipſum. Deinde imponat ſuper ipſum pannum infuſum aceto. Cumq; matutinum affuerit ſecundæ diei, & ſecuritas fuerit ophthalmiæ, curet ipſum cum medicinis conglutinatiuis, & ſint in eis [g] litium, & [g] † {ſief memithe,} & [g] crocus. Quandoq; autem inuadit ſeu curat partem eius quæ non ſeparatur detegendo, & excoriando cum capillis penetrantibus cū vncinis ſub ipſa: & mouet à dextra, & à ſiniſtra: donec ſeparatur: aut facit illud cum infimo pennæ. Et oportet vt cautela adhibeatur in perforando vel incidendo ab eo ita vt non tendat in profundum, quoniam foramen ſeu inciſio ſi tendit palpebram cum vehementia, & fit proceſſus in foramine vel inciſione tandiu donec inci- G datur cutis, & panniculus qui eſt ſub ea nocet: & incipit apparere adeps loci inciſi, quando cōprimitur digitis qui ipſam circundant in circuitu cutis extenſæ: & prouenit dolor vehemens: aut apa calidū: & remanent reliquiæ duræ impedientes ſeu renitentes quæ ſunt deteriores q̄ ſarnac, & fortaſſe inciditur de lacerto eleuante oculū aliquid cōueniens, & debilitatur palpebra ab apertione. Recentem vero quæ debilis eſt, plurimum ſanant medicinæ reſolutiuæ abſq; operatione manus.

*De althute .i. de moro .i. celſo.* *Cap.* 21.

EST caro mollis eueniens in interiore parte palpebræ à qua non ceſſat fluere ſanguis rubeus, & niger, & viridis. Cuius quidem cura eſt mundificatio cum exiccatiuis corroſiuis, & collyrijs acutis. Cumq; alchute, id eſt morum corroſum fuerit, adminiſtrabis tunc pulueres, & collyria quæ carnis ſunt generatiua: ſintq; ex eis quæ in vlceribus palpebrarum dicuntur. Et ad vltimum, cura pruritus, & ſcabiei fortium curetur.

*De lapidoſitate .i.* [i] *Tyloſis.* *Cap.* 22.

LApidoſitas eſt apoſtema paruum emittens ſanguinem, & vertitur in lapidoſitatē à quo quandoq; liberat manus operatio. deinde adhibeantur medicinæ vlcerum palpebrarum.

*De vlceribus palpebrarum, & rupturis earum & cura.* *Cap.* 23.

CVra. adminiſtretur ſuper ea emplaſtrum ex lentibus, & fiſticis, & corticibus granatorum de- H coctis cum aceto. Cumq; ceciderint cortices: & corroſio deſtructa fuerit, adminiſtrabis ſuper ea vitellum oui cum croco: quoniam ipſe conſolidat. & ſi volueris adminiſtrabis deſuper collyriū de olibano, & collyrium alaber, cum collyrio aſtaticon, & rubeo leni. Rupturæ autem palpebræ recipiunt conſolidationem: & curantur cura rupturarum cutis dicta in capitulo ſuo.

*De ſcabie & pruritu .i.* [k] *Trachoma.* *Cap.* 24.

EIus cauſa eſt materia ſalſa nitroſa ex ſanguine acuto, aut humore alio acuto, faciens prouenire pruritum prius: deinde ſcabiem. Cuius quidem plurimum ſuccedit vlceribus oculi, & incipit ægritudo prius cum pruritu paruo: deinde fit aſperitas, & rubificatur palpebra: deinde fit [k] vt granum fici vlceroſum, poſtea adueniunt grana dura, cum vehementia ſciſſionis adeſt in pruritu, & apoſtematione.

*De cura eius.* *Cap.* 25.

CVm ſcabiei aſſociatur ophthalmia, cura prius ophthalmiam: deinde procede ad ſcabiem, poſtquam non dimiſeris rem ſcabiei, & ſimiliter ſunt diſpoſitio & iudicium ſi eſt ægritudo alia. Nam oportet vt tu vehementiorem earum diligenter attendas. Cumq; videris vlce-

rationem

A Raſ. 1. cōti. t. 4. c. 2. 44. 3.
B G. li. 4. de cōpo. phar. ſm loc. c. ſi. 158. d. & Aet. li. 2 ſer. 3. c. 81.
† Columbarū ſyluestriū meadrum.
C G. lib. 4. de cōp. pharm. ſm loc. fo. 153. c. & Aet. ibi.
D Raſ. 1. cōti. t. 3. c. 2. 41. 1.
E Paul. li. 6. c. 14.
F Paul. lib. 6. c. 14.
G Paul. lib. 6. c. 14.
G † glaucium.
H Raſ. 1. cōti. t. 9. 53. 4.
I Paul. lib. 3. m. 7. & Raſ. 1. conti. t. 9.
K Paul. li. 3. m. 7.



A rationem & apoſtema, caue ne adminiſtres medicinas acutas, & ſimilia eis, niſi poſt peruentionem vel gradationē cum facilitate quantū eſt poſſibile: nam tu trahes cum medicinis dolorem vel nocumentum vehemens. In ſecunda vero, & tertia ſpecierum prædictarū neceſſaria eſt fricatio, aut cum ferro, aut cū medicinis fiat fricatio ex eis quæ ſunt ſicut ſpuma maris, & proprie generis eius, quod nominatur caſuri, aut cum folijs fici, aut fac fricationem ex ſedenegi, & croco, & marchaſita fiat ex eis collyrium, & fricetur cum eo. Illius autē quæ curam recipit cum medicinis, & eſt illa quæ nō conſequitur gradū ſecundū & tertiū ſpecierū prædictarū, initiū curæ, eſt aſſiduatio euacuationis & phlebotomiæ: & ſi non plus † altem bis in menſe: & phlebotomiæ lachrymaliū poſt phlebotomiā vniuerſalē: & aſſiduatio balnei, & alienatio pulueris, & fumi, & vociferationis, & cautela vehementiæ ſtricturæ colli, & ſtricturæ indumentorum collum coarctantium, & furoris, & iræ, & multitudinis loquelæ, & applanationis puluinaris, & prolongationis iacendi ſuper faciem, & omnium quæ aſcendere faciunt materias ad ſuperiora, & trahunt eas ad faciem. [a] Et confert in principio ſui quidem collyrium rubeū lene, & poſt ipſum collyrium viride lene. Quod ſi fuerit fortior illa tunc acutius vnoquoque eorum eſt etiam tarthamaticon, & collyrium Arſiſtratis, & collyriū de croco. Et quandoq; curatur cum [b] felle hirci, & felle porci, & cum ſale ammoniaco, & tucia, & ære aduſto, & calcadis coniuncti, & ſeparatim. [c] & baſilicon, [d] † {ſief alramadi} ſunt bona: & me- B dicamen Arſiſtratis eſt valde bonum. & ex medicinis cōferentibus eſt medicamen huiuſmodi. Recipe [e] † {karabe} partem .i. corticis æris partes .ij. conficiantur cum melle. Aut aloes partem .i. ſalis ammoniaci partem .5. conficiantur cum melle & adminiſtrentur. [b] Et iterum ſumantur æris vſti. xvi. aur. piperis. viij. aur. [f] † {clymiæ} .iiij. aur. myrrhæ, croci amborum ana. aur. ij. floris æris. v. aure gummi. xx. aur. terantur & miſceantur ſicut ſcis cum aqua pluuiali.

*De tumore palpebræ.* *Cap.* 26.

ALantifac, id eſt tumor palpebræ eſt apoſtema frigidum cum pruritu: & quandoq; eſt illud [g] quod in ipſo dominatur, ventoſitas: & quandoque eſt ſuperfluitas ſubtilis phlegmatica, & quandoque eſt ſuperfluitas aquoſa, & quandoque eſt ſuperfluitas melancholica.

*De ſignis.* *Cap.* 27.

QVod [h] ventoſum eſt quandoq; accidit ſubito, & declinat ad partem lachrymalem: & eſt ſicut quem pungit muſca in illo loco, & accidit in æſtate, & ſenibus, & nō eſt grauitas: phlegmaticum enim frigidū eſt, & grauius, & ſeruat veſtigium [h] compreſſionis vna hora. Sed in aquoſo non remanet veſtigium impreſſionis per horam, neq; dolor eſt cū eo. [h] Et melancholicum ſecundum plurimum cōmunicat palpebræ, & oculo, & eſt cum duritie, & extenſione conſequentibus ſupercilia, & maxillarum ſummitatē: & non eſt cum eo dolor de quo ſit curandum, & C eſt color eius fuſcus. Et plurimum eius accidit poſt ophthalmiam, & poſt variolam.

*De cura.* *Cap.* 28.

OPortet [i] vt incipias primū, & euacues corpus, & mundifices caput: & ei quod fuerit ad phlegma decliuius adminiſtra empl̄m ex folijs altheæ, & fortiora eis ſunt folia alkerua contrita, & permiſta cum anetho, & vaporationem ex ſpongia infuſa aceto, & aqua calida: & etiam fiat linimentum ex aloe, & [k] † {feluzaharagi,} & ſief memithe, & [l] † {faufel,} & croco cum aqua ſolatri.

*De multitudine palpitationis.* *Cap.* 29.

MVltitudo palpitationis fit ex re cadente in oculo leui: & quandoque fit ex [m] † {bothor.} Et quandoque multiplicatur in habentibus tetanum & in præparatis ad ipſum. Et indicat in ægritudinibus acutis tetanum & ſpaſmum.

*De caſu pilorum.* *Cap.* 30.

CAdunt pili oculi ex cauſa materiei: aut cauſa loci. Et cauſa quidē materiei: aut quoniam minoratur ſicut fit in fine ægritudinum [n] acutarum prauarum: aut quoniam [o] corrumpitur, propter illud quod admiſcetur eis, cum naſcuntur, ſicut accidit in alopecia: & eſt vt ſit in interiore parte palpebræ [p] humiditas acuta: aut materia nitroſa ſalſa, non apparēte in palpebra nocumento ſenſibili: ſed ipſa nocet pilis. Qui autem eſt cauſa loci, eſt quoniam illic eſt nocumentum manifeſtum D ſcilicet [p] aut duritiës, & groſſitudo, & non inuenit vapor à quo generatur pilus, tranſitum: aut apoſtema, & corroſio, & ſignificat ipſum [p] rubedo, & mordicatio vehemens & dolor.

*De cura.* *Cap.* 31.

IN illo qui eſt cauſa loci, cura nocumētū quod eſt in loco ſm q̄ dicit̄ in cura cuiuſq; capli eius in loco ſuo. Et in illo cuius cauſa, eſt priuatio materiei, curetur prius corpus cum viuificantibus, et cibatione: & adminiſtra medicinas trahentes materiā pilorū ad palpebras p̄ ea quæ dicturi ſumus: & quæ ſunt dicta in antidotario: & in areolis medicinarū ſingulariū. Et in eo qui eſt cauſa materiei corruptæ adminiſtra purgationē capitis, & mūdificationē mēbri. deinde cura medicamēto pilorū. Alcohol autē iuuatiua ad illud ſunt [q] lapis armenus [r] & lazuli. Et ex cōpoſitis alcohol de nuchleis dactylorū cū lapide [s] † {lazuli} dictū in antidotario. [t] Aut ſumat̄ de oſſibus dactylorū imaturorū aduſtis pōdus. ij. drach, ſpicæ nardi drach. ij. fiat ex eis alcohol, Et ex eis quæ expta ſunt, eſt vt terat̄ [u] ſpica nigra, ſicut alcohol, & adminiſtrent̄ cū radio. Et etiā fiat alcohol ex [x] ſtercore muris aduſto, & non aduſto cū melle: & p̄prie alſeluchi .i. qd' adminiſtrat̄ in cura [y] † {ſilac} aut ſumat̄ terra in qua naſcit̄ vitis cū croco romano, & eſt [z] † {alchalithi} p̄tes æquales, & adminiſtret̄ ex eis alcohol. et ex eis q̄ expta ſunt ad illud ex eis, cū quo ſunt pruritus, & rubedo, & corroſio, eſt vt decoquat̄ [a] grana-

A Raſ. 1. conti. t. 3. c. 2. 41. 3.
B Raſ. 1. conti t. 3. c. 2. 42. 3.
C Halyab. 5. prac. c. 56.
D † ſuccus cinericius.
E † populi albæ
F † cadmiæ
G Alzar. lib. prac. ſec. 1. c. 7. fol. 44.
H Alzar. lib. prac. ſec. 1. c. 7. fol. 44.
I Alzar. lib. prac. ſec. 1. c. 7. fol. 44.
k † herba ex cuius ſucco fit litiū indū,
L † auellana inda
M † puſtula
N Ga. 11. de v. 1. c. 4 b
O G. 1. de cōpoſi. phar. ſm loc. c. 2. e & . 14. meth. c. 18. c
P Ser. t. 2. c. 6.
Q Ser. t. 2. c. 6.
R Raſ. 2 cōti. t. 4. c. 2. 45. 2.
S † armenio
T Raſ. 44. 4. & Paul. li. 3. fo. 112. 35.
V Raſ. 45. 1.
X Raſ. 44. 3. & Pal. 113. 2.
Y † groſſitiei in palpebris.
Z † regio.
A Raſ. 44. 3. parū differt.



tum

tum cum ſua totalitate, & partibus ſuis in aceto vſq; quo diſſoluatur, & annectatur ſuper locum. E Et omnia quidem viſcoſa conferunt. [a] Et ad illud etiam clymiæ, colcotar, atrimẽti partes æquales ſumantur, & terantur. & adminiſtrentur ex eis quæ experta ſunt, eſt vt ſumatur ſtercoris leporini adusti põdus.viij.drach. & ſtercoris hircini pondus.iij.drach.conterantur, & adminiſtretur ex eis alcohol. Aut fiat alcohol ex muſcis habentibus capita abſciſa exiccatis. [b] Aut aduratur auellana, & teratur, & conficiatur cum adipe caprino: aut adipe vrſi, & liniatur ex ea locus: naſci enim facit pilos, & cum hoc denigrat eos. Et etiam ſumatur antimonij adusti pars.i.piperis pars.i.& plumbi adusti abluti partes.iiij.croci partes.iiij.& duarum ſpicarum.ij.partes, & nucleorum dactylorum adustorum partes.ij.conterantur & fiat ex eis alcohol.

*De pilis inuerſis, & additis.* Cap. 32.

CVra quidem horum pilorũ eſt vnus modorũ.v.adhærentia, & cauterium, & ordo cũ acu, & abbreuiatio palpebræ cũ ſectione, & euulſio prohibitiua. Inuiſcatio autẽ eſt, vt eleuentur, & æquentur cũ [c] maſtice, & [c] gũma pini, & [c] gũmi, & viſco, & ammoniaco [c] & glutino quod egredif de ventribus [c] oſtracorũ, & aloe, & ſarcocolla, & dragagantho, & thure diſſoluto cũ albugine oui. Et ex inuiſcatiuis bonis eſt vt inuiſcetur cũ oleo alcini, & melior ea eſt cũ cola caſei quã nos diximus in antidotario. [d] Cura vero quæ fit acu, eſt vt acus penetret ab interiore parte palpebræ ad exteriorẽ vbi eſt pilus. Deinde ponatur pilus in foramine eius, & egrediatur ad latus aliud, & ſtringatur pilus: F & ſi ſit difficilis introitus pili in foramine acus ponatur in foramine acus extremitas capilli mulieris, & trahatur acus ex illo latere. deinde ponatur capillus in foramine eius, & egrediatur ex alio latere. & ſtringatur capillus, donec remaneat ſimilis anſæ à latere intrinſeco, & ponatur in ipſa pilus, & extrahatur. & ſi neceſſaria fuerit iteratio acus, quæratur locus alius. Secundatio nãq; perforationis acus dilatat foramen, & non retinet pilum. Sectio autem eſt vt abſcindatur origo eius ex palpebra. Quidam vero præcipiunt vt ſcindatur locus cognominatus egena, & eſt apud extremitatem oculi, deinde conſolidetur & naſcetur ſuper ipſum caro addita, & æquat pilum, & non permittit ipſum inuerſari. [d] Cauterium autem quod melius eſt, eſt vt fiat cum acu habente caput curuatum, cuius caput igniatur, & extendatur palpebra, & cauterizetur cum eo locus pili, & non redibit. & qñq; neceſſariæ ſunt iterationes bis, aut ter, & non redibit poſt illud penitus. Euulſio autem prohibitiua eſt, vt euellatur, deinde ponantur ſuper locum medicinæ prohibitiuæ natiuitatis pilorum: & proprie ſuper palpebram, quæ ſunt de eis quæ dictæ ſunt in areolis medicinarum ſingularium, & dicemus eas in capitulo pilorum additorum.

*De pilis additis.* Cap. 33.

NAſcuntur [e] ex multitudine humiditatis putridæ aggregatæ in palpebris oculi.

*De cura.* Cap. 34. G

CVra eius [f] eſt mundificatio capitis, & corporis, & oculi cũ eis quæ ſcis: [f] deinde adminiſtra alcoſol acuta mundificantia palpebrã, ſicut falbaſalicon, [f] & ruſcenũ, & collyriũ [f] rubeũ acutũ, & [f] viride acutũ, & collyriũ de myrobalanis, & proprie ſi fuerint illic lachrymę: aut aliquid accidẽtium humorũ acciderit: quod ſi nõ ſuffecerint, curã adhibe euulſionis, & euellantur, & liniantur ſup originẽ eorũ [g] ſanguis ericij, & [h] fel ipſius, & fel chamæleũtæ, & fel vulturis, & fel caprinũ. [h] Et qñq; permiſcentur fella iſta, & ſanguines cũ caſtoreo, & fiunt ex eis collyria, [h] ſicut ſquamæ, piſcis, & adminiſtrantur cũ neceſſitas incũbit diſſoluta cũ ſaliua hominis. [h] Qui vero eo vtitur, media hora expectet ſup ipſum. Et ex curis quidẽ bonis, eſt vt ſumantur fel ericij, & fel chamæleuntæ, & caſtoreũ ſm æqualitatẽ, & aggregentur cũ ſanguine colũbæ, & fiant inde troc. & ex eis quę narrantur ſunt ſanguis [i] † {alcharad, & proprie alcharad} canis, & ſanguis ranarũ, [k] veruntñ experimentum non verificauit illud. & rectius quidem ſm ꝙ exiſtimant, eſt vt miſceatur cum [l] † {alkitram.} Et ex eis etiã quæ narrantur, eſt vt adminiſtretur fel vulturis cũ cinere, & ſale ammoniaco, & ſucco porri: & proprie quando ponitur in ſartagine ſuper ignẽ, donec cõmiſceantur, & æquentur, & ſi fuerit cinis oſtracorum erit melior. Et rubigo ferri æruginoſi cum ſaliua hominis eſt vltima, quã uis dolorem faciat. [m] Et ex eis quidem quæ ſunt experta, eſt [n] † {alarde} cum ſale ammoniaco: & proprie cum vngula aſini adusta cum aceto forti. Et ſimiliter ſpuma maris cum aqua pſyllij. Cum H enim ſtupeſit & infrigidatur locus eo, non naſcuntur ibi pili.

*De inuiſcatione* [o] † {alaſfar.} Cap. 35.

FIt illud ſm plurimũ poſt ophthalmiam: oportet ergo vt adminiſtrentur ſarcocollæ, & zuccari [p] † {tabarzet} partes æquales, ſpumæ maris quarta partis, terãtur & puluerizentur ſup locũ.

## TRACTATVS IIII. *de diſpoſitionibus virtutis viſibilis, & operationibus eius.*

*De debilitate viſus & nocumento eius.* Cap. 1.

DEbilitatem viſus & eius nocumentum efficit: aut cõplexio cõmunis in corpore ex ſiccitate dñante, aut humiditate dñante, humorali, aut complexionali ſine materia. Aut vapor eleuatus ex corpore: aut ſtomacho proprie. Aut frigus habens materiã: aut non habens materiam, aut propter dñium caliditatis materialis aut nõ materialis. Aut eſt frequens cauſam [q] cerebri ipſius ex ægritudinibus celebralibus notis: quę eſt in ſubſtantia cerebri, aut in ventre toto anteriore, ſicut compreſſio, aut percuſſio accidens ei: quare non videt oculus: aut in parte anteriore eius. Et plurimum quidẽ eius eſt humiditas dñans: aut ſiccitas accidẽs ſucceſſione ægritudinũ, & motuũ ſupfluorũ corporeorũ, & animaliũ, & euacuationum

A Paul. lib.3.c.13. vnũ tantũ de.
B Paul.lib.3.c.14.
† Ad vltimum
C Paul.li.3.c.13.
D Paul.lib.6.c.13.
E Ser.c.1.c.7.
F Ser.c.1.c.7.
G G.4.de comp. phar. ſm loc. c.18.b
H Aeti. lib.2.ſer.3.c.67.
I † Paul.lib.3.c.10. timiæ.
K Gal.ſimplic. 73.d
L † pice
M Halyab.pract. c.51.
N † tinea corrodens ligna.
O † extremitatis palpebrarum
P † albi
Q Gal.1.de cã ſymp.c.1.c.



A tionum ſuperfluarũ, propter quos cadit virtus, & exiccatur materia. [a] Aut eſt propter rem appropriatã ipſi ſpiritui viſibili, & mẽbris quæ ipſum ſequuntur, ſicut neruo concauo, & ſicut humoribus, & tunicis. Et ſpiritui quidẽ viſibili qñq; accidit vt inſpiſſetur, & vt ſubtilietur, & accidit ei vt ingroſſetur & accidit ei vt multiplicetur. Et accidit ei vt minoretur. Multiplicatio autẽ eſt melior res, & magis iuuatiua. Et ſubtilitas quidẽ plurimũ accidit ex ſiccitate: & qñq; fit ex vehementia ſeparationis accidentis [b] cum ſol aſpicitur: & ſimile ei ex reſplendentibus. Et qñq; perducit aggregatio valde ſupfluã ad coarctationẽ reſoluente, & inſpiſſatur cum ea primũ: deinde ſubtiliatur valde ſecundo: & iſtud [b] eſt ſicut accidit apud longã moram in tenebris. Et groſſitudo fit propter humiditatem, & fit propter aggregationem vehementem non ita vt perducat ad vtendum complexionẽ ſubtiliante. Et qñq; eſt cauſa in eis ambobus cadẽs in initio creationis: & paucitas quidem qñq; eſt à principio creationis, & qñq; eſt propter vehementiam ſiccitatis, & multitudinẽ euacuationũ aut debilitatẽ anterioris cerebri validã, aut prauitatẽ ægritudinũ, & propinquitatẽ mortis, qñ reſoluitur ſpiritus. [c] Debilitas aũt & nocumentũ quæ ſunt propter tunicas, & plurimũ eorũ eſt, ꝑpter: tunicas extrinſecas ſine profundis, aut ſunt cauſa ſubſtantiæ tunicæ: aut ſunt cauſa trãſitus qui eſt in ea: & quæ ſunt propter tunicã ipſam, ſunt propter cõplexionẽ malã: & plurimũ eius eſt retẽtio vaporis in ea: aut [d] ſuperfluitas humiditatis permiſtæ ei: aut exiccatio & ſiccitas: & nigrificatio: & B corrugatio accidentis ei: & proprie vueæ & corneæ: aut corruptio ſuperficiei eius propter impreſſionẽ [d] vlcerũ apparentiũ, aut occultorũ: aut tolerantia ophtalmię plurimæ auferentis peruietatem eius: aut [d] color extraneus intrans eã, ſicut accidit corneæ in ičteritia ex citrinitate: aut in † {tarfati} ex rubedine: aut denudatio coloris naturalis, ſicut illud quod accidit corneæ: & addit peruietatẽ & firmitudinem ad hoc vt lumen vincat ipſum, & ſeparet ſpũm viſibilẽ. Et qñq; accidit propter cohærentiam ſeu applicationem firmam aeris & luminis exiccatio & calefactio humiditatũ, aut ſeparatio earum propter corroſionẽ accidentẽ: quare non gradatur lumen in penetrãdo in eis, immo ſubito penetrat in glacialem integre. Aut propter ortum panniculũ ſuper eas ſicut in vngula, aut inflatione, & groſſitie venarũ earũ ſicut in ſebel. Accidens autẽ foramini, & tranſitui: aut eſt quia ſtringitur ſupra naturalẽ propter cauſas quas dicturi ſumus in [e] capĩo ſuo: aut dilatatur, aut oppilatur integre, aut non integre: ſicut cũ eſt deſcẽſus aquæ: & nos quidem dicemus iſta [f] capĩa omnia ſigillatim. Facta autẽ propter humores eſt: qm glacialis quidẽ qui eſt vnus eorũ, mutatur ab eſſentia ſua æquali, & ingroſſatur: aut eius ſubtilitas eſt fortis, & fit impeditus à delatione luminis, & coloris luminoſi ſuper ſe. [g] Et ex albugineo quidem, qm multiplicatur valde: aut ingroſſatur: & fit illud cauſa ad minorandã peruietatẽ ſuã, aut propter humiditatẽ, & vapores qui permiſcentur ei: & mutant peruietatem. Vapores enim & fumi extranei extrinſeci nocent ei, qualiter ergo intrinſeci? C Et omnia grana vaporoſa inflatiua ſunt grauatiua viſus. [h] Nocumentum enim quod viſui aduenit ex vitreo, non eſt primitiuũ, immo non nocet viſui, niſi in quantũ nocet glaciali, & cõuertit eius eſſentiam ab æqualitate propter cibum non æqualẽ, quem ei defert. [i] Nocumentũ autẽ quod fit propter neruum, eſt quoniam accidit ei oppilatio: aut accidit ei apoſtema, aut ruptura.

*De ſignis.* Cap. 2.

IN eo quidem quod eſt cõitate corporis ſignũ eſt illud, quod [k] dedimus, quod ſignificat cõplexionẽ totius corporis. Et illud quod fit cõitate cerebri eſt, qm illic eſt aliquod ſignorum ſignificantium nocumentũ in cerebro, [l] cum hoc vt ſint reliqui ſenſus lęſi cum illo: illud enim fiduciam facit cõitatis cerebri. Et qñq; appropriatur viſui plurimũ proprietatũ eius, & cum odoratu, ſine auditu. Sicut percuſſio coarctatiua qñ cadit in parte anteriore cerebri. Et qñq; eſt auditus cum ſua diſpoſitione, & remanet oculus apertus, & nõ poteſt claudi palpebra ſuper ipſum: verum nõ videt. Et ſignum quod ipſi ſpiritui appropriatur, eſt, [m] qm ſi ſpiritus eſt ſubtilis, & eſt paucus, videt rem ex proximo cum perſcrutatione, & non videt quod elongatum eſt cum perſcrutatione. Et ſi fuerit ſubtilis plurimus, videt cum perſcrutatione rem propinquã & elongatã. Verum eius ſubtilitas cum eſt ſuperflua, non figitur in re ſplendida, ſeu lucida valde: immo fugat eum lumen forte, & ſeparat eum. [m] Et ſi eſt groſſus, & plurimus, non deficit ei perſcrutatio intuendo longinquũ, & D non perſcrutatur viſionem propinqui. & cauſa in hoc apud loquentes de radio eſt, ꝙ viſus nõ fit, niſi egreſſione radij, & cum obuiat ei quod videtur: & ꝙ motus vadens ad locum longinquũ ſubtiliat groſſitiem eius, & æquat eſſentiam ipſius, queadmodũ huiuſmodi motus reſoluit ſpiritũ ſubtilem, quare forſitan non operatur aliquid. Et apud illos qui dicunt peruium vehere formas viſibilium cauſa eſt alia ab illa, eſt ꝙ glacialis motus fit fortis, cũ videt illud quod elongatur: & illud eſt ex eis quæ ſubtiliant ſpũm groſſum habitantẽ in ipſo: & reſoluit ſpũm ſubtilẽ: & proprie paucũ. Verificatio autem certioris in his duobus ſermonibus, pertinet ad ſapientes, non medicis. Cognitio vero illius ex diſpoſitionibus tunicarũ, & humorũ profundorum, eſt ex eis quæ ſunt difficilia cum non eſt res alia, niſi ipſa. Quandoq; autem recurritur ad diſpoſitionem coloris tunicarum, & humorum profundorũ: & ad diſpoſitionem inflationis earum, & extenſionis, & corrugationis, & extenuationis ipſarum, & diſpoſitionem paruitatis oculi propter paruitatem ipſius, & diſpoſitionem eius quod ſpargitur ſup ipſum de humiditate, & imaginatur de ſimilitudine iris: aut videtur in ipſo de ſiccitate, & conturbatione, quæ manifeſta eſt exterius: et forſitan nõ apparet cũ eo homo oculi, et eſt forma aſpicientis in ipſum. Et qñq; ſignificat ſm diſpoſitionẽ corneæ. Et qñq; ſignificat ſm diſpoſitionẽ albuginei: et ille cuius eſt videt ſemper inter oculos ſuos ſicut nebulas. Si autem

A G.1.de cau.ſym. ꝑto.c.1.c
B G.c.4.b
C G.ſo.15.c
D G.1.de cã ſym. ca.fol.15.c
† hypoſphagmate
E 15.
F C.9.&.18.
G G.c.1.fol.15.b
H G.c.1.fol.14.c
I G.4.de loc.affe. c.1.g
k Lib.1.Fen.2.d.3. c.1.
L Raſ.1.cõti.1.6. c.1.46.2.
M G.1.de cã ſym. ca.fol.15.c

videt conturbationem coram foramine tantum, & non ſunt reliquæ partes corneæ turbatæ, ſigni E ficat ꝙ conturbatio fit in albugineo, & quòd non eſt clarus: & ſi conturbatio eſt cõmunis partibus corneæ, non eſt dubium quin ipſa ſit in cornea: ſed remanet dubitatio, an ipſa ſit ſimiliter in albugineo an non. Et accidit quandoq; albugineo ſiccitas: & accidit quandoq; ex illa ſiccitate, vt aggregentur ea quædam partes eius, & non fiunt peruiæ: quare videtur coram eis feneſtra aut feneſtræ. Et quandoq; eſt illud propter veſtigia vlcerum exiſtentia in cornea occulta facientium imaginari imaginationes, quare erratur in eis: & exiſtimatur quòd ſint imaginationes aquæ, & non ſunt. De conſtrictione autem & dilatatione, & aqua, & diſpoſitione nerui, poſterius loquemur. Et ſcias ꝙ omnis corruptio exiſtens à ſiccitate fit fortis apud famẽ, & apud exercitium reſolutiuum, & apud euacuationes in hora meridiei: & ex humiditate, econtrario.

*De cura.* Cap. 3.

SI fuerit cauſa debilitatis ſiccitas, iuuatur humectantibus, & aqua caſei, & emulſione lactis ſuper caput [a] & potu eius: & ponantur olea humectatiua ſuper caput: & proprie cum fuerit illud in conualeſcentibus. & conferunt ei ſomnus, & requies, & caputpurgia humectantia: & proprie [b] oleum de nenufare: & eius quæ in tunica exiſtit, cura eſt praua. Quod ſi fuerit ab humiditate, adminiſtrabis tũc illud quod reſoluit poſt euacuationes. Vomitus autem qui fit cum facilitate, eſt ex eis quæ conferunt, & proprie ſenibus: ſed laborioſus nocet valde. Et gargariſmata, & facien F tia egredi mucoſitates ex naribus, & ſternutamenta conferunt. Et ex euacuationibus iuuatiuis in hoc eſt [b] potus olei de kerua cum infuſione aloes. Et adminiſtratio eius, quod prohibet vaporem à capite, ſicut trypheræ: & proprie apud ſomnum: confert etiã, & iuuatur exercitijs extremitatũ, & proprie extremitatum inferiorum. Et ſimiliter oportet vt adminiſtretur fricatio earum. Si autem cauſa fuerit in ea groſſities eius, curetur cũ medicinis abſterſiuis prædictis in areolis oculi. Et oportet quando adminiſtras medicinas acutas, vt vtaris cum eis medicinis ſtypticis. Et ex rebus quidem iuuatiuis in hoc, eſt tutia abluta nutrita cum aqua ſampſuci: aut aqua fœniculi: aut aqua albedarungi, & ſucco praſſii. Et aſſiduatio alcohol cum lycio confert oculo valde, & conſeruat virtutem eius vſq; ad tempus longum. Et facere alcohol ex fricatione myrobalanorum cum aqua roſ. confert valde, quando eſt humiditas ſubtilis cũ caliditate & pruritu. Et ex alcohol conferentibus in huius capitulo, eſt ex fellibus, cum ſunt ſingularia, [c] ſicut fel [d] † {alcubugi,} & fel [e] † {albazi,} & [f] † {alſabut,} & [g] † {alrachame,} & tauri, & vrſi, & leporis, & hirci, & gruis, & hirundinis, & paſſeris, & vulpis, & [b] aldib, & catti, [b] & canis [h] † {alſeluchi,} & arietis montani, & felli [i] † {alhabari} ineſt proprietas valde mirabilis, ſingulariter aut compoſitum, & ex oleis quidem iuuatiuis ſunt, ſicut [b] oleũ de kerua, & [b] oleũ de narciſo, [b] & de granis lauri, & oleũ raphaninũ, & [b] oleum de fœnugræco, & oleũ [b] de lilio, & [b] oleũ ſanſucinũ, [b] & oleum chamæmillinũ, & oleum alacoen. & facere alcohol cũ G aqua albedarungi confert. & ex medicamentis bonis menſuratis eſt, vt adurantur duæ nuces & xxx. ex nuchleis myrobalanorum citrinorum, & terantur, & projciatur ſuper eos piperis nõ aduſti auſ. i. & fiat ex eo collyrium. Et ex medicinis iuuatiuis eſt vt ſumatur [k] ſuccus granati muzi, & decoquatur vſque ad medietatem, & remoueatur ab igne, & miſceatur cum eo medietas ipſius de melle, & ponatur ſub ſole & adminiſtretur. Et ſimiliter ſi ſumatur aqua [k] duorum grantorum, & ponatur ſub Sole duobus menſibus in æſtate & coletur, & ponatur in ea aloes, & longi piperis, & ſalis ammoniaci (& quãq; fit ſine ſale ammoniaco) partes æquales: terantur omnia valde, & projciantur ſup lib. eius drach. iij. ex eis, & reſeruetur: & quantoplus antiquatur tanto eſt melius. Et ex iuuatiuis cum hoc eſt acorus cum [l] † {mamiran} quando teritur ſicut alcohol. Et facere alcohol cum aqua cepe cum melle iuuatiuũ eſt. Et collyrium quidem fellium eſt forte. Et fella quidem fortia ſunt, ſicut fel albazi. i. falconis, & fel aquilæ. Aut ſumatur tabula, & piſtillum, quorum ambo ſint ex ære rubeo, & diſtilletur ſuper eam ſtilla aceti, & ſtilla lactis, & ſtilla mellis: deinde teratur donec nigreſcat illud, & fiat ex eo alcohol. Et ſcias ꝙ aſſumere alſegiem aſſidue ſiue ſit aſſa, ſiue elixa, eſt ex eis quæ conferunt, & confortant viſum valde: ita ꝙ remouet debilitatem antiquam. Et ſi quis poteſt ſumere carnem viperarum decoctam ſecundum modum quo decoquitur in theriaca, & ſecundum modum quo diſtinguitur in capitulo de lepra, conſeruat ſanitatem oculi vltime. Et H ex medicinis quæ ſenibus bonę ſunt, & ei cuius viſus debilitatur ex coitu, & alijs, eſt tuciæ nõ ablutæ. vi. partes, & vini quantũ ſufficit, & olei de balſamo plus tuciæ ſm quantitatem qua conuenit, teratur tucia, & projciatur ſuper ipſam oleum balſami, deinde vinum, & teratur ſicut oportet, & reponatur. Medicamen de quo dicitur, ꝙ tanti exiſtit iuuaminis ꝙ oculum talem efficit, ne ei noceat in corpus ſolis aſpicere. Recipe lapidis murichinis eſt qui ſimilis iaſpidi & lapidis magnetis, & lapidis anachatis, & eſt alumen album, & † {ſedenegi,} & chamæmillæ, & calamenthi, & ſucci cõdyſi omnium ana partem. i. fellis aquilæ, & fellis viperæ amborum ana. partem mediam fiat ex eo alcohol. Et adminiſtratio pectinationis ſuper caput, iuuatiua eſt: & proprie confert ſenibus: quare oportet vt adminiſtretur omni die multoties: quoniam attrahit vapores ad ſupiora, & mouet eos à parte oculi. Et ingredi aquam claram viridem, & ſubmergi in ea, & aperire ambos oculos in ea ſecundum quantitatem qua poſſibile eſt, eſt ex eis quæ ſeruant ſanitatem oculi, & confortant ipſum: & proprie in iuuentute. Et oportet proprie eum qui conqueritur de vaporibus ſtomachi, & cui nocet humiditas, vt vtatur ante cibum decoctione abſynthij, & oxymelle ſquillitico: & omni quod lenit, & incidit ſuperfluitates, quæ ſunt in ſtomacho.

A Raſ. 3. côti. c. 2. 51. 4.
B Raſ. 51. 1.
C G. 10. de ſimp. medi. fac.
D † perdicis
E † Falconis
F † piſcis
G † auis
H † venatorum
I † auis
K Raſ. 51. 1.
L † herba mamira
† Hematites





*Rememoratio rerum viſui nocentium.* Cap. 4.

A RErum [a] autem viſui nocentium, aliæ ſunt operationes & motus: & aliæ ſunt cibi: & aliæ ſunt diſpoſitio regiminis in cibis. Operationes autem & motus ſunt omnia, quæ exiccant, ſicut coitus multus, & prolixitas aſpiciendi enitentia, & legere minuta ſuperflue, & medium in eis eſt iuuamen, & ſimiliter actiones minutæ, & ſomnus poſt repletionem & cœnam. Immo oportet illũ qui ſuo in viſu debilitatẽ habet, expectare donec digeratur cibus eius. Et omnis repletio nocet ei. Et omne quod exiccat naturã. Et oẽ quod turbat ſanguinẽ ex rebus ſalſis, & acutis, & alijs nocet ei. Et ebrietas nocet ei. [b] Vomitus vero confert ei inquantũ purgat ſtomachũ: & nocet ei inquantũ mouet materias cerebri expellendo eas ad ipſum. Et ſi fuerit neceſſarius, oportet tunc vt fiat poſt cibum, & cum facilitate. Et balneum nocet. Et ſomnus ſuperfluus nocet. Et fletus vehemens. Et multitudo plebotomiæ: & proprie ventoſatio cõtinuata, ſeu frequens. Cibi vero qui nocent, ſunt ſalſi, & acuti, & vaporoſi, & omnis qui nocet ori ſtomachi. & vinum groſſum turbatũ. & porrũ, & cepa, & bedarungi comeſtum, & oliuæ maturæ, & anethum, & caules, & lentes.

*De nyctilopa. i. Nyctalope.* Cap. 5.

EST [c] vt euaneſcat viſus in nocte, & videat in die, & debilitetur in fine eius. Et cauſa quidẽ eius eſt humores oculi, [c] & groſſities eorũ. Aut humiditas [c] ſpiritus, & groſſities eius: & plurimũ B quidem accidit habentibus oculos nigros, non glaucos, & paruitati pupillæ, & cui multiplicantur colores, & anfractuoſa in oculis ſuis. Hoc enim ſignificat paucitatem ſpiritus viſibilis in creatione ſua. Et quandoq; eſt hæc ægritudo propter ægritudinem in ipſo oculo: & quandoque fit propter communitatem ſtomachi, & cerebri, & cognoſcitur illud per ſigna quæ [d] ſciuiſti.

*De cura.* Cap. 6.

SI illic fuerit multitudo, phlebotoma [e] cephalicam, [e] & angulos lachrymales, & α adminiſtrentur reliqua euacuantia nota, & iterentur, & quãq; euacuatur cũ [f] ſcamonea, & caſtoreo, & confert, [e] & ſumatur in potu ante cibũ ſyrupus de hyſſopo, aut hyſſopus, & ruta ſicca ſumpta in modũ ſuffuſ, ſeu pulueris. Et ſumant in potu poſt digeſtionẽ integrã modicũ de vino veteri. Et ex medicinis expertis eſt illud quod currit vel fluit [g] ex hepate caprino pforato cũ cultello & poſito ſup prunas: nã cum currit accipitur de eo, quod currit, & puluerizatur ſup ipſum ſal indus, & longũ piper, & fit ex eo alcohol. Et quãq; puluerizantur ſup ipſum medicinę, cũ ſupponitur prunis: & fit declinatio ſuper vaporẽ eius: & comedit de carne eius aſſata: & illud eſt iuuatiuũ: [h] & quãq; incidit in fruſta lata, & fit ex eis ordo ſeu ſtratus, & ex pipere longo ſtratus ſeu ordo, & fit ſtratus ſuperior, & ſtratus inferior ex hepate, & aſſetur in tanur ſeu furno, & non vltimet eius aſſatio: deinde ſumit, & colatur ex eo aquoſitas, & fit cũ ea alcohol. Et ſimiliter hepar leporis. Et ſimiliter collyriũ factũ C ex longo pipere: & illud quod eſt ſm hanc deſcriptionem [i] piperis longi, & piperis, & ſpicæ partes æquales fiat ex eis alcohol. Et fella etiã iuuatiua ſunt: & ꝓprie fella hircorũ, & arietũ montanorum. Et ſilr alcohol cũ oleo balſami cõquaſſato cũ pauco opio. Et alcohol ex piperibus tribus contritis, ſicut puluis iuuatiuus eſt valde. Et ſilr alumen ægyptiacũ. Et alcohol cum melle, & aqua fœniculi claudendo oculum ſuper ipſum ſpacio longo eſt valde iuuatiuum. Et fortius eo eſt [i] mel cum in eo eſt virtus aluminis, & ſalis ammoniaci. Et alcohol factum ex ſanguinibus animalium calidarum complexionum confert. Et confert alcohol ex [k] ſucco cucumeris aſinini conquaſſato cum ſemine portulacæ. Et collyrium [l] † {alcali.} Et collyrium floris æris confert ei. Et ſtercus [m] † {alurel,} & ſtinchi. Et ſumantur fellis [n] † {alhada} pars. i. piperis partes, ij. ammoniaci partes. iij. conficiantur cum melle, & adminiſtrentur ei. Et α confert ei phlebotomia venæ lachrymalium.

*De algiehar, & eſt vt non videat in die.* Cap. 7.

CAuſa algiehar eſt ſubtilitas ſpiritus & paucitas eius multa. quare reſoluitur cum lumine Solis: & adunatur in tenebris: & quandoq; eſt cauſa alghar parua ſeu debilis: quare videt in tenebris, & vmbra die & nocte, & debilitatur in lumine.

*De cura.* Cap. 8.

D EST additio in humectatione, & in ingroſſatione ſanguinis.

*De imaginationibus.* Cap. 9.

SVnt [o] colores qui ſentiuntur coram viſu, ac ipſi ſint miſti in aere. & cauſa in eis eſt ſtatio rei nõ paruiæ inter glacialem, & inter ea quæ videntur: & illa res aut eſt ex eis, quorũ ſimile nõ comprehenditur in conſuetudinibus omnino: & neq; cõprehendit ipſum niſi, qui eſt fortis viſus egredientis à conſuetudine in comprehendendo: aut eſt ex eis quæ comprehendit viſus; quando medius fit, & non eſt in fine acuitatis: ſed eſt ſm ſemitam cõſuetudinis. [p] Et intentio primi eſt: quoniã cum viſus eſt fortis, comprehendit debile, & occultum ex rebus quæ volant in aere propè viſum, quæ ſunt ex atomis, & alijs à quibus aer non euacuatur: quare apparent ei vel confuſe videntur ab eo: & propter ſuam propinquitatem quam habent cum aere, et ipſorum paruitatẽ non verificat eas: et ſimiliter cum ſunt in interiore parte veſtigia vaporum paruorum à quibus non euacuatur ex eis complexio et natura omnino. Veruntñ hæc duo occultantur à viſibus, quæ nõ ſunt in vltimo acuitatis, et non imaginantur, niſi ei qui eſt vehementis acuitatis in viſu: et iſta ſunt ex eis quæ non comparantur ad nocumentum. Diuiſio autem altera aut exiſtit in tunicis: aut exiſtit in humoribus: et illa quæ exiſtit in tunicis eſt, [q] vt ſit ſuper tunicam corneam veſtigium occultum valde quod remanſit à variolis: aut ophthalmia, et bothor, aut alijs, et non apparet oculo exterius: et ap-

A Tra. 1. c. 5. de verbo ad verbum
B de verbo ad verbum. t. 1. c. 5.
C G. 2. meth. c. 2. g & Aeti. lib. 2. ſer. 3. c. 46.
D T. 1. c. 3.
E Aeti. lib. 2. ſer. 3. c. 46. Infra α
F Aeti. & Paul. li. 3. c. 23.
G Aeti. & G. 11. de ſimp. med. fac. 79. h
H Raſ. 9. ca. 28.
I Raſ. 3. côti. t. 6. c. 2. 49. 5.
K Raſis. 49. 2.
L † cineris herbæ
M † animalis ſimilis lacerto
N † milui
Supra α
O G. 1. de ſymp. cã. c. 1. & 5. c. quaſi oia contenta in hoc capitulo habet.
P G. 1. de ſym. cau. c. 2. fol. 11. b. & c. 1. loc. af. c. 7. b
Q G. 1. de ſym. cã. c. 2. fol. 15. c

paret oculo interius, propterea quod non ſit peruius locus in quo eſt. quare propter ipſum vel ſm E ipſum ex re viſibili & ex äere peruio ſeu claro occultantur partes quę videntur ſicut foramina, vel ſicut feneſtræ cum quantitate aliqua, quæ ſi ſm veritatẽ exterius repertæ forent: eſſet pars illa parua magna pars formarũ eius quæ ſunt in foramine vueæ. Illa autem quæ exiſtit ex humoribus eſt ſm duas diuiſiones: qm̃ aut iam ad ipſum conuerſa eſt ſubſtantia ipſius humiditatis, aut iam aduenit ſubſtantiæ humiditatis illud quod eſt extrinſecum ab ea, & illa quæ eſt propter ea ꝙ ad ipſum iam conuerſa eſt ſubſtantia ipſius humiditatis eſt, quia accidit parti eius malitia complexionis alterans colorem eius, & remouens peruietatem eius: quare non peruia fit illa quantitas eius propter frigus: aut humiditatem: aut caliditatem, facientem ebullire illam quantitatem vnde cõmouetur in ea ſeu agitatur in ea aeritas. Et ex proprietate aeritatis eſt vt cum permiſcetur humiditati ſubtili peruiæ faciat ipſam lactei coloris, ſpumoſi nõ peruij, aut propter ſiccitatem inſpiſſantem & aggregantem valde: Illa vero quæ fit ex hoc ꝙ ipſi humiditati aduenit aliquid extrinſecũ ab ea non euacuatur quin aut illud ſit accidentale non fixum, & eſt ex genere vaporum qui eleuantur ex corpore toto: aut ex ſtomacho: aut ex cerebro: & cum ſunt ſubtiles perueniunt, & reſoluuntur, & [a] ſicut ſit in criſibus, & poſt vomitum & poſt iram: aut ſit fixum in ea, & portendit aquã. Et iſtæ quidem imaginationes q̃nq; diuerſificantur in quantitatibus ſuis, & ſunt paruæ & magnæ. Et q̃nq; diuerſificantur in eſſentijs ſuis, & ſunt groſſæ, & ſubtiles occultæ. Et q̃nq; diuerſificantur in ſitibus ſuis, F & ſunt raræ: & q̃nq; ſpiſſæ, nebuloſæ. Et quandoq; diuerſificantur in figuris ſuis, & ſunt granoſæ, & ſunt cimicales, & ſunt muſcoſæ, & ſunt filoſæ, & capillares cum longitudine.

*De ſignis.* Cap. 10.

SIgna earum quæ ſunt ex acuitate ſenſus, ſunt vt ſint leues non ſm modum vnum, & figuram vnam: & aſſociantur homini tempore ſanitatis ſui viſus abſq; diminutione ſubſequẽte ipſam. Et illam quæ fit propter corneam, ſignificat cauſa eius prædicta: & vt figatur aliquo tẽpore non addens, & non perducens nocumentum in oculo præter ſe. Et illa quæ fit ex cauſa in albugineo, eſt vt ſit tempore longo: & non perducat ad nocumentum magnũ, & fit aut ſucceſſione ophthalmiæ acutæ: aut ſucceſſione cauſæ infrigidãtis, aut calefacientis: & eſt ex eis quæ exiſtimatione ſciuntur: & proprie quãdo inuenitur cornea terſa, clara, in qua nõ eſt aſperitas aliquo modo. Amplius eſt res fixa, & non additur, neq; perducit ad nocumentũ magnũ. Illa autem quæ fit propter vapores ſtomachicos, & corporeos cognoſcitur propterea, quòd ipſa commouetur cum vaporoſis: & apud repletionem, & digeſtionem, & apud motus, & vertiginem, & ſcotomiam, & non moratur ſm diſpoſitionem vnam: immo augmentatur, & minuitur, & non appropriatur [b] oculo vni: immo fit in ambobus oculis. Cumq; cum ea eſt nauſea, verificatur eius ſignificatio: & quãdoq; eſt vomitus. Et [c] euacuatio cum picra, & ſubtiliatio nutrimenti, & ſtudium in digeſtione, remouent & G minorant eam. & tu quidem iam ſciuiſti in capitulo debilitatis viſus, ſigna eius cuius eſt cauſa ſiccitas albuginei: aut aliud. Et [c] quando continuatur ſanitas oculi, & incolumitas eius qui habet imaginationes ſex menſibus, eſt ſecundum plurimum in ſecuritate. Et [c] imaginationes quæ ſunt antecedentes aquam, non ceſſant gradatim in conturbatione viſus, vſquequo deſcendit cũ eis aqua ſubito: & raro pertranſit ſex menſes. Cum autem vides imaginationes remoueri, & redire, & addi, & diminui, ſcias quòd non ſunt aquoſæ. Cumq; videris fixarum tempus prolongari, & non procedit vel non continuatur in debilitate viſus ſcias quòd ipſe non ſunt aquoſæ.

*Sermo de cura imaginationum, & initium aquæ.* Cap. 11.

PRimum imaginationis eſt, vt tu venias ad curam earum quæ aquã portendunt; reliquis autẽ earum quæ ſunt ex ſiccitate conferunt q̃nq; humectãtia nota: ſed ſi ſint ab humiditate: & alię quæ non ſunt à ſiccitate, conferunt eis omnia alcoſol quæ abſtergunt. In portendẽtibus vero aquã oportet vt incipias, & mundifices corpus, & proprie ſtomachũ. Deinde venias ad mundificandũ caput cum gargariſmis, & caputpurgijs, & maſticationibus. Ex ſternutationibus vero inquantũ purgat, ſperatur iuuamentũ: & ex parte laborioſi motus earum, timetur ex eis motus aquæ, & proprie ſi eſt cadens in neruo, ſeu in concauo nerui, & prope ipſum. Et ſcias ꝙ hiera picra. eſt mirabilis iuuamenti in eis. Et ſimiliter pilulæ aurẽ. Et medicamẽta in quibus ponuntur centaurea, & gal- H bana amara. Et tu quidem iam ſciuiſti in capitulis curæ capitis, & mundificationis eius illud, quod te oportet attendere. Et oporteret vt [c] ſit mundificatio per hieram picram: aut pilulas aureas ſm ſemitam pilularũ alſabiat. i. pilularũ aſſaiaret frequenter valde. Et neq; vtaris medicinis ſubtiliãtibus & abſterſiuis faciendo alcohol, niſi poſt mundificationẽ. Et confert in principio aquæ phlebotomia arteriarũ poſt aures. Et oportet quidem vt incipias primo à medicinis leuibus ſicut [d] fœniculũ cũ melle, & oleo. Et ſicut dicitur, ꝙ odoramentũ ſampſuci confert ei, qui timet deſcenſum aquæ in oculis ſuis, & ſimiliter attractio olei ipſius per nares. Et dicitur ꝙ appoſitio ſanguiſugarum ſuper tempora confert in initio aque, & q̃nq; confert alcohol cum ſemine alchetẽ: & dicit ꝙ ipſum remouet aquam, & reſoluit eam: & ꝙ ipſum eſt vltimum. Deinde perueniatur gradatim ad medicinas compoſitas ex ſerapino, & ſimilibus ſibi. [e] Et ex illis eſt medicamen quod recipit ſerapini tres partes aſſæ fœtidæ, & ellebori albi amborum ana. x. mellis. viij. cotylas. Et ex eis quæ valde experta ſunt eſt vt ex capite hirundinis aduſto cum melle fiat alcohol. Et collyrium aſtiticam. Et omnia fella prædicta in capitulo debilitatis viſus. Et fortius iſtis eſt collyrium de fellibus [f] † {almoraſtani: } & etiam alcohol [g] † {aumalus, } & alcohol dictum in antidotario cum felle teſtudinis.

Et

A Gal. 1. de ſymp. cã. c. 2. fol. 13. a. b

B Ga. 4. lo. af. c. 1. b

C G. ibidẽ. c

G Paul. li. 3. 117. 10.

D Paul. 117. 15.

E Raſ. 2. cõti. c. 2. 50. 1. & Paul

F † quibus vtitur in hoſpitali

G † hydromel



A [a] † {Et medicamen Oribaſii cum aqua fœniculi & collyrium ſampſuci, & alſedarus, & almerugiumus, & oleum de balſamo confert eis, } & ex eis, quæ cõferunt in initio aquæ, eſt vt ſumatur fel taurı iuuenis ſani corporis, & ponatur in vaſe æreo, & dimittatur prope. x. dies, vſq; ad duas ſeptimanas. deinde ſumantur myrrhę & croci tritorum, & fellis teſtudinis ſylueſtris, & olei balſami oĩum ana pondus. drac. ij. p̃miſceantur oĩa permiſtione vltima: & fiat cum eis alcohol. Et etiam accipiat ellebori pars. i. & aſſæ fœtidæ pars. i. & ſerapini quinta & decima partis, & eſt tres decimę partis, fiat ex eis collyrium, & fiat alcohol cum eo. & iterum ellebori al. & piperis pars. i. & ammoniaci tertia partis fiat ex eis collyrium cum ſucco raphani, & adminiſtretur. Et oportet vt vitet piſces & cibos groſſos, vel ingroſſantes, & vaporatiuos, & potum plurimę aquę etiam, & vini, & frequentiã phlebotomię, & [b] ventoſarum: immo poſtponat illud quantum poſſibile eſt: niſi fortis neceſſitas cogat ad illud: & ſit credulitas, ꝙ ſanguis ſit calidus plurimum.

*De alntiſar. i.* Mydriaſis. Cap. 12.

ALintiſar eſt vt fiat foramen vueæ latius, q̃ eſt in natura: & q̃nq; fit illud ſucceſſione ſodæ, aut propter cauſam primitiuam ex [c] percuſſione, aut caſu. Et q̃nq; fit propter cauſas exiſtentes in ipſa pupilla, & illud eſt in albugineo, aut in vuea. Albugineus nanq; cum humectatur, & multiplicatur, comprimit vueam, & mouet eam ad dilatationem. Albuginei vero ſiccitas non facit dilata- B tionem per ſe: ſed per accidens. ſ. inquantum ſequitur eam ſiccitas vueę. Et vuea ipſa ſi deſiccatur, aut [d] extenditur ad extremitates ſuas, ſicut extenduntur coria perforata cum exiccantur: accidit ei vt dilatetur ſicut dilatantur foramina illorum coriorum: & proprie qñ comprimitur ab humiditatibus. Et [d] q̃nq; accidit ei illud ex humiditate intrante ſubſtantiam eius, & addente in ſpiſſitudinẽ ipſius: & extendente eam ad groſſitiem: quare accidit foramen vt dilatetur. Et quandoq; accidit illud propter apoſtema extẽſiuum proueniens in ea. Et [d] q̃nq; eſt amplitudo oculi naturalis, & nocet viſui. [e] Videt enim res minores, q̃ oportet vt videantur. Et [d] quandoque eſt accidentalis: & fit ſimiliter: & quandoque conſequitur ad hoc vt non videat aliquid. Multoties enim dilatatur oculus adeo, vt dilatatio conſequatur coronam, & non remaneat viſui aliquid de quo ſit curandum. Et illa quę eſt ex percuſſione, aut caſu, non habet curam.

*De ſignis.* Cap. 13.

IAm diximus ea in [f] capitulo debilitatis oculi.

*De cura.* Cap. 14.

ILla quę naturalis eſt curam non habet. Et illi, quę eſt ex ſiccitate confert humectatio oculi cum humectatiuis prædictis. Et illi, quæ eſt ex humiditate, confert phlebotomia, ſi in corpore eſt multitudo. Et etiam phlebotomia lachrymalium venarum euacuat ex loco, & confert ei: & ſimiliter C phlebotomia venarum temporum, & inciſio earũ: & euacuationes qua [g] ſciuiſti: & effuſio [h] aquæ ſalſę & ſalitę ſuper caput proprie miſtę cum aceto. Et non oportet vt multiplicentur euacuationes cum ſolutiuis, & debilitetur virtus, & non euacuetur, quod quæritur. Immo quãdoq; ſufficit ei euacuatio omnibus. x. diebus cum. ʒ. i. aut cum. ʒ. i. ʒ. de [i] pilulis cochijs. Et cibus ſit aqua ciceris cum oleo ſiſamino. Et fiat alcohol oculo alteri cum tucia: vt non dilatetur ſicut primus. Et oportet vt adminiſtres alcoſol prædicta in [k] capitulo imaginationum, & aqua. Et conferunt ei [h] ventoſę ſuper collum propter illud, quod in eis eſt de attractione ad poſteriora. Illud autem cui innitendum eſt in cura eius, quæ facta eſt ſucceſſione percuſſionis eſt, vt fiat phlebotomia: deinde ventoſetur caput, poſtea adminiſtra infrigidantia. Et fiat emplaſtrum ex [l] farina fabarum ſine corticibus ſuis, & farina hordei cum aqua foliorum alkalef, aut aqua endiuiæ. Aut lana infuſa in vitello oui cum oleo roſ. aut pauco vino. Et diſtilletur in oculum ſanguis turturum, & pullorum columbinorum, & in die tertio diſtilletur in ipſum lac, & alcoſol, quę ſunt fortiora. Et penitus plurimum curæ eius eſt ex genere curæ apoſtematum calidorum. Et poſt adminiſtretur collyrium frigidum ex thuris & croci, & myrrhę omnium ana parte. i. & arſenici parte. 5. Medicamen iuuatiuum muriſis, id eſt dilatationi oculi. Recipe fellis milui, & fellis gruis amborum ana aur̃. iij. croci. ʒ. i. piperis centum, & ſeptuaginta grana, ſucci liquiritiæ. v. aur̃. & tertia, ammoniaci duo aur̃. mellis ſecundum quantita- D tem neceſſitatis: & fiat ex eis alcohol, & teratur cum aqua fœniculi, & conficiatur cum melle. Et ad illam, quę facta eſt ex percuſſione medius aur̃. teratur cum ſucco raphani, vſquequo ſiccetur & adminiſtretur cum eo ſicco alcohol. Et etiam fellis hirci aur̃. i. ſtercus aldab, aut alurel aur̃. i. & . 5. nitri. 5. aur̃. piperis fellis gruis amborum ana aur̃. ij. croci aur̃. i. ammoniaci aur̃. 5. ellebori albi aur̃. i. terantur etiam cum aqua fœniculi, & miſceantur cum melle.

*De conſtrictione pupillæ.* Cap. 15.

COnſtrictio eſt vt ſit foramen vueę ſtrictius, q̃ conſuetum fuit. Et [m] ſi eſt naturalis eſt laudabilis: & ſi eſt accidentalis, eſt deterior q̃ dilatatio: & q̃nq; perducit ad oppilationem. & eius cauſa eſt, aut ſiccitas vueę corrugatiua aggregans eam, & contrahitur foramen, & accidit conſtrictio aut oppilatio. Aut humiditas extendens vueam à lateribus ad medium, & conſtringitur foramẽ, & accidit ſicut illud, quod accidit [n] cribris quando madefiunt, & mollificantur: & extẽduntur in partes. Aut ſiccitas [o] vehemens albuginei, quare minoratur, & ſequitur ipſum tunica ad detumeſcẽdum, & aggregationem diuerſam diſpoſitioni exitus. Et plurimum accidit hoc accidens à ſiccitate.

*De ſignis.* Cap. 16.

IAm diximus ea in [p] capitulo debilitatis oculi.

Iſtion *De cura.*

A † Pau. li. 3. 117. 28. Noi aũt tradit Oribaſius, ſubſcripto vtemur, caucalidis ſucci, chamedryos ſanguinariæ ſingulorũ ęquis portionibus contritis, ſbe neſciunt item collyria, & qd ſucco ſęniculi conſtat, & Protheus, & Thalaſſerus, & Diaopobalſamu, & quę ex his p̃parant̃ p̃ſidio eſſe ſolent. Inſuper fœniculi decoctum p initia ſupfuſum adiuuat, itẽ ex ſuccis cõfectũ opobalſamo, melle oleo veteri & ſimilibus.

B Li. 3. 4. c. 21.

C Raſ. lib. diui. c. 33

D G. 1. de cã ſympto. c. 2. g

E Aet. lib. 2. ſer. 3. c. 51.

F 1. & 2.

G T. 1. c. 9.

H Aet. lib. 2. ſer. 3. c. 52.

I Raſ. 9. c. 29.

K 11.

L Raſ. in diui. c. 33.

M G. 1. de ſymp. cã. c. 2. d. e. f

N Gal. ibidem g

O Gal. ibi. h

P 1.

*De cura.* *Cap.* 17.

E Ius quidem quæ ſicca eſt, cura ſunt humectãtia, quæ ſunt ex diſtillationibus, & caputpurgijs, & embrocis factis ex ſuccis humidis, & reliquis ſicut ſcis: & cibi lenes ſeu leniẽtes & pingues & in aliquibus horis neceſſitas eſt adminiſtrare aliquid in quo ſit caliditas aliqua, vt attrahat materiam humidam ad oculum. Et [a] oportet vt adminiſtretur fricatio capitis, & faciei, & oculi fricatione ſucceſſiua. ſ. vna poſt aliam breui tempore: & totum id vt attrahat. Nam adminiſtratio humectantium pure, qñq; nocet etiam, & qñ adminiſtras alcofol attractiua, itera tunc humectatiua. Ei vero, quæ humida eſt, conferunt alcofol prædicta cognita in [b] capitulo debilitatis viſus, & [c] aquæ, & imaginationum. Et ex eis eſt collyrium huius deſcriptionis. Floris æris, ammoniaci amborum ana pars. i. croci pars & tertia, aloes. v. partes, muſchi medietas partis, fiat ex eis collyrium. Et iterũ ammoniaci aur. duo, floris æris aure. iiij. ſtercoris lacerti aure. iij. croci aure. ij. gummi aure. i. conficiantur cum melle, & adminiſtrentur. Et etiam piperis, & ammoniaci amborum ana partes. ij. olei balſami nona partis vnius, croci pars. i. reſoluatur ammoniacum in aqua fœniculi, & proijciatur ſuper ipſum oleum balſami, & conficiantur cum melle: hoc nanq; eſt valde bonum.

E

A Aet. lib. 1. ſer. 4. c. 33.

B 3.

*De aqua.* i. Suffuſio, & Hypochyma. *Cap.* 18.

D Eſcenſus aquæ eſt ægritudo oppilatiua, & [d] eſt humiditas extranea ſtans in foramine vueæ, inter humorem albugineum, & ſiphac corneæ, ſeu ſiphac corneum, quare prohibet penetrare formas ad viſum. Et ipſa quidem qñq; diuerſificatur in quantitate, & diuerſificatur in qualitate. Eius autem diuerſitas in quãtitate eſt, qm̃ [e] qñq; eſt plurima ſm comparationem ad foramen: quare oppilat totum foramen, & non videt oculus aliquid. Et qñq; eſt pauca ſm comparationem ad ipſum: quare oppilat partem eius: & dimittit partem ipſius detectam. [e] Illud ergo, quod ex viſibilibus coram parte oppilata exiſtit, non cõprehendit viſus. ſed comprehendit illud, quod eſt coram parte diſcooperta. Et qñq; comprehendit viſus, alicuius rei medietatem: aut partem eius, & non comprehendit reliquum, niſi permutatione pupillæ: & fortaſſe comprehendit ipſam integre vice vna, & non comprehendit ipſam integre vice alia: & illud ſm ſitum eius. Nam cum peruenit cum integritate ſua coram oppilato, non comprehendit ex ea aliquid: & qñ peruenit cum integritate ſua coram diſcooperto, comprehẽdit ipſam totam. & hæc quidem oppilatio diminuta [e] qñq; cadit ſuperius aut inferius, & qñq; accidit vt ſit illud in ipſo medio foraminis, & illud, quod ipſum circundat ſit diſcoopertum: & tunc quidem non videt de omni re niſi latera, & nõ videt medium eius: immo videt in medio eius, ſicut [e] feneſtram aut aperturam: & intentio illius eſt, ꝙ non videt: ſed imaginatur tenebras. Diuerſitas vero illius in qualitate, qñq; eſt in eſſentia: qm̃ alia eſt ſubtilis clara peruia, quæ non prohibet lumen & ſolem: & alia eius eſt groſſa valde. Et [f] qñq; eſt in colore, qm̃ alia eius eſt aerei coloris: & alia eius alba eſt gypſei coloris: & alia eius [g] alba eſt margaritalis: & alia eius alba declinat ad blauedinem ſeu glaucedinem paruam, & ad colorem lapidis turchois, & aureitatem: & quædam eſt citrina: & quædam eſt nigra: & quædam eſt cineritia. Et [f] illa quidem, quæ eſt magis receptibilis curæ ex parte coloris, eſt aerea, & alba margaritalis, & quæ declinat ad glaucedinem parum, & ad colorem lapidis turchois. [h] † {Genus autem gypſeum, & viride, & turbidũ: ſeu & nigrum plumbeum vehementer vehementis nigredinis, & citrinum nõ recipiunt curam, quæ fit cum acu.} Et ex ſpeciebus quidem eius, quæ eſt groſſa, eſt quædam ſpecies, quæ qñq; fit [i] dura valde, ita vt egrediatur ad hoc vt ſit aqua: & neq; eſt ei cura. Et illa quidẽ, quæ magis ſuſceptibilis eſt curæ ex parte eſſentiæ, eſt ſubtilis, quam cum conſideraueris, ſeu aſpexeris in vmbra luminoſa ſeu ſplendida, & [k] ſuper ipſam digitis tuis compreſſionem feceris, ſeparabitur velociter: [l] deinde redibit, & aggregabitur: huius nanq; ablatio cum inſtrumento auferẽdi, aquam, ſperatur. Veruntamen huius [i] experientiæ aſſiduatio, eſt ex eis, quæ conturbant aquã, & facit curam cum inſtrumento difficilem. Et qñq; experitur illud alio modo: & eſt vt ponatur ſuper oculũ cottũ, & ſuffletur in ipſum vehementer, deinde auferat, & conſideretur velociter, an videatur in aqua motus: nã ſi videtur tunc iam apta eſt vt cum inſtrumento curetur: & [k] ſilr̃ ſi clauſio oculi facit dilatationem alterius. Et illa, quæ poſt caſum: aut ęgritudinem cerebri accidit, fit difficilis ſanitas eius.

C Cap. 11.

F D G. cõm. 1. in prognoſt. 23. c. ſ. & Raſ. 2. cont. t. 6. c. 1. 47. 3. & Ga. 10. de v. par. ca. 1. ſ. ſed Gal. 7. de Hip. & Pla. decre. c. 6. g. aliter.

E G. 1. de ſympto. cau. c. 2. a

F G. de ocu. c. 11. d

G G Raſ. 2. conti. t. 6. c. 1. 47. 3. & 4.

H † Pau. lib. 6. c. 21. 22. & Raſ. 2. conti. t. 6. c. 1. 47. 4. Nã ſi ſerri aut marinę aquę, aut plũbi colorẽ ſuffuſio habeat, moderate coaluit, & ad eductionẽ idonea redditur: ſi vero gypſo & grandini ſimilis color ſuffuſionis eſt ſupra quam par eſt concreuit.

I Raſ. 49. 4.

k G. 1. de ſympto. cau. c. 2. d

*De ſignis.* *Cap.* 19.

S Igna portendentia aquam, ſunt imaginationes prædictæ, quæ non ſunt à cauſis alijs. Et nos quidem iam expoſuimus eſſe earum in capitulo imaginationum, & quod accidit cum eis conturbatio ſenſibilis, & proprie qñ eſt in vno oculorũ: & ꝙ imaginantur ei res luminoſæ: ſicut candelæ duplices. Inter aquã vero, & oppilationem intrinſecam, diſtat: qm̃ qñ vnus duorũ oculorũ cõprimitur, dilatatur alter in aqua: ſed nõ dilatatur alter in oppilatione. Et [m] illud qm̃ cauſa in illa dilatatione, eſt expulſio ſpiritus, qui eſt in oculo cõpreſſo ad alterũ cum fortitudine: ſed cum inuenit oppilationem ante ipſum, ſeu ipſi oppoſitã non penetrat: & hoc ſm plurimũ: & ſm minus dilataẽ alter, niſi aqua ſit vehemẽtis groſſitudinis: & nõ fuerit oppilatio: ſed in alintiſar nõ eſt aliqd de hoc.

H L Paul. li. 6. c. 21. 15. & Raſ. 2. conti. t. 6. c. 2. 49. 4

M G. 1. de ſympt. cau. c. 1. d. e.

*De cura eius.* *Cap.* 20.

E Go quidem iam vidi hominem de his, qui ad comprehenſionem redeunt, & intelligentiam, cui aqua iam acciderat, qui curauit ſeipſum cum euacuationibus, & abſtinentia cibi, & minoratione cibi, & alienatione iurium, & humectantium, & fuit contentus aſſatis, & frixis, & adminiſtratione alcofol reſoluentium ſubtiliantium. & redijt ad ipſum viſus eius bene: & ſm veritatẽ quãdo [n] ſuccurritur aquæ in principio ſui confert in ea hoc regimen: illi autem, quæ confirmata eſt,

non eſt

N Raſ. 2. conti. t. c. 2. 49. 4.



A non eſt conueniens niſi cura cum inſtrumento. Oportet ergo vt abhorreat vel fugiat habens eam repletionem, & vinum, & coitum, & ſit contentus comedere ſemel in meridie, & fugiat piſces, & fructus, & carnes groſſas proprie. [a] Vomitus autem quãuis conferat ex parte mundificationis ſtomachi, tamen eſt nocitiuus in proprietate aquæ. Et nos quidem iam docuimus canones curationis eius cum medicinis, in [b] capitulo imaginationum. Et nunc dicamus res expertas: & ex eis eſt, vt ſumantur granorum lauri excorticatorum. x. partes, & gummi pars. i. terantur cum vrina pueri non polluti: ad aquam, & ad debilitatem viſus cum aqua pura: & adminiſtrentur. Dixit Alathius alhamedi. Conficiatur cum felle viperæ: & melle, & fiat cum eo alcohol: eſt enim bonum valde. Dico autem, quòd experti ſunt homines veraces fel viperæ, & non egit operationem veneni omnino. Et hoc experimentum ex eis eſt à quibus cauendi minuitur neceſſitas. Aliud experimentum bonum: ſucci granatorum relatorum ab inſula Moadis, & chamædreos coralli omnium ana aure. i. conficiantur cum aqua fœniculi. In regimine autem curæ, quæ fit cum inſtrumento, oportet vt ante ipſam præcedat mundificatio corporis, & capitis proprie, & fiat phlebotomia ſi neceſſaria fuerit: deinde obſeruetur ne ille, qui cum inſtrumento eſt curandus, habeat [c] ſodam: & timeatur vt accidat vel attrahatur in tunicis apoſtema: aut ſit aſſuetus pati tuſſim: aut ſit vehementis rixæ, vel ocis iræ: nam rixa, & ira omnis, ſunt ex eis, quæ mouent ad reditum: Et oportet vt fugiat vinum & coitum. Et cum hoc non oportet vt adminiſtretur cura cum inſtrumento niſi poſtꝙ aqua ſteterit & deſcenderit, quod deſcendere vult ex ea, & ingroſſata fuerit eſſentia eius. Et tempus eius æquale eſt tempus anni, & phlebotomia nocet: & cibus eius ſit aqua ciceris. Et cõſtituatur locus ad quẽ moueat curans cum inſtrumento ſub oculo: & ſimiliter multoties inuenitur ex principio. Et qñ voluntas adeſt vt fiat cura cum inſtrumento, præmittatur habenti [d] aquam, vt nutriatur piſcibus recentibus & cibis humectatiuis ingroſſantibus aquam, & adminiſtrentur res ex eis, quæ confortant nocumentum ſeu quæ addunt ad nocumentum aquæ. Deinde fiat cura cũ inſtrumento. Et [d] ad vltimum ſi aqua fuerit ſubtilis valde, aut groſſa valde, non obedit curæ cum inſtrumento. Et qñ voluntas eſt curare cum inſtrumento præcipiatur infirmo aſpicere ad lachrymalem domeſticum, & ad naſum, & conſeruetur ſm illam figuram: & non ſit iuxta feneſtram, neq; in loco vehementis luminis valde. Deinde procedat artifex, & incipiat, & perforet cum [e] † {mucadahati,} & vadat inter duas tunicas, vſquequo ſit coram foramine, & [f] inuenitur illic ſicut ſpatium & ſinuoſitas. Amplius ex artificibus eſt, qui extrahit [g] † {almachda,} & intromittit in eum caudam ſeu extremitatem [h] † {almhet,} & nominatur alaclid in oppoſito foraminis, vt preparet extremitati almhet tranſitum vel ingreſſum: & vt aſſuefaciat ægrum patientia: deinde intromittit almhet vſq; ad terminum diffinitum ſeu debitum: & deprimit cum eo aquam: & [i] non ceſſat deponere eã donec clarificetur oculus: & deprimatur aqua poſt corneam deſubtus: deinde adhæreat almhet in loco ſuo aliquanto tempore, ſeu tempore conuenienti vt adhæreat vel ſtet aqua in loco illo: deinde remoueatur ab eo almhet, & conſideret an redeat: [i] tunc ſi redit, iteret regimen donec ſit ſecurus. Et ſi aqua non obedit, vt currat ad partem ad quam fecit eam deſcendere, declina eam ad partem alteram, & expelle eam ad partem ad quam declinat, & ſepara ipſam in ea. Quod ſi videris eam redire in diebus in quibus curas tunc reitera almhet in illo eodem foramine: Ipſum enim remanet, & non conſolidatur: & cum ad foramen currit ſanguis, oportet vt deſcendere faciat eum etiam & nõ dimittatur remanere illic, & congelari: tunc enim non eſt ei curatio. Cumq; curam cum inſtrumento operatus fueris, pone ſuper oculum cui adhibita eſt cura cum inſtrumento, [k] vitellum oui conquaſſatum cum [l] † {oleo viol. & cum cotto.} Et [d] oportet vt oppiletur ſanus etiam, vt nõ moueatur, & ſequatur eum infirmus. Et [d] fac eum dormire ſuper collum tribus diebus in tenebris. Et [d] qñq; neceſſariæ ſunt iterationes plurimæ huius emplaſtrationis & cõſeruationes huius ſituationis, & reſupinationis per vnam hebdomadam. Et illud quidem qñ illic fuerit apoſtema, aut ſoda, aut aliud: Verum apoſtema facit eſſe neceſſarium ſolutionẽ ligationis fortis, & mollificationẽ eius. Et penitus melius eſt vt conſeruet æger ſituationẽ ſuã vſquequo remoueatur dolor, & nõ ſoluatur ligatura, niſi omnibus tribus diebus & renouetur medicamen. Et oportet quidem vt fiat vaporatio in tempore ſolutionis cum aqua roſ. & aqua ſalicis, aut cum aqua cucurbitæ: aut aqua virgæ paſtoris, & ibi ſimilibus. Et homines quidem habent vias diuerſas in exercendo curã aquæ, quæ fit cum inſtrumento: ita [m] vt quidam ſint, qui diſrumpunt inferiorem partẽ corneæ, & extrahunt aquã per eam: & hoc eſt in quo eſt timor: qm̃ cum aqua, qñ eſt groſſa, egreditur albugineus.

A Raſ. 2. cont. t. 6. c. 2. 50. c.

B 2.

C Raſ. 50. 2.

B

D Raſ. 49. 4

E † inſtrumẽto quo inciditur coniunctiua oculi.

F Ga. 10. de v. par. c. 4. c

G † inſtrumẽtum quo inciditur coniunctiua oculi.

H † inſtrumenti quo vtimur i ægritudine quadam oculi.

I Paul. lib. 6. c. 21. 22.

C

K Raſ. 49. 4. & aliter Paul.

L † oleo ro. & laua

D

M Raſ. 50. 4.

*De deſtructione viſus.* *Cap.* 21.

D Eſtructio viſus qñq; accidit ex cauſis debilitatis viſus, cum ſuperfluunt: quare conſideretur [n] illic. Nos vero iterum dicamus, & dimittamus, quod eſt cum cõitate cerebri, & aliorũ: quoniam illud [n] illic intellectum eſt. [o] Deſtructio viſus, aut fit partibus oculi manifeſtis in ſuis ſubſtantijs incolumibus: aut fit illud, cum iam acciderit eis nocumentum ſenſibile, aut non ſenſibile: & quæ itinere eorum procedunt. Noſter vero ſermo eſt de primo. Nam [p] ſi partes oculi apparentes fuerint incolumes in ſubſtantijs ſuis: ſed iam acciderit eis nocumentum ex parte alia non manifeſta hominibus, & vulgo, tunc aut erit foramen ſecundum diſpoſitionem ſanitatis ſuæ, aut non erit, ꝙ ſi fuerit foramen ſm diſpoſitionem ſanitatis ſuæ, aut erit illic oppilatio aquoſa: aut erit oppilatio non illic: immo in [p] neruo concauo: aut propter rem cadentem in foramine eius: aut propter coopertimentum accidens ex ſiccitate, aut mollificatione: aut apoſtematibus in lacertis ſuis compreſſis

N Cap. 1.

O Pal. lib. 3. ca. 22. 17. 40.

P G. 4. lo. aff. c. 2. g

preſſis

preſſis in ſeipſis: Aut ſequetur compreſſionem accidentem anteriori cerebro, ſm q expoſuimus in [a] his, quæ præterierunt: Aut accidit ei attritio: Aut [b] glaciali accidet remotio ab oppoſitione foraminis: Aut erit corruptio complexionis eius, & non erit conueniens vt ſit inſtrumentum viſus. Et plurimum quidem accidit propter humiditatem dominantem ſuper eam valde: aut propter ſiccitatem vincentem ſuper ipſum: quare colligitur in ſeipſum, & corrugatur, & [c] nominatur hæc ægritudo glauconia, & non eſt ei medicamen & fit oculus propter eam exiccatus vel corrugatus glaucus ſeu varius: aut non erit foramen incolume. Sed aut erit iam conſecuta ex eo dilatatio in vltimo fine: aut erit conſecuta ipſum conſtrictio coopercuræ.

*De ſignis.* Cap. 22.

SIgnum autem aquæ, & dilatationis, & conſtrictionis, & reliquorum, eſt illud, quod diximus in capitulo ſuo. Cauſa vero in ea, quæ fit in neruo concauo, eſt illud, cuius comprehenſio fit facilis in ſumma per ſigna prædicta in capitulo aquæ. Sed diſtinctio rei in ipſo eſt difficilis: & fortaſſe non comprehenditur ſapientia. & quando illic fuerit pulſatio, & rubedo, tunc exiſtima, q ſit in neruo apoſtema calidum. Quod ſi affuerint illic grauitas, & paruitas caliditatis, tunc exiſtima, q illic ſit apoſtema frigidum: Et ſi fuerit grauitas vehemens, & oculus humidus valde, tunc materia erit humida valde. Et ſi fuerit oculus ſiccus, tunc materia erit melancholica. Et quando accidit ſuper caput percuſſio, aut caſus faciens exire oculum prius, deinde ſequitur illud profundatio eius, & deſtructio viſus: tunc exiſtima, q neruus oculi iam attritus eſt.

*De oculis abominantibus radios.* Cap. 23.

ILlud eſt ex eis, quæ ſignificant calefactionem ſpiritus & eius inflammationem, & eius ſubtilitatem & indicat vt plurimũ karabitum niſi ſit pp ſcabiem palpebrarũ: & eius cura eſt quod noſti.

*De alchamar & albedine vincente.* Cap. 24.

QVandoq; accidit [d] ex lumine vincente, aut [e] albedine, quando aſpectus aſſiduatur in niue, vt non videat niſi parum, & videat illud ex proximo, & nõ videat illud ex longinquo, propter debilitatem ſpiritus. Cumq; aſpicit colores imaginatur, q ſuper eos ſit albedo.

*De cura.* Cap. 25.

PRæcipiatur vt aſſidue inſpiciat colores virides & cœleſtes, & ſuſpendat nigros coram viſu. Quod ſi iam aggregatum fuerit cum nocumento viſus propter ſuam albedinem nocumẽtũ eius propter frigus ipſius: diſtilletur in oculo aqua in qua decocta eſt palea tritici tepida vt nõ noceat. Et quandoq; fit alcohol cum melle, & ſucco allij: Et etiam quandoque aperitur oculus ſuper vaporem vini diſtillati ſuper lapidem molarem: Aut vaporatur oculus cum vino duro: Aut inclinatur ſuper vaporem aquæ in qua decoctę ſunt herbæ reſoluẽtes ſubtiliantes cognitæ ſicut hyſſopus, & melilotum, & chamæmilla, & ſimilia.

Margin: E — F — G — A Cap. 1. — B G. 1. de ſympt. cau. c. 2. c — C Paul. lib. 3. 14. 15. & Aet. lib. 1. ſer. 3. c. 50. — D G. 1. de ſympt. cau. c. 6. h — E Gal. ibidem. i

## Fen quarta de diſpoſitionibus auris & eſt Tractatus vnus.

[f] *De anatomia auris.* Cap. 1.

AVris eſt membrum creatum auditui: & factum eſt ei [g] oſtracum anfractuoſum, vt ſentiat omnes voces, & faciat tinnitũ earũ neceſſariũ: Et foramen incipiens in oſſe petroſo eſt inuolutũ anfractuoſum, vt ſi anfractuoſitas eius elongans ſpatium aeris ad interiora cum abbreuiatione corporis ſui ſeu magnitudinis ſuæ in quo ſi factum eſſet foramen penetrans directe: abbreuiaretur ſpatium, ſed non fuit regimen in prolongando, vt non ſubito pueniat ad interiora eius calor & frigus ſupflua: immo eueniat ſuper ipſum gradata ad ipſum. Et foramen quidẽ auris puenit ad cõcauitatem, in qua eſt aer ſtãs: & ſupficies eius domeſtica eſt ſtrata villis nerui auditus, pueniẽtis [h] à pari quinto, quod eſt ex paribus neruorũ cerebri. Et ſupflua duritie factus eſt durus, vt non ſit debilis paſſibilis à percuſſione aeris, & qualitate eius. Cum ergo peruenit vnda vocalis ad illud, quod eſt illic, cõprehendit eã auditus: Et [h] hic quidẽ neruus in diſpoſitionibus auditus, eſt ſicut glacialis in diſpõnibus viſus: & reliqua membra auris ſunt, ſicut reliqua, quæ circundãt glacialem ex tunicis, & humoribus, quæ ſunt creatæ propter glacialẽ, vt ſeruiant ei, & cuſtodiant ipſum, & adiuuent eũ. Et [h] alſamac eſt ſicut foramen vueæ, & creata eſt auris cartilaginoſa: quoniã ſi foret creata carnea, aut pannicularis, nõ ſeruaret figuram fornicis, & anfractuoſitatis, quæ eſt in ea. Et [i] ſi crearetur oſſea læderet, & læderetur in omni contuſione. Sed creata eſt cartilaginoſa habens cum conſeruatione figuræ lenitatem, & plicabilitatem. Et creatæ aures ſunt in lateribus, quoniam pars anterior fuit conuenientior viſui propter illud, quod [k] ſciuiſti. quare ipſa eſt ab oculo occupata pro loco ſibi conuenientiori. Et creatæ ſunt ſub tonſura capillorum, vel ſub loco in quo eſt terminus originis capillorum in homine, vt non ſit ſub tegmento capillorum, & tegmento alebas. i. rei cooperientis caput. Et huic quidem membro accidunt ſpecies ægritudinum: & [l] quandoq; ſunt dolores eius pernicioſi: Et multoties accidunt ex ægritudinibus eius febres difficiles valde.

*De conſeruatione ſanitatis auris.* Cap. 2.

OPortet vt in aure intendatur, & caueatur, vt nõ lædant eã calor, & frigus. & ventoſitates, & res extraneæ: neq; eam ingrediatur aliquid aquarum, & animalium: & mundificẽtur ſordes eius.

Margin: H — F Li. 13. aial. c. 9. — G Ariſt. 1. de nat. aial. c. 11. & G. 11. de v. p. c. 11. h — † G. li. de diſſectio ne neruorũ. c. 6. g — H G. 1. de cau. ſym pto. c. 3. f — I Gal. li. H. de v. p. c. 12. h — k F. 1. c. 1. — L G. lib. 3. pgnoſt. textu. 13.



A Deinde oportet vt aſſiduetur diſtillatio olei de amygdalis amaris in ea omni hebdomada ſemel: eſt enim mirabile. Et oportet vt cuſtodiantur ne generentur in ea apoſtemata, & bothor, & vlcera, quoniam ſunt corrumpentia aurem. Et ſi timetur, q ei accidat bothor, adminiſtretur in ea diſtillatio ſief memithe in aceto, & in diſtillatione ſief memithe in omni hebdomada ſemel eſt ſecuritas à fluxu, quod deſcendit ad ipſum. Et ex eis quidem, quæ nocent auri, & reliquis ſenſibus, ſunt [a] † {altochme,} & repletio. & proprie ſomnus ſuper repletionem.

*De nocumentis auditus.* Cap. 3.

NOcumenta auditus ſunt ſicut reliquarum operationum: & illud eſt, qm̃ nocumentum omnis operationis eſt, vt [b] deſtruatur operatio: & fit loco eius hic [c] † {deſtructio auditus:} Aut minuatur, & ſit vice eius hic, vt minuatur auditus: quare [d] † {non perfecte audit neq; audit} ex longinquo: [e] † { Aut alteretur, & ſit vice eius, vt audiat, quod non auditur:} ſicut eſt illud, quod accidit in aure ex ſonitu, & tinnitu, & ſibilo. Et ſcias, q nocumentum auditus aut eſt ab origine, & eſt ſurditas, aut tharas aut vchar natiua: aut eſt accidentale. & intentio quidem ſurditatis eſt præter intentionem tharas. Surditas nanq; eſt, vt pars intrinſeca ſamac creata ſit obturata vel ſolida, in qua non exiſtit concauitas intrinſeca: quam [f] prædiximus, quæ eſt ſicut vuea comprehendens aerem quietum, qui audit voces ſua vndoſitate. [g] † {Altharas} vero & aluchar ſunt vt in eis nocumentũ non conſequatur priuationem ſenſus. Et nõ elongatur quin aluchar ſit ſicut deſtructio cõmunis ſurditati & non ſit illic concauitas, ſed neruus non affert virtutem ſenſus: & altharas quidẽ ſit ſicut diminutio abſq; deſtructione: aut conueniant ſm cõuerſionem in ſignificatione. Et altharas quidem multoties accidit ſucceſſione vomitus, & eſt facilis remotionis. Et deſtructio quidem auditus [h] alia eſt natiua naturalis cui non eſt curatio: & ſimiliter reliquæ ſpecies alguacre & altarax. Etiam aliæ ſunt natiuæ naturales, quæ curationem non habent: & alia eſt accidentalis, ſed eius ſpatium eſt elongatum, & eſt chronica: & illa etiam eſt propinqua deſperationi, & difficilis curæ. Recens autẽ propinqui temporis, quæ eſt ex tarax, eſt recipiens curam. Verum cauſæ illius quandoq; ſunt cum cõitate membri, ſicut quæ ſunt ex [i] cõitate cerebri: aut quorundam membrorum ei vicinorum, ſicut accidit cum primum naſcuntur dentes: & ſicut accidit apud dolores dẽtium: & qñq; ſunt propter nocumentum proprium in auditu: [i] aut in neruo: aut in foramine. Et nocumenta quidem auditus, aut [k] ſunt complexionalia, aut inſtrumentalia, aut reſolutiua ſingularitatis. Nocumentum vero in neruo auditus quandoq; accidit propter omnes cauſas ægritudinum conſimilium partiũ in ipſo, & inſtrumentalium, & ſolutionis cõtinuitatis. Et [l] ægritudines quidem ſimilium partium in ipſo, ſunt vnaquæq; ſpecierum malitiæ complexionis ſingularis & compoſitæ: & plurimũ eius eſt ex frigore: Et qñq; fit vnaquæq; earum abſq; materia. Et qñq; fit cum materia melãcholica, aut cholerica, aut phlegmatica ex phlegmate crudo, aut ventoſa. Et [l] multoties quidem retinetur fluxus ventris cholericus, & ſuccedit ei ſurditas: & non elongatur, quin ſimiliter in alijs fluxibus ventris contingat ſm naturam cum retinentur & prohibentur non in hora ſua. Inſtrumentales vero in neruo ſunt, ſicut [m] oppilatio quam fecit humor, aut ſanies: aut apoſtema, quod eſt dubellati: aut [i] apoſtema calidum: aut [i] durum, aut cooperimentum ex [i] ſorditie: aut [n] † {alterhel:} aut inflatio. & ſolutio ſingularitatis in ipſo qñq; fit ex vlcere, aut ex corroſione. Plurimum vero eius, quæ fit propter tranſitum, eſt ab oppilatione propter cauſam intrinſecam: aut propter cauſam extrinſecam. Et intrinſeca quidem eſt ſicut verruca. aut caro addita: aut vermis: aut [i] multa ſordities: aut humor groſſus aut tenax, aut congelatio ſaniei ex apoſtemate rupto. Extrinſeca vero eſt ſicut arena, aut, lapis, aut nucleus ingrediens eam: aut congelatio ſanguinis, cuius quædam pars fluxit ab aure, & pars eius remanſit. Et illud quidem quandoq; accidit ſubito: & quandoq; accidit paulatim. Nocumẽtum præterea auditus, qñq; accidit ſm ſemitam [o] criſium, & ſm ſemitam permutationis materiæ in fine ægritudinum acutarum: & etiam cum remanet poſt receſſionem fe. grauitas capitis. Et qñq; fit nocumentum, quod eſt huius capituli: aut ſm ſemitam accidentis ſeparabilis, ſicut recedit apud motus criſis: aut ſm ſemitam accidentis fixi, vt ipſum ſit ipſamet expulſio criſis. ſ. vt criſis iam expulerit materiam ad partem auris: & firmauerit eam in ipſa, non ex hoc, q fecerit eam procedere vel pertranſire in ipſa ſm ſemitam vicinitatis. & multoties quidem portendit hoc accidens vomitum, aut fluxum ſanguinis narium: & multoties deſtruit ipſum fluxus ventris.

*De ſignis eorum.* Cap. 4.

FActum quidem cõmunitate [p] cerebri ſignificat diſpoſitio in reliquis exiſtens ſenſibus. & cõmunitas auditus cum eis in ea: & cõitas virtutis motiuæ etiam: & ſignificatur magis ſignificaturus eius, eſt cõitas linguæ: & proprie cum eſt ſucceſſione ſirſen, & ſucceſſione cõmiſtionis intellectus: & poſt nocumentum cerebri complexionale, & reliqua eorum, quæ dicta ſunt in [q] capitulo ægritudinum cerebri. [p] Sed factum proprie in neruo, ſignificat ſuper ipſum ſanitas cerebri & foraminis, & ſanitas tranſitus auditus, & tempus propinquum perſeuerantiæ ſanitatis auditus ante. Et ſi cauſa eſt dubellati, aut apoſtema calidum in ipſo neruo, ſignificant ipſum febres, cum quibus ſunt horripilatio, & tremor, & comitantur ipſum febres, & permiſtio intellectus, & alienatio. Et in ipſo eſt timor niſi aperiatur. Quod ſi non fuerit propter apoſtema in ipſo neruo, non oportebit vt ſit febris, niſi ſit ſm iudicium febris diei: & erit extenſio & dolor, & grauitas, & pulſatio. In dolore vero, & grauitate communicant omnia, quæ ſunt ex apoſtemate, & materia vbicunque ſint. Quod ſi cauſa fuerit ventoſitas, ſignificabunt ipſam ſonitus, & tinnitus, qui non aſſociantur grauitati,

Margin: A † nauſeatiua ſacietas. — B Fen. 1. t. 1. c. 6. — C † G. 1. de ſympt. cau. c. 5. b, ſurditas: — D † G. ibi. auditus grauis. — E † G. Obauditus. — F Cap. 1. — G † Nocumentũ in auditu. — B — H Alzar. li. pract. 13. c. 2. fo. 38. — I Gal. 1. de ſympt. cau. c. 3. f — k Halya. 9. theo. c. 14. — L Cap. 5. & Hipp. li. 4. aphor. 28. — C — M Gal. ibi. & commen. 1. in ſecundũ porrhet. 33. — N † mala corporis diſpoſi. humidi ab ocio cauſata. — O Lib. 4. Fen. 2. t. 1. c. 4. — D — P G. 4. loc. aff. c. 2. fo. 23. c — Q Fen prima.

uitati. Et ſi eſt vlcus & bothor, ſignificat ipſum pruritus cum dolore. Oppilatio vero multoties fit E ſine grauitate: & qñq; fit cum grauitate. Et qñ non eſt grauitas, & eſt nocumentum, & non eſt illic malitia complexionis vincentis, tunc eſt ex oppilatione. Et regimen antecedens qñq; ſignificat ipſam. Et ſi oppilatio eſt ex carbunculo, & ſimilibus, ſignificat ipſam pulſatio: & ſi eſt ex ſanguine, ſignificat eam curſus ſanguinis antecedens. Et illam, quæ eſt ex malitia complexionis ſingularis, ſignificat dolor in profundo ſine grauitate, & non eſt extenſio. Et ſi eſt frigida læditur à frigidis, & fit fortior in frigidioribus partibus diei. Et ſi eſt calida, eſt econtrario, & ſentit inflammationem, & mordicationẽ. Et ſi illic eſt materia, ſentitur cũ hoc grauitas: & proprie cũ proſternitur in orationẽ. Et eius, quod eſt à ſiccitate ſignũ eſt, vt ſit poſt vigilias, & ieiuniũ, & cũ detumeſcẽtia faciei, & oculi. Et illud cuius cauſa eſt vermis, ſignat aſſiduatio cõmotionis cũ exitu vermis in quibuſdã horis.

*De cura.* *Cap.* 5.

DIcamus primum, ꝙ [a] oportet vt ſint omnia, quæ diſtillantur in aurẽ tepida, non frigida, neq; calida: & hoc dictum eſt vniuerſale: deinde diſtinguamus rem in ipſo. In eo quidem, quod cholericum eſt, oportet vt euacuetur cholera cum ſolutiuo ventris. Plurimum enim iuuat in ipſo ſolutio naturæ, & remouetur cum ea ſurditas: [b] ſicut multoties accidit fluxus cholericus, & retinetur, & accidit inde ſurditas. Quod ſi illic eſt caliditas tm̃, tunc cum infrigidantibus curetur ex oleis & alijs: aut cum ſucco granati, cuius ſuccus reducatur in cortice ſuo cum aliquanto aceto, & F thure, & oleo roſ. & decoquatur donec inſpiſſetur & diſtilletur in eam aqua lactucæ, aut aqua ſolatri. illi autem, quod factum eſt à frigore, & materia frigida, conferunt omnia olea calida & ea in quibus diſſolutum eſt caſtoreum: & proprie oleum balſami, & coſti, & oleum amygdalarum amararum, & ſuccus abſinthij, & oleum chamæmillinum cum adipe vaccino, & felle taurino: aut oleũ ſiſaminum in quo decocta ſit pulpa coloquinthidæ, aut radices eius. & quandoq; confert in ipſo vrina taurorum qñ in ea diſſoluitur myrrha: & fiat diſtillatio, & ſuccus cucumeris aſinini, & totũ illud fiat poſt euacuationem materiei frigidæ, ſi fuerit coarctata, cum euacuatiuis, quæ ſciuiſti cõibus corpori: & appropriatis capiti vel partibus capitis: & poſt adminiſtrationem embrocarũ quas ſciuiſti ei: & proprie illa in qua ponuntur folia lauri, & grana eius. Et exercitium eſt vehementis iuuaminis in illo: Et [c] ſimiliter vociferatio vehemens in aure: & clangores buccinarum, & ſimilia. Et qñq; ponitur in aure caput [d] † {embube,} vt ad ipſam peruenire faciat vaporem decoctionũ reſoluentium. Et confert omnibus illis [e] ſuccus rutæ cum melle, & caſtoreo, & oleo anethino, & vrina caprina, & felle eius, & proprie cum galbano. Et [f] ex eis, quæ experta ſunt in hoc, eſt vt ſumatur caſtorei pondus. ʒ. iij. & nitri & ellebori pondus. ʒ. i. &. 5. fiant ex eis ſicut troch. & adminiſtrentur diſtillando: & in alia deſcriptione ellebori tres quartæ. ʒ. i, & nitri tertia pars. ʒ. i. Et [g] etiam ſumantur condyſi & croci & caſtorei omniũ partes æquales ellebori & baurac ana partes. iiij. diſ- G ſoluantur cum vino, & adminiſtrentur: aut [h] aloe & caſtoreũ, & pulpa coloquinthidæ, & euphorbium, & fel vaccinum. Et iam experta ſunt oleum raphaninum, & oleum de ſtaphiſagria, & fuerunt vehementis iuuaminis: Aut ſuccus abſinthij, aut decoctio ipſius, aut ſuccus raphani cum ſale: & proprie cum eſt madefactio & oppilatio. Et [e] iam expertum eſt in hoc, vt fiat licinium ex ſinapi contrito cum ficubus: & quandoq; additur in ipſo nitrum. Et [i] diſtillare aquam marinam calidam in ea, eſt iuuatiuum. Et elleborus niger, & fella ſunt iuuatiua, & proprie fel caprinum cum oleo roſ. [k] Quidam autem exiſtimauerunt, ꝙ quãdo bullit abhel in oleo ſiſamino in cochleario ferreo tãdiu donec denigretur abhel, eſt diſtillatio conferens ſurditati. Et ex eis quidem, quæ ad illud conferunt eſt oleum anethinum, & laurinum, & de lilio, & nardinum cum caſtoreo, aut ſpuma abſinthij, aut ſuccus rutæ. Et facti cauſa ſiccitatis cura, eſt adhærere balneo, & cibo, & vino humectatiuo, & effuſio olei æqualis, & aquæ tepidæ ſuper caput, et caputpurgium cum eis, quæ ſunt ſicut oleum nenufarinum, et de kalef, et de ſemine cucurbitæ, et alijs. Et factum cauſa oppilationis curetur cum eis, quæ dicuntur in capitulo de oppilatione: et confert ei ſuccus granorum canabis, et ſuccus coloquintidæ humidæ eſt iuuamentum valde bonum. Sed factum cauſa apoſtematis curetur calidum ex eis et frigidum ſecundum ꝙ ſciuiſti. Et quando accidit tarax ſubito confert in ipſa aqua in qua decoquitur abſinthium, aut ſuccus abſinthij. et miſceatur cum eo [l] fel tauri, aut H fel [m] † {ſabot,} aut fel teſtudinis, aut fel tauri cum oleo roſ. aut [m] elleborus cum aceto, aut [m] ſpoliũ ſerpentis cum aceto. Et in facto ſucceſſione ſodę, conferunt aqua raphani, et oleum roſ. et caſtoreum cum granis lauri cum oleo roſ. Et in eo, quod factum eſt ſucceſſione ſirſen, oportet vt incipiatur ab euacuatione cum hiera picra: deinde diſtilletur in aurem caſtoreum cum oleo coſtino ſolo: aut raphaninum, aut oleum amygdalinum dulce, et oleum roſ. et laurinum, aut caſtoreum cum oleo roſ. Et ex pilulis expertis ei, quod fit ex oppilatione, et humore, et ventoſitate, eſt vt ſumantur turbith. ʒ. xx. et coloquinthidæ. ʒ. x. ſarcocollæ. ʒ. ij. et. 5. et dragaganthi. ʒ. vij. myrobalanorum. ʒ. x. fiant ex eis pilulæ et deglutiantur. ſitq; doſis earum pondus. ʒ. i. Et dicamus ſicut à capite iterantes verbum. Quod ex medicinis cõmunibus omnibus illis, quæ facta ſunt ex grauitate auditus et dolore eius, et ventoſitate ipſius, et ſonitu, et tinnitu eius, cauſa materiæ frigidæ, et frigoris, poſt purgationem capitis, ſunt vt diſtilletur in aurẽ baurac cũ aceto, et melle, et fel ouium cum oleo de oliuis, et vino: aut cum oleo amygdalino amaro, et aqua porri, aut aqua cepæ cum melle: aut lac muliebre, et medicinæ cõmunes dictæ in capitulo dolorum: et duæ guttæ diſtillatæ ex [n] † {kitran} mane et veſpere: aut elleborus albus, et niger cum quibuſdam oleis: et proprie cum oleo de lilio,



A Cap. 8. & Paul. li. 3. c. 23. & Ga. 3. de cõpõne medi. ſm lo. c. 1. g
B Cap. 3. & Hip. 4. aphor. 28.
C G. 3. d med. compõ, ſm loc. 14. f
D † cannulæ,
E Paul. 121. 35.
F G. 3. d med. cõpõne ſm loc. 14. d, & Paul. li. 3. 121. 35.
G G. ibi. & Raſ. 3. cõti. t. 2. c. 3. 58. 4.
H Raſ. 3. cõti. t. 2. c. 3. 58. 3.
I Raſ. 59. 1.
K Raſ. 58. 4.
L Gal. ibi. 145. c
M † Ga. ibi. 145. c callionymi piſcis.
N † pice cedri



A aut aqua aniſi, aut aqua abſinthij, & aqua corticis raphani: & ſimiliter oleum decoctionis ſpolij ſerpentis: aut granorum lauri: aut euphorbium & caſtoreum cum oleo: aut oleũ balſami, aut naphta: aut ſumantur glutinis [a] † {alimbat}. ℥. i. & olei alkeiri. ℥. ij. & olei amygdalarũ amararũ medietas ℥. i. bulliãt omnia ſimul, & adminiſtrentur ex eis tres ſtillæ mane & ſero: & ſilr̃ mel ſtoracis cũ oleo alkeiri: & ſimiliter [b] aqua foliorum coloquinthidæ recentium: & ſuccus draconteæ, & [c] † {hezargieſan} ſunt valde vehementis virtutis: & medicinæ cões dictæ in capitulo dolorum. Quod ſi in infantibus hæc accidant, curantur cum oleo de dedi in quo decocta ſunt ruta, & maiorana, aut ſaliua, quæ fit maſticatione origani cum ſale gemma ſolum. Et ex vaporationibus iuuatiuis eſt aqua calida cum decoctione chamæmillæ, & anethi, & foliorum lauri, & ſanſuci, & [d] † {alhabach} ſiccũ & pyrethrum vaporentur ea collum, & inferiora auris: & ſimiliter embrocæ prædictæ in capitulo capitis, & ponantur in belbele. i. in vaſe ſtricti orificij & opponatur auri vt ingrediatur vapor eius ꝑ ipſam. Et in euacuatione quidẽ habentiũ tarax conuenientius eſt, vt multiplicetur numerus eius, & minoretur quãtitas eius omni vice, quatenus cõſeruetur virtus, & proueniat maturatio. Factũ autem propter apoſtema, cura cum eo, quod eſt ex calido, & quod ex frigido, cum eo quod ſcis.

*De dolore auris.* *Cap.* 6.

B DOlor auris aut fit à malitia complexionis: aut fit cauſa apoſtematis: aut bothor: aut fit cauſa ſolutionis continuitatis. Et malitia cõplexionis: aut eſt calida ſine materia, ſicut illa, quæ eſt cauſa aeris calidi, aut vẽti calidi, & proprie qñ fit permutatio ad ipſum à frigore ſubito: aut fit ablutio cum aqua calida, & ingreditur ex ea in aurem: aut cum aliqua aquarum in quibus dominatur virtus calida: Aut eſt calida cum materia [e] ſanguinea, aut [e] cholerica aut frigida ſine materia, immo propter aliquam cauſarum contrariarum cauſis prædictis aeris [f] aut venti frigidorum. & proprie qñ ad ambos eorum permutatio fit à calore ſubito: aut aquæ frigidæ: aut aqua in qua dominatur aliquid frigidum, aut frigida cum materia: aut ventoſa frigida: aut humoroſa tenaci vel adherente. [e] Factus autem cauſa apoſtematis & bothor aut eſt propter apoſtema calidum aut frigidũ. Factus vero cauſa ſolutionis continuitatis eſt ſicut, qui fit à [e] ventoſitate extenſiua, aut vlceribus, aut vulneribus. Et ex ſumma quidem cauſarũ dolorum auris, qui fiunt à ſolutione continuitatis, eſt ventoſitas generata in ipſa: aut aqua quæ ingreditur eam: aut animal vadens ad ſamac ipſius: aut vermis generatus in ea. Et [e] quandoq; fit ſucceſſione caſus, aut percuſſionis. Et [g] peruerſior dolorum auris eſt ille, qui eſt ex apoſtemate calido profundo: & illud eſt cum febre inſeparabili: & proprie cum perducit ad cõmiſtionem intellectus. [h] Cum autem eſt dolor in cartilaginibus extrinſecis, nõ eſt illic vehemens dolor, neq; vehemens timor. Sed ille, qui in primis dictus eſt quandoq; ſubito interficit, ſicut interficit apoplexia. Et [i] ipſe eſt magis interficiens adoleſcentes, ꝗ ſenes: & velocius C interficit eos: & quandoq; interficit in. vij. In ſenibus vero multoties peruenit ad pus hoc apoſtema: ſed pueros plurimum interficit ante ſuppurationem. Si autem ſuppuratur, & aſſunt ſigna laudabilia, ſperatur euaſio. Dolor præterea auris quandoq; eſt cum pruritu: & quandoq; eſt ſine pruritu. & nos quidem iam diximus de pruritu in aure [k] capitulum in ſuo loco.

*De ſignis.* *Cap.* 7.

SIgna quidem ſunt ſicut ſigna prædicta in capitulo taraxen.

*De cura.* *Cap.* 8.

OPortet vt conſerues canonem [l] in diſtillando id, quod diſtillatur in aurem: & eſt vt ſit nõ vehementis caliditatis: aut frigiditatis. [m] Quod ſi cauſa fuerit repletio in corpore capitis, oportet vt euacues partem capitis ex genere illius repletionis. Calida nanq; ſi eſt, cum plebotomia, & euacuatione, quæ fit cum mundificantibus caput à materia calida, ſm̃ ꝙ [n] ſciuiſti. Et ſi humor eſt groſſus viſcoſus tenax, cum pilulis alſabiar prædictis, & gargariſmate. Et ſi eſt tenax fixus in parte auris, oportet vt adminiſtres poſt ſolutionem etiam vaporationes lenificantes & diſtillationes lenitiuas: deinde intende vice alia cum eo, quod euacuat ipſum ex membro. Si autem cauſa eſt caliditas ſuperflua, oportet vt infrigides cerebrum cum extinguentibus cognitis prædictis in capitulo cerebri: & vt diſtilles in aurem oleum roſ. tepidum, aut [o] albumen oui. Quod ſi dolor eſt vehe- D mens permiſce cum eo camphoram. Et quãdoq; eſt oleum viol. cum camphora magis ſedatiuum doloris, ꝗ oleum roſ. propter mollificationem, quæ eſt in ipſo. Et [p] etiam diſtillentur in aurem collyria ſedatiua dolorum oculi cum albumine oui & ſimilibus: [o] Albumini nanq; oui ſoli ineſt proprietas mirabilis. Et lac cum [q] aqua ſolatri, & aqua coriandri. Et melius quidem lac eſt illud, quod mulgetur ex vbere, & eſt iuuatiuum valde. Aut [r] bulli vermes terreſtres in oleo roſ. & diſtilla in aurem: [r] Aut coquantur limaciæ in oleo amygdalino & diſtilletur in eam: [m] Aut decoquatur oleum roſ. in aceto vini, quod ſit triplum ipſius: donec acetum conſumatur & remaneat oleum, & adminiſtretur illud diſtillando: eſt enim iuuatiuum valde pulſationi. & ſimiliter oleum ſeminis cucurbitæ, & [m] oleum nenufarinum, & oleum de kalef & ſimilia. & ſimiliter ſuccus, qui aſſimilatur ſucco cucurbitæ, qui fit ex corpore eius, & folijs ipſius. & ſimiliter emplaſtra infrigidantia exterius. [s] Quidam autem dixerunt, ꝙ aqua volubilis valde bona eſt in huiuſmodi diſpoſitione: & [t] ſuccus ſeminis canabis humidi. Et quãdo fortiores fiunt pulſationes & dolor, & timetur ex eis ſpaſmus, non eſt excuſatio à mollificatiuis. Et nõ eſt aliquid ſicut butyrum vaccinum antiquum calefactũ: & qñq; in ipſo excuſat laborem intromiſſio [u] † {embube} in aurem, ingenioſe fabricatę ſuper cucumam, in qua eſt aqua calida vt perueniat vapor ad aurem: qñq; enim ſedeat & excuſat ab alijs: et



A † terebenthinæ
B Raſ. 3. conti. t. 2. c. 3. 58. 2.
C † tritis albæ
D † ſpeciei origani.
E Raſ. li. diui. c. 37.
F G. 3. de med. cõpõne ſm lo. c. 1. e
G Hip. 3. ꝓgnoſt. textu. 13.
H Ga. 3. prognoſt. textu. 13.
I Cap. 24. & F. 10. t. 4. c. 17. & li. 4. Fē 2. t. 1. c. 36. & Gal. 3. ꝓgnoſt. tex. 14. & 2. ꝓgnoſt. 69. h
k 19.
L Cap. 5. & Paul. lib. 3. c. 23. & G. 3. de medica. compõne ſm loc. c. 1. g
M Ser. t. 2. c. 12.
N Fē. 1. t. 1. c. 29.
O G. 3. de med. cõpõne ſm loc. c. 1. g
P Paul. lib. 3. c. 23. fo. 119. 6.
Q Paul. fo. 119. 8.
R Paul. 119. 10.
S Dio. li. 2. c. 172.
T Dio. li. 3. c. 141.
V † cannulæ

excuſat à narcoticis,& proprie qñ eſt aqua in qua decocta ſunt ea, quæ mollificant cum facilitate: E & etiam permiſta cum aliquo horum, quæ ſtupefaciunt. Cumq; neceſſarium eſt aliquod narcoticum, magis incolume eſt [a] ſief memithe, quod cum aliquanto opio teratur, & miſceatur cũ lacte mulieris, & diſtilletur in aurem. Et ſi fuerit cauſa, introitus aquæ in ipſam, curetur cũ eo, quod dicetur in [b] capitulo ſuo. Et ſi fuerit cauſa frigiditas fixa in profundo, vel exterius, oportebit vt fiãt diſtillationes ex oleis calidis, ſicut [c] oleum rutaceum, & [a] oleum anethinũ, & oleum [d] de ſpica romana, & oleum [d] laurinũ, & oleum alhacuen, & oleum [d] balſami, & oleũ de alkerua, & quæ ſunt illis ſimilia: Aut [e] ſicut oleum in quo decoquitur allium & colatur: Aut [e] oleum in quo decoquitũ piper, & euphorbium, & caſtoreum: Aut [f] galiæ quantitas danic.i.in auro olei de ben: aut oleũ aliud ex oleis calidis aromaticis. Et [g] quandoq; potat habens dolorem, vinũ purum forte, & dormit, & cum excitatur non habet læſionem aliquam. Et ſi eſt cauſa in ipſo ex vento frigido, cõfert ei illud, quod dicemus in [h] capitulo ſonitus, & tinnitus, & quod dicemus in [i] capitulo eius, cuius cauſa eſt humor tenax: & cuius cauſa eſt frigus: Et ex eis, quæ conueniunt ad illud, eſt vt impleanť ventoſæ aqua calida, & applicentur in circuitu auris & vt diſtilletur in eã ruta, & amomũ cũ melle, aut abrotanum, & ſanſucus in oleo de lilio: aut caſtoreum cum eis, poſtq; decoquuntur in eo, & colatur: Aut nitrum, & acetum, & oleum roſ. Aut ſuccus luſ, ideſt ſerpẽtariæ. Et ſi neceſſariũ fuerit illud, quod eſt fortius, tunc quod ſit ſicut euphorbium, & caſtoreum cum oleo coſtino: aut coſtum marinum, & ariſtolochia. F Et qñq; confert in [k] eo vaporatio cum milijs, & filtro calefacto. Et ſi cauſa fuerit in eo bothor, tunc cum eo, quod dicemus in [l] capitulo de [m] †{bothor} auris. Et ſi cauſa fuerit in ipſo vermis in ipſa generatus, tunc cum eo, quod dicemus in capitulo vermis generati in aure. Et ſi fuerit cauſa in ipſo introitus aquæ, & lapidis, tunc cum eo, quod dicemus illic: & [n] ſi cauſa fuerit apoſtema calidum profundum, quod eſt timoroſum propter propinquitatem ſui ad cerebrum, vſquequo ad collectionem perueniat, & ſuppurationem, tunc poſt phlebotomiam & euacuationem, oportet vt adminiſtres lenitiua in primis, & infrigidantia, & [o] proprie lac mulieris vice poſt vicem, vſq; ad diem tertium. & ſimiliter oleum roſ. decoctum cum aceto prædictum in primis: deinde [o] mucilaginem fœnugræci, & mucilaginem ſeminis lini, & mucilaginem ſeminis almaru in lacte. Et aqua volubilis eſt ex eis, quæ conferunt in huiuſmodi hora. Et in ipſo quidem iam expertum eſt ſiſamum contritum. [p] Deinde adminiſtrentur ſemper vaporationes cum oleo declinante ad caliditatem aliquantulam: Et [p] oportet vt ſit oleum dulce, & ſit cum hoc tepidum in quo infundãtur cottum inuolutum in extremitate radij ſubtilis, & ponatur in aurem vice poſt vicem: & fiat emplaſtrum exterius cum lenitiuis maturatiuis. Si autem virtus non fuerit vehemens cum tranſiuerit principium, oportebit vt diſtilletur in aurem [q] adeps vulpis, vel lacerti, aut [q] baſilicum cum oleo roſ. vel [q] oleo de alcanna: aut adeps anatis: aut adeps [r] †{rachame:} aut emplaſtrũ G ex [s] adipibus gallinæ, & anatis. Et qñ non eſt apoſtema vehementis caliditatis, adminiſtra in ipſo medicamen factum ex adipe caprino liquefacto, & permiſto cum partibus æqualibus mellis, & alrob, & hyſſopi, quorum vnumquodq; ſit æquale illi adipi, & pone in aurem. Et ex eis, quæ ſunt fortiora illo, & maturant cum virtute, eſt iſtud. Recipe lithargirij, ceruſſæ amborũ ana. ℥.i. thuris & pulueris molendini, & gummæ pini omnium ana. ℥.iij. olei lib.i. adipis porcini aut caprini recentis lib.ij. ſucci ſeminis lini, quantum ſufficit, fiat ex eis emplaſtrum. Et fortaſſe indigebis narcoticis: adminiſtrabis ergo ſm modum quem dicemus, Et qñ conuertitur ad ſaniem, adminiſtra mucilaginem ſeminis lini quantitate ſufficienti cum oleo roſ. aut oleo chamæmillino, & reliqua, quæ dicemus in capitulo ſuo. Si autem apoſtema eſt extra aurem, eſt pauci timoris, & medicatur cum farina hordei. Et [a] emplaſtrum factum ex farina fabarum eſt bonum valde. & eſt farina fabarum, & chamæmilla, et violæ, et farina hordei, altea, et melilotum, terantur, et cribellentur, et madefiant aqua tepida, et oleo viol. Et [a] qñq; ſufficiunt ſolatrum et farina tritici, et oleum ſiſaminũ. In [t] †{bothor} autem quæ fiunt in aure qñq; excuſat laborem decoctio ficuum cum tritico, qñ diſtillatur in aurem: aut ponitur licinium in ipſa ex ea. Et qñq; ſedat dolorem adminiſtratio embube ſm modũ quẽ * prædiximus. Et qñq; ſufficit in ſtupefactione, et ſedatione doloris illud, quod diximus poſt dictũ embube in hoc capitulo. Et ex medicinis quidẽ cõmunibus ad dolores auris, et proprie, H quæ declinant ad frigus, eſt oleum omphacinum in quo bullitur [u] ſcarabeus: aut [x] lumbrici terreſtres, aut vermis, qui eſt ſub vrceo aquæ, aut fel piſcis cum oleo omphacino, aut adeps lacerti, aut [y] vulpis, aut rachame, aut gruis, aut [z] oleum ſcorpionum: nam eſt iuuatiuum valde, aut aqua ſanſuci recentis, aut [z] decoctio foliorum [a] †{algarab,} & corticis eius, aut decoctio lumbricorũ terreſtriũ in decoctione myrrhæ colatæ in qua diſſoluatur adeps anatis: Et [b] ſi fuerit frigus vehemens, decoquatur in ipſa fel tauri in oleo alkeiri vſquequo exiſtimetur, q; fel iam reſolutum fuerit, & finitum, deinde reponatur illud, & adminiſtretur diſtillando: eſt.n. mirabile. Et qñq; neceſſarium eſt in curationibus dolorum vehementium in aure, adminiſtrare narcotica. Et ſit illud, aliquid ex philonio cum lacte: & ſimiliter troc. croci: & troc. Stellæ, & opium & caſtoreum & crocus cum lacte mulieris. Et oportet vt poſtponatur illud vſquequo timeatur ſyncopis: & proprie cum fuerint humores frigidi. Illud.n. nocet eis valde. [c] Quod ſi accidat nocumentum ex vſu narcoticorũ, adminiſtra caſtoreum poſt illud ſolum. Et [c] qñq; fiunt troc. ex caſtoreo contrito vltime, deinde proijcitur ſuper ipſum opium contritum, deinde fiũt ex eo troc. cum vino puro. Et ſi fuerit illic vlcus valde doloroſum, tunc adminiſtra [d] lycium & opium cũ lacte, aut ſumantur. xx. amygdalæ excorticatę, & opij,

A Ser.1.1.c.11.
B 20.
C Paul.li.3.c.49.10. & Sera.1.1.c.1.
D Pau.lib.3.cap.119.10.
D Pau. & Ser.ib.
E G.3.de med.cõpõne.c.1.f
F Raſ.3.cõti.1.c.1.54.4.
G Raſ.55.3.
H 11.
I 17.
K G.11.meth.c.4.
L preſenti
M † puſtula
N Paul.lib.3.cap.ſo.119.22.
O Raſ.lib.diuiſa c.37.
P Paul.119.4.
Q Raſ.3.cont.1.1.c.1.54.1. & paul.ſo.119.27.
Q paul.ibidem.
R † auis ſicut miluus.
S Raſ.ibi.54.1.
T † puſtulis.
Supra *
V Gal.de ther.ad piſo.c.9.f
X Gal.11.de ſimp.med.ſo.c.82.h
Y Dioſ.lib.2.c.55.
Z Raſ.55.1.
A Raſ.lib.3.con.1.2.c.1.55.4.
A † ſalicis,
B Ra.3.con.1.1.1.55.4.
C Gal.11.meth.c.8.g
D G.3.de med.cõpõne ſecundũ loc.142.b



A & opij, & baurac, & thuris omnium ana.ʒ.i.5. croci, galbani, myrrhæ omnium ana.ʒ.i.5. terantur & puluerizentur cum aceto, & exiccentur: & cum neceſſe fuerint infundantur oleo roſ. & diſtillentur: & ſi fuerit illic ſanies, loco aceti ſit vinum aut mel, aut oxymel.

*De ſonitu, & tinnitu, & ſibilo.* *Cap.* 9.

HAec diſpoſitio eſt vox, quam homo inceſſanter audit abſq; cauſa exteriori. Et eius comparatio ad auditum eſt comparatio imaginationum, & tenebrarum quas videt homo abſq; cauſa exterius ad oculum: & quoniam vocis cauſa eſt inundatio accidẽs in aere, quæ peruenit ad ſenſum: tunc oportet vt ſit in hoc accidente, in quo fit ſermo de ſonitu & tinnitu, motus aeris & cum nõ ſit ille aer exterius, tunc eſt aer interior. Et aer quidem interior, eſt vapor effuſus in concauitatibus: & hæc inundatio aut eſt occulta à qua non exiſtimatur, q; denudetur vel denegetur vapor effuſus in ventribus: aut eſt maior illa. Quod ſi fuerit occulta ex genere illius, cuius euacuatio fit difficilis, & accidat in quibuſdã horis vt audiatur à tali qualis ipſa eſt ſonitus, & tinnitus, & non accidat in quibuſdam alijs, tunc illud aut eſt propter acuitatem ſenſus in quibuſdam eorum, & [a] non in alijs: & ſecundum comparationem quam diximus in imaginando imaginationes: aut propter debilitatem eius: quare patitur à qualibet inundatione, ſicut accidit debili frigus à quolibet frigore, aut calor à quolibet calore. Et ſpecies quidem debilitatis ſunt, quas ſciuiſti ex ſpeciebus malæ complexionis: & B ſi eſt ſupra occultam, & ſupra illam in qua diuerſificantur fortis & debilis, tunc cauſa eius eſt inuentio eius, qui mouet vaporem inundantem ei ſupra motionem & inundationem cõſuetam, & inundans vaporem. Aut [b] eſt vẽtoſitas generata in parte capitis mota in ipſo: Aut eſt ſonitus ſaniei, qui fortaſſe generatur in ipſa, & feruor puris in partibus eius: Aut motus vermium accidens multoties in meatibus eius & cauſa antecedens iſtis cauſis, aut eſt commotio ebullientis humoris totius corporis, ſicut fit in febribus & in principijs paroxyſmorum febrium. Aut [b] repletio ſuperflua in corpore, & proprie in capite, ſicut fit poſt ebrietatem plurimam: Aut agitatio tendens verſus cerebrum proprie, ſicut [b] fit poſt vomitum laborioſum: Aut [c] caſus, aut percuſſio: Et quandoq; fit illud non propter agitationem motus, immo propter materiam viſcoſam reſolutam in ventoſitatem paucã, & aſſiduatur illud: Et quandoq; fit propter vehementiam [d] famis vel vacuitatis & illud eſt propter agitationem cadentem in humoribus ſparſis in corpore quieſcentibus in ipſo. & cum non inuenit natura cibum aliquem, conuertitur ad eos, & reſoluit ipſos, & mouet eos. Et [b] quandoq; accidit ſonitus poſt medicinas, quarum proprietas eſt, vt retineant humores, & ventoſitates in partibus cerebri. Et cauſa huius ſonitus quandoq; eſt ex aure ipſa: Et quandoq; eſt cum communitate ſtomachi, & membrorum aliorum mittentium has ventoſitates ad ipſam.

*De ſignis.* *Cap.* 10.

C IN illo quidem, qui eſt continuus, & aſſiduus, cauſa eſt aliquid ſtans in ipſo cerebro: Si [e] autem quieſcit, deinde excitatur ſuper repletionem, aut vacuitatem, aut motum, aut cum calor fit fortis, aut frigus, tunc eſt per communitatem. Amplius forma vocis ſignificat ipſam: eſt enim quandoq; quaſi ſit vox rei aſcendentis ad ſuperiora: & plurimum eius eſt cum communitate corporis, aut ſtomachi: aut quaſi vox, quæ reuoluitur, vel reflectitur ſuper ſeipſam: Aut ſicut fragor arborũ & ſignificat illud abſconſionem ventoſitatis: Et ſi illic eſt febris, aut dolor perducens ad horripilationem, tunc ſignificat collectionem purulentam. Et quando eius generatio eſt ſecũdum ſemitam generationis poſt generationem occultam cõtinuam, tunc eſt propter humorem viſcoſum. Illum autem, qui eſt propter acuitatem ſenſus ſignificat defectus cauſarum ventoſitatum, & repletionis, & mundificatio auditus, & [d] eius excitatio apud ieiunium & vacuitatem. Factus autem à ſiccitate, eſt poſt euacuationes & febres. Et factum à debilitate ſcies ex ſuperfluis præteritis, & quandoq; eſt cum complexione calida & fit ſubito cum inflammatione: & frigida eſt econtrario.

*De cura.* *Cap.* 11.

OPortet vt omnes iſti vitent ſolem, & balneum & motum laborioſum, & vomitum, & clamorem, & coitum, & repletionem, & vt leniant naturas ſuas. In eo vero, qui fit propter communitatem, oportet vt ſit intentio membri facientis ipſum, & proprie ſtomachi: quare mundifice- H tur, & intendatur cerebrum & auris, quare confortetur cerebrum quidem cum aliquo, quod ſit ſicut oleum myrtinum, & auris cum eo, quod ſit vt oleum amygdalinum & ſimilia. Et conſideretur in hoc ad complexionem primam: & intendatur illud, quod adiuuat illum ſm canones cognitos: & ſimiliter factum à repletione: oportet vt mũdificetur corpus, & caput cum eo, quod ſcis, & ſubtilietur regimen. [f] Creticus autem non oportet vt remoueatur: qm̃ remouetur cum remotione febris. In eo aũt, qui factus eſt propter vehementiam ſenſus ſunt [g] quidam homines, qui præcipiunt vtendum eſſe ſtupefacientibus, ſicut oleo ro. decocto cum aceto, cuius eſſe prædictum eſt cum pauco opio: aut mixto cũ oleo de bengi, ideſt hyuſquiami aut [h] †{ſucharam} contrito cum caſtoreo & oleo. Et conuenientius, quod præceperunt, eſt vt ſumantur grana pini, & caſtoreum cum oleo, & conterantur in aceto, & diſtillentur. Factus autẽ à pure curetur curatione apoſtematis & puris. Factus autẽ in conualeſcentibus, & in quibus complexio eſt ſicca, ſi cauſa eius fuerit ſiccitas, curetur cum nutricatione & humectatione cum oleis temperatis declinantibus ad frigus, aut calorem, ſm neceſſitatem. Si aũt cauſa fuerit debilitas, tunc adminiſtra illud, quod temperet complexionem accidentalẽ ex diſtillationibus predictis. In eo vero, qui factus eſt ꝑpter materiã expulſam ad ipſam in diſpõne ſirſen, aut humorẽ groſſum viſcoſum, adminiſtra oĩa prædicta in [i] cap. doloris & [k] tarax,

A G.3.de med.cõpõne ſm loc.144.d
B Gal.ibidem. e
C Gal.ibi.d.e
D Alzar lib.prac. 15.c.4.
E Alzar.lib.prac. 15.c.4.
F Ser.1.2.c.12.f.14
G Ga.li.3.de med.cõp.ſm loc.ſo.144 f, & Serap 1.2.c.12, ſo.14.
H † cicutę
I 8.
K Cap.3.

Et [a] ex eis, quæ propria ſunt illi, qui ſuccedit ſirſen, & febre proprie, eſt ſuccus abſinthij cum oleo roſ. aut cum aceto & oleo de lilio: quoniam eſt medicamen bonum. Ei autem, qui fit ab humore viſcoſo frigido appropriatur trochiſcus expertus, & eſt, vt ſumant [b] ellebori albi partes. iij. & croci. v. & nitri. x. fiant troc. & adminiſtrentur. Et ex medicinis communibus aggregatis ad illum expertis, qui eſt ad debilitatem: & ad illum, qui eſt ab oppilatione, aut humore, eſt [c] vt ſumantur gariophyllorum & ſeminis porri amborum ana. ʒ. 5. muſchi. danic vnum: & diſtillentur cum aqua ſanſuci & rutæ: aut cum vino, & ſimiliter cum decoctione foliorũ pini, & decoctione foliorũ [d] †{alſemſar,} & decoctione foliorum lauri: Et oportet vt alienetur in omnibus eis cœna. Quidam autem antiquorum ſapientium dixerunt, non eſt aliquid magis conferens ſibilo, quam medicamen alſaudenegi † dictum ad memoriam: Nam ipſum eſt magis iuuatiuum, quod creauit Deus ad illud. Et confert ei diſtillatio facta ex hyſſopo [e] cum folijs pini, & granis lauri: Et attende, quod dictum eſt in [f] capitulo tarax, & [g] doloris, ex curis communibus, & proprie frigidis.

*De cura ſaniei & puris vlcerum in aure.* Cap. 12.

QVod in primis oportet præmittere, eſt ſubtiliatio cibi, & adminiſtratio carnium, & olerum ex quibus generatur humor bonus, dulcis laudabilis: & inclinatio regiminis ad illud, quod oportet ex temperata qualitate. Quod ſi complexio facit neceſſarium, vt ſumatur aqua hordei, & ſibi ſimilia, fiat, & alleuia exercitium. Et [h] inclina materiam ad naſum & os cum ſternutationibus & gargariſmis. Amplius non poſſunt eſſe vlcera quin ſint apparentia ſenſui: aut ſint profunda, ad quæ non peruenitur ſenſu. Quæ igitur ex eis manifeſta ſunt, cum [i] aceto abluuntur & aqua, aut oxymelle & aqua aut melle & aqua aut vino: aut decoctione mellis cum roſis & myrto: & poſt illud ſufflетur in aures illud, quod exiccat ſicut draganthũ aduſtum & ſimilia. Et quandoque quidem confert ſanioſæ & purulentæ, oleum de [k] ſemine canabis: & melius eſt vt non repercutiatur, neque prohibeatur dum non ſuperfluit: immo oportet vt abluatur, & abſtergatur aliquo, quod ſit ſicut aqua myrrhæ, & oleo roſ. Et etiam ex ſucco foliorum oliuarum cum melle adminiſtrentur diſtillationes. Profunda vero alia ſunt propinqui temporis: & alia ſunt chronica. Sed ea, quæ ſunt propinqui temporis, curentur cum eis, quæ ſunt, ſicut ſief [l] memithe cum aceto: aut ſief roſ. & myrrha, & aloe in melle aut vino ponantur in aurem. Et quandoque confert diſtillatio aquæ [m] vuæ acerbæ in ipſa: & proprie quando ponitur mel cum ea. & [l] ſimiliter ſuccus foliorum kalef aut decoctio eorum: aut aluminis iameni aduſti & myrrhæ amborum drach. i. terantur cum melle & ponantur in lana: aut [n] ſanguinis draconis & ſpumæ maris, & ſarcocollæ, & baurac armeni, & myrrhæ, & thuris, & ſief memithe partes æquales puluerizentur ſuper tentam vel licinium infuſum melle, & ponatur in aurem. Quod ſi dolorem habuerit, curetur cum ſcoria ferri contrita in ea multoties, & miſceatur cum eo, quod exiccat, & ſedat dolorem. Et illud eſt ſicut adminiſtratio olei amygdalini amari cum myrrha, & aloe, & croco. Et quandoque neceſſarium eſt vt permiſceatur cum eo parum opij: Et adminiſtratio medicaminis capitalis eſt iuuatiua etiam. quoniam cum eo, quod eſt in eo de exiccatione aſſociatur ei virtus ſedatiua doloris. & conferunt etiam in hoc compoſita, quæ diximus in antidotario. & conferunt ei [o] troc. andaron. & confert vt ſumatur [l] ex nucleis myrobal. & gallis aduſtis coniunctis vel aggregatis cum oleo alkeiri, & fæce olei de lino. Et [p] confert ei emplaſtrum de ceruſſa, & emplaſtrum baſilicon, & commiſta, & diſtillata. Ea vero, quæ chronica ſunt profunda antiqua, ſubmerſa, ſunt valde mala: & quandoque perducunt ad detegendum os, & ſignificant ipſa dilatatio meatuum, & multitudo ſaniei fœtidæ: quare indigent eis, quæ ſunt ſicut [q] alkitran permiſtum cum melle, & ſicut fel corui, & teſtudinis, & eorum adminiſtratio cum lacte mulieris: aut [q] cordumeni, & nitrum miſta cum ficubus mũdatis à granis, & fiat ex eis licinium, & adminiſtretur poſt mundificationem ſordis. & ſimiliter in reliquis medicinis. Et ex medicinis fortibus in hoc capitulo eſt [r] ſcoria æris cum arſenico, & melle, & aceto: aut rubigo ſcoriæ ferri, aut [s] ſcoria ferri ipſius frixa contrita ſicut puluis poſt frequentem frixionem multoties factam diſſoluta cum aceto vini donec fiat ſicut mel, & diſtilletur in aurem. Et quandoq; eſt neceſſarium emplaſtrum de flore æris: & illud eſt quando antiquatur, & ſordidatur. Et ex eis, quæ ſunt media in hoc capitulo, eſt alumen aduſtum cum æqualitate ſui de melle: & quandoq; additur in ipſo dactylus: & fortior illo eſt compoſitio huiuſmodi: floris æris, corticum æris amborum ana. drach. iiij. ſucci porri, vnc. i. mellis albi boni, vnc. i. adminiſtretur. Cum autem multiplicatur pus valde: tunc neceſſaria eſt adminiſtratio licinij in [t] felle taurino ſubmerſi: aut diſtillationes ex vrina infantium. & fortius eo eſt ſcoria ferri abluta & frixa in ſartagine multoties, quãdo decoquitur in aceto, & adminiſtratur. Et quando cum pure antiquo fuerit dolor, funde in aurem cyminum durum conquaſſatum cum oleo roſ. aut cum aqua porri: aut cum aqua piſcis ſaliti. & quandoq; dolor facit neceſſarium eſſe aloem, et opium, et crocum, commiſceantur cum melle, et ponantur in eam. Et cũ videris humiditatem retineri propter medicinas prohibitiuas, exiccatiuas: tunc funde in aurem oleum roſ. vt cadat cruſta: deinde pone in eam, quod generat carnem: et oportet penitus ne virus retineatur: immo prohibeatur natiuitas eius, et exiccetur vlcus ipſius. et [u] plures quidem ex medicis ingenioſis implent aurem purulentam panno, prohibendo curſum ſaniei ab ea: et prohibẽt infirmum dormire in illo latere, vt non inueniat ſanies meatum: quare egreditur ad hoc vt declinet verſus carnem mollem, quæ eſt in radice auris: et facit euenire apoſtema, et perforãt ipſum poſt maturationem, et curant ipſum, et ſanatur curſu ſaniei ab aure.

De

Margin: E A Gal. 3. de compo. ſm lo. 14. — B Raſ. 3. conti. c. 3. 58. 4. — C Ra. ibi. parũ ę. — D † buſſi, — † F. 1. t. 4. c. 14. — E Haly. 5. pra. c. 44. — F 3. — G Cap. 8. — F H Raſ. 3. conti. c. 3. 56. 1. — I Pau. lib. 3. 110. 45. — k Raſ. 57. 1. — L Raſ. 57. 4. — M Dio. lib. 5. c. 4. — N Raſ. 57. — G — O Pau. 110. 14. — P Raſ. 58. 1. — Q Pauli. 3. 110. 25. — R Ser. t. 1. c. 11. — S G. 9. de ſim. medic. facul. 71. a, & 5. meth. c. 10. b — H — T Dio. lib. 2. c. 7. — V Raſ. 56. 4.



*De eruptione ſanguinis in aure.* Cap. 13.

A QVandoq; eſt ſpecies eius aliqua, quæ procedit curſu fluxus ſanguinis narium in hoc, quod eſt creticus. & quandoq; eſt à repletione perducente ad ſciſſionem venæ: aut abſciſſionem eius: aut apertionem ipſius: & quandoq; eſt à caſu aut percuſſione.

*De cura.* Cap. 14.

CReticus [a] quidem non eſt conueniens vt reſtringatur, ſi non perducat ad debilitatem, & ſyncopim. Alius vero reſtringatur, aut cum ſtypticis, aut cum cauterizantibus: aut cum infrigidantibus. Styptica vero ſunt ſicut decoctio [a] gallarum cum aqua aut aceto: & decoctio ſenticis. & qñq; miſcetur cum ea ex vino antiquo aut aceto: & ſilr ſief memithe & licium & decoctio [b] foliorũ arboris maſtichis: aut granatum decoctũ cum aceto & expreſſum. Infrigidantia vero ſunt ſicut ſuccus virgæ paſtoris, & arnogloſſæ cum vino: aut ſief memithe & opium. Cauterizãtia vero ſunt ſicut ſuccus albedarungi: Et ex eis, quæ ſunt mirabilia valde eſt [c] coagulum leporinum cum aceto: aut [d] ſuccus porri cum aceto. Et ex eis, quæ ſunt experta ad illud eſt vt [e] ſumantur duo renes tauri, & aliquid adipis ſaliti, deinde aſſentur media aſſatione, & exprimatur aqua eorum in aurem.

*De cura cordis & oppilationis factæ ab ipſa in aure.* Cap. 15.

CVra quidem eius leuis eſt vt diſtilletur in eam oleum amygdalinum de amaris montanis, B proprie in nocte: & patiens ingrediatur balneum, & ponat aurem ſuper terram calidam vt liquefiat ſordes. Et qñq; confert ei inſufflatio atrimenti in ea: & [f] etiam cordumeni aure. i. baurac armeni medietas aure. i. ficuum albarum quantum ſufficit ad conficiendum ea: fiat inde licinium: aut fundatur in ea media vnc. fellis caprini cum oleo aut praſſium contritum, aut aqua praſſii: aut ſoluatur baurac cum aceto, & dimittatur donec quieſcat ebullitio eius. & miſceatur cum oleo roſ. & diſtilletur: aut [g] miſceatur baurac cum ficubus ex quibus eiecta ſunt grana, & fiant grana parua, & ponantur in aurem, & in die tertio extrahantur: aſſociabitur enim ei ſordes plurima, & ſuccedit ei leuitas manifeſta. Et qñq; ponuntur in eam cordumeni, & vrtica. Et ex eis, quę ſunt fortiora illis eſt ſuccus foliorum coloquinthidæ tritorũ diſtillatus. Et ſumãtur baurac & arſenicũ æqualiter, & conficiant̃ cũ melle, & liquefiant cũ aceto, & diſtillent̃ in aurem, & expectetur poſt vna hora, deinde abluatur auris cũ aqua mellis aut cũ aqua calida, & licinijs quidẽ fortibus non vtaris niſi poſt euacuationem. Et ex eis eſt licinium infuſum in pice, & oleo chamæmillino, & oleo nardino. [h] Quidam autẽ exiſtimauerunt, ꝙ camphora vehementer confert altharas: & videtur, ꝙ ſit tharas cholericæ. Et ex eis quidem, quæ experta ſunt, eſt oleũ de ſcorpionibus: ipſum enim ſanat ſurditatẽ. Et ex eis, quæ conferunt ad oppilationem ſordis, eſt licinium factum ex [i] naſturcio, & baurac: & adhęreat auri tribus diebus: deinde extrahatur & egredietur ſordes plurima: & ſimiliter ſunt licinia cum melle.

C *De oppilatione accidente in aure.* Cap. 16.

QVandoq; fit hęc oppilatio, in creatione ſicut, quæ eſt ꝑꝑ panniculum creatũ ſuper foramen: & qñq; fit propter ſordem: & qñq; fit propter ſanguinem cõgelatum: & qñq; fit propter carnem additam, & verrucam: & qñq; fit propter lapidem, aut nucleum cadentem in eam: aut aĩal intrans eã, & moritur. & qñq; eſt ex humore groſſo viſcoſo oppillãte foramen: aut meatũ nerui, & ſentit homo ac ſi auris eius ſit ſemꝑ oppilata: & qñq; accidit illud poſt ventũ vehemẽtem.

*De cura.* Cap. 17.

ILla [k] quidem, quæ eſt ex panniculo aut carne oppilante meatum in initio creationis, eſt difficilis curæ, cum eſt profunda: & manifeſta eſt facilis. Ad intrinſecam vero ingenium inuenitur cũ inſtrumento minuto ſecãte ipſam: deinde prohibet̃ conſolidatio, ſm ꝙ in proximo dicturi ſumus. Et ſi eſt manifeſta, oportet vt ſcindat̃ [h] cum cultello ſpinoſo, quo inciduntur hæmorrhoides naſi: [k] deinde tenta vt licinium ponatur ſuper quam puluerizatũ ſit colcotar: aut quæ procedunt curſu eius, quæ ſunt ex eis, quæ prohibẽt natiuitatẽ carnis. Quod ſi oppilatio fuerit ex re fixa in ea, oportet vt diſtilletur in aurem, quod ſit ſicut oleum roſ. & de lilio, aut de alkeiri. Et ſi quod fixum eſt: eſt ſicut animal mortuum in ea, tunc effundatur in eam ex oleis aliquod, quod eam aperiat, deinde extrahatur cum mundatorio auris facile. In facta autem ab oppilatione propter carnem addi-
D tam, aut verrucam, [l] oportet vt abluatur cum aqua calida & nitro, & diſtillentur in eam æs vſtum, & arſenicum, & rubeum trita cum aceto valde, ita vt adurant carnem: deinde cura vlcus. Et iam dictum eſt, quòd aſiduatio effuſionis fellis porci valde confert ei. Et ad illud quidem, quòd imaginatur homo, quòd auris eius ſit oppilata confert diſtillatio olei de lilio, aut fellis tauri in ſucco ſiclæ, & ſucco ſeminis canabis, & ſucco coloquinthidæ ineſt proprietas iuuandi ad oppilationem auris. Si autem oppilatio eſt ſordities, curetur cum eo, quod diximus in capitulo oppilationis ex ſorditie. Et ex eis, quæ conferunt oppilationi ex ſorditie. Et alijs ab eis eſt licinium factum ex [m] naſturcio, & baurac, quæ tribus diebus auri adhæreat: deinde extrahatur. Et ex eis, quæ ſunt fortiora illo, & mundificat neruum etiam, ſunt trochiſ. de elleboro, quorum deſcriptio. Recipe ellebori albi aure. ij. nitri aure. xvi. croci aure. iij. confringantur, & terantur cum aceto & fiant inde trochiſ. deinde quando eſt neceſſarium, ſoluantur in aceto, & diſtillentur in aurem: ſunt enim mirabiles valde. In oppilatione vero, quæ fit in creatione, & eſt vt creetur auris non perforata: aut in creatione interius eſt oppilata, iam experitur operationem manus: ita vt perueniatur ad diſcooperiendum, & perforandum vſque ad ſamac interiorem: & quandoq; conferũt & quandoq; non conferunt.

Margin: A Ser. t. 2. c. 12. — B Paul. li. 3. 110. 30. — C Hal. 5. pra. c. 64. — D Aet. lib. 2. ſer. 2. c. 86. — E Raſ. lib. diuiſio. c. 57. — F Pau. li. 3. c. 23. 120 1. & Raſ. 3. conti. t. 2. c. 1. 58. 1. — G Raſ. 58. 1. quaſi — H Raſ. 3. cont. t. 2. c. 3. 58. 4. — I Cap. 17. & Raſ. 58. 1. quaſi — K Paul. lib. 6. c. 23. — L Pau. li. 3. 110. 34. — M Cap. 15. & Raſ. 3. conti. t. 2. c. 2. 58. 1.

*De attritione accidente auri & percuſſione.* Cap. 18.

Hippocrati[a] quidem viſum eſt, vt non curetur cum aliquo. Sed illis, qui fuerunt poſt ipſum viſum eſt vt illud curetur, & ex eis quibus ipſi curauerunt, eſt vt[b] ſumantur acacia & myrrha & thus & fiat ex eis linimentum cum aceto & albumine oui, [c] aut medulla panis cum melle. E

A Li.2.de ani. g. f.g. & Pau. li.3.c.23. 111.40.
B Pau.c.23.111.
C G.3.de med.cõpõne ſm loc.146.d & Paul.ibi.

*De pruritu auris.* Cap. 19.

Svmatur aqua abſinthij, & fundatur in eam cum aliquibus oleis: aut bulliatur abſinthium cum oleo, & diſtilletur in eam.

*De introitu aquæ in aure.* Cap. 20.

INgreditur[d] aqua in aurem quandoq;, cum non cuſtodit eam ille, qui balneatur, aut abluitur, & lędit: & quandoq; apoſtematur radix aurium & vehementem incurrit dolorem.

D Li.1.F.3.do.1.c.1

*De cura.* Cap. 21.

EX eis quæ conferunt ad illud, eſt vt cum embuba ita ſugatur, & extrahatur ſubito: deinde effundatur in eam oleum amygdalinum dulce. & quandoq; extrahit eam tuſſis & ſternutatio: aut[e] lignum de anetho: aut pars ex papyro vel ex iunco ſecundum quantitatem palmi vnius. [f] Inuoluatur itaq; ſuper vnam extremitatum eius quantum eſt tertia ſui de cotto & ſubmergatur in oleo, & ingenioſe extremitas altera in aurem mittatur & iaceat in latere habens eam: & altera extremitas in qua eſt cottum inflammetur igne, & dimittatur inflammari vſquequo perueniat caliditas ad interiora auris: & tunc extrahatur, & egrediatur ſubito: quare egredietur cum ea, quod in aure eſt ex aqua. F Et ex eis, quæ iuuant ad illud, & proprie in principio, eſt vt ſumatur quantum palma manus capere poteſt de aqua. & impleatur cum eo auris, deinde conuertatur ſuper eam ille cuius eſt, & ſit ſaliens[g] ſuper pedem vnum donec egrediatur totum: Et quandoq; etiam extrahitur cum ſclyzatorio: intromittitur enim caput eius, & extrahitur ipſius perpendicularis: quare extrahitur cum ea aqua. Et quandoq; excuſat in ea, quæ pauca eſt effuſio oleorum, & effuſio lactis tepidi multis vicibus ſucceſſiuis, & proprie quando remanet dolor, & remouetur cauſa. Et ſi dolet illud vehementer, vaporetur auris cũ corticibus papaueris, & meliloto, & chamæmilla, & viol. & malua, & ſemine lini, & farina hordei cum lacte mulieris.

E Ra.li.diui.c.37.
F Raſ.ibi. & Hal. 5.prac.c.65.
G G.3.de med.cõpõne.c.1.145.f

*De introitu animalium in aure, & generatione vermium in ea.* Cap. 22.

QVandoq; cognoſcitur introitus paruorum animalium in aurem propter vehementiam doloris cum anxietate & motu vel cum punctione & [h] pruritu ſecundum quantitatẽ animalis: cum verme vero ſentitur agitatio.

H Ra.t.9.c.37.

*De cura.* Cap. 23.

ET ex eis qua omnibus illis cõicant, eſt diſtillatio[i] alkitran in aurẽ: ipſum enim ſtatim ſedat motum aĩalis in ea, & interficit ipſum in proximo: & proprie paruum. & ſilr̃ diſtillatio ſucci cucumeris aſinini ſolius, aut cum[k] ſcãmonea: & ſilr̃ ſulfur & [k] ariſtolochia longa, & [k] calcadis: & ſtorax & ex bonis eſt, vt diſtilletur in eam, quod fluit à carne vaccina aſſata. & qñq; confert illi, vt accipiat etiam oleum, & ſumatur in aurem, & ſedeat in ſole patiens. Et ſuccorum melior, & proprie ad vermem, eſt ſuccus radicis[k] capparis: & ſuccus radicis[l] † {alfarſad,} & ſuccus foliorum alhauch & ſuccus foliorum prunorum, & ſuccus foliorũ perſici: & ſuccus[m] abſinthij, aut[m] centaureæ, aut[m] praſſii: & ſuccus foliorum albotin viridium, aut ſemſar, & foliorum[n] aloes, & proprie qñ decoquitur cum[m] aceto ſuccus cucumeris aſinini: & ſuccus[k] ellebori albi, & decoctio eius, & epithymi: aut ſuccus[k] mentaſtri cum ſcammonea: aut ſuccus alſeha: aut[l] ſuccus almarmacor: aut aqua mellis cum aliquo iſtorum: & ſimiliter[k] ſuccus raphani, & [o] ſuccus cepæ, & proprie althalchaiar, & ſemen eius: aut cepæ cum aqua mellis: aut aliquod fellium: & proprie cum calefit in concauitate granati cum pulpa ſua. & ſimiliter decoctio granorum capparis recentium: aut ſuccus eius, & ſuccus lupinorũ: aut aloe cum aqua tepida: aut coſtum tritũ multũ: aut pyrethrum: & omnia hæc in verme ſunt magis iuuatiua, & fortiora. Et ex eis, quæ experta ſunt ad vermem, eſt vt ſumantur vini. ℥. ij. & mellis ℥. iij. & olei roſ. ℥. i. miſceantur cum albumine duorum ouorum & fiant tepida, & ponãtur in aurẽ in lana infuſa, ex qua impleatur auris: & † {cubitet} ſe ſuper eam querelosus, & non dormiat, deinde ſubito rapiatur: quare egrediuntur vermes plurimi. Et quandoq; confert nocumento vermis, H effuſio ſucci alhauſegi. i. rubi, & alchaſ. i. lactucæ, aut abſinthij, aut decoctio eorum: aut tritura corticis radicis capparis: aut almarmacor cum aqua ſampſuci: aut vrina antiqua.

I Dio.lib.1.c.83.
k G.3.de med.cõpõne ſm lo.fo.145. g.h
L † Serap.t.1.c.11. mon,
M Aet.lib.2.ſer.1. c.85.
N Raſ.li.diuiſio-num.c.57.
O Gal.ibi.d.h
† & recumbet.

*De {apoſtematibus, quæ accidunt in radice auris}. i. Parotidibus.* Cap. 24.

HAec[p] apoſtemata ſunt ex genere apoſtematũ accidentium in carnibus mollibus: & proprie in carnibus glandulosis, & nominãtur beditus, & nominatur naſcentia auris. & fortaſſe conſequetur qñq; ex vehementia doloris eius, vt interficiat. & huiuſmodi quidem multoties pręcedit cõmiſtio intellectus: & ipſum apoſtema factum in ſamac[q] plus interficit adoleſcentes q̃ ſenes, qm̃ eſt in ſenibus leuius: Sed adoleſcentes ſunt calidioris complexionis: & materia apoſtematum eorum doloroſorum eſt acutę qualitatis, & vehementius doloroſa, & minus tolerans vſquequo collectionem faciat. Et apoſtematum, quæ fiunt ſub origine auris magis incolume eſt illud, quod eſt ſecundum ſemitam criſis bonorum ſignorum: ſed cum fit à criſi cum qua non eſt ſignum maturationis: aut præcedit horam criſis eſt malum. & hæc apoſtemata communiter quandoq; fiunt à materia ſanguinea, aut cholerica: & qñq; fiunt à melancholica, aut à phlegmate. Et ſignificant illud, quod ſanguineum eſt, rubedo, & grauitas, & expulſio eius ad compreſſionem, & cõſtrictio in meatibus.

P G.3.de med.cõpõne ſm loc.ca.146.d
Q Cap.6. & f.4. 1.4.c.17. & li.4.F. c.1.c.36. & Gal. gno.14. & 1.pro. 69.h

Et ſigni-



A Et ſignificant cholericũ, & factũ à ſanguine ſubtili, dolor mordicatiuus fiſtuloſus ſine grauitate. & non conſtringit meatus: ſed eſt cũ inflãmatione vehementi. Et phlegmaticũ eſt cum[a] † {alterhel,} & lenitate, & paucitate rubedinis. Et melancholicum eſt cum duritie, & paucitate doloris.

A † inflatiõe faciei

*De cura.* Cap. 25.

HAec apoſtemata ſunt ex eis in quibus ſm plurimum oportet vt intendatur cum additione & attractione eius, non in repulſione ipſius, cum ſit materia effuſa ad ipſum ſuperfluitas mẽbri principalis: & proprie in criſibus ægritudinum eius, ſicut illud, quod accidit criſi lethargiæ multoties, & nos quidem iam innuimus ad cognoſcendum hoc in[b] libro vniuerſalium. [c] Oportet ergo ne intendas ad curam eius inquantum exigit curam apoſtemoſam, adhibendo ſtyptica, & apocruſtica in principio: deinde compoſitionẽ regiminis, deinde reſolutionem puram. Immo oportet vt incipias, & proprie cũ accidit in febribus cum dolore capitis: & adiuues ad extrahendum materiam ad apoſtemata cũ omni ingenio, etiam[d] cum ventoſis, ſi non fuerit velocis attractionis. Et oportet vt minores materiã cum minutione, ſi ipſa fuerit neceſſaria. [e] Si aũt vehementis fuerit aduentus, & attractionis, dimitte eam ſm naturam ſuam, vt non faciat euenire dolorem vehementẽ, quo febris duplicetur: Immo oportet vt ſis contentus, ſi fuerit illic dolor vehemens, eo quod mollificat, & ſedat dolorẽ, quod ſit ex eis, quæ ſunt calida & humida. Et ſi fuerit initium eius cũ dolore vehementi, B ſis contentus vaporatione cum aqua frigida pura. Et ſi fuerit leuis, ſis contentus vaporatione ſalis: aut medicamine[f] † {alachauen,} aut diachylon & emplaſtro[g] † {meſaus:} & ſi nõ fuerit vehementis leuitatis, & apparuerit ei caput, tunc adminiſtra illud, quod eſt inter glutinationẽ & carminationem: & quod eſt magis conferens, & magis maturans. Et huiuſmodi eſt ſicut[g] farina tritici & [g] linicum ſyrupo[g] mellis, aut[g] aqua fœnugræci & maluæ, & [g] chamęmillę: q̄ ſi exiſtimatur, q̄ non reſoluatur, immo ſuppurationem faciat, tunc neceſſarium eſt in ipſo vt extrahatur pus: aut cum reſolutione ſubtili, ſi eſt poſſibile, aut laborioſa: & etiã cum inciſione, & ſuctione. & ex eis, quę extrahunt pus ab ipſo poſt ſectionẽ, aut apertionem, eſt medicamen[h] † {aſmilun.} Et ex eis, quæ ſunt conuenientia in hac ægritudine cum ſua attractione, & reſolutione ſua, & proprietate ſua, eſt ſtercus ouinum cum adipe anſeris & gallinæ: & ex eis eſt[i] † {nura & chiach,} & adeps vaccinus non ſalitus. In ægritudine autem antiqua neceſſaria ſunt cinis oſtracorum, & [k] † {aludha} cum melle & adipe antiquo. Aut ſumantur[l] ficus & coquantur cũ aqua marina: Aut adminiſtretur ammoniacũ ſolũ: aut cũ alio: & ſilr̃ pix liquida, & bdelium cum ſordibus alueariorum: & ſtorax liquida, & medulla cerui. Si aũt fiant ſcrofulæ & figantur, tunc accipe emplaſtrum cuius elementa ſunt huiuſmodi gluten albotin, & [m] pix, & grana lauri, & ſtaphiſagria, & gummi, & cyminum, & [n] piper, & radices ſerpentariæ, & galbanũ, & [o] coriãdrum, & cordumeni, & [p] cinis corticis radicis capparis, & pyrethri, C & ſtercus ouium, & [q] ſtercus caprinum, & adeps, & proprie adeps porcinus, & caprarum: & hircorum montanorum, & proprie melancholicorum. & ſimiliter cerebella gallinarum & alcubugi, & vaccarũ cerebella, & proprie ſylueſtrium. & olea ad illud quidem, quod eſt calidioris materiei cum oleo roſ. & viol. & ad illud, quod eſt frigidioris materiei cum oleo de lilio, & anethino, & chamęmillino, & de kerua: & confert his apoſtematibus quando difficilia ſunt, emplaſtrum de reſina.

B 1.F.4.c.25.
C Lib.1.Fẽ.4.c.25. & li.4.F.3.t.1.c.19. & Gal.3.de cõpõne phar. ſcdm lo. c.2. de
D Gal.3.de med. cõpõne ſcdm loc. c.1.d
E Gal.ibi.e
F † matricariæ.
G † paul.lib.3.c.23. ſo.111.30. mnaſei.
H † paul.lib.3. 122. 14. ſmidion.
I † calx vel pſilotrum.
K † Ga.ibidẽ.g, & pau.li.3.111.27 bucinorum aut purpurarum.
L Gal.ibi.h
M Dioſc.li.1.c.78.
N Dioſ.lib.2.c.151
O Dioſ.lib.3.c.60.
P Dio.lib.2.c.166.
Q Gal.ibi.g

*De abominatione vel nocumento auris ex vocibus magnis.* Cap. 26.

CAuſa in ipſo exiſtit debilitas virtutis animalis, quæ eſt in cerebro, aut aduenientis ad auditum: quare eſt neceſſaria cura cerebri cum eo, quod confortat ipſum, ſecundum q̄ ſciuiſti.

## Fen quinta de diſpoſitionibus naſi.

### TRACTATVS I. *De olfactu, & nocumentis ipſius, & fluxibus.*

[r] *De anatomia naſi.* Cap. 1.

ANatomia naſi cõprehenditur ex anatomia[s] oſſium eius, & [t] cartilaginũ eius, & lacerti mouentis extremitatem eius. Et illa ſunt ex eis à quibus iam expediti ſumus. Et eius quidem[u] meatus duo penetrant vſq; ad colatorium poſitũ ſub duobus corporibus cerebri[x] ſimilibus duobus capitibus mamillæ, & velamen cerebri illic perforatũ eſt coram foramine colatorij, vt in ipſum penetret odor: & vnicuiq; meatui eſt via, quæ penetrat ad guttur. Et ex anatomia inſtrumẽti quo fit odoratus. Et illud quidem ſunt duo[y] additamenta mamillaria, quæ ſunt in anteriore cerebro, & extẽduntur à duobus ventribus anterioribus cerebri: & ſilr̃[z] colantur ſuperfluitates in illo foramine: & ex duabus vijs eius recipiũt cerebrum, & duo additamenta nata ex eo odorem cũ attractione aeris. & cerebro quidẽ ipſi ineſt aeris attractio, ſeu reſpiratio, vt conſeruet calorẽ innatum in ipſo, & [a] augmentatur & minuitur ſeu & dilatatur & conſtringitur ſicut pulſus. Quãdoq; vero augmentatur apud clamorem, & apud pręfocationem aeris, & ſpiritus ad ſuperiora. & [b] in duabus quidem extremitatibus ſuperioribus naſi ſunt duo tranſitus ad duos lachrymales: & propter hoc guſtatur ſapor alcohol in lingua. Qualitas vero odoratus iam dicta eſt in[c] capitulo virtutum. Sed quòd odoratus ſit in aere cum paſſione ipſius, aut delatione ipſius: aut propter vaporẽ, qui reſoluitur: illud eſt, quod pertinet philoſophis: D

R Lib.13. aĩal. c.9.
S Li.1.F.1.d.5.ſum.1.c.4.
T Li.1.F.1.doct.5. ſm.1.c.8.
V G.lib.8. de v.p c.7.d.e, & lib.9.c.1. d, & de inſtrũ odorat.c.1.c, & Haly.3. theo.c.14. & Aeti. lib.2.ſer.2.c.96,
X Halya.
Y G.li.8. de v.p.c. 6.2. & 7.d.e, & li.1. de ſympt. cau.c.4. g.h.2, & Aet.libr.2. ſer.2.c.96. & Haly.
Z G.lib.8. de v.p. c.6.a.b, & Aet.
A Fen.1.c.2.
B Ga.li.10. de v.p. c.11.d.e
C 3.do.6. ſummæ 1.F.1.libri primi.



& reci-

& recipiet medicus, ꝙ odor eſt in radice per alterationem aliquam in aere ſecundum viam delationis.deinde adiuuat ipſum fortis vaporatio ex eo, quod habet odorem. E

*De ægritudinibus naſi.* Cap. 2.

IAm [a] diximus anatomiam naſi, & iuuamentum ipſius, & [b] lacertum mouentem ambas nares eius,in eis,quæ præterierunt. Et nunc quidem nobis neceſſarium eſt, vt dicamus ægritudines eius,& cauſas earum,& ſigna & curationes ipſarum.

A Li.1.F.1.d.5.1.c.4. B Cap.8.

*De qualitate viarum adminiſtrationis medicinarum naſi.* Cap. 3.

SCias ꝙ curationes naſi aliæ ſunt,quibus non eſt proprium, vt fiant per viam naſi, ſicut gargariſmata,& linimẽta ſuper caput.Et aliæ ſunt,quæ appropriantur ei,ſicut ſunt vapores, & odoramenta:& ſicut caputpurgia,& ſunt corpora humida, quæ diſtillantur in naſum. Et aliæ ſunt ſuctiones & ſunt corpora humida,quæ attrahuntur ad naſum cum attractione aeris. Et aliæ ſunt inſufflationes,& ſunt res ſiccæ puluerizatæ ſubtiliſſime,vt inſufflentur in naſum,& oportet vt inſufflentur in embubam. Et [c] omnis cui aliquod caputpurgium fit,rectius quidem eſt,vt [d] os aqua impleat:& præcipiatur ei, vt reſupinetur & conuertat caput ſuum ad poſteriora, deinde diſtilletur in naſum eius caputpurgiũ.Et oportet vt naribus ſugat omne, quod ponitur in naſum ad ſuperiora omni modo,ita vt faciat operationẽ ſuam. Et [e] multoties quidem ſuccedit medicinis acutis diſtillatis in naſo & ſufflatis in ipſo mordicatio vehemens in capite. Et qñq; ſedatur per ſe ipſam: & qñq; F indiget medicamine,quo ſedetur. Et rectius eſt vt ſit ſuper caput, cum fit caputpurgium ex aliqua acuta mordicatiua,pannus infuſus in aqua calida. Et qñq; embrocatur ante ipſum cum lacte nouiter mulcto ſuper ipſum:aut oleo, quod ſuper ipſum effunditur, ſicut oleo de granis cucurbitę,& oleo roſ.& oleo de kalef. Cumq; caputpurgium ſuam perfecerit operationem, tunc conſequetur ipſum diſtillando in naſum lac cum aliquo oleorum frigidorum.

C G.de inſtrumẽto odor.c.4.a D Aet.lib.1.ſer.c.96.& G.ibi.

*De nocumento odoratus.* Cap. 4.

NOcumentum ingreditur ſuper odoratum ſicut ingreditur reliquas operationes: impoſſibile nanq; eſt, quin [e] odoratus aut deſtruatur, aut debilitetur, aut mutetur, & corrumpatur. Et deſtructio quidem eius,& ipſius debilitas ſunt ſecundum duos modos: aut enim deſtruitur,& debilitatur ſenſus aromatici & fœtidi ſimul, aut deſtituitur & debilitatur ſenſus vnius ipſorum. Et corruptio, & mutatio eius etiam ſunt ſecundum duos modos: vnus eorum eſt vt odoret odorem fraudulentum, quãuis non ſit inuentus: & ſecundus eſt vt ſentiat odores, qui boni non ſunt, bonos:ſicut ille,qui ſentit odorem ſtercoris bonum, & abhorret aromaticum. Et cauſa quidem horum nocumentorum [f] aut eſt malitia complexionis ſingularis: aut eſt humor malus exiſtens in anteriore [g] parte capitis,& in duobus ventribus,qui ſunt in ipſa: aut [g] in ipſis duabus rebus ſimilibus duobus capitibus mamillæ:aut [f] opilatio in oſſe perforato ab humore: aut à ventoſitate: aut [c] ab G apoſtemate:aut à cancro:aut à natiuitate carnis additæ: aut oppilatio in velamine, quod eſt ſupra ipſum.Et multoties quidem eſt facta ex malitia complexionis ſingularis proueniens ex medicinis adminiſtratis,& diſtillationibus diſtillatis: quare calefit complexio, aut ſtupefit & infrigidatur: aut faciunt accidere illud aeres ſuperfluæ qualitatis. Et [e] quandoq; fit ex percuſſione, aut caſu faciente ingredi ſuper os nocumentum.

E G.1.de ſympto.cau.c.4.b F G.3.lo.aff.c.vlt. G Raſ.4.cont.t.1.c.59.1.

*De ſignis.* Cap. 5.

QVando [h] accidit homini vt non comprehendat odores: & accidit illic curſus ſuperfluitatum ſm̃ conſuetudinem, tunc non eſt oppilatio in colatorio. [h] Si autem inuenitur prohibitio penetrationis reſpirationis in naſo,& naſitas in loquela, tunc illic eſt oppilatio in ipſo alchaiſum.Et quando retinetur curſus, & non fit propter malitiam complexionis cerebri: aut paucitatem ſuperfluitatis eius, & eſt illud, quod eſt ſuper colatorio apertum: tunc illic eſt oppilatio profunda.Et [h] ſi curſus eſt adueniens ſecundum conſuetudinem, & non eſt oppilatio ſub alchaiſum & eis,quæ ſequuntur ea,tunc nocumentum eſt in cerebro. Cognoſce ergo complexiones eius, & operationes ipſius,& diſpoſitiones eius per ea,quæ te [i] docuimus. Et ſimiliter ſi eſt debilitas in odoratu,& diminutio,ſi autem inuenitur odor putridus, & naribus ſugitur fœtor: tunc cauſa in ipſo eſt humor horum locorum putridus:& ſignificatur cum ſimili eius, [i] quod ſciuiſti.Et quãdo odorat infirmus in ægritudinibus acutis odores non conſuetos, neq; vſitatos,neque ab aliquo habente odorem præſentem:& cum hoc ſentit odorem,qui eſt ſicut odor piſcium, aut luti infuſi, aut buyri, aut alterius,& ſunt illic ſigna mala:tunc mors prouenit. H

H Ser.t.1.c.15. I ſeu primo.

*De cura.* Cap. 6.

SI [k] cauſa eius eſt malitia complexionis, tunc oportet vt curetur cum contrario, & intendatur anterior pars cerebri cum embrocis,& odoramentis,& ſuctionibus,quæ fiunt naribus, & epithematibus,& emplaſtris prædictis in capitulo curationum capitis: Et plurimum quod accidit ex malitia complexionis eſt vt ſit ex complexione frigida: aut in ambobus ventribus anterioribus totis:aut in ipſis mamillaribus additamentis. Et medicinæ magis iuuatiuæ ad illud, ſunt caputpurgia facta ex oleis calidis in quibus diſſoluta ſunt euphorbium,& caſtoreum, & muſchus. Si autem cauſa in ipſo eſt humor exiſtens in ventribus cerebri, ſignificatur illud per illud, quod dictum eſt in capitulo ægritudinum cerebri, & euacua corpus totum, ſi eſt humor dominans in toto corpore:aut cerebro cum eo, quod educit illum humorem ab eo ex [l] † {ſabiarat,} & gargariſmis, & caputpurgijs, & ſuctionibus, quæ fiunt naribus, & odoramentis ſubtiliatiuis, & ſimilibus illis,

K Serap.t.1.c.13. Paul.lib.3.c.14. L † pillulis.

quæ



A quæ iam ſciuiſti: & ſi phlebotomia neceſſaria eſt, fiat, & redi in omnibus illis ad principia data in cura cerebri.Et [a] ſi cauſa eſt oppilatio in oſſe perforato, quod nominatur colatorium, adminiſtra embrocas aperitiuas prædictas in capitulo curationum capitis: embrocetur ergo ex eis, & inclinetur ſuper vaporẽ earum,& naribus ſugat ex eis in quibus diſſoluta ſunt,condyſi, & piper, & opopanacum.Et oportet vt ventoſæ capiti adhibeantur poſt illud, & fiat gargariſma ex rebus aperitiuis acutis. Et [b] ex eis quidem, quæ experta ſunt eſt nigella infuſa in aceto aliquibus diebus: deinde conteratur cum eo bene,& miſceatur cũ oleo:deinde diſtilletur in naſum, & naribus ſugatur quanto plus poſſibile eſt,ad ſuperiora: Et [c] quandoq; teritur ſicut puluis:deinde miſcetur cum oleo antiquo,poſt teritur vice alia,donec fiat puluis ſubtiliſſimus.Et [a] ex eis,quę experta ſunt,eſt vt ſumatur arſenicum rubeum,& mentaſtrum,& terantur ſimul valde, & ſubmergantur in vrina cameli arabici,& in ſole ponatur totum illud,& commoueatur omni die bis. Cumq; medicamen exiccauerit vrinam,iteretur ſuper ipſam vrina noua: deinde vaporetur naſus cum pondere drach.i. ex eo:deinde fricetur ex oleo roſ.Et quandoq; laudatur ad oppilationem ventoſam,caputpurgium ex [d] oleo amygdalino amaro montano: aut ſuffletur alharmal. & piper album contritum. Quidam autem dixerunt,ꝙ cortex alrate quando exiccatur, & teritur, & inſufflatur puluis eius in naſum eſt iuuatiuus.Si autem cauſa in ipſo eſt hæmorrhoides,curetur cura hæmorrhoidarum. Ille autem,qui ſen B tit odoriſera,& non ſentit fœtida,non ceſſet ſibi facere caputpurgium cum caſtoreo multoties, vſquequo rectificetur eius diſpoſitio, ſed ille, qui ſentit fœtida,& non ſentit aromatica, non ceſſet facere caputpurgium cum muſcho,quouſq; melioretur diſpoſitio eius,& rectificetur.

A Ser.t.1.c.15. B Raſ.4.cont.t.1.c.61.1.& 59.4. C Galé.de inſtro odor.c.4.b D Raſ.4.cont.t.1.c.60.1.

*De fluxu ſanguinis ex naribus.* Cap. 7.

FLuxus ſanguinis ex naribus, quandoq; fit diſtillando, & quandoq; fit fluendo cum velocitate vehementi: aut cauſa dominij ſanguinis feruentis cum virtute. Et [e] quandoq; fit propter eruptionem retis venarum cerebri,& arteriarum eius, [f] & eſt ſm̃ plurimum non recipiẽs curam. [e] Et plurimum ipſius fit ſucceſſione euentus ſoda,& inflammationis, & ægritudinis acutæ, aut ſucceſſione caſus,aut percuſſione.Et ſequuntur ipſum accidentia corruptionis operationũ cerebri proculdubio.Et qñq; eſt propter vapores calidos eleuatos.Et ille quidem,qui fit ex arterijs,diſcernitur ab eo,qui fit à venis ſubtilitate ſua, & rubedine, & caliditate ſua. Et qñq; fit rediens cum periodo: & qñq; fit cadens ſubito. Et [g] curſus quidem ſanguinis ex naribus,eſt ex diſpoſitionibus,quæ conferunt & nocent. Nam qui inuenit ſucceſſione eius [f] leuitatem capitis poſt repletionem, & æqualitatem coloris poſt rubedinem vehementem,& ęqualitatem formæ poſt inflationem, iuuatur eo præcipue in ægritudinibus acutis,& in apoſtematibus intrinſecis,& proprie ſanguineis, & cholericis in cerebro: [h] deinde in hepate: poſtea in velamine, poſtea in pulmone. [i] Iuuamentum enim C fluxus ſanguinis ex naribus in pleureſi plus eſt, ꝙ ſit in peripneumonia. Et [k] fluxus quidem ſanguinis narium criſis magna eſt in ægritudinibus acutis plurimis, & proprie in eis, quæ ſunt ſicut variolæ,& morbillus.Cum autem multus fit,ſuccedit citrinitas non conſueta,aut plumboſitas,aut obfuſcatio ex citrinitate, & nigredine, & extenuatio pertranſiens terminum. & infrigidantur extrema.quãuis enim retineatur:eius tamen finis eſt nociuus.Et in illo cuius color cõuertitur in citrinitatem,dominatur cholera citrina, & lęditur cũ extractione ſanguinis minus. Et in illo cuius color conuertiť ad plumboſitatem,dñatur iã phlegma. Et in illo cuius color conuertiť ad obfuſcationem,dñatur iam cholera nigra. Et iſti duo vehemẽter lędunť per id, quod minuitur ex ſanguine. Et vlr quidem ille in quo ſuperfluit fluxus ſanguinis ex naribus, eſt ſm̃ timorem debilitatis hepatis,& hydropiſis,& reliquorum.Et corpora vehementius parata fluxui ſanguinis nariũ, ſunt cholerica,& citrina,ſanguinis ſubtilis, & iuuantur ex eo qui temperatus eſt. Et [l] fluxus ſanguinis narium ſignificatores habet,ſicut ſplendor apparens in vtriſq; oculis,& lineæ albæ,& rubedo,& citrinitas,& proprie poſt ſoda, & [m] reliqua, quæ diſtinximus vbi locuti fuimus de ægritudinibus acutis,& criſibus earum. Et [n] quandoq; ſignificantur ex fluxu ſanguinis narium,& diſpoſitione eius ſuper ægritudines acutas,& earum criſes.& iam diximus illud in [m] loco proprio ſibi.

E G.li.1.de ſimpl.ſ.7.b.& Raſ.1.de ſimpl.c.4. F Gal.6.aph.10. G Galé.1.de criſ.c.7.b H Li.4.Fen.1.t.1.c.7.& Ga.3.de criſ.c.e I Ga.de criſ.c.3.e K Li.4.Fen.2.t.1.c.7.& Ga.ibi.& 3.de phar.cõpoſitio nõ ſmlo.c.3.f.& cõmẽ.1.in primũ de mor.vulg.65.a L Hip.3.prgn.33.a M Li.4.F.2.t.1.c.5 N G.3.de phar.cõpoſe ſecundũ loc.c.4.f

*De curationibus.* Cap. 8.

D CRetici quidem & ſimilis ei, qui accidit ex ſeipſo, via eſt,vt [o] non curetur donec ſentiatur caſus virtutis.& quandoq; [p] conſequuntur.iiij.lib.ex eo,& oportet vt non retineatur donec vehementer ſuperfluat.Reliqui vero curentur cũ medicinis retinentibus fluxum ſanguinis narium. In eo qui factus eſt propter præparationem corporis,& cholericitatem eius, oportet vt aſſiduetur euacuatio choleræ ex eo,& commenſuratio ſanguinis eius cum cibis,& potibus.Et [q] phlebotomia quidem eſt melior res qua retinetur fluxus ſanguinis narium,cum ſit phlebotomia ſubtilis ex latere ęquidiſtante cõi:& proprie qñ contingit ſyncopis. [r] Medicinæ vero cõſtringentes fluxũ ſanguinis narium,aut ſunt vehementis ſtypticitatis:aut ſunt vehemẽtis infrigidationis:aut ſunt vehementis glutinationis,& ingroſſationis,& coagulationis:aut ſunt acute cauterizatiuæ: aut ſunt medicinæ habentes proprietatẽ eius:aut ſunt medicinæ aggregantes duas intentiones,aut tres. Medicinæ vero ſtypticæ ſunt,ſicut ſuccus [s] barbæ hirci, & ſicut acacia, & ſicut balauſtiæ, & roſæ, & lentes,& gallæ,& ſicut ſuccus foliorum ſenticis,& foliorum pirorum,& foliorum cydoniorum, & virgę paſtoris.Infrigidantes vero ſunt ſicut opium,& camphora, & ſemen iuſquiami albi, & ſemen lactucæ,& ſuccus lactucę,& [t] † {kalef,} & aqua dactylorũ inmaturorũ,& alchachali,& arnogloſſę, oĩa nõ decocta.Glutinatiuæ vero ſunt,ſicut puluis molẽdini,et farina thuris. Cauterizantes autẽ ſunt

O Ser.t.1.c.13. P G.de præcogniti.aphoriſm.c.33.g Q G.5.met.c.3.e.& decura.p ſang.c.15 R Li.1.F.4.c.23. S Dioſ.lib.1.c.109 T † arboris ſimilis kalef.



ſicut

ſicut atrimentum,& colcotar.Et cū iſtæ cauterizatiuæ adminiſtrantur, oportet vt adminiſtrentur E cum cautela. Ipſę nanque qñq; faciunt euenire cruſtam,[a] quæ cum cadit, attrahit deterius, q̄ prius. Illę autem quibus ineſt proprietas, ſunt ſicut ſtercus aſini, & aqua albedarungi, & aqua mentæ.

*De cura leui fluxus ſanguinis.* *Cap.* 9

CAputpurgia quidem ſic fiant: ſumatur aquę vel ſuccus dactylorum immaturorum, & acacię amborum ana vnc.5.camphoræ gra.i.& inceſſanter diſtillentur in naſum. Et ex eis etiam eſt aqua vel ſuccus dactylorum immaturorum cum barba hirci, & camphora, & etiam aqua vel ſuccus dactylorum immaturorum cum ſucco porri: & etiam aqua ſalſa amara diſtilletur in naſum, & aqua coriandri: & etiam ſuccus [b] †{alkalkali}cum ſua diſpoſitione, nō decoctæ: & [c] etiam aqua cucumeris & camphorę: & [d] etiam ſuccus albedarungi cum camphora, & ſuccus arnogloſſę cum terra ſigillata, & camphora: aut ſuccus virgę paſtoris cum eis. Et ex eis, quę ſunt vltima in hoc capitulo [e] eſt ſuccus α ſtercoris aſini recentis. Si autem ſanguinis multitudinem ſenſeris, tunc flos ęris ī aceto infuſus diſtilletur paulatim: & etiam adminiſtra caputpurgium ex tritura vel puluere [f] balauſtię contritę optime cum aqua plantaginis: & etiam aqua in qua diſſolutum eſt opium, & non oportet vt ſit ſuperfluitas in effundendo aquā vehementis infrigidationis: fortaſſe enim coagulabit ſanguinem, & congelabit ipſum in panniculis cerebri: & hic ſunt caputpurgia ſcripta in antidotario iuuatiua valde. Tentę autem ita ſunt, fiat tenta & ſubmergatur in encauſtro, & puluerizetur ſuper F ipſum [g] †{dragaganthum,}donec omnia commiſceantur, deinde mittatur in naſum. Et etiam ſumātur [h] ſuccus foliorum vrticę, & [h] colcotar, & pili leporis, & [h] ſtercus aſini ſiccum, aut humidum, & ſuccus porri, & olibanum, & fac ex eis tentam. Et eis, quæ ſunt experta eſt tenta facta ex licio indo adusto, & aqua bedarungi: & etiam tenta ex puluere molendini, & farina thuris, & aloe cum aceto, & albumine oui: & etiam tenta facta ex [i] †{ dragantho, } †{& carthas combuſtis}& cortice thuris cum aqua albedarungi: & etiam tenta infuſa aqua roſ. & ſubmerſa in colcotar, & aloe: aut tenta infuſa aqua porri ſuper quam eſt puluerizata menta contrita. Aut tenta [h] ex ſpongia, & pice liquata ſubmerſa in aceto, & fac tentam ex [k] †{ſeragi alchatrab,} aut [l] tela araneæ cum colcotar, & dragantho, & flore æris. Aut [m] ſit tenta facta ex pilis leporis carminatis ſubmerſis in thure, & aloe confectis cum albumine oui. Et etiam tenta ex†{dragantho}aduſto duabus partibus, opij parte.i. aggregentur omnia & terantur cum aceto. Et tenta ex corticibus oui aduſtis, qui miſceantur cū encauſtro & gallis. Ex inſufflationibus vero eſt licium indum aduſtum. & [n] etiam ranæ aduſtæ inſufflatæ in naſum. & etiam puluis molendini, aut terra teſtæ albæ aut [n] †{nura,} & etiam cortices thuris, & charta, & [o] †{draganthi}partes ęquales ſufflentur in naſum: & etiam [p] cortices fructus[q]†{aldulb}exiccati, & contriti, oportet vt accipiatur illud confricatum ſuper pannum factū ex lana groſſa, & accipiatur flos ſeu lanugo ipſius, & ponatur in vrceis nouis cum terra ſua, & ſi eſt cum eis terra figuli eſt melius, & ſtringatur caput eius donec ſiccetur in vmbra, & teratur cum neceſſitas fuerit, ſicut atomi, qui apparent in radio ſolis, & ſuffletur in naſum, & cōſtringetur ſanguis ſtatim: aut cortices oui contriti, & etiam calami aromatici, & florum [r] †{alneſſerin,}& ſeminis roſę, & garyophyllorum omnium ana.ʒ.i.myrrhę.& gallarum amborum ana.ʒ.5.parum.i.ſech.i.gallię, & camphoræ, & ſufflentur in naſum diebus continuis. Et cum inſufflatur inſufflatio in ipſum tunc conſtringatur naſus vna hora, & expuatur illud, quod deſcendit ad os: & oportet vt ſit inſufflatio in [s] †{embuba,}vt prohibeat exuberationem fluxus ſanguinis narium. Ex linimentis vero, & effuſionibus, eſt linimentum ſuper frontem huius. [t] Recipe ſucci foliorum kalef, & foliorū vitis, & foliorum myrti, & aquę roſ. infrigidentur omnia, & apponantur fronti cum panno lini. Et ſimiliter fiunt ex omnibus medicinis frigidis ſtypticis, & ſtupefactiuis notis, diſſolutis cum ſuccis infrigidatiuis, ſtypticis, ſicut eſt ſuccus extremitatum kalef, & ſenticis, & ramorum vitis, & foliorum piri, & cydonij, & virgę paſtoris linimenta, & emplaſtra. Odoramenta vero ſunt [u] ſicut α ſtercus aſini recens. Sed impletiones ita ſunt. Implentur enim cum capitibus cannæ, & cum capitibus vel extremitatibus florum cannarum, ex quibus fiunt ſcopę, & cum cotto papyri, aut cum cotto reliquorum, quę egrediuntur ex plantis. In eo autem, qui prauior eſt illo, & factus eſt propter feruorē & caliditatem vehementem: aut eruptionem arteriarū, neceſſaria eſt phlebotomia cephalicę, [x] quę H ſequitur illam narem ſtricta valde: & neceſſarię ſunt [y] ventoſę ſuper poſteriorem partem capitis cum ſcarificatione leui, & ſuper mamillam, quę ſequitur eam, fiat ſuſpenſio eius ſine ſcarificatione. & qñq; oportet vt extrahatur ſanguis per phlebotomiam vſq; ad ſyncopim ex cephalica. aut [c] ex vena ſpatulę, quę eſt poſterius: qm̄ eſt magis vltima: quare prohibet ſanguinem eleuari ad caput. Ipſa nanq; cum ad ſyncopim perducit, ſedat ſtatim, & illud in fluxu ſanguinis narium vehementis velocitatis. Immo oportet vt ſuccurratur in hora cum ſentitur vehementia fluxus ſanguinis narium, & velocitas eius, antequā cadat virtus. Sed ſi non fuerit velox vehementer, ſed fuerit guttatim, & fuerit cum paroxyſmo, oportebit tunc vt fiat phlebotomia paulatim vicibus continuis. Et cum phlebotomia peruenit ad finem ſufficientem: oportet vt fiat permutatio ad inſpiſſandum ſanguinem cum eo, quod infrigidat ipſum, & cum eo, quod ipſum facit ſpiſſum, quamuis non infrigidetur cū eo, quod ſit ſicut iuiubę. Vētoſa vero ſanguini dominanti reſiſtere non valet: immo oportet in primis vt phlebotomia per extractionē paulatim minuatur, deinde ponatur ventoſa, & [z] poſitio ventoſarum ſuper hepar ſi fluxus ſanguinis narium eſt à dextra: & ſuper ſplenem ſi eſt à ſiniſtra, & ſuper ambo ſimul ſi eſt ab ambobus lateribus eſt ex nobilioribus curationibus. Et etiam oportet

A Lib.1.F.4.c.4. B † ſoldanellæ. C Raſ.4.conti.c.4. c.2.62.4. D Raſ.62.1. E Dioſ.lib.2.c.71. *Infra* α F Raſ.62.1. G† calcantum H Aet.lib.2.ſer.2. c.94. I † calcantho, † ex calcāto & cartha combuſta. K † herba ſimilis hyſſopo L Ser.t.2.c.13. M G.5.meth.c.4.h † Calcanto. N Gal.li.11.ſimpl. ſo.82.d, & Ra.62.5. N † calx, O † calcanti P Gal.li.8.ſimpli. 58.g.& Ra.62.4 Q † platani R † iaſmini, S † cannula, T Haly.li.5.prac. c.71. V Dio.lib.2.c.71. *Supra* α X Ga.de cura.per ſangui ca.11.g.& 5. meth.c.6.a Y Pau.lib.3.c.24. ſo.124.19. Z Lib.4.F.e.1.t.1. c.14.& G.de cura per ſang c.13.h



A oportet vt ſtringantur extrema ita vt etiam [a] teſticuli virorum, & mamillæ mulierum. Et [b] conſtrictio ambarum aurium eſt valde vltima. Et oportet vt adminiſtrentur embrocę plurimæ cum aqua frigida. Et qñq; neceſſarium eſt vt ſedeat homo in aqua frigida infrigidata cum niue, donec viridia fiāt eius membra. Et qñq; neceſſarium eſt vt caput eis gypſetur [c] cum gypſo infuſo aqua: aut gypſo infuſo in aceto. [a] Et vt effundantur ſuper caput ipſius aquæ infrigidatæ cum niue donec ſtupefiat. Et qñq; non inuenitur in ipſo excuſatio à tentis fortibus factis ex flore æris, & aqua albedarungi cum camphora: & à mumia pura ex qua pondere drach. vnius fiat caputpurgium: & non eſt minus q̄ q͞p teneat aquam infrigidatam cū niue in ore ſuo. Et ſcias q͞p qñq; viuit homo in fluxu ſanguinis narium vſquequo egrediantur ex eo vltra.xx.lib.& vſq; ad.xxv.lib. deinde moritur. [d] Et qñq; ſyncopis ex qua cadit eſt cauſa ad abſcindendum ipſum. Cibi vero ſint illi qui fiunt ex lētibus cum ſumac, aut aceto, aut acreſta, aut ſimilibus illis. Et caſeus recens humidus eſt ex cibis conuenientibus patientibus fluxum ſanguinis narium. Et ſimiliter lac decoctum donec ingroſſetur: & oua elixata ei qui præparatur ad fluxum ſanguinis narium propter choleram ſanguinis ſui, cum tamen acetoſa qñq; nocent patientibus fluxum ſanguinis narium propter inciſionem, & ſubtiliationem quæ eſt in eis. Et congregatio quidem experientium exiſtimat, q͞p [e] cerebella gallinarū ſunt ex melioribus cibis, immo ex melioribus medicinis ei qui habet fluxū ſanguinis narium ex caſu, aut per- B cuſſione: verum oportet vt ex eis plurimum ſumat, aut fiat ei cibus cōtinuus. Vinum autem confert inquantum confortat, & nocet inquantum excitat ſanguinem: cum ergo indiges ipſo inquantum confortat, commiſce ipſum parumper: & cum non eſt neceſſarium, neq; fluxus ſanguinis narium facit caſum virtutis proximum, tunc non des ipſum in potu. Et oportet vt obſeruetur ne dimittatur aliquid eius deſcendere ad vētrem, & inflet ſtomachum: et debilitet pulſum, & excitet ſyncopim. Et ſi aliquid deſcendit, oportet, vt dum in ſtomacho permanet, euomatur, et feſtinetur illud, cum ſentitur eius deſcenſus ad ſtomachum. Nam ſi ipſum pertranſierit, oportebit [d] vt fiat clyſtere, vt velociter egrediatur, & non remaneat in ſtomacho.

*De regimine eorum quæ faciunt fluxum ſanguinis narium.* *Cap.* 10.

NEceſſitas quandoq; facit eſſe rectum vt fiat fluxus ſanguinis narium: & proprie in ægritudinibus acutis cerebri. Et propter hoc antiqui fecerunt inſtrumentum faciens fluxum ſanguinis narium, percutiendo naſum, & curauerunt plurimas ægritudines indigentes in ſui ſanatione curſu ſanguinis narium. Et ex regimine quidem in faciendo fluxum ſanguinis narium, eſt commotio facta cum extremitatibus plantæ lenis tactus: & proprie eius quæ naſcitur ſuper lignum ſquinanthi, ſicut flos: & eſt ſicut araneæ tela: & collyrio facto ex eo quod eſt in ſuprema parte ſquinanthi, & mentaſtro campeſtri: & facto ex medicinis acutis, ſicut condyſi, & ſtaphiſagria, & euphor- C bio confectis cum felle vaccino.

*De coryza & catarrho.* *Cap.* 11.

HE [f] duæ ægritudines communicantes ſunt in hoc, q͞p vnaquæq; earum eſt curſus materiei ex cerebro. [g] Verum quidam hominum ſunt qui appropriant nomine catarrhi illud quod deſcendit ad guttur: & nomine coryzæ quod deſcendit ex via naſi. Et quidam homines ſunt, qui nominant totum illud catarrhum. Et nominant coryzam quod deſcendit ex via naſi, ſubtile, & ſalſum frequens, & prohibens odoratum, effuſum ad oculū, & cutem faciei: & penitus ad anteriora membra faciei. Et [g] catarrhus ſpargitur ad guttur, & ad pulmonem: & ad meri, & ad [h] ſtomachum: & qñq; [h] vlcerat ea: & multoties cōmouetur [h] eo appetitus caninus. Et qñq; deſcendit in neruis vſq; ad longinquiora membra. Et qñq; generantur ex eo ſynance, & peripneumonia, & pleureſis, & phthiſis proprie: & præcipue cum catarrhus eſt acutus, & calidus: & dolores ſtomachi: & fluxus ventris: & raſura inteſtinorū, cum eſt ſalſus, aut acetoſus, & generatur ex eo etiam [h] colica, & proprie ex mucoſo quod crudum eſt. Et [f] cauſa omnium illorum: aut eſt caliditas complexionalis proprie: aut extrinſeca ex [i] ſole: aut aere vehementer calido: aut olfatu medicinarum calefacientiū, ſicut muſchi, et croci & cępę. [f] Aut frigiditas cōplexionalis proprie: aut eueniens extrinſecus [i] ex aere frigido: aut ſeptentrione: & proprie cum diſcooperitur caput ad vtroſq;, pręcipue hora qua ra- D rificatur cerebrum [k] ex balneo, aut [k] exercitio, aut ira, aut cogitatione, aut alijs. Et qñq; accidit ex phlebotomia rarificatio, quæ præparat corpus ad recipiendum calorem, aut frigus: quare accidit catarrhus: et pręcipue poſt phlebotomiam plurimam. [i] Et ſimiliter ex malitia complexionis calidæ inflammantis. Et cum frigiditas complexionalis fit fortis, & figitur in ea ſicut fit in ſenibus, dicitur quod ipſe non digeritur, niſi ipſi perueniant ad vltimum finem in ſanitate complexionis, & caliditatis eius. Et quoniam cerebro frigido cum aduenit nocumentum [l] in ſenibus, & in habentibus debile cerebrum, & non digeritur in ipſo quod ad ipſum penetrat propter debilitatem ſuam, fit ſuperfluitas, quare deſcendit. Et factus quidem à frigore plurimus eſt, q̄ factus à calore. Et habentes complexionem calidam vehementius ſunt pręparati ad recipiendum cauſas extrinſecas facientes coryzam, q̄ habentes complexiones frigidas & humidas: & [m] habentes complexiones calidas in ſeipſis plus ſunt ſecuri ne accidat eis ex cauſis corporeis q̄ habentes complexiones frigidas. [n] Cerebrum enim frigidum non digerit illud quod peruenit ad ipſum ex nutrimento, & non reſoluit quod ad ipſum aſcendit ex vaporibus: conuertuntur ergo ſuperfluitates nutrimenti, & aggregantur vapores, ſicut conuertitur in alembico illud quod aſcendit ad ipſum ex cucurbita: quare aſſidui ſunt in ipſo fluxus. Et catarrhus quidem qñq; eſt groſſus: & qñq; eſt ſubtilis aquoſus: & qñq; eſt

A Raſ.4.cont.t.3. c.2.62.4. B G.5.de med.cōpō.ſm loc.c.149.a C Lib.2.t.2.c.284. & Ga.9.de ſimpli. c.9.h.a D Raſ.61.4. E Dioſ.lib.2.c.41. & Raſ.61.5. F Ga.3.de ſym.cā. c.4.e G G.ibi.f, & cōm. 2.progno.49. G G.ibi.f H Aet.lib.2.ſer.4. c.5.3. I Hal.9.theo.c.15. K Raſ.t.9.c.14. L Hipp.2.aph.40. M Ga.de opta.cō ſtit.corp.fo.38.f,& 1.de ſan.tu.c.10.f N G.3.apho.12.f

eſt calidus acutus, & ſalſus, aut mali ſaporis: & qñq; calidus mordicatiuus, & qñq; eſt frigidus. Et E catarrhus quidem frigidus maturatur febre: calidus vero nō iuuatur febre.[a] Et catarrhi quidem & ęgritudines catarrhi multiplicantur cum flat ventus ſeptentrionalis: et proprie poſt auſtrinum: et multiplicantur ēt in hyeme:[b] et proprie cum fuerit æſtas ante ipſam ſeptentrionalis paucæ pluuię, & autūnus auſtrinus pluuioſus. Et qñq; multiplicantur etiam in regionibus meridionalibus propter repletionem capitū.[c] Inquit Hipp. pluribus eorū quibus accidunt catarrhi, non accidit ſplen. Inquit[d] Gal. quoniam plurimum qui ægritudinem habet in membro vno: tunc alia membra habet incolumia. Dico autem fortaſſe, quoniam præparatus catarrhis, ſubtiliores habet humores: & ille cuius humores ingroſſantur non præparatur catarrhis multum. Et quando ſoda coniungitur, vel accidit cum catarrho addit in eo cum attractione.

A Hip. 3. aphor.
B Hip. 3. aphor.
C Cōmen. 1. in 6. de mor. vulg. 4. & Auicē. F. 13. t. 1. c. 4. & Ra. 10. cont. 1. c. 1. 200. 3.
D Cōmen. 1. in 6. de mor. vulg. 41.

*De ſignis.* *Cap. 12.*

SIgnum catarrhi acuti calidi, ſi eſt coryzalis,[e] eſt rubedo faciei, & oculorum: & mordicatio eius quod currit, & ſubtilitas eius: & caliditas tactus eius: et[e] qñq; accidit cum eo febris, & nō iuuatur ea. Et ſi eſt in gutture acuitas eius quod deſcendit ad guttur, & vehementia aduſtionis eius, & ſubtilitas eius cum inflammatione ſentitur, quando ipſum raſcatur: & ſignificat ipſum ſputum ad citrinitatem declinans, & rubedinem. Et eſt hic etiam oppilatio, & naſitas, & commotio acuta. [e]Frigidi autem catarrhi ſignum, eſt frigus eius quod currit, ſi eſt in naſo, & commotio in naſo F cum tenſione frontis: & vehementia oppilationis: & naſitas. & quandoque ſignificat ipſum groſſitudo materiei: & ſi eſt ad guttur, eſt frigus eius quod raſcatur, & albedo ipſius: & iuuamentum à febre: ſi accidat.

E Halya. 9. the. c. 19. & Ser. t. 2. c. 19.
E Halya.

*De cura.* *Cap. 13.*

CVra catarrhi eſt comprehenſa in intentione diminutionis materiei: & oppoſitione cauſæ facientis, et ſectione curſus: aut æqualitate eius: aut motu ipſius ad partem aliam: & anteceſſione prohibitionis eius quod timetur generari ex eo, ſicut chaſem in naſo, & vlcera ſuper narem, aut ſicut aſperitas gutturis, & tuſſis, & vlcera pulmonis, & quæ ſequuntur ea, & apoſtema. Et ea omnia indigent alienatione ſatietatis nauſeatiuæ: & dimiſſione repletionis ex cibo & vino.[f] Et ſternutatio eſt nocitiua in principio aduentus catarrhi, & coryze prohibens maturationem humorum contentorum in cerebro, qui non maturantur, niſi cum quiete, & cum hoc ipſa trahit ad ipſum ſuperfluitates alias, & eſt poſt maturationem vltimi iuuamenti valde propter illud quod euacuat de ſuperfluitatibus maturis. Et oportet quidem ne patiens catarrhū & coryzam dormiat repleto ventre cibis, quare repleatur caput eius. Et vt aſſiduet calefactionem capitis, & elongationem eius à frigore, & caueat ipſum à ſeptentrione: & proprie poſt auſtrum.[g] Auſter enim replet & rarificat, & ſeptentrio conſtringit & exprimit. Et minoret α potū aquę congelatę. Neq; dormiat in die. Et G ſitiat, & famem patiatur. Et vigilet quantum poteſt, quoniam eſt radix curæ. Et fiat ſolutio ventris, & incipiat ab extractione ſanguinis: deinde à ſolutione ventris poſt ipſam cum eſt neceſſitas ſuper ambo ſimul, & raro quidē acceleratur ad phlebotomiā et proprie in principio niſi propter multitudinem quę non toleratur: & catarrhus in quo conuenientius eſt non phlebotomare eſt ille, qui euacuatur à tuſſi. Si autem tuſſis eſt parui ſputi, neceſſaria eſt parua phlebotomia, leuis, renouans numerum: propterea forſitan ꝙ facit neceſſarias eſſe iterationes. Et adminiſtretur ſyrupus de papauere ſimplex ſi adſunt vigiliæ. Et zuccarum, ſi non ſunt vigiliæ. Et clyſtere attrahit ſuperfluitates, & lenit viam factum cum eo quod ſit, ſicut aqua hordei, propter ſuam penetrationem. Et cum inuenitur cum catarrho punctio in mammillis ſignificat ꝙ materia declinat ad latus. Feſtina ergo, et phlebotoma & ſuffumigationes qñq; faciunt euenire febrem. Et pilulæ quidem ad tuſſim, conuenientes ſunt ad aſperitatem pectoris, non ad materias capitis. Et oportet etiam vt toleret ſitim, & frangat eam cum commiſtione ſyrupi de papauere, et aqua. Et ſi voluerimus confortationem eius tunc aqua hordei, & ſauic. Et quando cum catarrho fuerit febris non balneetur. Et illi in quo perſeuerant catarrhi æſtate, & hyeme, pilulæ cochiæ ſunt ex curis magis iuuatiuis. Et motus mēbrorū inferiorum, eſt valde iuuatiuus ad catarrhos, propter attractionem materierum ad inferiora: deinde adminiſtra quod narratur ex vaporationibus: & ſuffumigationibus cum obſeruatione ne adminiſtretur ſuper repletionem. H Et ille qui conſuetus eſt pati catarrhum qñq; prohibet aduentum catarrhi ſuo ſubito introitu ad ſudandū in balneo ante aduentum catarrhi. Et oportet ſm omnem diſpoſitionem, vt aſſiduet declinationem ſeu demiſſionem capitis verſus anterius, & teneat decliue puluinar, vel capizale, &[h] nō reſupinatio fiat in ſomno. Materiei autem diminutio eſt cum adminiſtratione mundificationis corporis. In calida quidem cum phlebotomia, & ſolutione ventris educent humores calidos, & clyſteribus trahentibus materiam ad inferiora: & in frigida quidem cum medicinis ſoluentibus phlegma quæ ſunt ex eis, quæ bibuntur, & quibus fiunt clyſteria. Et ad ſummum oportet vt minorent comeſtionem, & α potum aquæ: & repellat eum omnino die & nocte, & remouebitur. Oppoſitio autem cauſæ efficientis, calidæ quidem eſt vt ſit ſolicitus in infrigidando caput cum eo quod eſt infrigidans, frigidum potentia,[i] ſicut introitus balnei dulcis omni mane cum eſt ieiunus.[k] Et effuſio aquæ ſuper extremitates, & inunctio capitis, & extremitatum, & ſuminis, & ani, & teſticulorum, & quæ ſunt in circuitu eorum cum oleo viol.[l] Et embrocæ adminiſtratio factæ ex hordeo, & papauere, & violis, & chamæmilla, et effuſio fortiter infrigidantiū actu ſuper caput, et declinatio cum cibis ad illud quod alleuiat, et infrigidat, et humectat: et adminiſtratio,

F G. 2. de ſympto. cā. c. 4. f
G G. 3. aph. 12. g *Infra* α
H Raſ. t. 9. c. 14.
*Supra* α
I Aet. li. 2. ſer. 4. c. t.
k R. li. diuiſio. c. 1.
L Ser. t. 2. c. 19.



A niſtratio gelengibin. i. zuccari roſati omni die. Sed frigidæ eſt ſolicitudo, cum incipit commotio, & ſternutatio, in calefaciendo caput, & vaporando ipſum cum panno calefacto vſque quo ſentiat calorem iam perueniſſe ad cerebrum, & conſeruando caput ſm illam diſpoſitionem. Et quandoque neceſſarium eſt vt fiat vaporatio cum ſale[a] & milijs. Et quandoque fit vaporatio cum aquis calidis in fine, quo poſſibile eſt eas tolerare ex calefactione. Et adminiſtrentur in ea embrocæ maturatiuæ, & reſolutiuæ, & inunctio extremitatum cum oleis calidis, ſicut eſt oleum anethinū, & oleum chamæmillinum, & ſanſucinum. Et fortius illis eſt oleum rutaceum, & oleum de ben, & oleum de lilio, & oleum laurinum. Inungantur eis teſticuli, & quæ ſequuntur eos, & anus, & ſumen, et extremitates: & lauetur caput cum ſapone[b] Conſtantini. Oleum vero inquantum potes, fac ne tangat caput, niſi ſi non inueneris excuſationem, ita vt indigeas infrigidatione fixa: aut calefactione fixa, & ſit poſt euacuationem. Et vt adminiſtretur ſuper caput et frontem linimenta ex ſinapi, & coſto, & ſimilibus & ablue ipſum cum aqua ſaponis, & ſimilibus. Et vt declinet cum cibis ad illud quod alleuiat, & ſubtiliat, & calefacit, & exiccat cum hoc, vt ex eo liniatur pectus. Et quandoque neceſſaria eſt adminiſtratio medicinarum rubificantium, ita vt in eis recipiantur[c] ſtercus columbinum cum ſinapi, & ficus, & mentaſtrum, & gumma rutæ agreſtis: immo adminiſtratio cauterij. Et ad vltimum calefactio capitis, & ipſius exiccatio conferunt ei, quod accidit, & prohibent B illud quod accidit. Et oportet in hoc catarrho[d] vt β nō ingrediat̃ balneū ante maturationē: immo adminiſtrentur vaporationes ſiccæ. Et ex eis quæ conferunt in eo, eſt odoramentum muſchi: & ſimiliter impletio auris ex lana infuſa in oleo amygdalino calefacto vſque ad terminum. Abſciſio autem curſus fit cum gargariſmis laudabilibus frigidis congelatiuis, ſicut gargariſmate ex aqua frigida & aqua roſ. & aqua lentis, & aqua coriandri: & aqua in qua decocti ſunt cortices papaueris: & aqua granatorum etiam. Frigida quidem ad calidū, & calida ad frigidum. Et ſicut linimentū gutturis cū vino, in quo eſt contrita myrrha: & proprie in frigido. Et ſimiliter retentio auellanarū in ore factarū ex opio, & ſtorace, & thure, & croco, pręterꝗ deglutiat aqueitatem earum. Et ſint ſyrupi qui habent proprietatem in hoc, ſicut ſyrupus de papauere purus ad calidum, & ſyrupus de papauere factus cum decoctione in qua poſita ſunt ſicut myrrha, & crocus, & alia ex eis quæ dicturi ſumus in antidotario, ad frigidum. Et non oportet vt in potu detur ſyrupus de papauere, niſi in principio vt prohibeat à pectore: cumq; retinetur, & neceſſarium eſt ſputum, non eſt conueniens iſte ſyrupus. Et ſicut vapores retinentes adminiſtrati, ita ꝙ intrent in chaiſim & in guttur retinentes vaporem. Et iſti quidem vapores ſunt ſicut vernix ad calidum & frigidum ſimul: & ſicut nigella ad frigidum vaporata, aut odorata. Et coſtus etiam &[e] nigella frixa quando odorantur ligata in panno lineo, ſunt iuuatiua valde. Et ſimiliter ſuffumigatio alchamor nominata chuſi. Et ſimi- C liter vaporatio vini aut mellis ſuper lapidem molarem ignitum. Et ex eis quæ iuuant ad illud, eſt ſuffumigatio[f] cum thure, & xyloaloe crudo, & vernice, & coſto, & ſtorace. Tamariſcus autem &[f] roſa ad calidum: & ſimiliter[f] tabarzet &[f] fabæ, & hordeum infuſum in lacte acetoſo vaccino, de quo butyrum eſt extractum proprie. Et zuccarum, & camphora, & ſulfur infuſum in aceto: eis fiat ſuffumigatio ad calidum: & ſimiliter[f] vaporatio aceti à lapide molari ignito, abluto mundificato. Aequatio autem eſſentiæ eſt, ſicut adminiſtratio electuariorū, & receptio dragaganthi: aut granorum cydonij in ore, vt permiſceatur cū groſſitudine eorum ſubtile, quod deſcendit, vnde ingroſſetur cum ea & fiat viſcoſum, & non deſcendat ad profundum: & fiat cum ea facile ſputum. Et adminiſtratio eius quod ſubtiliat illud, ita vt non noceat ſua groſſitudine, & viſcoſitate ſua.[g] Et β quando catarrhus eſt frigidus non eſt conueniens introitus balnei ante maturationem. Et ſi eſt calidus, propter illud non erit multum malum: immo iuuabitur eo. Attractio vero eius ad partem aliam, eſt ſicut cum eo cum quo opponitur catarrho deſcendenti ad guttur cum facientibus ſternutationem, & omnibus quæ mordicant nares. Et ſicut cum eo cum quo opponitur catarrho calido curenti ad inferiora, ex adminiſtratione ventoſæ ſuper nucham: & ſimiliter inclinatione capitis ſuper embrocas factas ex odoriferis attrahentibus materiam ad partem naſi. Anteceſſio autem eſt, ſicut quo cuſtodiuntur guttur, & pulmo à nocumento ſuo, & plurimum eius eſt D cum cibis. In calido quidem eſt cum inunctione pectoris ex oleo viol. Et acceptio aquæ hordei cum violis nutritis vel conditis, &[f] aqua granatorum dulcium. Et adminiſtratio ſorbitionis[f] factæ cum ex amylo, & farina hordei, et fabarum, & cum lacte mulcto ſi non eſt febris: nocet enim lac, ſi adeſt febris: & adminiſtratio loch lenium frigidorum, & ſyruporum de hyſſopo frigidorū. In frigido vero ſicut inunctio pectoris cum oleo chamæmillino & de ben. Et adminiſtratio ſorbitionum calidarum lenientium ſicut[f] tri cum melle: & ſicut[f] aqua furfuris tritici cum oleo amygdalino, & melle, & ſicut panis cum rob. Et adminiſtratio[h] † {loch lenium} calidorum, & ſyruporum: & proprie qui facti ſunt ex hyſſopo, calidorum: & etiam hyſſopi ipſius cum ſtorace: & potus aquæ calidæ eſt iuuatiuus in catarrhis, maturans eos, et expellit ab eo quod vicinatur membris anhelitus, maturando illud quod deſcendit et leniendo.[i] Et vinum quidem non eſt conueniens eis. Et quandoque conuenit vt conferat eis hoc in principio: poſt maturationem autem illud quod temperatum eſt, eſt conueniens. Et oportet vt ſit[k] dulce. Et pinguia quidem prohibent maturationem in ſubtili in principio.

A Raſ. lib. diuiſio. c. 8.
B Pau. li. 3. 131. 2. 4.
C G. 5. meth. c. 13. c
D Li. 4. F. 1. t. 1. c. 9. *Infra* β
E Ga. 6. de ſimpli. medi. fac. fo. 45. h, & 55. c. d, & Dio. li. 3. c. 75.
I Ser. t. 2. c. 19.
G Li. 4. F. 1. t. 1. c. 9. *Supra* β
H † eclegmatum
I Raſ. t. 9. c. 14.
k Paul. li. 3. 131. 9.

TRACTATVS II. *de reliquis diſpoſitionibus naſi.*

*De fœtore naſi.i.ozænis.* *Cap.* 1.

CAuſa fœtoris in naſo: aut ſunt vapores putridi aſcendentes ad ipſum ex partibus pectoris, & pulmonis et ſtomachi: aut humor [a] putrefactus in circuitu oſſiū alchailim, qui ſi eſſet acutus, faceret euenire vlcera: ſed ipſe eſt putridus fœtidi odoris. Et quandoq; peruenit odor eius ad ſuperiora, & ſentitur odoramento ſui. Aut humores putrefacti in ventre: aut in cerebro toto: aut in anteriore parte eius: aut in ea parte ſui, quam ſequitur naſus. Aut putrefactio & corruptio accidentes illis oſſibus omnibus, quarum curatio eſt difficilis: aut propter hæmorrhoidas in naſo putrefactas.

*De cura.* *Cap.* 2.

OPortet vt pręcedat mundificatio eius, quod eſt aggregatum ab humore malo, ſi eſt in alio loco, q̄ in chaiſim, & profundo eius: immo eſt in ſtomacho & cerebro. Deinde adminiſtrentur medicinæ locales quę fiunt ex tentis, & caputpurgijs, & inſufflationibus, et reliquis: & tentæ expertę in hoc. Et rectius quidem eſt vt abluatur naſus ante eas cum vino: deinde ex illis tentis adminiſtretur tenta [b] ex myrrha, & amomo, & acatia facta cum melle: aut [b] myrrha & amomo: aut myrrha & roſis cum oleo de nereiden, & tentæ plurimę diuerſitatis factæ ex iſtis medicinis ſm̄ diuerſitatem ponderis, [c] & ſunt cyperi, & ſpica & roſa [d] †{alneſerint,} & calamus aromaticus, & amomum, & gariophyl. & myrtus, & aloe, & roſa, & aliquid ex ſale, & coniunctę, aut ſeparatę. et tenta infuſa in triplicato ſubtili ſuper quam pulverizetur ſubtilis puluis factus ex gariophyl. & cyperi, & ramic, & laudani partibus æqualibus: & etiam myrthi, calami aromatici roſarum alneſerin gar̄. omnium. ana drach.i. myrrhæ, gallarum amborum ana drach.5. muſchi, camphoræ amborum ana gra.iiij. clymię, & ſalis gemmę amborū ana kirat. iiij. adminiſtretur ex eis tenta: & ex caputpurgijs caputpurgium cum ſucco mentaſtri. Et meliora caputpurgia, & magis iuuatiua [e] ex eis ſunt vrinę [f] †{aſinorum:} illæ enim nunquā fallunt. Et ex experimentis bonis eſt, vt reſoluantur troc. [g] adaracon recepti in theriaca in vino, & diſtillentur in naſum, quoniam ſanatur. [h] Et decoctio [i] †{aldarſiſaham} cum vino odorifero eſt bona valde. Adminiſtretur ergo aliquibus diebus, & naribus attrahatur. Et ex linimentis eſt vt liniatur illud, quod eſt interius eius cum colcotar, & etiam folia yeſmin terantur cum aqua, & liniantur ex eis naſus. Et medicamen [k] †{alchariten,} & [l] eſt myrrhę.iiij. drach. & duæ tertiæ, caliæ ligneę drach.i. & .vi. & amomi tantundē conficiantur cum melle. Et ex inſufflationibus eſt, vt inſuffletur in eo mentaſtrum ipſum, aut elleborus albus, & oſtracū adustum. Et ex medicamine prædicto in fine tentarum. & ꝙ [l] ſuffletur xylobalſamus in naſo. Et ex attractionibus cū naribus ex eis quæ ſunt ex parte, eſt decoctio [m] †{aldarſiſahā} cum aqua, aut vino, & adminiſtretur diebus aliquibus. Et ex eis quæ experta ſunt in cura eius: & proprie cum eſt in cerebro, aut anteriore parte eius putredo, ſunt duo cauteria à dextra parte iafuch.i.ſincipitis, & ſiniſtra eius, corā auribus, quę ſequūtur ad ambo tempora, aut cauterium vnū ſuper mediū capitis.

*De vlceribus in naſo.* *Cap.* 3.

QVandoq; generatur in naſo [n] vlcera, aut ex vaporibus acutis, aut malis, aut ex catarrhis acutis: & ſunt aut fœtidi putridi, aut cruſtæ, aut vlcera ex bothor, aut vlcera pura, & ſunt aut apparentia, aut intrinſeca.

*De cura.* *Cap.* 4.

NAſus [o] eſt membrum humidius aur̄. & ſiccius oculo. Quare oportet vt ſit cura vlceris eius inter curam vlcerum auris et oculi. Oportet ergo vt ſint medicinæ exiccantes vlcera naſi, minoris exiccationis quàm medicinæ exiccantes vlcera auris, & vehementioris exiccationis quàm medicinæ exiccantes vlcera oculi. [o] Vlcera enim auris indigent aliquo quod ſit in vltimo ſiccitatis. & vlcera oculi indigent re quæ ſit in initio euentus exiccationis. Amplius ſi cauſa fuerit materiæ currentes, aut vapores aſcendentes, tunc cura cum euacuatione eorum, et attractione ipſorum ad partem aliam, ſm̄ ꝙ ſcis: & ad ſummum neceſſarium eſt. primo vt exiccetur caput, & confortetur cū eo quod ſciuiſti: deinde intende in nares. Et ſcias ꝙ omnes medicinæ iuuantes in hęmorrhoidibus, & [p] †{alarbian} ex eis quas dicturi ſumus, ſunt iuuatiuæ etiam in vlceribus cum ſunt fortia: et cum feruent cum mucilaginibus: & ex eis quæ ſimilantur illis, donec leniuntur, conueniunt omnibus vlceribus, leuibus etiam: Sicca vero vlcera curentur cum inunctione facta ex cera, cui admiſtum eſt quantum eſt medietas eius de medulla cruris vaccini diſſoluta cum aliquo quod ſit ſicut oleum nenufarinum aut ſiſaminum. Et conuenientius apud me eſt oleum roſ. & proprie factum ex oleo omphacino: & etiam curetur cum vnctione facta ex oleo viol. cum dragagantho: aut pauca ſpuma pſylij, & maluæ: & etiam cum tenta infuſa [q] in hyſſopo & adipe anatis, & cera citrina, & adipe cerui, & adipe gallinę, & melle. & etiam cera & [r] oleum & mirabolani citrini & gallæ. Et quandoque confert phlebotomia venæ in extremitate naſi poſt cephalicam & ventoſa nocrati & ſolutio ventris. vlcerum autem ad quæ currit materia acuta aut mala fœtida, cura fit difficilis: & neceſſaria eſt euacuatio, & phlebotomia. Et quandoque indiget ſolutione ventris ex hieris quę ſunt magnæ. Et oportet vt aſſiduetur ablutio eorum cum nitro, & ſapone: & proprie qui comparatus eſt Aſclidi, & ſapone comparato ad Conſtantinum. Deinde adminiſtrentur medicinæ vehementis exiccationis. ex quibus eſt hæc. [s] †{ Recipe corticis æris, & calcadis, & arſenici rubei, & ellobori omnium ana partem .i. conterantur & infundantur in felle tauri aliquibus diebus, donec fermententur

(Marginalia: A † Raſ.lib.4.cont. t.2.c.1. — B Pau.li.3.fo.123.31 — C Ra.li.diui.c.44 — D † iaſmini — E Haly.5.pra.c.79 — F † camelcrum — G paul.fo.123.19. & Raſ.61.2. — H Raſ.61.2. — I † aſpalathi. — k † cuiuſdā medici — L Raſ.4.conti.t.2. c.2.61.3. — M † aſpalathi — N Gal.5.de cōpo. phar. ſcdm lo. c.3.f — O Gal.5.meth.c. 10.b — P † carnibus mollibus. — Q Raſ.4.cont.t.2. c.2.59.4 — R Raſ.60.3. — S † Paul.lib.4.c.24 123.9. Squamæ æris drac. viii. atramēti ſutorū drach. ii. ſandarachæ dra. iiii. veratri nigri drac. ii. naribus inſpirant. Aliud Milicorii dra. xii. atramenti ſutorii dra. x. chalcitidis dra. viii. fellis taurini amomi, myrrhæ, calaminthę, mali rubii ſingulorum drac. iiii croci dra. ii. veratri albi dra. iiii. ſicco vtitor. — Margin letters E, F, G, H.)



A mententur in eo, & adminiſtrentur. Et quandoq; addetur in eis amomum, & myrrha, & mentaſtrum, & praſſium, & crocus, & alumen omnium pars.i.} Et medicamen [a] Rufi expertum, & eſt vt ſumantur cyperum, & alumen, & gallæ, & myrrha, & crocus, & arſenicum & adminiſtrentur. [b] Vlcera autem vehementis doloris curantur cum plumbo vſto abluto, & ceruſa, & merdaſengi fiat ex eis emplaſtrum cum oleo roſ. & cera. vlcerum autem bothoroſorum cura fit cum oleo roſ. & cum oleo myrtino, & merdaſengi, & aqua roſ. & pauco aceto emplaſtro facto ex eis. Vlcera vero manifeſta cum hoc emplaſtro cura. Ceruſſæ lib.i. merdaſengi, ſcoriæ plumbi vſti amborum ana vnc.iij. miſceantur cum vino. & oleo myrtino. [c] Et ex medicinis quidem cōmunibus eſt, vt ſumatur ſuccus granatorum [d] †{acetoſorum} & decoquatur in vaſe æreo, donec perueniat ad medietatem, & liniatur ex eo tenta, deinde adminiſtretur. [e] Et ex eis quibus curantur ſunt troc. andaron quandoq; infuſi in vino, et quandoq; infuſi in aceto & aqua, ſecundū ꝙ videtur. [f] Et ex emplaſtris quidem bonis eſt vt ſumantur ſcoria plumbi, & vinum vetus, & oleum myrtinum, & aggregētur omnia terendo ſuper ignem [g] †{lenem ex carbonibus factum,} & moueātur donec ingroſſentur & ſeruentur in vaſe æreo. Et plumbum vſtum eſt in iudicio ſcoriæ plumbi. Et oportet vt adminiſtretur [h] ſuccus ſiclæ ſolus: aut cum medicinis, quoniam eſt valde iuuatiuus.

*De cura vlcerum, quæ nominantur vlcera dulcia.* *Cap.* 5.

B IN principio quidem ſufficit oleum roſ. ſolum: aut cum cera & adipe gallinæ. Et fortius illo eſt emplaſtrum de ceruſſa, & præcipue emplaſtrum miſtum cum mucilagine granorum cydonij. Et ſi exiccationis additio quæritur, ponatur in ipſo ſcoria argenti ſola, et qñq; confert cū oleo myrtino. Cum autē ægritudo parūper fit fortior, adminiſtra hoc emplaſtrū. [i] Recipe ceruſſæ lib.i. merdaſengi vnc.iij. ſcorię plumbi vſti, abluti, contriti cum vino vnc.iiij. fiat ex eis vnguentū cum oleo myrtino & aceto. Cum aūt ęgritudo fit chronica, & fortis valde, fiat vnguentū huiuſmodi. [k] Recipe merdaſengi, drach.iiij. rutæ humidæ dra.iiij. aluminis drach.ij. fiat ex eis vnguentum cum oleo myrtino & aceto. Et fortius eo eſt iſtud. Recipe draganthi, & calcanthi, & myrrhę omniū ana partes.vij. calcadis.vi. partes, aluminis iameni, gallarū, ſcorię æris omniū ana partes.iiij. turis partem.i. &.5. aceti lib.i. & viij. vnc. coquatur in vaſe ęneo, donec fiāt in ſubſtātia mellis, & fiat inde linimētū.

*De oppilatione in chaiſum.* *Cap.* 6.

OPpilatio in chaiſum eſt res retenta in anteriore parte eius, ita vt prohibeat tranſitum ex gutture ad naſum, & ex naſo ad guttur: & quandoq; eſt [l] humor viſcoſus, & tenax: & qñq; eſt caro nata: & quandoque eſt cruſta.

*De ſignis.* *Cap.* 7.

C HAec oppilatio facit naſitatem ita ꝙ prohibet ſuperfluitatem inſufflationis à tranſitu, vel à penetratione in chaiſum [m] quare facit tinnitum factum ex ea.

*De cura.* *Cap.* 8.

SVmantur [n] lentis amare drach.i. caſtorei drach.5. opij, croci amborum ana kirat.i. muſchi chirat, myrrhæ drach.5. fiant ex eis pilulæ: & fiat ex eis caputpurgium cum aqua ſanſuci humidi. Et multoties quidem indiget diſpoſitio operatione manus, & raſione naſi cum radio proprio naſi quo poſſibilis eſt raſio: raſio igitur non ceſſet donec mundificetur: & quandoque egredietur cum raſione res plurima, de cuius ſumma mirabitur homo: fortaſſe enim conſequetur medietatem libræ. Si autem non adiuuat illud, fiat quod dicemus in [o] capitulo hæmorrhoidarum.

*De cura.* [p] †{ chanan.} *Cap.* 9.

EX curis eius eſt, vt fiat caputpurgium, et gargariſmus cum medicamine huiuſmodi: decoquantur [q] gallæ contritę cum aqua granati dulcis ſubmergente ita vt bibant ipſum, deinde exiccentur, & cum eo miſceatur lib.5. turis, aut ſarcocollę, & conficiatur vice alia cum aqua granati, in qua coctæ ſunt gallę, et adminiſtretur faciendo caputpurgiū et gargariſmum diebus aliquibus. Et ex eis quibus curaī, eſt vt ponaī in naſo tincar cū cera et oleo, et fiat hoc ſine intermiſſione, donec ſanetur.

*De contuſione naſi.* *Cap.* 10.

D MElius & laudabilius eſt vt impleatur interius: deinde æquetur exterius, & extrahatur ex eo quo plenus eſt paulatim, donec æquetur: linimenta vero iuuatiua in hoc, quæ oportet ponere ſuper fracturā ſunt, parū aloes, & croci, & mes, & myrrhæ, & ramich, & gallia, & lutum armenum, & lutum romanum, & althæa, & laudanum, & embrocetur cum aqua alatel, & aqua tamariſci. Verum nos fortaſſe reiterabimus relationem huius capituli [r] in libro fracturę, et reſtaurationis.

*De hemorrhoidibus, &* [s] †{*alarbian*} *in naſo.* *Cap.* 11.

HAemorrhoides quidem ſunt [t] carnes additæ naſcentes, & quandoq; ſunt [t] carnes molles al. & non eſt in eis dolor, & iſtę ſunt facilis curæ. Et qñq; ſunt rubeę, aut fuſcæ vehementis doloris: & iſtæ ſunt difficilis curæ præcipue cum ex eis currit virulentia fœtida. Et qñq; eſt ex eis illud, quod cancer corrumpens figuram naſi, & dolorem faciens, cum extenſione ſua vehementi. Et ille eſt, qui eſt fuſci coloris, malæ generationis valde, in profunditate plurima, cuius via eſt blandimentum ſine inciſione, & raſione. [u] Verum inter cancrum, & hæmorrhoides malas diſtat: qm̄ caro nata, ſi eſt poſt ægritudines in capite, & catarrhos, eſt hęmorrhoides: & ſi non eſt ſm̄ illud: immo accidit poſt claritatem naſi, & priuationem curſus, eſt cancer: & proprie ſi fuerint ante aduentum eius in cerebro accidentia melancholica, & fuerit principium [u] eius ſicut cicer, aut auellana, & inceperit augmentari, & acciderit in palato durities. Et cancer quidē vt in pluribus eſt non habens

ſaniem,

(Marginalia: A Raſ.4.cont.t.2. c.1.61.2. — B Raſ.4.cont.t.1. c.2.59.4. — C G.li.3.de medi. comp.ſm lo.c.3.g. — D † ——— — E Aet.lib.2.ſer.2. c.93. & Raſ.4.con. t.2.c.1.61.1. — F Gal.libr — G † ——— — H Raſ.60.2 — I Paul.fo.123.30. — k Pau.lib.3.ca.24. 123.33. — L Ser.t.2.c.13. — M Raſ.4.con.t.1. c.1.59.2 — N Raſ.4.cont.t.1. c.1.60.3. — O 11. — P † ſonitus accēſis in naſo vel exitus vaporis fœtidi ex naribus vt accidit equis. — Q Raſ.4.cont.t.1. c.2.60.3. — R 4.F.5.t.3.c.3. — S † polypo — T Raſ.t.9.c.39. — V Raſ.4.cont.t.1. c.1.59.3.)

ſaniem,& curſum ad guttur: immo eſt [a] ſiccus, durus: & hæmorrhoides quandoq; elongantur,et fiunt hæmorrhoides pendentes: & quandoq; elongantur adeo, ꝙ ex naſo egrediuntur, & palato. Et omnes medicinæ quæ conferunt [b] † {alarbian, } conferunt hæmorrhoidibus: & quandoq; neceſſarium eſt, vt frangatur earum virtus.

E

A Raſ.4.contin. c.1.59.3.
B † polypo

*De cura.* *Cap.* 12.

QVæcunq; illarum ſunt ex diuiſione prima, inciduntur cum cultello ſubtili, deinde excorticantur cum excoriatorio bono. Et quæ ſunt ex diuiſione ſecunda melius eſt vt cauterizentur, aut cum medicinis quas dicturi ſumus: aut cum igne, aut cum cauterio paruo ſubtili, aut incidatur cum raſorio extrahendo, quod in naſo eſt ex additionibus, & ſuperfluitatibus. [c] Et melius quidē raſorium eſt illud, quod eſt vt [d] † {embuba, } deinde effundantur in nares poſt illud [e] acetum & aqua. [c] Quod ſi melioretur poſt ipſum anhelitus, & remoueatur oppilatio bonum eſt: & ſi non, tunc iam remanent ex eis in profundo reliquię: tunc ergo neceſſarium eſt vt adminiſtretur ſerra filoſa: & eius etiam modus eſt, vt [c] ſumantur illa ex capillis, aut ſeta, & ligentur ita vt ligatura illa fiat, ſicut ſerra habens dentes,et immittatur in acum de plumbo incuruatam, intromittendo per naſum donec egrediatur ad palatum: deinde ſerretur cum ea reſiduum carnis extrahendo eam ex duobus lateribus, ſicut fit cum ſerra: [e] deinde accipe embubam ex plumbo, aut ex penna, & volue ſuper eam pannum,& pulueriza ſuper eum medicinas hæmorrhoidarum: ſicut medicamen de chartis, & medicamen andaron & reliqua quæ dicemus poſt, & intromittimus ipſam in naſum, vt remaneat locus anhelitus apertus: & quando fit raſorium ſicut lima, ſed eſt vt embuba, poſſibile eſt vt conſequatur eo voluntas ex mundificatione. Et quando adminiſtrantur in hęmorrhoidibus inſtrumentum inciſionis, & abraſionis, & medicinæ corroſiuæ, [f] oportet vt ſternutetur poſt illud, donec excutiatur omnis putredo, ſerratura. Medicinæ vero quibus curantur illæ, quæ ex eis leues ſunt: ſunt ſicut tenta facta ex cortice granati contrito cum aqua, donec conficiatur, & adminiſtretur illud ſine ceſſatione. Eſt enim expertum, ſed eſt tardi iuuamenti. Aut tenta eſt ex vſnem viridi pura. Aut ex pulpa coloquinthidę. [g] Aut ex α nuce cupreſſi cum aliquanto ficuũ adminiſtretur aliquibus diebus. Aut tenta ſubmerſa in ſucco [h] † {habach} ſolũ: aut ſubmerſa in aqua eius: deinde pulueri zetur ſuper ſeipſam ſiccum ex eo aut in vino & puluerizetur ſuper eam tritura habach: aut ex congelato β aquæ vtriuſq; granatorum contritorum cum cortice et pulpa. Aut tenta cum melle & roſis iterata in die, aliquibus vicibus. [g] Aut inſufflatio ex arſenico, & chalcantho contritis cum aceto, & exiccatis. Medicinæ vero quibus illæ curantur, quæ chronice fiunt, ſunt tentæ, & pulueres,& vnguenta facta ex eis, quæ ſunt ſicut alumen, & myrrha, & æs vſtum, & cortices æris, & radix lilij albi,& chalcanthum, & colcothar, & atrimentum, & nitrum: fiant ex eis cum vino: aut qua habach, aut β aqua amborum granatorum cum pulpis & corticibus tentæ: aut inſufflationes adminiſtrentur. Si autem non conferunt fiat tenta ex huiuſmodi aquis, ſuper quam puluerizetur res plurima ex calcadis, & colcotar,& alcali, & flore æris, & atrimento,& alumine ſecundum æqualitatem. Et rectius quidem eſt vt adminiſtrentur poſt ſcarificationem. Si vero illud non adiuuat, tunc adminiſtretur [i] † { alchalidicon. } Et iam dictum eſt, [k] quòd ſemen ſerpentariæ ſanat hæmorrhoidas, & ſi fuerint canceroſæ, & cum exprimitur racemus vel vua quę eſt ſuper extremitatem luf, id eſt ſerpentariæ, & imbibatur inde lana, & intromiſſa in ambas nares, deſtruet carnem additam, & cancrum. Alarbian vero eſt rectius vt curetur cura manus. Et illud quidem poſt diminutionem repletionis à corpore, & capite. Si autem fuerit leuis, adminiſtrabis ex medicinis vlcerum medicinas fortes, ſicut inſufflationem factam ex aluminis & myrrhæ amborum ana parte.i.colcotar, gallarum amborum ana parte.5.ſufflentur in ipſo, aut fiat ex eis tenta. Et medicamen quod [l] Gal. eligit eſt, vt ſumatur aqua duorum granatorum expreſſorum cum corticibus, & pulpis ſuis: decoctorum decoctione pauca: deinde ponantur in vaſe plumbi: deinde ſumantur fæces vel reſidentiæ,& terantur tandiu, donec fiant ſicut maſſa, & imbibatur ex tanta quantitate ſucci amborum granatorum, quantũ fiant lenes: deinde fiant ex eis collyria longa,& intromittantur in naſum infirmum, & dimittantur in ipſo, poſt quieſcat in quibuſdam horis,& extrahantur à naſo. & liniatur naſus tunc, & palatum cum ſucco amborum, & perſeueret ſecundum hoc regimen: eſt enim iuuatiuum vlcerum, & hæmorrhidarum, & ex eius quidem iuuamentis eſt, quòd ipſum non efficit dolorem de quo ſit curandum: & [m] quandoque aggregatur illud ex tribus granatis pontico,& acetoſo,& dulci. Si ergo hæmorrhois fuerit [m] fortis dura addatur ex acetoſo. [m] & ſi fuerit plurimæ humiditatis, addatur ex pontico. [n] Quidam vero eorum qui poſt Gal. fuerunt addiderunt quandoque in ipſo parum colcotar, & ſalis ammoniaci, & floris æris. Et ex eis quę eradicant eas, eſt medicamen citrinum, & medicinæ acutæ corroſiuæ ipſorũ ſufflatæ in ipſo: et quando apoſtematur, dimittatur donec quieſcat: poſtea adminiſtrentur cera, & oleum, & mel: deinde reiteretur inſufflatio, poſt reiteretur dimiſſio, ſine ceſſatione fiat illud, donec cadant. Et [o] † { xylocaratæ, nabatiæ humidæ iam expertæ ſunt: nam cum ipſæ implentur lana, & intromituntur in naſum } corrodunt † {alarbram} ſicut corrodunt verrucas. Et α nux cupreſſi eſt iuuatiua etiam. [p] Et ex eis, quæ experti ſumus, eſt vt teratur atrimentum viride ſicut alcohol, & ſuffletur in naſo mane & ſero: ſanat enim. Et quando abſcinditur alarbian, tunc ex medicinis retinentibus ſanguinem eius, eſt lutum infuſum cum aqua frigida ita vt fiat lutum groſſum, & infrigidetur valde, & liniatur eo naſus.

C Pau.lib.6.c.25.
D † cannula
E Raſ.4.contin. c.2.60.2.
F
F G.3.de phar. cõpõne ſecundũ loc. c.3.b
G Aet.lib.2.ſer.2. c.92. & Dioſ.lib.1. c.86.
*Infra* α
H † origani
*Infra* β
G *Supra* β
I † vnguentum corroſiuum.
K Dio.lib.2.c.158. & Ga.6.de ſimpli. 46.d
L 3.de phar.cõpo. c.3.c
H
M G.ibi.
N Raſ.4.contin. c.1.61.1.
O † Raſ.4.contin. 1.c.2.60.1. Cora imperialia immatura terantur & ſucco inſuſa i corona ſucco iponatur.
† polypum.
*Supra* α
P Raſ.60.1.





*De ſternutatione.* *Cap.* 13.

A

STernutatio eſt motus proprius cerebri [a] ad expellendum humorem, aut nocumentum aliud cum auxilio aeris naribus attracti ſubito per viã naſi, & oris. [b] Et ſternutatio quidem cerebro eſt, ſicut tuſſis pulmoni, & eis quę ſequuntur ipſum. [c] Quidam autem exiſtimauerunt, ꝙ cerebrum non declinat ad ſternutationem, niſi quãdo conuertitur humor nociuus in aerem, et extrahit eum cum aere naribus attracto: & illud non eſt neceſſariũ: immo non indiget aere in hoc, niſi vt ſit corpus plenum aere cuius attractio ad partem humoris ſit cõtinua. Cum ergo commouetur aer totus motu lacertorum pectoris, & velaminis laborioſo, et expellitur ab interioribus ad exteriora, cogit cum feſtinatione partes ſuas longiores ex pectore ad exitum, & eſt adiutus ad expulſionem, & ad victoriam, qm̃ ipſum comitatur commotio aeris qui ſequitur ipſum, & adiuuat virtutem expulſiuã ad incidendam materiã, & expellendũ eam. [d] Et ſternutatio α quidem eſt nociua valde in principio catarrhi, & coryzæ propter neceſſitatem quietis, quã habet humor in quo quæritur maturatio. [e] Et qñq; multiplicatur in febribus, & eis ſimilibus tm̃, ꝙ deijcit virtutem, et replet caput ſuperfluitatibus. [f] Et qñq; excitat in febribus fluxũ ſanguinis narium vehementẽ: quare oportet vt ſit feſtinatio in retentione eius, ſed ipſa [g] reſoluit ſingultum materialem cum commotione ſua. Et ſternutatio quidem eſt quæ accidit in principio paroxyſmorũ febrium. [h] Indi vero exiſtimauerunt, & non numerantur inter veridicos ꝙ conuenientior ſituum capitis ſternutantis eſt ꝙ ſit anterius eius coram pectore, non intuens ad diuerſas partes, neq; declinans valde ad anterius, aut poſterius, & tunc non aduenit eis malitia vel nocumentum. Et ſternutatio quidẽ eſt ex rebus magis iuuatiuis ad exiccandum caput, cum eſt materia, aut eſt pauca quæ expelli põt, quamuis non ſit matura: aut eſt ventoſa quãuis ſit plurima: aut eſt vaporoſa: nam ſternutatio eſt ex rebus magis valentibus ad repletionem vaporoſam in capite: aut eſt groſſa, ſed eſt digeſta: ſi autem eſt plus hoc, tunc ſignificat fortitudinem cerebri. [i] Et propter hoc ille cuius mors eſt proxima, non poteſt ſternutare. Et ille cui ex eis adhibentur ea quę ſternutare faciunt, & non ſternutat, non ſperatur vt ſanetur vnq̃. Et ipſa eſt ex eis quę adiuuant ad expellendas ſuperfluitates retentas, & [k] faciunt partũ facilẽ, & egreſſionẽ ſecundinæ: [l] & ſedant grauitatẽ capitis. Verũ α ipſa nocet ei in cuius capite eſt materia: quę indiget quiete ad hoc vt matureſ: & vt nõ calefiat illud quod ſequitur eã, & vt non moueatur timẽdo ꝙ attrahaſ ad ipſam aliud ab ipſa, et [m] ipſa eſt ẽt nociua ẽt ei i cuius pectore ẽ materia plurima, aut cruda.

B

A Ga.2.de ſimpli. med.fac.c.17.e
B Fen.10 t.3.c.1.& Ga.2.de ſym.cau. c.3.d
C Ga.7.aph.51.d
D Gal.2.de ſymp. ca.c.4.f.g. & com. 2.progno.49.h, & Raſ.31.con.t.4.c.1. 442.4.
*Infra* α
E Li.4.F.1 t.2.c.23
F G.de facil. para. ad Solonem.163.f
G G.5 aph.35.g,& 6.apho.13.
H Raſ.31.con.t.4. c.1.443.1.
I Raſ.31.conti.t.4. c.1.443.1.
K Hip.5.apho.35.
L Raſ.1.cont.t.14. c.1.441.1.
*Supra.* α
M Hip.2.prog.49

*De medicinis prohibentibus ſternutationem.* *Cap.* 14.

EX eis quæ prohibent ſternutationẽ, ſunt [n] oleum roſ. & oleũ de kalef quę vehementer ſedant eam. Et qñq; prohibetur ſi ſorbitio calida ſorbeatur, aut [n] balneetur caput aqua calida, & effundatur oleum calidũ in ambabus auribus, [o] & reſupinatio ſuper puluinar calidũ poſitum ſub collo: & [o] odoramentũ pomorũ, & alſauich, & ſimiliter odoramentũ [o] ſpongiæ marinæ eſt ex eis quæ abſcindunt eã, & cogitatio, & remotio phantaſiæ ab ea qñq; abſcindit ipſam. Infantes vero iuuantur eo quo fluit ex renibus ſanis poſitis ſuper ignem, & aſſatis, & ſumantur antequã coquantur, & accipiatur illud quod currit ex eis, & naribus ſugatur, aut fiat ex eo caputpurgium. [o] Et ex eis quæ ipſam prohibent eſt vehementia tolerantiæ in ipſa qm̃ retinet ipſam, & eſt medicamen ſufficiens ei quæ eſt debilis. Et ex eis quæ prohibent ipſam, eſt [p] fricatio oculi & auris, & extremitatum, et palati, & fortitudo [o] apertionis oris, & vehementia eius, & eructuatio, & intuitus vel aſpectus in vno loco ad ſuperiora, & [o] inuolutio, & permutatio, & inunctio lacertorum cum oleis humectantibus, & proprie lacertorum mandibularum, & præcipue profundatio ſomni: & cautela ab excitatione ſubita, & cautela [o] à puluere & [o] fumo.

C

N Aet.lib.2.ſer.2. c.98.
O Raſ.31.con.t.4. c.2.443.1
P Ariſt.33 proble. 2 & Raſ.31. cont.t. 4.c.2.443.2.

*De facientibus ſternutationem.* *Cap.* 15.

SVnt [q] elleborus albus, & [r] caſtoreũ, & condyſi, & piper, & ſinapis, aggrega ea: aut ſingulariter accipe, & cum penna appone ea in naſo: aut accipiantur pyrethrum, & gallia in ſuffumigio, & ruta ſylueſtris, & aloe, & ex eis fiat linimentum: leuia vero ſternutationem faciẽtia ſunt opium, cum odoratur, & [s] ſtipites albedarungi, & ariſtolochia, & roſa cum ſuis pilis. Et ipſa eſt ex eis quæ faciunt ſternutare calefactos, et linimentum interioris partis naſi ex medicamine ſternutationis, rectius eſt, quam inſufflatio eius in ipſum.

D

Q Dio.lib.4.c.133.
R Dio.lib.2.c.22.
S Dioſ.lib.2.c.135.

*Res quæ cadunt in naſo.* *Cap.* 16.

STernutet habens id cum aliquibus medicinis, & intromittantur in os eius, & narem ſanam: cumq; ſternutauerit, egredietur ex ea res: & iſta ſunt ex eis quarum relatio [t] præterijt.

T C.6.7.8.

*De deſiccatione naſi.* *Cap.* 17.

QVandoq; fit propter caliditatem. Et quandoq; fit propter ſiccitatem vehementem. Et quandoque fit propter humorem viſcoſum qui exiccatur in eo. Et curatio vniuſcuiuſque eorum eſt manifeſta. Et res magis iuuatiuæ in ipſa ſunt olea, & ſucci frigidi, & humidi: & extractio humoris ſi fuerit poſt lenificationem eius cum aliquo oleo, aut ſucco ita vt egrediatur quod eſt inobediens egreſſioni.

*De pruritu naſi.* *Cap.* 18.

QVandoq; fit propter vaporem calidum. Aut propter catarrhum acutum ſi eſt. Aut propter catarrhum fortis curſus, quãuis ſit frigidus. Et qñq; fit propter bothor. Et [u] qñq; fit propter motum fluxus ſanguinis narium, et eſt ex ſignis criſis, et ex ſignis variolarum, et morbili, ſm ꝙ ſcias in [x] loco ſuo. Et cura vniuſcuiuſque eorum eſt cum eo quod ſcitur ex principijs facilis.

V Li.4.F.2 t.1.c.5.
X Li.4.ſẽ.1.t.4.c.7

## Fen ſexta de diſpoſitionibus linguę, & oris.

*De anatomia oris, & linguæ.* Cap. 1.

OS eſt membrum neceſſarium ad hoc vt [a] perueniat cibus ad concauitatem inferiorem, [b] & cõmunicat in hoc vt perueniat aer ad concauitatem ſuperiorẽ. Et cõfert in expulſione ſuperfluitatũ aggregatarum in ore ſtomachi, cum eſt impoſſibilis, aut ſit difficilis earum expulſio ad inferiora: [c] & eſt vas vniuerſale membrorum locutionis in homine, et vociferationis in reliquis animalibus vociferantibus exufflatione. Et lingua, quę eſt membrũ eius, [d] eſt ex inſtrumẽtis conuerſionis cibi maſticati, [e] & inciſio vocis, & extractio literarũ: et ad ipſam pertinet [f] diſcretio guſtus. [g] Et α cutis ſuperficiei eius eſt continua cũ cute meri, et interiore parte ſtomachi. Et [h] cutis [i] †{alnatha} eſt diuiſa in duo media corã cõmiſſura [k] †{alfechi:} et inter illa duo eſt cõitas in ligamẽtis. Et tu iã [l] ſciuiſti lacertos eius motiuos & ſenſibiles. Et melior linguarũ ſm potentiam bene loquendi eſt illa, quę cõmenſurata eſt in longitudine, & latitudine ſua, [m] quę eſt ſubtilis apud extremitatem ſuam exteriorem. Et qñ lingua eſt magna, lata valde, aut parua ſicut ſpaſmata: habens eam non eſt potens loqui. [n] Et ſubſtantia quidem linguæ eſt caro F mollis, alba, quam contexerunt venæ paruæ intrantes, ſanguineæ, & rubificatur color eius cũ eis: & ex eis ſunt venę & alię ſunt arterię: et in ipſa ſunt nerui plures procedentes ex neruis .iiij. venientibus ad ipſam, quos iam [o] diximus in anatomia neruorum. Et in ipſa [n] eſt ex neruis & venis vltra q̃ credatur eſſe in ſuo ſimili. [p] Et ſub ea ſunt duo orificia, quæ ambo ingreditur ſtilus, [n] & ſunt fontes ſaliuæ, quæ ad carnem proueniunt glandoſam, quæ eſt in radice eius, & nominantur generatiuæ ſaliuę. Et iſti duo fontes nominantur duo effuſoria ſaliuæ conſeruantes rorem linguæ. Et α panniculus quidem qui eſt in circuitu eius, eſt coniunctus cum panniculo totius oris, & vſq; ad meri, & ſtomachum. Et ſub lingua ſunt duæ venæ magnæ virides, ex quibus procedunt venæ plures, et nominantur duæ raninæ.

*De ægritudinibus linguæ.* Cap. 2.

QVandoq; accidunt linguæ ægritudines facientes nocumentum [q] in motu eius, aut ita vt deſtruatur, aut debilitetur, aut mutetur. Et qñq; accidunt ei accidentia facientia nocumentum ei in ſenſu [q] tactus, & guſtus: ita vt deſtruatur, aut debilitetur, aut mutetur. Et quandoq; deſtruitur vnus duorum ſenſuum eius ſine altero, [q] ſicut guſtus ſine tactu, propterea quia ægritudo potentiam habet ponendi nocumentum in debiliore duarum virtutum. Et ægritudo quidem quandoq; eſt malitia complexionis, & quandoq; eſt officialis: [r] aut ex magnitudine, aut paruitate, G aut corruptione figuræ, aut corruptione ſitus: quare non dilatatur, neq; conſtringitur, aut ex reſolutione ſingularis. [s] Et quandoq; eſt ægritudo compoſita, ſicut vnum apoſtematum. Et quandoq; eſt nocumentum proprium: et quandoq; eſt cum communitate cerebri, et tunc nõ euacuatur à cõmunitate pomorum maxillarum, & labiorum ſecundum plurimum, & quandoq; cõmunicantur reliqui ſenſus cum non eſt nocumentum in ipſo ramo nerui qui eſt ei proprius. Et quandoq; læditur etiam cum communitate ſtomachi: & qñq; per communitatem pulmonis & pectoris. Et linguæ quidem complexio quandoq; ſignificatur ex parte coloris albi, & citrini, & rubei, & nigri: & ex parte tactus eius: & ex parte ſaporis vincentis in ea ex eo, quod ſentitur ſimile acetoſitati, aut dulcedini, aut inſipidati, aut amaritudini, aut abominationi generatæ à putredine, aut ponticitati, aut ſtypticitati. Quamuis ſignificatio ex eius colore, & ex eo quod inuenitur in ſapore quandoque pertranſit vſq; ad ægritudines plures aliorum membrorum. Rubedo nanq; eius, & proprie cum aſperitate, ſignificat apoſtemata ſanguinea in partibus capitis, & ſtomachi, & hepatis: & albedo ipſius quandoq; ſignificat frigus ſtomachi, & hepatis, & dominium phlegmatis in capite. Et quandoq; ſignificat icteritiam quãuis color corporis ſit diuerſus. Et ſapor eius ſignificat humorem dominantem in corpore toto, aut ſtomacho & capite. Et quandoq; ſignificatio eius habetur ex parte humiditatis, & ſiccitatis ſuæ. Et ſiccitas quidem ſentitur ſecundum duos modos: quorum vnus eſt H cum claritate ſuperficiei linguæ, & hæc eſt ſiccitas vera. Et ſecunda eſt cum curſu humoris glutinoſi viſcoſi qui eſt in ipſa, quam calor iam exiccauit: & hoc non ſignificat ſiccitatem in ſubſtantia, immo humiditatem viſcoſam aggregatam in ea: aut ex catharrho, aut ex vaporibus groſſis ſpiſſis. Et hoc eſt ex eis quę faciunt errare medicos, qui cum cognoſcunt ex infirmo diſpoſitionem exiccationis oris, non diſcernunt inter modum qui eſt ante ipſam, & inter eam. Et aſperitas quidem ſequitur ſiccitatem: & planities ſequitur humiditatem. Et quandoq; ſignificatur linguę diſpoſitio ex diſpoſitione motus eius apud loquelam, & ex diſpoſitione diminutionis eius, & læuitatis ipſius, & diſpoſitione groſſitiei ipſius, ita vt impediatur in loquela omni hora, & grauetur motus eius: et ſignificat repletionem ſanguinis, aut humiditatis: & quandoq; ſignificatur eius diſpoſitio ex apatibus, et bothor, quę accidunt in ea. Et tibi quidẽ poſſibile erit exponere modos ſignificationũ ex hac acceptione, poſtq̃ cõprehenderis [t] principia vniuerſalia iam pręterita, et particularia quę [u] oſtendi.

*De curationibus linguæ.* Cap. 3.

QVandoq; eſt curatio eius cum communitate, quam habet cum capite, aut ſtomacho, per id quod rectificat ambo: & eſt ex eis, quorum vnumquodq; ſciuiſti in [x] ſuo capitulo. Et quandoq;

A Ga. li. de ſemine c.6.c, & lib.4. de v. pu. c.1.g
B G. li.11. de v. pa. 11.e.f
C G. li. 8. v. de p. c. 5.a
D Li.1. F.1. d.4. c.1. & G. li.3. natu. fac. c.2.a.b
E G. cõ.1 in porrhet. Hip. librũ. d & li.4. lo. af. c.6.e
F Ga. li.11. de v. pu. c.10.h, & li.8. c.5.h, & li.1. de cau. ſym. c.4.g
G Lib.1. F.1. do.4. c.2. & G. lib. de victu rõne c.6, & li.4. de v. part. c.8.b, & cõ. 4. in librũ. Hip. de vict. rõne 6.b. & li. 8. apho.32.
Infra α
H Ga. li.11. de v. p. c.10.g.h
I † extremitas linguę verſus dentes anteriores.
K † incipiente a ſuperiori parte faucis ad naſu; vſque ad mentum.
L Lib.1. F.1. d.5. ſũ. 2. c.14. & ſũ.3. c.1.
M Lib 11. de v. pu. c.10.h
N Raſ.1. c.11.
O Lib.1. F.1. do.5. ſum 3 c.1.
P Ga. li.11. de v. pu. c.10.h a
Supra α
Q G.4. loc. af. c.2. fol.11.g
R G. de dĩis mor. c.9.b
S Raſ. li. diui. c.50.
T Li.1. F.2. d.1.
V Lib.4. Fẽ.3.
X Fẽ.1. t.1. c.38. & F.13. t.1. c.24.



A doq; eſt curatio ipſius, cura propria cum potionibus euacuantibus fluxum ventris, quæ ſunt magis iuuatiuæ vomitiuis, & permutantibus complexionem: aut ſtypticis: aut reſolutiuis, inciſiuis, ſubtiliatiuis, quarum cum bibuntur virtutes ad ipſam perueniunt. Et oportunius quidem bibuntur huiuſmodi poſt cibum. Et quandoque curatur collutionibus oris, & fricationibus, & gargariſmis, & oleis, & pilulis retentis in ore factis ex ſpeciebus quæ habent virtutes prædictas ſecundum neceſſitatem. Et melius quidem eſt vt ſumantur compreſſę: Et oportet vt caueatur in adminiſtratione medicinarum oris & linguæ, cum fuerit ex genere earum, quæ nocent gutturi & pulmoni, vt non attrahatur aliquid ex curſu earum ad ipſa.

*De corruptione guſtus.* Cap. 4.

NOcumentum ingreditur in guſtu ex tribus modis: & totum illud eſt quandoq; cum communitate: & quandoq; propter ægritudinem propriam ex malitia complexionis, aut ægritudine officiali, aut communi, & ſignatur per illud quod innuimus.

*De cura.* Cap. 5.

CVra eius, ſi eſt cum communitate, eſt vt cognoſcas diſpoſitionem cerebri, & rectifices eam cum eis quæ te docuimus in capitulo ęgritudinum cerebri: aut diſpoſitione ſtomachi: & tunc ſi cauſa fuerit repletio & humor malus, oportebit vt euacuetur. Nam ſi fuerit acutus euacuetur cũ
B eo quod ſit vt hiera picra: aut pilulis cochijs: & pilulis factis ex ſcammonea & pulpa coloquinthidæ & ſale naptico. Et ſi fuerit groſſus, tunc oportebit vt euacuetur cum hieris, & adminiſtrentur gargariſmata dicta in capitulo mollificationis linguæ, & cibetur patiens cibis acutis, ſicut cępis, & allijs, & ſinapi, & aceto.

*De mollificatione linguæ, & grauitate eiuſdem, & alchael ingrediente in ſermonem.* Cap. 6.

LInguæ mollificatio eſt ex ſumma ſpecierum mollificationum prædictarum in eis quæ præterierunt. Et cauſa eſt nota, & quandoq; eſt ex humiditate ſanguinea aut aquoſa. Et quandoq; eſt propter cauſam primam in cerebro. Et quandoq; eſt propter cauſam in neruo mouente eam: aut ramo veniente ab ipſo ad eam: Et tu ſcies quæ fit cum communitate cerebri, & quæ fit abſque communitate, ex eis in quibus inuenitur diſpoſitio in reliquis membris acquirentibus ex cerebro ſenſum & motum. Et quandoq; ſignificat quòd materia ſit ſanguinea, rubedo linguæ, & caliditas eius. Et quandoq; ſignificat quòd materia ſit ſubtilis aquoſa, multitudo curſus ſaliuæ ſubtilis, & paucitas iuuamenti ex reſolutiuis, & iuuamentum ab eo in quo eſt ſtypticitas. Et quandoq; peruenit mollificatio linguæ ad hoc vt priuet loquelam: aut fiat difficilis vt alteretur: [a] & ex ea quidem eſt afefe & altetem. [a] Et ex pueris ſunt quidam quibus prolongatur ſpatium defectus à locutione. Et ex eis quidem qui vtuntur tata in locutione ſua. Et eſt aliquis, cui cum accidit ægritudo calida, ſol-
C uitur lingua eius propter liquefactionem humiditatis facientis in lingua thatha retentæ in radice nerui eius: & propter hoc fit puer loquẽs altha [b] & cũ fit adoleſcens, & temperatur humiditas eius, fit loquens expedite.

*De cura.* Cap. 7.

OPortet vt mundificetur corpus cum hiera minore: deinde cum [c] hieris maioribus: deinde intendatur pars capitis cum medicinis ſibi proprijs. Et ſi exiſtimatur, quòd cum humiditate dominetur ſanguis, phlebotomentur venæ linguæ, & ventoſetur mentum: deinde curetur cum gargariſmis, & fricatione linguæ, & aſſiduatione motus eius poſt euacuationem. Et tu quidem iam ſciuiſti duo [d] prima capitula in regimine ægritudinum capitis. Medicinæ vero propriæ loco quæ ſunt in pluribus diſpoſitionibus ſunt fricatio cũ reſolutiuis inciſiuis & ſubtiliatiuis, & gargarizatio cum aquis earum, & collutio oris facta cum eis, & ſunt ſicut origanum, & alhaſce, & ſinapis, & pyrethrum, & cortices radicis capparis: immo ſicut ſinapis, & condyſi: & totum illud cum eo quod fit ſicut almuri & acetum ſquilliticum. Et quandoq; iuuatur ex fricatione linguæ facta cum ſale ammoniaco, & cum zinzib. & cepe, ita vt ex ea currat ſaliua plurima: Et oxymel ſquilliticum quando adminiſtratur ad gargarizandum, aut ad colluendum os, cõfert valde. [e] Et acorus eſt bonus mollificationi linguæ, & grauitati eius. Et quando mollificatio fit vehemens, & prohibet
D locutionem, tunc ſumatur aliquid [f] euphorbij, & condyſi, & aſſiduetur fricatio linguæ, & radicis eius cum ipſis. Et oportet vt ponantur iſtæ medicinæ, & earum ſimiles ſuper collum etiam. Et quandoq; fiunt ex iſtis medicinis & ſimilibus eius pilulæ confectę cum eis, quę prohibeant eas à velocitate reſolutionis, ſicut eſt laudanum, & ambracham, & gumma pini, & gummæ viſcoſę.
Deſcriptio pilularum quę tenentur in ore ſub lingua conferentes mollificationi, et egreſſioni eius. [g] glutinis alimbat drach.ij. aſſę fœtidę drach.i. fiant ex eis pilulę ſicut cicer, & teneantur ſub lingua. Et ex eis quę experta ſunt in hoc capitulo, [g] eſt gargariſmus ex ſale ammoniaco, & pipere, & ſinapi, & pyrethro, & baurac, & zinzib. & ſtaphiſagria, & origano, et nigella, & ſanſucco, ſicca, & ſale naptico, terantur & cribellentur, & fiat cum eis gargariſmus in aqua calida diebus continuis. [h] Et ex electuarijs quę Indi dixerunt ad hanc rem vtilia, eſt electuarium cuius deſcriptio eſt hęc Cymini nigri, cymini karmeni, cinami groſſi, ſalis indi omnium ana aur. medius, piperis, longi grana .c. piperis. grana .cc. zuccari ſextaria .viij. & ſextarius eſt .drach. vi. & .5. ſumatur ex eo omni hora. Et cũ reſolutiua non valuerint, & exiſtimaueris ꝙ humiditas ſit ſubtilis, & currens, adiuua te cum reſolutiuis ſtypticis, ſicut aldarſiſaham permiſtum cum roſis, & ſicut eſt flos ſquinanth. cum ſpodio. Et multoties quidem confert ei fricatio linguę cum acetoſis ſtypticis. Ipſa enim ſtringunt cum

A G.6. aph.32.
B Raſ.7. conti. t.1. c.71.5.
C Ser. t.2. c.14.
D F.1. c.29. & 30.
E Raſ.72.2.
F Raſ.7. conti. t.1. c.72.2.
G Raſ.7. conti. t.1. c.2.71.4.
H Raſ.72.1.

prohibitione ſaliuę & curſus eius cauſa acetoſitatis: ſicut lac acetoſum, & ſicut ſuccus fructuū, qui non ſunt maturati. Et qñ puer tardatur ad loquēdum, oportet vt aſſiduetur motus linguę eius, & fricatio ipſius, & currat ſaliua ex ea. Et confert in hoc proprie, qñ adminiſtrantur in fricatione eius [a] mel, & ſal gemma, & omnia quæ dicta ſunt in capitulo curæ humiditatis linguę. Et ex eis quę mouent linguas eorum, & ſoluunt eas, eſt violenter facere eos loqui. E

A Raſ.7.1.4.

*De ſpaſmo linguæ.* Cap. 8.

SPaſmus linguæ quandoq; fit ex humiditate viſcoſa, tendente lacertos eius in latitudine. Et quādoque fit ex melancholia conſtringente: Et quandoq; in ægritudinibus acutis accidit ſpaſmus in lacerto linguę ſecundum viam exiccationis, & aſſationis. Et ſpaſmus etiam quandoq; facit apparere nocumentum in ſermone.

*De cura.* Cap. 9.

NOn elongatur cura ſpaſmi linguæ in canone à cura ſpaſmi vniuerſalis prædicta in fen [b] †{prima} huius libri. Sed ſecundum viam propriam cura eius eſt ſecundum ꝙ dicemus. Ex ſumma illius ſunt [c] vaporationes radicis colli cum eis quæ ſunt ſicut chamæmilla, & corona regia, & [d] †{ſaſfaſa,} & ſanſucus, & anethum ſigillatim, & coniunctim: [e] Et ſimiliter gargariſmi cum oleis earum. Et impletio oris ex aquis earum, & ſint tepidæ: deinde retentio earum in eo ſpatio aliquo: Et adminiſtratio [f] †{chabiſſę} facti ex oleis calidis, & dulcibus reſolutiuis, & ſeminibus, ſicut fœnu græcum & quæ ſunt eis ſimilia. Et quando fuerit in febribus, ſint olea adminiſtrata ſicut oleū viol. & oleum de cucurbita, & kalef tepidis. Et oportet vt embrocentur loca prædicta cum aqua tepida, & ſuccis humidis tepidis. F

B † Secunda
C Raſ.7.cont.t.1. c.1.7.1.4.
D † triſolium
E Raſ.li.diui.c.9
F † cibanieri na amyli, & roſaro, & oleo amygdalino.

*De magnitudine linguæ.* Cap. 10.

QVandoq; fit magnitudo linguæ à ſanguine dominante. Et qñq; fit ab humiditate plurima phlegmatica, mollificatiua, tumefactiua. [g] Et qñq; magnificatur plurimum ita vt egrediatur ex ore, & non capit eam os. Et huius quidem magnitudinis relationem ſingularē fecimus in capitulo apoſtematis cum eo quod ei proprium eſt ex differentia.

G G.de diſſ.mor. c.9.b, & 14 metho. c.8.c

*De cura.* Cap. 11.

SAnguinea quidem, & facta ex materia calida curatur ſi aſſiduatur eius fricatio cū inciſiuis acetoſis, & ſtypticis, ſicut [h] ribes, & [h] acetoſitas citri: Et facta ex humiditatibus, ſi aſſiduetur eius fricatio cum ſale ammoniaco, & maſſali.i.aqua lactis, & aceto poſt euacuationes: Aut accipiantur zinziber & piper longum piper & ſal gemma, terantur bene, & fricetur cum eis lingua, quare reuertetur ad menſuram ſuam, & ingredietur quod de ea exiuit. Et mollificatio quidem linguæ cum accidit pueris, ſufficit in ea ſolicitudo cuſtodiæ & cibatio cum auibus paruis & columbinis volare incipientibus. Quidam homo iam ventoſatus fuit, & percuſſus eſt cum ſcalpello villus nerui ī ſubſtātia panniculi coniuncti cum lingua: quare mollificata eſt lingua. G

H Raſ.1.9.c.51.

*De abbreuiatione linguæ.* Cap. 12.

QVandoq; accidit continuationi ligamenti, quod eſt ſub capite linguæ, & extremitati eius abbreuiatio, & non permittit linguam dilatari: & qñq; accidit ſm ſemitam ſpaſmi.

I Raſ.li.diui.c.50.

*De cura.* Cap. 11.

DE ea quidem quæ facta eſt cauſa ſpaſmi, iam dictum eſt. Eius [i] vero quæ facta eſt cauſa abbreuiationis ligamenti, cura eſt inciſio illius ligamenti ex latere extremitatis eius parūper, & ſuccurrere loco cum [k] †{dragantho} aduſto, vt abſcindat ſanguinem: [l] & ſumma quæ neceſſaria eſt ex inciſione eius in ſolutione linguæ, [l] eſt vt flectatur ad ſuperiora palati, & vt egrediatur ex ore. Et ſi non audet incidere ipſum cum ferro pauendo, & timendo effuſionem ſanguinis plurimi, tranſeat ad [m] hoc, vt intromittat ſub ligamento acum cum filo, & diſrumpat abſq; inciſione: & ponat ſuper membrum, quæ prohibeant conglutinationem. Et ſunt medicinæ cauterizantes acutæ. Et ſi ſubtiliatur vel ingeniatur in inciſione eius cum cautela venarum, quæ ſunt ſub lingua ne adueniat eis inciſio, non adueniet curſus ſanguinis plurimi.

K † calcantho
L Aecl.lib.2.ſer.4. c.36.
M Raſ.7.cont.t.1. c.1.7.1.1.

*De apoſtematibus linguæ.* Cap. 14.

QVandoq; accidunt linguæ apoſtemata calida, & apoſtemata phlegmatica, & apoſtemata vēnoſa, & apoſtemata dura, & cancer. Et ſigna omnium illorum manifeſta erūt, cum redierint ad illud quod dictum eſt in ſignis apoſtematum. Et quandoq; apoſtematur lingua ꝑpter potum venenorum, ſicut fungorum, & opij. H

*De cura.* Cap. 15.

APoſtemata quidem calida curantur in primis cum phlebotomia, & ſolutione ventris: & illud melius eſt in apoſtematibus [n] linguæ, quàm vomitus. Et quandoque non excuſantur [o] à phlebotomia venarum, quæ ſunt ſub lingua. Deinde teneant ſub lingua ſua cum eſt principium eorū, [p] ſuccum endiuię, & ſuccum lactucę proprie, & [o] ſuccum ſolatri proprie, & [q] lac acetoſum, & aquā roſ. & aquam in qua decoctę ſunt roſę, & ſuccus [o] virgę paſtoris, & cortices granatorū & fricetur cum perſicis humidis, quoniam ſunt vehementis iuuamenti ad illud. Si autem non reſoluantur, & non aperiantur, indigent ad vltimum maturatiuis, reſolutiuis, quibus fiat gargariſmus, ſicut cum melle, & lacte, & ſicut decoctio radicis lilij, & ſicut decoctio ficuum, & fœnugręci: & decoctio paſſularum, & fœniculi. & potus hierę picrę, vt ſoluatur materia groſſa ab ore ſtomachi. Et ſint cibi ex genere eorum, quę maturant, et reſoluunt, ſicut illi qui fiunt ex caulibus, et attri-

plicibus

N Gal.13.metho. 11.a
O Ser.t.1.c.14.
P Raſ.7.cont. c.1.7.1.4.
Q Raſ.7.1.4.



A plicibus cum oleo ſiſamino: & ſi aperiant adminiſtrent ſtyptica in ore, ſicut decoctio ſumac, & myrti, & lentium, & foliorum oliuæ, & vinū ponticum. Et qñq; valet ad illud vnguentum factū ex ſucco ſolatri, & oleo roſ. & lentibus excorticatis, & roſ. Si aūt apoſtema eſt molle phlegmaticū, tunc cōfert ei, & āpati calido, in quo eſt vltimus ſtatus eius, vt comburat radix fœniculi, & annectat. Et quādoq; in huiuſmodi fiunt caputpurgia & in quibuſdam āpatibus calidis, in quibus eſt groſſitudo cū hoc medicamine. Recipe croci & hieræ picræ amborū ana partem.i. camphorę, & muſchi amborū ana tertiam partem drac. vnius, & zuccari tabarzet partem vnam & mediam, reſoluat ex eo toto pondus danic duorum in lacte puellæ, & fiat ex eo caputpurgium. Inquit [a] Gal. apoſtemata fuit lingua cuiuſdam hois apoſtemate magno, qui erat ſexagenarius, & non fuerat cōſuetus phlebotomari: quare non phlebotomaui eum, ſed feci eum potare pilulas cochias: vt lingua eius inuolueret emplaſtris frigidis volui: ſed ipſe erat ſtultus, inobediens medico ſuo: vidit itaq; in viſione illa nocte vt teneret in ore ſuo ſuccum lactucæ, quod & fecit, & ſanatus eſt integre: & fuit cōueniens illud, & mirabile. Quod ſi apoſtema fuerit durum, tunc oportebit vt ſubtilietur regimen, & cibus fiat bonus, & euacuet humor groſſus cum hieris magnis prædictis, in capl'is prædictis, & adminiſtrent gargariſmata ſubtiliatiua, & teneant in ore infuſio [b] fœnugræci, & decoctio eius cum ficubus, & granorū lauri cum paſſis mundificatis: & teneatur in ore lac muliebre, & aſininum, & caprinum: & et [b] decoctio dactylorum, & ficuum cum vino dulci, aut cum rob de vuis, & cum melle caſiæ fiſtulæ: & aſſiduet lenificationem naturæ cum eis quæ ſunt vt hieræ paruæ, & caſia fiſtula. B

A Lib.14.metho. c.1.c
B Raſ.7.conti.t.1. c.1.7.1.4.

*De alchalel in locutione.* — id est de defectu locucionis Cap. 16.

IAm diximus quædam, quæ oportuit dici de ea in capitulo mollificationis linguæ. Nunc autem dicamus ꝙ caras & reliqua nocumenta locutionis, qñq; fiunt ex nocumēto in cerebro, & in partibus nerui venientis ad linguam, & mouentis eam. Et qñq; fiunt in ipſo ramo: Et qñq; fiunt in lacerto ipſo. Et illud ideo quoniam alchalel, aut eſt ſpaſmus, aut tetanus, aut durities, aut mollificatio, & abbreuiatio ligamenti: aut nodatio à plaga conſolidata: aut apoſtema durum. Et qñq; fit illud ſicut ſcis ex humiditate ſm plurimum. Et quandoq; fit ex ſiccitate. Et qñq; fit nocumentum in locutione ex parte apoſtematum: & vlcerum accidentium in lingua, & partibus eius. Et quandoq; accidit poſt ſirſen propter expulſionem ſuperfluitatis ex cerebro ad neruos: & in febribus acutis propter exiccationem earum. Et quandoq; eſt lingua in hoc detumefacta ſpaſmata, & eſt rariſsimum. Et hoc eſt ex nocumentis accidentibus non ab origine. Et quandoq; fit nocumentum in ſermone propter cauſas lacertorum epiglottis, cum ſunt extenſi, & mollificati. [c] Et homini quidem quandoque eſt difficilis vociferatio in principio rei, qm̄ laborat in mouendo lacertos pectoris ſui, & epiglottis ſuæ, ita ꝙ non tolerant laborem ipſum illi lacerti, quare fiunt inobedientes. cum ergo reſpi C rat in initio dictionis ſuæ, & ſermonis, ſoluitur lingua eius, & bene loquitur poſt illud. Et oportet quidem vt huiuſmodi homo non præparet ad loquendum cum reſpiratione magna, [c] & motu pectoris magno, immo feſtinet in ipſa velociter. Nam cum ipſe aſſueſcit illud, facilis fit ei locutio, & cōſueſcit facilitatem in ipſa. Reliquorum vero modorum curationes iā dictæ ſunt ī capitulis ſuis. [d] Et facto quidem poſt ſirſen confert qñq; phlebotomia duarum venarum quę ſunt ſub lingua valde.

C Raſ.7.cont.t.1. c.1.7.1.4.
D Raſ.7.1.3.

*De ranula.i.ranunculo.* Cap. 17.

ESt [e] ſimilis glandulæ duræ exiſtens ſub lingua, cuius color eſt ſimilis colori compoſito ex colore ſuperficiei linguæ, & venarum quæ ſunt in ea: & eſt ſimilis ranæ, & cauſa eius eſt humiditas viſcoſa.

E Aecl.lib.2.ſer.4. c.37.

*De cura.* Cap. 18.

EXperiantur in ipſa medicinæ corroſiuæ, inciſiuæ, reſolutiuæ, in quibus eſt ſuperflua exiccatio, ſicut ſal ammoniacus, & acetum, & ſal, & fricatio [f] cum flore æris, & [g] †{dragantho.} Quod ſi non conferant, adminiſtrentur medicinæ acutæ, ſicut [h] medicamen [i] †{andaron:} & [f] medicamen [k] †{aſcarion:} [l] †{& medicamen oui humidi} dictum in antidotario, & adminiſtratio [f] phlebotomiæ ſub lingua: & medicinæ fortes alcolæ adminiſtrentur. [m] Si autem non valuerint, non erit excuſatio ab operatione manus. Et ex medicinis laudatis in ea, eſt vt ſumantur [n] origanum perſicum, & D cortices granatorum, & ſal, & fricetur cum eis lingua infantis patiens ranulam, quoniam ſanatur eis. Et [o] ex eis quę experta ſunt in ea, ſunt [p] †{dragāthum} aduſtum, & hermodactyli commiſtum cum albumine oui & poſita ſub lingua.

F Paul.lib.3.c.127. & Raſ.7.cont.t.1. c.1.7.1.
F Paul.
G † calcanto, vel miſy
H Pau.& Aet.lib. 2.ſer.4.c.37.
I † Antheron
K † ſpherion
L † Paul.& Aeti. vel ex ouis parygum
M Raſ.7.1.1.
N Raſ.7.cont.t.1. c.1.7.4.
O Raſ.7.1.1.
P † vitreolum.
Q Aeti.li.2.ſer.1. c.11.
R Paul.lib.2.c.54.
S Pau.& Aet.
S Aeti.
T Raſ.7.cont.t.1. c.1.7.1.4.

*De aduſtione linguæ.* Cap. 19.

QVandoq; accidit illud cauſa caliditatis in ore ſtomachi, aut cerebro, quę non peruenit ad hoc vt ſit febris: Aut cauſa receptionis rerum acutarum: aut ſalſarum: aut amararum: aut dulciū: Aut propter res cauſantes ſitim vehementem. Et qñq; fit propter cauſas maiores illis, [q] ſicut febres acutas, & apoſtemata interiora. Et cura illius in ſumma eſt, quoniam oportet vt phlebotometur qui de hoc conqueritur, & proprie qui eſt ex ęgris, [r] ne dormiat ſuper collum. Et ne aſſidue vtatur apertione oris vehementi, & conſueſcat vti adminiſtratione pilularum factarum ex ſeminibus bateke, & cucumeris longi, & cucumeris, & cucurbitę, & tereniabin, & amylo, & ſimilibus illis. Et teneat in ore nucleos [s] prunorum, & tamarindos, & zuccarum alhaizē, & mucilagines notas, & ſuccos infrigidantes, et humectantes. Et conuenit vt ſuper ipſam fiat abſterſio ſi eſt illic humor viſcoſus: deinde inungatur, et colluatur os cum oleis, et mucilaginibus, et ſuccis, et [s] adipe volatilium. [t] Et quidam homines ſunt qui curant illud fricando cum menta.

*De cura fiſſurarum in lingua.* Cap. 20. E

MVcilago [a] pſyllij teneatur in ore. & tranſglutiat eam, & ſumat [a] pedes & oua mollia cocta in aqua. & ex eis quæ experta ſunt in eis, eſt butyrum vel ſpumoſitas procedens ex fricatione fruſti cucumeris & ſebeſten.

A Raſ.li.diui.c.59

*De extra miſſione linguæ.* Cap. 21.

QVandoq; fit propter apoſtemata eius magna: Et quandoq; fit à præfocationibus: extramittit enim natura, aut voluntas linguam, vt aperiatur meatus anhelitus.

*De bothor in ore.* Cap. 22.

PLurimum quidem patitur os bothor propter ſtationem caliditatis in partibus ſtomachi, & capitis, & vaporum. Et qñq; fit in febribus: Et iam [b] dictum eſt ꝙ qñ apparet in febribus acutis bothor niger in lingua, moritur infirmus in die ſecundo. Singularia vero iuuatiua in bothor ĩ principio rei, cum eſt neceſſitas infrigidationis, & exiccatiõis, ſunt ſicut myrobalanorum, & [c] gallę, [d] & ſemina roſæ, & [d] amylum, & [e] fructus tamariſci, & [d] ſiefmemithe, & [d] dragaganthũ, & [d] balauſtiæ, & [d] duo ſandali, & [d] roſæ, & [d] ſpodium, & [d] ſumac, & [d] lentes, & lutum armenum, & capita granatorum, & cortices glandium interiores, & chimolea, & faufel: & ſuccus frigidi, ſicut ſuccus lactucæ, & ſolatri, & ſuccus [d] virgæ paſtoris, & portulacæ, & extremitates vitis. Et plurimorum quidem infantium ſanantur bothor oris eorum cum zuccaro tabarzet, & [d] camphora. Calida vero quę ſunt F neceſſaria in fine rei, ſunt ſicut memiran, & [f] darſiſahã proprie, & cortices nucis muſchatę, & cyperum, & [d] crocus, & [d] nux cupreſſi, & [d] bugloſſa, & [d] pyrethrum, & gariophyl. & mentaſtrũ, & galia. Et ex medicinis ſordidis, eſt [d] ſtercus canis: & qñq; neceſſarium eſt in eis quæ ſunt vlceratæ, arſenicum. Et ad eas quidem quæ ſunt groſſæ, iam experta ſunt decoctionis darſiſaham vnc.i. & venarum vnc.5. memiran quarta pars vnc. aloes pondus drach.ij. croci aur.i. Et ſimiliter aqua in qua decoquuntur gariophyl. & nucis muſcatę, & darſiſahã partes æquales, aut propinquæ. Et ſi incipiũt bothor ſuppurari, tunc fortaſſe eſt neceſſarium vt appropinquentur eis mucilagines factę ex eis, q̃ ſunt ſicut ſemen lini & ſemen maru, & [g] †{alſaheſafram,} & ſemen althææ: & iſta ſemina eadem, & farina hordei, & lac aſininum ſolum, aut cum aliquo iſtorum. Et quandoque indigent decoctione ſeminis lini cum ficubus & ſiſamo, & farina frumenti, & menta, & fœnugræco. [h] Quidã vero ſublimium medicorum dixerunt, non eſt aliquid magis vltimum, ꝙ oleum de ſquinantho in curando bothor oris, tepidum in ore.

B Lib.4. Fē.1.t.1. .c 38.
C Dioſ.li.1.c.17.
D Raſ.7.conti.t.1. c.1.76.2.
E Dioſ.lib.1.c.99.
F Dio.lib.1.c.19.
G † ozimi gariophilati.
H Raſ.7.conti.t.1 c.1.75.4.

*De alcola & vlceribus malignis.* i. Aphthis. Cap. 23.

ALcola [i] eſt vlcus exiſtens in cute oris, & linguę, cum expanſione, & dilatatione. [k] Et qñq; accidit infantibus plurimũ. immo cũ plurimum accidit, non accidit niſi eis pp malitiã lactis, & malitiam digeſtionis eius in ſtomachis eorum: Et qñq; accidit ex omni humore. Et cognoſcitur ex co- G lore ſuo: [l] Album enim eſt phlegmaticum & generatur ex phlegmate ſalſo in pluribus. Et citrinũ eſt cholericum, & eſt vehementioris inflãmationis ꝙ alia. Et nigrũ eſt melancholicũ. Et rubeũ clarum eſt ſanguineũ. Et malignius oĩbus eſt melãcholicũ, & qñq; eſt ex ſpẽbus alcholę illud qđ eſt vehementis corroſionis, & ex eis eſt quod eſt magis quietum, & qñq; fit cũ apoſtemate: & qñq; fit ſingulare. Et oẽ vlcus eueniens in ſuperficie oris, eſt velox ad dilatandũ, propterea ꝙ non deficit ei caliditas inſeparabilis, & cutis humida lenis. Et de conſuetudine quidem [m] Gal. eſt vt noĩet eã [n] †{alcola,} dũ in ſupficie perſeuerant. cumq; putreſiunt, & ſubmerguntur, nõ noĩat ea [o] †{alcola,} immo vlcera maligna: & ſunt illa, quæ indigent medicinis cauterizatiuis. Et qñq; multiplicaĩ alcola, quãdo multiplicantur pluuiæ. [p] Et multiplicantur in febribus peſtilentialibus.

I G.6.de phar.cõpõ. ſm loc. c.4.b
K Li.1.Fē.3.d.1.c.3. & G.ibid.
L G.176.c
M G.ibi.4.b
N † aphtham
O † nomas
P Lib.4.F.1.t.4.c.2. & G.com.3.in.3. de mor.vul.11.g.h
Q Ra.li.diui.c.48
R † venis quatuor labiorum.

*De cura.* Cap. 24.

OPortet vt intendatur primo humor dominans faciens alcola, & euacuetur ex corpore toto, [q] ſi eſt dominans: [q] deinde ex venis, quæ ſunt ſub mẽto, & ex eis quę ſunt in [r] † {gihearech.} Phlebotomia nanq; ipſarum confert omnibus ægritudinibus oris ex materia calida: deinde adminiſtrẽtur medicinę bothorales prædictæ, ita vt curentur fortia, & plurimę humiditatis, & acuta, & advanced ſanioſa cum fortibus: & mediocria cum mediocribus, & debilia cum debilibus. Et quando vlcera perueniunt vſq; ad os, tunc neceſſaria ſunt valde fortia: ſicut [s] alfaſidicum cum acacia plurima. Et opor- H tet vt alienet [t] olea omnia vſque ad oleum de oliuis. Medicinę vero colligantur ex medicinis bothor frigidis & calidis, quas diximus in capitulo primo, [t] & illis quæ ſunt rubeæ ſanguineæ magis conuenientiores ſunt illę in quibus ſunt ſtypticitas pauca, & infrigidatio, deinde illæ, quæ reſoluũt. Et [t] in illis quæ declinant ad rufedinem, & citrinitatem, oportet vt addantur in infrigidatione medicinæ. Reliqua vero indigent in primis eis, quę exiccant, & abſtergunt cum qualitate ſua æquali in initio rei: deinde eis, quæ exiccant & reſoluunt cum fortitudine: & obſeruetur ætas in omnibus illis. [u] In pueris enim oportet, vt ſint medicinę eorum debiliores, & vt lac eorum rectificetur: In magnis vero oportet, vt ſint medicinę eorum fortiores: & pueris quandoq; conferunt cibi ſolũ. Si autem non [u] ſunt comedentes oportet, vt quę eos lactant cibentur eis. Medicinę vero conueniẽtes alcola, quę ſunt acuta ſunt ſicut maſticationes foliorum rubi, & ſicut [u] lentes cũ aceto, & oẽs medullę, cum permiſcentur cum [u] cydonijs ſunt iuuatiuę, & proprie [u] medulla cerui, & vituli, & [x] poma ſtyptica: & pira [u] ſtyptica, & [u] zarur, & [u] cydonia, & iuiubę, & extremitates vitis, & citroli hortulani ſiccati, & farina lentium, & farina rizi, & fortiora illis puluis factus ex gallis, et ſpodio, et roſ. et acacie, et ſimilibus illis. Et memiran cum ſtypticis ineſt virtus mirabilis in cola. Et [x] camphora eſt

S Raſ.7.conti.t.1. c.1.75.1.
T G.6.de phar.cõpo. ſecundum loc. ſo.176. g
V G.6.de phar.cõpo.ſcdm lo.176.f
X Raſ.75.4.



A eſt vehementis iuuamẽti in cola. [a] In frigidis vero adiuua te cum abſterſiuis exiccatiuis, & proprie in phlegmaticis: [a] & cum reſolutiuis fortis reſolutionis, & exiccationis: & proprie in melancholicis, ſicut eſt [b] farina herbi. Et [b] mel cum gallis, & fel [c] alrach, id eſt teſtudinis eſt: vehementis iuuamenti in hoc, proprie in pueris, quando miſcetur cum aceto: & malignis [d] †{draganthum} cum aceto. Et quando ſunt corroſiua mala, tũc neceſſaria eſt adminiſtratio floris æris cũ colcotar, & gallis in rob, Aut gallarum, & aluminis, & balauſtię partes æquales: & adminiſtratio [e] trochiſcorum buſus: aut alcohol [e] tarcamaticon cum ſucco ſtyptico ſicut ſuccus agreſtę. Et ſicut medicinę communes: aut ex alumine, & gallis contritis [f] ſicut puluis & fricetur cum eis os fricatione bona. Et [b] gallę quidem cõferunt omni cola maligno, & proprie quando coquuntur cum aceto, & ſale. Et fit cum eis collutio oris in cola puerorum. [g] Et cinis almezerion habet proprietatem mirabilem in cola magno: & eſt ex medicinis communibus ſpeciebus alcola. Et ſimiliter [h] †{albuſtan abruzi,} ſeu albuſten abrur, & [c] aqua ærea, & fæx vini aduſta. [i] †{Alcola} vero melancholicę nigræ confert, vt liniatur cũ melle cui admiſtæ ſunt paſſæ enucleatæ, & aniſum: Si autem illic fuerit apoſtema etiam, tunc adminiſtreĩ hoc vnguentum. Aquæ albedarungi ſacraiatum vnum, olei roſ. ſacraiati medietas, lentium ſacraiati medietas, croci pondus duorum aureorum, fiat ex eis vnguentum.

A G.6.de phar.cõpo.ſec.loc.176.f
B Gal.ibi.ſo.175.e
C Raſ.7.cont.t.1. c.1.76.1.
D † calcantum
E Raſ.7.cont.ti.1. c.1.75.1.
F Raſ.75.2.
G Raſ.75.3.
H † herba cuius ſolia ſimilia ſunt folijs citruli.
† i. Aphthæ
I G.175.d, & e

*De multitudine ſputi, & ſaliuæ, & curſus eius in ſomno.* Cap. 25.

B MVltoties accidit ex multitudine caliditatis, & humiditatis, & proprie in ſtomacho, aut propter grauitatem cibi, aut corruptionem eius, & quandoq; eſt propter dominium caliditatis ſolius ſicut accidit in ieiunio ſputum continuum vel aſſiduum vſquequo comedat & quieſcat illud ab eo. Et quandoq; accidit ex frigiditate & phlegmate.

*De cura.* Cap. 26.

SI fuerit ex caliditate, tunc oportebit vt phlebotometur baſilica prius, & adminiſtrẽtur alrobub acetoſa. Et ſtyptici fructus, & vinum, nõ vetus cum commiſtione plurima. Et ſit cibus ex piſcibus, & carnibus leuibus, ſicut carnibus hœdi, & volatilium. Et aſſiudet collutionem oris cum decoctionibus ſtypticis factis ex lentibus, & ſumac, & ſimilibus. Et ſi fuerit ex frigore, & phlegmate, adminiſtra vomitum cum eo quod ſciuiſti in omni hebdomada duabus vicibus, aut tribus. Et detur ei ad potandum in omni hebdomada ſemel hoc medicamen. Recipe hieræ pi. pondus drac.ij. ſalis indi pondus duorum danic, aniſi, & ameos amborum ana.i.danic, detur in potu cum ſyrupo acetoſo de melle: aut de ſeminibus. Et adminiſtrentur poſt illud theriaca, & electuaria calida. Cibi autẽ eius ſunt pulli columbarum cocti ĩ cazola cum ſpeciebus, quę ſunt vt piper, & ſinapis, & allia. [k] Et ſumat in cœnis tortellas cum almurinabati: deinde tranſglutiat aquam calidam, & fricet gingiuas cum vadit dormitum. Et ex medicinis, & curis communibus, & bonis eſt, vt ſumat omni die pon- C dus [k] drac.i. ſalis triti non ſubtiliter cum endiuia humida: deinde adminiſtretur tryphera, & aſſiduet miniſtrationem [l] †{alſuach:} Et iam expertus [m] eſt mus aſſatus, & inuentum eſt iuuamentum eius, & proprie in pueris.

K Raſ.t.5.c.46.
L † Raſ. lignorũ in ſuo cortice habentiũ amaritudinem
M Raſ.5. cõti.t.1. c.1.66.2.
N Raſ.t.5.c.45.

*De abſciſſione odorum horribilium ex comeſtis.* Cap. 27.

COnfert ad illud [n] maſticatio rutæ, & maſticatio foliorum rubi, & collutio oris poſt eas cum aceto ſquillitico, & adminiſtratio cyperi, & [n] zedoariæ in ore.

*De ſputo ſanguinis ex ore.* Cap. 28.

SI eſt exitus eius ex ſubſtantia oris, & cute ipſius, tunc cura ipſum cum ſtypticis prædictis [o] in capitulo albothor & alijs. Et in decoctione [p] ramorum vitis, & [q] præputiorum eius eſt iuuamentum maximum. Si aũt in alijs fuerit locis, nos iam ei ſingulare fecimus [r] cap lin: immo [s] capitula.

*De fœtore oris.* Cap. 29.

AVt eius principium [t] eſt gingiua propter putredinem quę eſt in ea: Aut propter mollificationem: quæ accidit ei: [t] Aut putrefactionem in radice dentium: aut in ipſo dente: Aut eſt principium eius cutis oris propter complexionem malam in ea, quæ alterat humiditatem. Et plurimum huius complexionis eſt calidum: [t] Aut fit vt ſit eius principium os ſtomachi propter humorem putridum in ore ſtomachi, aut cholericum, aut phlegmaticum. Et quãdoq; fit ex partibus pulmonis, D ſicut accidit in habentibus phthiſim.

O 11.
P G.de medic.fac. par.c.15.fol.164.b
Q Pau.li 3.129.11.
R 8.&9.F.5.
S F.10.& F.13.
T Halyab. 9.the. 47.

*De cura.* Cap. 30.

IN illo qui eſt ex gingiua, & carne, quæ eſt inter dentes rubea, oportet vt intendatur in mundificatione dentium ſemper, & ablutione eorum cum aceto & aqua. Si ergo valuerit illud, bene erit: ſi autem non valuerit, immo fuerit illic ſuperfluitas putrefactionis, tunc oportebit vt maſticet poſt illud fructum tamariſci, & pyrethrum, & [u] rutam, & [x] folium, & [y] xyloaloen, & [z] maſticen, & [a] cortices citri, & gariophyllum: & vt ponat ſuper gingiuam aloẽ, [b] & myrrham, & amborum ſimilia: & vt colluat os cum [c] aceto ſquillitico, & vt fricetur cum [d] aniſo & vino dulci: Quod ſi fuerit fortior illo adminiſtretur maſticatio ſtaphiſagriæ, & expulſio ſaliuæ. Si autem non confert, & apparet putrefactio manifeſta, ſumantur [e] † { draganthi } aduſti pars. i. & radicis lilij, & croci amborum ana pars.5. conficiantur cum melle & fiant trochiſci, & adminiſtrentur: & colluatur os poſt ipſos cum aceto puro aut miſto cum aqua roſa. Aut ſumatur medicamen fortius iſto: & eſt charta aduſtorum. i. iuncorum aduſtorum drach. iij. arſenici drach. ij. 5. gallię, ſumac, zinziberis, piperis aduſti, trochiſcorum [f] † { calchadicon } omnium ana. drach. ij. fiat ex eis fricatio, & linimentum: & ponatur ſuper ipſum pannus lineus, & alcali ſolum quando ponitur ſuper putrefactionem, era

V Dioſ.lib. 3.c.43.
X Dioſ.lib.1.ca.11.
Y Dioſ.lib.1.ca.21.
Z Dioſ.lib. 1.c.75.
A Dio.lib.1.c. 131.
B Dioſ.lib.1.c. 67.
C Dioſ.lib.5. c.15.
D Dioſ.lib.3.c.54.
E † calcanthi
F † ſpẽi vitrioli

dicat eam,& deijcit ipſam & facit naſci carnem bonam.[a] Et ex eis quæ experta ſunt ad iſtud, eſt acacia, arſenicum citrinum, arſenicum rubeum, calx, alumen, fiant ex eis troc. cum aceto: deinde terantur cum aqua mellis: aut decoctione ſeminis iuniperi.[b] Sed ſi fuerit putrefactio in ipſo dente, tunc medicamen ipſius erit fricatio eius: ſi fuerit ĩ extremitate, aut limatura eius cum lima, aut eradicatio dentis, ſi fuerit putrefactio ſequens radicem dentis. Si autem fuerit illic in gingiua mollificatio, & fuerit cauſa in euentu putrefactionis, tunc cura ipſum conſtringendo ipſam cum eis quæ ſunt in [c] capitulo mollificationis gingiuæ. Si autem eſt humor cholericus putrefactus in ſtomacho, aut in cute oris tunc non eſt aliquid magis conferens ei, quam chryſomela humida in ieiunio: & ſimiliter [d] albateka:[d] aut citroli: aut perſica. Si autem chryſomela præſentia non fuerint, & perſica humida, adminiſtretur infuſio eorum ex ipſis quæ [d] exiccata ſunt in ieiunio, & proprie exiccata [d] chryſomela. Et ex eis quæ iuuant ad illud, eſt adminiſtratio ſauic [d] cum zuccaro, & aqua niuis. Et adminiſtratio pilularum aloeticarum, quas dicemus in antidotario: Et ſit cibus eius oẽ lauans infrigidans, non conuertibile in choleram. Si autem eſt humor phlegmaticus [d] adminiſtretur vomitus primo, & adminiſtrentur [d] hieræ mundificantes os ſtomachi dictæ in capitulo oris ſtomachi. Et adminiſtrẽtur [d] tryphera minor, & [d] zinzib. nutritum: & [e] † {ſahane} proprie: Et ſit cibus eius res frixę: Et minoret potum aquæ, plurimæ. Et abhorreat fructus, & olera humida, & aſſumat fricationes ſuas ex arboribus amaris inciſis, ſicut [f] † {alarach,} & oliuæ. Et ex medicinis quę iuuant eos eſt, vt ſumant oĩ mane [g] ex folijs myrti cum æquali menſura ſua de paſſis enucleatis ad magnitudinem nucis: aut ſimile ipſius ex nuce cupreſſi, & iuniperi cum paſſis. Et conferunt eis grana pini, & pilulæ de gariophyllis, & eſt deſcriptio earum.[h] Recipe gariophyl. galangæ amborum ana. drac. 5. muſchi, cãphoræ amborum ana. danic. i. pyrethri. drac. i. aloes drac. iij. ſinapis drac. i. fiant pilulę cum vino. Et medicinæ quidem ſimplices expertę ſunt ſicut thus, & xyloaloe indum, & cinnamum groſſum, & cortices citri, & roſa, & camphora, & ſandali, & gariophyl. & cubebe, & maſtix, & macis, & nux muſchata, & radix [h] † {adadkir,} & alarmel, & aluſnem, & blacte byzantię, & cardamomum, [i] † {& alſelengie meſch,} & folia citri, & ſpica, & [k] † {alneremiſeck,} & zinziber, & reliqua quæ inueniunt in areolis ſingulariũ. Et ea quibus medicinę conficiunt ſunt miua, & [l] † {miſſuſan,} & ſuccus citri.

E A Raſ.5.conti.c.1.64.3.
B Haly.5.pract.
C F.8.c.9.
D Ra.li.diui.c.47
E † ſpẽs ſalſamẽti.
F F † lignum quo fricantur dentes.
G Raſ.t.5.c.43.
H † ſquinanti
I † baſilicon
k † capita granatorum indorum.
L † ſyrup' de lilijs cum aromatibus.

*Quando os remanet apertum.* Cap. 13.

OS remanet apertum aut propter vehementem neceſſitatem anhelitus magni propter inflammationem inflammantem: aut propter conſtrictionem, & pręfocationem. Aut propter debilitatem lacertorum oris: quare non efficiunt operationem ſuam in ſomno, & illud eſt in ęgritudinibus acutis malum. Meliora autem loca ad diſtinguendum colores linguę ſunt loca alia: & cum dicentur ægritudines acutę.

G

## Fen ſeptima de diſpoſitionibus dentium, & eſt tractatus vnus.

*Sermo de dentibus.* Cap. 1.

IAm [m] ſciuiſti ꝙ locuti fuimus de dentibus & anatomia eorum, & iuuamento ipſorũ. Oportet ergo vt attendas, quod dicit illic, & vt ſcias ꝙ [n] dentes ſunt ex ſumma oſſium quibus ineſt ſenſus propter illud quod venit ad eos ex neruis à cerebro procedentibus lenibus. Et qñ dolent ſentiũt illud quod accidit ĩ eis ex percuſſione, & iectigatione, & qñq; ſentiunt pruritum, & titillationẽ. Et qñq; accidunt ĩ eis ęgritudines mollificationis, & commotionis, & eradicationis, & eminentiæ. Et alteratio coloris in ſubſtantia ſua, & in ſupfluitatibus viſcoſis ſicut linimentũ adherentibus vel equitãtibus ſup eos. Et accidũt eis corroſio, & putrefactio & fractura. Et accidunt ei dolores vehementes, & pruritus. Et accidit [o] eis ſtupor, & eſt ſpẽs dolorum eius. Et accidit eis defectus à maſticatione dulcis, & acetoſi, & noceri à calore, & frigore, & paruitas tolerantię ad obuiandum. vni amborum aut vtriſq;, & qñq; accidit eis mutatio in quantitate ipſorũ naturali, & ita ꝙ prolongant, & magnificant, & cõterunt, et paruificant. H Et qñq; accidunt eis ſpẽs apoſtematum:[p] & illud quidem non eſt mirum. Oẽ enim quod recipit extenſionem cum augmento nutrimenti, non elongatur quin recipiat extenſionem cum ſuperfluitate. Nam ſi non reciperent materias penetrantes in eis, augmentantes eos, non fierent virides, & denigrarent. Illud enim eſt propter penetrationẽ ſuperfluitatum in eis.[q] Et dentes quidem creati ſunt recipientes augmentum, & additiones ſemper, vt ſit eis illud loco eius quod conteritur: ita ꝙ dens oppoſitus loco eius qui cecidit & eradicatus eſt, augmentatur in longitudine, cum fit additio: & nõ opponatur ei contritio. Et ſcias ꝙ dentium complexiones quandoq; ſignificantur ex gingiua, & colore eius, ſi eſt citrina, & cholerica: & alba, eſt phlegmatica: & rubea, eſt ſanguinea: & ſi eſt ad fuſcitatem, & nigredinem, eſt melancholica.

M Lib.1.Fẽ.1.do.5.ſum.1.c.5.
N Li.1 F.1.d.5.ſũ.1.c.5.& G.li.5.de cõpo.med.ſm lo.c.& d.& li.9.de r.p.c.15 e,& lib.16.ca.5.d.& Aet.lib.1.ſer.4.c.19
O G.lib.1.lo.af.c.6.h
P F.1.t.3.c.1.& li.1.F.2.d.1.c.5.& do.1.ſum.2.c.18.& G.li.5.de cõpo.med.ſm loc.c.8.e,f
Q Gal.ibi f

*De conſeruatione dentium.* Cap. 2.

QVi vult vt incolumes ſint ſui dentes, oportet vt obſeruet octo res. Ex quibus eſt, vt ſibi caueat [r] à frequenti corruptione cibi et potus in ſtomacho, propter rem in ſubſtantia cibi. & eſt vt ſit recipiens corruptionem velociter, ſicut lac, [r] & piſces ſaliti, et alſahaua, aut propter

R Raſ.3.conti.1.c.1.63.1.



A pter malitiam regiminis ſuæ acceptionis ex eis, quæ iam ſcita ſunt in locis ſuis.[a] Et ex eis eſt, vt non nitatur multis vicibus vomere, & proprie cum eſt illud quod euomit, acetoſum. Et ex eis eſt, vt vitet maſticationem omnis glutinoſi: & proprie cum eſt dulce ſicut [b] † {alnathaſ} & ficus glutinoſæ. Et ex eis [a] eſt, deuitatio frangendi durum.[a] Et ex eis eſt deuitatio congelantium.[c] Et ex eis eſt deuitatio omnis rei quæ eſt vehementis frigoris, & proprie poſt calidum: & omnis vehementis caloris & proprie poſt frigus.[a] Et ex eis eſt vt aſſiduet mundificationem eius quod ingreditur dentes abſque vehementi ipſius mundificatione, & abſque proceſſu in ea perducente ad hoc, vt noceat [d] † {alhamur,} & carni quæ eſt inter dentes, & moueat eam, aut moueat dentes. Et ex eis eſt deuitatio rerum nocentium dentibus proprietate ſui,[e] ſicut porri: ipſi enim vehementer nocent dentibus, & gingiuæ, & reliqua quæ dicta ſunt in ſingularibus. Fricationes autem eorum oportet vt adminiſtrentur cum æqualitate: & non fiat in eis aſſiduatio tanta, vt deſtruatur ſplendor eorum & aquoſitas, & præparet eos ad recipiendum fluxus, & vapores aſcendentes à ſtomacho, & fiat cauſa ad timorem: & quando adminiſtratur fricatio cum æqualitate, abſtergit dentes, & confortat eos, & confortat carnem rubeam, & prohibet oſtracoſitatem, & facit bonum oris odorem. Et melius quidem lignum ad fricationem faciendam eſt illud, in quo ſunt ſtypticitas, & amaritudo. Et oportet vt conſueſcat fricationem dentium cum vadit dormitum cum oleo. Sitq; illud oleum, aut ſicut oleum B roſa. ſi eſt neceſſaria infrigidatio: aut ſicut oleum de ben, & [f] † {nereidem,} ſi neceſſaria eſt calefactio: & quandoque neceſſaria eſt compoſitio ex ambobus. Et melius quidem eſt vt fricentur prius cum melle, ſi eſt illic frigus: aut cum zuccaro, ſi eſt declinatio ad frigus: aut parum caloris: vnumquodq; autem amborum congregat proprietates laudabiles abſterſionis, & cibationis, & impinguationis, & mundificationis: ſed zuccarum in hoc toto eſt inferius melle: & ſi teratur altabarzet, & cum melle miſceatur abſtergit, & mundificat, & ſtringit gingiuam: deinde oportet vt ſequatur ipſum oleum.[g] Et ex eis quæ conſeruant ſanitatem dentium eſt, vt colluatur os in menſe bis cum vino, in quo decocta eſt radix tithymalli. eſt enim vltimum: & non aduenit facienti illud dolor dentium. Et ſimiliter caput leporis aduſtum, quando fit cum eo fricatio. Et ſimiliter ſal confectus cum aduritur, aut non aduritur: ſed aduſtus eſt melior: & oportet vt ex eo fiat auellana, & ponatur in panno, & fricentur cum ea dentes. Et ſimiliter fricatio cum lupinis. Et ſimiliter alumẽ iameni cum aliquantula myrrha: & proprie alumen aduſtum cum aceto. Et quando adminiſtraueris dentibus has medicinas, oportet vt adminiſtretur poſt eas mel: & fricatio cum eo fiat, aut cum zuccaro: deinde adminiſtretur fricatio cum oleis, ſecundum ꝙ narrauimus. Et cum dens præparatus eſt fluxibus, oportet vt teneatur in ore decoctio rerum ſtypticarum diu. Et aſſiduetur puluis de alumine & ſale aduſtis ſuper ipſum.

A Raſ.t.4.c.21
B † cõfectio dura glutinoſa.
C Raſ.5.conti.63.1.&2.
D † carni rubeę cõtinenti radicem dẽtis.
E Raſ.5.conti.t.1.c.1.64.4.
F † ſpica celtica
G G.li.5.de comp phar.ſm loc.164.h

C

*Sermo vniuerſalis de cura dentium.* Cap. 3.

MEdicinæ dentium, aliæ ſunt conſeruatiuæ, & aliæ ſunt curatiuæ. Et quia ſubſtantia dentium eſt ſicca,[h] tunc medicinæ conuenientes quæ conſeruant ſanitatem, & reducunt eos ad illud quod oportet, ſecundum plurimum ſunt medicinæ exiccatiuæ. Calidis autem & frigidis indigent, cum accidit vnam duarum qualitatum à naturali complexione iam plurimum receſſiſſe.[i] Vehementiores igitur medicinarum conuenientium ad ſanitatem dentium ſunt exiccatiuæ, commenſuratæ in duabus qualitatibus alijs. Et omnis medicina dentis eſt exiccatiua, niſi illa quæ non eſt dentis inquantum eſt dens. Immo propter accidens quod ei accidit. Et ex exiccatiuis quædam ſunt calidæ, & quædam ſunt frigidæ. Et medicinarum dentium melior eſt illa quæ aggregat ad arefactionem & exiccationem, abſterſionem, & reſolutionem ſuperfluitatis, ſi ad dentem eſt expulſa, cum reſolutione temperata, & prohibitionem materiæ quæ ad ipſum attrahitur, cum exiccatiuis frigidis. Et illa quæ ad aliquantulum frigoris declinant, quæ non obſtupefacere faciunt dentes ſua acetoſitate: ſicut eſt obſtupefactio agreſtę & acetoſitatis citri: ſunt camphora, & ſandali, & roſa, & ſemẽ eius, & balauſtia, & ſanguis draconis, & fructus tamariſci, & gallæ, & karabe, & margaritæ, & fauſel, & farina hordei,[k] & cortex arboris mori.[l] & folia tamariſci, & radix acetoſæ. Et calidę quæ de- D clinant ad caliditatem aliquam. Aliæ ſunt quarum calor eſt in ſubſtãtia ſua: & aliæ ſunt quarum calor eſt acquiſitus. Et illæ quarum calor eſt in ſubſtantia ſua ſunt, ſicut ſal aduſtus, & ſceha aduſtum, & cyperus crudus, & cynnamomum, & hyſſopus: & flos ſquinanthi, & [m] fructus capparis, & fortius eo eſt cortex radicis eius, & xyloaloe, & muſchus, & capillus veneris crudus, & aduſtus, & folia cupreſſi, & abel, & folium, & [n] cornua cerui aduſta, et non aduſta, et mentaſtrum, et cinis eius, & maſtix, & vitrum aduſtum, & cinis baurac, & ariſtolochia rotun. & cinis corticis capparis, et [o] cinis capitis leporis, et dactyli aduſti. Et calidæ cum virtute acquiſita, ſunt ſicut cinis gallarum. nam cum extinguitur cum aceto, eſt ad æqualitatem propinquus: et cinis ramorum vitis, et cinis cãnæ, et quæ ſunt eis ſimilia.[i] Aequales vero ſunt ſicut cornua cerui aduſta, cum lauant, et ſicut nux [q] † {aldulb} et ſicut cortices arboris pini. Et ex eis ſunt medicinę venientes ex via compoſitionis, et ſunt ſicut farina hordei cum permiſcentur cum ſale, et † {miſuſan:} deinde aduritur, et dactyli confecti cum alkitran, et aduruntur donec fiant carbones, et deinde effunditur ſuper eos miſuſen. Et ex fricationibus expertis, eſt dentifricium expertum quod recipit,[i] cornu cerui aduſti, et foliorum cupreſſi amborum ana drac. x. nucis dulb cum diſpoſitione ſua drach. v. radicis pentaphyllon drac. x. capilli veneris aduſti drac. v. roſarum mundatarum à capitibus ſuis drac. viij. ſpicę drac. iij. cõterantur bene, et fiat

H G.6.de ſimplic.ſm.44.a
I Raſ.5.conti.t.1.c.1.63.4.
k Dioſ.lib.1.c.143.
L Dio.lib.1.c.99.
M Dioſ.li.2.c.166.
N Dioſ.lib 2.c.50
O Dioſ.li.2.c.17.
P † Platani
† Syrupo de floribus lilii.

& fiat ex eis dentifricium. Dentifricium bonum. Recipe cornu cerui aduſti [a] † {chezimazech vel kermazech} cyperi roſarum ſpicę aromaticę, omnium ana drac. vnam, ſalis gemmę drach. quartã partem, fiat ex eis dentifricium. Et dicemus etiam dentifricia in capitulis, quę ſequuntur, & dentifricia alia in antidotario. Incipiamus itaque & dicamus, ꝙ curatio cum exiccatiuis eſt curatio, ſicut ſcis conueniens: & cum calefactiuis & infrigidatiuis eſt curatio, quę eſt neceſſaria cum fit vehemens receſſio ab ęqualitate propria. Et medicinę quidem dentales, alię ſunt dentifricia: & alię ſunt maſticationes: & alię ſunt linimenta: & alię ſunt quę vt paſtilli ponuntur ſuper dentes, aut ſuper mãdibulã. [b] Et alię ſunt collutiones oris: & alię ſunt fricationes: [b] & alię ſunt res implentes: & [b] alię ſunt vaporationes: & [b] alię ſunt cauterizãtes: & alię ſunt eradicatiuę: & [b] alię ſunt ſuffumigationes: & [b] alię ſunt caputpurgia: & [b] alię ſunt diſtillationes in aure: & alię ſunt euacuantes materiam cum phlebotomia, aut ventoſis ex propinquioribus locis. Et ex medicinis dentium quędam ſunt quę ſunt reſolutiuę: & quædam quæ ſunt infrigidatiuę, & quędam quæ ſunt narcoticæ. Et narcoticę quidem cũ adminiſtrantur in dentibus, ſunt res longinquiores à timore. verum earum multiplicatio quandoque corrumpit ſubſtantiam dentium. Et ſimiliter medicinæ vehementis reſolutionis, & calefactionis oportet vt non adminiſtrentur, niſi cum eſt neceſſarium: & ſunt ſicut pulpa coloquinthidæ, & elleborus albus, & cucumer aſininus, & reliqua: & oportet vt caueatur euentus alicuius earum, & narcoticorum ad ventrem. Et ſimiliter multoties eſt neceſſarium perforare dentem cum perforatorio minuto, vt per ipſum carminetur ſeu reſoluatur materia nocitiua: & vt inueniant medicinæ trãſitum ad profundum eius. [c] Et acetum quidem quamuis ſua eſſentia noceat dentibus, tamen quandoque ponitur in medicinis dentium infrigidantibus, & calefacientibus ſimul, infrigidantibus quidem, quoniam infrigidat ſua ſubſtantia, & qm̃ penetrat: in calefacientibus vero qm̃ penetrat, & qm̃ adiuuat cum inciſione ad reſoluendum: eius vero nocumentum eſt tunc factum cum medicinis dẽtium, quæ eis admiſcentur.

E — A † fructus arboris quæ eſt ſpecies tamariſci.
B G. 5. de phar. cõpõne ſm lo. c. 163. b
F — C Raſ. 64. 1.

*De dolore dentium.* Cap. 4.

SCias ꝙ dentes quandoque dolent propter cauſam doloroſam exiſtentem in ſubſtantia ipſorũ, ſecundum ꝙ propoſuimus [d] in eis, quæ præterierunt. [e] Et quandoque eſt propter cauſam doloroſam exiſtentem in neruo, qui eſt in radice eorum. Et quandoque eſt propter cauſam doloroſam exiſtentem in gingiua, [f] & apoſtema, & additionem carnis natæ in ea, recipientem materiam. Aut propter mollificationem eius, & mollitiem eius: quare recipit materias malas, & putrefiunt in ipſa, & nocent dentibus: & etiam faciunt dentes commotos. Et quandoque fit difficile pluribus hominibus conſiderantibus in dentibus ſuis doloroſis, diſcernere inter eos. Et ſpecies curæ ipſorum ſunt diuerſæ. [g] Dolorum vero dentium cauſæ: aut ſunt malitia complexionis puræ ex frigore: aut calore: & exiccatio propter priuationem nutrimenti ſicut in ſenibus præterquam ſit humiditas ſecundum quòd ſcies in [h] loco ſuo: aut eſt cum materia, aut ventoſitas. Et materia quidem aut facit dolorem cum multitudine, aut groſſitie, aut acuitate. Et quandoque eſt materia apoſtemans dentem ipſum: & quandoque eſt corrodens: & quandoque facit naſci vermem. Et materiei principiũ, aut eſt ex ſtomacho, aut [g] eſt ex capite, aut ex vtriſque locis ſimul. Et ſi fuerit totum corpus plenum illa materia, tunc curſus ex corpore ad dentes erit ex his duabus vijs. [i] Et quandoque dolent dentes in febribus acutis ſecundum ſemitam communitatis in malitia complexionis. Et quando accidunt ſub aliquo dentium corroſo, dolor, & pulſatio, tunc in radice eius eſt ſuperfluitas non matura: curẽtur ergo apoſtemata, & dolor, & eradicetur.

D F. 1. t. 3. c. 1. & F. 7. c. 1. & li. 1. Fen. 1. do. 5. ſum. 1. c. 5.
E G. 5. de phar. cõpõne ſm loc. c. 8. e
F Raſ. lib. diuiſio. c. 45.
G Raſ. 5. cont. t. 2. c. 1. 66. 5.
G — H Cap. 10.
I Gal. 1. prog. 11. c

*De ſignis.* Cap. 5.

OPortet vt attendas, & conſideres an cum dolore dentis ſit apoſtema in gingiua, aut in partibus eius. [k] Si ergo inuenies apoſtema in gingiua, exiſtimabis & iudicabis ꝙ fortaſſe cauſa non erit in ipſo dente. Et ſimiliter ſi fuerit compreſſio ſuper ipſam gingiuam nociua. Si autem non inueneris apoſtema in gingiua, tunc cauſa eſt in ipſo dente: aut eſt in neruo qui eſt in radice eius. Nam ſi ſenſeris apoſtema in dente, aut corroſionem, tunc cauſa erit in ſubſtantia eius. Et ſimiliter cum ſenties læſionem, quę extenditur ſecundum longitudinem in dente. [l] Si autem non ſentitur lęſio niſi in profundo, tunc cauſa eſt in neruo, qui eſt in radice eius, & proprie cum inuenitur dolor expanſus in carnibus rubeis aut in mandibula, & ſentitur ſicut ſtupefactio in dente. Et tu quidem ſignificabis complexiones calidas & frigidas per ea quę ſciuiſti: & ſiccitatem per detumitionem dẽtis, & commotionem eius. Et ſignificabis ventoſitatem cum permutatione doloris extenſi: Et humorem groſſum cum ſubmerſione, & mora doloris abſque caliditate & frigiditate apparentibus valdè. Et humorem acutum ſanguineum, aut cholericum, cum velocitate nocumenti, quod incurrerit ab eo quod facit dolorem, & cum profundatione exiſtente in dolore & alteratione coloris ad ſimilitudinem humoris, & caliditate acuta, cum tãgitur. Et ſcias ꝙ initium humoris eſt ex cerebro, aut ſtomacho ex repletione, quam inuenies ex vno eorum, aut ambobus. Cum autem cauſa doloris eſt in gingiua, non ſufficit eradicatio: & ipſa non eſt neceſſaria penitus. Et ſi eſt in dente, remouetur cum eradicatione: & quando eſt in neruo ipſius: quandoque remouetur cum eradicatione: & quandoque non remouetur. [m] Et non remouetur quidem, niſi propterea quòd materia quã natura & medicina reſoluere quęrunt, inuenit locum amplum in quo expellitur, cum prius fuerit prefocata retenta cum dente.

K G. 5. de phar. cõpo. c. 8. d
L Raſ. 5. cont. t. 2. c. 1. 67. 5.
H
M G. 5. de phar. cõpo. ſm loc. c. 1. e

De



*De cura.* Cap. 6.

A — SI dolor quidem fuerit communitate membri, tunc incipe à mundificatione membri cõicantis cum phlebotomia, & vẽtris ſolutione, cum eo, quod ſit ſicut hiera, & pulpa coloquinthidę: aut ſcammonea: aut ſicut infuſiones: aut cum gargariſmis mundificantibus caput, cum cauſa eſt in capite. Cum autem illic fuerit apoſtema ſenſibile in gingiua, & carnibus rubeis: tunc oportebit vt [a] incipias cum phlebotomia, & ſolutione ventris ſm virtutem, & conditiones. Et [a] vt teneat in ore in principio in oĩbus eis, infrigidantia, quæ ſunt ex ſuccis & decoctionibus & ſimilibus in ore factis fortibus vel fortificatis cum cãphora abſq; ſuperfluitate in ſtypticitate. Et multoties quidem ſufficit, vt ſis contentus ex [a] oleo roſ. & maſtiche, & oleo omphacino, aut ex oleo, quod ſit ſicut oleum myrtinum: Et confert ad illud vt ſumãtur vinum paſſularum vetus, & oleum roſ. crudum in quo decoctum ſit vinum paſſularum decoctione bona, & teneatur in ore. Deinde poſt illud gradatim ordinetur ad reſoluentia, & maturantia: & caueatur vt non currat ex aliquo forti eorum aliquid ad ventrem. Et ordinetur etiam gradatim ad euacuationem ex ipſo membro, ita vt mittantur ad radices dentium ſanguiſucæ: aut phlebotometur vena, quę eſt ſub lingua: aut ventoſetur ſub mento cum inciſione. Quod ſi dolor vehementior fuerit, tunc oportet vt [b] adhęreat ſuper radicem dentis pyrethrum cum camphora: & reiterentur ambo quoties reſoluuntur. Et ſi additur vehementia doloris, neceſſarium eſt [c] multoties adminiſtrare opium cum oleo roſ. Sed quotieſcunque inuenitur excuſatio ab illo, dimittere ipſum eſt melius. Immo oportet vt intẽdatur maturationi. Cum autem cauſa eſt in ipſo dente, aut in neruo, & non eſt materia, immo malitia complexionis, curetur cum medicinis dentium, quæ ei opponuntur, notis. Si autem cauſa malitiæ complexionis eius, & debilitatis eius, eſt morſus ſeu maſticatio rei calidę colluat os ex oleo frigidæ complexionis tepido, deinde fiat frigidum actu. Et ſi cauſa malitiæ complexionis eius eſt morſus vel maſticatio ſuper rem frigidam adminiſtretur loco eius ex oleis calidis, ſicut eſt oleum nardinum, & oleum de ben: & mordicet vel maſticet vitellum oui aſſatum calidum: & panem calidum: & qñq; conferunt ambo regimina in vnaquaq; ſpecierum malitię complexionis prædicta. [d] Si autem cauſa eſt pura ſiccitas, tunc confert ei vt fricetur cum eis, quæ ſunt ſicut butyrum, & adeps anatis. Si vero eſt cum materia, quęcũq; ſit materia, acuta, aut groſſa, aut multa, oportet vt euacuetur ſm ꝙ ipſa eſt. Et oportet vt prius incipiatur in principio cum eis, quæ infrigidant & repellunt in oĩbus illis, quamuis ſit illud in materia calida plus neceſſarium, & in groſſa minus. Et ex rebus quidem fortibus ad repellendum, & proprie in materijs frigidis, eſt alumen aduſtum & extinctum cum aceto, cum ęquali menſura ſui ſalis, quæ ambo ſint trita valde: deinde adminiſtrentur: deinde colluatur os poſtea cum vino. Et ex eis, quę conueniunt ad repellendum, ſunt [e] gallę cum aceto. Quod ſi materia fuerit calida, curetur cum ſuccis infrigidatiuis, & fiat pręparatio in ęquatione eius. Si autem illud non valet, præparatio ſit aut in reſolutione eius: aut in ipſius ſtupefactione. Et ſi materia fuerit groſſa, aut plurima, præparatio ſit, poſt illud, quod diximus ex curatione initij, cum reſolutiuis etiam: & melius eſt vt ſit collutio oris cũ aceto, & oleo roſ. Ipſa enim quandoq; attrahit humiditates radicales poſt ſuperfluitates. Et quandoq; eſt neceſſarium vt aggregentur ad reſolutiuas, medicinæ ſtypticæ, quoniam membrum eſt ſiccum. Quod ſi cauſa eſt ventoſitas, tunc curatio fiat cum reſolutiuis, quæ dicemus: & proprie ſerapino, & galbano, & granis alharmel.

A Raſ. lib. diuiſio. c. 45.
B Raſ. 1. 9. c. 42.
C Lib. 1. F. 4. c. 30. — B
D Raſ. 5. cont. t. 2. c. 1. 07. 1.
E Dio. lib. 1. c. 113. — C

*De medicinis reſolutiuis.* Cap. 7.

MEdicinæ adminiſtratæ in doloribus dentium indigentibus reſolutione, aliæ ſunt collutiones oris: in quibus omnibus oportet vt teneantur in ore ſpatio longo, [f] ſicut acetum in quo coctum eſt ſpolium ſerpentis, aut [g] acetum in quo decocta eſt coloquinthida: & eſt fortis iuuamenti valde. Et cum frigus eſt manifeſtum, tunc ſit cum vino aut ariſtolochia, [h] aut α pyrethrum, aut [i] aſſa fœtida, cum ſinapi: aut cortices capparis, aut cortices pini, aut mentaſtrum, aut folia [k] † {dulb,} & [l] polium, & cortices eius cum aceto aut aqua. Et ſimiliter folia lauri, & [m] † {alſeilem:} & ſimiliter fuſtes [n] allij cum pyrethro: Aut acetum in quo ponitur condyſi teneatur in ore: [o] Aut α pyrethrũ, & fructus [p] tamariſci in aceto. Et ad dolorem ſampſucus ſiccus: [q] Aut radix cucumeris aſinini, & eius ſuccus in aceto: aut cum harmel, quæ ſint decoctę in aceto, aut [r] † {chibichengi} decoctum in aceto. Et ad dolorem pulſatiuum, decoctio [s] gallarum crudarum cum aceto, & [t] ſolatrum cum aceto, & decoctio [u] † {bengi} cum aceto, & [x] cornua cerui aduſta decocta in aceto ſquillitico, trita & confecta in oxymelle. Et aliæ ſunt gargariſmata cum ſimilibus eorum, quæ prædiximus de collutionibus oris. Et ex eis eſt, vt decoquantur zibib algiebeli, & allia in aqua, & fiat ex eis gargariſma, & dimittatur os apertum, vt currat ſaliua plurima. Et aliæ ſunt maſticationes acceptæ ex medicinis prædictis, & ſimilibus eis. Ex illis eſt vt ſumantur mentaſtrum mõtanum, & pyrethrum, & piper album, & myrrha, & conficiantur cum carne paſſularum, & fiant ex eis auellanę, & maſticetur ex eis omni die auellana vna. Et alię ſunt linimenta, & epithemata, & vaporationes, & emplaſtra facta ex medicinis reſolutiuis notis, & aggregentur cum eo, quod habet ſpiſſitudinem mellis aut kitran, aut rei diſſolutę, aut conficiantur cum aqua ſola, aut accipiantur caules contriti, & liniatur: aut ſumatur ad pulſatiuum dolorem ſinapis tritum, & ponatur ſuper radicem dentis. Et ex eis, quę ſunt experta, eſt vt ſumatur [y] medulla oſſium perſici, & quantum eſt medietas eius de pipere, & conficiantur cum kitran & fricetur cum eis dens & applicetur ſuper ipſum, aut liniatur theriaca ſola, aut aſſa fœtida ſola, aut ſazanea, aut confectio aſchan, aut cum nigella contrita & cõfecta cum

F Hal. 5. pra. c. 78.
G G. 5. de phar. cõpoſitione ſecundũ lo. c. 9 fol. 163. c
H Dioſ. lib. 3. c. 69. Infra α
I Dioſ. lib. 3. c. 76.
K † Dio. lib. 1. c. 91. platani,
L Gal. ibi. fo. 163. a
M † lolij.
N Dio. lib. 2. c 145 — D
O Dio. lib. 3. c. 69. Supra α
P Dio. lib. 1. c. 99.
Q Dio. lib. 4. c. 136.
R † Dio. li. 2. c. 168. ranunculum.
S Dioſ. lib. 1. c. 123.
T Dio. lib. 4. c. 62.
V † Dioſ. li. 4. c. 59. hyoſcyami
X Dioſ. lib. 2. c. 50.
Y G. 5. de phar. cõpoſitione ſecundũ loc. c. 9. 163. e

oleo

oleo liniatur. Et ex eis, quæ ſunt experta, eſt [a] vt ſumatur piperis, & pyrethri, & ſtaphiſagrię, & zin E ziberis omnium ana pars.i.baurac armeni pars.i.&.5.terantur bene, & fricentur cum eis dentes, & gingiua: quoniã ſunt vehementis iuuamenti. Et qñq; barbæ fit emplaſtrum cum eis, quę ſunt: ſicut malua, & [b] chamæmilla, & [b] anethum, & [b] ſemen lini, & decoctio anethi, & oleum eius, & adminiſtrantur. Et [c] Gal. quidem exiſtimauit, φ hepar [d] † {ſamabras} qñ ponitur ſuper dentē doloroſum, corroſum, ſedatur dolor eius. Et aliæ ſunt vaporationes exterius adhibitę: & oportet vt adminiſtrentur aut ante cibum duabus horis, aut poſt ipſum.iiij.horis: & horum eſt neceſſitas propter vehementiam doloris, ſicut ſi fiat vaporatio cum ſale & millio aut cum oleo calefacto: aut cum cera liquida. Et [e] qñq; vaporatur barba faciendo vaporationem poſt vaporationem, vt ad ipſam trahatur materia. cum. n. apoſtematur barba, ſedatur dolor: & proprie cum cauterizatur dens cum oleo feruente in illa hora. Et alię ſunt cauterizantes. & regimen quidem cauterij eſt, ſicut vt decoquantur oleum cum aliquibus medicinis reſolutiuis prędictis, aut ſolum. [f] Aut ſumitur acus, vel ſtilus, & ignitur, & ſubmergitur in illo oleo, & fit vt penetret in vacuitate embubæ ingenioſe ſuper dentem doloroſum donec perueniat ad dentem, & cauterizet ipſum. Et [g] qñq; ponitur ante illud in circuitu eius cera, aut maſſa, aut aliquid aliud diſtinguens inter dentem: & inter dentes, qui ſunt in circuitu eius, & carnes rubeas. Et iuuamentum quidem huius ad illum in quo materia eſt in ipſo dente, eſt plurimum. Et qñq; diſtillatur in embuba etiam oleum ferueñs, poſt ingenium prędictum. F Et oleum quidem oliuæ eſt conuenientius oleis reliquis. Et quãdoq; neceſſariũ eſt in cauterizantibus, vt perforetur dens perforatorio minuto, vt penetret in ipſo virtus cauterizatiua. Et quãdo nõ valent curationes, [h] cauterizetur dens cum acu ignita toties, donec perueniat ad vltimũ in cauterizatione eius: & fortaſſe ſedabitur dolor, & frangetur dens. Et alię ſunt fricationes acceptæ ex eis, quorum præterijt narratio. Et zinziber quidem cum melle eſt fricatio iuuans. & etiam acetum, & ſal, & [i] etiam acetum, & pulpa coloquinthidę, & pyrethrũ. Et alię ſunt fumus & ſuffumigationes. & in eis melius eſt vt fiant in traiectorio. Et quandoq; ſuffumigatur ex reſolutiuis, ſicut venis coloquinthidæ, aut granis eius: aut grani ſinapis: aut [k] † {vngula} aſini, aut ſemine cæpę: & proprie ad vermem: aut folijs myrthi: aut polio: aut folijs rutę: aut pyrethro. Et aliæ ſunt caput purgia reſolutiua, ſicut aqua cucumeris aſinini, & ſuccus radicis ſiclæ, & [l] † {ſaſaſa,} & aqua ſanſuchi. Et alię ſunt diſtillationes in aurem & ſuccus capparis humidi. Et alię ſunt impletiones corroſionis, ſi fuerit cauſa doloris ex corroſione: & oportet vt ſubtilietur, & non impleatur cũ labore, & vehementia addente in dolore, ſicut galia cum ciperis, aut cum maſtiche. & fortior illo eſt aſſa fœtida cum ſerapino: aut nigella trita cum oleo, aut piper: aut fæx aduſta: aut euphorbium: aut pyrethrum. aut impleatur ex medicamine medullę perſicorum prędicto: immo impleatur calidus cum frigidis, & frigidus cum calidis. & alię ſunt eradicatiuæ. ſed ei faciemus capitulum: & non eſt conueniens adminiſtratio G earum, niſi ſit dolor in ipſo dente non in alijs.

*De medicinis ſtupefactiuis.* Cap. 8.

QVandoq; adminiſtrantur ſm modos prędictos in reſolutione. Verum melius eſt vt ſint delinitę, aut annexę, aut implentes: cum tamē qñq; adminiſtrentur, vt ſint collutiones oris & ſuffumigationes. Ex eis itaq; eſt vt ſumatur hyuſquiami albi, & opij, & ſtoracis, & galbani omnium ana pondus. ℥.ij. piperis & aſſę fœtidæ de ſcemi amborum. ℥ i. fiat ex eis collyrium cum coagulato vuę, et ponatur ſuper dentem doloroſum. [m] Aut ſumantur opij & caſtorei partes ęquales. [m] Et diſtilletur ex eis granum.i. aut grana.ij. in oleo roſ. in aurem, quę eſt in parte dentis dolẽtis aut ſumatur, quod adhæreat ex radice mandragorę: quandoq;.n. ſedat ipſum: aut ſumatur, ſm φ oſtenſum eſt, ex modo ſuffumigationis cum ſemine hyuſquiami albi. [n] Aut decoquatur radix mandragorę ſolum, aut cum hyuſquiamo albo cum vino, et teneatur in ore. Et qñq; dantur in potu etiam narcotica, ſicut [o] philonium: qm̃ ſanat eum, qui de dente ſuo conqueritur: & accipit ex ipſo in ore ſuo, & dormitet maturatur egritudo eius, & quieſcit dolor eius. Et ex eorum ſumma, quæ ſtupefaciunt abſq; nocumento, [p] eſt aqua infrigidata cum niue in vltimo, et ponitur in ore acceptio, poſt acceptionē, donec ſtupefiat dens: quare quieſcit dolor omnino, quãuis qñq; ſit addẽs in principio.

*De dente commoto.* Cap. 9. H

QVandoq; commouetur dens propter cauſam primitiuam ex caſu, [q] aut percuſſione. et qñq; commouetur [q] ex humiditate mollificante neruum conſtringẽtem dentem, & eſt dens cum hoc pinguis, deinde extenuatur. Et qñq; commouetur propter corroſionem accidentem origini dentium, & amplificat eam: aut ſubtiliat dentem per illud, quod minuitur ex eo, aut propter diminutionem vel corroſionem [r] † {alderugi.} Et quandoq; [s] commouetur propter detumitionem accidentem dentibus, propter ſiccitatem dominantem, ſicut accidit dentibus conualeſcentium, & ſenum, et eis, qui famem tolerant vehementem continue, & abbreuiatur ab eis nutrimentum. Et quandoq; commouetur propter abbreuiationem carnis algamur.

*De cura.* Cap. 10.

OPortet vt deuitet maſticationem cum illo dente, & minoret locutionem, & non tãgat ipſum manu, neq; lingua, & penitus dimittat maſticationem, & intendat ad ſorbitionem quantum poteſt. Quod ſi cauſa fuerit corroſio, curetur corroſio & adminiſtrentur ſtyptica conſtringentia ex medicinis facientibus ad dentem vel appropriatis dentibus, colluẽdo os, & fricando, & reliqua. Et ſi cauſa fuerit detumitio, ſuccurratur cum cibarijs: cum tamen hoc ſit ex eis quorum rectificatio vel curatio

A Sera.t.c.16. & Raſ.9.cont.t.t.c. 67.3.
B Raſ.68.i.
C Li.n.ſim fo.4. & Dio.li.2.c.56.
D † lacertæ
E Raſ.lib.i.65.4.
F Raſ.lib. diuiſ. c.45.& Halyab. pract.c.78
G G.5.de phar.cõpõne ſm loc.16.f
H Halya.5.pract. c.78.
I Raſ.68.3.
K † G.lib.de ſimpli.medic.fo.84.4 fimus
L † ſpes tribulij
M Gal.11.meth. c.8.g.
N Raſ.5.cont.t.t. c.1.66.4.
O Raſ.67.4.
P Raſ.68.1.
Q Raſ.5.cont.t.t. c.1.63.1.
R † extremitatis gingiuę ſuperioris
S G.5.de phar.cõpõne.c.8.f.& fo. 164.d.



A curatio eſt difficilis. Deinde cum humectantibus curetur, faciendo vt adhæreat, & fricando, & diſtillando in aurem, ſicut eſt oleum roſ. & de ſalicibus, & ſuccus foliorũ ſolatri immo cum ſtypticis. Nam ſi eſt propter detumitionem dentis: non valent cibaria, quoniã ipſa forſitan non impinguant ipſum velociter: Immo oportet vt curetur cum ſtypticis frigidis: & ſiſr ſi accidat à percuſſione. Si autem prouenit ab humiditate mollificante, oportet vt curetur cum ſtypticis calefacientibus, & adminiſtrentur ſtyptica oppilatiua ex medicinis dentium, colluendo os, & fricando, calefactis: ſicut collutio oris ex aqua in qua decocta ſunt [a] † {alſadar} parum, & folia cupreſſi: aut paſſo in quo decoctum eſt allumē cum medietate ſui de ſale: aut cum aqua in qua decoctum eſt ſerapinum. Et ex adhærentibus eſt, vt [b] ſumantur aluminis.℥.ij. ſalis.℥.i. annectantur ſuper radicem dentis: Aut cortices æris cum oleo, & radicis lilij, & corticis cupreſſi omniũ ana.℥.iiij. & aluminis pars.i. & ſumantur cineris tamariſci & ſalis æqualiter, aut cornu ceruini aduſti, & ſalis aduſti confectorũ cum melle aduſtorum omnium ana.℥.x. Aut myrrhæ, & croci, & ſpicę, & maſticis omnium: ana partes.ij. rutę ſiccæ, & ſumac, & balauſtiæ. omnium partes.iiij. fiat ex eis dentifricium, & quod adhæreat. Et etiam ſtyptica permiſta cum aloe & colcothar & clymia. Dentifricium conueniens ad hoc capitulum, & ad alia. Ciperi, & roſarum, & ſpicæ aromaticæ, & ſalis gemmæ, & [c] † {carmezit,} & cornu ceruini aduſti partes æquales. Et ad illud, quod eſt cauſa diminutionis carnis gingiuarũ, ſumantur alumen B iamenum, & xyloaloe aduſtum, & cyperi, & ſumac, & balauſtiæ.

*De perforatione & corroſione dentium.* Cap. 11.

ACcidit illud ex humiditate putrefacta in eis. [d] Intentio in cura corroſionis, eſt prohibere additionem eius, quod corroditur: & illud fit cum mundificatione ſubſtantię corruptæ, & reſolutione materiei cauſantis illud: & prohibitione dentis ne recipiat illas materias: & conuerſione illarum materierum ab eo cum euacuantibus, ſi eis indigetur. Et medicinę prohibitiuæ corroſionis, ſunt exiccatiuæ. Si autem eſt fortis, indiget fortibus vehementis exiccationis & calefactionis. Et ſi eſt debilis, ſufficiunt in eo exiccatio, & ſtypticitas, ſicut lilium, & myrtus, & ſpica celtica: & ipſarum adminiſtratio ſit ex modis [e] quos prædiximus: & plurimum eius ex capitulo impletionis. Ex illis enim eſt, vt impleatur cum galia, & ciperis: aut galia ſola: prohibet enim corroſionem & ſedat dolorem: Aut impleatur maſtice, & ciperis, & myrrha: aut ſtorace, aut gallis viridibus, & lytio: Aut ſtorace & opio aut galbano: Aut ſulfure citrino, & lytio: aut guma albotin, & pipere: aut cũ galia, aut cum guma albotin, & mentaſtro: [f] Aut cum nigella contrita & confecta cum aceto & melle: Aut cum ſulfure, replendo, aut liniendo: Aut [g] cũ zinzib. decocto cum melle & aceto: qm̃ ipſum eſt vltimum ad hoc. [h] Aut aſſa fœtida, aut cum alkitram: Aut cum aſſa fœtida & ſceha: aut [i] aſſa fœtida ſola: & bulliant cum cera, vt non reſoluatur. Eſt.n. vehemens ad ſedandum dolorem: aut galbanum C ſolum: aut cum medicinis: aut cum lytio & dragantho. Et [k] iam experta eſt camphora in implẽdo, & eſt iuuatiua in ipſa vltime cum prohibitione additionis corroſionis, & ſedat dolorem. Et oportet vt adiuues te cum eis, quæ præterierunt in capitulo doloris dentium. Et qñq; adminiſtrantur in hoc epithemata ex caſtorei, & pyrethri: & opij, & galbani partibus æqualibus, & pipere, & cardamomo cum melle: aut pyrethro, & myrrha cum melle: Et granum viride cũ melle aut vino bono: cui ſuperfunditur acetum feruens: [l] Aut hepate lacertæ aut ſulphure viuo cum æquali menſura lytij: aut pipere & lacte tithymalli: aut baurac, & pyrethro. Aut galbano, & ſeie hyuſquiami albi: aut ſtorace & opio. Medicamē bonum. [m] Recipe baurac, & albengi amborum ana partes. ij. pyrethri piperis amborum ana partem.i. opij partes. iij. ponantur ſuper locum. Et iterum. Recipe ſtoracis & capitum granatorum, & piperis, & abel omnium ana partem.5. Et qñq; adminiſtratur implendo ex eo, & epithemando. Et quãdoq; ponitur ſuper locum † {ſelendi ſiun forte aut ſuriſtan} Aut calcis partes.ij. & ſalis ammoniaci, & aluminis, & myrrhæ, & gallarum, & acatiæ, & ireos omnium ana pars.i. & hordeum aduſtum, & ſpuma maris, & quandoq; additur in eo galbanum. Et qñq; iuuatur ex collutionibus oris retentis in ore iuuamento magno ſi decoquatur radix capparis cũ aceto, donec conſumatur medietas aceti, & teneatur in ore. Et adminiſtrentur diſtillationes in ipſa corroſiuæ, ſicut [n] arſenicum diſſolutum in oleo feruẽat, & diſtilletur in corroſum. Et ex eis, quæ iuuãt D eſt vt diſtilletur in latere dentis corroſi oleum amygdalarum.

*De comminutione dentium & eorum fractura.* Cap. 12.

ET cauſa in hoc ſecundum plurimum eſt conuerſio complexionis eius ad humiditatem. Et quandoq; eſt cauſa in ipſo vt exiccetur ſiccitate vehementi. Sed differentia, eſt manifeſta detumitio, & contrarium eius. Et ſi eſt illic ſignificatio alterationis coloris, aut corroſionis, ſignificat cõplexionem humidam habentem materiam.

*De cura.* Cap. 13.

ET curatio prima eſt prohibitio materiei, & confortatio dentis cum ſtypticis fortibus prædictis. [o] Et alumen quidem eſt fortis impreſſionis in hoc: & ſi ſunt calefacientes cum hoc non eſt iuuatiuum [p] ſicut eſt elleborus niger miſtus cum melle. Si vero eſt à ſiccitate, cura eius eſt cura ſiccitatis prędicta.

*De alteratione coloris dentium.* Cap. 14.

QVandoque fit illud propter alterationem coloris illius ſuperfluitatis viſcoſæ, quæ ſicut linimentum dentibus adhæret & facit accidere [q] † {chalegi} ſuper dentes. Et quandoque fit lapis in dentium radicibus cuius eradicatio eſt difficilis. Et quandoque fit propter materiam malam

A † lotus arbor
B G.5.de phar.cõpõne.164.f.
C † fructus tamariſci
D G.5.de phar.cõpõne.c.8.g
E Cap.7.
F Gal.165.e.
G Gal.164.b
H Gal.165.c
I Raſ.5.cont.t.t.c. 2.65.1.
K Raſ.63.
L Dio.li.2.c.56.& G.11.de ſimpl. 80.a
M G.5.de phar.cõpõne.165.a. deficit galbanum & myrrha.
† Medicam.cõm.1.
N Raſ.63.4.
O Dioſ.lib.5.c.72.
P G.5.de phar.cõpõne.165.h
Q † coopertoriũ

malam penetrantem in ſubſtantiam dentis:& alteratur in ea, & corrumpit colorem eius, conuertendo ad colorem melongiæ, & ſimilium, preter ꝙ ſit ſuper ipſum pannus. E

*De cura.* Cap. 15.

PRimo quidem curetur cum eo, quod abſtergit, & mundificat, ſicut [a] ſpuma maris, et ſal, & teſta contrita, & cinis [b] oſtracorum, & cinis radicis cannæ, & [c] ariſtol.ro. & origanum aduſtum, & ſal gemma, quæ oĩa ſint ſm̃ æquales partes: & ſi vis adde in eo oſtracum limaciarum aduſtum: [d] Aut ſumatur [e] †{abrotani aduſti,} & piperis amborum ana pars.i. amomi partes.iij. & folij.ij. & gypſi aduſti.x. partes, terantur & adminiſtretur. Et ſi fuerit ſuperflua, tunc flos ęris cum melle. Et ex eis, quæ albificant in diſpoſitione, eſt [f] tritura catini de ſceni: aut tritura vitri: aut maſacumiæ, & [g] alſumbedigi, & lapidis adamantis. Secundo vero curetur cum eo, quod reſoluit materiam, & extrahit eam, aut abſtergit eam, ſicut piper, & mentaſtrum, & coſtus, & ariſtol.ro. & aſſa fœtida permiſcetur cum abſterſiuis p̃dictis, & ſicut eſt dentifriciũ, quod diximus ante: aut hoc dentifriciũ bonũ. [h] Recipe radicis ariſtol. partẽ.i. cornu ceruini aduſti partes.ij. maſticis partes.iij. olei roſ. p̃tes.v. terantur & adminiſtrentur. Aliud. [h] Recipe [i] †{abrotani,} & ſalis torrefacti & lilij oĩum ana partes. iiij. [k] †{cyperi} partes.v. ſpicæ partem.i. piperis partes. vi. Aliud. Recipe ſalis, qui tandiu aduſtus fuerit, donec fuerit vt carbo, partes.iij. folij partes.ij. & ſpicæ partem.i. & iterum cineris oſtracorum partes.iiij. roſarum ſiccarum partes.v. cyperi partes.iij. ſummitatum ſquinanthi partem.i. F

A Dioſ. lib.5.c.83. de alcyonio.
B G.11. de ſim.81.
C Dioſ. lib.5.ca.4.
D Raſ.5. conti.1.c.2.64.3. & Ser.1.1.c.16.
E † corticum ficus vſtorum.
F Haly.li.5. pract. c.79.
G Dioſ. lib.5.ca.93. de ſmyride.
H Paul. lib.3.127.5
I † pumicis,
K † iunci.

*De facilitate originis dentium.* Cap. 16.

QVandoq; accidit infantibus vt dentium eorum natiuitas ſit difficilis. Et [l] qñq; communicat ei ſolutio ventris: quare neceſſarium eſt vt commenſuretur cum epithematibus ſuper ventrem, et ſuccis ebibitis, et retentione eorũ. Et eſt neceſſarium vt liniãtur cum collyrijs prædictis in [m] libro vniuerſali. Et ex eis quibus ortus dentium fit facilis, eſt fricatio cum adipibus, & cerebellis, & proprie [n] cerebro leporis extracto ex capite eius poſt decoctionem: aut cum alcanna, & [o] butyro, & oleo de lilio. Et iam dictum eſt, ꝙ [p] lac caninum confert in hoc vehementer cum proprietate ſua. Et [q] ſi dolor vehementior fiat, liniatur cum ſucco ſolatri, cum oleo roſ. calefacto. Et [r] oportet vt prohibeatur maſticatio ſuper rem, quæ habet eſſentiam tenacem. Immo oportet vt nutrix intromittat digitum ſuum in ore eius, tunc cum incipit dolere propter ortum dentium, & fricet gingiuam eius vehementer, vt currat ab ea humiditas ex via gingiuæ. deinde fricetur cum medicinis prædictis. [s] Cumq; dentes parumper apparent, [t] oportet vt fiat emplaſtrum capiti, & collo, & mãdibulis cum lana ſubmerſa in oleo, & [s] diſtilletur etiam in aure eius oleum: & nos iam præmiſimus tale, quale eſt capitulum hoc in libro [u] primo.

L Raſ.5. conti.1.c.2.63.4.
M 1.F.3.do.1.c.3.
N Dio. lib.2.c.17.
O G.10. de ſimpli. 74.d
P G.5. de phar. cõpõne ſm̃ loc.164.f
Q Raſ.5. conti.1.c.2.63.3. & .4.
R Raſ.5. conti.1.c.1.63.1.
S Raſ.63.4.
T Li.1.F.3.d.1.c.1.
V Fẽ.3. doct.1.c.3.

*De regimine eradicationis dentium.* Cap. 17.

QVoniam quandoque aduenit ex dente doloroſo, vt non recipiat curã omnino, & fit vt quotieſcunq; ſedatur nocumentum quo læditur, in proximo redeat: Amplius fit vicinitas eius reliquis dentibus nocumentum propter illud, quod ex ipſo pertranſit ad eos, & non inuenitur ad eius rectificationem ſemita, tunc cura eius eſt eradicatio. Et ipſæ quidem quandoque eradicatur cum tenalijs, poſt detectionem ab eo, quod tenetur cum radice eius. Et oportet vt attendas ante eradicationẽ, & conſidera an ęgritudo ſit in ipſo dente. Nam ſi non fuerit, non oportebit vt eradicetur. Et non eradicetur cum cauſa fuerit in gingiua: aut fuerit in neruo, qui eſt ſub dente. Illud enim quamuis dolorem parumper alleuiet, non tamen ipſum deſtruit: immo redit. Et non quidem alleuiat ipſum, niſi propter illud, quod reſoluit ex materia tunc, & cum eo, quod peruenit ad ipſum ex medicinis. Et [x] in eradicatione illorum dentium, qui non commouentur, eſt timor ex nocumentis plurimis: quandoque enim detegitur à mandibula, & putrefit pars ſubſtantiæ eius, & excitat dolorem vehementem. Et quandoque excitat dolorem oculi, & febrem. Cum ergo ſciueris, quòd eradicatio eſt difficilis, aut non tolerat eam infirmus, tunc non erit rectũ vt moueatur cum vehementia. Illud nanque eſt ex eis, quæ in dolore augmentum faciunt, quãuis quandoque accidat, ꝙ ſit ægritudo non in dente, & cum commouetur, reſoluitur materia, quæ eſt ſub ipſo, & ſedatur dolor. Quandoque vero eradicatur cum medicinis: & rectius quidem eſt, vt incidatur in circuitu dentis cũ phlebotomo, & adminiſtretur ſuper ipſum medicamen. Et ex illis eſt vt ſumantur [y] cortices radicis mororum, & pyrethrum & terantur in ſole cum aceto forti donec fiat totum ſicut mel: deinde liniatur cum eo radix dentis in die tribus vicibus. [z] Aut teratur pyrethrũ, & in aceto ſub ſole dimittatur quadraginta diebus: deinde diſtilletur ſuper illud, quod inciſum eſt, & dimittatur hora vna, aut horis duabus. Et quandoque inueſtitur ſanus cera bene, deinde extrahitur; quare eradicatur: [a] aut ponitur loco pyrethri radix cucumeris aſinini: aut lenitur cum arſenico nutrito cum aceto: quoniam mollificat eam: aut [y] ſumantur ſeminis vrticæ, & galbani partes equales: aut vrtica, & de thure duplum eius, & ponatur ſuper radicem dentis molaris, & quandoque bullitur cum folijs fici: quoniam mollificat ipſum, & eradicat ipſum cum facilitate. Et [b] fæx aceti ipſius eſt mirabilis. Et quandoque ſumantur [c] cortices mori, & cortices capparis, et arſenicum citrinum, & pyrethrum, & venæ, & radices coloquinthidæ, & [d] †{ſcebram,} & conficiantur cum aqua aluminis, aut cum aceto forti, & dimittatur tribus diebus: deinde liniantur: [e] Aut ſumãtur venarum citrinarum, & corticis mori amborum ana pars.i. & arſenici citrini partes.ij. & conficiantur cum melle: & ponantur in circuitu dentis totius, quoniam eradicat eum: Aut ſumantur radices abrotani, & lactis tithymalli pars.i. radicis tithymalli partes.ij. conficiantur.

G (margin)
X Raſ.5. conti.1.c.1.63.1.
H (margin)
Y Raſ.63.4.
Z Raſ.5. conti.1.cap.2.63.1.& 3. & Aet.li.2. ſer.4.c.34.
A Aet. lib.2. ſer.4 c.34 & G.5.d phar. cõpõne ſm̃ lo.164.d
B Raſ.64.4.
C Aet. lib.2. ſer.4 c.4.
D † eſula
E Raſ.63.3.





A cum melle, & ponantur ſuper ipſum: & ſi dens eſt debilis, liqueſiat cera cum melle in ſole, & diſtilletur ſuper ipſam oleum, & præcipiatur vt maſticet eam.

*De comminutione vel fractione dentis corroſi, & eſt ſicut eradicatio ſine dolore.* Cap. 18.

COnficiatur [a] farina cum lacte tithymalli, & ponatur ſuper ipſum aliquibus horis: quoniam frangetur. Et oportet vt ponantur in ipſo folia volubilis maioris acutę: Et [b] adeps ranæ arboreæ eſt eradicatiuus & comminuens vel fractiuus: Et eſt rana viridis ſylueſtris, quæ hoſpitatur in plantis. & arboribus, & aſcendit ex arbore ad arborem.

A Raſ.5. conti.1.1. c.1.64.4.
B Raſ.66.2.

*De vermibus dentium.* Cap. 19.

SVmuntur ſeminis hyuſquiami albi, ſeminis porri amborum ana partes. iiij. ſeminis cæpe partes.ij. & .5. conficiantur cum adipe caprino contrito, & fiant inde pilulę, quarum vnaquęq; ſit.3.i. & fiat ſuffumigatio ex vna pilularum cum coopertura capitis, & cum traiectorio.

*De cauſa ſtridoris dentium.* Cap. 20.

STridor [c] dentium in ſomno fit propter debilitatem lacertorum mandibularum: & eſt ex eis ſicut ſpaſmus: & accidit infantibus multoties, & remouetur quando fiunt puberes. Et quando multiplicatur ſtridor dentium, & ſonitus eorum in ſomno, indicat epilepſiam, aut apoplexiam, aut ſpaſmum: aut [d] ſignificat vermes in ventre. Et ille, qui eſt ex vermibus, eſt habens B viciſſitudines.

C G. cõmẽ.1. prognoſt.21.b
D Fẽ.16.t.5.c.2.

*De cura.* Cap. 21.

ET oportet vt curetur patiens illud cum mundificatione capitis, & inunctione colli ex oleis calidis odoriferis, in quibus eſt virtus ſtyptica.

*De dente qui elongatur.* Cap. 22.

OPortet vt ſumatur digitis: aut inſtrumento conſtrictiuo: deinde [e] limetur cum lima. Poſtea ſumantur grana lauri, & alumen, & ariſtolochia longa, & fricetur cum eis.

E G.5. de phar. cõpõne ſm̃ lo.164.e

*De congelatione dentium.* Cap. 23.

COngelatio eſt ſtupor quidam accidens denti. Et illud eſt propter cauſam exaſperantem & eſt aut [f] ſtyptica, aut pontica, aut acris. Et quãdoq; eſt propter illud, quod occurrit denti aduenies̃ extrinſecus, aut faciens vomitum. Et quãdoq; fit propter illud, quod eleuatur ad eos ex ſtomacho, cum fuerit illic humor acetoſus. Et quandoq; ſequitur imaginatio exiſtimatiua, cum præſens eſt ille, qui maſticat acetoſum maſticando maſticatione poſt maſticationem.

F G.6. ſim. 43.a, & 2. de loc. aſ. c.6.h

*De cura.* Cap. 24.

COnfert ei maſticatio [g] portulacæ aut [h] ſeminis portulacæ contriti, & infuſi cum aqua: [h] aut glutinis alimbat, aut [i] amygdalæ, aut nucis regalis: & [k] †{alnergil} proprie: aut auellana, & [l] oleũ C omphacinum fricando: aut [l] fæx olei ingroſſati in vaſe æreo ſicut mel in ſole, aut ſuper ignem: & [m] collutio oris cum lacte aſinino, & oleo tepido. Aut [h] pice vaſorum in quibus vinum reconditur, aut [h] grana lauri, aut [h] Ariſtol. longa: aut aſſa fœtida: aut [h] lac tithymalli & ſquilla: Et [n] ſal propterea, quia oppoſitus eſt acetoſitati, confert valde ſtupefactioni.

G Dioſ. li.2.c.117.
H Ser.t.2.c.16.
I Raſ.t.9.c.43.
K † nux indica
L Pau. lib.3.127.16.
M Raſ.5. conti.t.3.c.1.
N Raſ.t.9.c 43. & 5. cont.t.3.c.2.

*De ebet dentium, & cura eius.* Cap. 25.

ESt vt dens non toleret aliquid frigidum, neque calidum, neque durum. Et plurimum eius eſt ex frigore: & eſt præcedens dolorem dentium. Et cum cauſa in hoc eſt frigus, adminiſtra grana lauri, & alumen, & ariſtolochiam longam: & vaporationem aſſiduam [o] cum vitello oui. Quod ſi cum illa non ſedetur, fricetur [o] cum hierapicra. Si autem non valet, tũc [o] cum theriaca. Et oleum ſinapinum eſt iuuatiuum valde. Alkitran calefactum, cum eo multoties inungitur fricando, eſt iuuatiuum valde. Si autem cauſa fuerit cõplexio calida, & eſt raro, ſignificabit ipſam color gingiuæ, & tactus eius, & tactus dentium: quare oportebit vt aſſiduetur fricatio dentium cum oleo roſa. in quo comminuta ſint camphora, & ſandali. Et adminiſtrentur mucilago pſyllij, cum aqua roſarum & maſticatio portulacæ: aut ſeminis eius proprie.

O Raſ.5. conti.t.2.c.1.67.3.

*De cura debilitatis dentium.* Cap. 26.

D COnferunt ei ſtyptica prædicta, & gallæ aduſtæ extinctæ in aceto: & grana myrti albæ, & ſal gemma torrefactum, & extinctum in aceto, & alramic, & vinum ſtypticum, & dentifricia ſtyptica. Dentifricium bonum. [p] Recipe cyperi drach.iij. myrobalanorum citrinorum enucleatorum drach.v. cinnami groſſi drach.xv. cinnamomi drach.iij. aluminis drach. ij. pyrethri drach.vij. ſalis ammoniaci, piperis longi, galiæ, croci omnium ana drach.i. ſalis drach. v. ſumac præparatorum corij drach. ij. fructus tamariſci drach. iij. cardamomi drach.iiij. zurumbet drach.xvi. balauſtię drach.iiij. terantur omnia & aggregentur. Dentifricium bonum. Recipe ſandali rubei, cubebe, faufel omnium ana drach.v. cinnamomi groſſi drach. v. cinnamomi drach. ii. bacham drach. iiii. conficiantur cum amylo tritici. Dentifricium ad hanc rem bonum. [q] Sumatur kiſcordei, teratur, & inuoluatur melle, aut kitran pauco ſcemio & fiant troc. inde, & inuoluantur cum carta, & ponatur ſuper lacertulum poſitum in radice furni: cumq; eius color denigratur, extrahatur, & accipiatur ex eo pars vna, & ex ruptura xyloaloes, & balauſtiis, & cyperis, & cortice granati, & ſale, ex omnibus ana pars. i. terantur & fiat ex eis dentifricium. Et quandoque ſumuntur hordei aduſti contuſi partes. xx. & cyperi, & faufel, & alkarmezit omnium ana partes. iiii. & zinzib. pars. i. fiat ex eis dentifricium.

P Raſ.5. cont.t.2. c.1.63.4.
Q Raſ.64.4. & 63.1.

## Fen octaua de diſpoſitionibus gingiuarum, & eſt tractatus vnus.

*De ægritudinibus gingiuarum.* Cap. 1.

Gingiuę accidunt apoſtemata cauſa materiei deſcendentis ad ipſam [a] ſm plurimũ ex capite. Et qñq; eſt propter cõitatem ſtomachi. Et qñq; accidunt ei apoſtemata in initio hydropiſis, & accidẽtiũ malitię formæ propter illud, quod ad eam eleuatur ex vaporibus corruptis. Et ſignificatur genus materiei per colorem, & tactum. Et quandoque ſunt ex eis manifeſta, recentia, velocia ad ſuſcipiendam curam: & profunda ad ſuſcipiendam curam, tarda: & quandoque ſunt cum febre.

A Gal. 6. de tu. ſan. c. 11.

*De cura.* Cap. 2.

SI materia eſt ſuperfluitas calida, tunc adminiſtra euacuationẽ, et phlebotomiã. † {alieheric.} Et cura in principio cũ collutionibus oris infrigidantibus: & ſit in eis ſtypticitas, ſicut eſt aqua roſ. & lac acetoſum, & aqua myrti, & aquę foliorum ſtypticorũ frigidorum, et decoctio balauſtiarũ, & aqua arnogloſſę, et infuſio glandiũ, & ſuccus portulacę: deinde poſt illud fiat oris collutio cũ oleo omphacino, & oleo arboris maſticis, et oleo myrtino, in vnaquaq; vncia ponãtur drach. iij. maſticis F aut [b] oleum roſ. in quo bullita ſint ſpica, et roſę ſiccę, & maſtix. Et [c] oleũ quidẽ arboris maſticis habet virtutẽ vehementem in ſedando dolores apoſtematum gingiuę: et proprie recens. Reſiſtit. n. et non exaſperat: & magis proprium iuuamentum eius eſt in diſpoſitione doloris. Deinde poſt illud adminiſtrentur, quæ ſint ſicut ſuccus ireos humidę: facit. n. currere ſanguinem, et facit quieſcere: aut ſuccus foliorum oliuę: aut fex vini, aut ſuccus rutę: aut oleum granorum viridiũ bullitum cũ aqua in qua ſint folia eius, aut cũ decoctione ariſtolochię. [d] Si aũt apoſtema eſt calidum: & profundum, & nominatur [e] † {berules,} non reſoluitur cum medicinis: immo fit purulentum: et qñq; indiget cura ferri. Et qñq; ſubſtantia eius peruenit ad creandum carnem nouam. [f] † {Cum ergo purulentum fit, adminiſtra ſuper ipſum florem æris, & gallas: aut corticem æris contritum cum aceto diebus aliquibus. & [g] † {ſuri} aduſtum, aut gallas cum aceto.} Cum autem gingiua non ceſſat ſuppurari, & apoſtematur, et non ſanatur, indiget cauterio. Et [h] melius eſt vt ſumatur oleum feruens cũ lana inuoluta ſuper extremitatem tentę, & toties fiat, donec detumeſcat gingiua, & albeſcat. Si autẽ apoſtema fuerit ex humiditate ſuperflua, oportebit in principio vt colluatur os cum oleis calidis, et cum melle, & oleo, & rob, deinde adminiſtrentur reſolutiua fortia prædicta multoties.

† venarũ labiorum interiorum.

B Raſ. 5. conti. t. 1. c. 2. 64. 4

C G. 5. de phar. cõpõne ſm loc. c. 9.

D Paul. lib. 3. c. 26. 126. 38.

E † paruulis.

F † Pau. Qñ igitur reprimi debet, vtidum eſt, æruginę raſa priuatim, vel cum pari galla, vel ſori combuſto, vel alumine quolibet priuato vel galla per ſe, vel ſquama æris cũ diebus fat multis leuigata deſiccataque.

G † lory

H G. 5. de phar. cõpõne ſm loc. 164. g

I † ſpecies piſcis parui

*De gingiua ſanguinea, & cura eius.* Cap. 3.

COnfert ei alumen aduſtum extinctum cum aceto, cum duplo ipſius ex ſale, & cum ſuri tanto quantum ipſum eſt, & medietas eius, ſparſum ſuper eam: et ẽt adurantur [i] † {altharich} ſalita vſquequo fiant ſicut carbo, & ſumatur ex cinere eorum pars. i. et ex roſis ſiccis partes. ij. et iterum ſumantur myrti & lentium aduſtarum amborum ana pars. i. ſumac, & ſuri amborum ana partes. ij. florum ſquinanthi partes. iij. & commiſceantur, & adminiſtrentur. G

*De fiſſuris gingiuarum.* Cap. 4.

CVrritur in cura eorum curſu fiſſurarum labij.

*De vlceribus gingiuæ, & corroſione eius, & fiſtulis eius.* Cap. 5.

VLcera gingiuæ alia ſunt pura, et alia ſunt incipiẽtia putrefieri: et alia ſunt incipiẽtia corrodi.

*De cura.* Cap. 6.

PVrorum quidem cura: cura eſt alcola. Ea vero, quę putrefieri incipiunt oportet vt curentur cum eis, quę ſunt ſicut [k] † {alabel, ſeu abel} & tribuli. Si ergo iuuant, erit bonum: & ſi non [l] ſumatur gallarum pars. i. & myrrhæ pars. 5. [m] † { } aggregentur [n] † {cum oleo roſ.} & adminiſtrentur. Et ex ſpeciebus quidem collutionum oris iuuatiuis, eſt collutio [l] oris cum aceto ſquillitico. Et [l] collutio oris cum lacte aſinino. Et collutio oris cum decoctione foliorum oliuæ, & decoctione roſarum, & lentium, & gallarum, & capitum roſarum, & granatorum. Corroſiua autẽ ſi ſunt profunda, in ipſa oportet vt curentur cum calcadicon proprio eis [o] dicto in antidotario, & H ſimiliter fiſtulę: deinde ſpargantur ſuper ea medicinæ ſtypticæ. Et ex eis, quæ ſunt experta, eſt hoc. Recipe tribulorum, fructus tamariſci, pyrethri omnium ana. ʒ. iij. memiran. ʒ. i. myrobal' citrinorum, roſarum ſiccarum amborum ana. ʒ. ij. fabarum, & ſalis ammoniaci, & cubebe, & ſpumæ maris, omnium ana. ʒ. 5. balauſtiarum, et croci amborum ana. ʒ. i. camphorę quartam. ʒ. i. fiat ex eis dentifricium: & etiam dentifricia in quibus recipiuntur ariſtolochia, & colcotar, & ſcoriæ, & arſenica. In medijs autem ſumantur pyrethri, et radicis lilij amborum ana pars. i. ſumac, & gallarum nõ perforatarum, & balauſtiarum, & aluminis omnium ana. ʒ. ij. terantur, et fiat ex eis dentifricium, & adminiſtretur ſuper mediocriter corroſum, & fiſtuloſum. Et ſimiliter ex balauſtijs, & ſquama ferri pulueriżetur gingiua, & retineantur in ea. Deinde colluatur os cum aceto ſquillitico, aut aceto in quo decocta ſunt folia oliuæ, & etiam adminiſtrentur philonium in loco corroſo: qm̃ eſt bonum. Aut diacalamenthum, & confectiones prohibentes putrefactionem, reſoluentes illud, quod prouenit ex ea. Et ex eis eſt confectio de harmel. Si autem non valent, tunc neceſſarium eſt alcadicon. Et ex eis, quæ approximant ei etiam, eſt vt [p] ſumantur aluminis, & calcis, & gallarum, & duorum arſenicorum partes æquales, accipiatur ex eo danic. i. poſt contritionem vehementem, & fiat cum

k † ſabina

L Pau. l. 3. c. 17. 14.

M † roſarum floris drach. iij.

N †

O lib. 5. ſũ. 1. t. 11. c. 7.

P Raſ. lib. diuiſ. c. 46.



A cum eo fricatio fricando bene: deinde expectetur ſuper eam vna hora: & poſtea colluatur os cum oleo roſ. et qñq; ponitur in ipſo acatia: et eſt conueniens vt fiant ex eo trochiſci, & deſiccentur et reſeruentur ad neceſſitatẽ. Et qñq; ſufficiunt duo arſenica, & calx, et acatia, et fiunt inde troc. Et qñq; confert cauterium prædictum. Et eſt ex eis, quę deijciunt corroſionem, & faciunt naſci carnem ſanam. Deinde adminiſtretur dentifricium ex gallis cum tertia parte myrrhæ: creat enim carnem, & conſtringit gingiuam. Et phlebotomia [a] † {alieheric} confert in eis.

A † venę labiorũ interioris.

B 3a. Fen. 6.

*De fœtore gingiuæ & cura eius.* Cap. 7.

CVra eius prædicta eſt in [b] capitulo de fœtore oris.

*De diminutione carnis gingiuæ & cura.* Cap. 8.

SVmantur [c] thuris maſculi, & ariſtolochiæ rot. et ſanguinis draconis, & farinæ herbi, & radicis lilij partes æquales, & conficiantur poſt contritionem cum melle, & aceto ſquillitico, & adminiſtrentur fricando. Et [c] qñq; ſumuntur farinæ herbi. ʒ. x. conficiantur cum melle, & fiant inde trochiſci, & ponãtur ſuper lacertulum: aut teſtam poſitum in inferiori parte furni, donec perueniat ad hoc, vt conteratur, & exiſtimetur, ꝙ aduratur, & cum aduritur conteratur, & projciantur ſuper ipſum ſanguinis draconis. ʒ. iiij. & thuris maſculi quantum ipſum, & ariſtolochia rot. & ireos amborum ana. ʒ. ij. & fiat ſecundum modum prædictum.

C Raſ. 5. conti. t. 1. c. 2. 64. 3.

*De cura mollificationis gingiuæ.* Cap. 9.

B SI quidem fuerit parua, tunc ſufficient in ea collutio oris cum aqua, in qua decocta ſunt ſtyptica, calida vel frigida ſm complexionem. Et ex eis, quæ ſunt vehementis iuuamenti in hoc, eſt alumen decoctum cum aceto. Si autem fuerit plurima, tunc rectius erit in ea, vt ſcarificetur, & dimittatur ſanguis currere, et exprimatur, quod egreditur ex eo: deinde colluatur os poſt ipſum cum decoctione ſtypticorum, ſm modum prædictum in eis, quæ præterita ſunt. Et ex eis, quæ ſunt conuenientia ad illud ex decoctionibus, eſt, vt ſumantur fructus tamariſci. ʒ. iij. & foliorum alcannę. ʒ. ij. ariſtolochiæ. ʒ. ij. tepefiant, & adminiſtrentur. Aut ſumantur balauſtiarum, & corticis granatorum ana. vi. partes, & tereniabin, & aluminis iameni ana. iij. partes, & roſarum, et ſumac albagadedi ana. viij. partes, & ſpicæ aromaticæ, & florum ſquinanti ana partes. x. fiat ex eis linimentum, & quod adhæreat. Et phlebotomia [d] † {alieheric} confert ei. Confectio linimẽti conuenientis ad illud, quod adminiſtratur poſt collutionem oris. Recipe roſarum cum capitibus ſuis, piperis ana partes. vij. corticis glandium, balauſtiarum, granorum myrti viridium ana. iiij. partes ſiliquarum nabati, ſumac mundati [e] † {armach vel armal} . v. partes: aut loco armach vel armal myrti. viij. partes. Et quandoque confert tangere palatum cum hiera minori, & colluere os ex ea cum aceto ſquillitico, & adminiſtratio alſuffuf fortium.

D † venę labiorũ interioris.

E † ligni o lotiferi ſimilis cinamomo.

*De cura carnis additæ gingiuæ.* Cap. 10.

C POnatur in ea calcanthum & myrrha, quoniam purgant eam.

*De labijs, & ægritudinibus eorum.* Cap. 11.

DVo labia creata ſunt ad cooperiendum os, & dentes, & ad decorem, & ad retinendum ſaliuã, & ad adiuuandum in hominibus, ad loquendum. Et creata ſunt ex carne, & neruis, quæ ſunt partes lacertorum, qui continent ea.

*De fiſſuris labiorum.* Cap. 12.

MEdicinæ quidem quibus indigent in curatione fiſſurarum, ſunt illæ, quæ ad exiccationem, & ſtypticitatem aggregant lenificationem.

*De cura.* Cap. 13.

MEdicinæ conferentes ad illud: & ex illis eſt dragaganthum, qñ tenetur in ore, & commouetur lingua. Et ex regimine iuuante in ipſa, eſt [f] inunctio ſuminis: et ani: & vt liniatur ſup eas ſpuma proueniens ex fricatione fruſti cucumeris longi dicti cheta ſuper aliud fruſtum, aut liniatur ſuper eas aqua ſeueſtem: aut aqua hordei: aut mucilago pſyllij. Et ex pinguedinibus ſunt butyrũ, & medulla, & adipes vitulorũ, & [g] anſerum cum melle, aut oleum [h] † {alhab alchadara} aut oleum roſ. & in quo ſunt albumen oui, & farina, & proprie farina herbi & ceratum: cum oleo roſato & D qñq; ponitur in ipſo merdaſengi. Et ex medicinis expertis eſt illud: quod Recipe gallas contritas cum ceruſſa plumbi, amylum, & dragaganthum cum adipe gallinæ. [i] † {Et etiam gallæ contritæ cum aceto, & etiam maſtix, & gummi albotin, & hyſſopus, & mel fiat ex eis vnguentum.} Et iterum merdaſengi, & [k] † {dehenegi,} & [l] † {ſedanegi,} & venarum curcumæ omnium ana partẽ. 5. vngulæ caprinæ aduſtę, croci amborũ ana partes. iij. camphoræ. vi. partis aggrega cum. vi. partibus cerę & . xv. partibus olei roſ. & ẽt ambra ſoluta cum oleo balſamino: aut olei de ben, aut olei de citro. iiij. pars ſumatur, et adminiſtreẽ in ipſis ceratũ: et ſint cibi eius pedes: & extrema, et oua ſorbilia.

F Raſ. 36 cont. t. 1. cu. 509. 1.

G Dioſc. lib. 2. c. 68.

H † grani viridis

I Aet. lib. 2. ſer. 4. c. 8. Aut gallã omphacitẽ tritã, terebinthina aut œſipo liquido, aut melle excipe & impone.

K † lapis viridis,

L † hæmatites,

*De apoſtemate labiorum, & vlcere eorum.* Cap. 14.

OPortet vt incipiatur in eis cum euacuatione humoris dominantis: deinde adminiſtrentur medicinæ locales. Apoſtemata vero ſunt proximæ poſitionis ex iudicio apoſtematum gingiuæ: & cura fortior parumper eſt magis neceſſaria. Medicinæ vero locales ad vlcera aſſumuntur ex ſtypticis, ſicut myrobal'. & lycio, & ſemine roſæ, & nuce cupreſſi, & radicibus curcumæ. Et quandoque ponuntur in eis [m] † {dehenegi,} & vngulæ caprinæ aduſtæ, & ordei aduſti, & fumus aggregatus, & viſneæ. Olea autem, quæ adminiſtrantur in eis ſunt, ſicut oleũ de chryſomelis: & oleum de nuce indica.

M † lapis viridis,

De hæmor-

*De hæmorrhoidibus labiorum.* Cap. 15. E

SI autem in eis ſunt hæmorrhoides: tunc ex eis, quæ conferunt eis, ſunt ſquamæ ferri, & merda ſengi, & ceruſſa, & crocus, & alumen ſm partes æquales ſumpta, ex quibus fiat vnguentum cum cera, & oleo nucis indicæ aut oleo amygdalarum.

*De tremore labiorum.* Cap. 16.

PLurimum [a] accidit cum communitate oris ſtomachi, & proprie quando in ea eſt nauſea, aut mouetur quaſi ad expellendum aliquid cum vomitu: & proprie in ægritudinibus acutis: & horis criſis: & quandoque eſt cum communitate neruorum aduenientium ad ea à cerebro, & nucha cum communitate quam cerebrum habet cum eis.

A Gal.cõm.1.in.1. porrhe.Hipp.30.c. & cõm.3 prog.30.f

## Fen nona de diſpoſitionibus gutturis. & eſt tractatus vnus.

*De anatomia gutturis.*i.Faucium. Cap. 1.

PEr [b] †{guttur} intelligimus ſpatiũ, in quo ſunt meatus anhelitus et cibi. Et de eo ſunt additio, quę ſunt vua, et amygdalę, & galſamac. Et tu quidẽ iã [c] ſciuiſti anatomiã meri, et anatomiam [d] epiglottis. Vua vero eſt ſubſtantia carnoſa pendens ſuper ſupremam partem epiglottis, ſicut velamen. Et [e] eius quidem F iuuamentũ, eſt gradatio aeris, ne percutiat ſuo frigore pulmonem ſubito: & vt prohibeat puluerem, & fumum: & [f] vt ſit percutiens vocem, qua conforte tur, & magnificetur, quaſi ipſa ſit porta cuſtodiens ſuper exitum vocis quantitate ſua, et [g] propter hoc nocet eius inciſio voci, et pręparat pulmonẽ ad recipiendum frigus, & nocumentũ eius, & tuſſim ab eo. Duę vero amygdalę ſunt duę carnes natę in radice linguę tendentes ad ſuperiora, ac ſi ipſę ſint .ij. auriculę paruę: et ſunt carnoſę, neruoſæ, ſicut duæ glandulæ, vt ſint fortiores: & ambę ſunt ex modo ſuo, ſicut duę radices duarum auriũ, & iter ſeu via ad meri eſt inter eas ambas quarum ambarum iuuamentum eſt, vt adunent ſeu congregent aerem apud caput cannæ, ſicut arca: ſeu ſicut repoſitoriũ & vt non expellatur aer totus apud aſpirationem cordis. [h] †{algaſamac} vero eſt caro panniculoſa annexa palato, ſub vua pendens, cooperiens caput cannæ. Et ſupra galſamac eſt alſaic, & [i] eſt os habens quatuor latera, duo ſuperius, duo inferius. Cannæ vero meri anatomiam dicemus [k] poſterius.

B G.li.4.lo.af.c.3. fo.24.c, & 3.progn. 16.a, ſauces.
C F.13.t.1.c.1. & li. 1.F.1.d.5.ſum.1.c.1.
D Fẽ.10.t.1.c.1, & li.1.Fen.1. d.5.ſum. 2.c.11.
E G.li.11.de v.p. c.11.d.e
F Fen. 10.t.1.c.1.
G Ga.lib. de dñis morb.c.8.h
H † G.li.7. de v.p. c.16.h.a, Ligula.
I Ga.lib.7.de v.p. c.19.d.e
K Fen.13.t.1.c.1.

*De ægritudinibus membrorum gutturis.* Cap. 2.

QVandoq; accidunt in vnoquoq; iſtorum ægritudines complexionis, & apoſtemata, & reſolutio ſingularis.

*De cibo quo fit ſtrangulatio, & ſimiliter quæ currunt curſu eius.* Cap. 3. G

QVando aliquid figitur magnitudinem habens oportet vt incipiatur & [l] percutiatur collum, & quod eſt inter vtraſq; ſpatulas, adhibendo percuſſionem poſt percuſſionem. Si autem nõ ſufficit, adiuuetur vomitu: & quandoque eſt in hoc timor.

L Hal.li.6.pra.c.3.

*De ſpinis & quæ curſu eius procedunt.* Cap. 4.

IN ſpinis quidem, & fruſtis ligni, & oſſis, & quæ ſunt illis ſimilia, [m] oportet vt conſideretur tũc, ſi ſenſus cõprehenderit ea, cũ penna, aut cũ vncino ex [n] †{caizaran:} aut [o] chorda arcus dupla vel plicata recipiente ipſam tunc remoueatur cũ ea, aut extrahatur: et ſi eſt inſtrm extrahens ſpinã recipiẽs eã, tunc rectior eſt eius attractio, ſm ꝙ narrabo. Si aũt ſenſus deficit, tunc oportet vt poſt ipſa ſorbeantur ſorbitiones lubricatiuę. Si aũt nõ valent, excitentur ſingultus, & [p] vomitus cũ digitis, & cum penna & medicamine. Et ex eis, quę experta ſunt, eſt vt bibat oĩ die .ʒ.i. naſturtij contriti cum aqua calida, & euomat: ipſum.n. expellit, quod retinetur. Et melius quidem eſt vt euomat poſt cibum ſuũ cum aqua. Et qñq; ligatur [q] filus fortiter cum [r] †{carne} aliqualiter inciſa & deglutitur: deinde extrahitur, & egreditur, quod retentum eſt. Et ſimiliter ficus ſiccæ ligatæ cum filo, [s] qñ paulatim maſticantur, & deinde deglutiuntur. Et qñ fit [s] gargariſmus cum rob vuæ, in quo decoctæ ſunt ficus ſiccæ: tunc quod infixum eſt, mouetur à loco ſuo. Et qñq; exterius apponitur emplaſtrũ gutturi, in quo ſunt maturatio, & apertio ſubtilis, vt aperiatur locus, & egrediatur ſpina, et quę curſu eius procedunt per ſe. Et [p] ſiſe huic eſt emplaſtrũ factum ex farina hordei cũ oleo, et aqua tepida. H

M Aet.lib.2.ſer.4. c.50. & Pau. lib.6. c.32.
N †ligno polito:
O Raſ.7.cont.t.2. c.2.76.3.
P Paul.lib.6.c.32.
Q Pau. & Ga.lib. ſecret.97.h, & Aet.
R † ſpongia
S Halya & Raſ.7. con.t.2.c.2.76.4

*De ſanguiſugis in gutture.* Cap. 5.

QVandoq; contingit [t] vt ſint quædam aquæ habentes ſanguiſugas paruas, occultas: quarum occultatio difficile facit cauere ab eis, quare deglutiuntur. Et qñq; pendet in manifeſto gutturis: & qñq; ſuſpenditur in interiore parte meri: & qñq; peruenit ad ſtomachum. Et qñq; eſt parua, et aſpiciens nõ videt ſuſpenſionem eius: cum autem pertranſit ſuper illud hora, de qua curatur, et ſugit ex ſanguine quantitatem magnam, creſcit corpus eius, & apparet quantitas.

T Aet.lib.4.ſer.1. c.56.

*De ſignis.* Cap. 6.

ACcidit ei in quo ſuſpenditur ſanguiſuga, triſtitia, & anguſtia, & ſputum ſanguinis. Cum ergo vides ſanum [u] ſpuentem ſanguinem, ſubtilem aliquibus vicibus, tunc conſidera diſpoſitionem gutturis eius, fortaſſe enim in ipſo eſt ſanguiſuga.

V G.4.lo.aff.c.4

*De cura.* Cap. 7.

QVandoq; curatur illa, quæ viſu comprehenditur curatione acceptionis, & ablationis, ſm ꝙ narrabimus. Et qñq; curatur cũ medicinis gargariſmatũ, ſi fuerit prope guttur, & vaporũ.

Et ex



A Et ex eis ſunt quædam cum caputpurgijs ſi fuerit decliuis ad naſum, & cum eis, quæ vomitu, & ventris & ſolutione, & quæ [a] educunt vermes, & quæ eis ſunt ſimilia ſi fuerit ſtans in profundo, & in ſtomacho. Et qñq; ingeniatur aliud ingenium ei, vt [b] ſubmergat ſe homo in aqua calida: aut moretur in balneo calido: & proprie poſt allia, quæ aſſumpſit. Deinde non ſit deſinens indeſinenter aquam frigidam infrigidatam in ore ſuo aſſumere hora poſt horam donec dimittat ſanguiſuga locum in quo ſuſpenſa eſt, fugiens à calore, & declinans ad partem frigoris. Si autem neceſſarium fuerit vt ipſe expectet ſm illum calorem, vſquequo timeat ſyncopim, expectet ſuper illud: eſt enim regimen valde bonum in extrahendo ipſam. Et multoties quidem confert in ea, vt ſit [c] contentus comeſtione alliorum, & mora in ſole, tenendo os apertum, coram aqua frigida infrigidata. Et [d] quidã homines ſunt, qui in potu tribuunt habenti ſanguiſugam, alfeſafes, & exiſtimo, ꝙ ſint ſpecies cimicum [e] †{rubeorum ſanguineorum} ſimilium charad debiles habentium cutes, quos forſitan deſtruit tactus. Et ſi fuerint faciles, [f] dentur in potu cum aceto, & vino. Aut ſuffumigetur ex eis guttur cum traiectorio: & fortaſſe ipſi ſunt, qui nominantur in terra noſtra alanagiel. Et [g] acetum ſolum cum ſorbetur quandoq; extrahit eam ex gutture, & proprie cum ſale. Ex gargariſmis vero eſt gargariſma, quod fit cum aceto & aſſa fœtida ſolum, & [g] gargariſma de ſinapi cum duplo ſui de baurac: aut ſinapi cum æqualitate ſui de ſale ammoniaco: aut gargariſma cum ſceha cum medieta- B te ipſius de ſulfure, [g] aut abſinthij cum æqualitate ſui de nigella: aut cum aceto vini in quo decocta ſunt allia & ſceha, & lupini, & coloquinthida, & ſirachs, aut aceto vini ſm quantitatem duarum vnciarum in quo ponuntur baurac dra.iij. & ſalis ammoniaci .ʒ.i. & alliorum duo dentes. Et [h] gargariſmati quidem cum ſucco foliorum ſalicis ineſt proprietas in extrahendo ipſam: & ſimiliter [i] gargariſmati ex aceto cum aſſa fœtida: aut [k] †{alchalchotar} & aqua. Cum autem iam peruenerit in ſtomacho, oportebit vt in potu ſumat de hoc medicamine. [l] Recipe ſceha, abrotani, abſinthij, nigellæ, lupinorum, coſti, [m] †{brengi kebuli ſirachs} omnium ana pondus .ʒ.ij. cum aceto commiſto: & etiam cibetur habens eam allijs, & cępis, & porris, & calamentho fluuiali humido, aut ſinapi condito, & omni calido acuto: deinde euomat poſtea, ſi facilis fuerit ei vomitus: ſi autem fuerit non facilis, tunc res ſalitę acutæ. Et [g] cum eius ſuſpenſio fuerit in naſo, & diligitur eius caſus, fiat caputpurgium cum aceto, & nigella, & ſucco cucumeris aſinini, & elleboro. Cumq; acciderit vt abſcindatur tunc ſibi caueat ille ĩ quo fuit, à clamore & loquela. Si autem currat ſanguis, aut euomat ipſum, vel ſolutione educat eum, curetur totum cum eo, quod ſcies in capitulo ſuo. Et hermodactyli quidem habent proprietatem expellendi illud. [g] Modus autem quo accipitur cum inſtrumento chirurgico eſt, vt ſtet ille, qui deglutiuit ſanguiſugam in ſole, & aperiat os ſuum, & prematur lingua eius ad inferiora cum extremitate inſtrumenti chirurgici, quod eſt ſicut cochlearium: cumq; videtur ſangui- C ſuga, ponatur inſtrumentum chirurgicum in radice colli eius, vt non incidatur: & hoc quidem inſtrumentum eſt inſtrumentum, quo remouentur hæmorrhoides .ſ. ex naſo.

A Raſ.1.9.c.48.
B Pau.lib.5.c.37. & Raſ.1.9.c.48.
C Ga.11.ſim.81.e, & Haly.6 prac.c.3.
D Dio.lib.2.c.32.
E † lectulariorum
F Lib.2.c.170. & Dio.ibidem.
G Raſ.7.cont.t.2. c.2.76.3.
H Raſ.76.3.4.
I Raſ.76.4.
K † chalcite
L Raſ.7.cont.t.2. c.2.76.3. in paucis differt.
M † myrrhę cor me citri, filicis, ypoquiſtidos.

*De ſuffocationibus & aldebha.*i.Angina. Cap. 8.

PRæfocatio eſt prohibitio penetrationis anhelitus ad pulmonem & cor, & eſt res accidens ex cauſis plurimis, ſicut potu medicinarum præfocatiuarum, & medicinarum venenoſarum, & [n] ſicut congelatione ſanguinis in quibuſdam viſceribus. Illa autem de qua nunc loquemur eſt illa, quę eſt propter cauſam accidentem in ipſo inſtrumento anhelitus ex propinquo epiglotti ex apoſtemate, aut coopertura, aut defectu virtutis à motione inſtrumenti attractionis aeris. Et tu quidẽ ſcis, ꝙ apoſtema oppilat meatus vicini ſui. Et ꝙ coarctatio membri vicini oppilat meatus vicini ſui. Et ſcis, ꝙ lacertus mouens membra motu attrahendi aerem ad ea, & eſt lacertus epiglottis, quemadmodum dicturi ſumus in capitulo anhelitus, cum deficit à motione ſua, & operatione ſua propter ſiccitatem dominantem ſuper hunc lacertum, qui eſt in anteriore parte epiglottis, & quæ ſequuntur ipſam, aut propter mollificationem, aut propter ſpaſmum, aut propter nocumentum aliud, non eſt poſſibile animali vt anhelet, quamuis meatus non ſit oppilatus. Coopertura autem propter coarctationem vicini, quandoque accidit propter remotionem ſpondylium, quæ ſunt in initio colli ad interiora, cauſa percuſſionis, aut caſus: & non habet curationem: aut propter apoſte- D ma in lacerto ſpondylium, & ligamentis earum, aut in lacerto meri, & ligamentis eius cum communitate: & propter aliquam cauſarum, quæ trahit eas ad interiora: aut propter ſpaſmum, qui accidit in eis etiam trahendo eas ad interiora. Et deterior eis eſt ſicca: aut propter aliud nocumentum neruorum pręparans ad illud. Et [o] illud quidem plurimum accidit infantibus propter lenitatem ligamentorum eorum. [p] Quæ autem eſt maioris timoris, eſt illa, quæ eſt in ſpondyli ſecunda, & quæ ſunt ſupra ipſam: & quæ eſt ſub illa, eſt magis ſalua. Et fortior ea, eſt illa, quæ eſt in ſpondyli prima. Ipſa enim eſt fortior, & acutior, & ex capitulo vicinitatis eſt illa, quæ eſt cauſa vermium, & iam dicemus in capitulo difficultatis tranſglutiendi. [q] Diuiſio autem apoſtematis ſecundum mẽbra apoſtemoſa, eſt quadripartita. Aut enim erit apoſtema in lacertis extrinſecis ab epiglotti, decliuibus ad anteriora, & inferiora, ita vt ſit apoſtema apparens, & appareat eius rubedo in anteriore parte colli, aut pectoris, aut thoracis, aut in lacertis extrinſecis ab ea. Sed in illis, quæ ſunt ad poſteriora, & lacertis meri, ita vt ſint apoſtema, & rubedo eius, & color ipſius apparentia intus in ore, & quandoq; peruenit ad ſpondyles, & nucham cum communitate: aut erit in lacertis intrinſecis meri, & quę ſequuntur ipſum, & ſtringit anhelitum propter vicinitatem, & non apparet ſenſui: aut erit in lacertis intrinſecis in epiglotti, & in panniculo veſtiente eam: & eſt deterius quatuor: & ipſum non ap-

N Lib.4.Fẽ.6.t.2. c.30.
O G.4 loc.af.c.3.e
P Ga.ibidem.h
Q G.4.loc.aff.c.3. fo.24.e.f



paret

paret ſenſui etiam, & aliqñ aggregatur ex iſtis apoſtematibus numerus duorum aut trium. Cauſa vero horum apoſtematum qñq; eſt cauſa aliorum apoſtematum. Et qñq; eſt propter quoſdam cibos, qui ſunt proprij in faciendo contingere iſta apoſtemata, ſicut [a] eſt andacocha: & dicitur, ꝙ eius theriaca eſt lactuca & endiuia. Et [b] quandoq; non eſt cauſa repletionis in toto corpore: imo eſt corpus mundum, & neq; ſuperabundat ſuperfluitas niſi in membris vicinis membris gutturis, & facit euenire apoſtema. Et iam diuiditur hoc apoſtema, & dicitur, ꝙ aliud eſt apparẽs ſenſui exterius, & aliud eſt apparens ſenſui: qñ aſpicitur interior pars gutturis interius. Et aliud eſt, quod non eſt apparens ſenſui: & aliud eſt in meri: & aliud eſt intus in epiglotti, & non conſpicitur illud niſi cum caſu linguæ, poſt apertionem oris cum fortitudine, cum compreſſione linguę ad inferiora. Et hęc quidem apoſtemata qñq; accidunt ex ſanguine: & qñq; [c] eſt cholera rubea: & quandoq; accidunt ex [c] phlegmate: & plurimum præfocationis eius eſt cum coopertura lacerti mollificati. Et phlegmatica quidem eſt incolumis: & eius ſanatio eſt velox & facilis: & [d] quandoq; prolongatur .xl. diebus. Et [e] phlegmatica quidem alia eſt, cuius generatio eſt ex phlegmate viſcoſo, groſſo, frigido. Et alia eſt, cuius generatio eſt ex phlegmate ſubtili calido, & cum huiuſmodi phlegma deſcendit à capite: & ipſum quidem non deſcendit niſi ex capite ſm plurimum rei, tunc poſſibile eſt vt deſcendat ad lacertos inferiores gutturis. & illa, quæ eſt ex phlegmate groſſo, eſt in lacertis ſuperioribus epiglotti propter grauitatem ſuam: & paucitatem penetrationis ſuæ: Et raro quidem accidit ex melancholia. Et [f] dicunt quidam, ꝙ non accidit omnino, qm̃ melancholiæ minoratur effuſio ab aliquo membro ad aliud membrum ſubito. Verum non elongatur cum raritate illius, quin accidat ſubito, aut paulatim: deinde præfocet. Et [g] qñq; permutatur ex apoſtemate calido, & ſm omnem diſpoſitionẽ eſt mala. Et omne apoſtema præfocatiuum aut interficit, aut permutatur materia eius, aut collectionem facit & ſuppuratur. Et qñq; apoſtemantur interius cannę: ſed non peruenit ad hoc vt præfocet. Et pręfocatiuum malum faciens neceſſarium, vt ſit aſſiduatio apertionis oris, & proiectionis linguæ, [h] nominatur caninum: qñq; enim dicitur illud de facto in lacerto intrinſeco in epiglotti: & qñq; de eo, quod accidit in duabus ſpeciebus lacerti ſimul: & qñq; de illo, quod accidit ex remotione ſpondylium. Et [i] qñq; permutatur ſynantia ad peripneumoniam, qñ expellitur materia ad pulmonem. Et [k] qñq; permutatur ad ſpaſmum cum expellitur materia ad neruos. Et quandoq; permutatur ad partem cordis, & interficit. Et qñq; ad ſtomachum effunditur. Et omnis ſynanticus, q moritur ſpaſmatur in primis. Et præfocatio quidem canina quandoque interficit inter primum diem & quartum. Et quandoq; multiplicantur ſynances, & earum [l] ſimilia in vere hyemali. Cum ergo præfocatio fortior fit [m] anhelitus cum naribus & auxiliatur in eo cum motu alrauthæ, & fit neceſſarium multoties mouere pectus cum collo velociter & frequenter, ſi adiuuerit virtus, & non fuerit in anhelitu eorum exſufflatio. Et quandoq; accidit præfocatio in febribus concluſis. & quandoque portendit in eis variolas. & ſimiliter dolor gutturis in eis, quamuis non ſit præfocatiuus. Et accidentia præfocationis in acutis febribus ſunt mala valde: quoniam in eis eſt neceſſitas anhelitus vehemens. & [n] quando accidit in die criſis, eſt timoroſum & pernicioſum. Nam criſis cum apoſtematibus præfocatiuis, eſt pernicioſa proculdubio.

E F G (margin letters)

A Li.2.t.1.c.39.& Raſ.7.cõti.t.1.c.73.3.
B Raſ.7.conti.t.1.c.1.73.3.
C Gal.3.apho.11
D Cap.9.& Raſ.74.1.
E G.4.de victu.tione.30.h
F Ra.73.3.&74.3.
G Cap.9.&R.73.1.
H Hal.9.the.c.11
I G.5.aph.10.& de pul.ad tyr.fo.45.b
k Galé.de pul.ad tyr.fol.46.b
L G.3.apho.10.
M G.cõ.2.de mot.vul.fo.136.a
N Raſ.73.4.

*De ſignis* Cap. 9.

Accidentia communia omnibus ſpeciebus præfocationum, eſt cõſtrictio anhelitus: & ꝙ os remanet apertum: & difficultas deglutiendi ita, vt quandoq; perueniat patiens ad hoc, vt bibat aquam, & egrediatur ex naribus eius: & exitus amborum oculorum, & egreſſio linguæ in ea, quæ vehemens eſt, cum debilitate motus eius. Et qñq; peruenit illud plurimũ ad hoc vt ſit loquela eius ſpeciei, quę dicitur, ꝙ ille loquitur cum naribus, & eſt vere econtrario eius. Ille enim, qui ad hoc cõparatur in conſuetudine hominum vere eſt habẽs nares oppilatas. & ipſe ſm veritatem non loquitur ex naribus. Dolor autem non fit fortis in phlegmatica, & dura, & fit fortis in calida. Cum ergo vehementior fit dolor: tunc qñq; inflatur collum totum, & facies, & egreditur lingua. & magis incolumis decollatio eſt illa, cum qua anhelitus non fit difficilis. Et pulſus quidem habentium præfocationem in principio ſui, eſt frequens, diuerſus, deinde fit paruus, rarus. et communicat omne apoſtemoſum in hoc, quod ſentitur aut cum viſu, aut cum tactu. ita vt ſentiantur membra meri, & epiglottis dura & extenſiua: & ſit habens eam, quaſi deſideret vomere. & ĩ illa, q̃ fit ex remotione ſpõdyliũ eſt attractio colli ad interiora: & depreſſio ſeu concauitas in loco vbi remouentur ſpondyles: & qñ tangitur dolet: & ſi iacet ſuper collum ſuum, non deſcendit aliquid, quod ipſe deglutiat omnino. Et differentia quidem inter conſtrictionẽ anhelitus factam cauſa decollationis & facta cauſa peripneumoniæ eſt, qm̃ illa, quæ eſt in peripneumonia, non præfocat ſubito: ſed hęc ſubito qñq; p̃focat. Et [o] differentia inter apoſtema in epiglotti, & apoſtema meri, eſt qm̃ cũ deglutire eſt poſſibile, & anhelitus eſt prohibitus, tunc apoſtema eſt in epiglotti: aut ſi eſt econuerſo, tũc apoſtema eſt in meri. Et qñq; magnificatur epiglottale adeo donec prohibeat deglutionẽ. Et qñq; magnificat̃ meriale adeo, ꝙ prohibeat anhelitum. Et non conſtringit anhelitum aliquod apoſtematum meri, niſi quod eſt in ſupremo eius: quod vero eſt ſub hoc: non prohibet anhelitũ, quãuis difficilis fiat, & conſtringatur: qm̃ non peruenit ad hoc, vt comprimat cannam, & extremitatem eius: & vt non ingrediatur in eam aer oĩno. [p] Cumq; apoſtema eſt in meri & in lacertis intrinſecis, nõ manifeſtatur ſenſui, quamuis deprimatur lingua à palato depreſſione vehementi. Et differentia inter apoſtema malum, quod non ſanat̃, & apoſtema, quod non eſt cum illa malitia, ĩmo eſt in poſtremo lacerti meri:

H (margin letter)

O Raſ.74.1.&4.
P Raſ.74.1.





A quamuis non videat̃ eſt, qm̃ videtur, ꝙ cum eo nõ conſtringatur anhelitus, niſi cum eſt deglutitio. Et [a] illud eſt malum, quod eſt intus in epiglotti, & non apparet ſenſui exterius ex eo aliquid, neque interius cum inſpicitur eius guttur: ſed eſt profundum. Deinde illud, quod non videtur interius, & videtur exterius. Præfocatio autem mala feſtinat ad prohibendum anhelitum. Et [a] qñ reſupinatur patiens eã, prohibet̃ anhelitus oĩno. Et quando non reſupinat̃, anhelitus fit difficilis. Et [a] ipſe ẽt aſſidue extendit collum ingeniando ad anhelandum: & inquietudinem patit̃, & diligit erecte ſtare extendendo collum & partes pectoris pro præparatione ſui anhelitus, & non põt iacere. [b] Et quãdo p̃uenit conſtrictio anhelitus, & neceſſitas extrahendi vaporem fumoſum ad hoc, vt educat virtus, q̃ efficit anhelitum, humiditates ad exteriora in [c] anhelitu, & apparet ſpuma, tunc non eſt ſpes in ipſo, & non oportet vt curetur. Cum tamen qñq; accidat vt p̃focatus ſpumet aliquãdo: deinde ſanet̃: & illud eſt cum illic fuerit fortitudo & appetitus nutrimenti. Cum aũt facies eius fit viridis, & denigrant̃ ſinus oculorum ipſius, tunc ipſe moritur. & ſilr̃ quando minoratur pulſus, & infrigidantur extrema, & ingroſſatur lingua & fit nigra eſt ex ſignis malis. Et [d] quando eſt cum præfocationibus malis febris vehemens, tunc mors feſtinat: quoniam feb. facit ægrum indigere anhelitu magno: & [e] iam dictum eſt in ſignis mortis velocis, ꝙ ſi quis præfocationem patitur, & alteratur color partis poſterioris colli à rubedine ſua conſueta ad albedinem, aut ad viriditatem, & ſudant aſcellæ, & inguina eius ſudore frigido, tunc ipſe moritur in vno duorum dierum. Signa vero ſpei ſunt, ſi per- B mutatur [f] rubedo ad exteriora: multoties enim aperiunt tunc oculos ſuos, & ſanantur. Et [g] ſimiliter quando alterantur eorum anhelitus, & incipiunt anhelare anhelitu breui. Et illud ideo, quoniam ipſi in diſpoſitione vehementiæ feſtinant ad anhelitum longum, vt ipſum paulatim intrare faciant. Cum autem abbreuiatur: tunc iam remouetur cauſa præparans ad longitudinẽ, & redeũt membra ad diſpoſitionem naturalem. Et [g] ſimiliter quãdo accidit apoſtema in latere oppoſito, ſperatur cum eo reſolutio aliqua. Signa autem permutationis ſynantiæ ſunt, vt videãtur in apoſtemate detumitio, & reſolutio abſq; apertione ad exteriora, cum mollificatione ſua. Deinde oportet vt conſideretur [h] pulſus: nam ſi ſit vndoſus magnus, & accidat cum eo tuſſis, tunc ipſa permutatur ad peripneumoniam. [h] Si vero pulſus eſt ſpaſmoſus, tunc ipſa permutatur ad ſpaſmum. Et ſi debilitatur pulſus valde, & minoratur, & fit rarus, & commouet tremorem cordis, & reſoluitur innatus calor, & accidit ſyncopis, tunc materia eſt effuſa ad partem cordis. Si autem accidit dolor in ſtomacho, & nauſea, tunc iam effunditur ad ſtomachum. Collectionis autem ſignum eſt, quoniam inuenitur lenitas pauca cum pertranſitione quarti diei. Et [i] quãdoque accidit ſynantiæ, quæ facit apparere rubedinem in collo, & parte pectoris, vt occultetur eryſipila. Et illud eſt ſecundum duos modos: aut propter reditionem materiæ ad interiora corporis: aut propter euacuationem materiei. Si C autem eſt propter euacuationem, tunc eſt in qua eſt ſpes, & alleuiatur cum ea anhelitus: & aliud eſt malum. Et ſigna quidem eius, quæ ſanguinea eſt, ſunt ſigna ſanguinis nota, & rubedo linguæ, & faciei, & oculorum, & inuentio ſaporis ſanguinis. ſ. aut dulcedinis, aut ſimilis [k] ſapori vini, & dolor vehemens extenſiuus, & conſtrictio anhelitus vehemens. Et ſigna cholericæ ſunt inflammatio & caliditas, & triſtitia vehemens, & ſitis vehemens, & dolor vehemens mordicatiuus, & amaritudo, & ſiccitas, & vigiliæ, & non conſequitur in conſtringendo anhelitum conſecutionem euenientem ex ſanguine. Et quandoque ſignificant ipſam color linguæ, & aduſtio loci, & acuitas ipſius, & eſt quaſi ſit in loco aliquid [k] acutum, mordicatiuum: & dolor cholericæ minor eſt dolore ſanguineæ. Et ſigna quidem phlegmaticæ [k] ſunt ſalſedo, aut ſapor baurac cum caliditate, & viſcoſitate: quoniã hoc phlegma eſt corruptum, & putrefactũ. Et quandoq; ſignificant ipſam albedo coloris linguæ, & faciei, & [l] paucitas ſitis, & inflammationis. Et quandoq; egreditur lingua cum mollificatione, & raro accidit cum ea apoſtema in glandulis: Et eſt dolor cum ea paruus, aut priuatus: & non ſunt cũ ea febres, & prolongatur ſpatium eius [m] vſq; ad .xl. dies. Et quando nititur habens eam, poſſibilis eſt ei deglutitio: quoniam penetrat deglutitum in mollitiem. Et ſigna melancholicæ, ſunt durities, & ſapor acetoſitatis, & ponticitatis, & ꝙ accidit paulatim, & [n] quandoque eſt permutata ex apoſtemate calido. Et ſigna factæ ã ſiccitate membrorum ſpiritualium, quæcunque fuerint, ſunt paucitas D humiditatis in ore, & iuuari ex aqua calida ſtatim cum eo, ꝙ humectat, & mollificat. Et ſcias, ꝙ quãdoque accidit homini dolor perſeuerans anno vno, aut duobus in gutture eius, & ſignificat petroſam ſuperfluitatem in partibus gutturis.

A Gal.3.prog 16.
B Lib.4.Fé.2.t.1.c.39.
C Paul.lib.3.c.27.
D Raſ.7.cont.t.2.c.174.1.
E Raſ.73.2.
F Hip.3.p̃gn.20.
G Raſ.73.3.
H Galé.de pul.ad tyro.46.b
I Hip.3.progn.18.
k Raſ.7.cont.t.2.c.174.3.
l Raſ.73.1.
M Cap.8.& Ra.7.cont.74.2.
N Ca.8.& R.73.2.

*Sermo vniuerſalis de curis apoſtematum accidentium in partibus gutturis, & epiglottis, & glandulis circundantibus ea, & vuæ, & galſamati, & duarum amygdalarum.* Cap. 10.

Oportet [o] vt euacuetur in principio vniuſcuiuſq; illorũ materia faciẽs illud cum phlebotomia, & ſolutione ventris: & vt trahat̃ materia ad partem diuerſam, ſaltem cum ventoſis poſitis ſuper loca longinqua, oppoſita ei, & ligatione extremitatum doloroſa. Et [p] vt incipiatur in ea cũ medicinis ſtypticis, commiſtis cum eis, quæ habẽt parum abſterſionis, ſicut mel: & meliores eo ſunt cortices nucis, deinde rob mori. Et ſcias ꝙ inceptio gargarizandi cum aceto, cum incipit paſſio vuæ, aut ſynantia, eſt ex eis, quæ repellunt & prohibent attractionem humiditatis plurimæ, & eſt cũ eo prohibitio eius, quod eueniet. Et de iſtis quidem medicinis ſunt, ſicut [q] alumẽ, & [q] gallæ, & balauſtiæ, & ambo granata decocta vſq; ad ſolutionẽ, & fiat ex eis [r] †{loch.} Et ex eis, quæ iuuant ad illud, eſt vt radatur ſinci put, & liniatur cum ſucco acaciæ, & hoc in principio: deinde gradatio fiat ad maturatiua: deinde fiat gradatio ad apertiua fortia vſque ad gradum ſalis ammoniaci, & pyrethri,

O G.6.de phar.cõpo.ſecundum loc.c.1.h
P Ga.ibidem.a.& Ser.t.1.c.17.
Q Ser.t.1.c.17.
R † eclegma.

& ea quæ dicturi ſumus. Et ex eis, quæ conferunt ad hoc eſt ſternutare cum eis, q̃ ſunt ſicut cōdyſi, & coſtus, & folia oleandri, & ſanſucus. Et ex rebus expertis, quę faciunt ſua proprietate in apoſtematibus pręfocationum, & vuæ, & ambarum amygdalarum, & omnino omnium membrorum gutturis, iuuamentum maximum, [a] eſt vt ſumant fila tincta cum murice marino, & præfocet cū eis vipera: deinde circundetur eis collum eius, qui hēt aliquid horum apoſtematum. Illud.n. confert ei iuuamentum mirabile bonum, pertranſiens quantitatem conſuetam. Et [b] lac quidem ex medicinis eſt ſublimibus in principio, & ſtatu: propterea, ꝙ repellit, & lenit, & ſedat dolorem. Et oportet vt conſpiciat in adminiſtrando ea, quæ ſtypticant, & reſoluunt, aut maturant: & conſideretur ad diſpoſitionem corporis in lenitate, & duritie ſua, & confortet illud, quod eſt forte in duritie, & leniat in lenitate: & ſilr obſeruet ętas, & complexio, & tempus, & conſuetudo. Et quandoq; approprians apoſtemati vuę & ambarum amygdalarum & oīum membrorū gutturis & mollificationi earum inciſio. Et ego quidem ambabus ſingulare faciam [c] caplm. Et ex modis curationis eſt cōpreſſio ſuper locum. Et eius loca ſunt tria: vnus eorum eſt cum remouent ſpondyles, & ſecundus eſt ex apoſtematibus vuæ, & ambarum amygdalarum indigentium ſubleuatione ſua: apud caſum ipſarum ad ſuperiora: & tertius eſt in apoſtematibus phlegmaticis, cū conſtringunt ambo meatus, & iuuantur cum compreſſione ſm mundificationem ipſorum, & ſubtiliationem ipſorum. E

A Lib.1.t.1.c.5.1. & Ga.li.6.ſimp. pæonia.4.h. B Gal.10.de ſimp. fac.73.h. C 14.& 15.

*De cura decollationum & præfocationum & omnis ſuffocationis ex omni cauſa.* Cap. 11. F

IN calida quidem oportet vt incipiatur cum phlebotomia, & [d] nō extrahatur ſanguis plurimus ſubito: & proprie cum iam inceperit virtus debilitari: Immo ſumantur in oi [e] hora.x.&.x. vſque ad diem tertium cum ſeparationibus continuis. Si autem debilitari non incipit, [f] tunc oportet vt ſine ceſſatione extrahatur ſanguis, vſquequo appareat ſyncopis in forti. Et oportet vt declinetur cū ſeparatione verſus conſeruationem virtutis, & prætermiſſionem ſyncopis. Syncopis enim cum accidit, cadit virtus eius: quare aggregantur ei difficultas anhelitus, & caſus virtutis. Et proprie indicitur eis, vt minorent cibum neceſſario, aut voluntarie: & præcipue ſi fuerit febris. Et quandoq; oportet vt attendatur in re phlebotomiæ res alia & eſt, quoniam quandoq; eſt cauſa dominij apoſtematis in præfocatione, retentio ſanguinis conſueti ſicut ſanguis menſtrui, & ſanguis hęmorrhoidarum. Et in huiuſmodi quidem oportet, vt ſit phlebotomia in latere trahente materiam ad partem, à qua cadit retentio, ſicut neceſſaria eſt hic phlebotomia ſaphenę, & ventoſæ crurium. Cum enim egreditur ſanguis plurimus, tunc quandoq; ſedantur accidentia ſtatim: & quandoq; neceſſaria eſt iteratio in mane. Et ſm veritatem cum diſpoſitio tolerat pretermiſſionem phlebotomiæ vſque ad maturationem, tunc illud eſt melius ad hoc vt remaneat virtus in corpore, & cadat euacuatio ipſius materiei ægritudinis, & ſufficiat emiſſio frequens in diebus cum.x. ponderibus ſanguinis: aut quinque ponderibus, & fit facilis anhelitus. & ſimiliter etiam gargariſmata poſtponantur, G ſi eſt illic repletio, & fuerint gargariſmata doloroſa, timendo attractionem: Immo adminiſtrentur gargariſmata poſt mundificationem. Et decollationis quidem eſt ſpecies quędā exiſtens ſupra galſamach. Cum ergo fit phlebotomia ante declinationem ægritudinis deſcendit ad locum præfocatum, & plurimum quo ſcitur hora præfocationis principij & hora augmenti & ſtatus & declinationis eſt ex diſpoſitione deglutitionis, & augmēto difficultatis eius & ſtatu & declinatione ipſius. & dum perſeuerat in augmento, & non eſt neceſſarium, non fiat phlebotomia vltima, immo ſufficiat ea, quam diximus. & cum ſynantia non eſt cum communitate repletionis in corpore toto: immo eſt ſuperfluitas in parte gutturis tantum, & non ſentitur extenſio, pertranſit vt non fiat phlebotomia: Immo elongentur à corpore eius cauſę reſolutionis facientes eſſe neceſſariam cambitionem plurimam: & prohibeatur nutrimentum, vt ſit corpus eius vtens ſanguine eius in nutrimento, & conuertens ipſum à parte apoſtematis: quaſi rapiat ſanguinem ab eo, deinde conuertatur ſm reſolutionem, & maturationem. Nam ſi phlebotomia fiat tunc, fortaſſe non tolerabit illud: & nō erit excuſatio cibationis: & in cibatione eſt labor: & proprie cum non deglutit: & [g] non poſtponatur phlebotomia venæ, quæ eſt ſub lingua. [h] Immo oportet vt ſit feſtinatio ad illam in [i] eadem die: immo inter ſeparationes prædictas, & proprie cum fuerint venæ, quæ ſunt ſub lingua extēſæ. Et quādoque neceſſaria eſt phlebotomia alguidegi: & quandoq; neceſſaria eſt ſcalpellatio linguę ipſius. H Et [k] neceſſariæ ſunt ventoſæ cruris, qm̃ ſunt conferentes valde. Et [l] illum quidem, qui conſuetus eſt incurrere ſynances, oportet vt phlebotometur antecꝫ accidant, cum videtur repletio, & cum eſt ver. Et [l] ex eis quidem, quę ſunt vehementis iuuaminis, eſt feſtinatio adminiſtrationis clyſteriorum fortium valde niſi febris prohibeat. tunc enim oportet, vt ſit contentus clyſteribus lenibus. Clyſteria nanq; fortia, & collyria ſunt in hoc maximi iuuamenti. Et oportet vt embrocentur extrema: Et circundetur collum [m] lana, & proprie lana hyſſopi, quæ ſit infuſa ſiue in oleo oliuę: aut in oleo chamæmellino: ipſa enim eſt lenificatiua, & ſedatiua doloris: deinde in poſtremo ipſius admiſceantur ei attractiua, cum non conferunt iſta: & ſunt ſicut baurac, & ſinapis, & coſtus, & caſtoreum, & ſulfur, & vnguentum forte rubificans, & etiam melanacardi, & omne quod veſicat. Et [m] oportet vt ſint contenti in cibis ſuis vſque ad diem tertium, oxymelle, aut ſyrupo de melle: deinde gradatio fiat ad aquam hordei cum quibuſdam potionibus delectabilibus: deinde ad vitellum oui. Poſtea cum facilis ſit deglutitio, adminiſtrentur ſorbitiones, ex candaruſio, & in fine eius ſiant ſorbitiones ex maturatiuis, deinde reſolutiuis. [m] Et α cū deglutio ſit difficilis, ponantur ventoſę ſuper collum apud ſpondylem ſecundam, cum ſuctione, aut igne, vt dilatetur meatus paulatim, & deglutiat

D Aet.lib.1.ſer.4. c.47. E Raſ.7.cont.t.1. c.2.77.1. F Lib.1.F.4.c.10.

G Lib.1.F.4.c.20. H Gal.13.meth.c.11.b, & de cur. rōne per ſang.c.19.g. & Paul.li.3.c.27. I Ser.t.1.c.18. K Raſ.77.1. L Lib.1.F.4.c.1.r. & Gal. de cur. rōne p ſang.c.7.e.f. M Paul.li.3.c.2.5. Infra α

A deglutiat illud, quod ſorbet ex cibis. Cumq; illud compleuerit, remoueantur ventoſæ, ſed ventoſę cum igne cadunt per ſe ipſas. Et non eſt malum ſi ſcapelletur etiam, & egrediatur ſanguis illinc ex [a] †{alachdaim:} deinde ventoſetur ventoſa vna ſuper caput: & [b] ponantur etiam ſuper mentum ventoſæ ſub gutture, & illud fiat poſtq̃ abſcinditur materia. Oīa.n. hæc trahūt materiam ad diuerſam partem, & minorat eam: & illud primo ponatur ſub mamillis, & ſuper [b] †{alchiahel.} Et non eſt malum intromittere aliquid, quod mundificet ex [c] †{alkeizarā} & ei ſimilibus ſuper quod cotum ſit inuolutum. Mundificatio nanq; dilatat. Et qñq; intromittitur in gutture cannula facta de auro, aut argento, aut ſimilibus ambobus, adiuuando ad inſpirandum. & [d] ſilr α qñ fortior fit conſtrictio, non eſt excuſatio quin ventoſæ ponantur ſuper collum. Et [e] qñque cōfert in dilatatione deglutitionis, & anhelitus compreſſio ſpatularum cum fortitudine. Medicinæ aūt in principio ſint ſtypticę, & proprie in ſanguinea, & meliora quidem ſtyptica ſunt, quæ habent cum ſtypticitate ſua ſubſtantiam ſubtilem, qua ſubmergūtur. Et ex rebus quidem quas extrahit experimentū, eſt ꝙ ſtyptica permiſta compoſita, magis ſunt iuuatiua, q̃ ſingularis ſimplicia. Et qñque dolor fit fortior in principio rei, quare neceſſarium eſt, vt ſtypticis admiſceatur aliquid, quod ſedet dolorem, & leniat, [f] ſicut eſt ſyrupus viol. & penidij, & lac calidum, & mucilago ſeminis lini, & alrob. Et qñq; multiplicatur effuſio, quare non eſt excuſatio, quin reſolutiua eis admiſceantur. Et qñque non eſt materia plurima in effuſione, & apoſtema non eſt forte. Incipiatur ergo, & adminiſtrentur gallæ, & ſal ammoniacus: qm̃ prohibent cum fortitudine, & reſoluunt cum fortitudine. In cholerica vero oportet, vt ſit plurimum intentionis conuerſum ad infrigidandum cum eo, quod facit ſtypticū. & qñq; adminiſtrantur linimenta. Et qñque adminiſtrantur in ea, & in oī diſpoſitione gargariſmata, & inſufflantur inſufflationes cum ſufflatorio, & puluerizationes. Et ex eis eſt gargariſmus factus cum oxymelle, & aqua, & aceto. Ipſe.n. eſt maximi iuuamenti in initio calidæ, & frigidæ: & cum rob mororum, proprie ſylueſtrium: deinde cum eo in quo non eſt zuccarum, vel mel. Et adminiſtretur in principio purum: & confortetur cum ſtypticis, quæ ſunt de genere ſucci ſumac, & acreſtæ, ſiccarū, & ſicut ſunt balauſtiæ. Et in huiuſmodi quidem non ponitur mel, niſi vt mundificet, non vt confortet: & ſilr decoctio alcasb cum melle: aut decoctio cum ſumac cum coagulato vuæ. Et [g] fortius illo eſt ſuccus nucis recentis quoniam ipſe eſt ex melioribus medicinis horum apoſtematum, & ſuccus roſæ recentis, & rob papaueris, quando permiſcetur cum ſtypticis eſt vehementis iuuamenti in initio: & fortius illo eſt decoctio myrti, & glandium, & aqua coriandri, & ſumac, & aqua corticum nucis, & aqua myrti, & aqua lentium decoctarum valde: & cydonia valde ſtyptica, & zarur proprie: & alumen iameni habet proprietatem in hoc. Et etiam inſuffletur in gutture inſufflatio [h] ex ſemine roſæ, & ſumac, & balauſtijs ſm partes æquales, & camphoræ res modica. Et cholericæ C adhibeatur ſuccus olerum frigidorum permiſtus cum eo, quod habet ſtypticitatem aliquam, & ſuccus virgę paſtoris, & ſuccus ſolatri, & ſuccus ramorum vitis. Et ex communibus inter eas in principio [h] ſunt ſemen roſ. & ſemen portulacæ, & mucilago pſyllij, & amylum, & ſpodium, & ſumac, & dragaganthum, & camphora ex quibus fiant pillulæ compreſſę, & teneantur ſub lingua. [i] Cum ergo abſcinditur attractio, oportet vt miſceantur cum rob mororum myrrha & crocus. Myrrha enim profundatur cum virtute ſuæ ſtypticitatis, & reſolutionis, & facit crocum peruenire ad profundum, & aggregantur ad maturationem faciendam. Si autem videris ipſam declinare ad duritiem, permiſce cum moris aliquid ex baurac. Cum autem appropinquat ſtatus, aut peruenit in ipſa, oportet vt adminiſtretur ea in quibus eſt ſedatio, & lenificatio, [k] ſicut lac mulctum, in quo diſſoluuntur ſquammæ caſiæ fiſtulę, & pix in rob mororum: aut decoctio ficuum, & fœnugręci: aut rob myrti cum rob: aut ſuccus caulium cum melle: aut rob: aut bdellium arabicum diſſolutum cum rob vuæ, quoniam eſt iuuatiuum valde: & aqua radicis in qua decocta ſunt paſſæ, & fœnugræcum, & dactyli, & ficus, & myrrha, & crocus, & cinnamomum gargarizata cū oxymelle, aut aqua mellis. Et adminiſtrentur emplaſtra etiam ad maturādum, ſicut emplaſtrum alſeir, & diſtillatio olei roſ. in aure eſt iuuatiua in hac hora. Et qñ vides, ꝙ non maturatur, & vides duritiem, oportet vt adminiſtres in medicinis eius ſulfur. Cum autem maturatio iam adeſt, tunc ſtude in apertione apoſtematis D cum gargariſmate, quod coniungit inter apertionem, & lenificationem: ſicut quędā medicinæ acute in lacte, quibus fit gargariſmus. Et ſi eſt apparens, & elongatur tempus, & non diſrumpitur, nō eſt mala adminiſtratio ferri. Et ex medicinis temperatis cum iceptione ad diſruptionē eſt decoctio ficuum cum fœnugręco, & dactylis, & decoctio lentium cum roſ. & rob liquiritiæ, & ſemine almaru: & poſt illud fiat gradatio ad illud, quod eſt fortius: quare miſceantur cum rob mororum baurac, & myrrha, & dragaganthum, & etiam ſemen almaru diſſolutum in lacte caprino, & olea calefacientia, & proprie cum melle, & galia, & fiat ex eis gargariſmus, ex eis, quæ ſunt ſicut aqua mellis, in qua decocta ſunt ficus, & calamenthum, & ſampſucus, & anethum, & menta, & ſyſimbrium, radix liquiritiæ coniunctim, & ſeparatim, & coſte, & proprie marino ineſt iuuamentum maximū in huiuſmodi hora & in viridico ſtatu intēde ad abſterſionem completam & apertionem cum eis, quæ ſunt ſicut baurac, & nitrum, & aſſa fœtida, & myrrha, [l] & piper, et caſtoreum, et ſtercus hirundinum, et ſtercus [m] †{adib,} et fiat ex eis gargariſmus cum rob mororum, immo cum ſale ammoniaco, et pyrethro, et ſemine alharmel, et ſinapi: aut ſemine raphani cum aqua et oxymelle. Et adminiſtrentur ex iſtis inſufflationes: [n] Et inſufflatio ſalis ammoniaci et faciens quieſcere. Cum ergo declinat ęgritudo, adminiſtra vinum, et balneum, et embrocas. Confectio pilularum iuuatium in ſta-

A † duab' eminentiis poſterioribus ſcapulis. B Paul.lib.3.c.27. B † locum inter duas ſpatulas. C † iuſtio, quod adminiſtratur circa partes gutturis. D Hypo.lib.2.de mor.fo.177.2. & 185.1. & Raſ.lib. diuiſ. c.51. Supra α E Raſ.7. cont.t.1. c.2.79.3. F Raſ.80.3.

G G.6.de phar.cōpo.ſedm loc.167.f.g.h

H Raſ.73.4.

I G.6.de phar.cōpoſitione ſecundū loc.t.1.fo.167.c.d

k Raſ.li.diui.c.51.

L Dio.lib.2.c.131. M † lupi,

N Raſ.80.2.

in ſtatu. Recipe radicis lilij.iiij.partes, aſſæ fœtidę medietatẽ partis: colligantur cum ſucco caulis, aut coagulato vuæ. Ex curatione vero phlegmaticæ eſt, vt intus in gutture intromittatur virga mollificata torta, ſuper quam inuolutus ſit pannus, quo liniatur apoſtema, & quo mundificetur humiditas. Et ei quidem, quę eſt antiqua, aſſa fœtida, & cinnamomum, & [a] ſoluatur venter cum cochijs, & hiera, & ſimilibus: & clyſterizetur cum clyſteribus valde fortibus. In cura autem melancholicæ ex medicinis magis conferentibus ei, eſt medicamen alharmel gargarizatum, & linitum exterius & interius. Ex medicinis vero, quę habent proprietatem, & conuenientes ſunt in omni hora, eſt ſtercus canis album, & ſtercus adib album: & hoc modo colligitur. [b] Cuſtodiatur canis ne aliquid comedat niſi oſſa tantum, donec ſtercus eijciat album, quod parui exiſtat fœtoris. Et [c] ſimiliter ſtercus hoīs, & proprie infantis. Et oportet vt ſolicitudo ſit ita, vt illud quo cibatur, ſit cum quantitate qua digeratur. & quod ei eſt melius eſt panis & lupini ſm quantitatem paruam, & in potu tribuatur poſt ipſum vinum vetus: deinde ſumatur ſtercus eius, & exiccetur: eſt enim pauci fœtoris: & ſi cum pane deſiderat aliquid aliud, tunc dentur ei cibi bonæ digeſtionis, boni chymi, calidæ complexionis cum æqualitate: ſicut carnes gallinæ, & perdicis, & extremitates caprarum. hęc enim cum bonitate digeſtionis, educunt fæcem parui fœtoris. Et ex medicinis quidem ſua proprietate facientibus ſunt [d] hirundines aduſtæ. Decollantur.n.prius, & currit ſanguis ſuper alas ipſarum, [e] deinde puluerizatur ſuper eas ſal; & ponuntur in vrceolo lutato, & ligatur caput eius, & ponuntur in furno: & vt ponatur in vitreato vaſe linito luto ſapientiæ, eſt rectius apud me. Et ſimiliter [f] ſtercus hirundinum aduſtum cum fortitudine. Et qn̄q; linitur palatum ex [g] felle taurino cum melle, [g] & felle teſtudinis, & flore æris, & [h] capitibus piſciculorum ſalitorum, & proprie vuę. Et linitur etiam palatum habētis ſynanciam ſale cum melle, & aceto, & oleo: Et ſimiliter apoſtema vuę. Et ſimiliter adminiſtrentur gargariſmata cum oxymelle, in quo decoctum [i] eſt ſemen raphani. Et colcotar quidem & calcadis ambo ſunt bona apoſtemati gauonis. Et ex compoſitis ſunt medicamen mori cum myrrha, & croco: & medicamen hirundinum, & medicamen alharmel, & medicamen corticis nucis recentis, & trochiſci andaron, & medicamen huiuſmodi. [e] Recipe ſtercoris canis albi aduſti in teſta, aut nō aduſti. vnc.i. piperis. ʒ.ij. gallarum aduſtarum, corticis granatorum, & pilorum barbæ porci & ſimij, & aldabha omnium ana. ʒ.i. myrrhę, coſti amborum ana. vnc.ſ. inſuffletur, aut liniatur cum melle. & etiam in fine eius; & in hora vehementiæ adminiſtrentur [k] ſtercus pueri, qui comedit panem & lupinos, & ſtercus canis, & hirundinum aduſtum, & ſal ammoniacus. iteretur hoc in die multoties. Qn̄q; vero apoſtematur lingua pręfocati etiam, & indiget fortaſſe curatione ipſius. Sed [l] nos iam locuti fuimus de apoſtematibus linguę: & illud quidem, quod huic loco eſt propriū, eſt neceſſariū ex eo redire ad illud, quod illic dictum eſt. ſ. vt ingenietur poſt phlebotomiam, in attrahendo materias ad inferiora: & qn̄q; fit illud in loco hoc cum hiera picra. Habet.n. proprietatem in deponendo humores, qui ſunt coram ſupremo oris ſtomachi, & meri, & gutturis: Deinde adminiſtrentur ſuper ipſum infrigidantia, & repercuſſiua ſicut ſuccus lactucæ: & eſt medicina habens proprietatem quam ſignificat viſio iuuamenti eius: deinde ſi neceſſaria eſt reſolutio ſubtilis, fiat. Ex eis autē, quæ conferunt in regimine eius, quę eſt propter ſpondyles, eſt vt ingenietur in compreſſione loci cum facilitate ad poſteriora: fortaſſe.n. reuertetur ſpondylis: & illa quidem compreſſio qn̄q; fit cum inſtrumento, & cum digitis: & inuenitur qn̄q; per illud requies. [m] Inſtrumentum vero eſt res ſimilis fræno, quod in gutture intromittitur, & expellit, quod eſt intus in gutture ad exteriora. Compreſſio aūt valde eſt nociua in apoſtematibus. [n] Cumq; ſynances vehemētiores fiunt, & non valent medicinæ, & creditur, ꝙ perditio futura ſit, illud per quod ſperatur euaſio, eſt ſciſſio cannæ: & illud eſt cum ſciſſione ligamentorum, quę ſunt inter duos annulos cannę, p̄ter ꝙ recipiat aliquid de cartilagine ita vt ꝑ illud anhelet: deinde ſuatur cum expletum fuerit regimen apoſtematis: & medicetur, & ſanabit. Et modus quidem curationis eius eſt, vt tendatur caput ad poſteriora, & teneatur, & ſumatur cutis, & ſcindatur, & quod de ipſo rectius eſt, eſt vt ſumatur cutis cum vncino, & elonget, deinde diſcooperiatur à canna, & findatur, quod eſt inter duos annulos cannę coram fiſſura cutis: deinde ſuatur, & ponatur ſuper ipſam puluis citrinus: & oportet quidem vt duplicentur duo labia fiſſuræ cutis ſolum, preter ꝙ contangantur cartilago & panniculi in aliquo: & hoc eſt iudicium huius fiſſurę, quamuis non cadat ad hanc intentionem. Nam ſi exiſtimatur, ꝙ in illis eiſdē ligamentis ſit apoſtema, & nocumentum, non oportet vt adminiſtretur ſciſſio. [o] Cum autem ſyncopis ſuperuenerit ægro, & timetur, ꝙ cōpleatur p̄focatio, incipiatur à clyſteribus fortibus, & phlebotometur vena, quæ eſt ſub lingua, & phlebotomet̄ vena frontis, & appendantur ventoſę ſup collum, & ſub mento cum inciſione, aut abſq; inciſione. Et ſi fuerit cauſa pręfocationis eius, & ſyncopis eius, ſubmerſio, tunc conuertatur vt currat aqua: deinde ſuffumigentur cum eo quod hēt fortitudinem, & odorem bonum, donec reuiuiſcat. Oportet autē vt ille, qui euaſerit à ſuffocatione ex ſtrictura phlebotometur, & clyſterizetur, & ſorbeat aliquibus diebus ſorbitiões ex farina ciceris, & lac, aut aquā carnis in qua diſſoluti ſunt panis, & vitellus oui. Et ſcias, ꝙ omnis, qui habet dolorem gutturis melius eſt fugere ſermonem ex quocunq; dolore.

*De vua & ambabus amygdalis.* Cap. 12.

IStis qn̄q; accidit catarrhus apoſtemans eas, ita vt prohibeat anhelitum: & qn̄q; mollificatur vua p̄ter apoſtema, & indiget eo, quod conſtringit eam, & exiccet ipſam ex frigidis & calidis: et qn̄q; indiget inciſione, & appropinquat curationi pręfocationū. Et curetur in principio cum linimētis,

& cum

A Raſi. diui. c. 49.
B Dioſ. lib. 2. c. & G. 10. ſimp. 74.
C Dioſ. & G. ibid.
D Dio. lib. 2. c. 47. & G. 11. ſimp. 8.
E Aeti. li. 2. ſer. 4. c. 47.
F G. 6. de phar. cō pone ſm lo. c. 7. f
G Dioſ. lib. 2. c. 70.
H Raſ. 78. 1.
I Dioſ. li. 2. c. 103.
K G. 10. ſimp. 76. b
L Fen. 6. c. 14.
M Raſi. diui. c. 49.
N Ra. 77. & Pau. li. 6. c. 33.
O Raſ. 7. cont. t. 2. c. 2. 79. 1.



& cum facilitate tangatur, & adminiſtrentur cum penna: digiti nanq; in non ſua hora & abſq; facilitate laborem afferunt. Et in illa, quæ magna eſt, & paruæ inflammationis, adminiſtrentur pōtica. Inflammatæ vero conueniens eſt illud, quod eſt vehementis infrigidationis, ſicut aqua ſolatri, & ſicut ſemen roſ. & folia eius: vtriſq;.n. ineſt operatio fortis. Et ex eis, quæ ſunt fortiora in hoc capitulo, ſunt [a] gummi arabicum, & dragagantum, & ſarcocolla, & [b] †{neſeſtenigi} linitum, & ēt balauſtiæ partes duæ, aluminis pars.i. conterantur & cribellent̄ cum cribello de ſeta, & adminiſtrent̄ cum ſpatula habente caput inciſum in latitudine. Et qn̄q; adduntur in eis crocus, & camphora, & adminiſtrantur liniendo: & etiam gallæ tritæ cum aceto, & liniunt̄ cum penna. Et iterū aqua granati acetoſi cum ſtypticis, [c] †{& etiā lapis ſadenegi: & ēt lapis corroſus aduſtus: & ille, qui nominatur achates, & lapis alafurugie, & ſpodium, & lutum ſigillatum, & armenum, & rob acreſtæ, & fructus ſpinæ ægyptiacæ, & alumen iameni, & ſemen roſ.} Fiat ex eis ſicut eſt illud. Et ſuffumigatio cum ramis anethi eſt ex eis, quæ conſtringunt vuam valde. [d] Et etiam α ſuccus granati dulcis contriti cum cortice ſuo, cum ſexta ſui de melle, factus viſcoſus inſpiſſatus, eſt linimentum bonum. Et oportet vt cum gargariſma fit cum ſtypticis, aſſiduetur gargariſma cum aqua calida. Illud enim præparat ipſam, vt in eo ſtyptica operentur, & lenit ipſam, & prohibet ſtyptica indurare ipſam. [e] Quod ſi ſtyptica eam acquirere faciant duritiem, & coarctationem doloroſam, adminiſtra in ea mucilagines, & gummi arabicum, & dragaganthum, & amylum, & ſarcocollam, & ſemē maluæ, & aquam furfuris, & hordei, aut inſpiſſet̄ ſuccus extremitatum rubi cum quinta ſui de melle, aut rob, aut decoctio roſarum, & ſumac cuius ſexta pars ſit mellis, decoquatur, & inſpiſſetur, & liniatur exterius cū eo, quod hēt exiccationem, & ſtypticitatem fortem, ſicut quod fit cum gallis, & alumine iameni, & ſal, & eſt illud, quod eſt præmittendum ante omnia illa. Melancholicæ vero gallarum immaturarū pars.i. atrimenti ru. ſumac omnium ana partes.iij. & tertia, ſalis torrefacti. xx. partes ſumantur, & adminiſtrentur. Medicamen bonum in diſpoſitionibus & horis. Recipe aluminis iameni partes iij, roſ. partes.ij. coſti partem.i. adminiſtretur emplaſtrum cum penna & eleuat vuam. Medicamen bonum ad horam ſuam. [d] Recipe α ſuccum granati cum cortice ſuo, & inſpiſſetur cum quinta ſui de melle, & liniatur cum eo. & [f] etiam aluminis partem.i. ſalis ammoniaci partem.i. ſ. gallarum immaturarum tertiam partem, dragaganthi.iij. partes, & quando peruenit ſtatus, aut appropinquat adminiſtra [g] myrrham, & crocum, & cyperum, & quæ ſunt eis ſimilia, & [h] darſiſahā proprie, & florem ſquinanthi, & ramos balſami, & [i] †{aluſnee} adminiſtrentur liniendo, & aqua eorum gargarizetur, & proprie qn̄ adminiſtratur ex eis gargariſma cum decoctione radicis lilij & ſeminis roſ. cum melle. Et [k] diſtilletur oleum amygdalinum in aures in omni hora: qm̄ eſt iuuatiuum. Si autem collectio fiat in vtriſq; amygdalis, & in eis, quæ ſequuntur eas, adminiſtra decoctiones prædictas in capitulo ſynanciæ. Quod ſi dolor perſeuerat, & non ſedatur, reuertendum eſt ad ſolutionem ventris. Si vero per hoc non completur, adminiſtra ea, quæ ſunt fortis reſolutionis, ſicut eſt ſuccus cucumeris aſinini, & [l] centaurea, & nitrum rubeum cum melle, aut ſolum. Et [m] ſi indureſcit apoſtema, & prolongatur, non eſt aliquid ei ita conueniens ſicut aſſa fœtida. [n] Cum ergo incipit ſubtiliari in loco vno, & ingroſſatur in loco alio, tunc incidatur. Et quantum poſſibile eſt pretermitte illud, & facias vt extenuetur cum ſale ammoniaco, & eleues ipſam cum cochleari, quod eſt ſicut frænum: & eſt melius. Et non oportet vt incidatur niſi cum radici eius aduenit extenuatio: quoniam in ea eſt timor magnus. Gargariſma exiccans vlcera apoſtematum gauonum, & purgans ea. Recipe lentium, balauſtiarum amborum ana partes.v. ſief memithe, croci, coſti omnium ana partem.i. coquātur in aqua, & ſumatur ex decoctione eorum pars.i. & miſceatur cum medietate ſui de rob mori, & quarta ſui de melle, & fiat cum ea gargariſma.

*De caſu vuæ.* Cap. 13.

QVandoq; cadit vua in febre & quandoq; cadit ſine febre: Et eius caſus eſt vt tendatur ad inferiora, ita vt non redeat ad locum ſuum: Et quandoq; neceſſarium ſit deglutienti comprimere digitis ſuis donec transglutiat.

*De cura.* Cap. 14.

SI ſunt illic caliditas, & rubedo, phlebotoma: deinde adminiſtra gargariſmata prędicta in capitulis prędictis, ſicut gargariſmata [o] cum aceto, & aqua roſ. Deinde eleuetur [o] cum roſ. & ſandalis, & balauſtijs, et camphora, et rob de moris proprie, in inſtrumento ſimili fręno. Et oportet vt fiat cū facilitate, quanto magis eſt poſſe. Et ſi non ſunt caliditas illic et rubedo, adminiſtra gargariſma cū [o] oxymelle, et ſinapi, et almuri anabati, et eleuetur cum inſtrumento prædicto. Et medicamen quo eleuatur, eſt illud, quod fit ex gallis, et [o] ſale ammoniaco contritis. Et fortior curatio eſt, vt ſubleuet̄ cum inſtrumento ad ſuperiora, extendendo ad exteriora, cum medicinis ſtypticis, et permiſtis cum reſolutiuis. ſm ꝙ oportet. Et qn̄q; premitur cum digitis linitis ex eis, quæ ſunt ſicut rob mororū, et nucum, et aliorum. Et ex medicinis bonis ad eleuandū ſunt balauſtię, et alumē, et camphora. Et ex bonis in eleuatione vuæ eſt galia cum ſale ammoniaco, et [p] gallę cū ſale ammoniaco. Sed gallia eſt ſubtilior poſtq̄ non fuerit illic nocumentum ex apoſtemate, et repletione. Cum ergo ſtat, fac gargariſma cū aqua īfrigidata cum niue vtēdo gargariſmate poſt gargariſma. Et ex eis, quę experta ſunt ad illud, eſt vt ſumatur ſeminis roſ. medietas librę, ſucci barbę hircinę. iij. vnc. decoquantur in melle, aut vino, quoniam eſt fortius. Et [q] infantium quidem vuas quandoq; eleuant gallę contritę cū aceto: et proprie quando liniuntur ex eis eorum ſincipita.

A Pau. li. 3. ſo. 128. 39
B † amylum.
C † Pau. ibidem. 35. iam hæmatites lapis vuam reprimit & phrygius cōbuſtus, & agerat', itē et lapide phrygio medicamen ad pudenda inſcriptum, his addunt terra ſamia, erethricas, ſinopis, lēnia & omphacium p ſe & cū horū aliquo itē ſpinę ægyptię ſuccus, & alumen ſciſſile, roſę vero & ſemē.
D Pau. li. 3. ſo. 128. 30
Infra α
E Ser. t. 2. c. 17.
Supra α
F Paul. 128. 25.
G Paul. 128. 44.
H G. 6. de phar. cō po. ſecundum loc. c. 3. f
I ſmuſcū quercinū
K Ga. c. 3. 174. a
L G. 6. de phar. cō po ſm loc. 174. a
M Raſ. 7. cont. t. 1. c. 2. 79. 1. & 80. 4
N Hip. 3. prog. 21. c
O Raſi. diui. c. 49
P Raſ. 2. cont. t. 2. c. 2. 81. 1. vide, quia eſt quædam diuerſitas notanda.
Q Raſ. 77. 4.

*Sermo particularis de inciſione vuæ & vtriuſque amygdalæ.* Cap. 15.

E

OPortet vt in vua conſideretur eius ſubtiliatio, & detumitio, & proprie in inferiore parte eius, & ſi ingroſſatur extremitas eius, & reſudat ex ea ſicut pus, tunc eſt melior hora, & tũc incidatur cum ferro, & [a] cũ medicinis cauterizantibus, & fiat p̃uiſio cũ ſolutione ventris ſubtili, p̃cedẽte ipſam, & excuſſione corporis à repletione, ſi fuerit in ipſo ex ſanguine, aut alijs. Inciſio nanq; cũ repletione eſt timoroſa. [b] Illius aũt inciſio, q̃ ſubtilis eſt, & longa, ſicut cauda muris, equitans ſup linguã, ſine repletione, aut rubedine, aut nigredine, eſt parui timoris. Et modus quidem inciſionis eius eſt, vt pręmatur lingua ad inferiora, & ſit poſſe accipere vuam cum inſtrumento, & præmatur ad inferiora, & non radicitus incidatur, immo dimittatur ex ea aliquid. Nam ſi tu approximabis inciſionẽ eius palato, ſanguis forſitan non abſcindeť oĩno, cum tñ non oportet vt incidatur res parua, & ſit nocumentum remanens cum diſpõne ſua: immo oportet vt incidať quantitas, quam addit ſup naturam. [c] Cum aũt rubea eſt apoſtemoſa, tunc eius inciſio eſt timoroſa. Et qñq; manat ſanguis, & nõ abſcinditur propter aliquam medicinam. Ex medicinis autem incidentibus eam, ſunt aſſa fœtida, & alumen iameni, quæ ſine intermiſſione ponanť ſup radicem eius, qm̃ incidunt eam, & faciũt ipſam cadere. Et ex medicinis facientibus ipſam cadere cum cauterio, eſt ſal ammoniacus cum aſſa fœtida, & atrimentis: Et oportet vt medicinæ iſtæ ſuper vuam annexę teneantur cũ inſtrumento narrato, & teneatur hora vna, ita ꝙ non deglutiat, donec agant in eam: deinde iterentur vſquequo nigreſcat. F Nam ſi denigratur, cadet poſt tres dies ſm plurimum. Et oportet vt ſit ille, qui curatur decliuis ad inferiora, habens os apertum, ita vt currat ſaliua eius, & non retineatur in ore ipſius. [d] Duæ vero amygdalæ ſuſpendantur cum vncino. & trahantur ad exteriora, quanto plus poſſe eſt, pręter ꝙ cum eis attrahantur tunicæ: & abſcindantur cum rotunditate deſuper radicem, apud quartã longitudinis cum inſtrumento inciſionis poſt conuerſionem inſtrumẽti, & incidatur vna poſt alterã, poſt obſeruationem conditionum prædictarum in colore, & quantitate earum. Cumq; ceciderit ex eis, quod abſcinditur, dimittatur ſanguis currere ſm quantitatem mediocrem. Et [e] ſit patiens decliuis ſuper faciem ſuam, ne ſanguis ingrediatur guttur eius: Deinde colluat [d] os ex aceto, & aqua infrigidatis, & euomat & tuſſiat, & mundificetur interius eius: deinde ponatur ſuper eam, quod abſcindit ſanguinem, ſicut colcotar, & alumen, & [f] †{draganthum:} Et [d] gargarizet cum decoctione ſenticis, & foliorum myrti, & ſit tepida.

A G. 14. met. c. 4. h. a, & Paul. li. 6. c. 4.
B Paul. lib. 6. c. 4.
C Raſ. 7. cont. t. 1. c. 2. 79. 1.
D Pau. lib. 6. c. 30.
E Pau. lib. 6. c. 31. & Raſ. 7. cõti. t. 1. c. 1. 77. 3.
F † chalchantum:

*De rememoratione nocumentorum inciſionis.* Cap. 16.

EX [g] eis eſt nocumentũ vocis: & ex illis eſt detectio pulmonis frigori & calori. Et facit accidere [h] tuſſim ab oĩ frigore, & calore: & non tolerat ſitim. Et ex illis eſt detegere ſtomachũ malitię cõplexionis à cauſa primitiua ex ventoſitate & puluere, & eis ſimilibus. Et plurimos eorũ infrigidat aer tẽperatus, & [i] in pectoribus plurimorum eorum figitur frigus in pulmone ipſorũ, donec moriuntur. G Et quandoq; accidit ex ea fluxus ſanguinis ſuperfluus, & non retinetur.

G Gal. 11. de v. p. c. 11. d. e. 1
H Raſ. 7. cont. t. 1. c. 2. 81. 2.
I Raſ. 79. 2. & Ga. ibidem. d

*De cura fluxus ſanguinis ſuperflui ex inciſione vuæ, & vtriuſque amygdalæ.* Cap. 17.

OPortet vt ponantur [k] ventoſæ ſuper collum, & mamillas, & fiat phlebotomia, & vt fiat regimen cũ phlebotomia venarũ inferiorum cõicantium, ſicut venarum brachij infra baſilicam, & eis ſimilium intendendo ad attrahendũ. Singularia aũt ſanguinẽ retinentia, & linimenta adminiſtrata ad illud, ſunt ſicut atrimentũ, quo fiat linimentũ, aut pulverizeť atrimentũ ſup ipſum, & in frigidantia actu ſicut nix, & ſucci frigidi ſtyptici noti, ſicut ſuccus acreſtæ, & pampini vitis, & ribes, ſolatrum, & aqua cydoniorum acetoſorum, eſt ex rebus expertis, quæ habent proprietatem ĩ hoc capitulo. Et oportet vt adminiſtretur in diſpoſitione medicamen, quod teſtatus eſt ſapiens noĩatus Diogenes, & eſt alcuheſarech, & etiam ſuccus arnogloſſæ, cum adminiſtratur proprie cũ troch. de karabe, & luto ſigillato. Et oportet vt non adminiſtretur ex eis calidum aliquid, immo frigidum actu. Calidum enim cum eo, quod attrahit, deſtruit operationem medicinæ.

k Raſ. 7. cont. t. 1. c. 2. 80. 1.

## Fen decima de diſpoſitionibus pulmonis & pectoris, & ſunt tractatus quinque.

H

### TRACTATVS I. *De principijs & anhelitu.*

*De anatomia epiglottis, & cannæ, & pulmonis.* Cap. 1.

CAnna [l] quidem pulmonis, eſt membrum cõpoſitum ex cartilaginibus pluribus, quæ ſunt circuli, & partes circulorũ: quarum alię alijs continuãtur. Quæ ergo ex eis obuiãt meatui cibi, qui eſt poſterius, & eſt meri, factę ſunt diminutę, & ꝓpinquæ ſemicirculo, & poſita eſt abſciſſio earum ad meri: & cõtangit meri ad ea corpus panniculoſum, non cartilaginoſum. Immo ſubſtantia eius cartilaginoſa ad anteriora poſita eſt, & componunť hę cartilagines ex ligamẽtis, quę panniculus tegit, & cõprehendit oĩa illa ĩtrinſecus pãniculus lenis, ad ſiccitatẽ & duritiẽ declinans aliquantulã, & ſilr̃ exterius ẽt, & caput eius ſuperius, quod ſequitur os, & epiglottim, & extremitas eius inferior diuiditur in duas ſectiones, deinde diuiditur in ſectiones currentes in pulmone, vicinantes ramis venarum pulſatilium, & quietarũ, & peruenit earum partitio ad orificia valde ſtrictiora, ꝙ̃ orificia eorũ, quæ ſimilantur eis, & currũt cum

L Lib. 13. de aĩalibus. c. 12. & Ga. lib. 7. de v. p. c. 3. c. d



A cum ipſis. [a] Eius igitur creatio facta eſt ex cartilagine, vt inueniatur in ea apertio prędicta, & ne lenitas cogat ipſam ad clauſionem, & vt ſit durities eius tutamen ipſi, cum ſit eius ſitus ad anteriora: & vt ſit durities eius cauſa ad hoc, vt perueniat vox, aut adiuuet eam. Et facta eſt eius compoſitio ex cartilaginibus pluribus ligatis cum pãniculis, vt ſit ei poſſibilis extenſio, & aggregatio apud attractionem aeris, & reſpirationem, & non lędatur ex percuſſionibus, quę accidunt ei deſubtus, & ſupra. Et ex attractionibus, quæ accidunt ei ad extremitatem eius, & vt cum nocumentum accidit, non dilatetur neq; coanguſtetur: [b] & facta eſt rotunda vt ſit ſecurior, & magis incolumis, & non minuitur ad ea, quod de ipſo tangit meri, niſi vt non comprimat buccellã tranſeuntem ipſum: immo pertranſeat à facie eius, cum extenditur meri, & amplitudinem, & fit concauitas eius tunc, quaſi adiuuans meri, cum incipit meri extendi ad ipſam, & penetrat in ipſam, & proprie in deglutitione, quę non coniungitur anhelitui: [c] qm̃ α deglutitio neceſſarium facit, vt cooperiatur canna pulmonis ſuperius, vt non ingrediatur eam cibus, tranſiens ſuper eam, & fit coopertura eius cum ſuperpoſitione cartilaginis ſtantis ſuper meatum, & ſimiliter ſuper id, quod nominatur non habens nomen: & cum fit deglutitio, & vomitus indigentes coopertura in hoc meatu, non eſt poſſibile vt ſint, cum fit anhelitus. [d] Et creata eſt propter vociferationem res, quæ nominatur lingua fiſtulæ, conſtricta apud extremitatum cannæ, [e] deinde dilatatur apud epiglottum: quare incipit ex B amplitudine perueniens ad conſtrictionem: deinde ad ſpatiũ amplum, ſicut eſt in fiſtula: [f] quoniã neceſſarium eſt voci conſtrictio, vt retineatur, & huiuſmodi quidem corporis β ſimilis linguæ fiſtulæ proprietas, eſt vt coniungatur, et dilatetur, vt fiat per illud percuſſio vocis. [g] Durities vero panniculi, qui tegit eam interius, fuit vt reſiſtat acuitati catarrhorum, & ſputis malis, & vapori fumoſo redeunti ex corde: et vt non mollificetur percuſſione vocis. [h] eius autẽ diuiſio in primis in duas partes fuit, qm̃ pulmo habet duas partes, ſed eius ramificatio cum venis quietis fuit, et pulſantibus, vt ex eis accipiat nutrimentum. Conſtrictio autem orificiorum eorum fuit: vt ſit cum menſura penetratio aeris aſpirati in eis ad arterias venientes ad cor, & non penetret in eis ad ipſam ſanguis. vel ſm aliam literam. & nõ penetret ad ipſa ſanguis. Nam ſi penetraret faceret peruenire ſputum ſanguinis: hæc eſt ergo forma cannę pulmonis. [f] Epiglottis autem eſt inſtrumentum ad complendam vocem, & vt teneatur anhelitus: et in interiore parte ipſius eſt corpus ſimile linguæ fiſtulæ: & iam [i] diximus ipſum, & β cum eo quod opponitur ipſi ex palato, et eſt ſimile additioni, qua clauditur caput fiſtulæ, completur vox. Et epiglottis quidem eſt coarctata cum canna conſtricta cum meri. [k] Cum α ergo meri appetit deglutire, & declinat ad inferiora propter attractionem buccellę, cooperitur epiglottis, et eleuatur ſurſum, et coarctatur coopertura quarũdam ſuarum cartilaginum cum alijs: quare extenduntur panniculi et lacerti. Cumq; cibus eſt coram meatu meri tunc eſt oriC ficium epiglottis et cannę adhęrens palato ſuperius: quare non eſt poſſibile, vt ingrediatur ipſum ex eo quod comprehenſum eſt apud meri aliquid, quare pertranſeunt ipſum cibus & potus, ita ꝙ non cadit ad cannam aliquid niſi in quibuſdam horis, in quibus feſtinat deglutitio, antequam compleatur motus iſte: aut accidat cibo motus ad meri conturbans: quare non ceſſat natura laborare in expulſione eius cum tuſſi. Et nos quidem iam diximus anatomiam cartilaginum epiglottis, & lacertorum eius in [l] primo libro. [m] Pulmo autem eſt compoſitus ex partibus, quarum vna eſt rami cannę: & ſecunda eſt rami arteriæ venatæ: & tertia eſt rami venę arterialis quos proculdubio coniungit caro mollis, rara, aerea creata ex tenuiore ſanguine, & ſubtiliore: & illud eſt etiam nutrimentum eius, & eſt plurium meatuum, & color eius eſt ad albedinem declinans, proprie in pulmonibus animalium, quorum integra eſt creatio. Et creatus eſt rarus, vt in ipſo accipiatur aer, & digeratur in eo, & expellatur ſuperfluitas eius ab eo, ſicut creatum eſt hepar cum comparatione ad cibum. Et eſt habens duas diuiſiones, quarum vna tendit ad dexteram, & altera ad ſiniſtram. Et ſectio quidem ſiniſtra, duos habet ramos: & ſectio dextra habet tres. [n] Et iuuamentum pulmonis omnino eſt attractio aeris. [n] Et iuuamentum attractionis aeris, eſt præparatio aeris cordi pluris, quàm ipſum quo indiget in pulſu vno. [o] Et iuuamentum huiuſmodi præparationis eſt, vt ſit animali cum ſubmergitur in aqua, et quando emittit vocem longam, continuam: impediẽtem ipſum D ab acceptione aeris, aut cum abhorret eius attractionem propter diſpoſitiones, & cauſas ducentes ipſum ad illud, ex fœtore, aut alio, aer præparatus, quem aſſumat cor. Et iuuamentum huiuſmodi aeris pręparati eſt, vt temperet ſua euentatione caliditatem cordis, & vt reſtauret ſpiritum cũ ſubſtantia, quæ eſt magis vincens in complexione eius, pręter ꝙ aer ſolus, ſicut exiſtimant quidam, conuertatur, et fiat ſpiritus, ſicut non ſola aqua nutrit membrum: verum vnumquodq; eorum, aut eſt pars nutrimenti: aut eſt faciens penetrare, & faciens ipſum ad diuerſa loca diſtribui. Sed aqua eſt ad nutrimentum corporis, & aer eſt ad nutrimentum ſpiritus: et vnumquodq; duorum, ſcilicet nutrimentum corporis, et ſpiritus, eſt corpus compoſitum non ſimplex. Sed iuuamentum conſtrictionis pulmonis eſt extractio ſuperfluitatis aduſtæ ſpiritus, & eſt eius fumoſitas. Iuuamentum vero dilatationis pulmonis eſt ad introitum aeris frigidi. Iſte nanque attractus iam proculdubio conuerſus eſt ad calefactionem, quare non confert in temperando ſpiritum. Ramificatio autem venarum, et cannę in pulmone fuit, qm̃ canna & arteria venalis communicant in complemento operationis anhelitus, et arteria venalis & vena arterialis communicant in nutriendo pulmonem ex ſanguine digeſto claro veniente ex corde. Carnis autem iuuamentum eſt vt oppilet vacuitatem, & coniungat ramos. Sed eius raritas eſt vt rectificet attractionem aeris. Non enim aer penetrat in canna tantum,

A Gal. c. 4. e. f
B Gal. c. 7. e
Infra α
C Gal. c. 16. h. a
D Gal. c. 13. g, & li. 1. loc. af. c. 1. d, & li. 4. c. 5. b
E G. lib. 7. de v. p. c. 9. g. h
F Gal. li. 7. de v. p. c. 13. h
Infra β
G G. lib. 7. de v. p. c. 7. e. f
H G. lib. 7. de v. p. c. 4. d
I Fen. 9. t. 1. c. 1.
Supra β
k Gal. li. 7. de v. p. c. 16. h. a
Supra α
l Fen. 1. d. 5. sũ. 1. c. 11
M G. li. 7. de anat. adminiſt. c. 5. b, & l. 7. de v. p. c. 2. b
N G. lib. 7. de v. p. c. 9. g
O G. lib. 6. de v. p. c. 1. c

Anotomia pulm̃

tum, immo vadit ad corpus pulmonis ex ea, & in hoc eſt apparitio in multiplicatione, vel magnificatione, & vt adiuuet etiam in conſtrictione ad expulſionem. Eſt ergo præparatus duobus motibus: & propter hoc inflatur pulmo cum ſufflatione. Eius autem albedo eſt propter dñium aeris ſuper illud, quo nutritur: & propter aduẽtum eius plurimum in eo. [a] Eius vero partitio in duas partes eſt, vt non ceſſet anhelitus propter nocumentum adueniens vni duarum partium: & omnis ramus eius ramificatur propter illud in duos ramos. [a] Diuiſio eius quinta quę eſt in latere dextro, eſt lectus ſubſtratus venæ, quæ nominatur cõcaua, & non eſt eius iuuamẽtum in anhelitu plurimum: [b] Et q̃m cor magis fuit decliue parumper ad ſiniſtram, inuenitur in parte ſiniſtra occupãs ſpatium pectoris & non in dextra: & fuit bonum ꝙ ſit pulmoni in latere dextro additio exiſtens ſubſtrata venæ cum iam adſit neceſſitas eius. Et pulmonem quidem cooperit panniculus neruoſus, vt ſit ſm ꝙ [c] ſciuiſti ſenſus aliquis aliquo modo: & ſi non eſt intrans, tamen eſt cooperiens, quamuis ipſe pulmo ſit ſubſtratus cordi, leniens ipſum, & eius tutamentum. [d] Pectus quoqꝫ diuiſum eſt in duas concauitates, inter quas diſtinguit panniculus ortus ex oppoſitione mediationis thoracis: Et non eſt tranſitus ab vna duarum concauitatum ad alteram, & iſtę panniculus eſt in veritate duo panniculi, & eſt coniunctus in poſteriore parte ſui cum ſpõdilibus, & ſuperius, eſt obuiãs furculis ambabus. Et intentio in creando eos fuit, vt ſit pectus habens duos ventriculos, quatenus ſi eueniat vni eorum nocumentum, ſufficiat alter ad faciendum anhelitum, & eius intentionem. Et ex iuuamẽto eius, eſt ligatio meri, & pulmonis, & membrorum pectoris adinuicem. Velaminis autem iam diximus formam, & iuuamentum eius in anatomia [e] lacertorum. Ipſum enim in veritate eſt [f] vnus lacertorum: & eſt ex tribus tunicis, quarum media eſt chorda, qua completur eius operatio: & tunica quæ eſt ſupra, eſt ſicut fundamentũ, & baſis pãniculorum pectoris qui interius cooperiunt ipſum: & tunica inferior eſt ſicut illa ad panniculum ſiphac: [g] & in velamine quidem duo ſunt foramina quorum maius eſt tranſitus meri, & arteriæ magnæ: & per minus eſt tranſitus venæ, quæ nominatur alhabari, & eſt vehementis ſuſpenſionis cum ea, & incarnationis.

E — A Gal.li.7.de v.p. c.2.b — B F.11.t.1.c.1. — C Li.1.F.1.d.5.c.1. — D Ga.lib.6.de v.p. c.3.e — F — E Li.1.F.1.do.5.ſu. 2.c.16. — F Ga.lib.7.de v.p. c.21.h, & lib.13.c.5.a — G G.lib.6.de v.p.c. 5.c, & 5. de anat. ad miniſt.c.8.e

*De complexionibus pulmonis & ſignis diſpoſitionum eius.* Cap. 2.

DIcamus itaqꝫ ꝙ complexionem calidam ſignificat [h] amplitudo pectoris, & [h] magnitudo anhelitus, & quandoqꝫ duplatur, & exufflatio, [h] & vox, & grauitas eius: [h] Et ꝙ parum nocetur ab aere frigido: [h] & quod plurimũ à calido: Et [i] ꝙ accidentia ſitis ſedat aer frigidns abſqꝫ potu multoties. Et accidit ei plurimum inflãmatio, & tuſſis. Frigidam vero complexionem ſignificant, paruitas pectoris, & paruitas anhelitus, & [k] vox, & acuitas amborum. [l] Et ꝙ nocetur ab omni frigido. [l] Et multitudo generationis phlegmatis in ipſo. Et multoties quidem duplatur eo anhelitus, & adueniunt ei aſthma & tuſſis. Complexionem autem humidam ſignificãt multitudo ſuperfluitatum, [m] & raucedo vocis, & ſtertitio, & proprie cum fuerit cum materia, & fuerit decliuis ad ſuperiora, & defectus ab eleuatione vocis, non propter debilitatem corporis. Siccam vero cõplexionem ſignificant [m] paucitas ſuperfluitatum, & aſperitas vocis, & ſimilitudo eius cum voce gruum: & quãdoqꝫ eſt illic dyſpnœa propter vehementiam ſpiſſitudinis. Vnaquæqꝫ aũt harum complexionum quandoqꝫ eſt pulmoni naturalis, & qñqꝫ eſt ei accidentalis, & communicant in aliquo, ex ſignis, & differunt in aliquo. Illa autem in quibus cõmunicant ſunt ſigna prædicta, niſi illa quæ excipiemus poſt. Sed ea in quibus differunt, ſunt duo: vnum eorum eſt, q̃m cum complexio eſt naturalis, ſignũ eius eſt ſtans ſm naturam: & ſi eſt accidentalis, eſt ei ſignum accidentale, & iam aduenit ei, niſi ſit ſignum de genere eorum, quæ non accidunt niſi natura tantum: q̃m tunc ſignum eſt naturale, cuius ſimilę eſt magnitudo pectoris, aut paruitas eius. & ſcias ꝙ magis proprie ſignificationes eius, ſm diſpoſitiones pectoris, & pulmonis, eſt anhelitus in frigiditate ſua & caliditate ſua, & magnitudine eius, & paruitate ipſius, & facilitate ipſius, & eius difficultate, & fœtore, & bonitate odoris eius, & reliquis diſpoſitionibus eius. & ſimiliter vox etiam in huiuſmodi re, ſicut illud quod ſignificat illa, quę ſtrãgulata eſt, ꝙ nocumentum ſit in lacertis dilatantibus, et rauca ꝙ nocumentum ſit in lacertis conſtrictiuis, cum nocumentum eſt in lacertis: & tuſſis, & ſputũ, & pulſus. Et iam declarata eſt tibi [n] qualitas ſignificationum anhelitus, & [o] qualitas ſignificationum vocis, & [p] qualitas ſignificationũ tuſſis, & [q] qualitas ſignificationum ſputi. Pulſus autem, & quod ipſe ſignificat ſm complexiones, & ægritudines, [r] iam ſciuiſti. Et pulmo quidem vicinatur cordi, & ſignificationes diſpoſitionũ eius, ſunt ſuper ipſum fortiores, & pulſus eſt magis ſignificatiuus eius, quod ſequitur ramos cannæ pulmonis. Et tuſſis eſt magis ſignificatiua illius quod ſequitur cannam, & carnem pulmonis. Et ſenſibilitas grauitatis, eſt ſignificatio propria, quod materia eſt in pulmone, & ſenſibilitas mordicatiõis, & punctionis, eſt ſignificatio propria ꝙ materia eſt in panniculis, & lacertis: & cum nõ ſpuitur niſi cum tuſſi leui, tunc materia eſt propinqua ſupremo cannæ, & ei quod ſequitur ipſum: Et ſi non ſpuit niſi cum tuſſi plurima, tunc materia eſt profunda, & eſt longinqua. Et quandoqꝫ aſſociantur nocumentis membrorum pectoris, ſigna membrorum longinquorum, ſicut vertigo in apoſtematibus velaminis, [s] & ſicut rubedo faciei in apoſtematibus pulmonis.

H Raſ.t.2.c.12. — I G.arte med.c.64 — K Hal.li.t.the.c.16 — L Gal.c.65. — G M Gal.c.66. — N C.7. — O T.2.c.1 — P T.3.c.1.&2. — H Q T.3.c.5.&6. — R Lib.1.F.2.d.3.ſu. 1.c.1.&c. — S G.li.1.lo.af.c.5

*De ægritudinibus accidentibus pulmoni.* Cap. 3.

PVlmoni accidunt ægritudines appropriatæ membris partium ſimilium, & ægritudines officiales, et proprie oppilatio in venis ſuis, et partibus cannæ ipſius, et proprie in venis groſſioribus, et in raritate corporis eius. Et quandoque fiunt propter cauſas oppilationis omnes, ita vt perueniatur ad clauſuram, et ægritudines communes. [t] Et quandoqꝫ multiplicantur ęgritudines pulmonis

T Hip.3. apho.



A monis in hyeme, & autũno, propter multitudinem catarrhi: & proprie in autumno pluuioſo, poſt æſtatem ſiccam ſeptẽtrionalem. Et aer frigidus nociuus eſt pulmoni, niſi ſit à calore læſus vehementi. [a] Et multoties quidẽ perducunt ægritudines pulmonis ad ægritudines hepatis, ſicut perducunt vehementia frigiditatis eius, & vehementia caliditatis eius, ad hydropiſim, & ſimiliter velaminis.

A Fẽ.14.t.4.c.4.& G.5.loc.af.c.7.h

*De cura pulmonis.* Cap. 4.

ATtende quod dicitur in [b] capitulo aſthmatis, & anhelitus: & permutetur ad aliud quod communicat ei in cauſis ęgritudinum. Et quandoqꝫ exercitatur pulmo cum eo, quod eſt ſicut eleuatio vocis, & ſicut anhelitus exſufflationis, vt ſubtilientur per illud ſuperfluitates eius: Et adminiſtrationi quidem medicinarum pectoris, ineſt propria forma. [c] Oportet enim vt adminiſtrentur factę pilulæ & electuaria in pluribus, retinendo ea in ore, & deglutiendo quod reſoluitur ex eis paulatim, vt prolongetur ſpatium in ore earum in pertranſeundo cãnam & reiteretur, & perueniat ad cannam, & pulmonem: & proprie cum dormit reſupinus, & mollificet lacertos omnes, qui ſequũtur pulmonem, & cãnam eius. Et propinquior modus declinationis ſuperfluitatum pulmonis, eſt latus quod meri ſequitur, quapropter iuuatur vomitu plurimum cum non eſt ibi quod prohibeat.

B C.40.&42. — C G.7.de phar. cõpo.ſm loc.c.1.178.a

*De materijs incluſis vel imbibitis in pulmone. & iudicijs earum, & curatione earum.* Cap. 5.

MAteriæ quæ continentur in pulmone quandoqꝫ ſunt ex genere humiditatis, & quandoque ex genere ſaniei, & quandoque ſunt ex genere ſanguinis & materiæ calidę ſubtilis. [d] Et materias quidem incluſas in pulmone quandoqꝫ eſt difficile ſpuere, aut propter groſſitiem earum, & viſcoſitate earum quare non egreditur cum ſputo, aut propter ſubtilitatem earum: quare non adheret ei ventoſitas expellens eas cum tuſſi: Immo rumpitur humiditas à ventoſitate, quare ſeparat ipſam ventoſitas non eradicans: aut propter multitudinẽ eius. & cum ſunt humores pectoris groſſi, non peruenias ad vltimum in exiccãdo: Immo ſis occupatus cum lenificatione, & inciſione cum reſolutione materiei moderata. Et ſit intentio maior duarum rerum tibi, inciſio: cum ſit ſtudium cum inciſione plus, quàm ſit cum reſolutione. Et adminiſtra in omnibus illis medicinis aquam mellis: eſt enim faciens eas penetrare, & lenificat, & abſtergit.

D Ga.4.lo.af.c.8.g — B

*De medicinis pectoris ſingularibus, & compoſitis, & de forma adminiſtrationis earum.* Cap. 6.

MEdicinæ pectoris ſunt medicinæ, quæ mundificant pectus, & ſunt ſecundum ordines. Ordo primus eſt ſicut [e] farina fabarum, [f] & aqua mellis, [f] & ſemen lini aſſum, & amygdalæ, & vinum dulce. [f] Nam ipſum vehementer aperit oppilationem pulmonis, ſicut ipſum vehementer generat oppilationem hepatis, quemadmodum ſcies in capitulo hepatis. Et ex frigidis ſemen cucumeris, & bateke, & cucurbitę. [g] Butyri vero, cum ſolum adminiſtratur, maturatio eſt plus, quàm eius mundificatio. Si autem deglutiatur cum melle, & amygdalis amaris, eſt eius maturatio minor, & mundificatio eius maior. Et fortius illo [e] eſt glutinum albotim, & [e] amygdalæ amaræ, & oxymel ſquilliticum, & fœnugræcum, & [e] olibanum, & dactyli hieron habent fortitudinem in hac intentione. Et fortiora illis ſunt, cyminum, & piper, & [e] herbus, & radix lilij, & radix, [e] opopanacis, & caſtoreum cum melle, & [h] ſquilla aſſata, contrita, & cõfecta cum melle, & [i] centaurea maior, [i] ariſtol. ro. & [i] nigella, & [k] vermis qui eſt ſub vrceis cum deſiccatur ſuper teſtam ſuper prunas, aut in furno donec albeſcat, & cõmiſceatur cum melle. & [l] ſimiliter enula quãdo ponitur in medicinis, & aqua eius eſt vehementis iuuamenti, & [m] alrauend eſt ex ſumma eorum, quæ faciunt facile ſputum, & [n] ſiſeleos eſt valde iuuatiuum, & bulbus eſt iuuatiuum mundificatiuum valde, & proprie crudus. & poſt ipſum illud quod non eſt elixatum, niſi elixatura vna. & crocus confortat inſtrumenta anhelitus, & facilem efficit anhelitum valde. Et medicinæ quidem iſtę ſunt conuenientes ebibitæ, & ſunt conuenientes vt emplaſtrũ ſuperpoſitæ. Et ex medicinis autem compoſitis ſunt pilulæ Platonis, & ſunt pilulæ de ſtorace, & ſyrupus de hyſſopo cum deſcriptionibus diuerſis, & medicamen Andromachi, & medicamen Aſclepiadis, & medicamen Gal. & ſyrupi de papauere cũ deſcriptionibus, & medicamen mãmius & medicamẽ anacardi cum myrobal. Et ex eis quæ faciunt ſpuere humores groſſos, & ſaniem, eſt medicamen quod Recip. ſerapini, & myrrhæ amborum ana aur̃. i. cordumeni aur̃. ij. opij & caſtorei amborum ana aur̃. i. conficiantur cum vino dulci: cuius potio eſt medietas aur̃. Et ex eis quæ experta ſunt, eſt medicamen, quod [o] Recipit olibani. iiij. myrrhę. ij. cum tribus vnc. rob coquantur ſicut mel, & deglutiantur: [p] Aut ſuccus caulis cum æquali pondere mellis: aut decoctio eius, decoquantur ambo donec coagulentur, & ſit ignis carbonũ. [q] Et etiam myrrha, & piper, & ſemen vrtice, & ſerapinum, & ſinapis ſumantur, & fiant ex eis pilulæ: & detur in potu ex eis mane & veſpere apud ſomnum: [r] & etiam ſinapis drach. i. baurac. ix. kirat, ſucci cucumeris aſinini, kirat. i. & .5. & ſunt potio vna educens ſuperfluitates plurimas, & mundificat ſine læſione. Et ex medicinis fortibus eſt, vt ſumantur almarut, & ſinapis, & ſemen vrticæ, & ſuccus cucumeris aſinini, & aniſum, coniungantur totum illud cum melle, & conficiatur cum eo. Et humoribus declinantibus ad caliditatem, eſt vt ſumantur fœnugræci. vnc. ij. ſeminis lini vnc. i. & .5. horobi. vnc. 5. eius quod eſt inter grana cotti, vnc. 5. ſucci liquiritiæ vnc. ij. inuoluantur omnia oleo amygdalino, & coniungantur cum melle. [s] Et iterum ſebeſten, & ficus albæ, & paſſæ enucleatę, & radix liquiritiæ, & capillus veneris decoquantur in aqua vehementer, & detur ex ea ad potandum. [s] Et ſi in hac aqua decoquantur polypodium, & turbit, erit iuuatium valde. Et ſcias ꝙ multoties retinetur aliquid in pectore, & eſt diſpoſitum, vt expuatur, niſi virtus eius ab eo debilitetur, & tũc quidem oportet vt adiuuetur cum ſternutatione.

E G.7.de phar.cõpõne ſm loc.c.1.f. — F Fẽ.14.t.1.c.19.& G.3.de vic. rõne in acut.2.h.a — G G.7.de phar.cõpõne.c.1.h — C — H Gal.c.6.e — I Raſ.8.conti.c.2. 86.4 — K C.42.& Ga.7.de phar.cõpo.ſm loc. c.6.e, & Raſ.86.4. — L Raſ.85.3.4 — M Dioſ.lib.3.c.2. — N Dioſ.lib.3.c.51. — O Gal.180.a — D P Gal.181.b.c — Q Raſ.8.cont.c.2. 143. — R Raſ.84.3.& 86.3. & Pau.lib.3.c.29. — S Raſ.8.cont.c.2. 144.

*Sermo vniuerſalis de anhelitu.* Cap. 7.

E

ANhelitus [a] completur duobus motibus inter quos ſunt duæ moræ, ſm quod res ſe habet in pulſu: niſi quia motus [b] anhelitus, eſt voluntarius, qui poteſt alterari cum voluntate à curſu naturali, & pulſus eſt naturalis purus. Et intentio [c] quidem in anhelitu eſt, vt impleat pulmonem aere frigido, donec præparetur pulſibus chordis, & non ceſſet cor ſumere ex eo aerem frigidum, & reddat ipſi vaporem fumoſum, quouſque accidant illi attractationi duæ res: quarum vna eſt conuerſio ipſius à frigiditate, cum calefactione eius quod ei vicinatur, & eius quod ei commiſcetur: & altera eſt conuerſio ipſius à claritate ſua, propterea quod admiſcetur ei vapor fumoſus: tunc enim remouetur ab eo intentio, qua ſit conueniens ad hoc vt extendatur pulſus ab eo: quare neceſſaria ſit eius eductio & permutatio ipſius. Et inter duas res ſunt duæ moræ: & eius quidem introitus, & eſt attractio aeris, ſit cum dilatatione pulmonis ſequens motum corporum, quibus circundatur. Et anhelitus quidem apud communitatem eſt illud, quod educitur: & apud medicos, & in poſitione quæ eſt inter eos, quandoque eſt illud quod educitur, ſicut eſt apud cōmunitatem: & quādoque eſt hoc totum, ſicut pulſus apud cōmunitatem, eſt motus dilatatiuus: & apud medicos in ipſo, eſt poſitio propria ſm ſpeciem notam. [d] Et motus anhelitus, æqualis, naturalis, vacui à nocumento, cōpletur motu velaminis: [e] Si autem indiget additione fortitudinis, propter illud quod nō ingreditur niſi cum labore, aut vt confortetur anhelitus ad extrahendam inſufflationem, communicat velamini in hoc F adiutorium lacertorum pectoris omnium: ita quod ſuperiorum eius, aut ſaltem quorūdam inferiorū eius tantum. Si autem eſt neceſſaria vox, non eſt excuſatio quin adminiſtratio ſit lacertorum epiglottis. Quod ſi neceſſariū fuerit vt ſecet literas, & generetur ex eo locutio, non eſt excuſatio quin ſit adminiſtratio, lacertorum gutturis vel epiglottis, & linguæ, & quāquam eſt neceſſarium in eis adminiſtrare lacertos labiorum. Et quemadmodum in pulſu eſt magnus & paruus: & longus & breuis: & velox & tardus: & calidus, & frigidus: & frequens, & rarus: & fortis, & debilis: & interciſus, & continuus: & ſpaſmoſus & tremulus: & paruæ repletionis venarum, & multæ earum, & eſt res vel diſpoſitio diuerſitatis: & diſpoſitio laudabilis & diſpoſitio illaudabilis, & omnibus illis ſunt cauſæ: & omnibus illis ſunt ſignificationes ſuper rem aliquam, & eſt eis diuerſitas ſm complexiones, ætates, & genera, & accidentia corporea, & animalia, ſimiliter anhelitui ſunt iſtæ res numeratæ, & quæ ſunt eis ſimilia. & vnaqueque res earum habet cauſam: & omnis res ex eis habet ſignificationē. [f] Anhelitus igitur alius eſt magnus, & alius eſt paruus: & alius eſt longus, & alius eſt breuis: & alius eſt velox, & alius eſt tardus: & alius eſt rarus, & alius eſt frequēs: & alius eſt ſtrictus, & alius eſt latus: & alius eſt facilis, & alius eſt difficilis: & alius eſt fortis, & alius eſt debilis: & alius eſt calidus, & alius eſt frigidus: & alius eſt æqualis, & alius eſt diuerſus. Et ex ſpeciebus quidem anhelitus ſunt quæ habent nomina propria, ſicut anhelitus interciſus: & anhelitus præparatus: & anhelitus duplus: & G anhelitus ſuffocatus: & anhelitus laborioſus vel violentus: & habens [g] † {feterat} ſicut eſt in apoplexia, & ſimilibus. Et nocumenta quæ accidunt in membris anhelitus, & ex eis ingreditur nocumentum in anhelitu, aut ſunt in membris anhelitus, aut in principiis eorum, aut in eis quæ communicant cum vicinitate. Et membra quidem anhelitus ſunt [h] epiglottis, [i] & pulmo, & canna, & venæ non pulſatiles, & arteriæ, & velamen, & [k] lacerti pectoris, & pectus ipſum. Nam nocumentum quandoque fit in ipſo pectore, cum eſt ſtrictum paruum, & aduenit ei propter illud in anhelitu nocumentum. Eorum autem principia ſunt [l] cerebrum ipſum, & nucha etiam: quoniam ipſa eſt origo velaminis. Naſcitur enim plurimum eius ex pari quarto neruorum nuchæ, & continuantur ei rami ex quinto & ſexto nerui ad ipſum venientes. Membra autem communicātia cum vicinitate, ſunt ſicut [m] ſtomachus, & hepar, & matrix, & inteſtina, & reliqua viſcera. & illa nocumēta, aut ſunt malitia complexionis debilitans calida, aut frigida, aut humida, aut ſicca quæcunque earum ſit pura, aut cum materia humoris retenti, vel effuſi ad ipſum plurimi, aut viſcoſi, aut groſſi. Et ſanies, & pus ſunt ex ſumma eius, aut ventoſitate, aut vapore: Aut ægritudo officialis ex paralyſi, & ſpaſmo: Aut reſolutio ſingularis ex ſciſſione, aut putrefactione, aut vlceratione, aut corroſione: Aut ex apoſtemate frigido, aut calido, aut duro: Aut ex dolore. Et tu quidem ſciuiſti per illud quod narraui tibi, quod anhelitus eſt fortis ſignificationis: [n] & currit curſu pulſus, poſtquam tu obſeruas in eo conſuetu- H dinem, ſicut neceſſe eſt tibi, vt obſerues rem naturalem conſuetam in pulſu etiam.

*De anhelitu magno & paruo: & cauſis ac ſignificationibus eius.* Cap. 8.

ANhelitus [o] magnus, eſt anhelitus qui recipit aerem valde plurimum, ſupra æqualem: & eſt ille cum quo dilatantur membra anhelitus in partibus omnibus dilatatione exuberanti propter magnitudinem eius quod attrahitur. Parui autem & ſtricti diſpoſitio eſt in hoc ecōtrario, propter paruitatē eius quod attrahitur: & ſimiliter in parte extractionis. Cauſæ vero anhelitus magni, ſunt cauſæ pulſus magni, ſcilicet tres [p] prædictæ. Et exiſtimatur à quibuſdam, quod paruus eſt ille, qui completur motu velaminis tantum, & illud non eſt verum abſolute. Nam quāuis quandoque ſit ille, qui completur motu, ſolius velaminis, paruus: quandoque tamen eſt ille æqualis. [q] Aequalis enim non eget motu, niſi velaminis, cum velamen eſt fortis virtutis. Et quandoque eſt anhelitus paruus quāuis membra pectoris omnia moueantur, cum ſunt omnia debilia. Non enim ſufficit velamen ſolum ad anhelitum, qui eſt neceſſarius: neque ſi eſt neceſſitas ad temperatum. Immo eſt neceſſarium vt omnia ei adiuuent. Amplius non eſt ex ſufficientia in attractione aeris, & eius eductione, accidens omnibus. quod ſit ſimile ei quod eſt à velamine ſolo, ſi eſt incolume & ſanum & forte: quoniam non

eſt

A G.1.de difficul. reſpi.c.2.h
B Ga.li.2.de mot. muſco.c.5.h.a
C G.de vtili.reſp. c.3.h, & c.4.b
D C.8.& Ga.li.4. loc.aff.c.4.h,& cō. 2.in.3.de mor.vul. 4.b
E G.ibi.de morb. vulg.b.
F Raſ.8.conti.tr. c.1.87.2.
G † tepores & remiſſiones.
H G.8.d v.p.c.1.b.
I Ga 4.de præſag. ex pul.c.2.f,& 13.de v.p.c.10.e
K Gal.2.de motu. muſco.c.5.h, & de cau.reſpi.h.a
L G.4.lo.af.c.7.e
M G.6.aph.16.& 1.de diffic.reſpi.c. 11.c.d,& c.12.g.h
N Ca.de vſu.pul. c.1.e.f,& c.5.d
O G.1.de difficul. reſpi.c.13.d
P Li 1.Fē.2.d.3.ſū. 2.c.6.& G.1.de cau. pul c.5.d,& li.1.de diffic reſpi.c.6.a
Q C.7.& G.4.lo. af.c.4.h



A eſt neque vnum ex illis membris ſufficiens ad dilatationem integram, neque cum quantitate qua cum aggregatur adiutorium alterius proueniat ex ipſa dilatatio pulmoni æqualis ſufficiens. [a] Et illud eſt propter debilitatem virtutum: aut conſtrictionem meatuum, ſicut accidit in peripneumonia: verum oportet, vt ſit magnitudo anhelitus conſiderata cum quantitate eius, quod de aere in ipſo exercetur recepto, & eo qui reddit: & non completur illud niſi motu omnium lacertorum pectoris, & eorum quæ ſequuntur eos: deinde non conuertitur, ita vt quotieſcunque mouentur in ipſo lacerti omnes, tunc fit anhelitus magnus: immo eſt cum mouentur omnes motu, qui eſt vltimus in dilatatione & conſtrictione, operando in aere plurimo. Et paruus eſt ſm oppoſitionem eius. [a] Et quandoque conſequitur ex vehementia motus membrorum anhelitus ad attrahendum aerem, vt fiat motus dilatando in anterioribus vſque ad furculas, & poſterius vſque ad os duarum ſpatularum, & in lateribus vſque ad maximam partem carnis ſpatulæ, & quandoque iuuantur naribus, immo iuuantur eis vtriſque in pluribus diſpoſitionibus. [b] Quādoque vero diuerſificatur diſpoſitio in conſtrictione & dilatatione, ex parte magnitudinis, & paruitatis: quandoque enim eſt dilatatio maior: & quandoque conſtrictio, maior, & illud ſm materiam quæ indiget vt expellatur cum conſtrictione, & ſm qualitatē quæ indiget, vt contemperetur cum introitu, & dilatatione, & quæcunque erit neceſſitas, ad ipſum plus erit motus qui eſt ſm ipſum magis additus. Nam ſi eſt neceſſitas expulſionis B vaporis fumoſi plurima propter multitudinem quantitatis eius, aut acuitatem qualitatis ipſius, eſt conſtrictio magna exufflatiua. Et ſi eſt neceſſitas extinguendi ignem inflāmatum, eſt dilatatio magna. Et quando contingit in homine vt non ſit magnæ attractionis aeris, immo paruæ, deinde ſit magnæ extractionis ſpiritus, vel anhelitus: eſt illud ſignificatio quod caliditas innata eſt diminuta, & extranea intrans eſt addita. Et cauſæ in hoc quod hæc omnia membra laborioſo motu affligūtur, ſunt quatuor. Ipſa enim aut ſunt ita, propter cauſam magnæ neceſſitatis, quæ eſt propter inflāmationem caliditatis in partibus cordis, & pulmonis: Aut propter cauſam debilitatis in ipſis lacertis motiuis: Aut propter communitatem principiorū, ſicut eſt in fine hecticæ & pthiſis, & in collectione ſaniei: quoniam ipſa debilitat virtutem: Aut propter ægritudinem inſtrumenti ei propriam: Aut propter communitatem eius prædictam in eo, quod præteriit ex ſpaſmo accidente ei: aut paralyſi, aut malitia complexionis, aut apoſtemate, aut dolore, aut alia re: Aut propter prohibitionem in lacerto accidente à dilatatione, ſicut eſt repletio in ſtomacho à cibis: aut ventoſitas cum pertranſit terminum, quoniam mediat inter velamen & dilatationem: quare non dilatatur ipſum ſolum: Aut propter conſtrictionem meatuum, qui ſunt epiglottis, & rami cannæ, & arteriæ, & qui continuantur eis ex meatibus anhelitus, ſicut raritas quæ eſt in pulmone: quoniam cum ipſe impletur humoribus, aut multiplicantur in ipſo oppilationes, aut accidit in ipſo apoſtema. Et iſti quidē ſunt, ſicut patientes aſthma, C & habentes ſaniem, & peripneumonici: Aut propter negligentiam cum neceſſitate, aut paucitate neceſſitatis, ita vt prolongetur ſpatium inter duos anhelitus, & ſit neceſſitas anhelitus magni reſtaurantis illud quod accidit ex negligentia, ſicut eſt pulſus habentis permiſtionē rationum, cum non habet vehementem cordis frigiditatem: quoniam impeditur ab eo: deinde vltimatur in ipſo. Et ex ſumma huiuſmodi neceſſitatis, eſt magnitudo anhelitus, dormientis, quoniam multiplicantur in ipſo vapores fumoſi proculdubio, & negligit anhelitum à voluntate extractionis anhelitus, vſque quo multiplicatur cum ipſo neceſſitas: quare egreditur proculdubio magnus. Et ſimiliter eſt pulſus, complexio cordis cuius nō eſt cum illo calore qui neceſſitat anhelitū, quare poſtponitur ad horam neceſſitatis, & reſtauratur cū magnitudine quod deficit cū prætermiſſione vel poſtpoſitione.

*De ſignis anhelitus.* Cap. 9.

SIgna quibus diſcernitur inter cauſas motus pectoris totius, ſunt quoniam ſi illud [c] fuerit cauſa neceſſitatis plurimæ, & virtus fuerit fortis: erit anhelitus plurimus in introitu ipſius: & in exſufflatione eius, & erit tactus anhelitus, calidus, inflammatus, & pulſus etiam magnus erit ſignificans ſupra caliditatem, & erūt ſigna inflāmationis reperta in pectore, & facie, & oculis, & lingua in colore ſuo & aſperitate ſua, & in reliquis. [d] Si autem non fuerit ita, & virtus fuerit non deiecta, & quaſi non fuerit poſſibilis ei dilatatio integra, tunc cauſa eſt conſtrictio in aliquo eorum quæ numeraui- D mus. [e] Si autem membra omnia deſiderauerint vel conata fuerint, poſtea non fuerint mota motu, de quo ſit curandum, neque dilatātur dilatatione integra, ſicut cum aliquis vult quod nō eſt, ſeu conatur facere quod non poteſt, & innititur omni nixu ſuper ambas nares, & non fuerit illic apud reditum exufflatio, tunc virtus motiua quæ eſt in lacertis, erit læſa. Et quando cōſtrictio eſt ex humiditate in canna, & quæ ſequuntur ipſum, eſt cum ſignis in anhelitu, ſonus eius qui ſtertit, & eſt neceſſitas excreationis, & eſt additio ſigni ſuper ſignum conſtrictionis totale: quod ſi illud non fuerit, erit cauſa magis profunda hac. Cum ergo aduenit cōſtrictio ſtertilis, tunc iam cucurrit ad pulmonem ſubito materia catarrhalis, aut fluit ſeu currit ad pulmonem prius: deinde ad cānam ſecundo, ſanies & pus ex aliquo membrorum ſubito.

*De anhelitu vehementi.* Cap. 10.

EST ille ex cuius magnitudine virtus laborat illic ſuperfluo conatu vel ſuperfluo motu laborioſo ad introitum, & ad exufflandum cum exitu, quare eſt cum magnitudine fortitudo.

*De anhelitu alto, & ſublimi.* Cap. 11.

EST ſpecies anhelitus magni, in quo neceſſarius eſt motus ſuperiorum lacertorum pectoris, & non peruenit neceſſitas in ipſo ad mouendum velamen, & inferiores lacertos pectoris.

Et iſte

A Gal.4.lo.af.c.7. g.h
B G.1.de diffic.reſpi.c.16.g
C G.4.lo.af.c.4.g
D Gal.ibi.g.h
E Gal.ibi.h.a.

a Et iſte quidem anhelitus ſæpius accidit in febribus peſtilentialibus.

*De anhelitu paruo.* Cap. 12. E A Li.4.F.1.t.4.c.

COgnitio cauſarum eius eſt propter cognitionem cauſarum magni ſecundum ſemitam oppoſitionis: & quandoque minoratur anhelitus cauſa doloris, quando diſpoſitio doloris mediat inter membra anhelitus, & inter motus eorum. Et quandoque minoratur anhelitus propter conſtrictionem. b Et quando aſſociatur ei raritas, ſignificat mortificationem naturæ, c & quando aſſociatur ei frequentia, ſignificat dolorem in membris anhelitus, & quæ ſequuntur ea, ex ſtomacho, & ei ſimilibus, ſicut vlcera eorum, & apoſtemata ipſorum. Signa cauſarum anhelitus parui oppoſitarum cauſis anhelitus magni, nota ſunt ſecundum oppoſitionem. Ipſum autem cuius paruitas eſt propter dolorem, non propter conſtrictionem, ſignificat inuentio doloris, & φ habens dolorem, ſi tolerat dolorem, & expectat ſuper ipſum, poſſibile eſt ei vt magnificet anhelitũ ſuum, & cum hoc quandoque accidit inter ſeparationes anhelitus eius, anhelitus magnus, ad quem neceſſitas adducit ad tolerandum dolorem: aut adducit neceſſitas in ipſo negligentiam doloris. Et factus à conſtrictione eſt, econtrario illius totius.

B Raſ.8.t.4. C Raſ.8.conti. c.1.8.t.1.

*De anhelitu longo.* Cap. 13.

ESt ille in quo prolongatur ſpatium motus aeris in attractione ſpiritus, & eius redditu, vt poſſit virtus operari in aere plurimo. Et qñq; prohibet magnũ & velocem, dolor, aut ſtrictio, & ponitur longus in cõplemento eius, vt cõſequatur quod attractũ eſt ſm quantitatẽ magni & velocis. F

*De anhelitu breui.* Cap. 14.

ANhelitus breuis, diuerſus eſt à longo: d Et quando aſſociatur ei frequentia, eſt cauſa eius dolor in inſtrumento anhelitus, & quæ ſequuntur ipſum: & quando aſſociatur ei raritas, ſignificat mortificationem innati caloris. D Raſ.8.t.1.

*De anhelitu veloci.* Cap. 15.

ANhelitus e velox, eſt ille in quo eſt motus in ſpatio breui, cum conſecutione neceſſitatis, non ſicut breuis & paruus. Et cauſa in ipſo eſt vehementia neceſſitatis, cum non conſequitur in ipſo ſufficientia magnitudinis: Aut quoniam neceſſitas eſt ſupra illud, quod magnitudo ad ipſam comprehendit: Aut quoniam magnitudini eſt prohibens ſicut dictum eſt in pulſu, & illud prohibens, aut eſt in inſtrumento, aut in virtute. Et quandoq; eſt velocitas in vno duorum motuũ plus quàm in alio propter ſimilitudinem cauſæ prædictæ in anhelitu magno. E G.1.de diff. reſpi.c.5.h

*De anhelitu tardo.* Cap. 16.

ESt contrarius veloci: & cauſæ eius ſunt contrariæ cauſis ipſius. Et quandoq; tardatur propter dolorem, cum neceſſe eſt vt membrum anhelitus moueatur cum facilitate, & ſpatioſitate.

*De anhelitu frequenti.* Cap. 17. G F G.1.de diffic. reſpi.c.1.b.c, & 4.de diffis pul.c.5.h

ESt f anhelitus inter quẽ, & inter illum, qui eſt ante ipſum, abbreuiatur tempus. Et ex cauſis eius eſt vehemẽtia neceſſitatis, cum nõ ſufficit magnitudo, & velocitas: qm̃ ipſa eſt maior, quam ſit illud quod comprehenſum eſt ad ipſam cum eis: qm̃ minor ea eſt prohibitio ex dolore: aut apoſtemate: aut conſtrictione propter materias plurimas: aut coarctationem: aut effuſionem puris in ſpatio pectoris: aut aliqua cauſarum cõſtrictionis. Et tu quidem diſcernes inter illum, qui accidit cauſa neceſſitatis, & illum qui accidit cauſa doloris, & aliorum ex eis quæ præterita ſunt tibi in capitulo magnitudinis. Et anhelitus freqũes ſecundum φ teſtatur de eo. g Hipp. ſequitur nocumẽtum propter exiccationem pulmonis, & fatigationem membrorum anhelitus & quæ ſequuntur ea. G 1.prog.24.h

*De anhelitu frigido.* Cap. 18.

SIgnificat h mortificationem virtutis, & extinctionem caliditatis innatę, & cõuerſionem i complexionis cordis ad frigiditatem. Et eſt deterius ſignũ in ęgritudinibus acutis. & proprie quando cum eo eſt roritas. Nam tunc completur ſignificatio eius ſuper reſolutionem innati caloris. H Lib.4.Fẽ.1.t.r. c.31. & G.3.de diffic. reſpi.c.8.a I Raſ.8.cont.t.1. c.1.8.t.1.

*De anhelitu fœtido.* Cap. 19.

ESt intrans in fœtore oris: ſed ſeparatur à reliquis ſpeciebus fœtoris oris: quoniam in illis ſpeciebus quandoque euentatur fœtor in diſpoſitione, quæ non eſt anhelitus, & iſte non manifeſtatur niſi apud egreſſionem anhelitus, k & ſignificat humores putrefactos in membris anhelitus, ſcilicet aut canna, aut pulmone, cum in eis putreſit humor, aut ſanies. H K Raſ.8.contit.t.1. c.1.8.t.1.

*De permutationibus quæ currunt inter anhelitum magnum, & anhelitum velocem, anhelitum frequentem, & contrarios eorum.* Cap. 20.

IAm ſciuiſti quòd quando neceſſitas additur, & non eſt prohibens magnificatur anhelitus. Sed ſi additur plus, fit velocior: quòd ſi additur plus, fit frequens. Si autem retrocedit neceſſitas, minuitur prius frequentia, deinde velocitas, poſtea magnitudo: & ſimiliter quando minuuntur deſiderium, & prohibitio: & quando deficit reditio in intentionibus tribus, inuenitur raritas plus, deinde tarditas: poſtea magnitudo, quare eſt egreſſio à naturali ad paruum minus, quàm ad tardum, & ad ambo minus quàm ad rarum. Et ſi tu experieris iſta in dilatatione & conſtrictione ſimul ſecundum diuerſitatem duarum neceſſitatum prædictarum, declarabitur tibi diuerſitas in additione & diminutione. Cum enim cauſa eſt magis ducens in dilatatione ad additionem, eſt tempus quod eſt ante dilatationem, breuius. Et quando eſt ſimilis illi cauſæ in conſtrictione, eſt tempus quietis, quæ eſt ante conſtrictionem, breuius & anhelitus frequens velox ſequitur apoſtema calidum, aut conſtrictionem ab oppilatione.

*De anhelitu*



*De anhelitu a narium commouente extremitates narium.* Cap. 21.

A Raſ.8.cont.t.1. c.1.8.t.4. B G.4.lo.aff.c.7.h A

ISte b anhelitus ſignificat debilitatem, virtutis, aut conſtrictionem vehementem pręfocatiuam in decollatione: aut collectionem ſaniei: aut effuſionem eius, aut humoris.

*Sermo vniuerſalis de malitia anhelitus.* Cap. 22.

MAlitia anhelitus communicat diſpoſitionibus egredientibus à natura, in anhelitu, quam nõ conſequuntur accidentia ſana: immo accidentia ægra, impedientia: & illa ſunt, ſicut difficultas anhelitus, & conſtrictio anhelitus, duplatio anhelitus, & interſectio anhelitus, & anhelitus pręparatus. Et quandoq; accidit propter ſpecies malitiæ complexionis, & repletionis: aut propter oppilationem, & vicinitatem coarctationis apoſtematum, & dolores à motu prohibentes, & propter vlcera in velamine, & partibus pectoris: & propter caſum virtutis ex ægritudinibus teretibus virtutem, & febribus acutis, & peſtilẽtialibus & venenis ebibitis. Et omnis quidem malitia anhelitus, aut ipſius conſtrictio, aut difficultas eius propter materiã, additur apud reſupinationem: & eſt media apud dormitionem ſuper latus: & alleuiatur cum quis ſtat erectus: & in præfocatiuo intrinſeco prohibetur apud reſupinationem omnino.

*De conſtrictione anhelitus.* Cap. 23.

C Raſ.8.cõti.t.1. c.1.8.t.1. B

COnſtrictio anhelitus eſt vt non inueniat aer, in quo exercitatio fit cum anhelitu, meatum in parte ſui motus, niſi ſtrictum, in quo nõ penetret niſi paulatim. c Et eius cauſæ, aut ſunt apoſtemata in illis meatibus quæ ſunt epiglottis, & cãnæ, & rami eius, & arteriæ, & in ipſa raritate pulmonis & corpore ipſius. & de apoſtematibus eius quod vehementius oppilat anhelitum eſt illud, quod eſt durum: aut humores plurimi in ipſo, aut groſſi, aut viſcoſi, aut aquoſi aggregati in pulmone, aut clauſura accidens ei ex coarctatione vicina ex apoſtemate calido in c hepate, aut ſtomacho, aut c ſplene: aut humores effuſi in ſpatio propter c hydropiſim: aut alia, ſicut fit ex apertionibus apoſtematum in ventre inferiore, non permittentibus fieri dilatationem. Aut ſpiſſitudo ex ſiccitate: aut ſtypticitate: aut frigore: adueniẽte pulmoni & velamini: Aut à ſiccitate in neruis, & velamine, & eſt melius vt nominetur difficultas anhelitus: Aut à vaporibus fumoſis conſtringentibus intrinſecus anhelitum in locis ſtrictis. Et quandoq; eſt cauſa eius conſtrictio pectoris: vt non inueniant membra dilatantia, anhelitum, vbi expandentur. Et quandoq; fit cauſa criſis, & ſignum eius eſt quando declinant materiæ ad ſuperiora. Et quandoq; fit difficultas anhelitus, & conſtrictio eius propter curſum materierum ab apoſtematibus intrinſecis, permutatis ad partes capitis, & indicat apoſtemata poſt aures, ſi res fuerit magis incolumis, aut in cerebro, ſi fuerit prauior.

*De ſignis.* Cap. 24.

C

APoſtematũ pręfocatiuorum rememoratio iam pręterijt tibi: Signũ vero apoſtematis quod fit in pulmone ipſo, eſt dolor debilis, & i lacertis, & in velaminibus pectoris eſt dolor pũgitiuus intrinſecus, & eſt fortior, & vehementior: & exterius eſt debilior, & in cartilaginibus pulmonis eſt dolor in quo eſt mordicatio. Et qñq; perducit ad tuſſim. & ſi fuerit calidum tũc eſt febris. Et ſigna præfocatiui nota ſunt, φ fit vehementius apud reſupinationem. Signa autem humorum ſi ſunt in canna, ſunt ſputum, & deſiderium tuſſiendi, & iuuari ea cum expuitione rei facta cum quacunq; tuſſi & cum ſtertore. Et ſi ſunt in pulmone, eſt illa diſpoſitio ſimiliter: niſi quia tuſſis incipit à loco magis profundo: & non eſt ſtertitio niſi ſm quantitatem eius quod cum difficultate expuitur, & ſi ſunt in ſpatio, tunc iam permutatur ex latere ad latus, cum alteratione iacẽdi: deinde egreditur cum ſputo: & non eſt in ipſo cum conſtrictione anhelitus, tuſſis de qua ſit curandum.

*De diuerſitate anhelitus.* Cap. 25.

ANhelitus diuerſus fit cum cauſis, quæ ſunt ſicut cauſæ diuerſitatis pulſus: & eſt eius diuerſitas ordinata, & inordinata.

*De anhelitu duplo.* Cap. 26.

D Gal.4.apho.54.

ESt ex ſpeciebus diuerſi, & eſt anhelitus in quo cõpletur dilatatio, aut conſtrictio duobus motibus, inter quos ambos eſt mora, d ſicut eſt anhelitus pueri cum plorat: Nam fit in eo compreſſio, quando dilatatur: & mutatio, quando ſtringitur: Et eius cauſa aut eſt caliditas multa, quæ non D iuuatur eo quod attrahitur: Immo cauſat neceſſitatem ſucceſſiuæ attractionis aeris cum additione: Aut eſt debilitas in inſtrumento anhelitus noto, faciens neceſſitatem quietis in anhelitu: aut eſt malitia complexionis deijciens virtutem, aut exiccans: aut e indurans inſtrumentum, & eſt plurimum: Aut eſt dolor in ipſo aut in vicinis eius aut apoſtema. Et vicini ſunt, ſicut velamen, & hepar, & ſplen. Sed hepar eſt vehementioris communicationis quàm ſplen: aut eſt ægritudo officialis ex eis, quæ iam numeratæ ſunt multis vicibus: f Aut eſt multitudo ſpaſmi præteriti, aut futuri. e Et iſte anhelitus eſt ſignum malum in ægritudinibus & febribus acutis. e Cum autem accidit ex frigore tunc ipſe eſt ex eis que ſanat febris.

E Gal.4.apho.54. F Gal.4.apho 68.

*De anhelitu dimidio.* Cap. 27.

ESt vt ſit nocumentum in medietate pulmonis, & ſit medietas altera incolumis: quare eſt anhelitus medietas, anhelitus incolumis.

*De anhelitu difficili.* Cap. 28.

ESt vt ſit exercitatio in aere laborioſa, ſiue ſit ſtrictura, ſiue non ſit ſtrictura. Et cauſa in ipſo eſt nocumentum membrorum anhelitus, ſm φ dictum eſt in alijs. Et qñq; eſt propter inflammationem igneam dominantem cordi, & fit propter frigus mortificans virtutem motiuam, aut impediens

diens eam, ſicut accidit cum eſt frigus velaminis, propter cauſam frigoris ex linimento aut aliud, & quandoq; eſt propter oppilationem: & quãdoq; eſt humor, & qñq; eſt propter malitiam complexionis accidentis velamini, ſicut frigus aeris: aut frigus ex emplaſtro poſito ſuper ipſum, propter cauſam in ipſomet: aut propter cauſam in ſtomacho, & hepate, & cadit ipſum in vicinitate illius emplaſtri, & infrigidatur: quare non fit bona eius dilatatio. Et qñq; fit propter oppilationem, apud quam retinetur vẽtoſitas attracta, & indiget labore donec infletur, & iſte eſt diuerſus propter conſtrictionem. Et quandoq; eſt oppilatio apoſtemoſa. Et quãdoq; fit propter medicinam ſolutiuam mouentem, & non ſoluentem: aut propter clyſtère acutum, non ſoluens. Et ſimiliter quãdo phlebotomia in pleureſi non conſequitur neceſſitatem. Et oportet quidem vt legatur illud quod ſcripſimus in fine ſermonis noſtri in conſtrictione anhelitus hic etiam.

*De præparatione anhelitus.* Cap. 29.

PRæparatio [a] anhelitus eſt, anhelitus, qui non aduenit habenti ipſum, niſi pręparetur, & ęquetur, & extendat collum ſuum extenſione tendente ad ſuperiora: quare aperitur propter illud meatus, & non poteſt declinare collum ſuum: quoniam conſtringitur ſuper ipſum anhelitus, ſicut conſtringitur ſuper trahentem collum ſuum ad poſteriora. Et ſimiliter non poteſt declinare pectus, & dorſum ad poſteriora. [a] Et quando remouetur hęc præparatio, & proprie quando reſupinatur, accidit ei vt cooperiantur ex ipſa partes pulmonis. ſ. quædam earum cum quibuſdam, quare oppilant meatum: quoniam ipſe in radice huiuſmodi eſt oppilatus in pluribus: & in ipſis non eſt apertio niſi parua, quam deſtruit declinatio partim quarundam ſuper alias, quare oppilantur meatus. Et quandoq; fit illa oppilatio accidens in febribus, & ſimilibus, propter vapores declinantes, & humiditates reſolutas. Et quãdoq; fit in veritate propter humores implentes, & oppilantes, & apoſtemata: aut quoniam lacerti ſunt mollificati. Cum ergo non deſcendunt ad partem pedum, immo deſcendunt ad partem dorſi, & pectoris, coarctatur.

*Sermo vniuerſalis de anhelitu naturarum, & diſpoſitionum.*

*De anhelitu ætatum.* Cap. 30.

PVeri [b] quidem indigent eductione ſuperfluitatum fumoſarum neceſſitate vehementi: quoniam digeſtio in eis eſt plurima, & magis aſſidua, & non eſt neceſſitas ipſorum ad extinctionẽ pauca, & virtus ipſorum non eſt vehemens valde: quoniam ipſi non ſunt completi in ſuis corporibus, & ſuis virtutibus: quare neceſſarium eſt vt cadant in anhelitibus ipſorum frequentia, & velocitas vehemens cum magnitudine aliqua, non exiſtente cum illa vehementia. Iuuenum autẽ anhelitus ſunt maiores: ſed minoris velocitatis, & frequentiæ, & cum neceſſitas cõſequitur in eis cum magnitudine. [b] Senum verum anhelitus ſunt minores in diſpoſitionibus additionis quam anhelitus iuuenum, & non ſunt in paruitate anhelitus decrepitorum. [b] Sed decrepitorum anhelitus ſunt minores, & tardiores, & vehementius rari propter id quod tibi non occultatur.

*De anhelitu repleti [c] ex cibis, aut ex [d] prægnatione, aut [d] hydropiſi & ſimilibus.* Cap. 31.

EOrum anhelitus declinant ad paruitatem: quoniam velamẽ eſt coarctatum à motu dilatatiuo, & propterea ꝙ minoratur eorum anhelitus, non eſt excuſatio à velocitate, & frequentia, ſi eſt ſufficiens virtus: aut frequentia ſola, ſi eſt virtus debilitata.

*De anhelitu balnei.* Cap. 32.

ANhelitus [e] quidem balneati aqua calida, magnificatur propter neceſſitatem, & propter lenitatem inſtrumenti, & fit velox, & frequens propter neceſſitatem. [e] Balneati vero frigida, res eſt econuerſo.

*De anhelitu dormientis.* Cap. 33.

CVm [f] virtus in ipſo eſt fortis, tũc eius anhelitus magnificatur, & fit rarus propter cauſam prædictam in [g] capitulo pulſus: & eſt eius cõſtrictio maior, & velocior, quàm ipſius dilatatio: quoniam digeſtio in ipſo eſt plurima.

*De anhelitu dolentis in membris pectoris.* Cap. 34.

ESt ſicut ſciuiſti ex eis quæ [h] præterierunt tibi ex me declaratio eius: ipſe enim declinat ad paruitatem & breuitatem: & quandoque duplicatur: & quandoq; eſt difficilis: & quandoq; tardatur, quando non eſt inflammatio: & fit frequens, ſicut ſciuiſti: Et ſunt paruitas eius, & breuitas ipſius, plus quam eius tarditas: quoniam ducens ipſum ad retentionem & paruitatem dilatationis, eſt plus quã ducens ipſum ad facilitatem: & vt noceatur cum magnitudine dilatationis vehementius, quàm vt noceatur cum velocitate. Nam inflammatio cordis, & calefactio non excuſant ex velocitate, quamuis lædatur cum ea.

*De anhelitu eius, cuius anhelitus conſtringitur propter quãcunque cauſam: & de anhelitu habentis aſthma.* Cap. 35.

OPortet vt ſuccurratur ei, qui fit cum conſtrictione, auxilio ex parte velocitatis & frequentiæ, in plurimo rei: quare fit anhelitus eius paruus, ſtrictus, frequens, & anhelitus habentis aſthma eſt ex eis quæ ſunt declarata in capitulo ſuo.

*De anhelitu habentium ſaniem.* Cap. 36.

{QVandoq; [i] laborant in dilatatione pectoris totius cum caliditate, & exufflatione: & non eſt illic magnitudo, neq; quod neceſſitet virtutẽ: qm̃ habens hanc ægritudinem iam debilitatus eſt in vltimitate.} [k] Sed virtus in habentibus peripneumoniã & aſthma, & remanẽs.

De anhelitu

A G.4.lo.af.c.7.h
B G.1.de diffic.reſpi.c.7.d, & Raſ.8. cont.t.1.c.1.81.
C G.li.6.lo.af.c.5. fo.40.e, & 1.de difficul.reſpi c.11.c.d, & Raſ.81.1.
D Gal. & Raſ.
E G 1.de difficul. reſpi.c.7.d
F G.1.de difficul. reſpi.c.7.d.e
G L.1.1.F.2.doct.1. ſum.1.c.12.
H C.11.&15.&G. 1.de diff.reſpi.c.11.f
I G.4.lo.af.c.7.h.
a Sic ẽtiis, quibus inter thoracẽ pulmonemq; magna puris quãtitas collecta eſt, quos ſuppuratos vocant, toti thorax attollit: ſed neq; calid' eſt ipſorũ ſpũs, neq; eſt exufflando emitti ſolet, niſi adurens fortaſſe febris acceſſerit. Verũ ii celerrime ſuffocantur ob multitudinem ipſam, tum quod vires olbus ſuppuratis ex neceſſitate, imbecilliores redduntur.
Alia litera.
Ra 81.1. Patientes ſaniẽ i pectore, patiũtur pectus tendi abſq; aere calido, & flatione, & ipſi qñq; ſuffocantur velociter ex defectu virtutis ipſorum.
K Raſ.81.1.



*De anhelitu habentium decollationem, & ſuffocationem, & quæ eis ſunt ſimilia.* Cap. 37.

ESt cum dilatatione magna, cum velocitate, & frequentia propter neceſſitatem, & ſubmerſionem materiei, & non eſt eis exufflatio.

*De aſthmate.* Cap. 38.

ASthma eſt ægritudo pulmonis, cum qua quieſcens nõ inuenit excuſationem ab anhelitu frequenti, ſicut eſt anhelitus [a] quo laborat præfocatus, & feſtinatus. Et hæc ægritudo, cum accidit [b] decrepitis, non forſitan ſanatur neque maturatur: [c] cum ipſa in iuuenibus etiam difficilis fit & ſm plurimũ augmentatur apud reſupinationẽ. Et hæc quidẽ ægritudo eſt ex ægritudinibus [d] longis, habens cũ hoc paroxyſmos acutos, [d] ſm ſimilitudinem paroxyſmorũ epilepſiæ & ſpaſmi. Et quandoq; fit propter nocumentum [e] in ipſo pulmone, & in eis quæ ipſi continuantur, propter inuiſcationem humorum groſſorum in arterijs, & ramis earum paruis & ſugentibus earum vel capillaribus ipſarum. Et quandoq; eſt in canna pulmonis. Et quandoq; eſt in raritate pulmonis, et locis vacuis. Et iſtę humiditates quandoq; ſunt ad ipſum effuſæ ex capite, & proprie in regionibus meridianis. & cum multiplicatione exſufflationis ventorum meridionalium. Et quandoq; ſunt ex pulſæ ad ipſum ex alijs locis. Et quandoq; eſt cauſa generationis earũ in ipſo, frigiditas eius, & incipit paulatim. Et quandoq; fit propter humorẽ non exiſtentem in pulmone, & arterijs eius, immo in ſtomacho, effuſum ex capite, aut ex hepate, aut generatum in ſtomacho. Et ſpecies aſthmatis dicta albhear vel bhear accidens apud aſcenſionẽ hominis ex deorſum in ſurſum eſt propterea ꝙ ſtomachus comprimit velamen, & velamen cõprimit pulmonem: Et hepar quando infrigidatur, aut ingroſſatur, quandoq; adiuuat ad faciendum aſthma. Et iſti quidem humores quandoq; nocent ſua qualitate: & quandoq; nocent ſua quantitate, & multitudine. Et quandoq; fit, ſed raro ex exiccatione pulmonis, & ſiccitate eius & aggregatione eius ad ſeipſum. Et quandoq; fit ex frigiditate eius. Et quandoq; fit propter nocomentũ principiorum membrorum anhelitus ex neruis, & nucha, & cerebro: aut catarrho expulſo ad ipſum ex eis. [f] Et qñq; fit propter cõmunitatẽ membrorũ vicinorũ cõprimentium mẽbra anhelitus: quare nõ dilatant̃: [g] ſicut eſt ſtomachus plenus, quando comprimit velamẽ. Et qñq; accidit propter multitudinẽ vaporis fumoſi, quãdo coarctatur in pulmone, & peruenit ad eũ. [h] Et qñq; fit propter ventoſitatem coarctatã in membris anhelitus, cõprimentẽ anhelitũ. [i] Et qñq; fit propter paruitatẽ pectoris, quare nõ ſequitur ipſum neceſſitas ex anhelitu: & fit illud nocumẽtũ naturale in anhelitu, ſicut accidit in cibo ex prauitate ſtomachi, & qñq; aſthma fit vehemẽs, & fit anhelitus præparationis. Et multoties permutat̃ ad peripneumoniam.

*De ſignis.* Cap. 39.

SI fuerit cauſa aſthmatis humores, aut humiditates in canna ipſa, erit illic cõſtrictio in principio anhelitus cum excreatione: & [k] ſtertore vel raſcatione & ſenſatione materiæ ſtantis & grauitatis cum ſputo rei ex loco propinquo. [k] Et ſi fuerint humores ex catarrho, erit ſubito: & ſi nõ, erit paulatim. [l] Et ſi fuerint in arterijs pulmonis perſeuerabit diuerſitas pulſus tremuloſa, vel ſimilis tremori cordis. Et qñq; adducit ad tremorem cordis cõfirmatũ, & interficit: & plurimũ pulſus habentiũ aſthma, eſt tremuloſus. Si autẽ fuerit extra ſpatiũ, quocũq; modo ſit, non erit tuſſis. Et ſi fuerit cũ cõitate principiorũ, ſignificabit ipſum illud quod præterijt. Et ſi fuerit cũ cõmunitate vicinorũ, ſignificat ipſum additio ipſius propter excitationẽ quæ eſt in eis, aut repletionẽ accidentẽ in eis. Et ſi fuerit à catarrho, ſignificabit ipſum diſpoſitio eius. Et ſi fuerit ab eruptione ſaniei ſubito ad membra anhelitus, ſignificabit ipſum illud quod præceſſit de apate, & collectione: deinde quod prouenit ex eruptione. Et ſi fuerit à ſiccitate, ſignificabit ipſum ſitis, & priuatio ſputi omnino: & ꝙ minoratur cum recipit quod humectat, & adminiſtratur quod humectat. Et ſi fuerit propter ventoſitatem, ſignificabit ipſum leuitas partium pectoris cũ cõſtrictione, quæ diuerſificatur ſecundũ acceptionem eius quod inflatiuũ eſt: & eius quod non eſt inflatiuum. Et ſi fuerit propter frigus cõplexionis pulmonis, ſicut fit in decrepitis, tunc ipſum paulatim incipiet, & confirmabitur.

*De cura aſthmatis & conſtrictionis anhelitus, & præparationis eius.* Cap. 40.

IN facto quidem ab humiditatibus, cura, & eius modus eſt, vt perueniatur ad finiendum humiditates, quæ ſunt in pulmonibus eorum cum facilitate & æqualitate. Et ſi ſciueris quòd nocumentum accidens in eis, eſt propter multitudinem, tunc euacuabis corpus proculdubio cum ſolutiuo. Sintq; medicinæ ſubtiliatiuæ, maturatiuæ, [m] abſque calefactione vehementi perducentes ad exiccationem materiei, & ingroſſationem eius. [n] Et propter hoc antiqui non appoſuerunt in confectionibus curæ aſthmatis opium, neq; hyuſquiamum, [o] neq; mandragorã, niſi intentio ſit per illud prohibitio catarrhi, quando multiplicatur: immo neq; pſyllium, niſi quod Deus vult glorioſus & excelſus. Et propter hoc [p] oportet, vt aſſidue fiat humectatio materiei, & maturatio eius, cũ eſt groſſa, & viſcoſa. Et non ſis contentus ſubtiliatione, aut inciſione pura. Et quandoq; adducunt labor eius, & inobedientia materiei, ad vlcus in pulmone: [q] Et ſimiliter quoniam omnia quæ prouocant, nocent huic ægritudini inquantum prouocant: propterea, quia extrahũt ſubtile ab humiditate. [r] Et cum ſentis cum aſthmate groſſitiem in hepate, oportet vt permiſceas cũ medicinis pectoris, medicinas ex genere eupatorij & [r] abſintyij: Et illud quod coniungit inter duas res ſimul vehementer, eſt ſicut [r] rubea tinctorum, & [r] ariſtol. etiam. Et [s] cum ille qui curatur eſt puer, oportet vt permiſceatur tunc cum medicinis, lac matris eius: Et ſufficiunt eis medicinæ æquales, ſicut fœniculum humidum cum lacte. Et ex eis quę iuuant ad maturationẽ & ſpuitionem eſt ius galli

AVICENNA II decrepiti.

A Gal.7.de cõpo. phar ſm loc.c.6.c & 3.apho.26.e.& cõ.2.in 3.de morb. vulg.4.b
B Ga.3.apho.31.& 3.de ſan.tu.c.8.b & 2.apho.40.
C Raſ.8.cõti.t.1. c.1.84.3.
D G.4.de cã.pulſ. c.11.a
E Gal.7.de cõpo. phar.ſm loc.c.6.c, & cõmẽ.4.in.6.de morb.vulga.4.a
F Gal.6.aphor.16.
G Gal.6.lo.af.c.5. fol.40.e
H Raſ.8.cõti.t.1. c.1.84.4.
I Raſ.85.1.
K G.4.lo.af.c.8.f
L F.11.t.2.c.2.
M Gal.7.de cõpo: phar.ſm loc.c.6.g
N Raſ.84.2.& G. 7.de phar.compo. c.6.g
O Gal.ibidem.
P G.lib.7.d cõpo. phar.ſm loc.c.6.d.
Q Raſ.8.cõti.t.1. c.1.85.1.&.3.
R Raſ.84.4.
S Raſ.85.1. Infra ꝯ bis

decrepiti.Et ex regimine iuuatiuo eius, eſt vt adminiſtretur [a] fricatio pectoris, & quæ ſequuntur E ipſum cum manibus, & mandili aſpero proprie ſi fuerit illic anhelitus præparationis:ſitq; fricatio æqualis ſicca abſq; vnguento, niſi accidat laſſitudo: tunc enim adminiſtratur vnguentũ. [a] Et oportet vt in fricatione adminiſtres in quibuſdam horis abrotanum, & nitrum, & fiat cum eis fricatio vehemẽs, Et ſi materia eſt plurima, tunc neceſſaria eſt purgatio eius cum ſolutiuo facto ex eis quæ ſunt ſicut ſemen vrticæ, & polypodium, & cucumer aſininus, & pulpa coloquinthidæ.Et ex regimine in hoc poſt purgationem, & vomitum, [b] eſt adminiſtratio vocis cũ eleuatione gradatim ad fortitudinem, & longitudinem. [a] Et ex regimine in illa mundificatione, eſt adminiſtratio vomitus continui:& proprie poſt comeſtionem raphani: aut poſt potationem.iiij.drach.baurac cum pondere.v.vnc.ſyrupi de melle.Et illud quidem quando fortis fit ægritudo, & difficilis fit res. Et elleborus albus valde iuuatiuus eſt, & eſt in ægritudinibus pectoris ſecurus, & abſque timore. [a] Et rectius quidem eſt vt ſumantur fruſta ellebori, & figantur in raphano, & dimittantur ſic die & nocte, deinde extrahantur ab ipſo, & comedatur ille raphanus: [c] Et etiam ſumantur ſinapis, & ſalis amborum ana drach.i.baurac armeni drach.5,nitri danic.i.& dentur in potu in.v. ſextarijs aquæ & mellis: & quantitas mellis in ipſa ſit vncia.i. [d] Et ex regimine bono in hoc, eſt aſſiduatio lenificatio naturæ, & adiuuat eos ad illud receptio capparis ſaliti ante cibum, & [b] altharich antiqui, [a] & α iuris galli decrepiti cum medulla cartami, & volubilis, & ſiclæ. [a] Quod ſi per illa non ſit lenifica- F tio, detur in potu aqua hordei, in qua vehementer decoctum eſt parum euphorbij. [a] Et epithymũ quidem eſt vehementis iuuaminis in hac ægritudine.Nam ſi ſumatur ex aqua, in qua decoquatur epithymũ cum melle, eſt vehementis iuuamenti. [a] Et ſimiliter ſi ſumatur ex eo aure.i.cum rob. Et ſimiliter decoctio ficuum, & calamenthi, & rutæ in aqua, ſumantur ex ea cum melle, [a] & etiã decoctio fœnugræci cum, ficubus pinguibus cum melle plurimo adminiſtretur ante cibum tempore longo, & reiteretur poſt ipſum. [e] Et ſimiliter decoctio paſſularum, & fœnugræci cũ aqua pluuiali. [a] Et ex regimine in hoc eſt exercitium in quo gradatio fiat ex tarditate ad velocitatem, vt non faciat accidere eis feſtinatio præfocationem, propterea quia ipſa mouet materiam laborioſe. In cibis vero eorum oportet vt gradatio ſimilis ei quàm prediximus in exercitio. [a] Et ſit eorum panis, panis coctus, habens ſemina, vt [a] cyminum, [a] aniſum, & ſimilia, ex maſſa fermentata: Et ſint eorum cibi vltimæ menſæ illi in quibus ponuntur ſemen [f] † {alraſed, }& folia hyſſopi, & origanum, & calamenthum, & pinguedines ciborum eorum ſint de adipibus leporum, & cerui, & gazel, & proprie vulpis, & præcipue eorum pulmones. [g] Pulmo enim vulpis eſt medicamen huiuſmodi ægritudinis, cum exiccatur, & datur ex eo in potu pondus.ij. drach. Et ſimiliter pulmo ericij campeſtris. Eorum vero carnes ſunt, ſicut [a] piſces petroſi fluuiales, non lacunales: & ſicut paruæ aues, [a] & franculini, & perdices, & α ius gallorum confert eis. Et quandoq; ponitur lingua arietis G in cibis habentium aſthma. Sed eorum vina ſunt odorifera, antiqua [h] ſubtilia, paruæ quantitatis. Et quando voluntas eſt, vt multiplicetur maturatio, & iuuamentum ad ſpuendum accipiatur ex eo ſubtile valde.Et ſyrupus de melle confert eis etiam, & in vinis dulcibus adiutis cum aliquo ſubtiliatiuo adiuncto eis, eſt iuuamentum ipſis, propter illud quod in eis eſt ex abſterſione, & lenificatione, & calefactione æquali. [a] Et oportet vt elongentur inter cibum & potum, & non ſatientur ex aqua ſubito: immo pluribus vicibus. [a] Ex rebus autem quas oportet eos vitare, eſt balneum quantum poſſunt, & proprie poſt cibum. [a] Et ſomnus plurimus: & proprie [a] ſomnus diei, & ſomnus poſt [a] cibum eſt res nocibilior eis, niſi aduenait eis ſpatium vehemens, & laſſitudo, & caliditas:tunc nanq; dormiat parum. [a] Et oportet vt vitent omne granum in quo eſt inflatio:& vt vitent potare poſt cibum ſiue ſit aqua, ſiue vinum.Medicinæ vero ſolutiuæ fortes quæ eis conueniunt ſunt, ſicut ſi in potu ſumant [i] ex opopanacis & pulpæ coloquinthidę amborum ana drach. 5.cum aqua mel. [l] Aut caſtoreum cum ammoniaco: [a] & pil.de agarico neceſſarium eſt vti in menſe bis, quando cauſa fit fortis. Quarum deſcriptio. [k] Recip.agarici tres partes, radicis lilij, praſii amborum ana partem.i.turbit partes.v.hieræ picræ.iiij. pulpæ coloquintidæ, ſarcocollæ amborum ana drach.i.myrrhæ drach.i.terantur & conficiantur cum rob: & ſit potio earum.ij.drach. [l] Et etiam pulpæ coloquinthidæ medietas aure.aniſi pars ſexta aurei, conficiantur cum aqua, & fiant H ex eis pilulæ, & adminiſtrentur poſt adminiſtrationem clyſteris puri ante ipſas per diem.Et fit ex eis quæ ſunt ſicut aqua ſiclæ, & oleum ſiſaminũ, & baurac, & quæ curſu eorũ procedunt. [l] Et iterũ pulpæ coloquintidæ danic.ij.ſeminis vrticæ drach.i.epithymi drach.5.conficiantur cum aqua mellis:& ſunt potio.i.Et expectentur ſuper eã tres horæ:deinde potentur.ij.vnc.aut.iij.ex aqua mel. [l] Aut etiam pulpæ coloquintidæ, & ſceha æqualiter, baurac medietas partis, radicis lilij, opopanacis amborum ana pars.i.fiant ex eis pilulæ.Sitq; potio earum ex drach.i.&.5.vſque ad.ij.drach. & expectetur hora.i.& detur in potu poſt eas [m] † {media cotyla}aquæ mellis. [n] Et etiam ſinapis aur̃.i.ſalis communis qui in pane ponitur.5.aure, ſucci cucumeris aſinini.5.aure fiant ex eis.viij.trochiſci, & bibatur trochiſcus.i.ex eis vna die:& die altera non: & potio ſit cum aqua mellis. Iſta enim leniunt naturam, & faciunt ſpuere cum facilitate.In reliquis vero medicinis [o] oportet vt permutatio fiat, & non continuetur vna medicina ex eis aſſidue, quare fiat conſueta vel amicabilis naturæ. Et iterum inter medicinas et corpora ſunt proportiones, quæ non comprehenduntur niſi cum experimento.Cum ergo experieris applica quod magis eſt iuuatiuum. Et oportet vt obſeruetur pars effuſionis materiæ.Nam ſi fuerit ex capite, rege caput curatione catarrhi cum regimine

A Ser.t.1.c.4.
B Raſ.85.3.
C Gal.7.de phar. cõpo.ſm loc.c.6.b
D Ser.&Raſ.87. 1.& 85.2.
Supra α & Infra α
E G.ibi.e, & Raſ 8.conti.t.1.c.2.84 3,&.85.1.
F † naſturtii.
G G.11.ſimpl.medic.79.h
Supra α bis.
H Cal.7.de cõpo. phar.ſm loc.c.6.d
I Gal.ibi.a
K Ser.&Raſ.85.3.
L Raſ.84.3.
M † vnc.viiij.
N Gal.h.&Raſ 84.3.
O Lib.1,Fẽ.1.de.4.c.1.&li.3.F.22.t.1.c.7.&G.li.3.d ſan.tu.c.9.f.&Ser.&Raſ.87.1.2.&.16.cõti.t.1.c.2.1874.



A ne mundificationis humoris. [a] Et quandoque ponuntur in eo narcotica. [b] Et lutum armenum eſt mirabile in prohibendo catarrhum.Diſtinctio vero medicinarum eſt ſicut medicamen Dioſcoridis, & [c] ariſtolochia rotun. Sumatur inde in potu omni die.5.drach.cum aqua.Et ſicut ſerapinum cum vino, & ſemen iuniperi, & nux cupreſſi, & [d] † {alfaſera,}& [e] etiam alfeſeraſtẽ.iiij. danic &.5. cum aqua radicum:& [d] etiam acetum in quo infuſum eſt de ſemine vrticæ multoties [d] aut pondus drach,ij.ſeminis naſturtij ſuper quod diſtillatum eſt oleum amygdalinum dulce, & [d] radix rubeæ medietas, & quarta drach.vnius, cum oxymelle ſquillitico.Oxymel enim ſquilliticum iuuatiuum eſt valde.Et [f] ſquilla α aſſata ipſamet, & proprie cum melle, & ariſtolochia ro.& duo calamentha, & ſceha, & lilium etiam, & chamæpiteos, & caſtoreum, & etiam decoctio centaureæ.Et centaureę duæ ſpecies iuuatiuæ ſunt eis in duabus diſpoſitionibus, groſſa apud motum, & in principio, & [d] minuta apud quietem, & in poſtremo fiat electuarium cum melle, & etiam [d] glutem alimbat ſolum, aut cum pauco pyrethro, & galbano.Et opopanacum fortiter iuuat etiam hanc ægritudinẽ. [d] Veruntamen eſt ex eis quorum maxima malitia timenda eſt in neruis. Et medicamen caulium eſt eis vehemens iuuamen. [g] Et etiam ſumantur naſturtij, & ſiſami amborũ ana drac.xxx.& hyſſopi ſicci drach.vij.& ſit potio eius ſm quantitatẽ teſtificatam. [d] Et etiam pulmonis ſicci vulpis.v. calamenthi montani.iiij.ſeminis apij, folij indi, amborum ana.viij.ammomi, piperis amborũ ana. B iiij.ſeminis hyuſquami.ij. [h] Aut α ſumme ſuccum ſquillæ cum mellis æquali menſura, cuius ſpuma proijciatur, & coaguletur ſuper prunas, & detur ex eo in potu [i] † {meſtharum}ante cibum, & tantundem poſt ipſum. [f] Et etiam calamentum, & aſſa, & ireos, & aniſum, & piper, conficiantur cum melle & adminiſtrentur ex eis quãtitas vnius auellanæ mane & ſero.Et etiam polij, & ſceha armeni, & chamæpiteos, & caſtorei, & olibani, & hyſſopi omnium ana aur̃.i.ſumatur & cum melle miſceatur, & eſt potiones duæ.Aut baurac.iiij.piperis albi.ij. [k] † {aniudẽ.}iij.ammoniaci.ij.conficiantur cum melle aut cum rob.& ſit potio eius quantitas fabæ vnius cum aqua mellis. Aut caſtorei, & ariſtolochiæ ro.ammoniaci omnium ana aur̃.i.piperis gran.x.miſceantur cum rob vuæ & potio ex eis ſit quantitas fabæ.i.cum oxymelle.Et etiam praſij, & coſti, & ſtoracis, & granorũ pini omnium ana aure.i.polij, & caſtorei amborum ana aure.i.piperis albi, ſucci cucumeris aſinini omnium ana aure.5.conficiantur cum melle, & ſit potio faba vna cum aqua mellis calefacta.Et etiam ſinapis, & baurac amborum ana partes.ij.calamenthi fluuialis, ſucci cucumeris aſinini amborum ana pars.i.conficiantur cum aceto ſquillitico:& ſit potio eius quantitas herbi in aqua mellis crudi in ieiunio.Aut ſceha, & abſinthium, & ruta conficiantur cum melle:aut inſpiſſetur decoctio cum melle. Et melius eſt ſumere in potu cum oxymelle: cum decoctione calamenthi cum lacte: & proprie cum fuerit illic caliditas.Et [l] ſcias ꝙ enula, & aqua eius vehementer iuuant ad hãc C ægritudinem. Et ex medicinis fortibus, eſt arſenicum cum gumma pini ex quo fiant pilulæ ad aſthma. Aut detur in potu arſenicum cum aqua mellis, [m] & ſulfur cum ouis mollibus coctis in aqua.Et ex medicinis bonis propinquis æqualitati, eſt [n] cyminum cum aceto commiſto: & eſt iuuatiuum valde ad anhelitum præparationis. Et [o] etiam mucilago ſinapis albi cum æquali menſura mellis decoquatur vt electuariũ, & adminiſtretur.Et [p] apud vehementiã prefocationis, & cõſtrictionẽ anhelitus, [q] † {ſumant baurach drach.iiij.cũ drach.ij.naſturrij in.v.vnc.aquæ mellis.} Conferunt enim ei qui hanc patitur ægritudinem ſtatim, & ſunt [p] iuuatiua ſciaticæ. Et olea quæ diſtillantur in potibus eorum, & proprie ſunt oleum amygdalinum dulce, & [m] amarum, & oleũ de pineis.Et inunctiones ſunt ſicut [d] oleum de lilio, & [d] oleum laurinum, & ex eis confricando inungatur pectus.Et ſimiliter oleum anethinum. [d] Suffumigatio autem ſit ſicut arſenicum, & ſulfur ex quibus fiat ſuffumigatio cum adipe renum, & [d] etiam myrrha & coſtus, & caſia, & crocus r † { }& ariſtolochia, & etiam ſtorax liquida, & galbanum, & aloe ſcotrenſis:& [d] etiam arſenicũ, et ariſtolochia lon.terantur, et conficiantur cũ adipe vaccino, et fiant ex eis auellanæ, et ſuffumigetur ex eis cũ drach.i.decẽ diebus fiat, et omni die ter. [s] In aſthmate autem et cõſtrictione anhelitus factis propter vapores fumoſos, dñantes in corde, et ab humoribus exiſtentibus in arterijs cordis, cõfert phlebotomia. [t] Et melior eſt illa, quæ fit in latere ſiniſtro. [t] In D cura autem factorum propter ventoſitatem, intentio eſt duæ res, quarum vna eſt reſolutio ventoſitatis, cum facilitate, quod fit cum ſubtiliatiuis notis. [t] Et ſecunda eſt apertio oppilationis, vt inueniat quod inobediens eſt ex ea ad diſſoluendum meatum, Et ex eis quæ conferunt ad hoc, eſt inunctio etiam cum oleo de [u] † {nereidem, }et oleo laurino, et oleo rutaceo.Et ex emplaſtris iuuatiuis eſt [t] anethum, et [t] chamæmilla, et [t] ſanſucus, decoquantur, et vaporentur ex eis pectus, et ambo latera.Et ex eis, quæ in potione ſumuntur, ſunt ex [x] ſagzenea, et homoruſia, et cochium, et [x] ſerapinum, et [x] opopanacum:Et ſit potio cuiuslibet eorum aur̃.In aſthmate autem et conſtrictione anhelitus factis propter catarrhũ, oportet vt laboretur cum cura prohibente catarrũ, et faciente ſpuere quod aggregatum eſt.Sed illius quod exiſtimatũ eſt ex cõſtrictione anhelitus eſſe propter neruos:et eſt ſm veritatẽ ſpecies difficultatis anhelitus, et ex malitia anhelitus, et non ex capitulo difficultatis anhelitus.iam diximus curam in capitulo difficultatis anhelitus. Factis vero à ſiccitate et exiccatione, et confert [t] potus lactis aſinini, et caprini, et ſucci et olea frigida et humida, et oleum amygdalinum in ſorbitionibus, et vinum ſubtile permiſtum cum humectantibus.Et fugere calefacientia cum potentia, et reſoluentia, et exiccantia quæ ſunt ex eis quæ ſciuiſti, et conueniunt eis epithemata humectantia, et emplaſtra, et vnguenta tenera. In conſtrictione vero anhelitus facta

A Raſ.84.4.
B Raſ.86.1.& Aetii.lib.2.ſer.4.c.57.
C Aetii.li.2.ſer.4.c.57.& Ser.
D † Ser.t.2.c.24. vitis alba.
E Ser ibidem
F G.lib.7.d.cõpo.phar ſm loc.c.6.e, & Ser.
Infra α
G Ser.deficiunt. penidij.
H Gal ibidem.e
Supra α
I † pondus
K † laſerpitij
L Raſ.85.3.4.
M Raſ.86.1.
N Raſ.85.4.
O Raſ.85.3.
P Paul.lib.3.c.29.
Q † Aphronitri drac.iij.cum trib.hydromelitis cyathis aſſumẽtur, ac cum cardamomo nõ nunquã, ſubito auxiliatur.
R † terãtur & cõficiãtur cum vino ſicut auellanæ.
S C.41.& Raſ.84.4.
T Raſ.84.4.
V † ſpica
X Raſ.87.2.

propter caliditatem, cum qua inuenitur inflammatio, oportet vt adminiſtrentur emplaſtra infrigidantia, & cerataria infrigidantia: & eſt in veritate ſpecies malitiæ anhelitus, non conſtrictio anhelitus: [a] & potio violati conditi, & aqua hordei conferunt valde in ea. In facta vero à frigore calefacientia bibita, & illinita, & [a] decoctio fœnugræci cum paſſis, conferunt eis. E

A Raſ.86.4.

*De cura reliquarum ſpecierum anhelitus.* Cap. 41.

SI fuerit cauſa in malitia anhelitus, caliditas cordis, adminiſtra medicinas infrigidatiuas bibitas, & linitas. [b] Et ſi fuerit cauſa multitudo vaporum, qui ſunt in ipſo corde: aut in pulmone, venientium ad ipſum ex locis alijs, phlebotoma baſilicam, & adminiſtra euacuationem cum aqua caſei accepta cum ſyrupo acetoſo cum hiera picra. Et adminiſtra fricationem manuum, & pedum: & ſi fuerit cauſa humiditas ſubtilis, adminiſtra quod temperet ſubſtantiam eius cum ingroſſatione. Et ſi fuerit cauſa humiditas æqualis, verum ipſa erit oppilatiua, adminiſtra quod abſtergit, ſicut ſunt grana pini, & nuces, & paſſæ, & conferunt malitiæ anhelitus humidi ſacraiti [c] ex aqua albedarungi humidi, aut aqua rutæ. Si autem fuerit humiditas groſſa, adminiſtra mundificantia prædicta, fortis abſterſionis, ſicut eſt ſquilla, & hyſſopus, & ſimilia eis: & redi ad illud, quod dictum eſt in capitulo aſthmatis, & quæ numerantur in pectoralibus. Et ſi fuerint vapores, & humiditates venientes ex locis alijs, cura cerebrales ex eis curatione catarrhi, & mundificatione capitis, niſi ſit catarrhus ex debilitate ſubſtantiæ cerebri: quoniam curationem non habet. Et cura quod aduenit F ei ex locis alijs, cum attractione materiei ad partem alteram, poſt phlebotomiam, & euacuatione. Et incipe confortare pectus cum eis, quæ ſunt ſicut ariſtolochia, & ſcordium, & ſtichados, & aldeiacur purum, & confortatum confert valde in confortatione capitis. Et ſi fuerit cauſa nerui, adminiſtrabis ea quæ ipſos confortent, & confortent ſpiritum in eis, & viuificent ipſum, ſicut ſunt olea bene redolentia. & ſi fuerit propter apoſtema in meri, aut malitiam complexionis, cura cum ipſo quod dictum eſt in ſuo capitulo. Et ſi fuerit cum communitate ſtomachi, mundifica ſtomachum & conforta ipſum cum eo quod dicitur in capitulo ſuo. Et ſi fuerit ex frigore, adminiſtra ea quæ, ſunt ſicut ſagzenea, & homoruſia, & anacardina. Et [d] ſi fuerint ex ſiccitate adminiſtra quæ ſunt ſicut penide cum lacte mulcto, & quæ dicuntur in capitulis alijs. Et ſi fuerit ex ventoſitatibus, adminiſtra vaporationes prædictas in aſthmate, & emplaſtra, & alia. [e] Et ſcias quòd crocus eſt ex ſumma medicinarum conferentium valde malitiæ anhelitus, & difficultati ipſius: propterea quia confortat inſtrumentum anhelitus, & facile ipſum efficit.

B C.40. & Id. 84.4.
C Raſ.86,4.
D Raſ.8. cōtin. c.1.86.3.
E Raſ.87.1.

*De cura difficultatis anhelitus ex hac ſumma.* Cap. 42.

SI eſt illud ex humiditate, Gal. præcipit dari medicamen confectum cum melle in omni menſe bis: & ſit potio eius. xxxvi. kirat. Et in die in quo æger ipſum ſumit, non loquatur: neque moueatur ante illum diem, duobus diebus. Et in hora ſeptima, recipiat pacem cum vino cōmiſto. Et in G ſero vitellum oui cum medulla panis. Et in mane habeat pullum paruum de quo ſumat ius, & balneetur in ſero illius diei. Si autem cum hoc non remouetur, adminiſtretur confectio [f] † {albeſd,} & medicamen Andromachi proprie, quando prolongatur ægritudo. Et ſi ægritudo fuerit ex capite, adminiſtretur ablutio capitis omni hebdomada bis cum ſapone, & baurac: & vtatur ſternutatorijs, & gargarizet rob de moris cum aloe, & myrrha. Et vtatur exercitio inunctionis cū fricatione ſuper dorſum, & vtatur ligatione crurium incipiendo a ſuperioribus, & perueniendo ad inferiora. Et adminiſtrentur mundificatiua prædicta. & pilulę huiuſmodi, ſceha, ramorū rutę, & herbæ abſinthij ſumantur partes æquales, & omni die formentur ex eis, ij. pilulæ ad modum ciceris, & ſumantur, & poſt eas oxymel & proprie ſquillitictū. Et iterū aliæ, [g] Recipe caſtorei, [h] † {ſceha} amborum ana partem vnam, abſinthij, & cymini ana partem. 5. fiant pilulæ ſicut cicer. Et electuarium de caulibus eſt bonum eis: [i] & etiam calx ſanguiſugarum, quæ ſunt ſub vrceis, cum adurantur in teſta, donec fiat cinis, & commiſceantur cū melle, & adminiſtretur ex eis omni die cochlearium vnum. Et omnes iſti modi conferunt cum cauſa eſt neruoſa. Si vero eſt ex caliditate, tunc iſti trochiſci iuuant valde, qui Recip. roſarum drach. vi. radicis liquiritiæ drach. xiiij. [k] † {almirberis} drach. ij. laccæ, [l] † {raued} maſticis, ſucci eupatorij, ſucci abſinthij, ſpicæ, aniſi, ſeminis fœniculi, omnium ana drach. iij. croci drach. 5. ſeminis citroli, & cucumeris, & cucurbitæ, & melonis omnium H ana drach. i. gummi dragaganthi, ſucci liquiritiæ, ſeminis maluæ omnium ana drach. i. & oportet vt adminiſtretur euacuatio cum eo, quod educit humores calidos. [d] Si autem fuerit propter debilitatem aduenientem neruis: aut nocumentum, oportebit vt curetur cum eo quod confert ſpiritū, qui eſt in neruis ex oleis calidis odoriferis, ſicut eſt oleum narciſſinum, & oleum ſuſen, & oleum alzarachi, & olea facta cum aromaticis, & cerataria facta ex illis oleis, & oleum de croco. Et crocus ipſe eſt vltimus in iuuamento ipſius. Et ſi fuerit cauſa percuſſio adueniens origini illorum neruorum, curetur cum eo quod oportet ex prohibentibus apoſtemata.

F † de corallio.
G Gal.7. de phar. cōpo. ſm loc. c.6.f
H † Ga amoniaci
I Gal.li.7. de med. comp. ſ.loc. c.6.a
K † berberis
L † reubarbari
D Raſ.6,86.3.

TRACTATVS SECVNDVS.

*De Voce.* Cap. 1.

VOcis [m] factor eſt lacertus qui eſt apud epiglottim cum menſuratione apertionis, & expulſione aeris egredientis, & percuſſione eius, & eius inſtrumentum [n] eſt epiglottis, [o] & corpus ſimile linguæ fiſtulæ: & eſt inſtrumentum primum in veritate: & reliqua inſtrumenta ſunt emittentia, & adiuuantia. Et emittens materiam eius, eſt velamen, [p] & lacerti pectoris & deferens materiam eius eſt pulmo, & materia eius eſt aer qui inundat

M Ga. de vocalis ſtrumē. diſſect. c. d, & 7. de v.p.c.1 & 2. de Hip. & Pla. decret. c.4.f
N G.ibi. & Raſ. cōti. t.1. c.1.6.9.b
G.1. loc. aff. c.6.f
O Raſ. ibi.
P G.1. loc. aff. c. e. & 6. de v.p.c.1.



A undat apud epiglottim. Cumque ita ſit, tunc nocumentum accidit ei: aut ex cauſis efficientibus, aut propter cauſam mittentē materiam. [a] Et eius quidē nocumentū, aut eſt deſtructio, aut diminutio, aut alteratio propter raucedinē, aut acuitatē, aut grauitatem, aut aſperitatē, aut tremorē, aut aliud. Et vnaquæque harum cauſarū nō facit ægritudinē niſi cum malitia cōplexionis ſingularis, aut cum materia, & proprie [b] ex α catarrho humectante accidēte epiglotti. Aut propter illud, quod accidit ei ex ſolutione ſingularis, et inciſione, aut apate, aut dolore, aut percuſſione, aut caſu. Et quandoque eſt nocumentum in ipſo per ſe, & quandoque eſt cum cōitate principij propinqui neruis qui dilatantur ad illos lacertos & principia eorum, aut longinqui, ſicut eſt cerebrum. Et quandoque eſt cum cōitate mēbri vicini, quod eſt ex membris nutrimenti: aut ex membris anhelitus: aut continentis ambo quæ ſunt ventris & pectoris: & quod continuatur cum eis ex annulis ſpondylium, immo ex palato. Nam ſi alteratur ad humiditatem, aut ad ſiccitatem, & aſperitatē, tunc iam alteratur vox. Et ex hoc genere eſt inciſio vuæ, & duarū amygdalarum. Nam habens eam, cum vocem emittit ſentit quaſi cōmotionem fortem facientem eſſe neceſſariam raſcationem. Et quandoque oppilantur guttura eorum apud omnem vociferationem. Ex parte autē lædentis fit, quā vox alteratur propter vehemētiam caliditatis pulmonis, aut frigiditatis eius, aut humiditatis ipſius, & propter [b] curſum ſaniei ad ipſum ex apatibus: [c] aut α propter curſum catarrhi ad ipſum, aut ſiccitatē ipſius. Caliditas autem magnificat B vocem, & frigiditas acuit eam, & minorat eam. [d] Et ſiccitas exaſperat eam, & facit eā ſimilem [e] vocibus gruum. Et humiditas facit eam raucam. Et plenitudo æquat eam, & facit ipſam planam. Et quando repletur pulmo humiditate, & canna non eſt munda, non eſt poſſibile homini emittere vocē altā, neque clarā: quā illud eſt cū quantitate claritatis pulmonis, & epiglottis, & econtrario claritatis amborū. [f] Et quandoque diuerſificatur vox in grauitate & acuitate ſua ſm dilatationē cannæ pulmonis, & epiglottis, & conſtrictionem earū. Et quando fortia fiunt nocumenta prædicta in membris mittentibus, & adducentibus, deſtruitur vox: & non oportet, vt deſtruatur locutio. Locutio nanque quandoque completur cum anhelitu æquali, ſicut faciebat homo, [g] neruo reuerſiuo cuius accidit frigus, cum eſſet neceſſarium vt diſcooperiretur cum ferro, quare deſtructa eſt vox eius. [h] Et fuit alius qui cum curaretur à ſcrofulis, inciſus eſt ei vnus duorū neruorum reuerſiuorū, quare abſciſa eſt medietas vocis. Et cum nocumentum eſt in lacerto dilatato, fit vox rauca: & quando eſt in lacerto motiuo dilatato, eſt vox præfocatiua: immo quandoque accidit ex eo præfocatio: & quando eſt in lacerto mouente conſtringente, eſt vox ſuſſlatiua: & cum deſtruitur eius operatio, deſtruitur vox. & quando accidit in ipſo mollificatio non integra, & diſpoſitio eius eſt ſimilis tremori, tremit vox. & quando non peruenit humiditas ad hoc vt mollificet, rauceſcit vox. [i] Raucedo igitur cum accidit ab humiditate, accidit ab humiditate pauca. & cum multiplicatur parumper, tremit: & ſi multiplicatur plurimum, deſtruitur. C Et quandoque rauceſcit vox propter [k] dilatationem inſtrumēti vociferationis: quare accidit propter eam laſſitudo: aut ſicut apoſtema tenſio: & deterior eſt ea quæ eſt poſt cibum. Et quandoque rauceſcit propter [l] frigus exaſperās, & calorem ſuperfluum, cum eo quod deterioratur ex complexione, & ſimiliter vigiliæ, & cibi aſperi. [l] Et rauceſcit propter multitudinē clamoris, & attractionem humoroſitatis cauſa eius ad tunicam cooperientē guttur, & epiglottim. [m] Et raucedo quæ accidit decrepitis, non ſanatur. [n] Et cum fuerit æſtas ſeptentrionalis ſicca, & eius autumnus meridionalis pluuialis, tunc raucedo multiplicabitur in ipſo. Et varices cum apparent ſunt multoties ex cauſis rectificantibus vocem. Et ſcias quod conualeſcentes, & religioſi, & debiles, & [o] ſimiles eis cum debilitate ſua, propter paucitatem virtutum eorum, ſunt quaſi deficientes ab operatione in aere plurimo: quare anguſtatur eorum epiglottis ita vt acuatur eorū vox. Et quando nititur debilis, vt dilatet epiglottim ſuam, & grauetur vox eius non auditur omnino.

A Gal.4. loc. aff. c. & Raſ.6. cōti.
B G.7. de phar. cō. ſm loc. c.1.c
C G.4. lo. aff. c.6.c
D G.6. de v.p.c.
F Ga.7. de v. part.
I G.4. lo. aff. c.6.c
M Hip.2. aph.40.
N Hip.3. apho.13.
O Gal.2. in.1. por

*De cura.* Cap. 2.

CVra abſciſionis vocis eſt, vt ſi fuerit propter malitiam complexionis in quibuſdam lacertis, aut nocumentum, curetur cum eo quod oportet in capitulo ſuo, quod ſit ex eis quæ ſciuiſti. Et ille quidem qui ſentit initium abſciſionis vocis, oportet vt incipiat ad curandum, antequam fortis fiat. [p] Accipiat ergo vitellū oui elixati, & ſiſami excorticati, & lactis boni omnium ana, cochleari- D um. i. & ſumat in potu cum aqua omni die tribus diebus. [q] Et oportet vt ſorbeat quod decoquatur in interiore parte granati [r] † {melaſiæ} dulcis decocti, ſepulti in cinere calido, & aſſumpti ab eo cum lenitur, & eradicetur quod in eo ſuperius eſt, & agitetur vel moueatur quod in ipſo eſt cum ſpatula, & effundatur in ipſum parum aqua zuccari, & bibatur. Et ſi fuerit ex humiditate in lacerto propinquo epiglotti: aut epiglotti, perueniente ad finem in mollificatione, & non ſit illic dolor, & ſint illic conturbatio, & grauitas: oportebit tunc [s] vt ſumantur α ficus ſiccæ, & calamenthū etiā, & decoquantur, Deinde miſceantur cum gummi arabico contrito cum decoctione ſua donec fiat ſicut mel, & deglutiantur. Aut ſumantur myrrha & crocus cum coagulato vuæ. [t] Aut ſumantur croci drach. iij. 5. myrrhæ, ſucci liquiritiæ, thuris omnium ana drachma vna, aggregentur cū rob vuæ, aut cum melle, & coagulentur. [t] Aut ſumantur croci. i. & aſſæ fœtidæ medietas, & mellis. iij. decoquantur donec coagulentur, & fiant ex eis pilulæ, & teneantur ſub lingua. Et electuarium de caulibus confert eis etiam [u] & maſticatio ramorum caulium humidorum, & ſorbitio aquæ eius paulatim paulatim eſt iuuatiua. Et quando non confert electuarium de caulibus, ponatur ſuper ipſum parum aſſæ fœtidæ, & farina herbi, & fœnugræci, & porrorum de ſcemi, & anabati, & cępe, & ſuccus eius, & allia, & fiſtici, & vua dulcis hyemalis: [x] & etiam ſumatur zinziber conditum

P Raſ.6. cōti. t.1.c
Q Raſ.7.1.
R † habetis granatagna
S Raſ.6. cōti. t.1.c
T G. med.7. de cō. ſm loc.
T Gal. ibi. c
V Gal. ibi. b.c
X Raſ.6. cōti. t.1

teneꝛum ſeu molle optime conditum, & teratur donec fiat ſimile medullæ, & proijciatur ſuper ipſum medietas ipſius de longo pipere contrito ſicut alcohol, & quarta eius de croco ſimiliter, & quantum eſt totum de amylo, & conterantur cum tabarzet diſſoluto habente ſpiſſitudinem, aut cum melle, & eſt mundificatiuum valde. Et ex cibis illis qui cõglutinant vel lenificant aſperitatem ſunt [a] ſicut pedes, & proprie pedes vaccarum ex quibus [a] comedantur nerui ſolum, & proprie cũ melle, aut decocti cum melle. Quod ſi fuerit ex ſiccitate, & proprie cum communitate meri, & eius ſignum eſt, vt non ſit cum raucedine magna: immo parua, & acuitate, & claritate quadã, quæ eſt cum aſperitate, & dolore, oportet, vt ſumat in hora dormiendi ex oleo viol. recenti dulci cochlearium vnum cum zuccaro taberzet. [b] Et confert ei mucilago ſeminis pſyllij cum aqua zuccari plurimi, & cibi humectatiui, & lenificatiui, [b] & ius gallinæ factum in iſfideget: & ius olerum notorum. Et ficus ſunt iuuatiuæ ad abſciſſionem vocis: ſiue ſit ex humiditate, ſiue ſit ex ſiccitate. [c] Et a medicamen ficuum factum cum calamentho confert debilitati vocis, & raucedini eius.

B — A Raſ. 70. 1. — B Raſ. 70. 1. — C Raſ. 70. 1. Supra a

*Cura raucedinis vocis & aſperitatis eius.* Cap. 3.

IAm ſciuiſti cauſas raucedinis. Et ſcias ꝙ ille cuius vox rauceſcit, [d] oportet vt alienet à ſe omne acetoſum, & ſalſum aſperum & calidum acutum, niſi velit per hoc curam & inciſionem: tunc enim vtatur eis permiſtis cum medicinis lenificatiuis. Si autẽ raucedo accidat ex multitudine vociferationis, aſſumat ficuum, & mentæ, & aloes partes æquales, & conficiat ea cum rob, & ſorbeat ex medulla, tritici, & kiſt hordei, & oleo amygdalino, & croco, & vtatur cum vino vuæ cocto. Et confert illud quod dicitur in inciſione vocis. & proprie medicamen de aſſa fœtida cum croco Et ſi eſt illic caliditas, tunc detur ius de atriplicibus & maluis, & aqua hordei, & grana cucumeris, & amylum, & amygdalæ. Et ſi fuerit cauſa frigus, iuuantur etiam cum medicinis de aſſa fœtida, & croco prædictis. Et vt ſumantur ſinapis aſſati drach. iij. piperis drach. i. & myrrhæ drach. vi. ſtorac. liquidæ, & galbani amborum ana drach. iiij. fiant ex eis pilulæ, & teneanẽ ſub lingua: Aut ſumantur myrrhæ pondus drach. ij. olibani drach. x. coniungantur cum vino cocto. Et ſi fuerit ex vociferatione, & laſſitudine, confert ei balneũ, ſicut confert reliquis ſpeciebus laſſitudinis: Et conferunt ei cibi mollificatiui. & conglutinatiui, ſicut lac, & vitelli ouorũ ſorbiliũ ſine ſale, & † {tri,} & ſorbitiones notæ, & ius de atriplicibus, & maluis, & quę ſunt illis ſimilia, & pilulę factæ ex amylo, & dragagantho, & ſucco liquiritiæ, & gummi: & pilulæ lenitiuæ digeſtiuæ. Si autem fuerit ſicut apoſtema reſoluatur cum eis, & ſimiliter gargariſmata, & confectiones molles quæ lambi poſſunt, lenificatiuæ, quæ ſunt ex ſumma eorum quibus curatur ſynantia calida: & ſimiliter ſorbitiones quæ aggregant ad conglutinationem, abſterſionem abſq; mordicatione, ſicut factæ ex farina fabarum, & ſemine lini. Et fortius hoc, eſt gummi albotim, & conuenit habenti hanc raucedinem, [e] vt abhorreat vinum penitus, & proprie in principio. Et quando [e] declinat ægritudo concedi poteſt vinum dulce, & raphanum decoctum & almuri confert eis. Et quando eſt ex humiditate, tunc non eſt excuſatio ab abſterſiuis prædictis in inciſione vocis. Et omnes medicinæ illæ conferunt ei, & ſorbitiones factæ ex farina fabarum, & ex eis eſt decoctio herbi, quæ eſt iuuatiua in hoc capitulo: & res quę ſunt in primo gradu abſterſionis, & ſimiliter tri, & lac: deinde butyrum, & coagulatum vuę. i. rob vuæ, & radix liquiritiæ, & ſuccus ſeu rob eius: deinde fabæ cum melle, & decoctio ficuum. deinde myrrha & ſquilla, & quæ procedunt curſu earum. [f] Et ſi fuerit hæc raucedo humida ex catarrho, dentur habenti eam papauer, & rob eius. [g] Et ex eis quæ clarificant vocem aſperam & turbidam, eſt maſticatio cubebe. Et ex medicinis remouẽtibus raucedinẽ, eſt aqua granati, quæ bulliat, poſtea diſtilletur in ea oleum viol. & inſpiſſetur.

D Raſ. 70. 1. — F — † cibariũ ex paſta — E G. 7. de phar. cõpo. ſm loc. c. 1. h — G — F Raſ. 70. 1. — G Raſ. 6. cõti. t. 1. c. 1. 71. 2.

*De medicinis conſeruantibus lenitatem vocis, & quæ bona ſunt ei.* Cap. 4.

SVnt fabæ, [h] grana pini, & [h] paſſæ, & ficus, & gummi, & [h] fœnugræcum, & [h] ſemen lini, & dactyli, & radix liquiritiæ, & [i] amygdalæ, & proprie amare. & cannæ zuccari, & [h] ſebeſten, & ſyrupus de melle, [h] et rob prædictum poſt. Et ex medicinis calidis, ſunt myrrha, et aſſa fœtida, et piper, et galbanum, et olibanum et glutem albotin, et calamentuhm, et gumma pini, et ſtorax liquida, et acetum ſquilliticum quando non eſt ex caliditate et ſiccitate, et radices opopanacis. Et ex medicinis frigidis ſunt ſemina [h] cucurbitæ, [k] cucumeris, et [k] amylum, et [k] dragaganthum, et [k] gummi, et mucilago pſillij, et iuleb, et ſuccus liquiritiæ. [k] Et vitelli ouorum ſunt ex conuenientioribus medicinis, ad hoc vt cum eis componantur reliquæ medicinæ: et ſimiliter lac nouiter mulctum.

H Raſ. 70. 1. — I G. 7. de phar. cõpo. ſm lo. c. 1. f. g. h — H — k Raſ. & G. h

*De voce aſpera, & eius cura.* Cap. 5.

ACcidit aſperitas [l] vocis ex frigiditate, et extenſione lacerti vocis, et ex diſpoſitione eius quæ eſt ſicut ſpaſmus accidens in eo, et ex exiccatione humiditatis in eo, et ex multiplicatione, † {alternum} et ex inciſione vuæ, et ex coitu et ex vigilijs. Et cura eius, eſt abſtinentia à rebus quas diximus iam: et dimiſſio ſomni poſt cibum. Et dimiſſio [m] † {alternum,} et vt recipiat lenificantia prædicta in capitulo raucedinis, et ficus humidas, et ſiccas: et paſſæ, et proprie infuſæ in oleo amygdalino, ſunt maximi iuuamenti. [n] Et illis quibus accidit ex inciſione vuæ raucedo, rectius eſt vt decoquant coagulatum vuæ cum æquali quantitate mellis decoctione qua remoueri poſſit ex eo ſpuma: deinde commiſceatur cum aqua calida, et fiant cum eo gargariſma. et in potu patiens ex eo ſumat: et antiquum eius eſt magis iuuatiuum, quàm recens.

L Raſ. 6. conti. t. 1. c. 69. 3. — † cãtilenæ quæ fit cum frequenti motione gutturis. — M † cãtilenę quę fit cũ frequẽti motione gutturis. — N Raſ. 6. cõti. t. 1. c. 1. 71. 1.

De voce



*De voce breui, & eius cura.* Cap. 6.

A — CAuſa [a] breuitatis vocis eſt breuitas anhelitus, & [a] oportet vt gradetur in prolõgatione anhelitus, ita vt conſueſcat comprehenſionem anhelitus, & gradetur in exercitio, & aſcenſione, et deſcenſione in collibus, & gradibus, & comprehẽſionem vel retentionem facientem neceſſitatem anhelitus, vt gradetur ad prolongandum anhelitum, & [a] prolonget moram in balneo calido, & in omni quod adducit anhelitũ, & feſtinat ipſum, & [a] contineat anhelitũ ſuum, & faciat illud totum, & exerceatur, & balneetur. Et [a] poſt exitum de balneo oportet, vt bibat vinum, nã vinũ eſt magis nutritiuum ſpũs: & ſimiliter poſt cibũ, & ſtet plurimum [a] cum anhelitu vno, & ſomnus cõfert eis.

A Raſ. 6. cõti. t. 1. c. 1. 71. 1.

*De voce groſſa, & eius cura.* Cap. 7.

QVandoq; accidit ex cauſis raucedinis mollificãtibus dilatantibus meatus. [b] Et accidit ex multitudine vociferationis. Et eius cura eſt magis praua. [b] Et quandoq; accidit ei, qui ſtudet in exufflatione plurima in fiſtulis, & in buccis proprie, propter illud quod accidit ex inciſione anhelitus eorum, & retentione eius in pulmone, quare dilatatur meatus anhelitus.

B Raſ. 6. conti. t. 1. c. 1. 71. 1.

*De voce ſubtili, & eius cura.* Cap. 8.

HAec [c] eſt contraria conturbatæ: & cauſæ eius ſunt contrariæ illis ex vigilijs, & laſsitudine, & † {alternum} proprie [c] poſt cibum, & exercitio laborioſo, & euacuationibus. Et cura eius B eſt vt [c] dimittat vocem, & adhæreat exercitio æquali impinguante vel non reſoluente, & [c] cibis tẽperatis, & introitu [c] balnei omni mane, & [c] fugiat ſtyptica, & exiccatiua, & [c] coitum.

C Raſ. 6. cõti. t. 1. c. 1. 71. 1. — † Cantilena quę fit cũ frequẽti motione gutturis.

*De voce tenebroſa, & eius cura.* Cap. 9.

ESt [d] illa quæ ſimilatur voci plumbi, quando fricatur vnum cum alio: & eius cauſa eſt humiditas groſſa valde. Et conferunt ei exercitium, & [d] luctamen, & [d] continere anhelitum, & [d] fricatio ſicca cum panno lineo, & [d] ingreſſio balnei, & adminiſtratio ciborum ſubtiliantium, & incidentium ſicut piſces [d] ſaliti, & [d] vinum antiquum.

D Raſ. 6. conti. t. 1. c. 1. 71. 1.

*De voce tremula, & eius cura.* Cap. 10.

PRæcipiatur patienti eam, [e] vt non clamet neque eleuet vocem ſuam ſpatio menſis, & [e] minoret locutionem quantum poteſt, & [e] riſum ſuum, & motum, & ſaltum, [e] & aſcenſionem, & [e] deſcẽſionem, & [e] iram, & dimittat quantum [e] poteſt extenſionem manuum, & faciat eas quieſcere: deinde reſupinetur, & laboret vt loquatur, cum iam grauauerit pectus ſuum cum eo, quod ſit ſicut [e] plumbum in fruſto quodam ſuper pectus ſuum ſecundum quantitatem qua toleret ipſum, & patiatur. & cibi meliores ei ſunt illi, qui confortant vocem eius, & ſunt [e] pedes, & extremitates lacerti, & ea in quibus ſunt conglutinatio: & ſtypticitas.

E Raſ. 6. cõti. t. 1. c. 1. 70. 1.

TRACTATVS III. *de tuſſi, & ſputo ſanguinis.* Cap. 1.

C — TVſſis eſt ex motibus, quibus expellit natura [f] nocumentum à membro aliquo, & hoc membrum in tuſſi [g] eſt pulmo, & membra quæ ei continuantur & cõmunicantia. [h] Et tuſſis quidem pectori, eſt ſicut ſternutatio cerebro: & completur cum dilatatione pectoris, & conſtrictione eius, & motu velaminis. Et eſt aut propter cauſam propriam pulmoni, aut ſecundum ſemitam cõmunicationis. Et cauſa adducens tuſſim, aut eſt primitiua, aut coniuncta, aut eſt antecedens. Et cauſæ tuſſis primitiuæ ſunt ex cauſis primitiuis ponentibus membra pectoris læſa in complexione ſua: aut formis eorum, ſicut [i] frigus adueniens pulmoni, & lacertis, qui ſunt in pectore, aut reliquis: ex aere attracto, aut aqua frigida bibita, aut alijs ab iſtis quare mouetur natura ad expellendum nocumentũ: aut ex aliqua iſtarum cauſarum primitiuarũ aduenientium, & calefacientium ea: aut aliqua re exiccante, aut [k] exaſperante, ſicut eſt fumus: aut [l] puluis, aut ſapor cibi [k] acetoſi, aut [k] pontici, aut acuti: aut [m] re extranea cadente in meatu qui non recipit aliud ab anhelitu ſicut accidit ex tuſſi propter caſum alicuius rei ex cibo, aut potu in illo meatu propter negligentiam & occupationẽ cum ſermone. Cauſæ autẽ tuſſis coniunctæ ſunt ſicut ea quæ accidũt ex cauſis corporeis calefacientibus complexionẽ: [n] aut infrigidantibus, aut humectãtibus: aut exiccãtibus abſq; materia: aut cũ materia ſanguinea: aut cholerica: aut phlegmatica ſubtili: aut groſſa: aut melica, & illud eſt raro. Si aũt materia fuerit effuſa ex ſuperioribus, tunc dum ipſa [o] permanet diſcurrẽs ſuper cannã, ſicut diſcurrit aliquid ſup parietẽ, non excitat plurimũ tuſſis. Cũ autẽ vltra infunditur in ſpatio cannæ, cõmouet tuſſim. Et ſimiliter quãdo mordicat: & ſimiliter qñ manſiua fit in pulmone, & vult natura expellere ipſam. Aut expulſa ex ſtomacho, aut hepate, aut ex aliquibus mẽbris pectoris ad quædã ipſius aut fuerit in eis generata. Et qñq; fit, ꝑpter reſolutionẽ ſingularis, & ꝑpter apata, & oppilationes in velamine, aut in pulmone, aut in gutture, & oĩbus locis recipientibus has materias, & nocumenta pulmonis & velaminis diſtinguentis & velaminis, quod eſt inter cor & pulmonẽ. Cauſæ autẽ antecedentes ſunt repletio, & anteceſſio cauſarũ corporearũ ad cauſas cõiunctas prædictas. Et tuſſis quidẽ facta cum cõitate eſt ſicut illa quæ fit [p] cõitate apatis hepatis, & nocumenti in eo, & meri, & ore ſtomachi, aut mãmillis, aut illa quæ fit cum cõitate corporis totius in febribus, et proprie cum febre aduſtiua: aut febre vnius diei laborioſa, et ſimilibus, [q] aut peſtilẽtiali: aut propter cõitatem corporis abſq; feb. Et tuſſis quidem alia eſt ſicca, et alia eſt humida. Sicca eſt illa, cum qua non emittitur ſputũ: et fit, aut propter malitiam complexionis calidæ, aut frigidæ, aut humidæ, aut ſiccæ ſingulariter. [k] Et qñq; fit in principio aduentus apoſtematum calidorum in partibus pectoris vſquequo maturentur. Et qñq; fit cum apoſtemate duro tuſſis ſicca valde. [r] Et fit propter apata hepatis, et partes ſuſpenſionis,

F Raſ. lib. diuiſ. c. 52. — G G. 5. meth. c. 8. a — H Fẽ. 5. t. 2. c. 13. & Ga. 2. de ſymp. cau. c. 3. d. — I Ga. 5. apho. 24. & cõ. 2. in 6. de mor. vulg. 24. h — K Halya. 9. theo. c. 10. — L G. cõ. 2. in. 6. de mor. vulg. 24. h — M Gal. 4. meth. c. 7. a. & Aeti. li. 2. ſer. 4. c. 54. — N G. 4. lo. af. c. 8. h & 2. de ſympt. cau. c. 4. h — O G. 4. meth. c. 7. a — D — P G. 6. apho. 16. — Q Lib. 4. F. 2. t. 4. c. 2. — R G. 2. lo. af. c. 8. e

Et in quibuſdam horis fit propter apata ſplenis. Et qñq; fit propter [a] ſaniem replente ſpatium pectoris, quæ non expellitur cum tuſſi. [b] Et ſcias q qñq; egreditur cum tuſſi res petroſa ſimilis ciceri, aut grandini: & cauſa eius eſt humor groſſus, quem in ipſo caliditas in lapidem conuertit. Et Alexan. quidem teſtificatur hoc, & teſtificatur ipſum [d] Paulus, & dixerāt q exiuit ex hac ſpecie in ſputo. Et nos etiam teſtificamur illud. [e] Et tuſſis violenta plerunq; perducit ad ſputum ſanguinis. Et quandoq; multiplicatur tuſſis in hyeme, & vere hyemali: & quandoque multiplicatur in vere æquali: [f] & multiplicatur cum flat ſeptentrionalis ventus: [g] Et cum æſtas eſt ſeptentrionalis parum pluuioſa, & eſt autumnus meridionalis pluuioſus, multiplicatur tuſſis in hyeme. E

A Halya. 9. theo. c. 20.
B G. 4. lo. aff. c. 11
D Lib. 3. c. 21
E Raſ. 9. contin. c. 1. 88. 1.
F Hip. 3. apho. 5.
G Hip. 3. apho. 13.

*De ſignis.* Cap. 2.

Signa quidem in tuſſi frigida, ſunt additio eius ex frigore, & diminutio ipſius cum diminutione frigoris, & cum calore & [h] plumbeitas faciei, & [h] paruitas ſitis. Et quandoq; eſt cum frigore catarrhus, & quod ſentitur quoddam deſcenderere ad pectus, & extenſio eius in gutture, & minoratur cum attractione materiei ad naſum, & proiectione eius quod deſcendit ad guttur cum raſcatione. & videntur ſigna catharri in commotione, in vijs catarrhi, & extenſio in eis quæ ſequuntur frontem. & oppilationes in naribus, & reliquis, & quod nō expuit in principio rei: deinde expuit quoddam phlegmaticum, aut declinans ad citrinitatem, aut ad viriditatem: Et quandoq; eſt cum hoc febris. Et ſigna calidæ, ſunt [h] inflāmatio, & [h] ſitis, & [h] ſedatio ab aere frigido maior eſt, quàm ſedatio eius ab aqua, & [h] rubedo faciei, & magnitudo pulſus. F Et ſigna humidæ, ſunt humiditas ſubſtantiæ pulmonis, & q ipſa [i] accidit decrepitis. & humectatis, & multitudo ſtertitionis, & proprie in ſomno, & poſt ipſum. Et ſigna ſiccæ ſunt augmentum eius cum motu, [i] & fame, & leuitas ipſius cum ſunt [i] quies, & repletio, & [i] apud balneum, & potum humectatiuum. Et ſigna puræ in omnibus illis, ſunt vt non ſit ſputum omnino. Et ſignum eius quæ eſt cum materia, eſt ſputū. Et genus quidē materiei, ſignificat genus eius quod ſpuitur. Et ſignū eius quæ fit ab apatibus, & ſimilibus, eſt inuentio ſignorum pleureſis, & peripneumoniæ calidarum, & frigidarum, & aliorum quæ dicemus in capitulo ſuo. Et ſigna eius quæ fit ex ſanie, ſunt ſigna ſaniei quæ dicemus, & dolor, & ſiccitas, & multoties fit humida. Et ſigna eius quæ fit ex vlceribus, ſunt ſigna quæ dicentur in [k] caplō vlcerum pulmonis, ex ſputo cruſtarum, aut puris, aut fruſtorum corporis pulmonis, aut annulorū cannæ, & eius eſſe eſt poſt catarrhum corroſiuū, & poſt ſputum ſanguinis, & apoſtemata. Et plurimum ſiccæ fit, cum eſt illic materia propter debilitatem expulſionis: aut mundificationis ſicut ſcies in capitulo ſuo. Et ſignum eius, quæ fit cum cōmunitate. ſ. cōmunitate quidē ſtomachi, eſt cum eo quod cognoſcitur de ſignificationibus ægritudinum ſtomachi, & additione tuſſis cum additione diſpōnis facientis eā neceſſariam in ſtomacho, ſiue ſit repletio, ſiue ſit vacuitas, & ſm cibos: Et plurimū eius excitatur apud repletionem, & apud digeſtionē. Et facta cum cōitate hepatis, [l] ſcitur per G ſigna apatis hepatis, Et cum apa eſt calidum, non eſt excuſatio ex febre: & ſi non eſt calidū, non eſt excuſatio à grauitate. Deinde attende reliquas conſiderationes, quas ſciuiſti. [m] Et ſcias q res calidæ ſubtiliant materiam, & non expuitur: & res frigidæ, ſicut ſyrupus de papauere, & ſtupefactiua aggregant materiam ad expellendum cum ſputo, veruntamen cum ipſæ ſuperfluunt, congelant. Et ſyrupus hyſſopi non eſt conueniens, niſi cum quæritur abſterſio humoris groſſi facientis tuſſim. Ipſe nanq; eſt abſterſor bonus, In humore vero ſubtili non eſt conueniens. Cum autem illic non fuerit ſputum, neque ſubtile, neque groſſum, tunc ægritudo eſt aſperitas pectoris. Et cura ſunt electuaria mollia, quæ lambuntur. Et quandoque accidit febrientibus tuſſis, & niſi ſedetur tuſſis, redibit febris ad initium. [m] Et ſtyptica valde conſtringunt meatus ſputi. Aqua vero hordei, eſt bona aggregans ad ſputum. Cum ergo retinetur ſputum, & febrit homo, tunc iam putrefit materia, & facit cadere in febrem putridam, aut hecticam.

H Halya. 9. theo. c. 20.
I Raſ. lib. diui. c. 52.
K T. 4. c. 11.
L F. 14. t. 3. c. 1.
M Gal. 7. de phar. cōpo. ſm loc. c. 6. g

*De cura.* Cap. 3.

Cura quidem complexionis frigidæ eſt, quoniam ſi eſt leuis quantitatis: & eſt ex cauſa primitiua extrinſeca rectificat eam [n] retentio anhelitus. Ipſe enim calefacit pulmonem cum facilitate in momento. Et ſi eſt neceſſaria cura fortior ad hoc, aut ad aliud ex complexione frigida, tunc ex cura eius eſt; vt teneat ſub lingua auellanam ex myrrha, aut ſtorace factam cum melle, aut ſumat ex fæce [o] alkitram cochlearium vnum: aut ex glutino albotin cum melle, aut bibat ex oleo balſami cum ſerapino vſque ad aur. i. H Et ſimiliter ſulfur cum ouis ſorbilibus, & electuaria quæ lambuntur facta ex mucilaginibus calidis, & orobus cum melle: & cum aqua granati dulcis inſpiſſata ſuper quam proijciatur mel, aut penithi, & adminiſtrētur inunctiones ſuper pectus, ſicut oleum de lilio, & oleum narciſinum cum cera rubea, & dragagantho. Et confert mel roſa. cum aqua ficuum, & paſſularum, & radicis liquiritiæ, & capilli veneris, & oleum amygdalinum cum aureo vno [p] † {chuſi} diſſoluti in ipſo. Et confert in ipſo decoctio hyſſopi & aſſari cum ficubus, & alijs. Et cibi eius ſint ſorbitiones frumentales cum fœnugræco & butyro, & ficus, & dactyli, & radix porri de ſceni, et olea ſint ſicut oleum fiſticinum, et grana pini, et tri cum penithi conferunt eis. Carnes autem ſint carnes pullorum et gallorum, et alesfidabegi eorum, et caro agnorum caſtratorum, iuuenum. Et in ſecundis menſis vtatur fiſticis, et granis pini, et paſſis cum fœnugræco, et cannis zuccari, et ficubus, et [q] † {alkeſmes, et muſa, et comeſtio ficuum ſiccarum cum amygdalis, et nucibus abſcindit illam quæ antiqua eſt, et vinum odoriferum ſubtile antiquum, et aqua mellis. Cura autem tuſſis calida eſt cum extinguentibus notis, quæ ſunt ex ſuccis, et oleis et lini-

N Gal. 2. de ſymp. cau. c. 4. h
O Raſ. 10. cōti. 1. c. 2. 102. 4.
P † ellectuarij
Q † paſſulis ſu arillis.



A & linimentis, & vnctionibus. Et iuleb etiam conferunt eis: & ſumere in potu aldiacurde purū mane & ſero ſm deſcriptionem quam dicemus. Et ſilr electuariū de papauere. [a] Deſcriptio electuarij de papauere bona. Recipe capita. xv. papaueris non valde recentia, quæ infundantur in kiſt aquæ fontium, aut aquę pluuialis, quod eſt melius, die & nocte. Deinde diſſoluātur cum decoctione, & colentur, & proijciātur ſuper oēm partem colaturæ media pars mellis, aut zuccari: & inſpiſſet coquendo vt electuariū. Et potio eius ſit cochleariū vnum in mane, & cochlearium in ſero. Et ex eis, quæ conferunt iſtis eſt [b] aqua hordei cum ſebeſtē, & ſyrupus viol. & violatum nutritū, & decoctio hyſſopi frigida, & proprie qñ maturatur, aut in fine eius, & aqua granatorū inſpiſſata, ſuper quam proijciūtur zuccarum tabarzet, & cānę zuccari etiam. Et electuaria eorū, quę lābendo ſumuntur ſint ex mucilagine pſyllij, & granorū cydoniorum, & amylo, & gūmi arabico, & grana & pilulę et medullæ: quę dicemus in caplō pilularum tuſſis: & qñq; ponuntur in eis narcotica. Et cibi eorum ſint ex oleribus frigidis, & medullis ſicut cucumeris, & cucurbitæ, & citroli cum oleo amygdalino, & fabæ confractæ diſſolutæ in decoctione cum oleo amygdalino, & oleo cucurbitino, & aqua hordei, & ſorbitiones factę ex hordeo, & fabis, & herbis & amylo, & aqua furfuris. Et ſi natura fuerit decliuis ad reſolutionem, tunc adhibeatur ſauic hordei cum zuccaro, & tri. Et ſi vehemens fit res, tunc aqua hordei cum cācris ablatis extremitatibus ablutis cum aqua cineris ſalſa. Deſcriptio medicaminis deiacur frigidi. B Contundatur papauer humidū cum cortice ſuo, & diſſoluat decoquēdo in aqua, & coletur, & proijciatur ſup ipſam zuccarū, & decoquat inſpiſſando ad inſpiſſationē iuleb: & ſi non fuerit humidum, infundatur ſemen ſicci contriti in aqua die & nocte: deinde decoquatur in ea. Si aūt neceſſarium fuerit, quod eſt fortius, tūc aggregetur cum eo cortex, & proprie nigri. Et ſi res fortior fiat ponatur cum eo modicū de ſemine hyuſquiami: aut diſſoluatur in eo parum opij. Cura aūt complexionis humidæ, & humiditatis in ipſo pulmone, cū exiccatiuis exiccantibus commiſtis cū abſterſiuis ex quibus eſt cōpoſitum ſm hunc modum. Recipe boli armeni, dragaganthi, gūmi arabici oīum ana partem. i. calamēthi, hyſſopi, haſce, cinnamomi, ireos, capilli veneris omniū ana partem. 5. conficiatur & adminiſtret. Cura autem complexionis ſiccæ hæc eſt. Impoſſibile. n. eſt quin aut ſit febris, aut non ſit febris. Si aūt non fuerit febris, tunc conuenientior rerū eis, eſt lac aſininum, & caprinum, & aliorū cum reliquo regimine. Et ſi fuerit febris, adminiſtrentur res humectatiuæ ebibitæ: & adminiſtrētur cerataria infrigidatiua nota, & adminiſtrentur aqua hordei, & humectatio pedū ſemper cum oleis, & ſorbeant ſorbitiones amygdalinas humectatiuas. Et ſi eſt complexio compoſita, tunc cōponatur regimen. Et ſi eſt illic materia ſubtilis, matura eam cū diacude ſimplici, & electuarijs de papauere, & mucilaginibus, de quibus aliquid dicemus in antidotario. Si aūt fuerit groſſa, reſolue eam, & abſterge ipſam ſm cōditiones prædictas in eis, quæ præterierunt, ita vt C non calefacias niſi cū æqualitate. Immo ſtude in hoc, vt lenias, & incidas, & lubricum facias, & adminiſtra mundificatiua prædicta. Et ex eis, quæ ſunt magis propria huic loco, eſt glutinum alimbat cū melle: aut ſemen croci hortenſis cū melle: aut cyperi cum æquali menſura ſui de melle: aut ſucci liquiritiæ & dragagāthi. ℥. i. & amygdalarum dulcium æqualiter. & aloes qñq; tenetur in ore cum melle: & cōfert valde: Aut ſumātur tria oua ſana, & duplum eorum mellis, et medietas ipſorum de butyro: et ſumātur piperis. xl. grana, cōterantur, et miſceantur oīa illa, & coagulētur abſq; decoctione, & lambatur ex eis mane & ſero. & etiam ſumantur capita. vij. porri de ſceni, et decoquantur in tribus lib. aquæ, donec remaneat tertia, & coletur, & permiſceatur cum reſiduo ſucci corticis eius, & melle, & decoquatur & etiam ſumantur roſæ humidæ. iiij. partes granorum pini pars. i. gummi albotin vna, paſſularum. iiij. mellis quantum ſufficit, fiat ex eis electuarium. Medicamen bonum. Recipe calamenthi fluuialis. v. ℥. granorum pini et ſeminis vrticæ omnium ana. ℥. i. ſeminis lini, piperis oīum ana, ℥. iij. conficiantur cum melle & adminiſtrentur. Aut ſumantur dactylorum carnoſorum. v. partes, liquiritię. viij. partes, croci & piperis amborum ana partes. ij. herbi. xx. partes conficiantur cū melle diſpumato: Aut ſumantur croci, ſpicæ aromaticæ et piperis oīum ana pars. i. praſſij et hyſſopi amborū ana. iij. partes, myrrhę, & liquiritiæ amborum ana pars. i. conficiantur cum melle colato. et ad antiquam detur in potu alkitrā cum melle factum in modum loch aut coſti indi D cum aqua anethi decocti quantitas ſacraiati cum cochleario olei ſiſamini. et etiam ſemē lini frixum cum melle ſolum: aut cum piperis menſura vna pro oībus. x. aut calamenthi: et etiam lambendo ſumant mel ſtoracis calamitæ, cum melle apum, & opopanacū etiam, et ſinapi, et amygdalas amaras, & etiam mithridatum. Et pueris quidem ſufficiunt ſorbitiones decoctę cū lacte nutricis donec ſint in eſſentia mellis: aut cū aqua fœniculi humidi. Et ſi cauſa fuerit in ea catarrhus: curetur catarrhus. Et ſi fuerit neceſſaria in prohibitiōe illius, adminiſtratio [c] emplaſtri de ficubus. adminiſtretur ſuper caput, et teneatur ſub lingua oī hora, et in nocte proprie de pillula de amylo et fiat gargariſma cū ſtypticis, quę non hñt ſaporem acetoſum, neq; ſaporem ponticū, & cum deiacur ſimplici, ſi fuerit caliditas: aut cū myrrha, & croco, et alijs, ſi fuerit frigiditas. In cura autem factæ ab apoſtematibus, et vlceribus in pulmone: & pectore, fiat reuerſio ad illud, quod dicemus in capitulo pleureſis, et peripneumonię, & apoſtematis hepatis, & pthiſis. Et ad tuſſim quidem [d] fiunt pilulę, quę tenentur in ore. & ex eis nanq; ſunt pilulæ ad tuſſim calidam, quę in ore tenentur, de quibus ſunt pilulę [e] bichichię notę, & ex illis ſunt pilulę compoſitę ex ſucco liquiritiæ, & gummi, & dragagantho, & amylo, & mucilagine pſillij, et granis cydoniorum, et medulla granorum cucumeris longi arcuati, et cucurbitę, et cucumeris rotundi et cucumeris cōmunis et ex ſpodio, et granis papaueris & ſimilibus.

A G. 7. de phar. cō pō. ſm lo. f. 180. g. h
B Alzara. li. pract. t. 13. c. 1.
C Ra. li. diui. c. 52.
D Lib. 5. ſū. 2. t. 5.
E Lib. 5. ſū. 2. t. 5. & Raſ. 1. 9. c. 55.

Et quandoq; fiunt ſm hunc modum. Amylum,& dragaganthum,& ſuccus liquiritiæ,formantur in pilulas eum ſucco lactucæ. & de illis ſunt pilulæ ad tuſſim frigidam factæ ex ſucco liquiritiæ, & [a] † {tamarheyrum} mundatis,& medulla tritici,& croco, & dragagantho,& granis pini,& granis cotti,& granis myrti,& ſemine papaueris,& cortice ipſius,& aniſo,& anetho,et myrrha, & croco, & penidijs.Et de illis ſunt pilulę,quibus quæritur ſtupefactio,& dormitio:& eſt intentio in eis narcotica,& admiſcentur eis medicinæ bezahar calidæ:Nam ex pilulis expertis ad illud, & ſunt ſedantes tuſſim antiquam nociuam, ſunt [b] pilulæ de ſtorace notæ. Et iterum ſumantur ſtoracis,& caſtorei,& aſſari,& opij partes ęquales,& fiant ex eis pilulæ, & teneantur in ore. & etiam ſeminis hyuſquiami.vi. granorum pini.iij.croci.i.conficiantur cum rob,& informentur pilulæ.et [c] etiam ſtoracis,& myrrhæ,& opij omnium ana.ʒ.5.olei de balſamo,croci omnium ana darkimet.ij.fiant pilulę admodum herbi.Et quandoq; adminiſtrantur in tuſſi antiqua, humida,ſuffumigationes prędictę in [d] capitulo aſthmatis.Et cum humiditas eſt perueniens ad quantitatem, adminiſtra ſuffumigationem ex arſenico ru.& ſtercore leporis,& farina hordei, & corticibus fiſticorum confectis cum vitellis ouorum,& troc.formatis ex eis,quorũ quiſq; ſit.ʒ.i.& exiccentur in ſole, & ſuffumigatio fiat cum eo tribus vicibus, [e] & etiam ariſtol.& myrrhæ,& ſtoracis, & galbani æquales ſumantur partes arſenici ſecundum quantitatem omnium conficiãtur cum melle,& butyro vaccino, & fiant inde ſimilitudines auellanæ, & fiat ſuffumigatio cum vua ex eis.Sed tuſſis factę in febribus, iam ſingulare ordinauimus regimen apud febrium [f] accidentia.

*De ſputo ſanguinis.* Cap. 4.

SAnguis [g] quandoq; egreditur ſpuendo, & eſt ex partibus oris: Et quandoq; egreditur raſcando,& eſt ex partibus gutturis:& qñq; egreditur cum vehementiore raſcatione, & eſt ex canna. Et qñq; egreditur vomendo,& eſt ex meri,& ex ore ſtomachi, & ex ſtomacho, & hepate. Et qñq; egreditur tuſſiendo,& eſt ex partibus pectoris,& pulmonis. Et [h] in illo quidem, qui eſt expectore, non eſt tantum timoris quantum eſt in eo, qui eſt ex pulmone. [i] Illud enim quod eſt ex pectore ſanatur velociter:& ſi non ſanatur, non habet malitiam vlcerum pulmonis: & multoties fit vlcus fiſtuloſum rediens omni hora cum ſputo ſanguinis.Et cauſæ propinquæ omnibus illis, ſunt vulnus propter cauſam primitiuam ex [k] percuſſione, [k] aut caſu ſuper pectus,aut ſuper hepar,& velamen: aut rem inciſiuam:aut tuſſim violentam: aut [l] vociferationem,aut acuitatem [m] vocis ſine gradatione,aut rixam: & propter hoc multiplicatur in dæmoniacis, & in illis, qui rixantur ab omni re. Et qñq; procedit ex vomitu laborioſo,proprie in præparatis. Et qñq; procedit ex aſſumptione ſolutiuorum acutorum,aut [l] ciborum calidorum, ſicut alliorum, & cæparum: aut timore, & anguſtia acuente ſanguinem: [n] aut dormitione non ſuper ſtratũ: aut [o] ſanguiſuga adhærente gutturi, & interiori ipſius. Aut cauſa cõiuncta,& eſt aut in venis,aut alijs. Et illa, quæ eſt in venis, aut eſt inciſio, aut ſciſſio aut apertio & dilatatio ab acuitate:aut mollificatio: aut [p] corroſio propter acuitatem humoris:aut [p] propter raritatẽ reſudatiuã.Et multoties [q] dilatantur meatus, qui ſunt inter partes cannæ,& arterias ſupra illã,quę eſt in natura:quare reſudat ſanguis ad cannam.Et illud, quod nõ eſt in venis,aut eſt vulnus,aut vlcus à vulnere,aut à corroſione,aut putrefactione,cũ eradicatur ex menbro aliquid. [r] Et qñq; eſt ab apoſtemate ſanguineo in pulmone,ex quo reſudat ſanguis:et huiuſmodi quidem apoſtema eſt incolume, qm̃ eſt ſanguineum: & qm̃ reſudat materia non coarctata neq; ingroſſata. Et qñq; inueniuntur omnes iſtæ cauſę niſi ſanguiſuccæ.Et harũ cauſarum coniunctarum ſunt cauſę magis antecedentes.& ſunt aut [s] multitudo materiei,& hoc aut propter multitudinem cibi & dimiſſionẽ exercitij:aut quia ipſæ ſunt ſupfluitates à præparatione naturæ, ſicut accidit illi,de quo locuti fuimus in [t] libro vniuerſalium, apud dimiſſionẽ exercitij: aut [u] retentione menſtruorum:aut ſanguinis [x] hęmorrhoidarũ; aut abſciſſionem membri: aut propter acuitatẽ ſuã:aut propter vehementiam motus ſui:aut propter [l] ventoſitatem in venis ſcindentem eas:& proprie in alatis, qm̃ illud multiplicatur in eis, aut propter præparationẽ inſtrorum continentium materiam [x] propter frigus conſtringens eam,& faciens dilatationem eius difficilem; quare non obedit virtuti laboranti in illo cum dilatatione: immo cum ſciſſione aut propter caliditatem extrinſecam, aut intrinſecam:aut [y] ſiccitatem,quæ iam pręparauit eam ad illud, quod eſt cum inſpiſſatione, & exiccatione.ſ.ad ſciſſionẽ à qualibet cauſa: [y] Aut propter humiditatẽ mollificantem eam; quare dilatãtur porri eius:aut obuiationẽ ſcindentis:aut corroſiui,aut inciſiui,aut putrefactiui. [z] Cum ergo accidit repletio ſanguinea, incipit natura expellere materiam ad quancunq; partem poſſibile eſt ei, cum ſit vehementius pręparata:aut ad propinquiorẽ ex locis ſuperfluitatũ:quare expellit eam cum ſputo:aut ſolutione ex hęmorrhoidibus;aut in menſtruis: aut in fluxu ſanguinis narium: Quod ſi venæ fuerint fortes cum non euacuantur ſanguine, [a] accidit mors ſubito propter effuſionem ſanguinis adconcauitatem venarum, & ille cui accidit ſputum ſanguinis, eſt præparatus vt adueniat ei vlcus pulmonis. Nam ſputum ſanguinis ſm plurimum fit à vulnere:& vulnus declinat ad hoc, vt vlcus fiat. Et [b] quando ſuccedit ſputo ſanguinis retenti ſputum ſanguinis, timetur ei, ꝙ ſit hoc ſm accidens ab vlcere, ad quod conuerſum eſt vulnus primum, & [c] multoties eſt ſanguis, qui expuitur ex naribus,currens ex capite ad pulmonem. Cumq; ſputum ſanguinis eſt ex partibus pulmonis, comitantur ipſum duo timores. ſ. timor ſuperfluitatis eius, & timor vulneris ne fiat vlcus. & non eſt omne ſputum ſanguinis timoroſum, immo illud,quod non retinetur,aut [d] quod eſt cum febre.& [e] multoties quidem eſt ſputum ſanguinis cauſa ſanitatis apoſtematis in hepate, aut ſplene,

De ſignis,

Margin: E; A † dactylis magnis maturis; B Li.5.ſũ.1.t.5.; C G.7.de phar.cõpõne ſm loc.c.5.e; D T.1.c.40.; E Ra.li.diui.c.55.&t.9.c.55.; F; F Li.4.F.1.t.1.c.55; G G.4.loc.affec.5.f; H Gal.ibidem.h; I G.& Raſ.9.con.t.1.c.1.89.1.; K G.3 de ſympto.cau.fo.26.h,&Aet.lib.2.ſer.4.c.59.& Raſ 9.conti.1.t.c.1.88.2.; L Aę.li.2.ſer.4 c.59; M Raſ.88.4.; N Ra.89.1.&88.3.; G; O Gal.4.loc.af.c.5.h.a; P G.3.de ſympto.cau.fo.27.a; Q Raſ.87.4.; R Raſ.90.1.&G.com.2.pgno.50.a; S Aet.&Ga.4.loc.affe.c.5.e; T T.1.F.3.do.2.c.1.; V Fen.13.t.1.ca.16.&t 5.c.8.&c.10.& F.16.t.1.c.1.& Ga.3.de ſymp.cau.c.2.27 h,&Pau.lib.3.c.31.; X Paul.lib.3.c.31.; H; Y Ga.3 de ſympto.cau.fo.27.a; Z Raſ.9.cont.1.t.c.1.88.2.; A R.87.4.&88.; B Raſ.88.3.; C G.4.loc.af.c.5.f; D Hip.7.apho.37.; E Raſ.87.4.



*De ſignis.* Cap. 5.

A PRopinquus [a] ſputo eſt cum tuſſi parua: & longinquus eſt cum tuſſi plurima.Et quanto plus longinquus eſt,expuitur cum tuſſi vehementiore.Et [b] qñ dormit ſuper latus in quo eſt ægritudo,additur excreatio eius,quod expuitur. Et oportet vt conſideretur in primis ne ſit illud, quod expuitur,ſanguis ex naribus.Et [c] cognitio illius eſt cum cõſuetudine fluxus ſanguinis nariũ, et eius euentu,& cũ [d] alleuiatione accidente capiti poſt grauitatẽ.Et [c] ſigna fluxus ſanguinis nariũ, ſunt ſicut rubedo faciei,& oculi,& ſplendor corã oculis:& vt nõ ſit ſpumoſus,& ſit ſubito. Signa ſanguinis excreati ex ſubſtantia carnis pulmonis ex vulnere, aut vlcere,ſunt [e] vt ſit ſpumoſus,& ſit abſciſſus,cũ [e] quo nõ ſit dolor,& eſt minoris quantitatis,ꝙ venalis, & maioris malitiæ, & deterioris finis. Et [f] qñq; expellunt ſpumoſum pleuretici, & peripneumonici cum in pulmonibus eorum eſt caliditas ignea ferueñs. Et qñq; eſt ſpumoſus ex cãna pulmonis.Sed eſt veniens cum raſcatione, & tuſſi pauca:& eſt illud,quod egreditur parum etiã. & eſt ibi ſenſus quidam cum dolore. Et [g] ille, qui expuitur ex venis eius,non eſt ſpumoſus,& [h] eſt calidior & vehementioris ſpiſſitudinis, q̃ ille, qui eſt in pulmone,& ſimilior ſanguini, quãuis non ſit groſſitudine eius, qui eſt expectore. Et ſigna excreati expectore,ſunt [e] nigredo coloris eius,& groſſitudo ipſius, & coagulatio eius propter longitudinem ſpatij cũ ſpumoſitate quadã, & ſpuma cum [e] dolore in pectore ſignificante loco ęgritudi-B nis:& additio eius in ſomno eſt certũ ſignum eius: Et [e] cauſa illius doloris eſt neruoſitas membrorũ pectoris:& eſt eius ſputũ paulatim, [e] non exuberãs: & eſt ſputum eius cum tuſſi vehementi donec expuatur.Et [i] ſignum facti ex inciſione venarum,eſt exuberãtia ſanguinis.Et ſignũ corroſionis eſt anteceſſio cauſarum corroſionis, ex [k] acceptione rerũ acutarum, & deſcenſu catarrhi acuti,& vt ſit febris,& ſputum ſaniei,aut corticis, aut partis pulmonis:& eſt ſputum ſimile aquæ carnis,& incipit ſputum ſanguinis paulatim, [l] deinde qñq; fluit ſubito,& expuitur res plurima, & color eius eſt malus. Et [d] ſignũ eius,quod eſt ex apertione orificiorũ venarũ ex repletione, eſt vt non ſit oĩno dolor, & inuenitur requies, & ſuauitas, & egreditur in primis minus,quã illud quod egredit̃ propter inciſionem,& ſciſſionẽ,in principio rei:& eſt plus eo quod egreditur à corroſione in pluribus horis. Et ſigna reſudatiõis ab apate,ſunt paruitas eius,& preſentia ſignorũ peripneumonię,& reliquorũ.

*De cura.* Cap. 6.

IN expoſito ſputo ſanguinis omni [m] hora,oportet vt attẽdatur diſpoſitio repletiõis eius.Et quotieſcũq; ſentitur in eo repletio, ſuccurratur cum phlebotomia: & proprie cũ pectus eius in creatione fuerit ſtrictum,& fuerit tuſſis in ipſo violẽta ſeu fortis. Et rectius eſt vt inclinetur ſanguis eorum ad partem inferiorẽ [n] cum phlebotomia ſaphenæ: & [o] poſt ipſam cum phlebotomia baſilicæ: & cum prouocãtur menſtrua mulierum in hora ſua, & ſm ꝙ ſufficit,remouetur cum hoc ſputum C ſanguinis earũ ſicut accidit in eis ex retentione eorum. Et oportet vt cuſtodiant̃ ab omnibus cauſis mouentibus ſanguinẽ,ſicut ſunt [p] cibi calefaciẽtes,& ſicut ſunt ſaltus,& [p] clamor, & [p] rixa,& [p] coitus,& anhelitus altus,et locutio plurima,& [q] intueri res rubeas,& [p] potus vini plurimi,& multitudo [p] balneationis.Et vitent aperitiua: quæ ſunt ex medicinis,ſicut [p] apiũ,& [p] aloe,& ſiſamum et vinum & [p] caſeus antiquus: qm̃ eſt nociuus eis. α recens vero confert eis. Et cibi cõuenientes eis ſunt, omne glutinatiuum,& oppilatiuum,& oẽ conſolidatiuum,& oẽ infrigidatiuum ſanguinis prohibens feruorẽ eius:& ex eis eſt [r] lac decoctum propter illud, quod in ipſo eſt de glutinatione, & [r] lac vaccinum de quo butyrum eſt extractũ,propter illud, quod in ipſo eſt de ſtypticitate,& butyrum, & [p] caſeus α recens præter ſalitum,& fructus ſtyptici,& quędã ſpecies prunorũ paruorum, in quibus eſt ſtypticitas,& oleum omphacinum recentis expreſſionis qñq; cadit in impinguatione ciborum eorum, & aquæ aluminoſæ vehemẽter conferunt eis. In eo vero quod factum eſt ab ipſo corpore pulmonis,oportet vt patienti in potu dentur medicinę incarnatiuæ, & ſiccæ ſicut lutũ,& hęmatites cũ aqua arnogloſſę,& acetum miſtum cum aqua. Cura vero eius pręter regimen cibi eius eſt,vt ſuccurratur ad phlebotomandũ [s] baſilicam partis, [t] in qua exiſtimatur eſſe ſolutio ſingularis ſubtilem faciendo phlebotomiã, & accipiatur ſanguis in interpolationibus inter quas ſint tres horæ, quaſi ipſe ſit cum conſeruatione virtutis.Phlebotomia.n.attrahit ſanguinem ad contrarium,& D prohibet etiã aduentum apoſtematis in vulnere. Et [t] fricentur eorũ extremitates, & ligentur, incipiendo à ſuperioribus ad inferiora, & interdicantur eis res prædictę, & [u] temperẽtur eorum aeres. Et ſint eorũ ſitus iacendo ſuper latus [x] & ſm formã præparationis vt non cadant aliquæ partes pectoris ſuper alias:Et qñq; eſt eis conueniens vt [s] in potu ſumant acetũ miſtum cum aqua. Ipſum.n. prohibet ſanguinis curſum,& mundificat partes pectoris, & pulmonis ex ſanguine ſi retinẽtur in ipſo:quare nõ congelatur, & ſumant in potu medicinas frigidas glutinatiuas. Nam glutinatio hæc eſt melius quo occupari oportet. Et qñ reperitur cum glutinatione mũdificatio, eſt vltimum eius, quod quæritur.Et pſyllium eſt iuuatiuum cũ infrigidatione ſua: & vbi eſt ſitis, eſt vehemẽtis iuuamenti.Et [y] qñq; eſt neceſſarium vt cum eo miſceantur narcotica propter duas res, quarum vna eſt ſedatio ſanguinis,& ingroſſatio eius:& ſecunda eſt dormitio,& remotio motus. & ego dicam medicinas cões ſpeciebus ſputi ſanguinis in fine huius capituli. [u] Cum ergo accidit ſputum ſanguinis ex catarrho,& non eſt catarrhus acutus, valde cholericus, phlebotomet̃ homo ſtatim, & aſſiduetur ligatio extremitatum eius,deſcendendo à ſuperioribus ad inferiora, & fricentur cum oleo de oliuis calido:aut cũ vnguento calido,ſicut eſt oleũ cucumeris aſinini,& ſimilia ei: Et [u] non inungatur caput oĩno.Et [u] ſint cibi eorum triticum cũ aliquo ponticorũ ſm ſemitam ſorbitionis: ſintq; pontica

iſta ex

Margin: A Raſ.9.cont.1.t.c.1.88.1.; B Raſ.88.1.; C Aet.lib.2.ſer.4.c.59.; D Pau.lib.3.c.31.; E G.4.loc.af.c.5.g; F Raſ.87.3.; G Raſ.87.4.; H Sera.t.2.c.25.& Raſ.88.3.; I Ra.88.2.&.89.2.; K Pau.& Aet.ibid.; L Gal.ibidem.f; M Li.1.F.4.c.20.& G.de cur.rõne p ſã gui.c.7.e,&c.10.e; N Raſ.9.cont.t.1.c.1.89.3; O Raſ.oppoſi.ibi.; P Raſ.90.1.; Q Raſ.89.2.; Infra bis α; R Ra.90.1.& 89.3.; R Reſ.89.3.; Supra. α; S Aeti.lib.2.ſer.4.c.61.; T Raſ.91.4.; V Pau.lib.3.c.31.; X Raſ.90.2.; Y G.7.de phar.cõpo.ſm loc.c.4.f

iſta ex fructibus,& quæ eis ſimilãtur,& apud debilitatem cibentur pane infuſo in aceto miſto cum aqua frigida.& adminiſtretur in eis clyſtere acutũ ad attrahẽdum materiam à partibus capitis proprie cum nõ fuerit phlebotomia poſſibilis propter prohibitionẽ.Et oportet vt ſtudium impendatur in regẽdo caput quantum poſſibile eſt: & non impẽdatur plurimum ſtudium in humectando ipſum.Et [a] ex eis,quę conferunt ei, eſt tribuere ipſi in potu trochiſcos de karabe. [a] Cumq; non valent ea,quę diximus,nõ eſt excuſatio curę catarrhi, & retẽtionis eius cum eis,quę ſunt ſicut abraſio capitis,& adminiſtratio emplaſtri facti ex ſtercore colũbino,quod more emplaſtri ſuperponatur,et remoueatur ſm neceſſitatẽ.Et [b] Gal.quidem dixit, ꝙ mulieri ſputũ ſanguinis aduenit ex catarrho, quam clyſterizauit clyſteri acuto: & proprie, qui non erat poſſibile phlebotomare eam, quia iam remanſerat ſine cibo.iiij.diebus,& fuerat debilitata,& cibauit eam [c] † {harire} fructibus in quibus etiã erat ſtypticitas:qm̃ ſpatium eius cum cibo longinquũ erat: & curauit caput eius cum medicamine columbini ſtercoris,& præcepit eã ingredi balneũ propter medicamen, & non inunxit caput eius,vt nõ humectaretur,& dedit ei in potu theriacam recentem,vt faceret eam dormire.Nam hæc theriaca fortis opij eſt vt dormire faciat, & prohibet cõmotionem tuſſis, & ſedat curſum materiei cum ingroſſatione.in die vero ſecũdo huius medicaminis, nõ peruenit ad mouendum eam. Immo dimiſit eam quietã, tranquillam, cum tñ neceſſaria foret ei mundificatio pulmonis. Et plurimum quo eam rexit,fuit ꝙ fricauit extremitates eius, & dedit ei in potu quantitatem fabæ de theriaca recente,minus quam prima vice,& fuit intẽtio eius,vt gradatim duceret eam ad mel, vt mundificaretur cũ eo pulmo:deinde dimiſit eam quietã, deinde fricuit extremitates eius,& dedit ei, poſt illud aquam hordei cũ pauco pane,vt viuificaretur virtus:& in die. iiij. dedit ei theriacam antiquã, cum melle plurimo,vt mundificaret pulmonem eius vehementer. Et cibauit eã in reliquis diebus, ſm ꝙ oportuit,& rexit eã regimine conualeſcẽtiũ: & cum hoc iam poſuerat ſuper caput eius hora poſt horam ex ceratario gũmæ [d] † { rutæ ſylueſtris,} & inhibuit ei balneum. Et hoc regimen eſt bonum.Et oportet vt ſit theriaca inter duos menſes,vſque ad iiij. Ipſa nãq; dormire facit,& retinet catarrhum.Et non approximentur capiti iſtorum olea.Et neceſſaria eſt abraſio capitis ad adminiſtrandum iſta rubificãtia:etiam mulieribus. Et neceſſaria eſt ventris ſolutio cum eis, quæ ſunt ſicut pilulæ cochiæ,ſi eſt illic multitudo: & illud poſt phlebotomiam : deinde adhibeantur medicinæ rubificantes.Et in eo,quod eſt ex ſciſſura venæ,aut inciſione eius,& eſt cauſa eius repletio, oportet vt non cibetur æger quãtum poſſibile eſt:immo ieiunet tribus diebus , in quo ſufficiat omni die cibus paucus ex aliquo viſcoſo.Et qñ non apparet caſus virtutis,tunc remoueatur à cibatione, quantum plus [n] poſſibile eſt vſq; ad quartã.Et ſi timetur caſus virtutis timore neceſſario, cibetur eo à quo generatur humor ęqualis,aut decliuis ad frigus, & in quo ſit glutinatio,aut inuiſcatio,& tenacitas,& ſtypticitas, & proprie ingroſſatio ſanguinis, ſicut [e] † {alheriſa} cũ extremitatibus, & ſicut capita, & ſicut oua ſorbilia, & ſicut tri,& proprie, quod decoquitur cum melle, & ſicut lentes, & iuiubæ, & quantum poſſibile eſt faciat vt non cibetur cum forti, & ſit contetus aqua hordei & proprie decocta cum lẽtibus aut iuiubis,aut cydonijs,& pane infuſo in aqua frigida & in aliquo acetoſo, ſiue ſit ferculum,ſiue non ſit ferculum,& totum ſit infrigidatum actu. Et [f] lac vaccinum de quo butyrũ eſt extractum,qñ prolongatur ægritudo, eſt iuuatiuũ propter ſtypticitatem, & frigiditatẽ ſuam.& lac bullitũ propter glutinationẽ ſuam,& ſuam inuiſcationem.Si autẽ non bullitur addit in ſanguine & nocetur per illud.Et piſces † {alradradi} ſunt vehementis iuuamenti eis.Et oportet vt ſint cibi iſtorum & eorum,qui ſunt poſt iſtos,frigidi actu.Et [g] caſeus α recens non ſalitus valde iuuat eos.Et quando cibantur iſti,& ſimiles eis carne,eligantur ex carnibus illæ, quę ſunt pauci ſanguinis,ſiccæ, leues,ſicut ſunt carnes columbarum agreſtium,& [h] turturum,& [h] perdicum decoctę in ſtypticis,et ponticis. Et ex rebus expertis in abſcindendo iterationem ſputi ſanguinis, [i] eſt β maſticatio portulacę,& deglutitio aquę eius: qñq;.n.ſtatim retinetur.Et ex fructibus cydonia,& poma, quæ ambo ſunt ſtyptica & põtica & iuiubę humidæ,& grana myrti, & xylocaracte de ſcemi, & que hoc curſu procedunt.Et qñq; ſit eis,quo vtitur in ſecunda menſa aliquid ex luto ſigillato,armeno cum gummi arabico, et pauca camphora. Cũq; retinetur ſanguis, et peruenitur ad quartũ diem, oportet, vt nutriatur,& confortet,& incipiat ab eis,quę ſunt ſicut panis infuſus in aqua & † {alherays} & pedes & cerebella. Et [k] ſi fuerit fiſſura & inciſio, cauſa acuitatis ſanguinis, fiat illud, quod oportet de declinatione ſanguinis ad inferiora,& ad diuerſitatem partis.Et euacuetur cholera: [k] deinde fiat infrigidatio cum fortitudine , & fiat humectatio, & adminiſtrentur ſtyptica etiam, & glutinatiua, & [k] aqua hordei,& cancri,& cucurbita,& [l] medicamẽ Andromachi,et [m] medicamen Galli. [n] In facto autẽ ex apertione venarum medicinę quas oportet adminiſtrare,ſint ſtypticę, ponticę conglutinatiuæ ſicut ſunt medicinæ, quæ neceſſariæ ſunt in eis, quæ præterierunt, & ſunt glutinatiuæ, incarnatiuę cum ſtypticitate:& iſtę ſunt ſicut [o] balauſtię, & capita granatorũ, & ſumac, & ſuccus teratit, & [p] ſuccus ramorum vitis,et glandes,et folia rubi,et [q] karabe,& acatia, & [r] lycium,& [s] ſuccus roſarum,& ſuccus [t] virgæ paſtoris,& [u] ſuchaha,& [x] ſuccus agreſtæ,& eiuſiſtides: Et qñq; confortantur iſta.et quæ ex eis ſunt,cum alumine et gallis,et aloe,et abſinthio,et fiunt ex eis medicinę compoſitę, & troc. præparati ad hoc ca.iam compoſiti ex medicinis prędictis, & qñq; decoquuntur iſtæ medicinæ in aquis puris:aut in quibuſdam ſuccis, et bibitur decoctio eorum. Et qñq; fiunt ex eis emplaſtra:et qñq; admiſcentur eis,et aggregantur,medicinę ſputi prædictæ et medicinæ pectoris prędictę,ſicut apium,& ameos,& aniſum,& ſpica,ramech. Et qñq; miſcentur cum eis narcotica, quæ

ſunt

A Paulũ.l.3.c.4.
B 5.meth.c.13.c.4.
C † ſorbitione
D † thapſiæ
E † Ferculũ ex granis frumenti.
F Raſ.9.conti.t.1 c.2.83.4.
† petroſi
G Raſ.90.2.
Supra his α
H Raſ.91.2.
I Dio.lib.2.c.117. & Raſ.89.3.
Infra β
† Ferculũ factũ ex granis frumenti.
K Ser.t.1.c.35.
L G.6.de pharc. poſitione ſecundũ loc.fo.183.f
M ibi.fo.179.d
N Fẽ.16.t.1.c.4.
G.li.7.de pharco. po.ſcdm loc.fo. & 5.meth.c.4.
O Dio.lib.1.c.
P Dioſ.lib.5.c.1.
Q Raſ.90.4.
R Dioſ.li.1.c.114.
S Dioſ.lib.1.c.
T Dioſ.lib.4.c.4
V Dioſ.lib.5.c.4
X Dioſ.lib.5.c.4



A ſunt ſicut cortices radicis mandragorę,& hyuſquiami,& papaueris.Et qñq; permiſcentur eis glutinatiua,ſicut gũmi,& cortices thuris, & [a] † { ſtella ſeminis, } & ſpodium, & ſemen arnogloſſę, & mucilago pſyllij,& ſemen eius, & ſuccus portulacæ, & mucilago granorũ cydoniorum. [b] Sed cũ eſt reſudatio ex apoſtemate,tunc cura eius eſt phlebotomia, & euacuatio:deinde maturatio,& non curetur cũ ſtypticis:Illud.n.attrahit nocumẽtum magnũ: immo oportet vt curetur cura peripneumoniæ.Factum aũt ex corroſione,eſt prauæ curæ & difficilis: & eſt quaſi ſicut illud de quo deſperatur.Non.n.ſanatur:aut nõ conſolidatur niſi cũ remotione malitiæ complexionis: & iſtud non ſit niſi in tẽpore,in cuius ſimili,aut induratur vlcus,aut putreſit. Verum qñq; confert, vt nõ permittatur corroſio confirmari, [c] expellendo humorẽ acutum: & qñq; ſolutione educuntur cholera: & groſſum ſimul,cum eo quod eſt ſicut pilulæ de agarico. Et ſi indigueris intentione confortationis, conforta.Et ſtude vt ſedes commotionem tuſſis cum medicamine de ſeminibus.Speratur.n.ex eo, ꝙ aliquod cõferat iuuamentum. Et ad ſummũ cura eorũ eſt mundificatio cũ euacuatione cũ phlebotomia & alijs:& cibi boni chymi.Et ex eis quidem,quę ſanant corroſionẽ,ſunt thus,& myrrha, & ſanguis draconis,& plantago,& ſemen portulacæ,& radix altheæ, & troc.ſtellę in quibus additur opij medietas partis. Et medicinę compoſitę,quas dixit [d] Paulus, & nos dicemus in [e] antidotario.Et eorum medicinę ad hoc iuuatiuę ſunt illud in quibus ponuntur hæmatites, & [f] ſanguis dra-
B conis,et karabe,et ſandaracha,et lutum ſigillatum,et ad vltimũ,omne exiccatiuum mũdificatiuum inuiſcatiuũ cõſolidatiuum. Factum autẽ à pectore curatur cũ emplaſtris,& medicinis,in quibus eſt ſubſtantia ſubtilis,quæ admiſtæ ſunt illæ quas diximus, vt perueniãt ad pectus. Et aqua albedarungi in ipſamet cõiungit inter duas res.Et cum exiſtimatur, ꝙ cauſa ſputi ſanguinis ſit caliditas,tunc medicinæ prędictę oẽs ſunt conueniẽtes ad hoc.Et cum exiſtimatur, ꝙ cauſa ſit frigus faciẽs euenire ſputum ſanguinis ſm modum prædictum,tunc cura eius eſt ſicut dixit [g] Gal.Illud.n.accidit cuidã adoleſcẽti.et curauit eum.Phlebotomauit nanq; eum in die primo,et ſecundauit,et fricuit extremitates eius, & ligauit ſtringẽdo eas, ſm ꝙ oportet in oĩ genere curſus ſanguinis, & cibauit eũ ſorbitionibus:et poſuit ſuper pectus ſuũ ceratarium de [h] † { gũma rutæ ſylueſtris,} & remouit ipſum ab eo hora noctis,vt nõ adderet calefactionem eius ſm quantitatem quæſitam, et cibauit eum cũ ſorbitionibus, et dedit ei in potu medicamẽ de ſeminibus. Et poſtquã dies tertia affuit,vſus eſt ſup pectus eius,illo ceratario tribus horis.Deinde remouit ipſum [i] † { } & cibauit ipſum [k] † {aqua} hordei [l] † {aſſidabagi cũ carne anatis.} Poſtquam igitur tp̃ata eſt complexio pulmonis eius, & ſublatus eſt timor aduẽtus apoſtematis,mundificauit pulmonem eius cum theriaca antiqua completa.Et gradauit eum ad bibẽdum lac aſininum,et ad reliquũ regimen ſputi ſanguinis.Et dixit [m] Gal.ꝙ quilibet iſtorum quibus ſuccurrebat in die primo ſanabatur, & aliorũ diuerſi-
C ficabantur diſpõnes.Et nos iam teſtificati ſumus de iſtis quos iuuit hæc via, & ſimilis ei.Et qñ exiſtimatur,ꝙ cauſa eſt humiditas & mollificatio,adminiſtra illud in quo ſunt exiccatio, & calefactio,& ſtypticitas:ſicut eſt radix ſquinanthi, et maſtix, & cyminum torrefactum, & calamẽthum montanum, & calcadis, & caſtoreũ, & crocus,& albrengi. Et qñq; admiſcentur eis ſtyptica ęqualia,ſicut caſtaneæ.Et qñq; fiunt ex iſtis compoſitæ,quæ dicentur in [n] antidotario.Et qñ exiſtimatur,ꝙ cauſa ſit ſiccitas,& illud & ſm minus adminiſtra humectantia nota, quæ ſunt ex lactibus, & oleis, & ſuccis poſt regimẽ commune de declinatione materię ad cõtrarietatem partis. Verum ea,quę pertinẽt huic loco, ex phlebotomia, & alijs,minora ſunt & debiliora eis, quę pertinent alijs. Et qñ cauſa eſt contuſio ſuper hepar,tunc cura eius eſt cũ iſto ſuffuf.Recipe reubarbari.x. lacce. v. luti armeni. v. ſitq; doſis eius contriti.ʒ.i.&.ʒ.5.Ex medicinis vero cõibus illæ, qua ſingulares ſunt,ſcriptę ſunt in lib. ij.in areolis notis,et illa,quæ ex eis pertinet huic loco eſt [o] hæmatites. Nam cum teritur vehemẽter ſicut puluis,& bibitur ex eo aur.i.in quibuſdam ſtypticis, aut ſuccis,iuuat nobili iuuamine. Et [p] qñ β maſticatur portulaca, et deglutitur aqua eius,tunc quandoq; retinetur ſtatim. Et aqua citroli, & [q] ſuccus eius:et proprie cũ quibuſdam glutinatiuis, ſtypticis valde,cũ paulatim trahijcitur. Et [r] cornu cerui adulti qñ permiſcetur medicinis,eſt plurimi iuuamenti. Et [s] ſilr aqua mẽtę. Et etiam fructus algarab pondere.i.ʒ.Et etiam flos coriandri cum aqua frigida pondere. iij. ʒ. mane & ſero. Et
D etiam corallus,qm̃ eſt plurimi iuuamenti,& lutum ſamium. Et exiſtimauerunt quidam,ꝙ noĩatur græce [t] † { ſtella terræ: } & noĩatur noĩbus pluribus:et videtur, ꝙ ſit aliud à talk, & etiam ſumatur ſanguis hœdi,anteq̃ cõgeletur,et ſumatur ex eo in potu medietas.ʒ.tribus diebus. Et etiam de granis myrti, & ſemine arnogloſſæ pondus. ij. ʒ. in aqua plantaginis,aut ſucco roſę,qm̃ eſt vltimum. Et [u] cydonia etiam iuuat,& proprie aſſata: Et etiam coagulum leporis cum aqua roſ. Aut aliud ex coagulis cũ decoctione pontica. Aut cũ aqua albedarungi, & proprie in eo, quod eſt ex pectore & lutum ſigillatũ,& loco eius lutum ſamiũ cum aliquãto aceto:et etiam ſuccutũ, et eſt ſemperuiua.Et dixit vir in quibuſdam,quæ aggregauit,ꝙ eſt ſpecies calamenthi naſcens inter lapides,quæ teritur, & comeditur cũ ſale:et in regione almuſſuli noĩatur [x] {alferſengi ſylueſtre:} et in hoc eſt conſideratio:& huiuſmodi medicina ſumitur in potu cum ęquali menſura amyli.Et iterũ ex illis, quę iuuant ipſum,eſt,vt detur in potu ex alumine iameni, qm̃ eſt vltimũ et proprie in vitellis ouorum tepefactis, non coagulatis oĩno. Et etiam gluten piſcium confert qñ bibitur ex eo. Et qñ prauior ſit res, tunc qñq; datur in potu pondus quartę. ʒ. i de ſemine hyuſquiami, cum aqua mellis.Et oportet vt dentur in potu medicinę conſtringentes ſputũ ſanguinis,cũ vino pontico,vt penetrent,niſi ſit feb. Tunc.n.ſumantur in potu cũ ſucco alio.Et ad antiquã,& veterem, [y] ſeminis porri nabatiæ & gra-

norum

A † Dio.li.5.c.94 terra ſamia.
B Raſ.9.cont.t.1. c.2.90.1.
C Ser.t.1.c.35.
D Lib.3.c.37.
E Lib.1.ſũ.1.t.5.
F Raſ.90.2.
G 5.meth.c.13.e
H † thapſia.
I † G.5.meth.c.13. e.ſ.& lauit.
K † cremore.
L † deinde piſce ſtatim aliquo, qui & facilis cõcoctu eſt, & ſimplici rõne pparatus,adiecto.
M Li.5.meth.c.13.f
N Lib.5.ſum.2.t.5.
O Dio.lib.5.c.96.
P Dioſ.lib.2.c.117. & Raſ.89.3.
Supra β
Q Raſ.90.3.
R Dioſ.lib.2.c.50.
S Dioſ.lib.3.c.33.
T † terra ſamia:
V Raſ.90.4.
X † portulaca ſylueſtris.
Y Dioſ.lib.2.c.143

norum myrti partes ſumantur ęquales, & potetur ex eis vſq; ad.ij.ʒ.cum aqua virgę paſtoris: Aut E
ſumatur ſucci porri de ſceni.℥.i.& aceti.5.℥. potetur in mane. Et detur in potu adustū ſpongię cum aliquanto vini. Et [a] Gal. quidem curauit ſputū ſanguinis cum theriaca, & mithridato, & medicinis boni odoris: q̄m ipſæ confortant naturā ad hoc vt ſit auara ſanguinis, & conſolidat vulnera. Et ſiſr troc. ſtellæ, & medicamen Andromachi. Et [b] centaurea aggregat ad retentionē ſputi ſanguinis, & mundificationem: quare in potu ſumant ex ea febricitantes cum aqua: & alij cum vino. Et [c] ſclaui quidem curant cum decoctione radicis centaureę maioris. & ex potibus eſt ille, qui Recip. ſucci arnogloſſæ pondus.ʒ.ij. ſucci bugloſſæ pondus.ʒ.i. ſucci portulacę, & ſucci ramorum recentis roſæ.℥.i. terantur ſine roratione aquæ ſuper eos, & colentur & non decoquantur: immo diſſoluatur in eis aliquid de luto armeno, & potetur. Aut ſumatur ſuccus ramorū roſæ & diſſoluantur in eo ſuccus hypoquiſtidos, & hæmatites, & cornu ceruinum aduſtum, & potetur. Et ex trochiſcis troc. huiuſmodi. Recipe acatiæ, balauſtię, roſarum rubearū, ſucci barbę hircinæ, corticum glādium, corticum thuris partes æquales: & iterum ſemen hyuſquiami & corticū radicis mandragoræ, luti de [d] † {armeni,} thus, acatia, ſemen portulacæ, ſemen albedarungi, balauſtiæ, camphora ſumātur, & fiant ex eis troc. Et ſit potio eorum pondus.ʒ.ij. cum.5.℥. aquæ, aut vini pontici: aut aquæ albedarungi. Et etiam ſemen papaueris, lutū ſigillatum, & eiuſiſtides, thus, camphora dentur in potu cū aqua albedarungi. & iterum trochiſcus, quē [e] dixit eben Serapion. & eſt ille, qui factus eſt cum gūma amygdali. F Et ex oleis adminiſtratis ſuper pectus: in æſtate quidem, eſt oleum de cydonijs, & in hyeme eſt oleum nardinum. Trochiſcus bonus. [f] Recipe luti [g] † {de albohera,} & coralli, & ſtellæ ſemius, roſæ ſiccæ omniū ana partes.ij. karabe, & gūmi, & amyli omniū ana partem.i. terantur, & fiant inde troc. & potio eius ſit.iiij. aur. febricitantibus in ſucco ſtyptico, & nō febricitantibus in vino, & proprie ſtyptico, & ex emplaſtris cōibus eſt farina hordei, & farina thuris, & acatia cum albumine oui. Cumq; ſanguis retinetur, tunc perueni ad conſolidandum vulnus, & ad prohibendū apoſtema, & cōſolidatio vulneris eſt cum eo, quod ſciuiſti ex glutinatiuis ſtypticis. Et prohibitio apoſtematis eſt cū prohibitione cibi, & attractione materierū ad extrema, & infrigidatione pectoris. Et oportet vt ſorbeat acetū miſtum multoties: Et oportet vt ſe cuſtodiat poſt retentionem, & adminiſtrationem rerum prædictarum. [h] Aqua autem quam potat, oportet vt ſit aqua pluuialis: aut aqua in qua ponuntur lutū armenum, & roſę, & aqua ferri, & in qua extinguitur ferrū, eſt iuuatiua propter ſuam ſtypticitatem. Et qn̄ timetur congelatio ſanguinis in pulmone, oportet vt in potu detur in principio [i] acetum miſtū cum aqua, niſi tuſſis adſit: tūc.n. oportet vt caueatur acetum. Et qñq; ſanat ſanguinem congelatū, medietas.ʒ.i. diacurcumæ cum aliquantulo de aqua porri, & cochleario oxymellis. Et ex compoſitis ad hoc, eſt illud, quod Recipe fœnugræci decocti.ʒ.ij. ariſtol.ʒ.i. myrrhæ ʒ.iij. olei de lilio.ʒ.i. piperis.ʒ.i. hyuſquiami.ʒ.i. roſarum.ʒ.ij. fiant ex eis troc. & exiccentur in vmbra: G & ſumantur in potu cum aqua fœniculi, & apij, Et [k] etiam coagulum leporis, & [l] aqua cineris ligni fici, cum [m] † {haſce,} aut origanum cum melle: Aut ſoluatur venter cum eo, quod euacuat. Et medicinas quidem ſingulares diximus in libro ſecundo: & compoſitas dicemus in antidotario. tu lege ſermonem noſtrum, de reſolutione ſanguinis congelati, in [n] lib.iiij.

A Li.5.meth.c.5.c.d.f
B Dioſ.lib.3.ca.
C Raſ.9.conti.c.2.91.2.
D † bitumine iudaico,
E Raſ.91.3.
F Ser.t.2.c.25.
G † ſigillati.
H G.7.de phar.cō pōne ſm loc.ca.4.183.f.&184.b
I Raſ.90.3.
K Aet.lib.2.ſer.4.c.63.fo.465 & Dio.lib.2.ca.67.
L Pau.lib.3.c.31.fo.137.& Dioſ.lib.1.c.166.
M † thymo.
N Fē.6.t.2.c.10.

TRACTATVS IIII. *de principijs ſpeculatiuis ſcientiæ apoſtematum membrorum partium pectoris, & exiturarum eorum, præterquam cordis.*

*Sermo vniuerſalis de doloribus partium pectoris, & lateris.*

*De pleureſi.i.* Pleuretide. *Cap.* I.

QVandoq; accidunt in velaminibus, & tunicis, & lacertis, qui ſunt in pectore, & coſtis, & partibus eorū, apoſtemata lędentia, valde doloroſa, quę noīantur [o] † {ſoſati,} & birſen, & pleureſis. & [p] qñq; fiunt etiam dolores in iſtis membris non ex apoſtemate, ſed ex ventoſitate: quare errant quidam, & exiſtimant, ꝙ ſit ex hac ęgritudine: verū non eſt, & pleureſis eſt apoſtema calidū in partibus pectoris: aut in lacertis intrinſecis: & in velamine cooperiente pectus: aut in velamine diſtinguente, & eſt illud, quod eſt purum: aut in lacerto apparente extrinſeco: aut velamine extrinſeco cum cōitate cutis, aut abſq; cōitate. Et [q] maius iſtis, & terribilius eſt illud, quod eſt in ipſo velamine diſtinguęte, & eſt prauius eis. Et H [r] materia quidem huius apoſtematis ſm plurimū eſt cholera: aut ſanguis cholericus: quoniā in menbris tunicoſis non penetrat niſi ſubtilis cholericus: deinde ſanguis purus: & propter hoc ſunt paroxyſmi [s] vehementiæ febrium eius tertiani ſm plurimū: & [t] propter hoc raro accidit ei, qui eructuat ſm plurimum acetoſæ, q̄m eſt phlegmaticæ complexionis. Et cum hoc qñq; fit ſæpe ex ſanguine aduſto. Et [u] qñq; fit ex phlegmate putrido. Et qñq; fit, ſed raro, ex melancholia putrefacta, inflammata. Et nos iam oſtendimus in [x] libris vniuerſalibus: ꝙ non eſt ex conditione apoſtematis calidi, vt non ſit ex phlegmate, & ex melancholia: immo qñq; fit ex phlegmate & melancholia ſm modum, ſed non eſt acutum, niſi qn̄ eſt ex cholera, aut ſanguine. Nam ſi eſt ex alijs ab his duobus, eſt chronicum: & hæc eſt res quam plures hoīum non comprehenderunt. Et propterea, ꝙ oē apoſtema, aut reſoluitur, aut induratur, aut collectionem facit: & tunc ſiſr eſt diſpoſitio pleureſis. Verum induratio in pleureſi eſt ex eis, quę minorantur. Ipſum.n. aut reſoluitur, aut collectionem facit in dominatione diſpōnum. Et pleureſis quidem cum reſoluitur, [y] recipit pulmo ſm plurimum illud, quod reſoluitur ex ea, & expuit ipſum, & extra educit illud. Et qñq; reſoluitur ad partem alteram. Et qn̄ colligitur ſanies, indiget neceſſario maturatione, vt rumpatur. Et qñq; recipit pulmo ſaniē.

O † Sera.t.2.c.21. pleuritis.
P Aet.lib.2.ſer.4.c.68.fo.475.
Q G.5.loc.aſ.c.4.f
R Gal.6.aph.33.& Hal.9.the.c.21.& G.de cōſt.ar.c.15.g
S G.1.de criſi.c.7.g
T Hipp.6.aph.55.
V G.6.apho.33.& de cōſti.art.c.15.g
X Fen.1.t.1.c.5.& lib.1.F.2.do.1.c.5.
Y G.5.loc.aſ.c.4.b

Et qñq;



A Et [a] qñq; recipit eam vena concaua, & egreditur ad vrinam. Et [a] qñq; effunditur ad meatum fęcis, & euacuatur cū ſolutione vētris. Et multoties cadit ad loca vacua, & carnes glādoſas, & facit euenire apoſtemata in eis, quæ ſunt ſicut duo inguina, & [b] † {almagaben,} & poſt ambas aures. Et multoties expellitur materia ad cerebrū, & membra alia, ſicut dicemus, & accidit timor, & interficit. Et qñq; prefocat materia pulmonē multitudine ſua præfocando meatus anhelitus. Et qñq; eius multitudo nō eſt hęc multitudo: & nō eſt materia niſi digeſta ſiue fuerit ſanies ſiue ſputum ſimile ſaniei. Sed virtutes ſunt proſtratæ, quare deficiūt à ſputo: & propter hoc oportet vt confortetur virtus in hac hora, ita vt ſit fortis ad faciēdam cōſtrictionem vehementē ad tuſſim, cum qua eſt ſputum: hoc nanq; ſputū eſt operatio, quę cōpletur [c] duabus virtutibus, quarū vna eſt naturalis maturatiua, & expulſiua etiā, & altera eſt volūtaria expulſiua, & qn̄ nō confortātur ambæ, poſſibile eſt vt deficiāt à mundificādo. Et [d] ſcias, ꝙ difficultas ſpuendi nō eſt niſi ex virtute, quādo eſt debilis: Aut ex inſtrō, quando inſtrm eſt lęſum motu ſui ipſius: aut ex motu vicini ſui: Aut eſt ex materia cum eſt ſubtilis valde: aut valde groſſa: aut viſcoſa. Et in huiuſmodi quidem diſpōnibus, quādoq; accidit in pulmone ſicut ebullitio, propter commiſtionē aeris cum materia inobediēte effuſa ad pulmonē & ad cānam. Et [e] quādo non mūdificatur cum ſputo in pleureſi vſq; ad.xiiij. dies tūc iam facit collectionē. Et [f] quādo non mūdificatur virus poſt.xl. dies, tunc cadit in peripneumoniā, & phthiſim. Et qñq; B erumpit virus in vij. [g] Sed in pluribus eſt in.xx. & .xl. & in.lx. Et qñq; accidit ruptura ante maturationē: propterea, quia natura expellit materiam nocētem, propter ſuā multitudinē, aut acuitatem ſuam: aut propter caliditatem cōplexionis & ætatis, & tpis, & regionis, & receptionem facientium eruptionē ex ebibitis ante horā, ex parte erroris medici. Et ego dicam erumpētia, poſt: aut ex motu ęgri ſuperfluo laborioſo: aut vociferatione: & illud eſt timoroſum. Et quādoq; accidit, vt ꝑmutetur pleureſis ad peripneumoniā, ita vt recipiat pulmo materiā apoſtematis. deinde nō eſt bonum ſputum eius, & retinet in ipſo, quare apoſtematur. Et qñq; accidit, vt ꝑmutetur pleureſis ad phthiſim quādoq; mediāte peripneumonia ſm modum quem dicturi ſumus, & qñq; abſq; mediatione peripneumoniæ, immo vt vlceret materia aut ſanies reſoluta ab ea ſubſtantiam pulmonis acuitate, & malitia ſua. Et quādoq; accidit vt [h] permutet ad ſpaſmū, & alcuzez, & ita vt expellatur materia ad neruos cōiunctos membro, in quo eſt apoſtema. Nam membrum eſt neruoſum: & hęc permutatio pernitioſa eſt & nō iuuāt cum ea reliqua ſigna bona. Et qñq; ſuccedit pleureſi, & peripneumoniæ quaſi ſtupor in poſtremo adiutore patientis, & in domiſtico brachij eius, vſq; ad extrema digitorū. Et quādoq; pertranſit ad partem cordis. Et accidit ex eo tremor cordis, quem ſequitur ſyncopis: & ad latus cerebri, etiā in diſpōne reſolutionis ante collectionē, & in diſpōne collectionis. Et quādoq; permutatur materia ad mēbra apparētia, & fiunt exituræ. Et quādoq; fit permutatio eius hęc cum C penetratione ipſius in ſubſtātias neruorum, & chordarū, [i] immo oſſium. Et qn̄ declinat ad loca inferiora, deinde aperiūtur, & fiunt fiſtulæ, eſt illud ex cauſis euaſionis, & nō ſunt fiſtulæ malignę nocitiuę. Et ſi [k] declinat ad iūcturas, & fiunt fiſtulę, euadit infirmus etiā. Sed quādoq; mollificatur vel paralyticatur membrum, & proprie cū non eſt illic euacuatio alia cū ſtercore, aut vrina groſſa, plurimi ſediminis: aut cū ſputo plurimæ maturitatis. Nam ſi fuerit aliquod horū, erit ſalubrius. Illud.n. ſignificat paucitatem materiei faciētis exituras: & poſſibilis eſt rectificatio eius cū maturatione. Et exiturę iſtę quādo occultātur, & profundātur, ſignificant nocumētum: & recidiuationem vel deteriorationē proprie quādo redit materia ad pulmonem. Et [l] qñq; accidit ex vehementia febris, frequentia anhelitus. Et ex frequētia anhelitus viſcoſitas ſputi. Sputū.n. exiccatur cauſa anhelitus frequentis. Et qñq; accidit ex viſcoſitate ſputi, vehemētia laboris, & additio inflāmationis. Et ex additione inflāmationis, frequētia anhelitus, & ex frequētia anhelitus viſcoſitas ſputi, & nō ceſſant ambę iuuare ſe ſup malitiā. Quærit̄ aūt, quę ſpēs peripneumonię, & pleureſis, ſint deteriores: an illa, q̄ eſt in latere ſiniſtro vicina cordi, an illa, q̄ eſt in latere dextro. [m] Quidā.n. ponunt hāc eſſe deteriorē: & quidam ponunt illam deteriorē eſſe. Verum veritas eſt, ꝙ propinqua ex parte loci eſt deterior. Sed eſt conuenientior, ad hoc, vt maturetur, & recipiat reſolutionem, ſi fuerit de proprietate eius vt ſuſcipiat illud. Et illa, quę remotior eſt ex parte loci eſt ſalubrior: verum ipſa eſt ex parte reſolutio- D nis, & maturitatis magis inobediens. Et qñq; facit cadere in pleureſim repletio humorum, qn̄ accidit in parte capitis, aut parte pectoris: aut in quibuſdam venis effundētibus ad partes pectoris. Et quādoq; facit ipſam poſſidere [n] multitudo potus aquę frigidæ cōſtringentis materias: & frigus additum, quēadmodum facit ipſam euenire caliditas vehemens, & [o] potus vini puri mouentis humores, quos ebullire facit. Et [p] raro quidē permutatur peripneumonia ad pleureſim. verum res eſt ecōtrario: & cum hoc illud quādoq; eſt, & alleuiatur cum eo cōſtrictio anhelitus alleuiatione aliqua. Et [q] pleureſis quidem plurimum accidit in autumno, & [r] hyeme, & proprie poſt ver hyemale, & multiplicatur in vere hyemali, & [o] exufflatione ſeptētrionis propter multitudinē ſuperfluitatum: aut propter coarctationē ſuperfluitatum: & multiplicātur cum eo dolores laterum, & coſtarū, & proprie ſucceſſione meridiei, & in ęſtate. Et cum [o] exufflat meridies minoratur valde: verum cum eſt ęſtas auſtrina pluuioſa, & ſiſr autumnus, multiplicatur in fine autūni in habētibus choleram pleureſis. Secundum formā vero aliā ab hac, pleureſis minorat̄ in aeribus, & regionibus, & ventis meridianis. Et [o] minoratur etiam in mulieribus, quę menſtruantur: q̄m complexiones earum declināt ad humiditatē abſq; cholera. Et qn̄ [o] accidit pręgnātibus, eſt pernitioſum, & minoratur in decrepitis, [s] nam ſi accidat, interficit propter debilitatem virtutum ipſorum in ſpuendo, & mundificando.

A Gal.6.lo.aſ.c.4.fo.59.c, & Raſ.10.conti.c.1.100.2.
A Gal.ibidem.
B † loca ſub aſſellis
C Raſ.95.4.
D G.com.2.prog.41
E Hip.5.apho.8.
F Hip.ibidem.15.
G Hip.2.ꝑg.57.h
H Fen.2.c.5.
I F.18.t.2.c.1.& G.7.apho.54.
K Hip.2.ꝑg.64 h
L G.1.de vic.rōne acut.39.
M Raſ.97.3.
N Raſ.98.2.
O Raſ.98.4.
P Ga.7.apho.11.g
Q Raſ.101.2.
R Hip.3.aph.23.& l.de affectionibus ꝑg.117.a.
S Raſ.97.3.

Et pleureſis

Et[a] pleureſis quidem qñq; aſſimilatur apoſtemati hepatis. Nã ſuſpenſoria cũ extendũtur propter apoſtema hepatis, peruenit illud ad valamen, & panniculũ, & ſentitur in ipſo dolor, & peruenit ad conſtrictionẽ anhelitus: quare neceſſariũ eſt tibi vt cognoſcas differentiam inter ea vtraq;: Et qñq; aſſimilat̃ ſirſen. Et pleureſis qñq; interficit propter magnitudinẽ accidentium eius. & qñq; interficit propter præfocationem. Et qñq; interficit cum permutatione ad peripneumõniã, & phthiſim, aut ſyncopim, aut aliud ex eis, q̃ dicta ſunt. Et[b] ſcias, ꝙ pleureſis qñ aſſociatur ei ſputum ſanguinis, eſt ſimilis hydropiſi cui aſſociatur febris. Indiget ergo primũ & eſt pleureſis cura ſtyptica propter ſputum ſanguinis, & cura lenificãte propter pleureſim. Sicut ſecundũ indiget cura calefaciente & exiccante: aut exiccante æquali propter hydropiſim, & humectante infrigidante propter febrem. Et multoties eſt cauſa pleureſis & peripneumoniæ aſſumptio ciborum groſſi nutrimenti, ingroſſantis ſanguinẽ ſicut[c] alcannabit: quare expellitur ad partes mamillę & lateris: & cura eius eſt ſubtiliatio materiæ cum balneo. & exeunti ex eo detur oxymel velociter, & alienet inunctionem, quę fit fricando cum oleo: quoniam eſt attractiua: & quandoq; excuſatur per hæc à phlebotomia.

*De ſignis pleureſis.* *Cap.* 2.

PLeureſis puræ ſigna[d] ſunt quinq; manifeſta, & ſunt febris inſeparabilis propter vicinitatẽ cordis. Et ſecundum, eſt[e] dolor pungitiuus ſub coſtis, qm̃ membrũ eſt panniculoſum, & multoties nõ apparens niſi apud anhelitũ. & qñq; eſt cum punctura tenſio: & qñq; eſt plurima. & tenſio F quidem ſiguificat multitudinẽ: & punctura fortitudinẽ in penetratione, & mordicatione. Et[f] tertium eſt cõſtrictio anhelitus ꝑpter coarctationẽ factã ab apoſtemate, & paruitas, & frequẽtia eius. Et quartum[g] eſt pulſus ſerrinus cauſa diuerſitatis: cuius quidẽ diuerſitas augmẽtatur, & egreditur ab ordine apud ſtatum, propter debilitatẽ virtutis, & multitudinẽ materiei. Et[h] quintum eſt tuſſis: qñq;. n. accidit in principio huius ægritudinis tuſſis ſicca: deinde cum ſputo: & qñq; eſt hæc tuſſis in principio rei cũ ſputo, & eſt laudabile valde. Et[i] tuſſis quidem nõ accidit, niſi propterea, ꝙ pulmo læditur ex vicinitate. Amplius reſudat ad ipſum id, quod reſudat ex materia ægritudinis: quare indiget ſputo eius: Quod ſi reſoluatur tota, & reſudet, tũc iam mundificatur illud, quod collectũ erat. Et[k] cũ ea quidem, quę pura eſt, nõ eſt pulſatio: qm̃ membrum eſt priuatũ multitudine arteriarum. [l] Amplius qm̃ pleureſis eſt ſimilis apoſtemati hepatis propter tuſſim, & febrem, & conſtrictionem anhelitus, & propter tenſionẽ ſuſpenſoriorũ, & expulſionem doloris ad panniculũ cooperiẽtem, oportet vt diſtinguat̃ inter vtraq;. Et iterum ſimilatur peripneumoniæ propter illud, & ꝑpter ſputum: quare oportet vt diſtinguatur inter ipſam & illã. Et[m] iterum differẽtia inter apoſtema hepatis & pleureſim eſt: qm̃ pulſus in apoſtemate hepatis eſt[n] †{vndoſus:} Et dolor eſt grauatiuus, nõ pũgitiuus: Et facies eſt conuerſa ad citrinitatẽ malã: Et tuſſis eſt abſq; ſputo, immo tuſſis eſt ſicca tarda: Et[o] quãdoq; denigratur lingua poſt citrinitatem eius: Et vrina eſt groſſa hydropica: Et egeſtio G eſt hepatica: Et[o] ſentitur grauitas in latere dextro & nõ cõprehendit ipſum tactus cauſans dolorẽ. Et qñq; eſt in apoſtemate hepatis ſolutio ſimilis loturæ carnis recentis propter debilitatẽ virtutis. Et cũ apoſtema eſt in gibboſitate, ſentitur tactu plurimũ: &[o] ſi eſt in concauitatẽ diſtinguit ipſum ab eo anhelitus inobediens, cũ ſignificet rem grauẽ ſuſpenſam: Et conſtrictio anhelitus in apoſtemate hepatis, eſt ſimilis in horis, non vehemens valde. Pleuretici vero tuſſis eſt cum ſputo: & dolor eius eſt pungitiuus, & eius vrina eſt bonæ ſubſtantię, & color eius eſt optimus, & conſtrictio anhelitus eius eſt vehemens, & eſt perueniẽs ad additionẽ continuã, ita vt manifeſtetur in oĩbus ſex horis ſenſibilis additio plurima. Et differentia inter ipſam, & inter peripleumoniã, etiam eſt, qm̃ pulſus peripleumoniæ eſt[p] vndoſus, & dolor eius eſt grauatiuus: & ſtrictura anhelitus eius eſt vehemens, & anhelitus eius eſt calefactus, & ſigna alia: Et[q] qm̃ cum pleureſi qñq; accidunt accidentia ſirſen horrẽda, ſicut permiſtio intellectus, & alienatio, & frequentia anhelitus, & tremor cordis, & ſyncopis: & quæ ſunt minora illis, & prauitas anguſtiæ, & multitudo rixæ, & vehementia ſitis, & alteratio coloris faciei ad colores diuerſos, & vehementia febris, & vomitus choleræ: & cauſa in iſtis accidentibus eſt cõmunitas pectoris cum principalibus mẽbris, & vicinitas eorũ, oportet vt diſtinguatur inter vtraſq; res. ſ. ſirſen &[r] birſen. Et[s] differentia igitur eſt, ꝙ permiſtio intellectus accidit in ſirſen in primis: deinde vehementia fiunt in ipſo reliqua accidentia, & eſt anhelitus in eo ſanior: H & poſtponitur corruptio anhelitus a permiſtione. & ſunt cũ eo accidentia ipſius propria ſicut eſt rubedo oculorũ, & attractio eorũ ad ſuperiora. In birſen vero poſtponitur permiſtio intellectus: & qñq; nõ eſt niſi iuxta mortem: immo eſt ratio eius incolumis. Verum in ipſo præcedit alteratio anhelitus, & eius malitia, & eſt in principio tenſio in mirac ad ſuperiora, ac ſi trahatur ad apoſtema, & dolor pungitiuus. Et eius differẽtia in hoc eſt, ꝙ pulſus in ſirſen eſt magnus declinans ad raritatem. Et in pleureſi paruus, ad frequẽtiam, vt ſuccurratur paruitati: Et pleureſis quãdo fit vehementior, vehementiora fiunt accidentia prędicta cum ea, & ſiccatur lingua cũ ea, & exaſperatur. Cum ergo augmentatur, accidit rubedo in facie, & oculis, & inquietudo vehemens, & corruptio anhelitus, & permiſtio intellectus, & ſudor interſectus: & quandoq; perducit ad fluxum ventris malum.

*De ſignis eius, quæ eſt pura & non pura.* *Cap.* 3.

CVm non eſt pleureſis pura, immo eſt in pãniculo velãte coſtas, & lacerto extrinſeco, habet ſigna: & ſunt dolor in ea, & nocumentũ ad terminũ: Illam nanq; quæ fit in panniculo extrinſeco, comprehendit tactus. Et qñq; cõicat ei cutis, & apparet viſui, & qñq; rumpitur exterius, & non facit ſputum. Et hęc[t] eruptio qñq; fit natura. Et qñq; fit arte. Et cũ illa, quę fit in lacerto extrinſeco, eſt pulſatio.

A Cap.2. & Gal.1. lo.aff.c.8.d
B G.1.aph.16.k1.
C Li.2.t.2.c.199.
D Li.1.F.2.d.3.c.1. & G.5.loc.affec.3. fo.31.d
E G.2.de criſi.c.10. e, & de cõſti.art.c. 15.d
F Ga.2.de criſi.c. 10.e, & 5.lo.aff.c.3. fo.31.d
G Gal.2.de criſi.c. 10.g, & 4.de cauſ. pulſ.c.7.c.&d
H G.5.lo.aff.fo.31.d
I Gal.2.de criſi.c. 10.c
K G.2.loc.af.c.3.a
L Cap.1. & Gal.1. loc.aff.c.8.d
M Fen.14.t.3.c.4. & G.2.lo.af.c.8.d.e
N † lenis.
O G.2.lo.af.c.8.d.e
P G.4.de pul.c.12.f
Q G.5.loc.af.c.4.
R Fen.1.t.3.c.2.
S Gal.5.loc.affec. c.4.f.g.h
T G.5.lo.af.c.3.d



A eſt[a] pulſatio. Nam ſi ſentitur cum attractione aeris, eſt in lacerto dilatante: & ſi ſentitur in reditu, eſt in lacerto conſtringente: Et iam oſtendimus, quoniam ambo inueniuntur in duabus tunicis ſimul: ſcilicet intrinſeca & extrinſeca: Et compreſſio etiam comprehendit hunc modum pleureſis, quæ non eſt pura: Et in hac quidẽ non pura, non eſt ex dolore pungitiuo, & ex conſtrictione anhelitus, &[b] tuſſi, & ex duritie pulſus, & ſerrinitate eius, & vehementia febris, & accidentium eius, qđ eſt in pura: & qñq; eſt pulſus lenis. Et qñq; eſt feb. propter apoſtemata in alijs locis à prædictis: aut propter cauſam aliam ſicut ſputum ſanioſum aut aliud, & non eſt pleureſis: cum non ſunt illic dolor pungitiuus, & pulſus ſerrinus, & reliqua. Et in non vera exiſtit ſubtus pectinem ſpatulæ dolor. Et in pura, q̃ eſt in velamine diſtinguente, eſt dolor declinans ad ſeraſif: & eſt ꝑmiſtio rationis in ipſa, & fiunt vehementiora accidentia, & dolor, & difficultas anhelitus: & non eſt velocitas vehementiæ febris ſicut in alijs. Immo qñq; poſtponitur vſquequo putrefiat ſuperfluitas: & fit fortis feb. valde. Et[c] ſi eſt in panniculo tegente pectus, dolor eſt vſq; ad furculas. Et[d] diuerſificatur dolor ꝑpter diuerſitatem tactus partium panniculi furcularum, & propter diuerſitatem partium in ſenſu: & nõ eſt cum ea pulſatio omnino: & dolor declinans ad ſeraſif qñq; eſt propter apoſtema in velamine diſtinguente. Et qñq; eſt propter euentum apoſtematis in inſtrumentis membrorum carnoſorum, quæ ſunt in coſtis, & non eſt in eo multus timor.

B

*De ſignis malis, & ſignis ſaluis.* *Cap.* 4.

SIgnificant[e] ſalutem eius ſputum[e] facile, velox, maturum. & eſt album, planum, ęquale. & pulſus, qui non eſt vehementis duritiei, & ſerrinitatis: &[e] paucitas doloris, & reliqua accidentia, & incolumitas[f] ſomni &[f] anhelitus, & receptio curæ, &[f] ꝙ æger tolerat illud, quod patitur, &[f] ęqualitas caliditatis in corpore cum lenitate, &[f] paruitas ſitis & anguſtiæ, & eſſentia ſudoris, &[f] vrinæ &[f] egeſtionis ſecundum diſpoſitionem laudabilem: & digeſtio vrinæ eſt ſignum bonum in ipſa: ſicut eius malitia eſt ſignum malum valde. Et[f] malitia egeſtionis, & fœtor eius, & vehementia citrinitatis eius eſt ſignum malum: Et apparitio fluxus ſanguinis narium, eſt ex ſignis bonis vltimis in pleureſi. Et malum eſt vt ſint accidentia eius, & ſignificationes ipſius, vehementia, & fortia, & ſputum retentum, aut tardum, & non eſt digeſtum: aut rubeum pure, aut plumbeum, aut nigrum, aut additur viſcoſitas eius, & difficultas, & conſtrictio: & eſt ſecundum contrarium reliquorum, quæ numerauimus in bono. Et ex ſignis malis eſt, vt ſit illic vrina fœculenta, non æqualis, & eſt ſanguinea, ſignificans inflammationem commiſſurarum cerebri. Et[g] ex ſignis malis, eſt vt ſit illic caliditas vehemens, & proprie quando eſt cum frigiditate in extremitatibus: & dolor tendens ad poſteriora, & additio doloris, quando æger dormit ſuper latus infirmum.[h] Cum ergo accidit ei, aut habenti peripneumoniam fluxus ventris in fine eius ſignificat, quod hepar iam debilitatum eſt, & eſt C malum valde: & eſt in principio ſui ſignum bonum, immo eſt res iuuans. Fluxus autem ventris, q venit poſt illud, & non remouetur cũ ea difficultas anhelitus, & anguſtia fortaſſe interficit in quarto, aut ante ipſum. Et tremor vel iectigatio, quæ eſt ſub ſeraſif in pleureſi multoties ſignificat commiſtionem rationis cum communitate velaminis ad caput, & fit iſte motus ex materijs velaminis: & motus earum ſecundum plurimum in huiuſmodi ægritudine eſt motus aſcendens. Et ex ſignis malis eſt, vt profundentur exituræ procedentes à pleureſi abſque ſedatione febris, & non ſit ſputũ bonum. Nam illud ſignificat mortem, propter illud, quod eſt in eo proculdubio de reditione materiei ad profundum. De ſignis vero bonis & malis, quæ ſunt poſt ſuppurationem, ſingulare faciemus[i] capitulum. Et ſcias, ꝙ pleureſis, cum non eſt in ea ſputum, tunc eſt aut debilis valde, aut mala fraudulenta. Nam aut non eſt cum ea multitudo materiei, de qua ſit curandum: aut eſt inobediens ad ſpuendum maligna. Inquit[k] Hipp. multoties eſt ſputum bonum facile, & ſimiliter anhelitus, & ſunt illic alia ſigna mala mortalia, ſicut ſpecies in qua eſt dolor ad poſteriora: & eſt quaſi ſit dorſum patientis eam, dorſum verberati: & eſt vrina eius ſanguinea, ſanioſa: & raro fit beatus: immo moritur inter quartum, & ſeptimum, & raro protenditur vſq; ad. xiiij. & in pluribus cum pertrãſit. vij. ſanatur: &[l] multoties apparet inter humeros patientis ipſam rubedo, & calefit ſpatula eius, & non poteſt quieſcere. Si autem calefiat venter eius, & egrediatur ex eo egeſtio citrina, moritur: niſi pertranſeat. vij. D Et[m] quando ad ipſum feſtinat ſputum plurimarum ſpecierum, & diuerſorum colorũ, & deinde vehementior fit dolor, moritur in tertio: & ſi non, ſanatur.[n] Et ſpecies alia eſt, cum qua ſentitur pulſatio extenſa à furculis vſque ad crura, & eſt ſaliua munda cum qua non eſt miſtio turbida, & eſt vrina aquoſa cum qua non eſt ſedimen, & eſt mortalis propter declinationem materiei ad caput. Si autem pertranſit. vij. ſanatur.

*De ſignis horarum eius.* *Cap.* 5.

CVm[o] nõ eſt ſputum, aut adeſt ſputum ſubtile, aut paruum, aut illud, quod nominatur ſaliua, ſecundum ꝙ dicturi ſumus, eſt in principio. Et[o] cum augmentantur accidentia, & augmentatur ſputum, & incipit remoueri à ſubtilitate, & additur in ſpiſſatione, & in facilitate, & incipit remoueri à rubedine ſi eſt decliuis ad citrinitatem, proportionalem rubedini, eſt in augmento.[p] Amplius cum æger expuit ſputum facile maturum, ſecundum ꝙ diximus de maturitate, & eſt plurimũ & dolor eſt leuis, tunc iſtud eſt ſtatus, & hora euentus maturitatis integrę.[q] Deinde cum ſputum incipit minui cum ſubſtantia illa, aut illa facilitate, & cum priuatione doloris, & diminutione accidentium, tunc iam declinat. Cumq; retinetur ſputum poſt remotionem illorum accidẽtium omnino, tunc iam completur declinatio.

A G.1.lo.aff.c.3.a & Raſ.10.cõti.t.1. c.1.97.4.
B Gal.5.loc.af.c.3. g.d.
C G.5.lo.aff.c.3.g
D Lib.1.F.2.do.2. ſum.1.c.10.
E G.1.de criſi.c.5. b.c, & 2.prog.56.g
F Hip.de coac.p. notio.193.1.
G Gal.2.prog.56. g.h, & Ra.10.cõt. 11.c.1.97.1.
H Hip.6.aph.16. & Raſ.97.2.
I 7.
I Lib.3.de morb. h.198.1. & Raſ.10 cont.1.c.1.98.3.
L Hip.li.3.de mor. 98.1. & Raſ.98.4.
M Hipp.ibi.198.2. & Raſ.98.4.
N Hipp.ibi.198.1. & Raſ.10.cont.t.1. c.1.98.3.4.
O Gal.4.de criſi. c.8.d
P Gal.ibi.d.e
Q Gal.ibidem.e

*De ſignis ſpecierum eius ſecundum cauſas ipſius.* Cap. 6.

E

ET res quibus ſignificatur cauſa efficiens pleureſim, ſunt ſputum,& color eius, cum eſt ſimplicis coloris,aut permiſti coloris,& ex loco doloris,& ex febre, & vehementia eius, & paroxyſmo ipſius.[a] Sputum nanq; cum eſt rubeum ſignificat ſanguinem: & cum eſt ad citrinitatem decliue,ſignificat choleram:& flauum,ſignificat congregationem amborum: & qñ eſt ad albedinẽ decliue,& non eſt maturum ſignificat phlegma: & qñ eſt tendens ad nigredinem & plumbeitatem; & non eſt propter tincturã exterius ex fumo,aut ſimilibus illis,ſignificat melancholiã. Et iterũ dolor in phlegmatica,& melancholica ſm plurimum eſt deſcendens inferius & ad lenitatem tendẽs. Et in alijs duobus eſt aſcendens inflammatus.Et[b] rurſus ſi fuerit febris fortis, vehemens,erit ex materijs calidis,&[c] ſi fuerit non vehemens,erit ex materijs decliuibus ad frigus,quantumcunq; fuerit, Et quandoq; ſignificatur per paroxyſmos ſignificatione bona.

A G. de coſti. et c.5.g.&5.loc.affec. c.3.h
B G.4.de cau.pul c.8.g.h
C Gal.ibi.h

*De ſignis permutationis eius.* Cap. 7.

QVando[d] non expuit ſputum laudabile velox,& non mundificatur in.xiiij.diebus,tunc iam permutatur ad collectionem.Et[e] ſignificat initium eius in aſcenſione,[e] vehementia doloris prius,& difficultas anhelitus,& conſtrictio eius,& duplicitas ipſius apud dilatationem cũ F paruitate,& vehementia febris,& aſperitate linguæ proprie,& ſiccitate tuſſis propter viſcoſitatem materiei,& ſpiſſitudinem velaminis,& debilitatem virtutis,& caſus appetitus, & permiſtio rationis,& vigiliæ,& grauitas,quæ ſentitur in loco illo.Et[f] quando collectionem facit,& completur collectio,quieſcunt dolor,& febris,& augmentatur grauitas.Cumq; rumpit,accidit tremor diuerſus, & dilatatur pulſus cum diuerſitate ſui,& cadit virtus, & debilitatur anhelitus: & multoties accidit febris vehemens:propterea,quia materia mordicat membra,& mordicat apoſtema.[g] Cumq; rumpitur,deinde non mundificatur à die rupturæ vſque ad quadraginta dies,perducit ad phthiſim. Et ruptura ſanioſi in die. vij. eſt ex eis, quæ accidunt raro. Et[h] plurimum eius poſt illud, vſq; ad.xx. &.xl.&.lx.Et quanto plus fiunt accidentia collectionis vehemẽtiora,erit eruptio velocior.Et quãto plus fuerint leuiora,erit eruptio tardior: & proprie febris exiſtens de ſumma accidentium. Et quando apparent ſigna timoroſa,& tu iam teſtificatus es ſignificationem laudabilem in ſputo, & alijs,tunc nihil timeas:quoniam eorum euentus eſt cauſa collectionis. non propter cauſam aliam. Et[i] omnis pleureſis,cuius dolor non quieſcit per ſputum,neque per phlebotomiam, neque per ſolutionem ventris,neque per alia,tunc ſpera ex ea ſanioſitatem,aut mortem:ante ipſam, ſecundum reliquas ſignificationes. Et cum videris pulſus tenſionem vehementem fieri, & proprie quando eius frequentia fit fortis tunc illud indicabit,ſi virtus fuerit fortis,permutationem ad peripneumoniam,& empyima,& phthiſim.Et ad ſummum cum illic eſt ſignificatio virtutis & incolumitatis, deinde non quieſcit dolor cum ſputo,aut ſolutione ventris,& phlebotomia,& vaporatione, tunc ipſa eſt magis decliuis ad ſaniationem.Sed ſi non fuerit ſignificatio incolumitatis fixionis virtutis, & fixionis appetitus,& aliorum,tunc illud ſignificabit,ꝙ eſt mortalis:& indicabit ſyncopim prius, quamuis appetitus cadat ſecundum plurimum apud rupturam.Et rubedo maxillarum ambarum eſt propter illud,quod ad eas aſcendit ex vapore,& caleſiunt digiti propter illud etiam.Et quando rumpitur ad amplitudinem pectoris,facit meditari alleuiationem aliquibus diebus:deinde mala fit diſpoſitio eius.Cum ergo rumpitur vides pulſum,ſecundum quod indicauimus iam debilitatum, & dilatatum,& tardatum,& rarificatum propter reſolutionem virtutis cum euacuatione,& extinctione caliditatis innatæ.Et accidit etiam,ſicut diximus,tremor, quem ſequitur febris cauſa mordicationis humorum.Si ergo fuerit materia apertionis plurima:& virtus debilis, perducit ad pernitiem.Et ſcias,ꝙ quando virtus eſt debilis,& tenſio,& frequentia vehementiores fiunt, tunc iſtud ſicut ſciuiſti,portendit ſyncopim.Et ſi eſt frequentia minor illa, & minor ea quam fecit ipſa pleureſis,tunc quandoque indicat ſubet,aut ſpaſmum,aut tarditatem maturationis. Et ſubet quidem nõ accidit,niſi propterea,quod cerebrum recipit vapores humidos,qui ſunt proculdubio non cũ acuitate illa,& ſi non,eſſet frequens pulſus valde.Et cerebrum quidem recipit eos propter debilitatem H ſuam ab expulſione eorum in neruis. Et accidit ſpaſmus propter fortitudinem cerebri ſupra expulſionem eorum in neruis.Et ſignificat tarditatem ſuppurationis propter groſſitudinem materiei. Et ꝙ ipſa non permutatur eſt, quoniam cerebrum & nerui fortes non recipiunt ipſam. Et[k] quandoque indicat ſpaſmum,& illud quando conſtrictio anhelitus vehementer fit fortis, & febris non eſt fortis.Et quando vides ægritudinem iam alleuiatam parumper,& occultatam,& non eſt illic ſputum,tunc[l] fortaſſe minuitur materia cum vrina:aut cum egeſtione: quare apparet ſolutio ventris cholerica ſubtilis,aut apparet vrina groſſa.Si autem illud non fuerit, tunc apparebit exitura.Nam ſi videris tenſionem ad mirac,& hypochondria,& caliditatem,& grauitatem,indicabit illud exituram apud inguina,& crura.Declinatio eius ad ambo crura,eſt vehemens ſignificatio ad incolumitatem:& in huiuſmodi quidem præcepit[m] Hip.ſolutionem ventris fieri cũ elleboro. Qđ ſi uideris cum hoc difficultatem anhelitus,& conſtrictionem pectoris,& ſoda,& grauitatem ĩ furculis & mamillis,& brachio,& caliditatem ad ſuperiora, portendet illud declinationem materiei ad partes aurium & capitis.Et ſi fuerit diſpoſitio hæc,& non apparuerit apoſtema, neq; exitura in his partibus,tunc materia declinabit ad cerebrum ipſum,& interficit.

D Hip.5.aph.8.
E Hip.2.apho.4 &2.prog.62.
F G.4.lo.af.c.8.f
G Hip.5.aph.15.
H G.3.prog.10.d
I Hip.de coac.præ notio.593.2.
K Fen.2.c.6.
L Cap. 17.&G.6. loc.aff.c.4.c.d
M 2.de vic.rõne.a





*Sermo aggregatus ex ſputo vel de ſputo quod incipit in ſecundo aut in tertio.* Cap. 8.

A

LAudabilius[a] ſputum eſt,quod eſt facilius,& velocius,& plurimum, & magis maturũ, quod eſt album,planum æquale,in quo non eſt viſcoſitas:immo eſt æqualis ſubſtãtiæ. Aut quod eſt propinquum huic maturationi,ſedat permiſtionem rationis ſi fuerit ante ipſum aut vigilias:aut accidens aliud malum.Et ſequitur ſputum illud,quod eſt decliue in primis diebus ad rubedinem, & decliue ad citrinitatem,& poſt illud ad ſpumoſum.Et[b] ſpumoſitatis quidem cauſa eſt, vt ſit res parua humoris ſubtilis,cui admiſcetur aer plurimus,& ſit eius commiſtio vehemens valde,quãuis ſpumoſum non ſit illius bonitatis.Immo eſt decliue ad malitiam.Et[c] deterius eo in principio eſt rubeũ purum,& citrinum purum igneum,&[d] ex malis valde eſt album viſcoſum rotundum, &[e] deterius omnium eſt nigrum:& proprie illud, quod eſt fœtidum ex eo,& citrinum eſt melius nigro,& groſſo rotundo,& rotundum eſt melius nigro,quamuis ſit malum,& eius ſignificatio eſt ſignificatio groſſitudinis materiei,& dominij caliditatis,& ſignificat cum longitudine ægritudinis,quod cõuertitur ad phthiſim.Et rubeum eſt melius citrino:quoniam ſanguis naturalis ipſe & phlegma tẽperatum,ſunt leuioris lateris,q̃ cholera aduſtiua,& corroſiua.Et viride ſignificat congelationem, & aduſtionem vehementem,& non remouet iudicium malitiæ ſputi in ſubſtantia ſua,facilitas exitus eius,& fœtidum quidem eſt malum.Et expuere huiuſmodi mala,eſt propter multitudinẽ, non B propter maturationem.Et[a] omne ſputum cum quo non quieſcit nocumentum, eſt non bonum. Et[f] ex conſuetudine quidem eorum eſt, vt nominent purum,cui nihil extraneum admiſcetur maturum,aut nihil ſanguinis,aut nihil choleræ,aut melancholiæ[g] ſaliuã,& non nominant ipſum ſputum. Et huiuſmodi quando perſeuerat,& non permiſcetur ei aliquid neq; accidit ei diſpoſitio, quæ ſignificet, ꝙ humor eſt habens maturationem, tunc ſignificat longitudinem ægritudinis. & quando eſt cum priuatione maturationis malum,ſignificat pernitiem.Et[h] ad vltimum ſputum ſignificat ſuo colore,& ſignificat ſubſtantia ſua ex groſſitudine & ſubtilitate ſua: & ſignificat ſua figura in rotunditate ſua,& non rotunditate ſua,& ſignificat ſua quantitate in multitudine, & paucitate ſua.Et ſputum quidem ſalſum ſignificat catarrhum corroſiuum.Et ſputum humoris groſſi, immo puris,qñq; fit non propter cauſam vlcerum pulmonis, immo propter cauſam humiditatũ pectoralium dominantium in corporibus eorum,qui pertranſeunt. xxx. vſq; ad. xl. & dimittunt exercitium:quare aggregantur in ſpatio pectoris,& expuuntur, & accidit eis hydropiſis in ſpatio xl.dierum vſq; ad.lx.& non eſt in ea plurimum mali.

A Hip.de coac.præ notionibus.513.1.
B G.1.prog.47.e.
C Hip.2.prog.45 &46.
D Hip.ibi.46.
E Hipp.ibi.48.
F G.1.de criſi.c.5.h
G Cap.9.
H Raſ.10.conti.t. 14.1.94.4.

*De criſibus pleureſis.* Cap. 9.

QVando[i] ſpuit in die primo aliquid ſubtile, non maturũ,tunc ſperatur vt maturetur in quarto,& fiat criſis in.vij.Si autem non maturatur vſq; ad quartum, aut initium ſputi non eſt ex C die primo,tunc criſis eius erit in.xi.aut.xiiij.Si autem non expuit niſi poſt quartum, deinde expuit,& in ipſo eſt maturitas aliqua,tunc res eſt media.Et ſi non eſt in ipſo maturitas,tunc ægritudo prolongatur cum fiducia:& proprie cum ſunt illic ſigna bona virtutis,& appetitus, & ætatis. Et quando non ſpuit vſque ad ſeptimum,aut expuit ſputum ſine maturatione penitus, immo nõ eſt niſi humor purus,tũc ſi inueneris virtutem debilem, ſcias ꝙ non maturabitur niſi poſt tempus & ſi ipſe deficit ante illud,ægritudo non pertranſibit.xiiij.Et qñq; interficiet ante ipſum, qm̃ criſis eorum,quæ ſunt huiuſmodi,eſt vſq; ad.xl.aut.lx.& naturæ debilis incolumitas nõ protenditur vſque ad illam horam.Quod ſi virtutem inueneris fortem,& videris duo deſideria æqualia laudabilia,& videris ſomnum & anhelitum,ſecundum ꝙ oportet,& videris vrinam maturam bonã, ſperabis ꝙ pertranſeat.xiiij.deinde moriatur ſm plurimum poſt ipſum.Et totum hoc cum materia, q̃ ægritudinem facit,fuerit acuta.Et prorſus longior criſis eius,quæ facilis eſt,eſt.xiiij.dies:& qñq; extenditur vſq; ad.xx.&[k] Gal.quidem dixit,ꝙ qñq; mundificatur cum ſputo vſq; ad[l] † { xxx } dies:& inuenit cum eo criſim integram.Et nos iam[m] diximus,ꝙ ſputum ſimplex, quod eſt vt ſaliua,ſignificat lõgitudinem ægritudinis. Et qñq; contingit, vt ſperetur criſis in hora,& accidat ſignificatio,quæ ponat ipſam propinquiorem:aut ſignificatio,quæ ponat ipſam longinquiorem: Sicut cum ſputum & diſpoſitiones ſignificant,ꝙ criſis erit in.xiiij.& apparet poſt.vij.ſputum nigrum:et D proprie in die malo,ſicut octauo.Ipſum nanq; ſignificat,ꝙ criſis mala præcedit. Et ſi appareat loco eius ſignificatio bona ſignificans maturationem laudabilem, ſignificabit ꝙ criſis mala poſtponetur,& bona præcedet.

I Galẽ.1.apho.12. & 4.c.
K 1.aph.12.b,&1. de criſi.c.18.g
L † xxxiiii.
M Cap.8.

*De peripneumonia.* Cap. 10.

PEripneumonia eſt apoſtema calidum in pulmone:&[n] ipſa qñq; accidit incipiendo: & qñq; ſequitur euentum catarrhi deſcẽdentis ad pulmonem,[o] aut præfocationes reſolutas ad pulmonẽ, aut pleureſim conuerſam ad peripneumoniam,& hmõi interficit vſq; ad.vij.Et ſi natura confortetur ad expuendam materiam,tunc ipſa ſm plurimum facit cadere in phthiſim. Et peripneumonia quidem fit ab oĩ humore.[p] Verum plurimum eius fit à phlegmate:qm̃ in membro raro, raro contineť humor ſubtilis:ſicut plurimum pleureſis eſt cholericum,econtrario hmõi intentionis: qm̃ mẽbrum eſt panniculoſum ſpiſſum ſtrictum, in quod raro penetrat niſi ſubtilis acutus: quamuis qñq; fiat ex ſanguine.Et qñq; fit ex genere choleræ rubeæ:& eſt interficiens ſm plm̃ ſua acuitate:& quia vicina eſt cordi:& quia parum iuuabitur ab eo,quod bibitur,& quod loco emplaſtri ſupponitur. Illud enim quod bibitur non puenit ad ipſam conſeruans ex virtute infrigidationis ſuæ illud,quod ei reſiſtat,& illud,quod loco emplaſtri ſuperponitur,non pducit ad ipſam infrigidationem reſiſten

N Paul.lib.3.c.30.
O Hip.5.apho.10.
P Raſ.10.cont.t.1. c.91.1.& Ga.4.de cau.pul.c.11.g

tem ei. Et peripneumonia quidem qñq; remouetur cum reſolutione & qñq; cõuertitur ad ſanationē, & qñq; induratur: & [a] qñq; permutatur ad exituras: & qñq; permutatur ad karabitus, & eſt malum. & qñq; permutatur ad pleureſim, & eſt hoc parū & rarum. Et qñq; facit ſuccedere ſtuporem, ſicut prædictū eſt in pleureſi, & eſt plurimum eorum, quæ ſuccedunt ei. Et fluxus ſanguinis narium nõ cõfert in peripneumonia ſicut confert in pleureſi propter diuerſitatem duarum materierū. Et qm̄ attractio à pulmone longinquior eſt, q̄ ſit à velamine, & panniculo pectoris, & lacertis eius. E

*De ſignis peripneumoniæ.* Cap. 11.

SIgna peripneumoniæ omnia ſunt [c] febris acuta, quoniam eſt apoſtema calidum in viſceribus, & [d] conſtrictio anhelitus vehemens, ſicut præfocatio accidens anhelanti propter apoſtema, & q̧ ipſum coarctat vias: & caliditas anhelitus vehemens & [e] grauitas propter multitudinē materiei in membro non ſenſibilis ſubſtantiæ, & [e] ſenſibili propter panniculum in quo inuoluitur. & extẽſio in pectore toto propter illud, & dolor tenſus ex pectore, & ex profundo ad partes thoracis, & dorſum. Et quandoque ſentitur [f] dolor inter ambas ſpatulas. Et qñq; ſentitur pulſatio [f] ſub ſpatula, & [f] furcula, & [f] mamillis: aut continuus, aut apud tuſſim, & [g] non tolerat vt dormiat niſi ſup collum: ſed ſuper latus præfocatur. Et peripneumonici [f] quidem lingua rubeſcit prius, deinde nigreſcit, & [f] eſt lingua eius, ita quod adhæret ei manus qñ tangit eam cum groſſitudine. Et qñq; cõmunicat ei in extenſione, & [h] repletione faciei totius, & apparent in [i] vtriſq; maxillis rubedo, & inflatio [k] propter illud, quod aſcendit ad eas ex vapore, propter carnoſitatem earum & raritatem ipſarum, & non ſunt ſicut frons in cute ſua. F Et [l] qñq; vehemẽs fit rubedo adeo, donec ſimiletur tincto. Et [m] qñq; ſentitur aſcenſio vaporis, quaſi ipſe ſit ignis aſcendens, & apparent inflatio vehemens, & anhelitus altus, velox propter febris magnitudinem, & nocumentum eius, & [d] inflatio oculorum, & grauitas motus eorum, & repletio venarum eorum, & [d] grauitas palpebrarum. Et cauſa in eo etiam eſt vapor, & apparet in cornea ſimilitudo apoſtemationis, & [d] in pupilla ſimilitudo exitus cum impinguatione, & vnctuoſitate, & ingroſſatur collum. Et quandoque aduenit ſubet propter multitudinem vaporis humidi. Et quandoq; eſt cum ea frigus extremitatum. [n] Pulſus autem eſt vndoſus lenis: quoniam apoſtema eſt in membro leni, & materia eſt humida. Et vndoſus quidem diuerſus eſt proculdubio in dilatatione vna: & qñque eſt interciſus, & fit bis pulſans & illud in dilatatione vna. Et qñque illud eſt ſm dilatationes plurimas. Et qñque accidit in dilatationibus plurimis viciſſitudo. Et qñque accidit in eis cadens in medio: & eius pulſus ſm plurimum eſt magnus, ꝓpter vehementiam neceſſitatis, & lenitatem inſtrumenti, niſi debilitetur virtus valde. Frequentia vero vehemens fit, & minoratur ſm ſebrem, & neceſſitatem, & ſm q̧ virtus ſufficit illi magnitudini: aut deficit ab ea. Et [o] Hipp. quidem dixit, q̧ qñ eis accidunt exituræ apud mamillas: aut ea quæ ſequuntur eas, & [p] aperiuntur fiſtulæ, euadunt: & illud eſt notæ cauſæ. Et [q] ſimiliter quando accidunt exituræ in crure, ſunt ſigna laudabilia: G & qñ permutatur ad pleureſim raro alleuiatur cõſtrictio anhelitus, & aduenit punctio: & ſputa eorum ſunt etiam tunc ſm colores ſimiles coloribus pleureſis, & plurimum eorum eſt phlegmaticum. Cum peripneumonia autem, quæ eſt ex genere choleræ rubeæ, aut trahit ad choleram rubeam, ſunt conſtrictio anhelitus, & grauitas ſenſibilis in pectore minus. [d] Sed inflammatio eſt in vltimo vehementiæ. Et ſigna permutationis eius ad ſanationem proxima ſunt ſignis pleureſis in huiuſmodi: & ſunt vt febris non minoretur, neque dolor: & neque videatur expulſio de qua ſit curandum cum ſputo: aut vrina groſſa habente ſedimen aut egeſtionē. Si autem videris ægrum cum iſtis ſignis incolumen fortem, tunc ipſa conuertitur ad ſanationem: aut ad exituram: aut ſuperius, aut inferius: ſm ſigna prædicta in pleureſi. Et ſi illic non fuerit virtus, & incolumitas, tunc time mortem. Et qñ fit ſaliuoſum dulce, iam tunc fit ſanies. Et ſi mundificatur in xl. diebus, eſt bonum. Et ſi non, prolongatur tempus. Et qñ prolõgatur tempus cum peripneumonia, facit incurrere ægrum inflationem pedum, propter debilitatem nutritiuæ proprie in extremitatibus. Et quando declinat materia ad veſicam, ſpera ſanitatem.

*De apoſtemate duro in pulmone.* Cap. 12.

QVandoque accidit in pulmone apoſtema durum, & ſignificat ipſum conſtrictio anhelitus, cum hoc, q̧ ipſum augmentatur cum diebus, & eſt cum grauitate, & paucitate ſputi, & vehementi ſiccitate tuſſis, & frequentia eius: & qñque alleuiatur in quibuſdam horis cum paruitate caloris in pectore. H

*De apoſtemate molli in pulmone.* Cap. 13.

QVandoque accidit in pulmone apoſtema molle: & ſignificat ipſum conſtrictio anhelitus cū ſaliua plurima & humiditate in pectore, abſque caliditate plurima: & in facie non eſt rubedo, immo plumbeitas.

*De bothor in pulmone.* Cap. 14.

QVandoque accidit in pulmone [r] bothor, & ſigna eius ſunt, vt grauitas ſentiatur, & conſtrictio anhelitus cum velocitate, & frequentia, & caliditas in pectore, & inflammatio abſque febre communi.

*De aggregatione aquæ in pulmone.* Cap. 15.

QVandoque [s] aggregatur in pulmone aquoſitas, & ſignificant ſuper ipſam [t] † {almelilotu,} & febris leuis, & apoſtema vel inflatio extremitatum, & malitia anhelitus, & ſputum ſubtile aquoſum, & diſpoſitio, quæ eſt ſicut diſpoſitio hydropiſis.

De

A Hip. 2. progn. 64. & 67.
B Raſ. 10. conti. c. 1. 92. 3.
C Ga. 2. lo. aff. c. 4. & lib. 4. c. 8. g
D Paul. lib. 3. c. 30.
E Aet. lib. 2. ſer. 4 c. 66. & Paul.
E Aet. ibidem.
F Hip. 3. de morb. 196. 2.
G Raſ. 10. conti. t. 1. c. 1. 92. 3.
H Paul. & Aet.
I Aet. & Ga. 2. loc. aff. c. 5. c
K Ser. t. 2. c. 13.
L Ser. & Ra. 92. 3.
M Raſ. 92. 3. & Pau.
N Gal. 4. de cau. pul. c. 12. f
O De coacis ſnotio. 513. 2.
P Hip. 2. prog. 64. h
Q Hip. ibi. de ſnotionibus. 513. 2.
R G. 4. loc. aff. c. 7. a, & c. 8. f
S Hip. 4. de morb. 188. 2.
T † diſpõ caliditas totius corporis ante febrem.



*De apoſtematibus aut vulnere accidentibus cannæ pulmonis,* Cap. 16.

A SIgna illius ſunt febris debilis, & pulſatio in medio dorſi, & dolor. Canna enim non eſt ſicut pulmo in hoc, q̧ ipſe non ſentit: verum eſt dolor leuis, & accidunt cum hac pruritus in corpore, & raucedo vocis: & ſi vlceratur, erit oris eius odor fœtidus, & ſputum paucum.

*De pure & ſanie, quæ eſt empyima.* Cap. 17.

PVs [a] in locutione medicorum venit ſuper duas intentiones, [b] quarum vna eſt vſitata in omni loco, & eſt collectio ſaniei apoſtematis. Et [c] ſc̄da eſt qua vtuntur proprie in ægritudinibus pectoris, & volunt per illud, repletionem ſpatij, quod eſt inter pectus & pulmonem, ex pure erumpẽte ad ipſum: aut in ambobus lateribus ſimul: aut in latere vno. Et cauſæ huiuſmodi repletionis: aut ſunt [d] catarrhus effundens materiam ſubito: aut vlcera in pulmone, ex quibus currit ſanies & virus: & [e] fit empyima poſt. xx. dies ſm plurimum: deinde expuitur: aut eruptio apoſtematis in partibus pectoris, & eſt plurimum. Et eſt illud aut ſanies matura, aut res, quæ eſt ſicut fex. Et diſpoſitiones illius ſunt quatuor: aut enim præfocat multitudine, & interficit, & apparitio illius eſt, vt incipiat anhelitus eius conſtringi, & non expuat. Aut putrefit pulmo, & facit cadere in phthiſim: Aut mundificatur cum ſputo ſucceſſiuo facili: [f] Aut mundificatur cum expulſione ex via venæ magnæ, & arteriæ magnæ ad veſicam cum vrina groſſa. Et eſt curſus eius prius ex vena ad hepar: deinde ad re- B nes: & qñq; ad inteſtina cum egeſtione: & ſunt ambæ laudabiles: & iam [g] præterijt à nobis in rememoratione ſaniei eruptiõis: & cognitio illius eſt ſm fortitudinem ſignorum, & ætatis, & temporis, & complexionis. Et [h] decrepiti quidem moriuntur ex empyimate pluſquam iuuenes, propter debilitatem partium cordium ipſorum. Et iuuenes moriuntur in doloribus pluſquam decrepiti, propter vehementiam ſenſuum eorum. Et nos iam [i] diximus ſigna empyimatis in capitulo ſignorum permutationum pleureſis, & ſimiliter ſignorum eruptionis. [d] Signa autem repletionis ſpatij pectoris ex pure ſunt grauitas & tuſſis ſicca cum [k] †{bhear,} & dolor. Et [d] quandoq; eſt in pluribus eorum tuſſis humida, faciens imaginari alleuiationem cum ſputo, & eſt eorum anhelitus conſequẽs. Et propter hoc [d] eſt ſermo eorum velox: Et frequentes fiunt nares ipſorum ad coarctandum apud anhelitum, & committatur febris minuta, ducens ad hydropiſim. [l] Signa autem loci in quo eſt ſanies cognoſcuntur, vt dormiat æger qñq; ſuper latus vnum, & qñq; ſuper latus aliud, & [m] tunc latus ſuper quod pendet grauitas coarctans, eſt latus oppoſitum loco ſaniei, & [n] ſcitur ex voce vel ſonitu ſaniei & commotione eius. Et [o] hominum ſunt quidam, qui ponunt ſuper pectus, & latera eius pannum lineum [p] infuſum in luto rubeo diſſoluto in aqua, & conſiderant locū, qui prius exiccatur: qm̄ ipſe eſt locus puris. [q] Signa autem eruptionis incolumis, ſunt vt ſuccedant rupturæ ſedatio febris, & augmentum appetitus, & facilitas ſputi, & anhelitus, aut eueniant cum ea exituræ in la- C tere, & [r] partibus eius, quæ fiant fiſtulæ: & ſimiliter illa, quæ cauterizatur aut aperitur. Nam egreditur ex eis ſanies alba munda. Signa vero mala ſunt vt appareant ſigna præfocationis, aut ſyncopis, aut ſputi mali, aut phthiſis. Et [s] cum cauterizatur aut aperitur egreditur ſanies cœnoſa, fœtida. [t] Signa α autem differentiæ inter ſaniem, & inter phlegma in ſputo, ſunt deſcenſus ſaniei ſputi in aqua, & fœtor ipſius ſuper ignem. Et [t] phlegma natat in aqua, non fœtens ſuper ignem, quamuis ſanies quandoq; expuatur in ægritudine, quæ non eſt phthiſis, ſm q̧ oſtendimus in loco præcedente. Et qñq; habens empyima exſpuit rem plurimam valde. Et ego iam vidi, qui expuit in hora vna, circiter duas heminas paruas: aut heminam magnam vnam, & plus medietate heminæ. Et [u] Gal. teſtificatur, q̧ quidam empyicus expuebat omni die circiter. 50. vnc. & ſunt fere. ix. cotylæ. Et iam feci te ſcire differentiam inter ſaniem, & inter humiditates alias. [t] Nā α ſanies diſcernitur fœtore apud ſputum: & cum proijcitur ſuper ignem: & ſubmergitur, & non natat. Signa vero permutationis empyimatis ad phthiſim, ſunt plumbeitas coloris, & tenſio amborum laterum, & colli, & [x] calefactio digitorum omnium tanta, quæ non ſeparatur, etiam in illo cuius extrema infrigidari conſueuerūt in febribus. Et [x] febris, quæ additur in nocte propter cibum. Et [x] curuitas vnguium propter diſſolutionem carnium ſub eis. Et impinguatio oculorum cum declinatione ad albedinem, & citrinitatem & ſigna alia, quæ dicta ſunt in [y] capitulo phthiſis.

D *De vlceribus pectoris, & pulmonis, & ex eis eſt phthiſis.* Cap. 18.

HAec vlcera aut ſunt in pectore: aut in velamine: aut ſunt in pulmone, & iſta diuiſio poſtrema eſt phthiſis: aut ſunt in canna, & iam diximus ea. Et [z] magis ſana horum vlcerum, ſunt vlcera pectoris. Et illud ideo, quoniā [a] venæ pectoris ſunt minores, & partes pectoris ſunt duriores, quare non magnificatur in ipſo malitia: & [a] quoniam virus non remanet in eis: immo currit ad ſpatium pectoris: & non eſt ita diſpoſitio pulmonis, & quoniam motus eius non eſt fortiter ſenſibilis, ſicut motus pulmonis: immo fortaſſe eſt quietus: & quoniam ipſum [a] carnoſum eſt: & carnoſum eſt magis ſuſceptibile conſolidationis. Et multoties accidit propter vlcera pectoris facta à vulneribus putrefactiuis, vt [b] corrumpantur oſſa, ita vt indigeant ſectione eius, quod putrefactum eſt in eis, vt ſaluetur illud, quod vicinatur eis. Et [b] quandoque peruenit putrefactio ad illud, quod ſequitur ipſum in panniculo. Illa autem vlcera velaminis, quæ penetrant, non conſolidantur. Et non penetrantia, aut cadunt in partibus neruoſis, & non conſolidantur: aut cadunt in partibus carnoſis, & conſolidantur, ſi ſuccurratur eis in principio, & non dimittantur apoſtemari. Nam cum apoſtemantur, & chronica fiunt, non ſanantur. [c] In vlceribus autem pulmonis diuerſificati ſunt medici in hoc, q̧ ipſa ſanantur aut non ſanantur. Dicunt enim quidam, q̧ non ſanantur omnino: quoniā conſoli-

A Gal 7. apho. 44.
B G. 1. prog. 40. h
C Ga. 4. lo. aff. c. 8. fg
D Pau. lib. 3. c. 32.
E Hip. 7. apho. 38.
F Cap. 7. & Gal. 6. lo. aff. c. 4. d
G Cap. 7.
H F. 4. c. 6. & c. 24. & l. 4. Fē. 1. t. 1. c. 36. & G. 1. pg. 69. h, & 34.
I Cap. 7.
k † difficultate anhelitus,
L Hip. 2. pg. 59. b. c
M Fē. 21. t. 4. c. 11.
N T. 5. c. 5. & Raſ. 93. 3. & 106. 4.
O T. 5. c. 4
P Raſ. 103. 3.
Q Hip. 2. prog. 6.
R Hip. ibi. 64.
S Hip. 7. apho. 44.
T Hip. de coacis ſnotionib. 515. 2. & 5. apho. 11.
Infra α
V 5. lo. aff. c. 3. 30. h
Supra α
X Gal. 2. prog. 67.
Y 11.
Z G. 4. loc. aff. c. 5. h
A G. 5. meth. c. 8. b
B Gal. ibidem. g
C Gal. ibidem. e. f

conſolidatio indiget quiete, & illic non eſt quies. Sed [a] Gal. diuerſificatur ab eis, & exiſtimauit, ꝙ ſo E lus motus non prohibet conſolidationem, niſi adiungantur ſibi reliqua prohibentia. Et ſignificatio illius eſt, ꝙ velamen etiam mouetur: & qñq; ſanantur vlcera eius. Sed [b] Gal. ipſius ſermo in vlceribus pulmonis eſt, ꝙ ſi accidant à ſolutione ſingularis, non ab apoſtemate, neq; corroſione humoris corroſiui, immo propter ægritudinem aliam, tunc dum permanẽt vulnera, & non fiunt adhuc ſanioſa, neq; apoſtemantur, recipiunt ſanitatem. Et ſimiliter illa, quæ ſunt ex vlceribus, in quibus aduenit ſputum, & non ſunt ſanioſa. [c] Sed quæ ſunt ab apoſtemate, aut corroſione, non recipiũt ſanitatem: quoniam [d] vlcus ſanioſum tunc non eſt poſſibile vt ſanetur niſi cum mũdificatione ſaniei: & illud fit cum tuſſi, & tuſſis augmentum efficit in dilatatione vlceris, & diſruptione eius: & commotio facta in ea addit in dolore, & dolor addit in attractione materiei ad partẽ. Et medicinæ exiccatiuæ ſunt prohibentes ſputum, & mundificatiuæ ſunt lenificantes humectantes vlcus. Et [e] facta ab humore corroſiuo non ſanatur abſque rectificatione eius: & illud non peruenit niſi in ſpatio, in cuius ſimili [e] oportet: aut [e] vlcus [f] † {vlceretur,} & fiat fiſtula, quæ non conſolidat omnino: aut dilatetur adeo, donec corrodat totum corpus pulmonis. Et in factis poſt apoſtema, qñq; aggregantur iſtæ intentiones. Et [d] ex adiuuantibus ad prauitatem conſolidationis, eſt motus, & etiam eſſentia venarum, quę ſunt in pulmone [g] magnarum amplarum durarum. Illud nanque eſt ex eis, quæ difficilem faciunt conſolidationem rupturæ. Et [h] iterum longitudo ſpatij inter introitum medicinæ bibi F tæ, & inter pulmonem: & neceſſitas debilitatis virtutis eius ad hoc vt perueniant iſtæ medicinæ ad vlcus, ſunt ex adiuuantibus ad hoc. Et medicinæ frigidæ ſunt tardæ, non penetrantes. Et quæ ſunt calidæ, addunt in febre, quæ comitatur vlcera pulmonis. Et exiccatiuæ ſunt nociuæ hecticę, quę comitatur ea. Et humectatiuæ prohibent conſolidationem vlcerum. [i] Nam cura vlcerum omnium eſt exiccatio, & proprie huiuſmodi vlcerum [g] ad quæ veniunt humiditates deſuper, & deſubtus. Et qñq; recipit iſta corroſio curam cum eſt in principio: & eſt ſuper panniculum tegentem cannam intrinſecus, & in ſubſtantia pulmonis carnoſa non eſt facile ſuſcipiens: in cartilaginibus vero ipſis non recipit. Et homines magis ſuſceptibiles curæ phthiſis, ſunt infantes. Et vlcera pulmonis magis ſalua, ſunt illa, quæ ſunt ex genere eſcharę, cum non eſt illic cauſa in complexione, & ipſo humore, quæ faciat vlcus ſiccum impetiginoſum. Et qñq; accidit phthiſico, vt protendatur cum eo phthiſis producens eum ſpatio temporis: & ſimiliter extenditur à iuuentute vſque ad ſenectutem. Et ego iam vidi mulierem vixiſſe in phthiſi circiter. xxiij. annos, aut plus parum. Et habentes vlcera pulmonis læduntur valde ab autumno. Et [k] qñ eſſe phthiſis eſt occultum, detegit ipſam in patiẽte eam introitus autumni ſuper ipſum. Et [l] nomen quidem phthiſis qñque conceditur alię ęgritudini, cum qua non eſt febris: ſed pulmo eſt ſuſcipiens humores groſſos, viſcoſos ex catarrho, qui effunditur ad ipſum ſemper, & conſtringit meatus eius: quare patientes cadunt in cõſtrictionem an- G helitus, & tuſſim frequentem, quæ perducit ad debilitatem virtutis eorum, & corporum: & ſunt vere procedentes curſu aſthmaticorum: tunc ſi fuerit caliditas pauca oportebit vt admiſceatur curis eorum [m] aliquid curæ aſthmaticorum.

A 5. metho. c. 8. a. b
B 5. meth. c. 14. f. & c. 8. a
C Gal. 5. method c. 14. f. g
D Ga. 5. meth. c. 11. e
E G. 5. met. c. 14.
F † callum fieri,
G Ser. 1. 2. c. 26.
H G. ibi. & Se. 1. 1. c. 26.
I G. 5. metho. c. 11. f
K G. 3. apho. 11.
L G. cõm. 1. in primũ de morb. vulg. 17. c. 1. & Hipp. de glandu. 68. 2. & Ra. 10. cõti t. 1. c. 1. 93. 4.
M Raſ. 93. 4.

*De cauſis vlcerum pulmonis.* *Cap. 19.*

CAuſæ [n] vlcerum pulmonis ſunt catarrhus mordicatiuus, corroſiuus, aut putrefactiuus propter ſuam vicinitatem cũ qua pulmo nõ ſanatur, vſquequo digeratur, Aut materia huiuſmodi generis currens [o] ad pulmonem ex membro alio, aut anteceſſio peripneumoniæ, quæ iam computruit, & iam vlcerata eſt: Aut ſanioſitas pleureſis ruptę: Aut aliqua cauſarum ſputi ſanguinis p̃dictarũ, aperiens venã: aut incidens eã: aut ſcindens ipſam, ſiue ſit cauſa intrinſeca, ſicut ebullitio ſanguinis, aut aliud de his, quæ dicta ſunt, ſiue extrinſeca ſicut caſus: aut pcuſſio. Et qñque ſunt ex cauſis eorũ putrefactio, & corroſio cadens in ſubſtantia ipſius pulmonis, ſicut accidit mẽbris. Et [p] quãdoque multiplicatur phthiſis quando æſtati boreali ſiccæ ſuccedit autumnus pluuioſus.

N Ga. 1. de pſaga. expul. c. 1. g
O Gal. 1. de morb. vul. 17. f. & 2. de prę ſaga. expul. c. 1. g
P Hipp. 3. apho. 13.

*De præparatis ad phthiſim in figura, & forma, & ætate, & regione, & complexione.* *Cap. 20.*

ISti [q] ſunt alati, habentes pectus ſtrictum, habentes ſpatulas nudas carne, & proprie poſterius habentes ſpatulas decliues ad anteriora eminentes, & quaſi vnicuique eorum ſunt duæ alæ, & quaſi ſpatulę eius ſunt abſciſſę ab adiutorio, & ante, & retro: & [r] habentes colla longa, & inclinantes ea H ad anteriora. Et quandoque præcedunt guttura [r] ipſorum, & eminent. Et in pectoribus quidem iſtorum, quæ ſequuntur ea, multiplicantur ventoſitates, & inflatio eſt in eis propter paruitatem pectorum eorum. Si autem cum hoc eſt debilitas cerebrorum recipientium ſuperfluitates, & cum hoc non digeruntur cibi, tunc iam complentur conditiones: & proprie ſi fuerint humores eorum acuti cholerici. Et formę quidem ſuſceptibiles phthiſis velociter cum alatione prędicta, [s] ſunt lenes, abſque pilis albę declinantes ad ruffedinem: & etiam corpora dura ſpiſſa propter illud, quod accidit eis de ruptione venarum. Et [s] complexio ſuſceptibilis illius, eſt eius cuius complexio eſt frigidior. Et [t] ætas in qua multiplicatur phthiſis, eſt illa, quę eſt inter octauum & decimum annum vſque ad aduentum. [u] † {xxx.} annorum. Et ipſa in regione frigida, eſt plus propter illud, quod accidit in ea de ruptura venarum & ſputo ſanguinis plurimo. Et [x] tempus in quo multiplicatur illud, eſt autumnus.

Q G. cõmẽ. 1. i primũ de mor. vul. 18. f. & 3. apho. 13. b c
R Ser. 1. 2. c. 26.
S Raſ. 10. cõti. t. 1. c. 1. 92. 4.
T Hip. 5. aph. 9. & de coacis pręnotionibus 515. 1.
V † xxxv.
X Ga. 3. aph. 11. c. f

*De rebus à quibus oportet vt iſti cuſtodiantur.* *Cap. 21.*

OPortet [y] vt iſti cuſtodiantur ab omnibus cibis, & medicinis acutis, mordicatiuis, & omnibus, quæ extendunt membra pectoris ex clamore, aut rixa, aut ſaltu.

Y Raſ. 10. conti. 1. c. 1. 93. 1.







*De ſignis phthiſis* *Cap. 22.*

A SVnt vt conſideretur ſputum ſaniei cum ſignis ſaniei, ſm quod [a] expoſuimus, in forma ſua, & colore, & ſuffumigatione, & in alijs. Et febris minuta inſeparabilis propter vicinitatem cordis cum loco ægritudinis, quæ fit vehemens cum cibo & in nocte, ſecundum modũ quo fit vehemens cum eo febris hectica propter humectationẽ corporis ex cibo, ſm quod [b] dicemus in loco ſuo: quãuis qñq; componantur cum hectica febres aliæ. ſ. tertiana, & quartana, & [c] quintana, & deterior earum eſt quintana: deinde media eſt tertiana: deinde quotidiana. Et cum accidit phthiſis, apparent etiam ſignificationes quas numerauimus in fine capituli empyimatis, & [d] ſuperfluit ſudor ex eis oĩ hora, quoniam virtutes eorum debilitantur à retentione nutrimenti, & regimine eius, & caliditas reſoluit, & liquefacit. Si autem in ſputo ſunt cruſtæ, non remanet dubietas, & præcipue cum cauſę perducentes ad phthiſim prędictæ iam pręterierunt. Nam cum corpus incipit areſieri, & extremitates incuruari, & capilli cadere propter priuationem nutrimenti, & corruptionem ſuperfluitatum, tunc iam vera eſt. Et quandoque plumbinus fit color in principio phthiſis, verum ipſe rubeſcit cum aſcendunt vapores: Et extendunt collum: & duo poma maxillarum, & proprie qñ confirmãt: & inflanĩ extremitates eorũ, & ꝓprie pedes eorũ in fine dierũ. Et tumeſcunt ſicut in cachexia pp corruptionem humorũ, & mortificationẽ innati caloris extremitatum pp malitiam cõplexiõis.

B Et illi quidẽ phthiſici quorũ cauſa eſt humor corroſiuus, expuunt ſaliuã, quę hẽt ſaporẽ aquæ marinę, ſalſam valde. Et [e] pulſus eorũ eſt fixus, ęqualis cũ velocitate paruus. Et qñq; accidit ei inclinatio ad ambo latera. Deinde accidit poſt illud in ventre rugitus: & trahunĩ hypochõdria ad ſuperiora, & vehemens fit ſitis. Et deſtruiĩ appetitus cibi pp debilitatẽ virtutũ naturaliũ. Et [f] qñq; fluit venter eius pp caſum virtutis: & [g] qñq; expuunt annulos, & corpora venarũ, & illud cũ appropinquat mors. Et illud, qđ expuiĩ de venis, ſi eſt magnũ, eſt ex pulmone: & ſi eſt paruum, eſt ex canna. Et [h] multoties expuunt lapillos: & qñq; expuunt ſanguinẽ congelatũ ex canna, & non eſt ex hoc ẽt niſi ex vlcere magno. Et in fine eius ingroſſanĩ ſputũ, & ſaliua: deĩde interſecaĩ pp debilitatem virtutis. Et qñq; præfocati moriunĩ: Et qñq; non poſtponiĩ hmõi ſputũ, immo cadit in principio, cũ phthiſis eſt ex genere malo, facta ex materijs groſſis, quę non digerunĩ: & qñ interſecatur ſputum in fine phthiſis, tũc qñ q; non addit ſuper quartum diẽ. Et [i] qñq; eſt interſectio ſputi pp debilitatem virtutis, & tunc fortaſſe conſtringitur anhelitus eorum, vſquequo fiat quaſi non ſenſibilis. Et [k] multoties quidem tuſſis in eis fit vehemens, & perducit ad ſputum ſanguinis continuum. Et ſi cureĩ tuſſis eorum cum prohibitiuis ſputi, moriunĩ cum leuitate adueniente eis. Si autem dimittantur tuſſire, moriuntur ſpuendo ſanguinem. Et [l] in libro velocis mortis eſt, ꝙ ſiquis habet phthiſim, & apparet ſuper ſpatulas eius granum, ſicut faba, moritur poſt quinquaginta duos dies.

A Cap. 17.
B Lib. 4. F. 1. t. 3. c. 1.
C Lib. 4. F. 1. t. 2. c. 66. & Hip. com. 3. i primum de morb. vulg. 9. 2, & Ra. 10. cont. t. 1. c. 1. 94. 1.
D Hip. de coac. p̃notionib, 514. 1.
E G. 4. de cãis pul. c. 11. & 1. de drĩis febri. c. 9. fo. 34. g
F Gal. 5. aph. 12. e
G G. 4. loc. af. c. 8. b, & Raſ. 10. cont. t. 1. c. 1. 92. 2.
H G. 4. lo. af. c. 8. d
I Raſ. 93. 1.
K T. 5. c. 6.
L Raſ. 92. 4.

C

TRACTATVS V. *De principijs operatiuis.*

*De cura communi apoſtematum partium pectoris & pulmonis.* *Cap. 1.*

EX rebus communibus eſt phlebotomia. Sed ĩ principio ex latere diuerſo. Et magis feſtina [m] de ſaphena oppoſita in longitudine. Et poſt ipſam de baſilica oppoſita in latitudine. Et poſt ipſam de nigra oppoſita in latitudine. [n] Si aũt non appareat, tunc non oportet vt dimittatur phlebotomia cephalicæ, quamuis ſit eius iuuamentũ minus & tardius. Deinde poſt aliquot dies, ex latere cõueniente in latitudine. Et [o] qñq; ponunĩ ventoſæ ſuper pectus cum ſcarificatione, ẽt ita, vt attrahaĩ materia ad exteriora, & minoretur: & proprie cum præmiſſa fuerit phlebotomia. Inquit [p] Gal. ſi febris fuerit vehemens valde, tũc time ſolutiuum, & ſis contentus phlebotomia. In ipſa nanq; nõ eſt timor: aut timor eius eſt minor. In ſolutiuo vero eſt timor magnus. Ipſum. n. qñq; mouet, & qñq; non [q] ſoluit: & qñq; ſuperfluit. Et oportet quidem ne narcotica eis approximes inquantum potes. Ipſa enim prohibent maturationem, & ſputum. Cibi autem ſint aquæ hordei, & aqua tritici, & aqua decoctionis maluarum, & blitorum, aut molochię, & cucurbitæ, & aqua fabarum, & [r] † { alkeſmes } cum non fuerit caliditas D ſuperflua, & zibib poſterius proprie. Et ex eis, quę curſu medicinarũ procedunt, ſunt omnia, quæ mundificant, & remouent aſperitatem, & leniunt in gradu primo, ſicut aqua iuiubarum, & violę, & papaueris, & radix liquiritię, & medulla cucumeris & chetha. i. cucumeris lõgi, & alia, & ſemen endiuiæ, & ſebeſten: & qñq; ponuntur in eis mucilago ſeminis cydoniorum, & gummi, & dragaganthi, & ſemen papaueris: hęc omnia ante eruptionẽ. Et melius abſtergentium mundificantium eſt aqua mellis, ſi non eſt apoſtema in reliquis viſceribus. Si autem fuerit apoſtema & adminiſtretur oportet vt fiat ſicut aqua cum multa cõmiſtione. Sed iuleb & aqua zuccari ſunt conuenientiores ei: & poſtea aqua hordei. Et poſt ipſam [s] vinum dulce: & eſt melius vinum habentibus hanc ęgritudinem: & proprie illud, quod eſt albũ: nam illud eſt magis adiuuans ad expuendum. Verum nõ oportet vt bibatur in pleureſi, & in peripneumonia, niſi poſt maturationẽ quãuis ſm ꝙ dicitur ſit calefaciens, & faciens ſitim, qbus vtriſq; iã ſuccurriĩ. Et [t] non oportet vt in potu ſumat illud ille, cuius hepar aut ſplen eſt infirmũ. Et [u] poſt vinũ dulce, eſt vinũ aquoſum: & ipſum eſt confortans virtutem pluſq̃ aqua: & in potu ipſo ſunt inciſio, & ſubtiliatio. [x] Potus autem oxymellis facti ex melle aut ex zuccaro & pauco aceto, qñ miſcetur cum aqua, eſt aggregans duas intentiones, ſcilicet extinctionis, & mundificationis. Nam ſi valde acetoſum eſt, tunc ipſum aut facit multum ſpuere:

M Raſ. 10. con. t. 1. c. 2. 177. 3. ꝓ a pede
N Raſ. 104. 2. 3. & G. 2. de vic. ratione in acut. 10. f. g
O Ra. 105. 1. & Aet. li. 1. ſer. 4. c. 68. f. 473
P 2. de vic. rõne in acut. 11. b. c
Q G. 2 de vic. rõne in acu. 11. c
R † paſſulæ ſine acinis.
S G. 3. de vic. rõne in mor. acu. 2. d
T Gal. ibidem. 2. a
V Gal. ibidem 4. f
X Gal. ibid. 24. e

aut infrigidat:& inuiſcat valde:& fit adeo malignum donec illud, quod incidit, qñq; indigeat virtu E te forti ad hoc, vt expuatur:ꝙ ſi acetoſitas neceſſaria fuerit, tunc oportebit vt potetur tepidum, aut miſtum cum aqua calida paulatim, Ex illo vero, quod temperatam habet acetoſitatem, ſecuratur hæc malitia, & eſt prohibens nocumentum dulcedinis, & ſitis, & ebullitionem cholerę rubeæ, & eius generationem. Et aqua mellis eſt magis vltima in humectando: & [a] aqua hordei in confortando: & qñq; eſt neceſſarium in ęquatione naturæ, tribuere acetoſa cum oleo amygdalino. Aqua vero, quæ eis in potu tribuitur, in hyeme quidem ſit aqua calida, & aqua zuccari, & aqua mellis ſubtilis: & in æſtate aqua temperata: & interdicatur eis aqua frigida. Quod ſi ſitis vehemens fiat, detur eis in potu parum ex ea commiſta cum iuleb, & oxymelle infrigidatis. Nam oxymel facit eam penetrare velociter, & expellit nocumentum eius. Et apud declinationem detur eis in potu aqua cum rob. Eis autem, quæ neceſſaria ſunt apud collectionem, & maturationem, & eruptionem, & poſt eas, oportet vt ſingulare capitulum faciamus.

A G.1.de vic. rône in acut.27.c

*De cura pleureſis.* Cap. 2.

OPortet vt prohibeas materiam venięntem ad apoſtema cum euacuatione, & attractione ad cõtrarium: & lege illud, quod narrauimus in [b] ca. quod eſt ante hoc: & fortaſſe dicemus illud iterum. Dicamus ergo, ꝙ cura eius eſt phlebotomia, ſi ſanguis fuerit vincens ſm modum prædictum in [b] cap. quod eſt ante ipſum, & extrahatur ſanguis [c] donec alteretur color eius. Significat enim ꝙ F nocibilior ſanguis iam euacuatus eſt: Et ſcias, ꝙ ſanguis corporis vehementioris nigredinis, eſt ille, qui eſt propinquus huiuſmodi apoſtemati: [d] quamuis obſeruatio virtutis in hoc neceſſaria ſit. Et [d] qñque non concedit virtus extractionem ſanguinis fieri vſque ad hunc terminum. Et ſi eſt humor alius, euacua non cum eis, quæ ſunt ſicut myrobalanorum, neq; in quo eſt ſtypticitas, immo cum eis in quibus eſt cum ſolutione lenificatio, ſicut res factæ cum viol. & ſiracoſt, & tereniabin, & zuccarum alhaizez. Et [e] ſoluantur in nocte. [f] Quidam vero ſapientum dixerũt, quod rectius eſt, quantum poſſibile eſt, vt euacuetur cum phlebotomia, timendo inquietudinem, in quam qñq; cadere facit ſolutiuum. Et nos iam diximus iſtud, & proprie qñ ſputum eſt cholericum valde, & proprie ſm ꝙ dixit [g] Gal. qñ febris eſt vehemens valde. Et [h] Gal. quidem præcepit eos cuſtodiri à ſcammonea, & non præcepit eos cuſtodiri ab hiera, & elleboro ſimul: & [i] laudauit operationem aquæ hordei poſt adminiſtrationem ſolutiui, & complementum operationis eius. Cum ipſa vero abſcinditur operatio eius: quamuis oportet vt ſeruetur pars declinationis doloris, & læſionis. [k] Nam ſi declinatio fuerit aſcendens ad furculam, & thoracem, & quod eſt ſuper eam, tunc phlebotomia eſt melior. Et [k] ſi dolor declinat ad partem hypochondriorum, tunc neceſſaria eſt ſolutio ſola: aut cũ phlebotomia, ſm quod neceſſarium facit illud, quod teſtificatur. Et illud ideo, qm̃ phlebotomia ſola ex baſilica non trahit de hoc loco aliquid de quo ſit curandum. Et [l] ex eis, quæ ſignificant tibi vehemẽ G tiam neceſſitatis euacuationis, eſt quod inuenis vaporationem & emplaſtrationem non ſedare dolorem: aut inuenis eas ex eis, quæ augmentant ipſum. Et ſignificat illud repletionem in corpore toto, quare neceſſaria eſt euacuatio, & proprie cum phlebotomia. Cumq; phlebotomas, & euacuas, & non ſedantur accidentia, tunc ſcias, ꝙ prohibitio collectionis, quam quæris eſt difficilis. Non ergo iteres phlebotomiam, vt non congeletur materia, quæ habitura eſt collectionem: & illa eſt ex eis, quæ non digeruntur cum diminutione virtutis, & priuatione digeſtionis ſanguineæ ſuper materiam. Cum ergo maturatur, oportet vt prohibeas eam fieri ſaniem, & ſtudeas, vt mundifices ante illud cum ſputo. Et ad vltimum, cum non fit phlebotomia, & maturatur, & emittitur ſputum digeſtum, & ſputum ſufficienter: deinde vides debilitatem in virtute, tunc non phlebotomes omnino. Et [m] ſi exiſtit debilitas virtutis abſque phlebotomia, & ſolutione ventris: neceſſarium eſt tunc vti clyſteribus medijs, & acutis, ſecundum ꝙ neceſſarium fuit illud, quod teſtificatur hoc: & proprie cum dolor eſt decliuis ad hypochondria. Et [n] Hippoc. quidem innuit in cura pleureſis in qua non ſentitur dolor, verum eſt vehementis declinationis ad hypochondria, vt euacuetur cum elleboro nigro: aut cum [o] † {albachuliun.} & in alio libro cum herba ſylueſtri, quæ eſt ſimilis portulacæ, & habet lac, & eſt de genere lacticiniorum. Cum ergo euacuaueris, & inueneris dolorem leuiorẽ, ſis contentus aqua zuccari, & aqua hordei decocti, cuius hordeũ ſit excorticatũ in aqua plurima, de- H coctione vehementi, & aqua alcandaruſij ſi indiges confortatione, & melonibus indis, & [p] aqua iuiubæ, & [p] aqua ſebeſten, & violis conditis, & ſemine papaueris. Et oleum quidem, quod adminiſtratur cum aliquo horum, eſt [p] oleum amygdalarum dulcium. [q] Quidam autẽ prohibuerunt granata propter infrigidationem eorum: Sed apud me in eis, quæ dulcia ſunt, non eſt malum. Et qñq; fit ex iſtis medicinis decoctio, quæ adminiſtratur ad expuendum. Et eſt hæc Recip. hordeum excorticatum, & iuiubas, & ſebeſten, & violas, & ſemen papaueris, & ſyrupum viol. & ſyrupum nenufaris: qm̃ ambo ſunt meliores iuleb. Et Gal. quidem præcepit in principio vtendum eſſe ſpeciebus deiacur: qm̃ prohibent materiam, & maturant, & faciũt dormire. Et dico, ꝙ neceſſariæ ſunt, cũ non eſt excuſatio propter vehementiam vigiliarum: & ſi non fuerit illud, tunc fortaſſe congelat papauer materiam, & prohibet ſputum: niſi zuccarum, quod cum eo ponitur prohibeat nocumentum eius. Et videtur, ꝙ ſemen eſt conuenientius, ꝙ̃ cortex tunc, & oportet vt euacueſ illud, quod retinetur cum ſputo. Et menſura nutrimentum, & non multiplices: immo ſubtilies, ſm ꝙ neceſſarium facit multitudo acuitatis ęgritudinis, & paruitatis eius: & accidentium illius. Nam ſi ipſa fuerit quieta, leuis, facilis, cibabis ipſum aqua hordei excorticati decocti valde. Ipſa nanque expuere facit

B L

C Li.1.F.4.c.20. & G.2.de vic. rône in acut.10.g.h
D G.2.de vic. rône in acu.10.g.h

E Raſ.10.con.tr. c.2.105.4.
F G.2.de vic. rône in acu.11.b.c
G 2. de vict. rône in acu. ibidem
H ibidem.11.c
I Hip.& G.ibi.n.d
k Hip.& Gal.2.de vic. ratione in acu. 10.& 11.
k Hip.ibi.n.

L G.2.de vic. rône in acu.11.c

M Paul.lib.3.c.33.

N 2.de vic. rône in acut.11.

O † peplio.

P Raſ.105.3.
Q Raſ.105.2.



A facit inciſiua, & cõfortatiua. Et ſi volueris dulcorare ipſam, dulcorabis eam cum zuccaro, aut melle: & ſi fuerit inquieta, ſis contentus aqua hordei vſquequo declaretur tibi diſpoſitio, & proprie ſm ſputum. Nam cum multiplicatur, ſecurus es de multitudine materiei, & ſcis neceſſitatem virtutis. Nutrias ergo cum aqua hordei excorticati, & conforta: & ſi retinetur, ſubtilia regimen, & ſis contentus aqua hordei, & ſyrupo quantum potes. Et quãdo accidit in pleureſi ſolutio ventris, & fuerit pleureſis ſuccedens, decolationi reſolutę ad pleureſim prohibet iſtud oẽm curã phlebotomię, & lenificationis naturæ: & ſit regimen eius ꝙ ſit contentus ſauic hordei. Si autẽ indiges phlebotomia neceſſario in ſpeciebus pleureſis, & non eſt maturatio, tunc rectius eſt, vt ſis contentus quantitate xxx. ponderum: & præpara ad ſecundationem cum ſale, & oleo ſuper vulnus. [a] Et multoties quidem excuſat ſolutio ventris omni die ſemel, aut bis, à phlebotomia. Et ſi phlebotomię alicuius ſuccedit ſyncopis, aut vehemẽtia difficultatis, & conſtrictio in anhelitu, tunc illud eſt ſignatio ꝙ phlebotomia non euacuat materiam ægritudinis. Et melius eſt vt non lenias naturam in cura doloris pectoris. Non cures in principio niſi cum eo quod lene eſt ex clyſteribus & ſuppoſitorijs. Et maximi quidem erroris eſt in potu tribuere infrigidantia vehementia, niſi in factis ex cholera, & dare in potu infrigidantia ſtyptica: [b] aut dare eis in cibo lentes cũ aceto & ſimilia. Et ſcias ꝙ dare in potu [c] aquam frigidam, eſt inconueniens huic ægritudini, & omnibus apatibus intrinſecis, minora ergo B ipſam quantum potes. Quod ſi ſitis fiat inobediens, permiſce eam cum oxymelle vt frangatur malitia aquę: & vt minoret moram eius, & fixionem ipſius, immo vt faciat currere, & penetret in corpore, & adiuuet cum inciſione oxymellis, et ſubtiliatione ipſius. Et ſcias, ꝙ quando in pleureſi multiplicatur inflammatio, et requirit infrigidationem, tunc non infrigidetur niſi cum eo in quo ſunt abſterſio, et humectatio, ſicut [d] aqua citroli, & [d] aqua melonis indi. [d] Aqua vero cucurbitę quanuis ab vna parte conferat, quandoq; tamen nocet & debilitat cum prouocatione. Ea vero à quibus eſt abſtinendum ſunt ſicut [e] portulaca, et aqua endiuię, & omnia in quibus eſt infrigidatio, & inſpiſſatio. Et oportet vt ſit tua magnifica intentio ad hoc, vt ſputum facile ſit. [f] Et ex eis quidem quę multiplicant ſputum, eſt dormire ſuper latus infirmum: et [f] quãdoq; eſt neceſſaria commotio parua: & vt in potu detur aqua, quę ad caliditatem decliuis eſt, ſorbendo, ſorbitionem poſt ſorbitionem, qm̃ confert ei valde. [g] Et qñq; neceſſarium facit eſſe retentio ſputi conſtringentis anhelitum, vt lambẽdo ſumat cochlearium de flore ęris, & melle. Et qñq; facit eſſe neceſſarium vehementia doloris, vt in potu [g] tribuatur faba vna de aſſa fœtida cum melle & aceto, & aqua, et illud cum eſt vehementia doloris vociferare facientis. [g] Cumq; ad vltimum peruenit inobedientia anhelitus coarctati, & oregmon, aſſumat de nitro aſſato cum ſumma trium digitorum, & de flore ęris quantitatem vnius C fabę, & parum olei, & aquam tepidam, & mellis parum. Si autem non valent, addatur eis [h] † { flos vitis cũ pipere, & aceto, & ſint omnia tepida: } [g] Aut hyſſopus, & ſinapis & naſturtium, cum aqua & melle tepida: & hoc eſt fortius illo, [g] & ſorbeat cum ſpuit, vitellũ oui vt remoueatur malitia eius. Et ſi indiges in pleureticis cibo fortiori, da piſces † { alradradra, } & illud cum fracta eſt febris. Et ſimiliter panem cum zuccaro, & butyrum: qm̃ adiuuat ad maturationem, & ad ſputum: Et piſces elixatos cum porris, & anetho, & ſale, & ſtude vt alleuies partes ventris, vt non comprimant partes pectoris: & illud fit cum lenificatione naturę, & attractione fæcis, ſi retinetur, cum clyſteribus lenibus, ſicut aqua kiſt hordei, cum pauca aqua ſiclę. Et oportet vt prohibeas inflationem. Et ſcias ꝙ vapor fęcis, & inflatio, nociui ſunt valde in hac ægritudine. Et ex eis quæ ſolicitę ſunt attendenda, eſt vt ſuccurras cum maturatione ęgritudinis antequam fiat ſanies. Si autem fiat ſanies, oportet vt ſuccurras cum mundificatione eius, antequã corrodat. Et ſcias ꝙ neceſſaria eſt humectatio in regimine ipſius vt facile fiat ſputũ, & velox. [i] Cumq; ſputũ incipit in aſcenſione, & pertranſit quartum, conforta hanc decoctionem cum radice liquiritiæ & capillo veneris. Et cum materia eſt groſſa, & virtus eſt fortis, & non eſt in neruis nocumentum, non eſt malum tribuere in potu oxymel permiſtum, vt incidat. Et ſi lenieris naturam cum eis quę ſunt ſicut [g] caſia fiſtula cum zuccaro, & [g] tereniabin, & ſiracoſt, erit rectum. Et qñq; iuuatur etiam cum emplaſtris, & vnguentis. Et primũ quod oportet adminiſtrari, eſt ceratum [k] factum ex oleo viol. & cera colata. Deinde gradatim per- D ueniatur ad adipes, & mucilagines, et puluerem molendini. Deinde gradatim ad illud quod eſt fortius, ſicut [k] emplaſtrum de chamemilla, & radicibus altheæ, & radicibus lilij, & violis, & decoctione etiam maluæ hortulanæ. Et ſi eſt neceſſarium quod eſt fortius, adminiſtra emplaſtrum factum ex caulibus elixatis, & fœniculo elixato. Et iterum emplaſtrum factum ex abſinthio & radice lilij cum aliquantulo mellis, oleo nardino. Et ſcias ꝙ ſi materia eſt multa, tunc emplaſtra, & epithemata frigida, nociua ſunt, & ſi eſt pauca, non nocet. Et ſimiliter ſi apoſtema iam reſoluitur, & remanet materia cum quantitate. Et quando accidit, vt euacuatio ex phlebotomia ſit iuuatiua, conceditur etiam vt fiat delinitio. Deſcriptio emplaſtri alterius boni, Recip. foliorum violarum & maluauiſci amborum ana partem vnam, radicis liquiritiæ partes. ij. farinę hordei, farinæ fabarum, ambarum ana partem. i. ſ. chamemillę draganthi ana partes. ij. Et ſi materia eſt groſſa, & indiget additione reſolutionis, addatur in eo ſemen lini, & fiat ex eis maſſa vel emplaſtrum cum rob, cum cera, & oleo viol. Et ſi eſt caliditas minor, ponatur loco olei violacei oleum de lilio: aut oleum narciſinum: Et ſi caliditas eſt fortis, ponantur loco additorum calidorum quę deſcriptioni addidimus, folia nenufaris, & roſę & cucurbitæ. Deſcriptio vnguenti boni. [l] Recip. ceram, adipem anatis, & gallinæ, & butyrum omnium, hyſſopum humidam, fiat ex eis vnguẽtum, qm̃ eſt bonum valde. Et ex emplaſtris

A Li.1.F.4.c.31. & Raſ.105.2.

B Gal.1.de vic. rône in acut.27.c
C Raſ.10.cont.t.1. c.2.104.1.

D Raſ.106.1.

E Raſ.106.1.
F Raſ.106.3.

G Raſ.107.1.

H † Raſ.ibi. Flos cappariis dra. ij. nitri parte aliqua piperis aceti mellis & aquæ ante calefiant omnia, & tepida dentur.
† petroſi.

I Raſ.105.3.

K Raſ.107.3.

L Raſ.105.1.

plaſtris quę ad maturationem aggregant ſedationem doloris, [a] eſt emplaſtrũ factum ex farina hordei,& meliloto, & cortice papaueris. Et qñq; adiuuatur etiam in eis cum fomentationibus humidis,& ſiccis. Et humida quidem ſunt conuenientiora ei qui trahit ad cholericitatem. Et ſicca ei, qui trahit ad phlegmatis proprietatem. [b] Verum humida cum non iuuant,non nocent. Et ſicca ſi nocent,nocēt magnifice. Et melius eſt vt antecedat [c] ſpongia infuſa aqua calida: Et fortior ea, eſt aqua maris,& aqua ſalſa. Deinde pertranſi illud ſi neceſſarium tibi eſt, & fac euaporationem cũ vapore, aut cum oleo,& aqua calidis. Et fortius illo eſt illud, quod fit cum aceto, & [d] herbo, & caulibus ſuper lanam imbibitam oleo. Et ex ſiccis ſubtiliatiuis, eſt [e] furfur: deinde grana [e] milij: deinde [e] ſal. Et vaporatio quidem reſoluit omnem dolorem altum, aut infimum, cum non eſt prohibitio ex repletione, quam attrahat vaporatio. Phlebotomia vero plus cōfert doloribus altis vel reſoluit dolores altos. [f] Cumq; emplaſtrum facis, aut vaporas, tunc ſtude vt retineas eius vaporem à facie ægri, ne eo excitentur anguſtia,& conſtrictio anhelitus. Et [f] qñq; eſt ægritudo vehementis ſiccitatis, & confert vapor emplaſtri,& vaporationes humidorum temperatorũ, quando percutit faciem, & peruenit in attractione aeris. Et qñq; adiuuantur cum electuarijs, quibus vtuntur, & conuenientius eorum, calefactis eſt cera alba colata, abluta cum oleo violaceo: et proprie quando eſt dolor vehemēs. [g] Et qñq; reditur ad ventoſas poſt mundificationem corporis cum phlebotomia, & alijs: et fiducia, ꝙ ipſum iam ſit mundificatum. [g] Ex ventoſis enim cum ponuntur ſuper locum doloroſum, apparet iuuamentum maximum: & qñq; ſedatur dolor omnino. Et qñq; trahitur ad partes extrinſecas: et [h] emplaſtrum de ſinapi, ſi adminiſtretur in hoc loco, efficit operationem ventoſarum in attrahēdo. Cum ergo pertranſit ſeptimum, præceperunt antiqui [i] dari electuarium factum ex amygdalis, & [k] † {granis alchurais} & melle, & butyro, & electuarium ex butyro, & [l] † {viſco albotim.} Et qñq; adminiſtrabant confectiones magnas, ſicut [i] eſt athanaſia: & eſt via bona qua incedere poſſunt, qui artem verificauerunt confidentes in ſeipſis cum meditatione inueſtigatrice, vt ſuccurrant, ſi hoc regimen dederint, vt poſſit æger tolerare illud: quare cum ea conſequuntur finem mundificationis ſufficienter. Noui autem timoroſi, non confidentes in ſeipſis, in hoc timent mel,& ponunt loco eius zuccarum. Et antiqui etiam innuebant vtendum eſſe medicinis fortis mundificationis, præparatis cum melle. ſ. pilulis quæ tenentur in ore ſub lingua. Et innuebant in hac ora vtendum eſſe medicinis,& emplaſtris, quæ nominantur habentes odorem factis cum ſanſuco, & emplaſtro [m] † {alſedabi.} Et ad ſummum ille qui procedit hac via, quæ eſt antiquorum, oportet vt incedat ea cum cautela,& obſeruatione & timore, vt rumpatur apoſtema,& excitetur calor plurimum. Deinde attinet ei, vt confidat poſt illud de iuuamento feſtino. Si autē ęgritudo remanet vſq; ad quartumdecimum diem, non eſt excuſatio à ventoſis, & ſubtiliatione regiminis tunc. Et [i] cum vigiliæ fiunt in eis vehementes, tunc neceſſarius eſt ſyrupus de papaue. Et quando fit anhelitus in eis frequens, tunc non ſuccurritur illi nocumento, niſi cum humectatione cum eis, quæ ſunt ſicut mucilago pſyllij, ſorbendo ex ea aliquid poſt aliquid, & ſicut iuleb. Qñq; autem confert embrocatio lateris cum aqua tepida, vt alleuietur dolor, & minoretur frequentia anhelitus: qm̃ eſt nociua ſm̃ ꝙ iam [n] ſciuiſti. Et poſt declinationem manifeſtam adminiſtra balneum: & aliena infrigidationem vehementem niſi in eis quæ ſunt de genere choleræ rubeæ. Et ſimiliter aliena regimen ingroſſatiuũ, & adminiſtra ſubtiliatiuũ, et decoquantur in aquis,& potionibus prędictis, porri et calamenthũ in fine eius,& lambant ſemen [o] † {alchurais} cum melle. Quod ſi apoſtema fiat inobediens, & vadat verſus collectionem, regantur cum regimine quod dicitur in capitulo illius proprie. Et oportet vt caueantur in conualeſcentibus pleureticorum, ſalſa, et acuta, et ſaturitas, et repletio ſaturitatis facientis nauſeam, & ſol, & ventus, & fumus, et vox alta, et inſufflatio, & coitus. Nam ſi recidiuant moriuntur. hoc dicimus, ſi pleureſis eſt calida pura. Si autem non eſt ita, immo non eſt pura, & non eſt vehementis caliditatis: tunc in te eſt vt frices, et emplaſtrum facias cum eis, quæ ſunt ſicut fœnugræcum,& pix, et vt ventoſas apponas. Et emplaſtrum valēs ad illud. [h] Recip. cineres radicis caulium qui conficiantur cum adipe, et fiat cum eo emplaſtrum. Et in cura quidem phlegmatici, incipiatur à clyſteribus acutis,& ſolutione ventris. Et non fiat phlebotomia,& adminiſtrentur reſolutiua quę ſint ex emplaſtris,& vaporationibus prædictis in quibus eſt virtus. Et cibentur ſicla, et aqua caulium, et aqua ciceris,& oleo de oliuis: aut oleo de amygdalis dulcibus et amaris: et adminiſtrentur emplaſtra, et vaporationes calidę prædictę. Et detur in potu decoctio Ioſeph vigilatoris, quam in potu damus cum oleo de kerua. In melancholico vero cibetur ſorbitionibus factis ex tritico fracto, cum melle, et oleo amygdalino dulci: et electuarijs lenificantibus calidis, et ſorbeantur olea lenificatia, ſicut oleum amygdalinum dulce.& ſorbitiones factę ex fabis, & pauco fœnugręco, & lac multum,& proprie aſininum: quoniam ipſum eſt iuuatiuum eis. Et ex eis quæ conferunt in eo eſt, vt ſumatur coſti pondus drach. i.& detur in potu in cochleario decoctionis anethi: aut olei balſamini, aut ſyrupi de melle: & hoc etiam confert tuſſi malę. Aquæ vero congregatæ in pulmone, cura eſt leuior eis, quæ dicemus in cura empyicorum,& quandoq; [p] indiget perforatione.

Margin: E, A Raſ.106.4; B Gal.1.de vict. rat. in acut. 1.f; C Gal.4.g; D Gal.1.f; E Gal.6.; F Gal.4.; G Raſ.105.1.; F; H Raſ.106.1.; I Pau.lib.3.c.33.; k † ſemine vrticæ.; L † melle cocto; M † ex vrtica; G; N T.4.c.1.; O † vrticæ; H; P Hipp. de morb. 188.2.

*De cura peripneumoniæ.* Cap. 3.

IN cura peripneumoniæ curritur curſu pleureſis, niſi quia oportet vt emplaſtra ipſius ſint fortiora,& vt ponantur in eis quæ ſunt profundantia. Et oportet vt ſit ſolicitudo ad mundificandum cum ſputo magis vehemens,& ſit in ea loco iacendi ſuper partē ſpuendi, reſupinatio decliuis verſus illam partem. Cumq; natura in ipſa fuerit reſtricta, oportet vt in potu ſumant omni die ſemel



A mel de hoc ſyrupo. Recip. caſię fiſtulę & paſſularũ enucleatarum amborũ ana ſextaria. iij. & proijciantur ſuper ea. iiij. ſacraiati aquæ, quæ decoquatur vſq; ad medietatem, quæ ſumatur & ſuper ipſam proijciatur ſacraiati aquæ ſolatri. Et hoc eſt illud qd' in potu forti datur,& debili medietas eius. Et ſi natura fuerit lenis lenitate debilitante, detur in potu rob myrti, & cydonia dulcia aſſata,& granata dulcia. Et [a] illius quæ eſt ex genere [b] † {almaſere,} & choleræ rubeę cura eſt ſicut narrauimus difficilis. Nam ſi aliquid confert eſt extinctio vltima cum ſuccis vehementis frigiditatis, ſicut olerũ, & herbarũ,& fructuũ. Et dentur infrigidantia lenificātia, ſicut ſuccus endiuiæ,& ſimilia illi. Quod ſi euacuetur cholera cum eis, quę ſunt ſicut ſiracoſt,& tamarindi, & tereniabin,& ſimilia illis, eſt bonum,& ſimiliter quandoq; eſt neceſſarium in ipſa facere phlebotomiam, ſi fuerit illic repletio.

Margin: A T.4.c.10.; B ſ. apatis calidi, cholerici, medii inter eryſipilam, & eſſere.

*De empyimate.* Cap. 4.

QVando apparet in apoſtematibus pleureſis & peripneumoniæ, ſigna collectionis prædicta, & aſcendunt, tunc neceſſarium eſt vt iuuamentum fiat ad maturandum, poſt mundificationem corporis, quod fit cum emplaſtris,& vaporationibus: ſicut illud quod fit ex [c] farina hordei, & glutine alimbat, & vino albo & dulci, & dactylis, & ficubus ſiccis. Et fortius illo, eſt illud cum quo ponuntur ſtercus columbinũ,& nitrum: & eſt conueniens in fine,& apud eruptionem. Et oportet vt iaceat ante horam eruptionis ſuper latus infirmum: adiuuat enim ad ſpuēdum, B & ad rumpēdum. Si autem caliditas fuerit plurima, detur in potu [c] aqua mellis in aqua hordei: aut aqua mellis ſubtilis ſola. Et ſi caliditas eſt non fortis,& virtus eſt fortis: oportet vt in potu tribuatur [c] decoctio hyſſopi in qua cum hyſſopo decocta ſunt haſhe,& praſſium, & ficus,& mel. Et in potu ſumat aquam hordei decocti cum radicibus liquiritię. Et [c] quandoq; indiges eis, quę ſunt ſicut mithridatum,& theriaca ad maturandum. Et conuenientiores horę ad potandum ipſa, ſunt poſt maturationem integram, vt erumpatur ſm̃ conſeruationem innati. Et dactyli quidem ſunt vltimi in hac hora,& poſt ipſam. Et ſyrupus de praſſio, eſt vltimus. Trochiſcus maturatiuus. Recip. ſemen altheæ,& citroli,& malue, melonis, & cucurbitę, & ſuccum liquiritiæ, & florem meliloti, & violas & draganthi, fiant ex eis troc. cum mucilagine ſeminis lini, & dentur in potu cum aqua ficuũ. Eorum autem cibi in aſcenſione, ſint [c] panis infuſus aqua, aut cum aqua mellis [c] & oua ſorbilia, & quæ ſunt illis ſimilia. Et ea quibus vtuntur in ſecunda menſa, ſint grana [c] pini maioris, & minoris, & amygdalæ dulces, & ſorbitiones ſubtiles factę ex farina hordei, & ciceris, & fabarum cum oleo amygdalino,& zuccaro cum melle. Cumq; pertranſit hora eruptionis, & completur maturatio, oportet vt iuuamentum fiat ad erumpendum. Nam dimiſſio ipſius, efficit ægrum prauum & malę proprietatis. Et α ſuffumigentur guttura ipſorum cum ſtorace liquida, & detur in potu ſyrupus hyſſopi fortis, quem diximus,& apponātur fortiora emplaſtra, quæ diximus. & [c] dare in potu mi- C thridatum & theriacam in hac hora, eſt iuuamentum, ſi nō fuerit febris, neq; macies neq; extenuatio.& in cibo dentur [c] piſces ſaliti. & ſumat in ore ſuo cum vadit dormitum pilulas factas ex hiera, & pulpa coloquinthidę. & pilulæ etiam cochiæ in potu ſumantur in hora dormiendi. et α ſuffumigentur guttura eorum cum ſtorace liquida, et [d] quādoq; confert ei mouere ſedem ſuper quā ſedet, homine tenente eum per ſpatulas. & confert ei ſumere in potu ſinapim cum aqua mellis,& portare [d] aſſam fœtidam in lacte,& confert ei iacere ſuper latus ſanum quando vult eruptionē, & [e] præcipitur vt vomitus fiat poſt cœnam in huiuſmodi horis. [c] Verum illud eſt timoroſum: qñq; enim facit poſſidere eruptionem magnam vice vna: & qñq; præfocat. [e] Cum autem non erumpitur, neceſſarium eſt vt cauterizetur: deinde conſideretur. [f] Nam ſi exiuerit ſanies alba, munda, ſpes habenda eſt: & ſi non, non eſt ſpes habenda. [c] Cumq; erumpit ſanies, & currit, & exiſtimas ꝙ pauca ſit & ęqualis, ita ꝙ poſſibile ſit vt mundificetur cum ſputo vſq; ad. xl. dies, tunc oportet vt adminiſtrentur poſt eam abſterſiua, lauatiua, mundificatiua, dando ea in potu, cũ incipit expui illud, quod erumpit.& illa ſunt ſicut decoctio hyſſopi cum radicæ liquiritiæ, & lilij cœleſtis cũ ſyrupo de melle: & caules, & ſorbitiones prædictę, factæ ex farina ciceris & ſimilibus farinis: & ponantur in eis etiam farina herbi: & confert etiam [c] electuarium de ſquilla, & electuarium de herbo. Medicinę vero ſingulares quę ſunt matres huiuſmodi rei, ſunt ſicut farina horobi & tritura lilij,& radix eius D & ariſtol. vtraq;, et [g] pipera tria, et ſinapis, et naſturtium,& vſq; ad opopanacum etiam, et [h] coſtus, & caſia lignea, et ſpica. Et quādoq; eſt neceſſe, vt admiſceatur eis aliquid ex narcoticis cum menſura. Et ex iſtis medicinis eſt [i] ſcordeon ipſum, nāq; eſt vehementis iuuamenti in hoc capitulo. Et iſtæ medicinę ſunt matres medicinarum in hac hora iuuantium, ex quibus fiunt potiones, & emplaſtra & embrocę cum ſpongijs, et oleis. Et quādoq; fit oleum ad quod virtutes earum permutātur, ſicut oleum de lilio, et narciſcinum,& chamæmillinum,& de alcanna, & nardinum: & ſicut oleum laurinum, et proprie cum adeſt declinatio. Et quādoq; ponitur quod eſt ſicut oleum viol. ſm̃ diſpoſitionem, et horam. Et qñq; ponuntur in huiuſmodi oleis, ea quæ ſunt ſicut gumma pini, et adeps, et galbanum, et flos ſquināthi, et hyſſopus humida, et fœnugręcum,& folia lauri, et bdelium, et ſimilia illis. Et cum febris eſt fortis, non ſuperfluas in calefaciendo: qm̃ debilitatur virtus propter malitiam complexionis, et deficit à ſpuendo. Et oportet vt ſuccurratur ad regimen extractionis ſaniei, poſt eruptionem ad pectus, in diebus, in quibus imaginatur ęger alleuiationem. [e] Cum autem exiſtimaueris in pleureſi materiam plurimam, & non mundificatur in. xl. diebus, neque in paucioribus, immo facit cadere in phthiſim, tunc neceſſarium eſt cauterium fieri cum cauterio minuto, quo perforetur pectus vt exiccetur materia,& trahatur paulatim,& abluatur cum aqua mellis,& adiuuetur

Margin: C Ser.1.1.c.17.; Infra α; Supra α; D Raſ.10. cont. t.1. c.1.106.4.; E Hip.7.apho.44.& Sera.; F Hip.& Serap.; G Dioſ.lib.2.c.151.; H Dioſ.lib.1.c.15.; I Dioſ.lib.3.c.106.

uetur ad extractionem eius ad exteriora. Cumq; mundificata fuerit peruenit ad conſolidandum. E Et oportet vt cognoſcas partem in qua eſt pus, ex modis [a] prædictis de voce [b] ſaniei, & cõmotione vel ſonitu eius, & [c] ex hominibus ſunt qui ponunt ſuper pectus pannũ infuſum, vel intinctũ cum luto rubeo, & aqua, & conſideretur quis locus exiccetur velocius: qm̃ ipſe eſt locus ſaniei. Signum ergo ſuper ipſum fiat, & cauterizetur, aut perforetur illic. Nam q̃nq; non cauterizatur, immo per foratur latus cum phlebotomo, & ponitur præparatio taliter, ꝙ cum ea egreditur ſanies, de [d] qua accipiatur omni die parum, abſq; extractione plurima ſubito. Et in huiuſmodi quidem hora neceſſaria eſt conſeruatio virtutis cum carne, & cibo temperato, & non cõſideres febrem: quoniam ipſa non ſanatur dum ſanies perſeuerat ramanens. Cum autem expuitur, eradicatur. Et cum confortat̃ æger ad expuendum ſaniem, aut ad illud quo curatur ex cauterio, remouetur febris proculdubio. Et multoties accidit vt apoſtema erumpatur ante maturationem: Et eſt illud, quod erumpit ab eo ſanguis: quare neceſſaria eſt tunc phlebotomia, & adminiſtratio emplaſtrorum, & expellentium, & communicantium. Emplaſtrum eis conueniens, caules, & aqua mellis ſuper deſcriptionem Aaron ponatur. Et emplaſtrum huiuſmodi. Recip. piper, capillum, veneris, hyſſopum ſiccam, vrticam, ariſtolochiam rotundam: fiat ex eis emplaſtrum cum melle.

A T.4.c.17.
B Raſ.106.4.
C T.4.c.17.& Raſ.103.3.
D G.6.aph.27.

*De cura vlcerum pectoris, & cura phthiſis* — *Cap.* 5.

CVm vlcus quidẽ eſt in canna pulmonis, tunc medicamen ad ipſum velociter vadit: [e] & opor- F tet vt faciat dormire ægrum ſuper collum ſuum, & teneat medicamen in ore ſuo, & deglutiat ſaliuam eius paulatim, quòd non mittat plurimum ſubito, & excitet tuſſim, & oportet vt ipſe molliſicet lacertum gutturis ſui ita, vt deſcendat ad guttur ipſius abſq; excitatione tuſſis. Et medicinæ ſunt glutinatiua, & exiccatiua, quas dicemus etiam in phthiſi. Vlcera vero quæ ſunt in pectore, & pulmone, quæ diximus, indigent vt inijciantur in eis medicinæ lauatiuæ, abſterſiuæ. & [f] præcipitur ægro vt iaceat ſuper latus infirmum, & tuſſiat, & commoueatur leui vel facili motu. Et quandoq; egreditur pus ex eis, poſt miſſionem aquæ mellis in vlcere, cum inſtrumẽto attrahẽte pus. Cumq; mundificatur ſanies, & ſperamus ꝙ non remanſit ex ea aliquid, tunc adminiſtrentur medicinæ conſolidatiuæ, & [g] non eſt in mundificatiuis abſterſiuis, in huiuſmodi, aliquid ſicut mel. Ipſum enim eſt mundificatiuum, & [f] cibus dilectus à natura, & non nocet vlceribus. Vlceris autem pulmonis regimen eſt duæ res: quarum vna eſt cura vera, & altera eſt blandiens. Cura quidem vera non eſt poſſibilis, niſi quando ęgritudo eſt ſuſceptibilis curæ: & nos iam [h] narrauimus eam: Et illud eſt cum mundificatione vlceris, & exiccatione ipſius, & expulſione materierum ab eo, & prohibitione catarrhi, & adiutorio ipſius ad conſolidandum. Et iam [i] præterijt illud in regimine prohibitionis catarrhi: & eſt radix tibi in hac cura. Et ſumma eius eſt mundificatio corporis, & attractio materiei à capite ad inferiora, & confortatio capitis vt non multiplicentur ſuperfluitates in ipſo: & prohibi- G tio eius quod effunditur ex capite ad pulmonem: & attractio illius ad aliam partem. [k] Et oportet vt ſit mundificatio cum phlebotomia, & medicinis extrahentibus ſuperfluitates diuerſas, ſicut pilulis cochijs: & proprie cum bdellio, & gũmi additis in eis. [k] Et fortaſſe neceſſaria ſunt ea quæ educunt humores melancholicos, ſicut epithymũ & ſimilia. Et q̃nq; indiges iterationibus in euacuatione, vt minorentur ſuperfluitates in ipſo. Euacua ergo cum phlebotomia, & medicina. Deinde quieſce, deinde reitera, & proprie in corporibus fortibus. Et ex rebus iuuantibus in expellendo nocumentum catarrhi eſt [l] † {diacude} & proprie illud quod eſt [m] ex papauere ex eis quæ dicemus in antidotario, & reliqua. Et ex eis quæ iuuant ad hoc vt natura ſuſcipiat regimen, [n] eſt vt fiat permutatio ad regiones, in quibus eſt aer exiccans, & curetur, & detur in potu lac in eis. Et oportet vt ſit ſtatio eius ſm plurimum ſtatio recta habens collum tenſum ad ſuperiora & ad anteriora, vt æquetur caſus partium pulmonis adinuicem, & non remoueantur partes vlceris à coopertura, & poſitione naturali. Et oportet vt nõ frequentetur in ipſo ſedatio tuſſis, cũ prohibitione ſputi: Nam in ipſo eſt timor magnus quãuis meditari faciat leuitatem. [o] Blandientia vero ſunt regimen in indurando ea, & exiccando ea ita, vt non fiat concauitas in eis, neq; dilatentur: licet in eo non ſperentur incarnatio, & conſolidatio: & [p] in hoc eſt ſpes in [f] prolongatione patientis ea, quãuis vita eius ſit non dilecta, & lædatur quolibet errore. Et [f] iſta quidem exiccatiua conſtringunt pulmonem, & H exiccant eum, & claudunt vlcus, quãuis non conſolident ipſum. Et ſi hac via proceſſerit, nõ oportebit, vt adminiſtretur lac omnino. [g] Et mel eſt vehiculum medicinis phthiſis, & ipſum non nocet vlceribus. Vlceris autem mundificatio fit cum medicinis prædictis mundificantibus: & cum decoctione hyſſopi prædicta ad phthiſim in antidotario. Et fortius illo eſt electuarium de herbo cum granis cotti dictum in antidotario. Et fortius illo eſt electuarium de ſquilla cum lacte aſinino. Et q̃nq; eſt neceſſarium vt aggregentur in eis viſcoſitatem facientia, glutinatiua. Et q̃nque adiuuatur cum narcoticis, vt prohibeatur tuſſis, & adiuuant medicinam in operatione ſua, & tunc neceſſariũ eſt regimen viuificabile: Et iam diximus tibi hęc mundificantia in [q] capitulorum principio. Et diximus etiam ea [r] in capitulo empyimatis. Et vſitata ex eis ſunt ſorbitiones factæ ex herbo. Et [s] ſorbitiones in quibus ponitur porrum de ſcemi, factæ ex farina [t] † {ciceris,} & [u] † {alcandarus.} Et hoc ipſum, porrũ elixatum, & aqua mellis, in quibus coquuntur mundificatiua, incarnatiua: & omnia illa iam præterierunt tibi. Et confectiones exiccatiuæ, ſicut diacyminũ, & athanaſia, & electuarium de ſeminelini. [t] Verum mithridatum, & theriaca cum adminiſtrantur in quibuſdam horis, & proprie in principio, & vbi non eſt extenuatio vehemens, ſunt iuuatiua: & vbi non eſt febris iam peruenients

E G.5.meth.c.11.f
F Raſ.102.1.
G G.4.meth.c.7.a
H T.4.c.18.
I F.5.t.1.c.11.
k G.5.meth.c.14 g
L † diacodium
M Lib.5.sũ.1.t.6.
N Ga.c.12.g.h, & Raſ.103.3.
O Raſ.10.conti.t.1.c.2.101.3.
P Ga.5.met.c.14.f
Q 1.
R 5.
S Pau.li.3.c.32.
T † Paul. hordei
V † far



A ueniens ad vltimum in arefactione. Et lutum quidẽ ſigillatũ eſt res magis iuuatiua in omni hora, et [a] lutum armenum. Et ſilr̃ omnia quæ diximus ex emplaſtris, & vaporationibus, et vnguẽtis mundificatiuis. Cumq; putreſiunt vlcera in pectore, & in pulmone, [b] confert facere vt ęger lambat cochlearium paruũ de kitran in mane ſolo, aut cũ melle: [c] aut cum aliquantulo galbani liquefacto cũ melle. Si autẽ illic fuerit caliditas, & timentur mundificantia calida, & non conferunt frigida, [d] tunc ſumant̃ pulmo vulpis, & ſemẽ fœniculi, & ſuccus liquiritiæ mundificatus, & ſuccus capilli veneris, aggregẽtur cũ aqua zuccari ingroſſata, qm̃ eſt vltimum. Et q̃nq; adminiſtrantur in hac ęgritudine genera ſuffumigationũ, & exiccãtium, & mundificantiũ, quibus fit ſuffumigatio cum traiectorio. Et ex eis ſunt illa quæ Recip. arſenicum, & piper: fiant ex eis ſimilitudines auellanæ cum albumine oui. Et ex eis eſt illa quę Recip. foliorũ oliuæ dulcis, & ſtercoris vaccarũ montanarum, & adipis renum hirci, & arſenici, & ſtercoris leporis partes æquales. Et ex eis eſt illa quæ Recip. cortices nabac, & arſenicum, et adipẽ renum hirci. Et ex illis eſt quę Recip. arſenicũ, & butyrum de ouibus. Et ex illis eſt illa quę [c] Recip. arſenici, & ariſtol. & corticis radicis capparis partes æquales aggregẽtur cum melle & butyro. Et etiam pineæ in quibus ſit fęx alkitran, & etiã arſenicum. ſ. citrinũ cum ſiſamino oleo. Et quoties calefit complexio eius ſuperflue, curetur cũ trochiſcis de cãphora aliquibus diebus: & redeatur poſt eos ad exiccandum. Cibi autem ſint ex alduragi decoctis cum ſemini- B bus, & ſpeciebus. Et nõ prohibeatur vinum album purũ in principio ſui, & olfaciat ſemper odorifera, & adhęreat tranquillitati, & quieti. & dimittat iram, & rixam, & non perueniat ad ipſum illud quod cõtriſtat. Et [e] ex eis quę ego multoties ſum expertus in corporibus diuerſis, & regionibus diuerſis, eſt vt vtatur patiens zuccaro roſ. recenti ſui anni omni die, quantum poteſt, quãuis multum ſit, ita etiam vt cum pane. Deinde attendatur eſſe eius, tunc ſi conſtringatur anhelitus eius propter exiccationem roſarum, detur in potu ſyrupus de hyſſopo ſm quãtitatem neceſſitatis: Et ſi inflammatur febris, dentur in potu trochiſci de camphora, & nõ intermittatur hęc cura in ipſo qm̃ ſanat. Et ſi non timerẽ dici mendax, narrarem in hac intentione mirabilia, & referrem ſummam, qua vſa eſt mulier phthiſica. Peruenit res eius ad hoc, vt ęgritudo cum ea prolongaretur adeo, donec perueniret ad mortẽ: & vocaretur ad ipſam qui prępararet ea quę morti ſunt neceſſaria: Tunc quidẽ frater eius ſurrexit ad eam, curauit eam hac cura tẽpore longo, & reuixit & ſanata eſt, & impinguata eſt: & non eſt mihi poſſibile vt dicam ſummã eius quod comedit de zuccaro roſaceo. Et q̃nq; egẽt ſiccitas & arefactio adminiſtratione lactis & [f] † {aldug} & in hoc eſt cibatio, & ęquatio, & humectatio humoris corrupti, & conglutinatio vlceris cum caſeitate, & mundificatio cum abſterſione aquę lactis, virus & ſanei. [g] Immo multoties ſanat hoc regimen vlcera pulmonis, cum non intenditur in regimine eorum vt indurentur. Et de [g] lactibus magis conueniens eſt lac mulieris ſuctũ ex C mamilla. Deinde lac aſinarũ, & lac caprinum proprie propter ſtypticitatem, quę eſt in lacte caprino. Et lac equinum etiam eſt ex eis, quę mundificãt, & faciunt ſputum facile: Verum nõ eſt ei conglutinatio, ſm ꝙ exiſtimo. [h] In lacte aũt ouino & vaccino, eſt groſſitudo: & [i] ſi poſſet ſugi ex vbere, eſſet magis conueniẽs. Et oportet vt animalia ex quibus mulgetur, paſcant plãtas, quarum operatio eſt neceſſaria, ad incarnationẽ quidem, ſicut virga paſtoris, & [k] † {hauſigi,} & † [l] {habel admeſachin,} & quę ſunt illis ſimilia. Sed mundificãtia facientia ſpuere, ſicut alhaſce, & alandacocha, & nidus apis. Immo ſicut ſpecies lacticinij vel tithymali. Et ille qui vtitur potu lactis, oportet vt obſeruet reliquum regimẽ, nam ſi errauerit in aliquo, fortaſſe reducet ſuper eum malitiam. Quidam autem medicorum qui medicinam cõprehenderunt, iam narrauerunt ſufficiẽtiam dandi lac in potu. Et dixerunt illud cuius intentio eſt cum propoſito noſtro. ſ. quoniã oportet vt ex aſinabus eligantur illę, quę à partu elongatę ſunt. iiij. menſibus, aut quinq; menſibus, & vadant ad vas in quo lac mulgetur, & abluatur cum aqua. Et ſi lac fuerit mulctũ in eo ante, lauetur cum aqua calida, & fundatur in ea aqua calida, et dimittatur donec diſſoluatur aliquid, ſi fuerit in eo in aqua, deinde abluatur cum aqua calida, & frigida: deinde ponatur vas in quo mulgetur lac in, aqua calida, & mulgeatur in eo medietas ſacraiati. & eſt quantitas eius quod in potu datur in die primo, ſi ægritudo fuerit ſalua: & ſi non, tunc plus illo dabis ſm ꝙ putaueris, & exiſtimaueris: Et ſumat in potu in ſecun- D do die duplum illius, mulctum in illa mulſione. Et ſi natura iam fuerit reſtricta in die prima, ponatur in eo quod bibitur in die ſecundo, aliquid zuccari: & fac in tertio ſicut feciſti in die primo: quod ſi natura non lenificatur in ſecundo, & proprie cum non lenificatur vſque ad tertium, tunc in potu da duo ſacraiati lactis cum duobus danic ſalis indi, & de amylo pondus drach. 5. vſque ad drach. i. 5. & non ceſſes dare in potu omni die pondus medietatis ſacraiati. Quod ſi peruenerit ſextus, & non reſpondet natura, accipe ex lacte tres ſacraiati, & cum eis cõmiſce zuccarum, & ſalẽ, & oleũ amygdalinum, & amylum vſq; ad drach. i. 5. & non ceſſes dare in potu qualibet die. Si autem reſpondet vltra tres ſcellas, tunc nõ admiſceas poſt illud ex lacte aliquid, aut minue ex lacte. Et omnino oportet: vt non addat natura in die & nocte ſuper tres: neq; minuat ex duabus: tunc ſi iuuatur cum hoc, da ei in potu tribus hebdomadis. Et iam dixerunt quidam comprehendentes, ꝙ melius lac in potu ſumẽdum eſt lac aſinæ, & aliorum [m] vt ſit in vaſe ex ligno. Et melius iſtis lactibus illud eſt, quod eſt animalis paſcentis loca in quibus ſunt herbę ſubtiliatiuæ, mũdificatiuæ cum ſtypticitate & exiccatione ſicut abſinthium, & alia, & ſceha, & abrotanum, & polium, & rubus. In lacte autem caprino rectius eſt, vt miſceatur, cũ recenter mulctũ eſt, aliquid aquæ, & ignian tur lapides & proijciantur ſuper ipſum multoties, donec coquatur & auferat̃ eius aquoſitas. Et hoc eſt melioris digeſtionis

A Paul. lib. 3. c. 32.
B Raſ.102.1.
C Raſ.102.2.
D Raſ.103.2.
E F.1.t.5 c.12. li.4. Fen.6.t.5. c.3. & in li. de vir. cor. t.2.c.4. Auicennã fuiſſe medicũ practicum
F † lactis acetoſi Raſ.103.3. & 101.4.
G Ga. de luc. bo. & ni. c.4 a
H Ga.3. de ali. lac. c.15.I
I G.5.meth.c.12.a
k † arbor ſpinoſa
l † funis pauperũ.
M Raſ.103.3.

nis quã decoctum ſuper ignem. Et attende etiã lenificationem naturæ, niſi ſit diarrhœa: tunc enim E oportet vt ponas in eo [a] † {tarathit,} aut tuſſis plurima: quare tunc oportet vt ponas in eo dragaganthi pondus drach.i. Et ſi fuerit ſtomachus debilis, ponantur in eo cyminũ & carui. Et lac quidem coctũ cum digerit ipſum phthiſicus, eſt ei cibus ſufficiens: & quando poſt ipſum febrit phthiſicus, tunc oportet vt abſcindatur. Aldoch autem eſt neceſſarium cum vehementia eſt feb. & cum eſt ſolutio ventris, & eſt eis iuuatiuũ valde. Et melius eſt ſi dimittatur lac acetoſum nocte vna, poſt acceptionem butyri totius in loco temperato: deinde moueatur in mane vehementer, donec adinuicem vehementer miſceatur: deinde ſumantur trochiſci de farina tritici, quæ ſit ſimila boni panis, adeo perforati donec ſint illi qui noĩantur in bezaradæ vel berazadæ perſicæ, & proijciãtur ſuper põdus drach.x. ex eis pondus.xxx.drach. de aldoch, & accipiatur: Et in die ſecundo adde de aldoch decimam ſui, & minue de pane pondus drach.i. fac illud aſſidue donec remaneat ſolũ lac acetoſum: deinde conuerte, cum non indiget aldoch, & apparet ſanitas, & declinat ægritudo. Non ergo ceſſes minuere ex aldoch, & addere in trochiſcis donec abſcindatur lac. Quod [b] ſi aliqui eorum habeant diarrhœam, proijcere ferrũ ignitum in aldoch multoties, nõ eſt malum. & reddi hoc ad illud quod dicitur in antidotario. Cibi autem ipſorum ſint ea, quę glutinationem faciũt, [b] ſicut panis de ſimila. & tri, & quæ fiunt de milijs: Et [b] rizi etiam mundificat: & facit naſci carnem: Et kiſch hordei bene decocta eſt glutinatiua, mundificatiua, & eſt cõueniens apud vehemẽtiam febris: [c] & proprie cum F cancris quorum extrema ſunt ablata, quorum ablutio eſt iterata cum aqua, & cinere. & proprie cũ oleribus frigidis: & lentes etiam. Et [c] ea quæ accipiuntur cum amylo, & cucumere, & melonibus qñq; efficiunt ſputum facile. [c] Si autem febris eſt leuis, tunc non eſt aliquid ſicut caules, & aſparagi: & ea quæ mundificant. [c] Piſces autem ſaliti, cum comeduntur ſemel, aut bis, conferunt in mundificando, & [c] cum vlcus eſt malignum, tunc aliena illud, & omne ſalſum. Quod ſi eos carne cibaueris, tunc ſint cum eis quæ ſunt ſicut caro athaiugi, & [c] gallinę, & perdicis, & alcanabir, & minutarũ auium: & omnes ſint non impinguatæ, & [c] melius eſt vt comedant eas aſſatas, vt ſint vehementioris exiccationis & incarnationis. & pedes etiam ſunt boni propter viſcoſitatem eorum & piſces ſuper pruna aſſati. Et quãdo deſiderant iura, tunc permiſce ea cum melle. Et qñq; conceditur, vt ipſi ingrediantur balneum ante cibum: & poſt ipſum, cum non eſt in hepatibus ipſorum oppilatio. Ipſum enim impinguat eos, & confortat ipſos. [d] Aquæ vero ipſorum, quas ipſi potant, ſint aquæ pluuiæ. Et phthiſicis quidem multoties accidit ſputum ſanguinis ſm ꝙ [e] præterijt eius rememoratio. Et ex troc. bonis ad illud ſunt trochiſci, qui [f] Recip. luti ſigillati drach.iij. amyli, luti armeni, roſarum rubearum omnium ana drach.iiij. karabæ, granatorum myrthi amborum ana drach.vi. cãcrorum aduſtorum, ſeminis portulacę amborum ana drach.xv. coralli: dragaganthi, ſpodij [g] † {ſadenigi} omnium ana drach.v. gummi, [h] † {fœniculi} ſucci liquiritię omnium ana drach.vij. conficiantur cum ſucco portulacæ, & aqua roſ. recentium, & fiant ex eis trochiſci, & bibãtur cum aqua cucumeris: aut cum aqua pluuiali. Et multoties quidem accidit phthiſico caſus vuę, & cadit in laborem, & præfocationem propter ipſum. Et quandoq; indiget abſciſſione eius.

A † planta ſtyptica quę naſcitur ſicut fungus.
B Raſ.10.cont.t.1.c.2.102.3.
C Raſ.10.3.
D Pau.lib.3.c.3.
E T.4.c.21.
F Sera.t.2.c.26.fo.24.I.
G † hæmatites
H † ——

## Fen. xj. de diſpoſitionibus cordis.

### TRACTATVS I. *de principijs & radicibus ad illud.*

[h] *De anatomia cordis.* *Cap.* I.

COr [i] quidem creatũ eſt ex carne forti, vt ſit longinquum à nocumentis, in quo contextæ ſunt ſpecies villorum fortiũ, vehementis diuerſitatis. ſ. longitudinalium attractiuorum, latitudinaliũ expulſiuorũ, & trãſuerſalium retentiuorũ, vt ſint ei ſpecies motuũ. Et quantitas creationis eius eſt quantitas ſufficiens vt nõ ſint ſuperfluitas, et grauitas, et magnitudo: qm̃ [k] ex ipſo eſt origo arteriarũ, & ſuſpẽſio ligamentorũ. Et dilatatum eſt, vt ſit in origine ſufficientia cum eo H quod oritur. Et poſita eſt hęc pars eius altior duarũ partiũ ipſius, vt ſit longinqua ab appodiatione ſuper oſſa pectoris, & nõ lędat eam tactus eorũ. Et ſubtiliata eſt eius altera extremitas, ſicut illud, quod aggregatũ eſt ad punctum vnũ, vt ſit illud quod vicinatur tactui oſſium, minor partium eius. Et facta eſt dura illa pars eius ſuperflue, vt ſit illud quod paratũ eſt lædi illa obuiatione, magis forte. Et gradata eſt figura ad pineam, vt ingenioſa fabricatio inferior, & ſuperior ſit bona, & nõ ſit in ea ſuperfluitas. [l] Et poſitũ eſt in pãniculo ſolido valde qui quãuis ſit ex genere panniculorum, tamen nõ inuenitur pãniculus compar ei in ſpiſſitudine, vt ſit ei clypeus & tutamen. Et ſeparatum eſt corpus eius ab illo panniculo cum quãtitate quadam, niſi apud radicem eius, & vbi oriũtur arteriæ: vt ſit ei, vbi dilatetur in ipſo abſq; præfocatione: Et apud radicem eius eſt membrum, ſicut fundamentum, ſimile cartilagini parum, vt ſit baſis fixa, firma in creatione. Et in ipſo ſunt tres ventres. ſ. duo ventres magni, & venter medius, quẽ [m] Gal. nominauit [n] † {dhelizi} aut meatum, non ventrem vt ſit ei receptaculũ nutrimenti, quo nutritur, ſpiſſum forte, ſimile ſubſtantiæ ipſius, & minera ſpiritus in qua ipſi generantur ex ſanguine ſubtili: Et inter ambos eſt meatus, & ille quidem meatus dilatatur cum dilatatur cor, & cõſtringitur quãdo ipſum

H Li.13.de aĩalib.c.14.
I Ga.lib.6.de v.p.c.8.c
K Ga.ibi.c.7.c
L G.ibi.c.16.f.g
M Lib.6.de v.p.c.17 c, & lib.3. natu. fac.c.15.g
N † ſeptum

prolon



A prolongatur, & baſis quidem ventris ſiniſtri altior eſt baſi ventris dextri, & baſis ventris dextri deſcendit multum. Et venæ pulſatiles ſunt arteriæ, & creatæ ſunt, niſi vna earum habentes duas tunicas. Et durior earum eſt intrinſeca cum ipſa ſit obuians percuſſioni, & motui ſubſtantiæ ſpiritus forti, cuius intenditur conſeruatio, & cuſtodia, & fortitudo. Et [a] origo arteriarum eſt ex ventre ſiniſtro, qui eſt vnus duorum ventrium cordis: qm̃ dexter eſt propinquior hepati: quare oportet vt ſit occupatus in attractione nutrimenti, & adminiſtratione eius. [b] Et quia venter dexter cordis comprehendit groſſum graue, & ſiniſter comprehendit ſubtile leue, temperata vel proportionata ſunt ambo latera cum ſubtiliatione ventris, qui comprehendit groſſum: & proprie quando eſt ſecuritas à reſolutione, & reſudatione: & exuccatione propter groſſitudinem rei contentę, & cum ingroſſatione ventris qui cõprehendit ſubtile. Immo poſitũ eſt vas ſubtilioris, ſtrictius. Et temperatior ſanguis eius eſt in medio. [c] Et ſunt ei duo additamẽta ſuper duo orificia introitus duarũ materierum. ſ. ſanguinis, & aeris attracti ad cor, ſicut duæ aures, neruoſa: quæ ſunt rugoſa, mollificatiua, dum cor permanet conſtrictum. Et cum dilatatur, tenſa, & adiuuantia ad conſtringendum illud, quod comprehenditur ad interiora. Sunt ergo ſicut duæ arcę recipientes à vaſibus: deinde mittentes illud ad cor cum menſura: & ſubtiliata ſunt, vt ſint magis comprehendentia, & melius obedientia conſtrictioni: Et facta ſunt dura, vt ſint lõginquiora à paſſione. [d] Et cor quidem nutritur cum virtutibus B ſuis naturalibus, cum dilatatione: quare attrahitur ſanguis ad interiora eius, ſicut attrahitur aer. Et [e] cor quidem poſitum eſt in medio pectoris, quoniam eſt temperatior locus: [f] Et declinat magis parum ad ſiniſtrum, vt elongetur ab hepate, & habeat locum amplum. Splen vero deſcendens eſt ab eo cum elongatione: & in deſcenſione eius eſt iuuamẽtum, quod ego [g] dicam. Et vt cor amplificet locum hepati [h] melius eſt, quã amplificet ipſum ſpleni: quoniam hepar eſt nobilius. Et ex eis quæ intenduntur in declinatione cordis ab hepate, eſt vt non aggregetur calor totus in parte vna; & [i] vt temperetur latus ſiniſtrum, cum ſplen ipſe ſit non calidus valde: & vt ipſum minus comprimat venam concauam venientem ad ipſum, præparando ei quendam locum. [i] Et ß ſi aliqua animalia ſunt magni cordis, & ſunt cum hoc pauida, & timida, ſicut lepores & cerui, tunc cauſa in eo eſt: quoniam calor eorum eſt paruus, & ſpargitur in re plurima: quare nõ calefacit integre. Et illa quæ ſunt parui cordis, & cum hoc ſunt audacia, ideo ſunt, quoniam caliditas in ipſo eſt plurima, & coarctatur, & fit vehemens. ß Verum illa quæ ſunt plurimum audacia, ſunt ea, quæ ſunt magni cordis. [i] Et cor quidem non tolerat nocumentum dolorum, [k] neq; apoſtema: & propter hoc non decollatur animal in cuius corde inuenitur ex nocumentis illud, quod inuenitur in reliquis membris. [l] Et quandoq; inuenitur in quibuſdam animalibus magni corporis os, & proprie in bobus: & hoc os eſt decliue ad cartilaginem. & illud quod eſt plus, & maius cum additione & duritie, eſt illud quod C inuenitur in corde elephantis. [m] Et iam repertum eſt cor cuiuſdam [n] † {ſimij} habens duo capita: [o] Et ex virtute vitæ cordis eſt, quoniam quando aufertur ab animali, inuenitur pulſari vſq; ad horam. [p] Iam autem errauit qui exiſtimauit, quod cor ſit lacertus. quãuis ſit ſimilium rerum in eo: Verum motus eius non eſt voluntarius.

A Ga.li.de diſſec. vena. & arte. c. 9.h
B Ga.lib.6.de v.p.c.16.c
C G.ibi.c.15.a
D G.lib.6.de v.p.
E G.ibi.c.2.d, & 7.h, & li.2.de hip. & Pla.decre.c.4.h, & 7.anat.c.7.d
F Fen.10.t.1.c.1. & Ariſt.lib.3.de part. animal.c.4.
G F.15.t.1.c.2.
H G.lib.4.de v.p.c.7.g
I Ariſt.li.3.de par. anima.c.4.
Oppo. infra. ß
Oppo. ſupra ß
K G.li.1.lo.af.c.5.c
L Ariſt.ibi. & Ga. lib.6.de v.ſ.p c.19.g & li.7.anat.c.10.e
M G.7.anat.c.11.h
N † galli
O G.li.7.ana.c.8.b
P G.li.6.de v.p.c.8.c, & li.1.de motu muſcu.c.3.e, & lib.7.anat.c.8.g

*De ægritudinibus cordis.* *Cap.* 2.

QVandoq; accidunt cordi in ſua [q] proprietate ſpecies ægritudinum omnes, ſicut [r] ſpecies malitię complexionum, [s] quæ quandoq; ſunt materiales, & quandoq; ſunt puræ. Et materiales qñq; ſunt in venis eius: & qñq; ſunt in eo quod eſt inter panniculum eius & corpus ipſius, & proprie humiditas. Multoties enim inueniuntur in eis locis humiditates. Et ſcitum eſt ꝙ quãdo multiplicãtur, coarctant cor à dilatatione: quare interficiunt. Et quãdoq; accidunt ei [r] apoſtemata, & oppilatio: & qñq; accidit ei aliquid de ægritudinibus ſitus etiam, ſicut aliquid, quod accidit ei de coarctatione in ventribus eius ex humiditate compreſſiua, prohibente ipſum à dilatatione: quare interficit. Et ſolutio ſingularis, quę accidit, aut in ipſo, aut in panniculo eius. Cumq; confirmatur in corde malitia complexionis, non recipit curam. Et cum non eſt confirmata, non eſt facilis ſuſceptibilis curæ. [t] Et apoſtema quidem calidum eſt interficiens ſtatim. Et frigidum eſt ex eis, quæ elongantur, & raro euenit apoſtema durum & molle in corde. immo plurimum illius eſt in panniculo D cordis: quòd ſi contingat vt in ipſo eueniat, tunc ipſum non interficit in momento interfectionis apoſtematis calidi, veruntamen cum hoc eſt interficiens. Et quandoq; prolongatur durum, quod accidit in panniculo ex humore groſſo: aut non durum accidens ex humore aquoſo ſubtili veſicante in tempore ſeu per tempus ſicut diſpoſitio in apoſtemate, quod fuit in panniculo [u] cordis ſimij quod narrauit [x] Gal. vixerat ille † {ſimius} tempore ſeu aliquibus diebus. Sed poſtquã anatomizatus eſt poſt mortem ſuam, cognitum eſt quid paſſus eſt in vita ſua. Fuerat enim ei debilitas, & extenuatio. Cumq; cor ipſum non toleret vt apoſtemetur, quãdo ergo tolerabit, vt collectio, & ſanioſitas in ipſo fiant? & cum illic acciderint vlcera tolerabilia bothoralia: tunc ipſa interficiunt poſt fluxum ſanguinis nigri ex naribus, ſm ꝙ dicitur. Et quandoq; accidit in venis cordis oppilatio nocens operationibus cordis. [y] Cor autem longinquius eſt ab hoc vt toleret ſolutionem ſingularis, quam apoſtema. [x] Et quando accidit corpori ipſius, & penetrat vſq; ad ventres, interficit ſtatim: [x] & ſi non eſt penetrans, tunc fortaſſe poſtponitur eius interfectio vſque ad diem ſecundum. [z] Et quãdoq; accidunt cordi ęgritudines propter communitatem pãniculi ſui, & communitatem cerebri, & lateris, & pulmonis, & hepatis, & inteſtinorum, & reliquorum viſcerum, & proprie ſtomachi. Et quãdoq; eſt propter communitatem aliorum membrorum, & corporis communiter, ſicut

Q Ser.t.2.c.28.
R G.5.loc.af.c.2.e
S Gal. de cur. rõne per ſang.c.5.g
T Raſ.16.cont.t.1.c.175.1.
V T.1.c.1.
X 5 loc.af.c.2.d
† Gallus.
Y Lib.1.F.2.d.1.c.4
Z Paul.li.3.c.34. & Gal.5.lo.af.c.1.h

eſt in

[a] eſt in febribus:ita vt verificetur per paroxyſmos ſuos, & criſes ſuas:Et communitas aliorum membrorum quandoq; eſt propter illud quod abſcinditur ex eis ſicut cōmunitas hepatis,quando debilitatur in tranſmittendo nutrimentum ad ipſum:et cerebri quando debilitatur, et debilitatur lacertus faciens anhelitum ab anhelitu: Et quandoq; ſunt propter ea quę ex eis ad ipſum veniunt:ex cerebro quidem, ſicut quando in ipſo multiplicatur humor melancholicus, et penetrat in ſubſtantia cerebri, quare penetrat in via arteriarum vſq; ad cor, excitans tremorem cordis, & caſum virtutis, et triſtitiam cum commotione malitiæ cogitationis,& anguſtiæ: & ſicut illud, quod ex eo peruenit ad ipſum ex humore humido per hanc viam, & facit accidere hebetudinem & pigritiam & caſum viuacitatis ſeu agilitatis.Sed ex hepate ſicut illud, quod ipſum mandat ex ſanguine malo calido,aut frigido,aut groſſo.Et quandoq; ſunt propter cōitatem in nocumēto, ſm ſemitam vicinitatis, ſicut propter nocumentum eius,quod eſt propter apoſtema calidum,aut frigidum exiſtens in panniculo continente ipſum proprie,& reliquorū viſcerum communiter:& nocumentum eius, α quod eſt propter nocumentum oris ſtomachi,& ſtomachi ab humore viſcoſo,aut mordicatiuo [b] aut vermibus,& aſcaridibus:aut vomitu mordicatiuo : quare euenit ex eis tremor cordis. [c] Et quandoque fit propter cōitatem in dolore,quando vehemens fit, & peruenit ad ipſum, & multoties interficit. Et β quandoq; ſunt propter mutationem materiei,ſicut ex ſquinantia, aut pleureſi,aut peripneumonia:quare declinat materia ad cor,& pręfocat,& interficit.Ergo cōitates quæ cadūt inter cor et panniculum eius, non oportet vt conſequantur pernitiē. Et ſi eſt apā aliquod non eſt calidum, ipſum enim eſt pernitioſum.Et quandoq; accidit in ipſo ore ſtomachi iectigatio,& nocet cordi.

E A T.1.c.1.
Infra α
B Raſ.16. conti. 1.c.1.174.3.
C Hal.lib.9.theo. c.23.
Infra β
F

*De modis ex quibus ſignificantur diſpoſitiones cordis.* Cap. 3.

MOdi autē ex quibus ſignificantur diſpoſitiones cordis ſunt.viij.pulſus: & anhelitus: & creatura pectoris:& ea quæ naſcuntur ſuper pectus : & tactus corporis : & quod accidit in ipſo: & mores:& fortitudo corporis : & debilitas eius : & meditationes eius. [d] Pulſus quidem, quoniam velocitas eius & magnitudo, & frequentia ipſius ſignificant caliditatem eius : & eorum contraria, ſignificant frigiditatem eius,& [e] eius lenitas ſignificat humiditatem: & [f] eius durities, ſignificat ſiccitatem ipſius,& fortitudo eius,& æqualitas, & ordinatio diuerſitatis eius ſignificant ſanitatē eius: & eorum contraria ſignificant contrarium ſanitatis ipſius. [g] Et anhelitus quidem magnus, & frequens, & velox, & calidus ſignificant caliditatem eius:& contraria eorum ſignificant frigiditatem eius. [h] Et pectus amplum latum ſi non eſt propter multitudinem cerebri, quam ſignificat capitis magnitudo faciens multitudinem cerebri,facientem magnitudinem nuchę,facientem magnitudinem ſpondylium,facientem magnitudinem coſtarum ortarum ex eis: Immo eſt illic paruitas capitis, aut eius meditatio, & fortitudo pulſus ſignificat caliditatem ipſius : & contrarium illius, ſi non facit ipſum paruitas capitis,ſignificat ipſum frigiditatem eius. [g] Et pili plurimi orti ſuper pectus:& G proprie illi qui ſunt criſpi ſignificant caliditatem ipſius: : & [i] nuditas pectoris, & paucitas pilorum ſignificant frigiditatem ipſius propter priuationem agentis fumum , aut ſiccitatem propter priuationem materiei fumi. Si non contradicit humiditas complexionis corporis valde, & conſuetudo aeris, & regionis, & ætatis: [g] Et caliditas corporis totius ſignificat caliditatem eius , ſi non reſiſtunt ſplen , & hepar frigida cum frigiditate ſua:& [l] frigiditas corporis ſignificat frigiditatem eius, ſi non reſiſtit hepar aliquo modo: [k] & lenitas eius ſignificat humiditatem eius, ſi non reſiſtit hepar aliquo modo reſiſtendi:& [l] durities eius ſignificat ſiccitatem ipſius , ſi non reſiſtit hepar. [m] Et febres putridæ cum ſanitate hepatis ſignificant caliditatem eius , & humiditatem eius. [g] Ex via autem morum, quoniam ira naturalis,quę non eſt ex conſuetudine:& audacia , & furioſitas & leuitas motuum ſignificant caliditatem eius. [l] Et eorum contraria , ſi non eſt acquiſita ex meditationibus, & conſuetudinibus , ſignificant frigiditatem ipſius. [n] Corporis autem fortitudo ſignificat ipſius fortitudinē, & eius debilitas , ſi non fuerit nocumentum ex cerebro , & neruis , debilitatem ipſius. Et debilitas eius ſignificat malitiam complexionis in ipſo. Et fortitudo eius ſignificat complexionis eius naturalis æqualitatem : Et eſt,eſſentia caloris innati , & ſpiritus vitalis plurima in ipſo,non inflammata, fumoſa:immo ſplendida clara.Sed accidentalem caliditatem eius ſignificant vehementiam inflammationis , & anguſtia animæ. Et quandoq; perducit nocumentum in anhelitu. Meditationes vero H quæ declinant ad gaudium,ſicut [d] fiducia,& bonitas ſpei,ſignificant fortitudinē ipſius,& ęqualitatem ipſius quæ eſt ſecundum ipſum in caliditate & humiditate ipſius. [o] Et decliues ad inquirendum perpetrandi mala ſignificant caliditatem eius. [p] Et decliues ad timorem & triſtitiam, ſignificant frigiditatem , & ſiccitatem eius. Et diſpoſitiones quæ ſentiuntur in ipſo corde, ſicut inflammatio accidens in ipſo,& ſicut tremor, qui ſentitur ex ipſo : alię ſignificant per ſe ipſas complexionem eius,ſicut inflammatio:& quædam nō ſignificant niſi per comparem ſuum, ſicut tremor cordis. Tremor nāq; cordis ſequitur omnes ſpecies debilitatis cordis , & malitiæ complexionis ipſius: & non ſignificat rem propriam in ipſo. Et qn̄q; plurimum tremoris cordis eſt propter fortitudinē ſenſus cordis:quare accidit tremor cordis,ex qualibet meditatione:aut vapore : aut ſimilibus illis ex eis , quæ perueniunt ad ipſum. Et quandoq; ſunt ægritudines cordis cum communitate aliorum: & proprie capitis,& α oris ſtomachi.Et non euacuantur ægritudines cerebri melancholicæ, & epileptice à communitate cordis.Et β qn̄q; permutantur ad cor materiæ expulſę ex eis , quæ ſunt ſicut pleureſis,& peripneumonia:& ſunt cauſæ timoris magni,& mortis ſubitæ. Et quando accidit humoribus diminutio ex quantitate neceſſaria,primū nocumētum illius eſt in corde : quare alteratur

Omnia quaſi repetit cap.4.
D Gal.ex art.medi.c.29.e
E Gal.c.31.
F Gal.c.31.
G Gal.c.29.e
H Gal.c.29.c.f
I Gal.c.30.g
K Gal.c.32.g
L Gal.ibi.c.7.c
M Gal.c.34.h
N G.5.lo.af.c.1,b.c
O Gal.c.33.g
P Gal.c.35.h
Supra α
Supra. β



complexio



A complexio eius. Et quando peruenit calor purus,aut frigus purum ad cor, moritur ille cuius eſt. Etiam vidi congelatum loqui,& iam moriebatur cum ſudore,& ſine ſudore.

*De ſignis complexionum cordis naturalium.* Cap. 3.

COmplexionem [a] quidem calidam naturalem,ſignificāt amplitudo pectoris in creatione ſua , niſi reſiſtat cerebrum. [b] Et magnitudo pulſus naturalis,& declinatio ipſius ad frequentiam,et velocitatem: [c] Et magnitudo anhelitus naturalis,& declinatio ipſius ad frequentiam, & velocitatē. [d] Et exuberatio pilorum ſuper pectus,& proprie ſuper ſiniſtrum parumper , ſi non repugnet humiditas membri alterius,contrarietate vehementi valde,aut regio & aer. [d] Et vehementia iræ , & audacia vel furioſitas,& bonitas exiſtimationum vel cogitationum,& amplitudo ſpei.& quandoque ſignificat ſuper ipſam magnitudo pectoris, cum non eſt propter cerebrum ſecundum q̄ [e] dictum eſt. [f] Complexionem vero frigidam naturalem ſignificat conſtrictio pectoris,niſi propter cōditiones prædictas:& paruitas pulſus naturalis,& declinatio eius ad raritatem , aut tarditatem : niſi ſit illic cauſa faciens velocitatem:Et paruitas anhelitus naturalis,& declinatio eius ad tarditatem, & raritatem:Et debilitas,& pigritia,& patientia non acquiſita ex conſuetudine,& exercitio . Et mores ſimiles moribus mulierum, & erubeſcentia cum timore : Et hæſitatio,& hebetudo, & paſſio à minimis rebus.Et frigus corporis. [g] Humidam vero complexionem ſignificant lenitas pulſus , & B velocitas patiendi à ſuperuenientibus,iram facientibus,& lętificantibus ſuperuenientibus,& velocitas remouendi ab eis:Et humiditas cutis,ſi non reſiſtit hepar. [h] Sed complexionem ſiccam ſignificant durities pulſus,& tarditas agendi , & tarditas patiendi , & tarditas quieſcendi , et lupinoſitas morum,& ſiccitas corporis,ſi non reſiſtit hepar. [i] Calidam autem & ſiccam complexionem ſignificant pulſus magnus cum menſura.Et illud ideo,quoniam magnitudo eius eſt propter neceſſitatē: & diminutio ipſius propter ſiccitatem inſtrumenti : & velox proprie ad conſtrictionem : & frequens:& anhelitus magnus,velox:& proprie in extractione aeris frequenti . Et perfidia morum, & inuerecundia:Et leuitas in motionibus,& in blanditijs:Et velocitas iræ propter caliditatem, & tarditas pacificandi propter ſiccitatem:Et multitudo pilorum pectoris,& ſpiſſitudo ipſorum propter ſiccitatem materiei ipſorum,& criſpitudo ipſorum:Et caliditas tactus,& ſiccitas ipſius. [k] In calida autem & humida ſunt pili pauciores:Et pectus eſt latum,magnum:& pulſus eſt magnus , verum eſt lenior.Et velocitas & frequentia eius,ſunt infra illas, quæ ſunt in complexione ſicca , cum æquantur in caliditate:Et eſt ira in ea velox, non vehemens. Et tactus corporis eſt calidus , & humidus,ſi non repugnat hepar in vehementi frigiditate,& humiditate , quamuis non , vehementi , & multiplicantur ægritudines putridæ. [l] Frigidam autem & humidam ſignificat pulſus , cum non eſt magnus:immo eſt decliuis ad paruitatem,& eſt lenis,non velox , neque frequens : immo eſt de- C cliuis ad contraria eorum , ſecundum illud ad quod in vltimo peruenit complexio : & eſt habens eam piger,timidus,tardus,mortuæ agilitatis vel viuacitatis: Nudus à pilis, Non retinens rancores neque iraſcibilis:Et eſt corpus frigidum,& humidum,ſi non reſiſtit ei hepar cum calefactione plurima,& exiccatione quamuis non ſit plurima . [m] Frigidam vero & ſiccā habentis pulſus non eſt cū illa tarditate tota:& habens eā eſt tardæ iræ,fixæ,retinens rancorem,lenis,ſine pilis, frigidum habēs corpus,& ſiccum,ſi non reſiſtat hepar cum calefactione plurima,& humiditate quamuis parua.

videtur repetere qđ in ſcriptori ca.dixit.
A Gal lib. art. medi.c.29.f
B Gal.ibi.e
C Gal.ibi.e
D G.lib.art.medi. c.19.e
E C.3.
F Gal.ibi.c.30.f.g
G G.ibi.c.32.g
H G.ibi.c.31.g
I G.ibi.c.33.g
K G.ibi.c.34.h
L G.ibi.c.35.h
M G.ibi.c.36.h

*De ſignis ægritudinum cordis.* Cap. 4.

DE illis ſunt [n] ſignificationes complexionum non naturalium : & quandoque ſignificant malitiam complexionis cordis,debilitas & reſolutio virtutis,& liquefactio , non pertinentes ad cauſam primitiuam:aut antecedentem:aut communitatem membri : quòd ſi tremor cordis adiuuat in his ſignificationibus,tunc iam completur ſignificatio: & quando perducit ad ſyncopim , tūc iam confirmata eſt res.Et qn̄ in corde fortis fit malitia complexionis frigidæ,aut calidæ, aut ſiccæ ſine materia,incipit corpus procedere in via phthiſis , & liquefactionis . Eſt ergo illa,quæ eſt calida ex illa, hectica abſoluta. Et frigida ſpecies eſt hecticæ comparata ad ſenes & decrepitos : Et ſicca ſpecies phthiſis . Et hectica quidem diuerſificatur in toto illo à phthiſi facta à pulmone . Pulmo enim in hac non eſt læſus in ſeipſo:& habens eam non habet tuſſim:& diuerſificatur ab ea he- D ctica cum caliditate propter priuationem caliditatis . Signum autem malitiæ complexionis cordis calidæ,eſt [o] augmentum pulſus in velocitate , & frequentia non naturali : & egreſſio anhelitus ad magnitudinem,& velocitatem,& frequentiam non naturalem: [p] & vehementia ſitis , quæ ſedatur cum aere frigido,& tranquillitas in frigore,& communitas extenuationis , & liquefactionis abſq; cauſa alia & triſtitia,& anguſtia permiſtæ inflammationis.Signa autem malitiæ complexionis frigidę, ſunt declinatio [q] pulſus ad paruitatem , & tarditatem,& raritatem non naturalem:niſi cadat virtus,& ſit neceſſaria frequentia , vt ſuccurratur ei quod deficit neceſſitati cum alijs , & eſt cum debilitate anhelitus , & reſolutione virtutis , & tranquillitate ad illud , quod calefacit ex ſpeciebus eorum quæ tangit , & olfacit,& guſtet : Et timiditas,& non audacia: & ſuperfluitas in pietate , & miſericordia. Signa autem malitiæ complexionis cordis humidæ, ſunt inclinatio [r] pulſus ad lenitatem non naturalem, & velocitas patiendi ab imprimentibus in anima, cum velocitate remotionis eorum:& multitudo euentus febrium putridarum.Sed ſigna malitię complexionis ſiccę, ſunt declinatio pulſus ad ſiccitatem non naturalem,& difficultas paſſionum cum fixione earum , ſiue ſint fortes , ſiue debiles,& liquefactio corporis.De ſignificationibus autem apoſtematum , ſunt ſignificationes apoſtematum calidorum.Ipſa enim in principio ſui faciunt apparere in pulſu diuer-

N G.5.lo. af.c.6.h
O Raſ.74.4
P Gal.art. medic. c.4.d
Q Raſ. 16.conti. 1.c.1.174.4.
R Raſ.174.4.



ſitatem

ſitatem mirabilem, non conſuetam, & magnificant inflammationem in corpore, & proprie in partibus membrorum anhelitus. Et anhelans quamuis attrahit maximum aerem, & frigidiſſimũ, tñ eſt quaſi priuatus anhelitu, deinde ſequitur ipſum ſyncopis ſucceſſiua: & non oportet vt expectet in cognitione diſpoſitionis apoſtematum calidorũ cordis illud, quod eſt ex duritie pulſus ſm ꝙ currit conſuetudo de expectatione eius in alijs, quæ ſunt ſimilia eis. Apoſtema enim nõ ita aduenit cordi, vt per ipſum induretur pulſus: immo interficit ante illud. Singularis aũt reſolutio ſcitur ex cauſis primitiuis.[a] Et dixerunt quidam qñ accidit in corde vlcus, & currit ex nare ſiniſtra ſanguis, moriť patiens. Et ſignum eius eſt dolor in loco ſiniſtro mamillari. E

A Raſ.16.contin. c.1.174.4.

*De cauſis imprimentibus in corde.* Cap. 5.

CAuſarum in corde imprimentium aliæ ſunt, quæ ſunt ei propriæ: & aliæ ſunt ei communes, & alijs: ſicut cauſæ efficientes complexiones, & cauſæ efficientes apoſtemata, & efficientes ſolutionem ſingularis, & reliquæ ſimiles eis, quæ ſunt ex eis quas numeraui tibi in [b] libris vniuerſalibus. Verum cordi appropriantur cauſæ accidentes propter anhelitum, [c] & cauſæ accidentes propter paſſiones animales. Propter anhelitum quidem, quoniam quando conſtringitur, aut calefit valde, aut infrigidatur valde, ſequitur ex eo vt accipiat cor nocumentum. In paſſionibus autẽ animalibus, oportet vt redeatur ad ea quæ [d] diximus in vniuerſalibus, & iam oſtendimus impreſſionem earum in corde mediante ſpiritu, & quæcunq; earum ſuperfluit impreſſionem præfocationis caloris innati ad interiora: aut ſparſionis eius ad exteriora quandoque conſequitur, vt faciat peruenire ſyncopim, immo conſequitur, vt interficiat. F Et ira quæ eſt ex ſumma earum, eſt minor omnibus illis in hoc. [e] Ira enim raro interficit. Vigiliæ vero, & exercitium, & ſimilia illis, debilitant cor cum reſolutione.

B Li.1.Fẽ.2.d.1.c.1
C Li.1.F.1.d.6.c.4.
D Lib.1.Fẽ.1.d.1. ſum.1.c.14.
E G.2.de cã.ſym. c.5.ſo.23.c

*De canonibus vniuerſalibus in curatione cordis.* Cap. 6.

NOs quidem fecimus de medicinis cordialibus † tractatũ ſingularem, cum quo iuuabitur homo quando ipſe coniunxerit ſcientiam ſuam in medicina cum cognitione ſua in principijs, quæ ſunt magis communia quàm medicina. Hinc vero innuimus ad illud, quod oportet dici in libris medicinalibus puris, propterea quòd cor eſt membrum principale, prius omni principali, & ſublimius, eo oportet vt ſit velox ſtudium in curatione eius cum medicinis, & ſit ſtudium fundamẽtale non erroneum cum velocitate vltima, ſiue velimus ex eo euacuare humorem, ſiue permutare ei complexionem. In euacuatione autem quæ procedit curſu phlebotomiæ, ita ſtudioſe feſtinamus, ne oporteat nos permiſcere cum alio regimine diuerſo. Immo plurimum quod in ipſa obſeruamus, eſt ne ſuperfluat, & cadat virtus, & vt viuificemus virtutem, ſi debilitatur parumper, cũ rebus viuificantibus virtutem, quando debilitatur propter complexionem frigidam aut calidam. Et hæc res non appropriatur egreſſioni ſanguinis tantum: Immo omnibus euacuationibus: quã- G uis ſit extractio ſanguinis vehementis neceſſitatis ad hoc ſubſidium. Cauſa autem cum qua excuſamur à ſtudio ſpecierum regiminis alterius, eſt quia egreſſio ſanguinis non eſt cum medicamine perueniente ad cor: & ꝙ pluriinę repletionum cordis non ſunt niſi ex ſanguine, & vapore à nocumẽto quorum duorum ſimul liberat phlebotomia. Et repletio quidem ſanguinea remouetur phlebotomia baſilicæ dextræ. Sed repletio vaporoſa phlebotomia baſilicæ ſiniſtræ. In reliquis autem euacuationibus quæ fiunt cum medicinis, oportet vt miſceatur cum regimine prædicto regimen aliud. Et illud eſt, quoniam plures medicinæ euacuatiuę ſunt contrarię corpori: quare oportet vt eis aſſocientur medicinæ cordiales. Et ipſæ ſunt medicinæ quæ efficiunt in corde fortitudinem cum proprietate quæ eſt in eis: ita vt ſint cum medicamine adminiſtrato in euacuatione humoris cordis ſociatæ medicinæ theriacales bezahartice pertinentes cordi: Et plures quidem harum medicinarum conferunt: immo plures earum conferunt ei ex alia parte. Et illud eſt, quoniam ipſæ etiam faciunt penetrare medicinas euacuatiuas ad cor, remouendo eas ab alijs locis. Permutatio autem complexionis, aut eſt, quia conuertitur regimen ad permutationem frigidi: aut permutationem calidi: aut permutationem humidi: aut permutationem ſicci. Cum ergo volumus permutare complexionem frigidam, audaces ſumus ad illud cum medicinis calidis, commiſtis cum medicinis cordialibus calidis, cum cuſtodia noſtra, ne accidat ex eis motus laborioſus humoris cordis, ita H vt extendatur corpus cordis tenſione ventoſa, aut tenſione materiæ apoſtemantis vel apoſtemoſæ, & reliqua. Cum autem volumus permutare complexionem calidam, non ſumus auſi eſſe contenti infrigidatiuis: Nam ſubſtantia propter quam cor creatum eſt, & eſt ſpiritus effuſus in ipſo, eſt ſubſtantia calida, ſcilicet caliditate innata non caliditatibus nociuis corporis. Et accidunt ei ex malitia complexionis cordis, quando eſt calida, vt minoretur & reſoluatur: & vt conuertatur in fumũ, & conturbetur. Cum ergo ſuperuenit corpori cordis, quod extinguat ipſam, & nõ eſt permiſtum cum medicinis calidis, quarum proprietas eſt vt confortent calorem innatum, non totum illud propter caliditatem earum, immo cum proprietate ipſarum aſſociata caliditati earum, poſſibile eſt vt noceat radici .i. ſpiritui, quamuis ramo conferat, & eſt corpus cordis. Quid enim iuuat contemperantia caliditatis cordis, quando cum ipſa extinguitur ſeu minoratur caliditas ſpiritus? Qua propter non inuenimus ſapientes antiquos euacuaſſe curationem malitiæ complexionis calidæ, quæ eſt in corde, & eius quod accidit ei à permiſtione medicinarum frigidarum cum cordialibus calidis, confidentes, [f] ꝙ natura ſi fuerit fortis, diſcernet inter infrigidatiuum & calefactiuum, & afferet infrigidatiuum cordi, & afferet calidũ cordiale ſpiritui, & tẽperabit illud, & multiplicabit iſtũ, & ſi

† Fatetur ſe libellum, de virib' cordis compoſuiſſe.
F Fen.18.t.1.c.1.d & lib.1.t.1.c.4.& 4.F.1.t.4.c.19.& 5.c.2.& G.2.apho. 16.h

inueniunt



A inueniunt medicamen æquale faciens cõfortationem ſpiritus cum proprietate, aut proximũ ęqualitati, ſicut bugloſſam, vigorant & adiuuant ſe cum ea: ſed ſi natura fuerit debilis, non confert regimen. Et qñq; cogit eos adminiſtrare medicinas calidas cordiales illud, quod ipſi ſciunt de grauitate ſubſtantiæ pl'in medicinarum frigidarum cordialium, & paucitate penetrationis earũ, & declinatione ipſarum cũ natura ad fixionem, & non ad penetrationem: quare cogit eos illud ad hoc vt permiſceant medicinas cordiales calidas, quibus penetrent, vt natura adiuueť ad deferendũ illas cordi: ſicut ꝑmiſcent crocum reliquis ꝑmiſtis trochiſcorum cãphoræ. Reliqua.n.ꝑmiſta diſcurrũt cũ eo ad cor: deinde virtuti naturali ineſt vt remoueat ipſum à corde, & applicet ipſum ſpiritui, nõ cordi, & adiuuet cum infrigidatiuis ad temperandã complexionem. hoc nanq; melius eſt eis, q̃ vt vtanť infrigidatiuis puris quæ figunť in principio meatuum, & nolunt penetrare. Et illi qui abſtulerunt crocum ex trochiſcis camphoræ, & blaſphemauerunt antiquos, iam fecerũt trochiſcos camphorę parui iuuamenti, & ipſi non cõſiderauerunt. Amplius cõplexio calida curať dando in potu rob de fructibus, & proprie aquam pomorum de ſcemi, & cydoniorũ. Eſt.n. bonũ medicamen cũ eis quæ ſibi ſunt ſimilia, de his q̃ dicturi ſumus: & cum epithematibus, & emplaſtris, q̃ ſunt extinctiua, permiſtis cũ confortantibus cor. Et ſi cauſa fuerit materia, euacueť. Cura aũt malitię complexionis frigidę eſt cum confectionibus magnis, quas dicemus, & cum vino odorifero, & cum exercitijs temperaB tis: & cum emplaſtris, & linimentis calidis, aromaticis, cordialibus, & cibi calidis cum quãtitate qua digerantur. Et ſi cauſa fuerit materia, euacueť. In cura aũt malitiæ complexionis ſiccæ, neceſſarius eſt cibus plurimus, humectatiuus, & introitus balnei poſt ipſum, & adminiſtratio tinæ cum quiete vel cum commoditate ipſius, & paucitas motus, & tranquillitas, & ſumere in potu aquam frigidã. Et ſi fuerit illic frigus, alienentur ab aqua frigida, quæ eſt vehementis frigoris. Et temperenť medicinis & potionibus, & multiplicetur ſomnus poſt cibum calidum. Et ſi cauſa fuerit materia, euacueť. Et tu quidem ſcies diſtinctionem illius, vbi loquemur de cura hecticæ, & areſactionis. Cura autem malitiæ complexionis humidę eſt ſubtiliatio ciborum, & adminiſtratio medicinarum exiccatiuarũ, & exercitia temperata cum frequentia, & multitudine: & ſi cauſa fuerit materia, euacueť. Frigidæ vero & humidę complexionis cura, eſt multitudo exercitij, & balnei ante cibũ, ꝑcipue thermarum: & ſubmerſio plurima in aqua calida, & adminiſtratio ſolutiuorũ, & diureticorũ, & vſus vini fortis parum odoriferi, & adminiſtratio ciborum laudabilis chymi, cũ quãtitate nõ plurima: qđ ſi illic fuerit caliditas, vitent balneũ, & vtanť coitu. Et ſi fuerit materia humida aut calida humida, euacuetur.

*De medicinis cordialibus.* Cap. 7.

MEdicinæ quidem cordiales cum totalitate ſua, oportet vt colligantur ex areolis medicinarũ ſingularium, & ex areolis membrorum anhelitus. Sed ſm neceſſitatem in hac hora nos dice C mus de eis illas quę ſunt ſicut capita, & radices. Dicamus ergo, illę quidem quæ ex eis ſunt proximę ęqualitati, ſunt [a] † {iachur & albeizadach & alfaruzegi,} & aurum, & argentum, & bugloſſa. Calidę vero ſunt [b] doronigi, & zedoaria, & muſchus, & ambra, & zurumbet, & ſeta proprie: & crocus, [c] & ambo been ſunt velocis iuuamenti, [d] & gariophylli ſunt valde mirabiles, [e] & xyloaloe crudum, [b] & meliſſa & ſemen eius, & [f] † {albedarungi,} & ſemẽ eius, & [g] † {alſaheſefrã,} & ſemẽ eius, & cardamomum, & cubebe, & [h] † {falẽgiemeſch,} & ſemen eius, & cortex citri, & acetoſitas eius, & ſemen eius, [b] & folia citri, & foliũindum, [i] & enula eſt mirabilis. Frigidę vero ſunt margaritę, [b] & karabę, & camphora, [b] & corallus, [b] & ſandali, & roſa, & [b] ſpodium, [b] & lutum ſigillatũ, & poma. Et ex eis eſt [b] coriandrum ſiccum, & humidum.

A † Rubinus & Balaſſus turchois vel Smaragdus.
B Li.de vir.cor.t.2.
C Raſ.176.3.
D Ser.c.309.
E Li.2.t.2.c.733.
F † baſilicon
G † ocimum gariophylatum
H † ſpẽs baſilicõis
I Lib.2.t.2.c.235.& Raſ.

TRACTATVS II. *De partibus diſtinctis.*

*De tremore cordis & cauſis eius* .i. palpitatione cordis. Cap. 1.

TRemor [k] cordis eſt motus iectigatiuus accidens cordi. Et cauſa eius eſt omne, quod lędit cor ex eis, quæ ſunt in ipſo, aut in panniculo eius: aut continuantur ei ex membris vicinis communicantibus ei. Et qñq; fit à materia humoroſa, [l] & qñq; fit à malitia complexionis purę. [m] & quandoque fit ab apoſtemate. & quandoque fit à reſolu- D tione ſingularis: & quandoque fit à cauſa extranea. & quandoque fit a morſu venenoſorum animalium. [n] & quandoque fit à ſerpentibus qui fiunt in ventre: & quandoque fit à ſenſu vehementi. [n] Et materia humoroſa quandoque eſt ſanguinea, & quandoque eſt humiditas, & qñq; eſt melancholica, & qñq; eſt cholerica, [n] & quandoq; eſt ventoſa, & eſt leuior & facilior earũ. Et ille qui eſt à malitia complexionis purę, ideo eſt, [o] quia omnis complexio dominans facit debilitatem: & omnis debilitas efficit in corde, dum perſeuerat in ipſo reſiduum virtutis, agitationẽ quãdam quaſi ipſum expellat à ſeipſo aliquod nocumentum. [p] Et tremor quidem cordis quando ſuperfluit, permutatur ad ſyncopim: & quando magis ſuperfluit, permutatur ad mortem. Et vnaquęq; complexionum ſimplicium facit illud. Apoſtema vero calidum in principio perſeuerãs facit apparere tremorem cordis, deinde ſyncopim, poſtea mortem. Et frigidum eſt propinquum diſpoſitioni eius: ſed quandoq; interponit ſpatium aliquantulum. Et ſimiliter reſolutio ſingularis. [q] Et ſimiliter oppilatio exiſtens in curſibus ſanguinis, & ſpiritus in corde, & quæ ſequuntur ipſum & in venis duris partium pulmonis. Factus autem à cauſa extranea, eſt ſicut factus à doloribus fortibus, & permutationibus materierum apoſtematum vicinorum prędictorum, & à potu vene-

K G.5.lo.af.c.2.d, & 4.aph.65.d.c
L G.5.loc.af.c.2.c
M Gal.ibi.c
N Ra.16.cõti.t.1. c.1.174.3.
O Fẽ.13.t.1.c.16.& t.2.c.14.& F.14.t.2, c.3.& G.3.aph.20.f, & 5.de cã.ſym.c.1.c
P C.74
Q Raſ.16.conti.t, 1.c.1.174.3.4.



norum

norum. Et factus à morſibus animalium. Et factus à ſerpentibus, vel vermibus [a] qui accidũt in vẽtre: & proprie qñ aſcendunt ad ſuperiora loca cibi, & fęcis. Factus autem à ſubtilitate ſenſus cordis eſt: qm̃ habenti illum accidit tremor cordis ex qualibet ventoſitate generata in ſpatio, quod eſt inter ipſum, & inter panniculum eius: aut in corpore panniculi eius: aut in vena eius, & ex qualibet qualitate frigida, aut calida adueniente ei: Ita ꝙ ſuccedit potui aquæ pręter ꝙ perducat illud ad debilitatem in operationibus ſuis. Factus autem cum communitate, aut eſt cum communitate corporis totius, [b] ſicut accidit in febribus: & proprie in febribus peſtilentialibus. Aut cum communitate panniculi ſui, ita vt accidat in ipſo apoſtema molle: aut durũ, ſicut accidit [c] {ſimio aut} gallo prędictis. Aut cum cõmunitate ſtomachi: qm̃ in ore ipſius eſt humor viſcoſus vitreus: aut mordicatiuus cholericus: [d] aut corrumpitur in eo cibus: [e] Aut cum communitate omnium membrorum, quę dolent vehementer. Et qñq; multiplicatur cum communitate ſtomachi propter humorem, qui eſt in eo: aut bothor in ore eius: aut debilitatem ſuccedentem vomitui laborioſo: ita vt forſitan non diſcernatur inter ipſum & inter cordialem. Et qñq; accidit iectigatio ſeu tremor in ore ſtomachi, & continuatur ille ſeu & viciſſitudinaliter perſeuerat ille: & eſt ſimilior res tremori cordiali. Et qñq; fit cum communitate pulmonis, qñ multiplicatur in eo oppilatio in parte illa, quæ obuiat cordi, & nõ penetrat anhelitus ſm modos ſuos: & illud indicat conſtrictionem anhelitus non ſecuram. Et qñq; fit cauſa criſis, & motuum accidentium humoribus ad criſim. Et ego exponam illud in [f] loco ſuo. Et F ſiquis conqueritur de tremore cordis poſt ęgritudines, & habet nauſeam, & euomit choleram plurimam, & non remouetur nauſea, eſt malum, & indicat ſpaſmum in ſtomacho.

E

A Raſ.16.con. c.1.174.

B T.1.c.1.

C T.1.c.1. & Gal. loc.af.c.1.c

D Raſ.174.1.

E F.16.t.3.c.7.

F Li.4.F.2.t.1.c.1.

*De ſignis.* Cap. 2.

TRemorem cordis omnem ſignificat pulſus, [g] diuerſus tranſiens terminum in diuerſitate, ſenſu percepta, in magnitudine, & paruitate, & velocitate, & tarditate, & raritate, & frequentia: & multoties [h] aſſimilatur pulſui habentium aſthma. Et ſignificant illum, qui eſt humidus vehementia lenitatis pulſus, & ſenſibilitas habentis [i] eam, quaſi cor eius reuoluatur in humiditate. Et ſignificant illum qui ſanguineus eſt, [k] ſigna caliditatis, & inflammationis, & velocitas pulſus, & magnitudo eius in alia hora, ꝙ tremoris cordis: & iuuantur coitu: & in frigido eſt econtrario. Et ſignificãt illum qui cholericus eſt, & eſt raro, ęgritudines cholericæ ſequentes ipſum, & durities quædam in pulſu, & vehementia inflammationis. Et ſignificant illum qui melancholicus eſt [l] triſtitia & ſolicitudo, & durities in pulſu. Et ventoſum quidem purum ſignificat velocitas reſolutionis eius, & leuitas, læſionis eius: & etiam paucitas diuerſitatis in pulſu eius. Et ſignificant apoſtemoſum in ſubſtantia ipſius, aut panniculi eius, ſigna duorum apoſtematum [k] prædictorum. Et illum qui eſt ex reſolutione continuitatis cauſa ſua. Et factum à venenis & morſibus cauſæ ſuæ cum priuatione reliquarum cauſarum. Et ſimiliter factum à vermibus. Et in facto à complexione ſingulari calida eſt G inflammatio vehemens abſq; ſenſibilitate humiditatis, in qua natet cor, & velocitas pulſus, & frequentia eius, quamuis ſit non in hora commotionis eius: & quod eſt poſt cauſas calefacientes ſine materia, & in hectica & ſimilibus. Et ſimiliter factum à frigore puro ſignificant cauſæ ſuæ ex euacuationibus extinguentibus calorem innatum: Et ægritudines infrigidatiuæ: & aeres, & alia & pulſus tardus rarus non in hora tremoris cordis. Factũ autem ab oppilatione ſignificat diuerſitas pulſus in paruitate, & magnitudine, & debilitate, & fortitudine, cum priuatione ſignorum repletionis. Factus autem à ſubtilitate ſenſus cordis, & à qualibet ventoſitate generata, & ex quolibet nocumento adueniente ei, cognoſcit̃ ex fortitudine pulſus, & ſanitate anhelitus, & incolumitate reliquorũ membrorũ. Et fortitudo pulſus, & magnitudo ipſius ſunt ſignificationes primæ ſignificantes ipſum: & certificat ipſum ſi fuerit corpus, cum frequẽtia hmõi tremoris cordis, incolume, & virtus conſeruata, & conſuetudo in operationibus ſana. Et illi quibus plurimũ accidit, iſtæ ſunt ſuper quorum facies apparent veſtigia paſſionũ aĩalium, quãuis parum ſicut iræ aut gaudij, aut triſtitiæ, aut aliarũ. Factus aũt cum cõitate corporis totius in febribus manifeſtus eſt, & ſilr̃ creticus. [m] Et factum cauſa ſtomachi, ſignãt ſignationes diſpõnum ſtomachi, & appetitus, & quod ab ipſo expellit̃: & imaginationes, & nauſea, & punctio: & quod alleuiat̃ ĩ tempore vacuitatis: niſi ſit à cauſa cholerica effuſa ad os ſtomachi in tempore vacuitatis: & quod fit vehemens in hora, qua cibus incipit H digeri. Et ille qui fit cum cõitate pulmonis eſt, qm̃ habens eum eſt præparatus aſthmati, repertis in ipſo ſignis ſignificantibus humiditatem pulmonis, & oppilationem viarum in eo, quas dicemus in ſuo capitulo. Factum aũt propter ſerpentes vel vermes ſignificãt ſignificationes ſupradictæ in [n] capitulo ſuo. Et ex eis quæ ſignificant ipſum ſunt ſaliua currens, & dolor, ſicut qui fit à conſtrictione vnguium, & puncturæ euenientes ſubito in ore ſtomachi.

G Gal.4.loc.al.c. 8.28.f.g

H Fẽ.10.t.1.c.39.

I Raſ.16.conti.t.1. c.1.174.3. & Galẽ.3. loc.af.c.1.d

K T.1.c.4.

L Ra.li.diui.c.18.

M F.13.t.1.c.17.

N 1.

*De curationibus vniuerſalibus tremoris cordis.* Cap. 3.

IN materiali omni fertur auxilium cum euacuatiuis. In ſanguineo quidem cum phlebotomia, & extractione ſanguinis vltima, & temperamento cibi in quantitate, & qualitate. Et ſi eſt illi paroxyſmus, aut tempus in quo commoueatur plurimum, ſicut [o] verbi gratia ver, tunc neceſſarium eſt vt præcedant ante paroxyſmum phlebotomia, [p] & ſubtiliatio cibi, & acceptio eius quod confortet cor. In facto autem propter humorem phlegmaticum, oportet vt fiat euacuatio cum medicinis quarum impreſſio conſequitur cor. Et illarum conuenientiores ſunt hieræ magnæ euacuãtes humiditates viſcoſas. Facti autem propter ſanguinem melancholicum cura eſt phlebotomia, & temperantia hepatis, ita vt non generet melancholiam cum eo quod dicitur in [p] capitulo ſuo.

Si autem

O G.5.loc.af.c.1.

P F.14.t.1.c.11.



A Si autem eſt nudus humor melãcholicus, tunc cura eſt in ipſo euacuatio cum eis quę ſunt ſicut hiera Rufi, & Logodion: & omnia quæ euacuant humorem melancholicum ex locis lõginquis: Deinde remanet poſt illud æquatio complexionis: frigidæ quidem cum calefacientibus, & calidæ cum infrigidantibus: & proprie cum eis, quæ ex eis ſunt medicinæ cordiales. Ille vero qui eſt cum cõitate ſtomachi, ſi eſt ex humore groſſo, curetur vomitu poſt cibum: & poſt acceptionẽ ſubtiliantium notorum, ſicut acceptionem ſucci raphani in oxymelle. Et ſolutio ventris fiat poſt ipſum cum hieris magnis, ſicut Logodion, & Theodoricon, & hiera picra confortata cum pulpa coloquinthidæ, aut agarico, & epithymo. Et ſi fuerit propter choleram mordicatiuã, curet̃ confortando ſtomachũ cum robub fructuum odoriferorum, ſicut pomorum odoriferorum proprie, & cydoniorũ: & proprie poſt cibum, & pirorum, & eorum quæ ſunt illis ſimilia. Et cum declinatione naturæ ad lenitatem, & alienationem eius, quod conuertitur ad humorem cholericum. Et regimine temperãte ſtomachũ. Et ſimiliter quando cibus in ipſo corrumpitur, oportet vt regatur cum eo quod confortat digeſtionem eius, quod corrumpit̃, cum eo quod dicetur in caplõ ſtomachi. Et quemadmodũ tu abſcindis cauſam cum hoc regimine, ſimiliter oportet ꝙ confortetur patiens quod eſt cor: ita vt nõ recipiat impreſſionem: & non ſis contentus in abſcindendo cauſam abſque confortatione patientis: Immo oportet vt cum hoc intendas ad cor cum medicinis cordialibus. Et ex eis quorum iuuaB mentum magnificatur in tremore cordis, eſt potare pondus .i. aur. de bugloſſa in tẽpore ſomni noctibus continuis. Et ex eis quibus iuuatur habens tremorem cordis, & quæ ad ipſum experta ſunt, eſt [a] potare circa quantitatem ponderis nuclei de gariophyllo maſculo in .xij. aur. lactis dulcis in ieiunio: aut potare aur. e. de ſanſuco ſicco in aqua frigida, ſi fuerit illic caliditas: aut in vino, ſi non fuerit caliditas in diebus continuis. Et ex eis quibus iuuatur habens tremorem cordis, eſt vt ſecum ſemper ſit aromaticum aliquod ex genere eorum, quæ ei conueniunt, & aſſidue vtatur ſuffumigatione cum eo facta, & vtatur odoramentis eius: & vt ſint in aromatico eius, qui habet tremorem cordis calidum, vincentia, roſa & camphora, & ſandalum: & olea frigida cum parua permiſtione medicinarum aliarum ſubtilis caliditatis, ſicut parum muſchi, & croci, & gariophylli, niſi metam trãſgrediatur res: tunc enim ſis contentus frigidis. Et ſi eſt complexio frigida: tunc admiſce muſchum, & ambram, & oleum de ben, & oleum de citro, & aquam camphoræ, & algaliam, & quę ſunt ſimilia illis, & propinqua eis ex ſpeciebus ſuffumigationis, & rorificationis conuenientibus ſecundum complexionem. Et ego quidem non multiplico tibi ſermonem in numerando medicinas cordiales calidas, & frigidas. Tu nanque inuenies eas omnes ſcriptas in tabulis membrorum anhelitus, in [b] medicinis ſingularibus. Et ad vltimum [c] omnis medicina odorifera eſt cordialis. Et cum hoc, nos iam [d] diximus, quæ harum medicinarum ſunt antecedentes in hac intentione. Habentis autem C tremorem cordis cum nauſea quem tremorem cordis diximus eſſe malum, cura eius proprie ſi fuerint illic reliquię febris eſt vt in potu ſumat ſauic hordei ablutum cum aqua calida, & detur infrigidatum cum pondere .x. drac. zuccari. quamuis enim ipſum euomat etiam, tamen iuuatur eo. ꝙ ſi ipſe abhorret zuccarum propter additionem, quam efficit in nauſea, accipiantur loco eius grana mali granati, & ſtringantur ambo crura, & olfaciat camphoram, & quæ ſimilantur ei cum aceto: & ponatur ſuper pectus pannus infuſus aqua duorum ſandalorum, & camphoræ, & aliorum. Et multoties quidem excitatur tremor cordis, deinde expellitur aliquid ad inferiora à dextra, & ſiniſtra: & ſedatur tremor cordis.

A Raſ.175.3.

B Lib.2.t.1.

C Haly.6.pra.c.18.

D T.1.c.7.

*De cura tremoris calidi.* Cap. 4.

SI iſte tremor cordis eſt cum materia, & euacuas eam, & remanet veſtigium eius: aut eſt tremor cordis calidus ſine materia, tunc oportet vt cibetur habens eum cum eo quod parum eſt, & confert ſicut eſt panis infuſus in aqua roſ. in qua eſt parum vini odoriferi: & panis cum ſyrupo de pomis: & ius pomorum, & aldug, quod eſt temporis propinqui commotioni: aut non acetoſum valde, & cucurbita, & olus iamenum, & fructus frigidi. Si autem tolerat carnem, tunc vtatur [e] † {alcaris, & alhelam} pullorum, & alcubugi proprie. Habet enim proprietatem in hac re propter frigiditatem complexionis, & ſpecies acetoſorum, quę omnes factę ſunt cum ſuccis fructuum, & acreſta, D & pomis acetoſis, & aceto acuto ſuper quod ſparſa ſit aqua roſ. & aqua [f] † {alkaleſ.} Si autem fuerit acetoſitas citri, & limonis, erit res magis iuuatiua. Quod ſi res fiat vehemens, & inflammatio, da ei ad ſorbendum aquam frigidam, & aquam niuis miſtam cum aqua roſ. dando ſorbitionem poſt ſorbitionem. Et da ei ad ſorbendum ſyrupum de fructibus. Et ſyrupum de pomis ſcemi, & quæ ſunt ſimilia illis, dando aliquid poſt aliquid. Et ſi tibi neceſſarium fuerit, vt diſſoluas in eo camphoram, fac. Et quandoque eſt tibi neceſſarium, vt ſis contentus in eo ad dãdum ipſi lac acetoſum in potu, ab vna libra vſque ad .ij. lib. & ſit ei cibus. Quod ſi tibi neceſſarium fuerit, vt confortes eum cum aliquantulo ex medulla panis, & tortellarum, fac. Si autem inueneris virtutem debilem, & timueris extinctionem, nõ erit excuſatio quin permiſceas cum hoc, & cum eis quæ via eius incedunt, ex cubebe, & cardamomo, & folijs citri, & etiam ex coriandro, & camphora cum roſ. & ſpodio, vt temperent ea. Super bugloſſam vero ſis audax, & non timeas malitiam eius: & vtere ea cum omni quod in potu tribuis, & in cibo das. Etenim iam cucurrit conſuetudo, vt in potu tribuatur, & ſimiliter aqua eius diſtillata. Et quandoque confert ei potare pondus drach. i. de reubarbaro ſceni in aqua frigida diebus continuis. Et ſtude vt ſit aer infrigidatus, vltima infrigidatione: & vt ſint rorationes, & odoramenta aromatizata camphora, & ex ſandalorum pręſentia. Et non eſt ma

† cibariis cũ aceto elomphacino.

† uboris ſimilis ſibi.



lum,

lum, vt roretur ſuper ea aliquid vini, cum tanta quantitate, qua penetrare faciat aromaticitatem eorum ad cor.[a] Et ex eis, quibus iuuatur habẽs tremorem cordis calidum, eſt permutatio ab aere ſuo ad aerem frigidum. Illud enim reducit ad ſanitatẽ. Et non oportet vt obliuiſcaris emplaſtra infrigidantia ſuper cor facta ex ſandalis, & aqua roſ. & aqua ferrariorum, & camphora, & roſ. & ſpodio, & lentibus, emplaſtretur cum eis os ſtomachi, & proprie in febribus. Compoſita vero iuuatiua in hoc ſunt, vt in potu dentur [a] trochiſci de camphora cum croco, cum ſyrupo acetoſitatis citri: & quãdoque ponuntur in ea folia citri, & diamuſchum dulce, & lætificans infrigidatiuum. Deſcriptio experta ad illum, qui non eſt ex caliditate vehemẽti. [b] Spodij partes. iiij. xyloaloes indi, galiæ muſchatæ amborum ana. drac. i. cardamomi, gariophyllorum amborum ana drach. i. camphoræ drach. 5. dragaganthi drach. iij. fiant trochiſci cum aqua de tereniabin. Sitqꝫ vnuſquiſque trochiſcus ponderis medietatis vnius drach. Deſcriptio alia. Recipe doronigi partem. i. camphoræ quartam partis, ſandalorum tertiam partis, margaritarum, karabæ, coralli, xyloaloes, ſpodij, roſa. omnium ana medietatẽ partis, bugloſſæ partes duas, conficiãtur cum aqua malorum, & fiãt inde trochiſci: Et qđ ex eis in potu ſumitur ſit pondus drach. i. vſque ad aure. Medicamen fortius illo in extinguendo. [c] Recipe ſeminis lactucarum, ſeminis endiuiæ, ſpodij, roſarum, ſandali, ſeminis portulacæ, bugloſſæ, coriandri ſicci, coralli, karabe, margaritarum, ſorbeat ex iſto puluere pondus drach. ij. quoniam eſt bonum valde, ꝙ ſi indiget fortiori, ſumatur ſpodij & ſandalorum citrinorum & roſarum omnium ana pars. i, & camphoræ quartam partis, ſitqꝫ quod ex eo in potu ſumitur pondus. ij. drach. Deſcriptio alia. [d] Recipe amyli, karabe, margaritarum, meliſſæ, ſelengemisk, aluminis iameni frixi omnium ana partes. iij. luti armeni rubei, coriandri, amborum ana partes. v. Sitqꝫ quod ex ea in potu ſumitur, pondus aure. cum aqua meliſſæ. Quod ſi ſuperfluat res, & augmentatur inflammatio, & timetur quòd ſit principium apoſtematis, tunc fortaſſe eſt tibi neceſſarium, vt in potu des ſemen mandragoræ, & opium. Et melius quidem eſt vt in potu tribuas de ſemine mandragoræ pondus quartæ drach. i. & de opio vſque ad medietatem danich permiſto cum medicamine aromatico ex muſcho, & xyloaloe crudo, & camphora, & croco ſecundum virtutem, & horam neceſſitatis.

*De cura tremoris frigidi.* Cap. 5.

EVacuantia quidem, ſi fuerit illic materia, ſint ſm̃ ſemitam quam tibi expoſui. Et ex eis quæ experta ſunt ad phlegmaticum humidum de illis, ſiue ſint in partibus cordis, aut in ſtomacho, eſt vt ſumatur agarici pondus medietatis drach. i. & pulpæ coloquinthidæ pondus. i. danich. & turbit pondus drach. i. & bdelij pondus danich, & muſchi, & croci amborum ana [e] † {toſugi, } & xyloaloes indi pondus danich, & ſalis naptici pondus quartę drac. i. & doſis vna. Et ex eis quæ experta ſunt ad melancholicum, eſt vt ſumatur [f] myrobalanorum nigrorum, & kebulorum amborum ana pondus drac. i. epithymi medietas drac. & lapidis armeni pondus quartæ partis drac. i. diamuſchi amari pondus drac. iij. ſumatur in potu cum tanta quantitate vini odoriferi in qua diſſoluatur. Et quandoqꝫ ſufficit aſſiduare adminiſtrationẽ hieræ picræ in pondere aur. i. cum pondere danich de epithymo, dando ipſam in potu cũ oxymelle, & continueť.[g] Medicinæ aũt ꝑmutantes complexionem frigidam, ſunt theriaca, & mithridatũ, & diamuſchum dulce, & amarum, & medicamẽ Cæſaris & ſcelithe, & confectio ambræ & confectio chanad & lætificans magnum., [i] & confectio felicitatis, & trochiſci de muſcho. Et qñ frigus ſit forte, indiges eis quæ ſunt ſicut [g] anacardina, & dare ex ea in potu.[g] Et qñqꝫ confert ei ſumere quantitatem ciceris ex confectione alfachdaraz cũ. xxx. aur. vini in quo infuſa fuit bugloſſa. Et cibeť aqua ciceris, & pullis columbarum, & carnibus paruarũ auium, & [h] † {alcanabir. } Et ex compoſitis alijs eſt medicamen expertum.[b] Rec. bugloſſę dra. i. zurumbet, doronigi amborum ana drac. iiij. doſis eius ſit pondus. ʒ. i. in principio menſis, & in medio eius, & in fine ipſius: & oportet vt ſit in vino odorifero. Aliud.[i] Reci. karabe, caſtorei amborũ ana partem. i. corticum citri exiccatorum, [k] † {ſeminis alfalengieſmech oĩum ana partem mediam, corallorum dra. i. alenfagieſmech pomorum non colato, neqꝫ bullito. } Et hic ſunt medicinæ bonæ, vltimæ prolixarum deſcriptionum, dictæ in antidotario.

*De ſpeciebus ſyncopis & cauſis ipſius: & cauſa mortis ſubitæ.* Cap. 6.

SYncopis [l] eſt deſtructio plurium virtutum, motiuæ, & ſenſibilis, propter debilitatem cordis, & aggregationem ſpiritus totius ad ipſum propter cauſam mouentem eum ad interiora, aut propter cauſam præfocantem ipſum interius, quare non inuenit ſpiraculum, aut propter paruitatem: aut ſubtilitatem ſuam, quare non ſuperfluit ſuper illum, qui inuenitur in minera. Et tu ſcies ex his quæ verificaſti vſqꝫ ad hanc horam, ꝙ cauſæ illius non euacuantur, quin aut ſit [m] repletio materiei præfocantis ſua [m] multitudine, aut [m] oppilatione: Aut [n] euacuatio reſoluens ſpũm: Aut priuatio reſtaurationis eius, quod reſoluitur, [o] & fames vehemens. [p] Et debiliores quidem homines ad tolerandum ipſam, ſunt comparati ad hoc, vt neque ſint infirmi, neqꝫ ſani: ſicut infantes: & qui ſunt eis proximi, [p] & α decrepiti, & conualeſcentes: Sed in ætate conſiſtentes tolerant ipſam. Et eius tolerantia eſt in hyeme plurima, q̃ in æſtate. Aut malitia complexionis iam confirmata: [q] Aut accidens eius magnum ſubito: [r] Aut dolor vehemens: Aut debilitas virtutum principiorũ regalium: & [s] ꝓprie cordis, deinde cerebri: deinde hepatis: [s] Aut debilitas communicantis ſicut oris ſtomachi cum corde: Aut debilitas corporis totius, & macies, & extenuatio: [t] Aut β dominium accidentiũ animalium ſecundum ꝙ diximus tibi in loco alio. Et plurimum eius eſt in α decrepitis, & debilibus, & cõualeſcen-

Epithema

A Raſ. 105. 4. — B Sera. t. 2. c. 18. — C Ra. 175. 4. hic additur camphora. — D Raſ. 175. 3. — E † pondus granorum. ii. 5. — F Ser. ibi. hic additur lapis arme. tm̃. — G Raſ. 175. 2. & — G Raſ. 175. 2. 176. 1. — H † galeritę. — I Ser. ibi. & Raſ. 16. con. t. 1. c. 2. 176. 5 — k † Raſ. & Se. drac. 5. ozimi gariophylati dra. 5. terãť oĩa & detur in potu cũ ſucco meliſſę, aut cum vino. — L G. 12. meth. c. 5. a — M G. 4. de vic. rõne i acut. 23. f, & 12. meth. c. 5. f, & Haly. 9. theo. c. 23. & Raſ 31. cõ. t. 6. c. 1. 446. 4 — N Raſ. ibi. — O G. 2. de vic. rõne in acu. 47. g — P Gal. 1. de art. cu. ad Glauc. c. 14. 98. — Infra α — Q G. 12. met. c. 5. c — R Gal. 12. meth. c. 7. b. & 2. de vic. rõe in acu. 47. g. & Raſ 31. cõ. t. 6. c. 1. 446. 4 — S Raſ. ibi. 446. 4. — T Li. 1. F 2. d. 2. ſũ 1. c. 14. & Gal. 2. de ſympt. cau. c. 5 fol. 23. e, & 12. met. c. 5. d — Infra β — Supra α



ualeſcentibus. Aut applicatio virtutis contrariæ ſubſtantialiter complexioni cordis, & ſpiritus ſcilicet amborum, ſicut eſt ex olfactu fœtoris puteorum, [a] & peſtilentia aeris, & ſicut accidit in febribus peſtilentialibus: & ex cadaueribus, & ex penetratione virtutum [a] venenorum ad cor: & quandoqꝫ eſt propter communitatem arteriarum. Et ex illis eſt illud, quod accidit cauſa vermium, qui aſcendũt ad os ſtomachi: & oportet vt diſtinguamus poſt hoc diſtinctiones plurimas. Dicamus ergo, materiæ quidem faciunt euenire ſyncopim: aut propter multitudinem ſuam, & oppilationem viarum ſpiritus: & quia coarctant ipſum totum in corde: ita vt exiſtimetur ꝙ præfocetur. & huiuſmodi quidem generis ſunt effuſiones humorum plurimorum, aut ſanguinis plurimi ad ſtomachum, & pectus, & ſimilia eis: [b] aut permutatio materiei apoſtematis ſynanciæ, & pleureſis, & peripneumoniæ ad partes cordis ſubito: Aut propter viſcoſitatem earum in poris, quare oppilãt meatus, & proprie in membris anhelitus, & qñqꝫ eſt communis in omnibus venis corporis, quamuis non faciunt illud ſua multitudine: Aut propter vehementiam ſui nocumenti cum qualitate frigida valde, aut mordicatiua, valde, aut aduſtiua valde. [b] Et ſyncopis quidem quæ accidit in initio paroxyſmi febris, eſt huiuſmodi generis: & eius cauſa ſunt humores groſſi valde, aut viſcoſi, aut mordicatiui, aut aduſtiui. Et quandoque fit illud propter propinquitatem cordis. Et quãdoque eſt in membris alijs communicantibus ei, ſicut cerebro.[b] Nam cum ĩ eo accidit oppilatio integra, & eſt apoplexia, fit ſyncopis proculdubio. Et quandoqꝫ eſt in ſtomacho propter cauſam antiquam, aut propter debilitatem accidentem, propter quam fit recipiẽs attractionem materierum ad os ſuum, ſiue ſint frigidæ, ſiue calidæ. Et quandoqꝫ fit cauſa multitudinis oppilationis in venis corporis, vbicunqꝫ ſunt. Et iſtæ materiæ pernicioſæ multoties accidunt [c] ex ſuperfluitate comeſtionis, & potus, & frequentia nauſeatiuæ ſatietatis propter malitiam digeſtionis: ita vt ex ea ſpargatur ĩ corpore, quod repleat venas, & oppilet meatus anhelitus.[d] Et iſtæ quidem materiæ propter ſuam multitudinem quandoque adiuuant ad ſyncopim faciendam ex parte, qua priuant corpus nutrimento: quoniam oppilant viam nutrimenti boni, & non conuertuntur per ſeipſas ad nutrimentum: quoniam ipſæ propter ſuam multitudinem confortantur ſuper naturam, quare non patiuntur ab ea: & cum hoc cõplexio corporis corrumpitur per eas. Et iſtę quidem materię quæ faciunt ſyncopim ſua multitudine, aut malitia ſua, ſunt quæ faciunt anguſtiam, & nauſeam, qñ in ſtomacho cadũt: & ſunt minoris quantitatis, aut malitiæ.[e] Facta autem cauſa euacuationis ſuperfluæ nõ eſt niſi quia ſequitur ipſam ſpiritus euacuatus cum ea vſque ad hoc, vt reſoluatur maior pars eius. Et illud eſt, aut ſolutio ventris cum [f] diarrhœa: aut eſt ſolutio ventris continua: aut lubricitas ſtomachi & inteſtinorum, aut raſura, aut vomitus plurimus: aut fluxus ſanguinis narium: aut fluxus ſanguinis ex mẽbro alio, ſicut orificijs [f] venarum ani: aut propter vulnus: aut propter deſcenſum [f] aquæ hydropiſis: aut propter [f] apertionem [g] † {dubellati: } propterea quia currit ex eo res plurima ſubito: aut propter [f] fluxus mẽſtruorum & partus: aut propter [f] multitudinem exercitij, aut moram in balneo calido vehementis ſudoris, aut propter aliquam cauſarum [f] ſudoris ſuperflui accidentis: facientium ſudorem per ſe ſicut caliditas: aut præparatione, [h] ſicut raritas corporis ſuperflua, aut [i] ſubtilitas humorum in ſubſtãtijs ſuis, & naturis ſuis. Et quando accidit ſyncopis ab euacuatione humorum, virtute vitali adhuc forti, non eſt adhuc timendum: & illa eſt ſicut ſyncopis, quæ accidit poſt phlebotomiam. [k] Dolor autem facit contingere ſyncopim, propterea quia ſuperflue reſoluit ſpiritum, [l] ſicut fit in iliaca, & colica, & in mordicatione ſuperflua accidente in membris ſenſibilibus. ſ. oris ſtomachi, & inteſtinorum, & eis ſimilium. [m] Et ſicut in dolore vulnerum neruorum, & vlcerum eorum, & morſionum eis accidentium, ſicut ſcorpionis, & veſpæ. [m] Et in vlceribus iuncturarum quæ continue confricantur, & adinuicem concutiuntur, & illorum quæ vicinantur eis propter effuſionem materierũ nocentium.[m] Et ſicut dolores vlcerum ambulatiuorum, vehementia dolorum, quorum facit ſyncopim propter ſuam acuitatem, & corroſionem ipſorum.[n] Et prouenit ex eis corruptio membrorũ, donec perducit ad mortem. Ipſa nanqꝫ faciunt ſyncopim in primis propter dolorem, & in fine propter vehementiam infrigidationis cordis, aut [n] allatione vaporis venenoſi corrupti ad cor, ſequentis ipſum exiccatione membri, & conuerſione eius ad contrarium cõplexionis proportionalis hominibus. De * accidentibus vero animæ iam [o] locuti fuimus, & ſciuiſti cauſam nocumentorũ quæ cordi faciunt. Apoſtema autem facit euenire ſyncopim aut propter magnitudinem ſuã, vbicunqꝫ ſit apparens, aut occultum, corrumpens complexionem cordis, mediãte allatione arteriarum, aut propter membrum in quo eſt, cum eſt ſicut panniculus cordis, aut eſt membrum proximum cordi, in quo etiam ſi non eſt apoſtema magnum valde, ipſum tamen facit illud, quod efficit maximũ longinquum: aut propter dolorem quando vehemens fit cum eo. Sed ſtomachus qualiter ſit cauſa ſyncopis, ſcias quòd ſtomachus eſt membrum propinquum loco cordis: [d] Et eſt cum hoc vehemẽtis ſenſus: Et eſt minera collectionis humorum diuerſorum, quare ipſe facit euenire ſyncopim: aut quia [p] infrigidat ipſum valde, ſicut in boliſmo: aut quia calefacit valde: aut quia dolere facit valde: aut quoniam in ipſo eſt materia groſſa, mala, frigida, aut mordicatiua acuta: & vlcera: & bothor in ore eius. Sed reliqua membra qualiter fiunt cauſa ſyncopis, ſcias ꝙ membra alia ſunt cauſa ſyncopis aut propter dolorem continuatũ ex eis cordi: Aut propter vaporem venenoſum, quẽ ipſa mittunt cordi, ſicut eſt illud quod accidit in præfocatione matricis: Aut propter euacuationem accidentem in eis, reſoluentẽ ſpiritum cordis, ſicut debilitas vehemens in ore ſtomachi: Aut propter oppilationem facientem conſtrictionem viarum ſpiritus in eis, quæ ſunt in circuitu meatuum cordis:

A G. 12. meth. c. 5. c — B G. 1. de art. cu. ad glau. c. 14. fo. 98. f — C Haly. 9. the. c. 23 — D G. 12. meth. c. 5. f — E G. 12. meth. c. 7. b — F Ga. 1. de pſag. ex 1. c. & c, & C. 2. de vic. rõne in acu. 47. g, & 1. ad glau. c. 14. 98. e — F Gal. 1. art. cur. ad glau. fo. 98. g — G † exiturę — h Ga. 3. de ſym. cã. c. fo. 18. f — I G. 12. meth. c. 6. g — I G. 1. de vic. rõne in acu. 47. g — L G. 1. de art. cu. ad glau. c. 14. 98. g, & c. 1. d — M G. 1. de art. cur. ad glau. c. 14. 98. g — N Hal. 9. theo. c. 23 — Supra * — O Lib. 1. F. 2. d. 2. ſũ 144. — P Ga. 1. de art. cur. ad glau. 98.

Aut propter complexiones corruptas malas, fortes dominantes eis, ſicut fit in [a] febribus adurentibus, & peſtilentialibus. Et illud eſt ex eis quæ fiunt cum communitate omnium membrorum. Et ſcias ꝙ ſyncopis confirmata curationem non habet, & proprie [b] q̄n perducit ad viriditatem faciei, & conuerſionem colli: quare fortaſſe non alleuiatur vel nō ſanat.[b] Et ille cuius res peruenit ad hoc, tunc cum caput eleuat ſuum, moritur. Et ſcias ꝙ in corpore ipſius, qui phlebotomatur propter neceſſitatem, & ſyncopizatur ſuper ipſam, non propter multitudinem euacuationis, & non propter conſuetudinem in phlebotomato conſuetam tunc in corpore ipſius eſt ægritudo: aut in ſtomacho eius eſt debilitas per ſe: aut propter effuſionem rei ad ipſum: Et q̄n materia cruda decrepiti febrientis reſoluitur ad ſtomachum ſuum, facit accidere ſyncopim. [c] Et cauſa quare aliquis ſyncopim patitur in prima phlebotomia ſua, eſt quia ſubitum eſt, quod non conſueuit. Et multoties quidem accidit ſyncopis in criſibus propter expulſionem materiei calidæ ad ſtomachum. Et multoties fit phlebotomia cauſa ſyncopis propter infrigidationem.

E

A G.1.de art.cu.ad glauco.c.14.&.11. meth.c.5.c
B Raſ.16.con.cu. c.1.174.1.
C Lib.1.F.4.c.11. fo.77.g

*De ſignis.* *Cap. 7.*

SIgna ſignificantia cauſam ſyncopis, & dolores eius, proportionalia ſunt ſignis prædictis tremoris cordis. nam [d] ſi ipſa ſunt debilia, ſunt tremoris cordis, & quando ſunt fortia, ſunt ſyncopis: & quanto plus fiunt vehementiora, ſunt mortis ſubitę. Et pulſus quidem eſt ſignificatio ſignificantior illius. Significat enim ſua compreſſione cum fixione virtutis, materiam compreſſiuam: & ſua diuerſitate vehementi cum viciſſitudinibus, & paruitate maxima, reſolutionem virtutis. F Reliquas autem ſignificationes ſuas ſecundum reliquas diſpoſitiones, iam [e] ſciuiſti. Et ad ſummum cum ſyncopis non fit ſubito, tunc ad ipſam minoratur pulſus in primis: [f] Deinde ſanguis incipit occultari ad interiora, & conuertitur color à diſpoſitione ſua. Et fortaſſe palpebrę non eleuantur, & apparet in oculis debilitas motus, & alteratio coloris: Et viſui apparent imaginationes extra inuentionem, & infrigidantur extrema, & apparet ei roritas in corpore frigida. Et quandoq; accidit nauſea: Et quandoq; infrigidatur totum corpus. Cum igitur incipit aliquid horum ſignorū poſt phlebotomiam, aut ſolutionem ventris, aut adminiſtrationem rei neceſſario facientis læſionem, abſtineatur ab ea, & remoueatur cauſa, quoniam iam perducet ad ſyncopim, ſi non abſcindatur. Et quādo ſyncopis non habet cauſam manifeſtam primitiuam, & antecedentem, eſt cum tremore cordis frequente, & non eſt illud quod eſt in ore ſtomachi, cauſa faciens ipſam neceſſariam, & reiteratur tunc ea eſt cordialis confirmata. Illa vero cū qua eſt nauſea, & conturbatio, eſt ſtomachalis. Et [g] q̄n continuatur ſyncopis, & vehemens fit, & non eſt cauſa manifeſta faciens eam, immo eſt cordialis, tunc habens eam moritur ſubito.

D C.1.
E C.1.
F Raſ.31.cont.t.6. c.1.447.1.
G Gal.1.apho.41.

*De cura.* *Cap. 8.*

ILla quæ [h] fortis eſt, & facta propter malitiam complexionis confirmatæ, curationem nō habet. G Et illa quæ non eſt ita, immò eſt leuior, aut eſt ſequens cauſas extrinſecas à corde, curatur. Et patiens quidem ſyncopim quandoq; eſt in ſyncopi: & quādoq; eſt in eo quod eſt inter ſyncopim & ſanitatem: & quandoque eſt in leui paroxyſmo ſyncopis. Cum ergo [i] eſt in diſpoſitione ſyncopis, non eſt ſemper poſſibile nobis vt laboremus in abſciſſione cauſæ: Immo nobis neceſſarium eſt, vt opponamus accidenti, quod accidit cum eo, quod ipſi pertinet de cura. Et quandoq; aggregantur nobis duæ neceſſitates contrariæ, ſecundum duas partes diuerſas. Indigemus enim in quibuſdam mēbris diminutione, & euacuatione eius quod in eis eſt ex humoribus, & in ſpiritibus additione cum cibo, & reſtauratione eius quod in eis accidit de reſolutione. Et in plurimo quidem quod accidit ex ſyncopi, oportet vt incipiatur & laboretur cum eo, quod nutrit ſpiritum ex odoribus bonis, [k] niſi in præfocatione matricis: In ſyncopi nanq; facta ex ea, oportet vt approximentur naribus earum [k] odores fœtidi: & proprie conuenientes cum hoc ori ſtomachi. Et in odoramento quidem [l] cucumeris eſt proprietas in ea experta, & proprie in cura calidæ cholericæ, & ſimiliter lactucę. Amplius curetur dando in potu & ſorbendo ex viuificantibus virtutem: Et α quando [m] fuerit illic vacuitas, & fames, tunc non approximetur eis vinum purum: Immo oportet, vt miſceatur cum aqua carnis multa, & commiſceatur cum aqua: & ſi non, tunc fortaſſe accident β ex eo cōmiſtio rationis, & ſpaſmus. Et ex eis quæ neceſſaria ſunt in pluribus ſpeciebus ſyncopis, eſt inſpiſſatio corporis exterius, H vt comprimatur ſpiritus reſolutus, niſi ſit ſolutio ventris fortis valde: aut ſit cauſa frigus vehemēs, prohibens [n] rorationem aquæ frigidæ, & euentationem, & ſorbitionem aquæ frigidæ, & aquæ roſa. proprie. [o] Et indumenta ſeu veſtimenta quæ odore ſandalorum infecta ſunt, cum odoramento odorum frigidorum. Multoties enim ſanantur cum iſtis. Et ſi eſt fortior hac, & non fit ſucceſſione rei reſoluentis calidæ valde, tunc oportet, vt inſuffletur muſchus in nares eius, & olfaciat algaliam, & ſuffumigetur cum [p] † { alned, } & ſorbeat diamuſchum ſi poſſibile eſt. [q] Et ſi cauſa fuerit caliditas, tunc odorifera frigida adminiſtrentur, & roretur aqua frigida ſuper faciem eius in primis: Et non eſt malum vt permiſceatur parum muſchi in eo quod adminiſtratur de illis, cum victoria ex illis, quæ ſunt ſicut camphora, & ſandali, & quod eſt fortis infrigidationis vt ſit frigidum reſiſtens oppoſita complexione calidæ nocenti, & muſchus vt confortet calorem vitalem. Et vt ſorbeant aquam frigidam: quod ſi tolerat diſpoſitio vt ſit miſta cum vino īfrigidato ſubtili, tenui, tunc eſt melius. Et oportet cum hoc, vt fricetur os ſtomachi frequenter. Et neceſſarium eſt, vt ſit lectus in aere frigido: Et ſimiliter oportet vt ſint lecti omnium habentium ſyncopim, cum non eſt ex cauſa frigida, & proprie in ſyncopi habentium hecticam: Et oportet vt aſſiduetur embrocatio

H Paul.lib.3.c.34.
I G.11.meth.c.6.b
k Aet.lib.1.ſer.1.c. 104 & Ga.1.de art. cu.ad glau.14.99.b
k Aet.ibidem.
L Lib.2.t.1.c.176. & Dioſ.lib.2.c.118.
*Infra* α
M G.1.apho.11.b, & Raſ.31.cont.t.6. c.1.447.4.
*Infra* β
N Li.1.F.2.d.1.ſ. 1.c.10.& Se.t.6.c.19
O Raſ.31.cont.t.6. c.1.448.3.
P † cōpoſitione aromatū
Q G.1.art.cur.ad glau.c.14.99.d

brocatio



A brocatio extremitatum, & partium membrorum ipſorum regalium cum aqua roſ. & ſuccis frigidis cognitis: & neceſſarium eſt vinum infrigidatum, quod ipſi in potu ſumant. Et ſi fuerit illic ſicut ſingultus, & nauſea: tunc oportebit vt viuificetur caliditas infirmi, & adiuuetur natura eius, commouendo guttur cum penna excitante vomitum, & commouēdo ſpiritum ad exteriora. Et oportet vt aſſidues iſta, & aduentum hominum ad ipſum: & quā maximum clamorem, & [a] ſternutationem, etſi ſit cum condyſi. Cumq; illa non valent, & non ſternutat, tunc ęger moritur. Et oportet etiam, proprie in γ ſyncopi, quæ fit ex euacuatione, vt appropinques ei odores ciborum deſideratorum, niſi in habentibus nauſeam, & ſyncopim accidentem cauſa humoris in ore ſtomachi: Non enim oportet tunc, vt illud approximentur eis. Et [b] oportet vt vtantur vino, & ſorbeant ipſum aut infrigidatum aut calefactum ſm duas diſpoſitiones notas. Sitq; [c] vinum magis penetrabilis res, & ſubtilior, & melioris ſaporis ex eo, in quo eſt reſiduū virtutis ſtypticitatis: quamuis ſit illa virtus fortis in eo, quod recens eſt ad aggregandum ſpiritum, & confortandum ipſum. & oportet vt non ſit in ipſo [d] amaritudo fortis, & abhorreat ipſum natura, neq; groſſitudo: quare non penetret in ipſo cum velocitate. Et oportet vt ſit color eius citrinus, niſi ſit [e] ſyncopis ab euacuatione: & proprie ſm poros propter raritatem eorum, & reliqua: tunc. n. [f] diligitur vinum nigrum, groſſum. Ipſum. n. eſt nutribilius, & magis faciens declinare humores ad contrarium eius, quo fit reſolutio, & reducens B ſpiritum in eſſentia ſua. Illi autem, qui non habet ægritudinem hanc, vinum conuenientius, eſt illud, quod eſt velocioris penetrationis. Et tibi quidem poſſibile eſt, vt ipſum experiaris, ita vt guſtes ex ipſo parum. Cumq; videris ipſum penetrare ad calefaciendum cum velocitate, cū bonitate ſubſtantię, & odoris, tunc illud eſt conueniens. ſ. illud quod quęritur. Et quandoq; ponimus in ipſo de [g] muſcho circiter. ſ. duo grana: aut de diamuſcho quantitatem doſis vnius, aut medietatis eius, aut tertiæ ipſius: & illud quidem in ſyncopi vehementi: & ſimiliter trochiſcos muſchatos dictos in antidotario. Et conuenientius vinū in huiuſmodi eſt illud, quod eſt calefactum. Ipſum. n. in eo cuius ſyncopis non eſt ex caliditate, eſt magis penetratiuum: & q̄n confortatur cum quantitate panis, eſt magis longinquū ab hoc vt exiccetur vel reſoluatur: Et ex eis, quę conferunt eis, eſt miua appropriata ſyncopi dicta in antidotario. Et homines quibus neceſſariū eſt magis potare vinum calefactum, ſunt illi quorum tardior eſt euaſio à ſyncopi. Non. n. oportet vt iſti ſumāt in potu frigidum: & ſimiliter ille cuius infrigidatur totum corpus: Et iſti ſunt illi, qui indigent ipſo, & inunctione extremitatum. Et ſtomachi cum oleis calidis aromatizatis. Et ſi eſt ſyncopis cauſa materiei, tunc ſi eſt poſſibile, vt expellatur materia cū vomitu, cuius ſperatur facilitas, aut cum clyſteri, aut phlebotomia, fiat illud. Et ſi eſt propter euacuationem ex partibus intrinſecis, calefiant extremitates, & fricentur, & inungantur cum oleis calidis aromatizatis: & q̄nq; eſt neceſſarium ſtringere eas. Et rege C in retentione cuiuſlibet euacuationis cum eo, quod dictum eſt in capitulo ſuo. Et rege in viuificatione virtutis cum eo, quod ſciuiſti. Et conuenientius eſt habenti illam, quæ ex hoc capitulo fit ſucceſſione cholericæ paſſionis, vt ſumat galiam muſchatam in vino, & ſucco cydoniorum, cum aqua carnis fortis in vino. & confert ei maſticatio thuris, & luti alniſaburi conditi cum camphora. Et [h] ſi eſt propter euacuationem ex partibus extrinſecis, ſicut eſt [i] ſudor, & quæ ſimilantur illis, fiat contrarium illius & infrigida extremitates, & pulueriza ſuper cutem myrtum, & lutum chimoleam, & cortices granatorum, & reliqua ſtyptica, & non extrahes materiam ad exteriora omnino, & nō adminiſtres huiuſmodi puluerizationem in ſyncopi ab euacuatione intrinſeca: Immo oportet γ vt confortes virtutem in omni euacuatione, præcipue approximando odores ciborum deſideratorū, & ſimilia eis, de his quę dicta ſunt. Et [k] ſi fuerit cauſa doloris, ſtupefac illum dolorem, ſi non eſt poſſibilis abſciſſio cauſę eius: ſicut curatur colica cum philonio, & ſimilibus ei. Et ſi venena fuerint cauſa, da ad ſorbendum albezahar experta, & diamuſchum, & medicinas dictas in libro de venenis. Quod ſi fuerit in ceſſatione, & iam ſanatur aliquantulum, tunc ſit regimen eius etiam ſimile regimini primo, cum additione, in qua eſt ſecuritas in huiuſmodi diſpoſitione. Et exemplum eius in quo ambę cōicant eſt, q̄m verbi gratia oportet, vt ad ſorbendum dentur medicinę iuuatiuę ſm diſpoſitionē, de illis, quę ſciuntur, & dictę ſunt in capitulo de tremore cordis, & feſtinetur in hoc: D Et illud in quo eſt ſecuritas additionis, eſt ſicut ſi ſit illic repletio oris ſtomachi, ſtudendum eſt vt euomatur illud, q̄m ſanat. Et ſimiliter ſi ſit illic repletio, oportet vt fames adhibeatur, & minoretur cibus eius, & vtatur exercitio tolerabili ꝓportionato huiuſmodi: Et [l] fricatio adhibeatur omnibus membris etiam ſtomaho, & veſicæ, & neq; cogat ipſum ſumere cibum, niſi vinum prædictum in diſpoſitione ſyncopis, quod neceſſarium eſt. Et [m] plures quidem ſtultorum medicorum ſtudent in cibando eum exiſtimantes, ꝙ ſit ei conueniens vt viuificent virtutem eius. Ipſi ergo ſuffocant caliditatem eius innatam, & interficiunt ipſum. Et iſti [l] quidem iuuantur ſyrupo acetoſo, & proprie illo, qui coquitur cū eo in quo ſunt ſubtiliatio, & inciſio, ſicut hyſſopus & ſimilia. Et ſi [n] fuerit cauſa oppilatio in membris ſpiritualibus, & quæ ſunt coram eis, da ad ſorbendum oxymel, & [n] frica crura eius, & adiutoria eius, & labora in huiuſmodi [n] ad prouocandam vrinam eius, & da ei in potu de vino, quod ſubtile eſt, & illud ſi eſt illic caliditas. Si autem eſt ab euacuatione, & debilitate, ad ſorbendum detur aqua carnis aromatizata: & fiat vt fugat panem infuſum in vino odorifero, cui aqua roſ. ſit admiſta. Et q̄nq; iuuatur, ſi ſumat in potu lac acetoſum, abſq; butyro, infrigidatum: & illud ſi fuerit illic cum euacuatione caliditas: & ſimiliter aqua acreſtæ: Et melius illo eſt rob acetoſitatis citri. Et q̄nq; ponūtur in ipſo folia eius. Et ad ſummum illi, qui cum ſyncopi habet anguſtiam.

A Raſ.10.con.t.6. c.1.448.3.
*Infra* γ
B G.1.de art.cur.ad glau.c.14.fo.99.a
C Raſ.ibi.447.3.
D Gal.11.meth.c. 4.& Raſ.ibidem.
E G.1.de art.cu.ad glau.99.a
F Raſ.ibi.448.1.
G Raſ.448.4.
H G.11.meth.c.6.a
I Haly.6.pra.c.18. & Gal.1.de art.cur. ad glau.99.a.b
*Supra* γ
K G.11.met.c.7.b. c.&c.8.c, & Raſis ibi.447.b.
L G.1.de art.cur. ad glau.99.b
M G.11.meth. c.1. c,& Raſ.447.4.
N G.1.de ar.cu.ad glau.99.f

ſtiam ſtomachi, & inflãmationem: aut accidit à ſudore vehementi, oportet vt detur illud, quod da- E tur infrigidatum, & ſi ſit etiam res in qua quæritur calefactio. Et ex eis, quæ eis conferunt eſt, vt in potu ſumat aquam carnis fortis decoctionis, cui admiſta ſit decima ſui de vino odorifero, & aliquid de vitello oui, & aliquid de ſucco malorum dulcium, aut muzorum, aut acetoſorum, ſecundũ ꝙ exigit diſpoſitio. Si autem tu fueris cauens in ipſo calefactionem, neqꝫ fueris auſus dare in potu vinum, da ei ad potandum [a] † {alraib} infrigidatum, in quo ſit contritus panis de ſimila: & da ei in cibis ſpecies acetoſorum factorũ cum ſuccis fructuum. Quod ſi habẽs ſyncopim inuenit frigus cum ea, aut poſt eam, aut cum in potu ſumit infrigidantia, & proprie in viſceribus, dabis ei ad potãdum [b] diapepereon, & piper ipſum, & abſinthium: & qñqꝫ datur in potu vinum. Et qñ curatio facit neceſſarium vt fiat mundificatio, & accidit euaſio à paroxyſmo ſyncopis, oportet vt tu confortes ſtomachum: & incipe in hoc, cum eo quod eſt ſicut ſyrupus de abſinthio decoctus cum melle, & adminiſtra emplaſtra confortantia ſtomachum prædicta: & ad bibẽdum da vinum odoriferum poſt illud, & ciba cibo laudabili. Factæ vero in principio febrium, & cauſa apoſtematum, curam [c] dicemus, vbi dicemus curam accidentium febrium. Et [d] penitus oportet vt frices extremitates eius, & calefacias, & ſtringas vt non ſubmergatur virtus & materia, & prohibeatur à comeſtione cibi, & vino: & interdicatur ſomnus: niſi ſit, quod in principio ſui non accidat niſi propter debilitatem. Et [e] quicunqꝫ eorum, qui ſyncopim patiuntur, indiget cibo, oportet vt detur ante paroxyſmum F duabus horis: aut tribus cibus, & ſit cibus ſauic de hordeo infrigidatum, & panis cum aliquo ferculo & naribus attrahat odorem bonum. Et ſi fuerit illic conſtrictio ventris, ſumatur prius cibus, qui lenificat, ſicut ſunt [f] † {alasfidbagiat,} & ſimilia eis: & ſyrupus de malis cum ſyrupo acetoſo eſt iuuatiuum in huiuſmodi. Quod ſi neceſſarium fuerit vti cibis ſubtiliatiuis ſint ſicut aqua carnis, & vitellus oui, & ſorbitiones cum medulla panis, & aqua carnis, & qñqꝫ neceſſarium eſt vt miſceatur cum aliquantulo vino. Si autem neceſſitas illorum fuerit ad hoc, vt cõfortetur ſtomachus, tunc oportebit vt miſceantur cum eis robub, & ſucci fructuum odoriferorum, in quibus ſit ſtypticitas: Sed in hora paroxyſmi neceſſarium eſt vinum. [g] Syncopi autem factæ ab accidẽtibus animalibus, ſuccurritur etiam cum eo, quod ante dictum eſt ex odoribus bonis, & ſtrictione naſi. & vomitu, & fricatione extremitatum, & ſtomachi, & cibatione eius cum aqua carnis. Et ſint in ea tortellæ, & vinum infrigidatum aut calefactum, ſm ꝙ ſcis. Et ſi ſyncopis eſt ex continuatione vomitus choleræ citrinæ, oportet vt ſit vinum infrigidatum permiſtum. Et ſimiliter ſyncopi ex dolore. Et [h] nos quidem dicemus illud, quod proprium eſt colicæ in capitulo ſuo. Et [i] plurimum quidem ſyncopis, quæ accidit in ſucceſſione phlebotomiæ, accidit ſtomachicis, & habentibus venas ſubtiles, & ſtomachum debilem, aut corpora in quibus dominatur cholera citrina, & ei qui non conſueuit vti phlebotomia. Et oportet vt iſti ante phlebotomiam, ſumant in potu aliquid de robub confortan- G tibus ſtomachum, & cor. Et quando cadunt in ſyncopim, fiat illud, quod diximus: & ſumant in potu vinum miſtum infrigidatum confortans ſtomachos eorum, & conſeruans eos: & proprie cum ſucco alio. Et oportet vt dicamus denuo, ꝙ quãdoqꝫ eget curatio in ſyncopi ſtypticis, vt prohibeãt euacuationes, & confortent membra mollificata, adiuuantia ad reſoluendum: & vt ſtringatur os ſtomachi, & non recipiat illud, quod peruenit ad ipſum: & eget virtute penetrante velocis penetrationis ad nutriendum ſpiritum, ſicut eſt vinum: & ambo ſunt prohibentia operationes. Oportet ergo vt diſcernatur inter adminiſtrationem vtrarũqꝫ diſpoſitionum. Adminiſtrentur itaqꝫ ſtyptica in hora ſanationis, aut poſtquã adminiſtraueris aliud incipiẽdo ad hoc, vt viuifices virtutem, cum ipſa iam impreſſionem in eo fecerit, & fuerit viuificata. Et adminiſtra ſecundũ in hora neceſſitatis velocis, ad viuificandũ virtutem, & non præmittas ſtypticũ ſuper illud, & prohibeat penetrationem eius. Et qñqꝫ neceſſitas perducit ad illud, quod eſt fortioris nutrimenti, quã vinum, & proprie cum ſyncopis [k] eſt à α fame, aut reſolutione plurima. Et [l] qñ fit vt cum vinum purum ſuperuenit corporibus eorum nocet eis, & facit poſſidere commiſtionem β intellectus, & ſpaſmum, tunc non eſt in eis [k] aliquid ita conueniens, vt aqua carnis prædicta permiſta cum vino & ſucco pomorum: aut acetoſorum. aut dulcium, ſecundũ duas res. Et cum non eſt, quod prohibeat, tunc melius eſt, vt ponantur in ipſa, quæ ſunt ſicut gariophylli, & muſchus. Nam ſtomachus eſt magis recipiẽs H eam, & virtus ſtomachi cum ea vehementius iuuatur, & cor magis attrahit ipſam: Et qñqꝫ tibi neceſſarium eſt vt diſſoluas panem ſimilagineũ in eo, quod facis ipſum ſorbere, cum ſpacium à cibo longinquum eſt. Et fricatio extremitatum, & cõſtrictio earum: & ſimiliter excitatio vomitus, conferunt omni ſyncopi. niſi cum eſt à ſudore, & ſimilibus eis, ꝓpter quæ mouetur ſpũs ad exteriora. Iſti. n. ſedatione magis indigent, & nõ oportet vt moueãtur, aut vomant, aut ligẽtur. Et ex eis, quæ faciunt eos vomere eſt aqua tepida cũ vnguento, aut cũ oleo, aut miſta cũ vino. Et oportet vt calefacias ſtomachum, & quæ ſequuntur ipſum ante fricationem extremitatum etiam, vt facilis fiat vomitus. Et ſcias, quod fricatio extremitatum, & calefactio earum, & aromatizatio ipſarum cum vnguentis, & aromatizatio oris ſtomachi, cum vnctionibus boni odoris, ſicut eſt oleum nardinum, & calefacientibus ſicut ſinapis, & pyrethrum, conuenientia ſunt valde ei, cuius ſyncopizatio eſt ab euacuatione ſanguinis, aut humoris: aut repletione: immo pluribus quibus adeſt ſyncopis, cum non eſt motus humorum ad exteriora. Et oportet vt ligentur crura eorum, & adiutoria ipſorum vicibus [m] ſucceſſiuis & ſoluantur, & rege illud cum eo, quod requirit vel neceſſitat oppoſitum parti euacuationis. Et iſti quidem iuuantur conſtrictione aſcellarum, & roratione aquæ

A † lac coagulatũ acetoſum.
B Ga. 1. de art. cur. ad glau. 99. c
C L. 4. F. 1. t. 2. c. 50.
D Ga. 1. de art. cur. ad glau. c. 14. 99. c, & Raſ. 31. cõti. t. 6. c. 2. 448. 4.
E Ga. 1. de art. cu. ad glau. c. 14. 99. e
F † cibariũ ex carne elixa i aqua ſimplici,
G Aet. lib. 2. ſer. 1. c. 114. & Ga. 1. de art. cu. ad gla. c. 14. 99. g
H Gal. ibi. 99. g
I Raſ. 31. conti. t. 6. c. 1. 447. 2.
K Raſ. 31. conti. t. 6. c. 2. 447. 4.
Supra α
L G. 2. apho. 21. h, & Raſ. 31. conti. t. 6. c. 2. 447. 4.
Supra. β
M G. 1. de art. cur. ad glau. c. 14. b



A aquæ frigidæ, & fricatione oris ſtomachi, & ſimiliter omnis ſyncopis, quæ eſt ab euacuatione, & cum vino commiſto niſi aliquid prohibeat [a] vino ſicut apoſtema, aut humor immaturus, aut ſolutio ventris, aut ſoda. Et ſi in aliquo magnificatur neceſſitas cõfortandi ipſum, da ei in potu vinum etiam, & non cures, et illud quidem in ſyncopi difficili. Et [a] balneum quidem conueniens eſt ei cui accidit ſyncopis ex diarrhœa, & cholyrica paſſione. Et [a] ſi accidit ſyncopis propter fluxum ſanguinis, eſt nociuum valde. Et [a] ſimiliter ſi accidat propter ſudorem plurimum. Et balneum etiam eſt conueniens ei, qui inuenit ex vomitibus inflammationem in ore ſtomachi. Si [b] autem eſt propter debilitatem oris ſtomachi, tunc oportet vt adminiſtrentur ſuper eum emplaſtra confortatiua, ſicut illud, quod fit ex maſtice, & cydonijs, & ſandalis, & croco, & lilio cum vino, & ſimiliter emplaſtratio cum vino facta ex muſcho & lilio quãuis valde conferant [c] fricatio extremitatum, & cõſtrictio earum. Et ſyncopim quidem factam ex fame, qñqꝫ ſedat pondus drach. panis. Et [d] paroxyſmo ſyncopis ſiccitatis: aut cum ſiccitate naturæ, oportet vt ſuccurratur cum buccellis panis in aqua granatorum, aut ſyrupo de malis: Et quãdoqꝫ neceſſarium eſt in ęgritudinibus acutis propter ſyncopim dare in potu vinum: & magis conueniens eſt inſipidum. Et patientes quidẽ ſyncopim, præcipiuntur vigilare, & dimittere locutionem.

A G. 1. de art. cur. ad glau. c. 14. l. 99. a
B G. 1. de art. cur. ad glau. c. 14. 99. b
C Gal. ibidem. c
D Gal. ibid. e

*De caſu virtutis ſubito.* *Cap. 9.*

B HOc [e] plurimum contingit vbi non eſt dolor, neqꝫ ſolutio ventris, neqꝫ apoſtema magnum, neqꝫ euacuatio magna. Et non eſt quidem niſi propter humores oppilantes, & raro quidem contingit, vt ſint illi humores ſanguinei. Sanguis. n. dum nõ facit accidere prius accidentia alia non perducitur diſpoſitio eius ad hoc, ꝙ faciat accidere caſum virtutis ſubito. Illud autem, quod ſæpius eſt, eſt vt ſint cauſa humores groſſi in ſtomacho, aut in venis, oppilantes vias anhelitus. Et ſcias, qđ caſus virtutis quãdoqꝫ perducit ad ſyncopim, & qñqꝫ ad id, quod eſt infra ſyncopim, vbi virtus nõ deſtruitur niſi à neruis, aut lacertis ipſius exiſtentibus ab ea vacuis: quare homo fit non motus, neqꝫ remouetur à ſuo ſitu, & ſtatione ſua, niſi cum labore. Et cauſa illius eſt accidẽs eius, quod diximus. Nam cum vehemens fit, facit cadere virtutem integre: & ſi non fit vehemens, facit cadere virtutem neruorum, & lacertorum. Et multoties quidem fit propter ſubtilitatem humorum in ſubſtantia ſua. & quia ipſi recipiunt reſolutionem, & proprie in febribus. Et iſtorum qñqꝫ operationes morales non ſunt læſæ, quamuis non ſint tolerabiles, quando multiplicantur & iterantur.

E G. 1. de vic. rõne in acu. 47. g

*De cura.* *Cap. 10.*

CVra iſtorum proxima eſt curę patientium ſyncopim. Eius nanqꝫ cura, quæ eſt ex repletione ſanguinea, eſt phlebotomia. In ea vero, quæ eſt cauſa alicuius alterius humorum groſſorum, oportet vt ſuccurratur patienti ipſam in hora ceſſationis, euacuatione cum eis, quæ ſunt ſicut hierę. C Et qñqꝫ ſufficit hiera picra cum qua compoſita ſunt turbit, & ſal indus, & agaricũ, & epithymum, & quę ſunt ſimilia eis. Et qñqꝫ adiuuantur ea cum ſcammonea. Scammonea nanqꝫ eſt ex eis, quę adiuuant medicinas alias. Et oportet quidem vt adminiſtres in ea vomitum, poſt ſolutionem, & aſſidues receptionem confortantium cor, & odoramentum eorum. Et fricatio quidem extremitatũ, eſt ex eis, quę viuificant calorem innatum, ſm qꝫ iterauimus eius rememorationem, & vtatur poſt illud exercitio temperato. Cibus vero ſit ille, qui ſubtiliat, & incidit ſicut aqua ciceris cum ſinapi: & oleum de oliuis, & oleum amygdalinum. Et de vino quidem, vtatur ſubtili & veteri. Et vtatur balneo poſt euacuationem. & inungatur oleis viuificantibus calorem innatum, ſubtiliantibus. Deinde vtatur poſt balneum vino puro, & ſyrupo de melle, & ſyrupo de abſinthio, & ſimilibus illis. Cumqꝫ incipit viuificari, oportet vt pręparetur cibus confortatiuus velocis digeſtionis. Et tu quidem ſcis illud, ex eis quę dicta ſunt tibi. Et [f] ſcias, ꝙ virtus augmentatur cibo, & vino ſubtili conuenientibus, & odoribus bonis, & tranquillitate, & gaudio, & dimiſſione eorum, quæ contriſtant, & rixari faciunt, & rememoratione rerum amabilium, & habitatione cum dilectis.

F Lib. 1. F. 4. c. 1. & Ga. cõm. 5. in ſextũ de mor. vul. 9. g, & de pilæ exercitio c. 1. g

*De regimine eius in quo apparent ſigna aduentus apoſtematis calidi in corde.* *Cap. 11.*

APoſtema quidẽ qñ fit apoſtema: tũc iam interficit, aut interficiet. Ante illud vero, qñ apparent tremor cordis magnus, et inflãmatio vehemens, et ſigna prędicta: tunc eſt ſm inceptionẽ per- D nitiei. qđ ſi aliquid iuuat ipſum, [g] tunc eſt phlebotomia baſilicę. Et ſperatur qñqꝫ in eius euaſione, cum [g] phlebotomia arterię, in inferioribus corporis, et infrigidatiõe [g] pectoris eius cum niue, et cãphora, et ſandalis, et coriandro humido. et ſorbeat aquam niuis cum camphora ſm continuationẽ.

G Raſ. 17. conti. t. 14. 1476. 3.

## Fen. xij. De mamilla, & diſpoſitionibus eius, & eſt tractatus vnus.

*De anatomia mamillæ.* *Cap. 1.*

MAmilla [h] eſt membrum creatum ad generandum lac: vt nutriatur cum eo nouiter natus, in introitu ſuæ natiuitatis, & vſque quo confirmetur, & creſcat eius virtus, et fiat conueniens ad digerendum cibum fortem ſolidum. Et [i] ipſa eſt corpus compoſitum ex venis, et arterijs, et neruis, inter quæ exiſtit vacuitas, quam caro replet glandoſa, cui non eſt ſenſus, albi coloris: et [k] propter ſuam albedinem, quando aſſimilatur ei ſanguis, albificatur illud, quod nutrit ipſam: et albificatur illud quod ſuperfluit ab ea, et fit lac. Et [l] eius quidem comparatio ad lac generatum ex ſanguine, eſt comparatio

H Ariſ. li. 1. de natura aĩal. c. 12. & lib. 4. de partib. c. 10. & Gal. li. 7. de v. p. c. 22. d, & lib. 14. c. 4. a. c
I Raſ. 1. 1. c. 25.
K G. li. 5. apho. 39. c
L Raſ. ibi. & Galẽ. de anat. vul. 44. d

comparatio hepatis ad ſanguinem generatum ex chylo. In hoc, ꝙ vnumquodq; conuertit humiditatem ad ſimilitudinem ſuam in natura, & colore. Nam hepar rubificat chylum albū, & facit ipſum ſanguinem. Et mamilla albificat ſanguinem rubeum, & facit ipſum lac. Et [a] venæ quidem, & arteriæ, & nerui poſiti in ſubſtantia mamillæ ramificantur in ea vſq; ad partes villoſas, & habent in ea reuolutiones & circuitiones plurimas. [b] Communitas autem mamillæ cum matrice in venis inter eas contextis, eſt res, quam tu iam [c] ſciuiſti in anatomia venarum. E

*De exuberatione lactis.* Cap. 2.

SCias ꝙ [d] lac multiplicatur multiplicatione ſanguinis boni: & quando minoratur, tunc cauſa eius eſt aliqua cauſarum diminutionis ſanguinis: aut priuatio bonitatis eius. Et cauſa in paucitate ſanguinis, aut eſt ex parte materiei, aut ex parte complexionis. Et illa quæ eſt ex cauſa materiei, eſt quoniam eſt cibus paucus, aut eſt cōtrarius generationi ſanguinis ab eo, propter ſiccitatem ſuam, & frigiditatē ſuperfluam: Aut eſt iam conuerſus ad partē aliam. ſ. fluxus ſanguinis, aut apoſtematis, aut aliorum. Ex parte vero [e] complexionis, q̃m eſt complexio corporis: aut mamillæ exiccās humiditatem, cuius paſſione non generatur ex ea ſanguis: aut propter ſuperfluitatem aquoſitatis eius, & elongationē eius ab æqualitate conueniente ſanguinea, aut aliud. Sed cauſa, quæ priuat bonitatem ſanguinis, & corrumpit illud, quod generatur ex ea, quare non eſt conueniens, vt generetur ex ea ſubſtantia lactis, cum lac non generetur niſi ex ſanguine bono, eſt dominium vnius F humorum trium choleræ, aut phlegmatis, aut melancholiæ. Et declaratio quidem choleræ eſt in citrinitate coloris, lactis, & ſubtilitate eius & acuitate ipſius. Et phlegma declaratur in vehementia albedinis eius, & aquoſitatis ipſius, & declinatione eius ad acetoſitatem in odore & ſapere ſuo. Et melancholia in vehementia ſpiſſitudinis eius, & paucitate ipſius. & multitudine fortitudinis eius. & non elongatur quin ſit ſanguis propter vehementiam multitudinis ſuæ inobediens operationi naturæ: quare non patitur ab ea, & accidit naturæ defectus in conuertendo illum, propter coarctationem quam fecit ipſi: & hoc eſt ex eis, quorum ſigna non ſunt occulta. Et q̃nq; accidit ex exiccatione lactis & ſpermatis vt egrediantur ſicut [f] filum: quare fit ſanguis, qui quāuis ſit exuberans, tñ non eſt laudabilis ſubſtantiæ, neq; conueniens ad hoc vt generetur ex eo lac exuberans. Et eſt illud, quod generatur ex eo de lacte illaudabile: Et poſtquā iam ſciuiſti cauſam, tunc tu prouidus es in modis abſcindendi eam. Et [g] ſcias, quod omne, quod exuberare facit ſperma, exuberare facit in pluribus corporibus lac ſicut [h] † {tuderi,} & ſemen papaueris, & vber capræ, & ouis & ſimilia: quemadmodum illud, quod exiccat ſperma, & minorat ipſum, & prohibet generationem eius, minorat lac etiam, ſicut ſemen canabis. Et [e] cum cauſa in paucitate lactis eſt paucitas cibi, multiplica cibum, & fac vt quieſcat poſt ipſum: & fac vt ipſe ſit ex genere calidi & humidi, laudabilis chymi. Et quando eſt cauſa corruptio cibi, rectifica ipſum, & reduc eum ad genus prædictum. Et quando G cauſa eſt multitudo exercitij, minora ipſum, & fac ipſum quieſcere vel ſtare in tranquillitate. Et ſi cauſa in ipſo eſt paucitas ſanguinis propter fluxum ſanguinis, & ſimilia, retine ipſum. Et ſi ipſius fluxus eſt in inferioribus, trahe ipſum ad ſuperiora: & ſi eſt eius fluxus in ſuperioribus, ad inferiora. Quod ſi eius cauſa eſt corruptio complexionis puræ, pone cibos oppoſitos illi complexioni, cum eſſentia exuberationis chymi. Et ſi fuerit cauſa humor corruptus, dominans, euacua cum eo, quod oportet in omni humore. Et pone cibum mulierum [e] cholericæ complexionis illud, quod declinat ad frigiditatem & humiditatem. Et ex eis, quæ conferunt eis eſt [i] aqua hordei cum iuleb: & etiam ſeminis citrulorum pugillus, & ſemen cucumeris, & acceptio cerebellorum, & potus lactis vaccini, & caprini, & piſces [k] † {alradradi,} & caro hœdina, & gallinacea impinguata: & ſorbitiones factæ ex kiſch hordei cum lacte: & ius maluarum hortulanarum. Et pone regimen earum, quæ ſunt phlegmaticæ cōplexionis, ex [e] cibis, & medicinis in quibus eſt calefactio in primo, & ſecundo, cum humectatione, aut pauca exiccatione. Et ex hoc quidem genere, ſunt [i] bautiæ & eruca, & [e] fœniculus, & [e] anethum, & apium humidum, & [l] † {alſemerium alias ſemurium} proprie [e] humidum non ſiccum: q̃m eſt calefactiuum, & exiccatiuum. Et ſorbitiones factæ ex farina tritici cum fœnugræco, & fœniculo. Et q̃n lac egreditur filoſum propter groſſitudinem ſuam, & ſiccitatem ſuam, tunc cura eſt embrocatio cum eo, quod humectat valde: & acceptio humectantium, & ſimiliter in H ſpermate, & intende regimini melancholicæ complexionis ſm medicinas & cibos, in quibus eſt exuberantia calefactionis propinqua ei, quod diximus, & humectatio vltima. Et cognoſcas etiam genus melancholiæ dominantis, & rege ſm ipſum. Et ex medicinis quidem temperatis facientibus lac exuberare eſt, vt ſumantur ex ſela vel ſeſel alnachel. i. ex melle dactylorum. xxx. ʒ. & de folijs fœniculi. xx. ʒ. & de † {faſtaſa.} xv. ʒ. & de tritico contrito. ʒ. xv. & de ciceribus excorticatis, & hordeo albo contrito, æqualiter de vnoquoq; xviij. ʒ. ficus magnæ. x. numero: et omnia bulliant in. xxx. lib. aquæ vſquequo redeant ad. ix. lib. & minus. Et ſit quod inde bibitur. v. ℥. cum. 5. ℥. olei amygdalini dulcis &. ℥. i. &. 5. zuccari [m] † {ſelimani.} Et [n] piſces ſaliti ſunt ex eis, qui faciunt exuberare lac. Et ex medicinis facientibus lac exuberare, eſt vt ſumatur farina ſiſami, & diſſoluatur in vino puro, & coletur, & bibatur colatura eius, et emplaſtretur ex fæce ipſius mamilla: Et etiam ſumatur ex interioribus melongiæ pondus medij kaficij, & elixes in aqua vehementer, donec etiam diſſoluatur, deinde commoueatur vehementer, & coletur, & accipiatur de colatura eius, & ponatur ſuper ipſam. ℥. i. butyri, & bibatur: aut ſumatur infuſio [o] ciceris, & bibatur in ieiunio diebus continuis: & proprie ſit eius infuſio in lacte. & aqua hordei cū melle, aut iuleb: Aut ſumantur ſeminis † {faſfaſa}

pars. i.

A Raſ. t. 1. c. 25. & G. 16. de v. p. c. 12.
B Ga. li. 14. de v. p. c. 4. g. & 8. c. & li. 5. aph. 37. h
C Li. 1. F. 1. do. 5. ſū. 5. c. 5.
D Ga. li. 16. de v. p. c. 10. c. & li. de atra bile. c. 8. b. & cō. 3. 1 tertiū de mor. vul. 73. d. & li. 5. aph. 37. Oppoſitū quæ fili. 1. F. 3. d. 1. c. 2. & Ga. lib. 14. de v. p. c. 8. b. & li. de venæ ſect. contra Eraſiſtratū c. 5. h
E G. 5. ſimp. c. 21. g
F Raſ. 15. conti. t. 1. c. 2. 173. 2.
G G. 5. ſim. c. 21. f. & Raſ. 173. 2.
H † herba habens folia ſimilia praxi & irionis.
I Li. 1. F. 3. d. 1. c. 2.
k † petroſi.
L † G. 5. ſimp. c. 21. g. & ſmyrniū, apiū ſion, polium.
† triſolio.
M † rubei.
N Raſ. 15. cō. t. 1. c. 2. 173. 3. & 174. 1.
O Dio. lib. 2. c. 96.
† triſolii.



A pars. i. & cicerellæ partes duæ, cuius potio ſit [a] † {kermet} vnum cum aqua calida: Aut ſumantur in potu ex granis [b] † {alben}. ʒ. ij. cum vino. Et ex medicinis quidem bonis eſt, vt ſumatur [c] butyri vaccini. ʒ. i. & vini cadus magnus, detur ad bibendum in ieiuno: Et rami papaueris ruſi & folia eius decocta cum tritura hordei, ſumpta ſorbendo: Aut ſumantur raphanus, & furfur, & bulliant in vino, & coletur vinum illud, & bibatur: Aut ſumatur ſemen papaueris aſſum cum ſauic, æqualibus partibus cum oxymelle. aut rob, poſtquā infuſa fuerit in quolibet eorum tribus diebus. Nam illud eſt melius. Et q̃nq; in potu detur nigella cum aqua mellis: aut ſumatur [d] ſeminis anethi, & ſeminis porri, et ſeminis andacochæ omniū ana. ℥. i. & ſeminis fœnugræci, & ſeminis † {faſfaſa} partes æquales miſceantur cum ſucco fœniculi & bibantur: & ſi miſceantur cum melle & butyro eſt melius.

*De minoratione lactis & prohibitione exuberationis eius ſuperflue.* Cap. 3.

LAc quando ſuperfluit plurimum, nocet, & apoſtemat, & affert etiam ægritudines. Et q̃nq; aggregatur lac in mamilla abſq; prægnatione, & proprie q̃n retinentur mēſtrua. Reuertitur. n. materia, quæ non inuenit virtutem expellendi per matricem, propter paruitatem ipſius, & peruenit in vbere, & fit lac. Et [e] q̃nq; aggregatur in corporibus virorum: & proprie in puberibus, ita vt rotundentur mamillæ ipſorum. Et tu quidem iam [f] ſciuiſti in his, quorum tibi iam præterita eſt rememoratio, cauſas paruitatis lactis. Et [g] illud, quod in ea plus attenditur: eſt omne, quod exiccat ve- B hementia ſuæ ſiccitatis: aut vehementia reſolutionis ſuæ & calefactionis. Et omnia, quæ infrigidant etiam: & humectantia, quæ ſunt vehementis humectationis, aquoſæ etiam minorant ſanguinem phlegmaticorum: Et [h] omnes medicinæ minorātes ſperma, ſunt minorantes lac. Illæ autem, quæ ex eis ſunt frigidæ, ſunt ſicut lactuca & ſemen eius, & [i] lētes, & [k] † {althafalil} cum aceto. Et ex eis, quæ liniuntur ſunt ſuccus arboris pſyllij: & mucilago eius & lactuca, & ſimilia. Et farina fabarum cum oleo roſ. & aceto. Calidæ vero ſunt ſicut ruta, & ſemen eius: & proprie ruta mōtana, & ſicut [l] † {alfengiechaſt,} & ſemen eius. Et doſis eius vltima eſt vſq; ad. ʒ. ij. Et illud, quod verius eſt de re albedarungi eſt, quod ipſum minorat lac, quāuis dicunt quidam, ꝙ facit exuberare. Et [i] cyminum proprie montanum exiccat lac etiam: & etiam vt ex eo fiat epithema cum aceto. Et ex epithematibus calidis eſt illud, quod fit de ammoniaco & vino. Epithema bonum. ſumantur radices caulium, & terantur, & fiat ex eis emplaſtrum: Aut ſumatur farina lentium, & fabarū, & crocus, & nux enden, & ſal, & fiat ex eis epithema cum aqua frigida: Et [m] etiam fiat linimentum cum ſucco fœnugræci: aut [m] cum lacca, & lithargyrio & oleo roſ. Et ex eis, quæ procedunt curſu proprietatis eſt vt liniatur mamilla cum cancro marino contrito: aut cum cancro fluuiali aduſto.

*De caſeatione lactis in mamilla.* Cap. 4.

C QVandoq; lac caſeatur in mamilla propter caliditatem exiccatiuam. Et q̃nq; caſeatur propter frigiditatem congelatiuam. Et tu quidem ſcis ex eis, quorum rememoratio tibi præterijt, ſigna cuiuſq; harum duarum rerum. Medicinæ autem prohibitiuæ caſeationis, ſunt linimentum [n] factum cum cera in quibuſdam oleis ſubtiliatiuis, ſicut oleum alkeiri, & oleum de mēta, & ſimilia, & epithema cum menta trita & lac acetoſum, & epithema ſuper calidam cum cerato ex mucilaginibus frigidis, & oleis frigidis, & cera colata, & coriandrum humidum, & portulaca valde iuuatiua ſunt in hoc emplaſtrata. Et ex medicinis reſoluentibus caſeationem calidam, eſt acetum vini conquaſſatum cum oleo roſ. & calefactum, linitum deſuper, aut folia ſolatri contrita, quibus fiant emplaſtrum: aut folia alkekengi, & folia ſolatri, & folia caulis: aut ſuccus eorum; & proprie q̃n cum eis miſcentur myrrha & crocus. Et iterum acetum vini & oleum viol. & parum fœnugræci, ſumantur, & fiat ex eis epithema. Et ex medicinis reſoluentibus caſeationem frigidam, eſt aſſiduatio embrocationis cum aqua calida. Et prohibent ab ea comeſtio fœniculi & omnes medicinæ, quæ prouocant lac de eis in quibus coquitur anethum, & chamæmilla, & balſamita, & fœnugræcum, & abrotanum, & caſtoreum. Et ex oleis, oleum de lilio, & oleum narciſinum, & oleum de coſto. Et ex medicinis temperatis bonis eſt vt ſumatur panis de ſimila, & farina hordei, & eruca, & fœnugræcum, & euiſcus, & ſemen lini contritum de vnoquoq; quantum vna manus clauſa tenet, & fiat ex eis emplaſtrum. Et ex eis quidem, quæ conferunt apoſtemationi poſt caſeationem, eſt vt D ſuperponatur ſpongia infuſa aqua & aceto tepidis: aut dactyli cum pane aggregentur cum aqua et aceto. Et menta cum aceto & vino eſt bona. Et [o] marchaſita contrita ſicut puluis cum oleo roſ. & albumine oui. Et ex eis, quæ aperiūt oppilationem lactis in mamilla eſt, vt liniatur cum † {caratim,} aut ex myrrha cum aqua calamenthi, & anili, & farina ciceris, & folijs lauri, & ſemine apij, & cymino nabati, & cardamomo cum aqua virgæ paſtoris: & ſimiliter aqua ſiclæ, & triticum cum nigella, & etiam thus cum felle bouis: aut ſumatur mel ſtoracis liquidæ, & miſceatur cum oleo viol. & fricando inungatur ex eo mamilla: quoniam reſoluuntur cum eo caſeatio & apoſtema. Et ſorbeatur aqua caulium: quoniam eſt iuuatiua ad hoc.

*De congelatione lactis in mamylla, & putrefactione eius, & extenſione eius, quæ accidit ei & contuſione ei accedente.* Cap. 5.

SVmatur ſicla, & decoquatur tādiu, donec diſſoluatur. Deinde coniungatur cum medulla panis, & farina fabarum, & oleo ſiſamino, et ſuperponatur. [p] Aut emplaſtretur cum pane, & herba, quæ nominatur [q] † {berdickies} humida cum cera & oleo roſ. aut panis & aqua & oleum cum melle & vino aut rob: iteretur emplaſtrum cum quocunq; fuerit in die bis, aut ter: Et [p] ſiſamum & butyrum & mel. Et ſi miſceatur cum eo farina tritici cum furfure, aut farina fabarū, eſt iuuatiuum.

Euapo-

A † pōdus. vii. chilat
B † glandis vnguētariæ.
C Li. 1. F. 3. d. 1. c. 2.
D Raſ. 15. cont. t. 1. c. 2. 173. 3.
† triſolii
E Ariſt. 1. de natu. anial. c. 11.
F Cap. 2.
G G. 5. ſim. c. 21. g
H Gal. ibi. c. 20. f
I Aet. li. 1. ſer. 4 c. 6.
K † cib⁹ ex lentib⁹
L † agnus caſtus
M Raſ. 15. con. t. 1. c. 2. 173. 4.
N Aet. lib. 4. ſer. 4. c. 4.
O Aet. ibi. c. 35.
† lūbricis terreſtribus.
P Paul. lib. 3. c. 35.
Q † perdicium

Euaporatio [a] cum aqua calida & inclinatio mamillæ ſuper vaporem eius: & proprie quando in ea E decoquitur ſemen lini, & fœnugræcum: & euiſcus, ſeu althęa & ſemen eius, & chamęmilla: & embrocatio cum ea eſt iuuatiua ei, quæ non tolerat grauedinem emplaſtri. Quod ſi accidat cum hoc contuſio iuuatur cum hoc emplaſtro: ſumantur mes, & interiora paſſarum, & conterantur, & conficiantur cum aqua cupreſſi & alatel. Et quando caſeatur in mamilla ſanguis, aſſiduetur eius inunctio cum oleo viol. deinde fundatur ſuper ipſam aqua calida, deinde emplaſtretur cum emplaſtris prædictis in principio huiuſmodi capituli.

A Paul. lib. 3. c. 35. Vide quod vt quaſi ceptum à Paulo tum & deficit.

*De apoſtematibus calidis mamillæ, & doloribus* [b] † {*althendue.*} *Cap.* 6.

B † loci mamillarum in viris.

IN principio quidem eorum adminiſtratio repercuſſiuorum notorum, eſt eorum curatio, & miſceatur cum eis parum de ſubtiliatiuis. Et illud quidem eſt ſicut vaporatio cum aceto vini, cum aqua calida, aut pauco oleo roſ. aut farina fabarum cum oxymelle, & folia ſolatri cum oleo roſ. Et qn̄ pertranſeunt initium parumper, curentur cum emplaſtris dictis in [c] capitulo extenſionis, & cōgelationis ſanguinis. Et ex eis, quæ ſunt bona vltime, eſt vt ſumantur farina fabarum, & melilotum contrita, & oleum ſiſaminum, & fiat ex eis epithema cum aqua dulci. Et iterum panis contritus, & farina hordei, & fabarum, & fœnugræcū, & euiſcus, & vitellus oui, & crocus, & myrrha ſumātur, & fiat ex eis emplaſtrum: & etiam fiat epithema ex ſemine lini cōtrito cum aceto. Et multoties quidem reſoluitur birſen ad apoſtema mamillare, & eſt locus vbi timetur pleureſis. quare ingenia, vt F aggreges pſyllium, & pone ipſum ſuper caput apoſtemoſum, non in circuitu ipſius. Et pone in circuitu inferiorum eius repercuſſiua. Et non vapores in principio doloris ne reſoluatur ſubtile, & remaneat groſſum, quoniam eſt error: Et quando dolet caput mamillæ, fiat phlebotomia, & embrocetur cum eis, quę ſunt ſicut ſandali, & acatia, ita vt non accidat cancer.

C 20. lib. 4. F. 6. t. 2.

*De apoſtematibus frigidis phlegmaticis mamillæ.* *Cap.* 7.

COnfert eis, vt teratur [d] apium, & ponatur ſuper ea, aut chamęmilla.

D Raſ. 15. cont. t. 1. c. 2. 174. 1.

*De duritiæ mamillæ, & nodis, & glandulis, & quod accidit ei ex circuitione papillæ maxime apud pubertatem.* *Cap.* 8.

SI aūt declinat apoſtema apparens in mamilla ad duritiē, tunc ex eis, quę conferunt in principio, eſt vt emplaſtretur cum rizi infuſo in vino: aut inūgatur cū cerato facto ex oleo viol. & vitello oui, & dragagantho. & ſi apoſtema fiat durum, liniatur cum cerato facto ex oleo roſ. & alkitran & aqua camphorę. Et qn̄q; ponitur in ipſo fel bouis. Et qn̄q; medicatur cum folijs gallarum, & oleo. Et ex eis, quæ conferunt, eſt [e] fæx vini decocti veteris: aut fæx aceti, ex qua liniatur. Nodorum autem & glandularum in ipſa melius medicamen eſt, vt ſumantur [f] folia perſici humida, & [f] folia rutę humida, & conterātur ſimul, & cum eis fiat emplaſtrum, quod ſi illud eſt reſiduum duritiei papillæ pubellaris, aut eſt accidens poſt illam, & inobediens, vt medicinæ reſolutionem faciant in ipſo, tunc ne G ceſſarium eſt vt perforetur tantum donec conſequatur pinguedo, deinde extrahatur, & ſuatur.

E Dioſc. lib. 5. c. 79.
F Raſ. 15. cont. t. 1. c. 2. 174. 1.

*De dubellati in mamilla.* *Cap.* 9.

QVando accidit mamillæ apoſtema faciens collectionem, tunc ex medicinis bonis in maturatione eius eſt, vt ſumantur ſeminis lini, & ſiſami, & radicis lilij, & ſtoracis, & ſtercoris caprini, & ſtercoris columbini, & nitri, & gummæ pini partes æquales, ſecundum quod neceſſarium facit teſtimonium, & fiat inde linimētum cum oleo † {ſiragi,} & oleo de alkeiri, & medulla cruris vaccini: & ſi vis pone in ipſo rob. quod ſi indiges perforatione, fac.

† Siſamino.

*De vlceribus, & corroſionibus in mamilla.* *Cap.* 10.

SVmatur [g] vini pontici pondus. xx. lib. & ponatur in ipſo [h] † {de ſumac aldebagin} lib. i. & de gallis īmaturis lib. 5. & de caſia lignea. 5. lib. de nucibus cupreſſi. lib. i. infundantur in vino poſt eorum contuſionem, & dimittatur. xx. diebus: deinde decoquatur cum lignis cupreſſi, & commoueantur cum lignis cupreſſi donec minuatur medietas, deinde confricentur fortiter, & colentur, & reducatur ad ignem, & inſpiſſetur ſitq; ille ignis leuis valde, & reſeruetur in vitriata, & eſt bonum omnibus vlceribus, quæ accidunt in membris mollibus, ſicut ſunt os, & lingua, & alia, & prohibet corroſionem, & rectificat ipſam.

G Pau. lib. 3. c. 35.
H † rhus, quo vtūtur coriarii.

*De illis quæ conſeruant mamillam paruam & ſolidam & prohibent eam à mollificatione & à caſu, & prohibent etiam teſticulos puerorum magnificari.* *Cap.* 11. H

ILlæ quæ volunt conſeruare mamillas ſuas ſolidas, minorent introitum balnei & ſimiliter pueri. Deinde ſumatur ceruſſæ, & chimoleæ amborum ana pondus. ℥. ij. conficiantur cum emulſione ſeminis hyuſquiami albi, & miſceantur cum aliquantulo oleo maſtichino, fiat ex eis linimentum, & aſſiduetur ſuper ipſum pannus lineus infuſus aqua gallarum infrigidata, & proprie quando ſunt mollificati. Et iterum experimentum mulierum, liniantur ſuper eos lutum alhar & mel: quod ſi ponatur in ipſa opium, & panis cum aceto, erit fortius: aut ſumatur luti † {alhar} pondus. ℥. xx. & [i] † {alſucharan} pondus. ℥. ij. & fiat ex eis epithema cum aceto: Aut ſumantur lutum ſamios, & acatia, & ceruſſa, & liniantur cū ſucco arboris [i] {alſucharan:} Aut ſumatur thus, & † {vdha,} & farina hordei, & cōficiantur cum forti aceto valde, & liniatur cum eis mamilla tribus diebus, aut quatuor: aut ſumantur oua alcubugi & viride æris & ſtorax, & climia & liniantur cum aqua pſyllij, aut liniantur cum herba alſucharan, ſicut eſt, teratur, & cōiungatur cum aceto, & dimittatur tribus diebus: & qn̄ vult, vt leuietur, ponatur deſuper ſpongia infuſa in aqua & aceto: Aut ſumantur ſucci altarathit, & corticum granatorū, & plumbi vſti cum ſulfure oīum ana quaſi. ℥. iij. aluminis iameni,

† puri abſq; fœtore
I † cicutæ.
† genus cōchilioꝝ





A ceruſſę, plumbi, lentium aduſtarum omniū ana. ℥. i. limaciarū aduſtarū, abrotani omnium ana. ℥. iij. conficiātur cum aqua plantaginis, & liniantur: [a] Aut ſumatur cyminum al. cum cępe lilij, & melle, & aqua, & dimittatur ſuper mamillam tribus diebus: aut ſumatur ammoniacū & [a] hyuſquiamū & ponatur ſuper eam tribus diebus, & hyuſquiamum ſolum. ix. diebus. Et ex eis quę ſine certitudine experimēti, quæ dicuntur in hoc capitulo eſt, vt liniatur cū ſanguine teſticuli porcini aut ſanguine eritij, aut ſanguine teſtudinis: aut ſumantur oleū, & [a] alumen contritū ſicut alcohol, & ponantur in mortario de plumbo, et moueantur tādiu donec in ipſo reſoluatur plūbum, et aſſidue fiat inunctio cum eo: & ſimiliter [a] lutum alhar, & gallę immaturę, aggregentur cum melle, & liniantur cum eis.

A Raſ. 15. conti. t. 1. c. 2. 174. 4.

## Fen. xiij. De meri, & ſtomacho, & diſpoſitionibus amborum.

### TRACVATVS I. *De diſpoſitionibus meri & ſtomachi.*

*De anatomia meri & ſtomachi.* i. Gula, ſiue Eſophago, & Ventriculo. *Cap.* 1.

B Lib. 13. aial. c. 15. & 16.
C Cap. 3.
D Li. 1. Fē. 1. do. 6. c. vltimo.
E Cap. 3.
F G. li. 3. naturaliū fac. c. 8. h

B MEri [b] quidē eſt compoſitū ex carne & tunicis pannicularibus intrinſece villos [c] habētibus lōgitudinales, vt per eos facilis fiat attractio in deglutitione. Nam tu [d] ſcis, quod attractio nō perficitur niſi villis longitudinalibus, cū contrahūtur, & tegit ipſum exterius pāniculus villos [e] habens latitudinales: vt per eos facilis fiat expulſio ad illud, qd' ſubtus eſt. Scias. n. quod expulſio nō peruenit niſi per villos latitudinales, & in ipſo eſt carnoſitas manifeſta. Et [f] operatione quidem duarū tunicarum ſimul cōpletur deglutitio. ſ. per id, quod attrahit villus eius: & per id quod exprimit villus eius. Qn̄q; aūt difficilis fit deglutitio eius, cuius ſcinditur meri in longitudine, ita vt priuetur attractio, quę adiuuatur in deſcenſione cibi. Et [g] vomitus quidem completur cum tunica extrinſeca, ſola, quapropter eſt difficilis. Et [h] locus quidē eius eſt ſuper ſpondiles, quę ſunt in collo ſm rectitudinem, in cuſtodia & tutela: & deſcēdit cum eo par neruorū ex cerebro. Et qn̄ eſt in directo ſpondylis quartæ, quę eſt ex ſpondylibus dorſi pertingentibus pectori: deinde pertranſit ipſam, recedit parūper ad dexteram dilatando locum venę venientis à corde: deinde deſcēdit ſuper ſpondyles. viij. reſiduas, ita quod qn̄ peruenit ad velamen, ligatur eo ligamine, quod ſubleuat ipſum parumper, vt nō comprimat id, quod comitatur ipſum ex vena magna, & vt ſit deſcenſus neruorum cum eo ſm tortuoſitatem vel reuolutionē ſecurando ipſum à nocumento extēſionis rectę, apud grauitatē aduenientem ſtomacho. Cūq; pertranſit velamē, de- C clinat iterum ad ſiniſtrā, ſm quod declinauit ad dextrā. Et ille quidem reditus ad ſiniſtram, eſt cum pertranſit ſpondylē. x. vſq; ad. xi. & . xij. Deinde dilatatur poſt penetrationē in velamine: & extenditur ampliando figurando os ſtomachi. Et poſt meri eſt corpus ſtomachi dilatatum: & [i] creata eſt α intrinſeca pars meri amplior, & magis ſpiſſa primo inteſtino, qm̄ eſt tranſitus durioris, & intrinſeca pars ſtomachi eſt media. Et eſt lenior apud os ſtomachi. Deinde in inteſtino eſt lenior, & non veſtitur interior pars eius panniculo extenſo vſq; ad poſtremū ſtomachi, adueniente ei ex panniculo tegente os, niſi vt attractio ſit cōtinua, & vt adiuuet ad ſubleuandū epiglottim ad ſuperiora, cum ſit deglutitio, cum extenſione meri ad inferiora, & [k] cum verificaueris inuenies, quod meri eſt pars ſtomachi continua ei cū gradatione. Et eius quidem tunicæ ſunt ſicut tunicæ ſtomachi: quarū magis intrinſeca, eſt magis ſimilis pāniculis, & eius villi declinant ad longitudinē: & magis extrinſeca ambarū eſt carnoſa, groſſa, latitudinales habens villos: verum eſt plus carnoſa ea, quæ eſt ſtomachi, ſed eſt ex ea, & in ſitu eius, & continuatione ipſius. [k] Primum autem inteſtinum nō eſt pars ſtomachi, immo eſt res continua ei ex proximo. Et propter hoc non gradatur ei conſtrictio, neq; tunicæ eius ſunt ſicut tunicę ſtomachi. Nam ſubſtantia meri ſimilior eſt lacerto: & ſubſtantia ſtomachi ſimilior eſt neruis & pyramidalis figuræ ſit pars ſtomachi, vbi continuatur cum eo meri, & obuiat velamini, & ampliatur inferius: qm̄ locus in quo moratur cibus eſt inferior, quare oportet vt ſit am- D plior. Et [l] factus eſt rotundus propter illud, quod ſcitur de iuuamento eius, planus in poſterioribus ſui, vt bona fiat ipſius obuiatio dorſi. Et [m] eſt ex duabus tunicis, quarum interior longitudinales habet villos, propter illud, quod ſcitur de neceſſitate attractionis: & propter hoc contrahitur ſtomachus, cū ſit deglutitio, & eleuatur epiglottis. Et extrinſeca habet villos latitudinales, ꝑpter illud, qd' ſcitur de neceſſitate expulſionis. Et non poſiti ſunt villi expulſiui extrinſeci, niſi qm̄ attractio eſt prima operationum eius & propinquior ei: Deinde expulſio aduenit poſt illud, & cōpletur propter expulſionem ſucceſſiuam in toto vaſe, vt expellatur, quod in ipſo eſt, & [n] permiſcentur tunicę intrinſecę villi [o] † {tranſuerſales,} vt adiuuent ad retentionem faciendam, & poſiti ſunt in attractiuis non in expulſiuis: quare non cōmiſcentur tunicæ extrinſecæ: Et [p] ſeparatus eſt ab eis meri, cum non ſit ad retinendum. Et [q] tota tunica eius intrinſeca eſt neruoſa, qm̄ obuiat corporibus ſpiſſis. Extrinſeca vero pars fundi eius eſt plus carnoſa & calidior, vt ſit plus digerens, & [r] os eius eſt neruoſum plus, vt ſit vehemētius ſenſibile. Et aduenit ei ex neruis cerebri ramus, acquirere ipſum faciens ſenſum, vt percipiat famem & diminutionem Et illo quidem nō indigent reliqua, quę ſunt poſt os ſtomachi. & ſtomachus non indiguit ſenſu, niſi quia eget, vt excitet ipſum quando vacuus eſt venter à cibo. [s] Nam cum extremitas prima eſt ſenſibilis acquirens nutrimētum ſibijpſi & alijs,

G Cap. 3. & G. li. 5. de aſc. 5. a, & lib. 3. naturaliū fa. c. 8. h
H G. lib. 6. de v. p. c. 3. d, & c. 6. g, & R. 11. c. 15.
I Fen. 16. t. 1. c. 1. & G. li. 4. de v. p. c. 7. h infra α
K Gal. li. 4. de v. p. c. 7. a
L Gal. lib. 4. de v. p. c. 7. g
M Gal. ibi. c. 8. a. b
N Gal. li. 5. de v. p. c. 11. a
O † obliqui.
P Oppoſi. li. 1. F. 1. d. 5. c. 1. & d. 6. c. 7
Q Ga. li. 4. de v. p. c. 8. a
R Ga. li. 3. aph. 24. & li. 12. meth. c. 5. & li. 1. de cāis ſymp. c. 7. g, & lib. 16. de v. p. c. 3. e
S Gal. li. 16. de v. p. c. 3. e

non eget illud, quod eſt poſt ipſam illo: qm̃ illa ſufficiens eſt ad deferendum onus alterius. Et[a] iſte quidem neruus deſcendit ab alto reuolutus ſuper meri: & inuoluitur ſuper ipſum vna inuolutione, cum eſt propinquus ſtomacho, deinde continuatur ſtomacho. Et[b] loco ſtomachi vehementioris gibboſitatis ſuperponitur vena magna, procedens in longitudine ipſius, & mandat ei ramos plurimos, qui cum eo ligantur, & diuiduntur in ramos ſubtiles, conſtituti in ordine vno. Et[c] adheret ei arteria ſimiliter. & procedit ex arteria, ſicut illud: & innititur vnaquæq; earum ſuper plicationes ſiphac: & contexitur ex ſumma earum zirbus, ſm̃ q̃[d] narrabo. Et[e] ſtomachus quidem digerit caliditate, quæ eſt in carne ſua innata: & caliditatibus alijs acquiſitis à corporibus vicinantibus ei. Hepar.n. ſuperponitur dextro eius deſuper: & illud ideo, qm̃ illic rotundatur. & fit eius ſuperpoſitio bona. &[f] ſplen ſternitur ſub eo à ſiniſtro, elongatus parumper à velamine propter fœditatem vel vilitatem eius. Nam ſi ſuperponeretur ipſe & hepar ſimul vna ſuperpoſitione, grauaret illud ſuper ſtomachum. Electum eſt igitur, vt ſuperponatur hepar taliter, quatenus cõprehendat ipſum additionibus extenſis,[g] ſicut digiti, & ſubſternatur ſplen ſubtus. Et cum hoc eſt hepar magnum valde ſm̃ comparationem factam ad ſplenem, propter neceſſitatē ſuæ magnitudinis: & quõ non cum[h] ſplen non ſit receptaculum cuiuſdam ſuperfluitatis eius.[h] Conſequens ergo eſt vt declinet caput ſtomachi ad ſiniſtram, amplificando locum hepati, & coanguſtet locum ſiniſtrum: Et declinet eius inferior pars ad ſpatium, quod euacuauit hepar ſubtus: & dilatet etiam locum ſpleni à ſiniſtra, & deſubtus. Poſita eſt ergo nobilior durum partium, quæ eſt ſuperior, & dextra hepati, & vilior earum oppoſita eis, ſpleni. Hoc eſt. Et[i] calefacit ipſum ab anteriori parte zirbus extenſus ſuper ipſum, & ſuper omnia inteſtina hoĩum proprie, ꝑpterea, q̃ ſunt magis egentes adiutorio digeſtionis propter debilitatem virtutum ipſorum digeſtiuarum, ſm̃ comparationem ad alia: & factus eſt zirbus ſpiſſus vt comprehendat caliditatem: & ſubtilis, vt ſit leuis pinguis, vt ſit conſeruatiuus caliditatis naturalis ab anterioribus. Adeps.n. eius recipit caliditatem valde, & conſeruat eam propter viſcoſitatem ſuam, pinguem. Et[k] ſuper zirbum panniculare eſt ſiphac nominatum[l] †{ beriteron. }Et ſuper ipſum, eſt mirac, & lacerti ventris pingues oẽs.[m] Et iſtæ duæ tunicæ, coniunctæ ſunt in ſupremo ambarum apud velamen: & ſeparatæ ab inferiori parte earũ. Et[n] à poſterioribus dorſi extenditur vena pulſatilis, magna, ſuper ipſum, calida propter multitudinem caliditatis ſui ſpiritus, & ſanguinis ſui. Et aſſociatur ei vena magna calida propter caliditatem multitudinis ſui ſanguinis. Et[o] ſiphac quidem ex ſumma horum, eſt panniculus primus, qui comprehendit viſcera omnia nutritiua. Ipſum.n. tegit ea, & declinat ad interiora, & aggregatur apud dorſum à lateribus ſuis, &[p] continuatur velamini à ſuperiori parte ſui, & continuatur inferius veſicę, & duobus ilijs ab inferiori parte ſui. Et[q] illic adueniunt ei duo foramina, apud duo inguina, quæ ſunt duæ vię, in quibus penetrant venæ, & ſuſpenſoria: & cum dilatantur deſcēdunt per ea inteſtina. Et iuuamenta quidem eius ſunt, tutamen illorum viſcerum, & diſtinctio inter inteſtina, & lacertum mirac, vt non cooperiat ea, & non conturbentur eorum operationes. Et cõicant ei etiam lacerti, qui ſunt in ventre noti, & in tunica extrinſeca, quæ eſt mirac, ſunt iuuamenta. Qm̃ ipſa comprimit ſtomachũ cum motu lacerti cum eo & cum motu ſui ipſius. ſ. ſtomachi. Extenditur ergo totum ſuper vaſa, de quibus ſunt corpora, quorum proprietas eſt, vt[r] expellant expreſſione quadam adiuuante ad expulſionē fęcis. Et ſimiliter exprimunt veſicam, & adiuuant ad emittendam vrinam: & exprimunt ventoſitates inflatiuas vt exeant, quare non deficiunt inteſtina, &[s] adiuuant ad pariendum. Et[t] ſiphac quidem ligat omnia viſcera ad inuicem & cum dorſo. Et fit eorũ aggregatio firma: & eſt ipſe cum dorſo ſicut res vna. Et quando continuatur velamini, & obuiant duæ extremitates eius apud dorſum, tunc ligatur illic: & ex inde eſt eius initium. Eius nanq; initium eſt ſuperfluitas deſcendens ex velamine ad os ſtomachi et obuiat ei ſuperfluitas ex aſcēdente ex eo ad dorſum, & obuiant ſibi, & generatur illic ſiphac. ſ. corpus panniculare non diuiſum in villos ſenſibiles,[t] immo corpus ſimplex in ſenſu: & comprehendit ſtomachum poſterius à duabus tunicis, quę ſunt in ſubſtantia ſtomachi. Et eſt tutamen tunicæ carnoſæ, quę eſt ei: & peruenit ad ſtomachum, & ligat ipſum cũ corporibus, quę ſunt à parte dorſi, & ſunt ei plicationes, & aſcenſio, & deſcenſio. Et illud, quod in ipſo eſt groſſius, eſt inferius eius, & ſiniſtrum ipſius: & eſt ei tunica ex ſupereminente lacerto ventris cooperiens: & ſub ipſo vel ipſa eſt ſubtile eius, quod eſt in veritate ſiphac, & eſt vehementis ſubtilitatis. Et ex eo oritur panniculus, tegens pectus: & ſuperfluit ex origine ſiphac ſuperfluitas à duobus lateribus, ex qua, & ex ramis duarum venarum. ſ. pulſatilis & non pulſatilis extenſis ſuper ſtomachum, texitur ſubſtantia zirbi,[u] quę cõtexta eſt ex duabus tunicis, aut ex pluribus tunicis, ſecundũ loca ſuperpoſitis pinguibus cooperiens ſtomachum, & inteſtina, & ſplenem, & meſaraicas terminata ad latus planum. Et iſte zirbus cum ſua pinguedine zirboſa eſt ſuſpenſus vel alligatus cum eo, quod ſuperfluit ex ſtomacho, & concauitate ſplenis. Et cum loco arteriarum eius & cum glandulis, quæ ſunt inter venas ſugentes, quę nominantur meſaraicæ & inteſtinum. xij. digitorum. Verum eius alligationes ſunt paruę, et debiles. Et quandoq; continuantur cum hepate & coſtis mendoſis dorſi leui continuatione: & iſtæ quidem alligationes ſunt origines zirbi: & prima earum eſt ſtomachus: &[x] zirbum iſtud eſt, ſicut ſaccus in quo ſi aliquid poneretur, retineret illud.[y] Cum ergo verificaueris, tunc ſcias, q̃ cutis, & pãniculus, qui eſt poſt ipſam, & eſt carnoſus, & lacertus poſitus in tunica, quæ eſt ſuprema tunicarũ lacerti ventris, nota determinata, oẽs ſunt in ſumma mirac. Et tunica, quæ eſt infima tunicarum lacerti ventris, cum panniculo ſubtili, quę eſt ſecundũ veritatē



A Gal.li.4.de v.p. c.7.f
B G.lib.de diſſe. venarum.c.1.a
C Ga.li.de diſſe. arteriarũ.c.9.c
D Parum infra in præſenti capite.
E Li.1.do.4.c.2.& G.li.4.de v.p.c.8.c & li.3. naturalium fac.c.7.b
F Fen.15.c.2.
G G.ibi.li.4.c.8.c
H G.li.4.c.4.b
I G.li.4.de v.p.c. 9.d.& li.6.anato.c. 5.e.f
K Fen.12.t.1.c.1.
L † peritoneum.
M Ga.li.4.de v.p. c.10.a
N G.ibi.c.11.b
O G.li.6.anat.c.4. g.& 5.g.& lib.4.de v.p.c.9.g.& 10.a
P Fen.12.t.1.c.1.& Ga.lib.4.de v.p.c. 9.g.& 10.a
Q Fen.12.ibid.& Ga.c.9.& 10.a.& 5. de anat.c.6.c
R Gal.li.3.natura. fac.c.3.b,& lib.1.de ſan.tuē.c.12.f,& li. 1.lo.af.c.1.& 3.e
S G.li.3.naturaliũ fac.c.3.b
T Fen.12.ibidē.& Gal.ibidem.c.9.f
V G.lib.4.de v.p. c.11.c
X Fen.12.t.1.c.1.& G.li.6.anat.c.5.e
Y Fen.12.ibidem.



A ſiphac, eſt ex ſumma ſiphac: Et zirbum eſt ſicut interior pannus ſiphac, & ſicut exterior ſtomachi. Et hæc quidem corpora omnia ſunt adiuuantia in calefactione ſtomachi, quorum adiutorium eſt in defenſione eius. Et in inferiori parte ſtomachi, eſt foramen, cui continuatur inteſtinum. xij. digitorum. Et hoc quidem foramen nominatur portenarius: &[a] eſt ſtrictius a foramine ſuperiore, qm̃ eſt tranſitus eius, quod digeſtum eſt, & ſubtiliatum: & illud eſt tranſitus eius, quod eſt contrarium ei. Et[b] iſte quidem meatus clauditur vſquequo completur digeſtio, deinde aperitur quouſq; compleatur expulſio. Et ſcias, q̃ ſtomachus nutritur tribus modis.[c] Vnus eorum eſt, eius quo fouetur cibo adhuc in eo exiſtente. Et ſecundus eſt eius, quod ad ipſum venit[c] ex nutrimento in venis prędictis in anatomia venarum. Et[d] tertius eſt eius, quod ad ipſum effunditur in tempore famis vehementis ab hepate ex ſanguine rubeo puro, & nutrit ipſum. Et[e] ſcias, q̃ antiqui, qñ dicunt os ſtomachi, intelligunt qñq; introitum ad ſtomachum, & eſt locus ſtrictus, in quo non dilatatur aliqua partium introitus ſtomachi, quæ ſunt poſt meri. Et[f] qñq; ſuperiorem introitum, qui eſt terminus cõmunis inter meri & ſtomachum. Et[g] quidam hoĩes ſunt, qui nominãt ipſum alfuad, & cor ſicut ſunt quidam homines, qui faciunt currere in ſermone ſuo os ſtomachi, & innuunt ad cor communicantes in nomine, aut debiles in diſcernendo. & iſti quidem ſunt valde antiqui medicorũ.[h] Hip. autem multoties dicit fuad, & ſignificat per id os ſtomachi ſecundum ſuam expoſitionem.

*De ægritudinibus meri. i. Gulæ.* *Cap. 2.*

B QVandoq; accidunt meri ſpecies malitiæ cõplexionis, & debilitant ipſum ab operatione ſua, quæ eſt deglutitio. Et quandoq; fiunt in ipſo ægritudines inſtrumentales omnes, & communes: & quandoq; fiunt in ipſo apoſtemata calida, & frigida, & dura. Et illud quod plurimũ fit in eo de ægritudinibus inſtrumentalibus, eſt oppilatio, aut propter coarctationē de foris à[i] ſpondyli remota: aut apoſtemate membri vicinantis ei, aut propter[k] apoſtema in ipſo, aut in lacerto, qui retinet ipſum. Et ſumma quidem ægritudinum, quæ accidunt ei ſæpius, ex ægritudinibus communibus,[l] eſt fluxus ſanguinis, & eruptio eius.

*De qualitate deglutitionis.* *Cap. 3.*

SCias[m] q̃ deglutitio fit per meri, cum virtute attractiua attrahente cibum cum villis longitudinalibus quos adiuuãt[n] villi latitudinales: ꝑpterea, q̃ retinent retro illud, quod deglutiť, & exprimũt ipſum ad inferiora: et vomitus etiã completur per meri.[o] Verum deglutitio eſt facilior: qm̃ eſt motus ſm̃ curſum naturalem: & fit cũ adiutorio duarum tunicarũ: quarum vna habet lõgitudinales villos: & altera eſt cooperiens eam, latitudinales habens villos.[p] Vomitus aũt eſt motus non ſm̃ curſum naturalē: & nõ cõpletur eius operatio niſi ꝑ tunicam velatiuam exprimentē tantum.

*De conſtrictione deglutitorij, & difficultate deglutitionis.* *Cap. 4.*

C COnſtrictio deglutitorij, aut fit propter cauſam in ipſo meri, aut fit ꝑpter cauſam vicini eius. Et cauſa, quæ eſt in[q] ipſo, meri, aut eſt apoſtema, aut ſiccitas ſupflua: aut exiccatio humiditatis in ipſo propter febrem, aut aliud, aut eſt aliqua ſpecierũ malitiæ cõplexionis ſuperfluæ: aut caſus virtutis, & debilitas eius, & proprie in fine ægritudinum acutarum malarum timoroſarum, & aliarum. Et[q] cauſa vicini eſt conſtrictio conſtringentis. ſ. aut apoſtematis in lacertis epiglottis, ſicut fit in ſynantijs, & alijs. Et qñq; eſt cũ conſtrictione anhelitus etiam, aut membris colli: aut[r] eſt declinatio ſpondylis ad interiora: aut eſt ventoſitas inuoluta in ipſo coarctans: aut ſpaſmus, & cuzez, qui vult fieri: aut iam incepit. Hoc enim ſæpe antecedit cuzez, & congelationem. Iam autē accidit cuidam notorum noſtrorum difficultas deglutiendi propter retentionem rei in deglutitorio ignotæ, & perduxit eum illud ad ſimilitudinem præfocationis: & fecit eũ ſyncopizari cum nauſea, cum qua euomuit vermes plurimos: cum quorum expulſione facilior facta eſt deglutitio, & ablata eſt præfocatio, Et ſcias, q̃ cauſa fuit retentio eorum illic.

*De ſignis.* *Cap. 5.*

IN illa quidem, quæ eſt propter ſpondyles augmentatur conſtrictio in tempore reſupinationis, & eſt deglutitio doloroſa apud ſpondylem remotam. Et[s] illam, quæ eſt cauſa malitiæ complexionis debilitantis, ſignificat longitudo temporis tranſitus eius, quod deglutitur: cum tempore vel D cum motu tepido & paucitate motus fortis ſeu feſtini motus in toto ſpatio abſque dolore: niſi ſit illud in parte meri notabiliter: quare fit conſtrictio illic & ſentitur cum retentione eius, quod deglutitur apud ipſum. Et in illa, quæ eſt cauſa apoſtematis, fit cõſtrictio in propinquitate ipſius, & fit ibi dolor, & non euacuatur diſpõ in pluribus à febre, quãuis plurimũ non ſit vehementis fortitudinis. Et[s] quando apoſtema eſt calidum, ſignificant etiam ipſum caliditas, & ſitis. Et[t] ſi non fuerit calidum, non erit febris. Et[u] qñq; eſt exitura non cum illa caliditate: & eſt illic dolor paruus, cum quo accidunt in quibuſdam horis tremor & febris. Et quandoq; faciunt collectionem, & rumpitur, & emittit ſaniem, & ſedat illud, quod aduenit ex eo, & fit ægritudo vlcus. Et illam, quæ fit in anteceſſione cuzez, & congelationis, ſignificant cum ea reliquæ ſignificationes.

*De cura.* *Cap. 6.*

SI cauſa fuerit apoſtema, aut remotio: tunc cura eius erit cura illius. Et ſi cauſa fuerit malitia complexionis: tunc ſi fuerit inflammatio, & aduſtio, & caliditas in ſuperficie oris, oportebit vt adminiſtres linimenta[x] inter ambas ſpatulas ex ſuccis, & medicinis frigidis. Et ſorbeat.[y] †{ aldug acetoſum, }& quæ ſunt ſimilia illi. Et ſi fuerit ex frigore, & eſt illa, quæ ſæpius fit, oportebit vt curetur cum emplaſtris calefactiuis, quibus vteris in curatione ſtomachi frigidi, & cum

A Ga.li.4.de v.p. c.7.b
Supra a
B G.li.2.de ſymp. diſ.c.3.c,& li.3.de natural.facul.c.2.g
C Li.1.doc.5.ſũ.5.c.1.
D T.5.c.8.& G.li. natural.c.13.b,& li.de atra bile.c.7.c
E Ga.1.loc.af.c.7. & li.1.g.h,& lib.13. meth.c.17.g
F G.1.de ſympto. diſ.c.7.g
G G.5.lo.af.c.6.e,& lib.3.de criſi.c.11.& 14.e,& 3.prognoſt.30.f
H Lib.4.apho.17.
I G.5.lo.af.c.5.a.b
K Gal.ibidem.b
L Gal.ibi.d
M Cap.1.& lib.1. Ha.loc.6.c.vlt.& Gal.lib.3.natur.fac. c.8.h,& 5.loc.affe. c.5.a
N Cap.1.& G.li. natural.fac.c.8.h
O Gal.ibi.h
P Cap.1.
Q G.5.loc.affect. c.5.b
R Gal.ibid.a.b
S G.5.loc.af.c.5.e
T Cap.2.& Gal.d
V Gal.ibid.d
X Cap.9.& Gal.13. meth.17.g
Y † lac acetoſum coagulatũ, ex quo extractum eſt butyrum.

oleis, & vnguentis calefacientibus dictis in ipſo: & cũ oleo balſami, & oleo raphanino, & oleo muſcellino, & ſimilibus: & cum emplaſtris factis ex caſtoreo, & ammoniaco, & myrrha, & praſſio, & alijs. Quod ſi fuerit propter cõplexionem humidã relaxantẽ valde: & ſcitur ex cõitate ſuperficiei oris & linguæ cũ eo: tunc curetur cum eo in quo ſunt ſtipticitas, & calefactio, ex medicinis aromaticis poſt mundificationẽ ſtomachi & rectificationẽ eius, ſi eget ea. Et iſtæ quidem medicinæ ſunt ſicut aniſum aſſatũ, & [a] † {behen} duo, & [b] ſpica, & ſpica celtica, & foliũ indum, & [b] thus, & minutũ ipſius, & [b] myrrha. Et ſi neceſſariũ eſt vt miſceanť cum eis calefacientia fortia cum ſtypticis frigidis, vt frangatur p calefacientia frigus ſtypticorum frigidorum, & vehementis exiccationis, ſicut roſarũ, & balauſtiarum & ſimiliũ, fiat. Et apud me aniudẽ eſt vehementis iuuamenti in hoc. Et ſi fuerit cauſa ſiccitas, fiat contrarium illius: & adminiſtra electuaria humectantia æqualis cõplexionis, & oua ſorbilia, & adipes, & butyrum, & medullas, & regimen corporis, & ſtomachi. Nã meri in pluribus ægritudinibus, eſt ſequens in complexione ſua complexionem oris ſtomachi. E

A † fruſtra lignea, quæ ſunt radices
B Cap. 11.

*De apoſtematibus meri.* Cap. 7.

QVandoq; ſunt calida phlegmonica, & puſtularia calida, & frigida phlegmatica, & dura, & ſecundum plurimum difficultatur eorum maturatio, & fit tarda.

*De ſignis apoſtematum meri.* Cap. 8.

SIgnificat ipſa, dolor in hora [c] deglutitionis perueniens ad poſteriora ſpondylium colli, cum conſtrictione deglutitorij, & cum illo, quod ex eis eſt calidum, quandoq; eſt febris non vehemens: & quandoq; eſt veniens hora poſt horam, quaſi ipſa ſit [d] febris diei non vehemẽs: & quandoq; eſt cum eo [d] horripilatio: Verum eſt cum eo ſitis vehemens, & caliditas, Cum ergo maturatur remouetur horripilatio: & quando aperitur, emittit pus, Cum autem apoſtema eſt non calidum, eſt conſtrictum ſecundum ſimilitudinẽ conſtrictionis apoſtematis calidi: [e] Verum eſt abſq; caliditate, & neq; eſt febris, neq; ſitis. F

C G. 5. loc. aſ. c. 5. b
D Gal. ibide. d
E Cap. 5. & Gal. d

*De cura.* Cap. 9.

MEdicinæ illius aliæ ſunt, quæ bibuntur, & aliæ ſunt, quę exterius apponuntur: Et oportet vt medicinæ, quæ exterius apponuntur, ponantur [f] in loco, qui eſt inter duas ſpatulas: & oportet vt ſint medicinæ repercuſſiuæ ſtypticę factæ ex odoriferis, & fructibus, ſm comparationẽ, quæ fit in curatione apoſtematũ ſtomachi. deinde addanť in eis ea, quæ ſunt ſicut ammoniacum, & bdellium, & gluten alimbat, & ficus: præter q euacuata ſint à ſtypticis, & ex adipibus etiam, quod ſi illa non valent, & ſunt neceſſaria illa, quæ ſunt plurimæ reſolutionis, & apoſtema fuerit in radice durum, tunc oportebit vt miſceantur cum eis ea, quæ ſunt fortis reſolutionis, ſicut grana lauri, & pyrethrum, & cordumeni, & ireos, & balſamum, & ariſtolochia. Et quãdoq; eſt tibi neceſſarium vt adminiſtres erumpentia emplaſtrizando: ſicut ſinapis, & gummi rutæ agreſtis, & reliqua, quæ ſunt de his, quæ diximus in dubellati pectoris & pulmonis, quouſq; perueniatur ad terminũ ſtercoris columbini. Oportet aũt vt in cura eius, quod calidum eſt, ſumantur medicinæ, quę bibuntur, quarum quædam ſunt loch: quorum inceſſus ſuper locum, ſit inceſſus paulatim paulatim. Et ſint in primis loch ex eis, quæ ſunt ſicut lentes, & ſpodium cũ mucilagine ſicut pſyllij & ſeminis portulacæ, & aqua cucurbitæ, & ſimilia: deinde fiat permutatio ad permiſtionem ex repercuſſiuis & reſolutiuis, in qua iam poſitum ſit aliquid ex ficubus, & ex aqua fœniculi, & chamæmillæ. Deinde addantur & ponantur in ipſa dactyli, & fœnugrecum, & adminiſtrentur ſorbitiones, in primis quidem ex repercuſſiuis ſicut factæ ex farina hordei, & lentibus. Et fiant acetoſæ cum eo, quod ſcis, & nõ acetoſæ, Et cum incipit maturari, fac ſorbitiones ex ſucco furfuris, ſeu emulſione furfuris cum oleo amygdalino & zuccaro. Deinde pone in eis, quæ ſunt ſicut farina orobi, & ciceris. Et quando peruenit ad eruptionem, tunc indiges vt accipias in ipſo virtutem ex radice lilij cœleſtis, & amygdalis amaris, & praſſio, & aliquid ex ſinapi, & ficubus, & dactylis. G

F Cap. 6. & Gal. 13 meth. c. 17. g

*De cura apoſtematum frigidorum.* Cap. 10.

COnſidera quod dicitur in [g] apoſtematibus ſtomachi frigidis, & adminiſtra ſuper ea lenificantia maturatiua. Intrinſecus quidem ſicut loch, & ſorbitiones, quæ diximus ad maturandum, ſicut quæ fiunt de farina hordei & farina orobi. Et illa in quibus ſunt ablutio, & fortitudo, ſicut radix lilij cœleſtis, radix ligritiæ, & alia. Sed exterius ſunt emplaſtra maturatiua, q̃ diximus, de quibus ſunt fœnugræcũ, & chamæmilla, & melilotũ, & bdellium, & gũmi albotim, & ammoniacum, & ireos, & virtus aromaticorum, quod ſi declinant ad [g] maturationem, & ſedationem, fac ſicut dictũ eſt in capitulo primo, & conſidera in eis illud, quod dicitur in capitulo apoſtematũ ſtomachi. H

G T. 4. c. 6.

*De eruptione ſanguinis ex meri.* Cap. 11.

IAm [h] ſciuiſti cauſas eius, & [h] ſigna ipſius in capitulo vomitus ſanguinis: quare oportet, vt quærantur illic. Et ex eis quibus fit differentia, eſt illud, quod dicitur in curationibus eruptionis ſanguinis ex ſtomacho, ſcilicet q medicinæ in hac eruptione oportet vt ſint medicinę habentes viſcoſitatem, & glutinoſitatem, vt non impellantur ad ſtomachum ſubito, immo currant ſuper locũ, eruptionis cum lenta mora, vt poſſibile ſit eis agere in eum in illam lenta mora operationem fortem, quamuis redeant per viam venarum, & agant in ipſum. verum cum virtute debili propter longitudinem viarum, & multitudinem paſſionis in vijs.

H T. 5. c. 10. & 11.

*De vlceribus meri.* Cap. 12.

QVandoq; accidunt vlcera in meri aut ex bothor accidente in ipſo: aut propter apoſtemata, quæ



A quæ erumpuntur in eo: aut propter humores acutos tranſeuntes in ipſo cum fit vomitus, & ſimilia: & non elongatur quin eueniant ex catarrho.

*De ſignis ipſorum.* Cap. 13.

IAm oſtendimus in [a] capitulo vlcerum ſtomachi differentiam inter vlcera ſtomachi, & vlcera meri. Illic ergo perpendantur. Verũ ſignificationes, q in meri eſt vlcus, & non apoſtema, ſunt q [b] deglutitio in apoſtemate lædit cũ magnitudine buccellæ, & quãtitate eius, pluſq; lædat cũ qualitate ipſius ex acuitate, aut [b] acetoſitate, aut ſtypticitate. Verũ ſm diuerſitatẽ qualitatis in ea, diuerſificatur in vlceribus impedimentũ. Et fortaſſe vnctuoſum æqualis quantitatis non lædit, & paruũ quod habet qualitatẽ dominantẽ, lædit ita vt illud, quod eſt penetrans non comprimit ſua magnitudine. Sed affectum qualitate forti lædit, & dolorem facit. Et illius quidem cui accidit vlcus ab exitura antecedente: cura fit difficilis: & eſt propinquus morti ſecundum plurimum.

A 13. t. 4.
B G. 5 loc. aſ. c. 5. d

*De cura.* Cap. 14.

SI fuerint in meri vlcera, non in potu tribuemus medicinas conſolidatiuas illorum vlcerum ſubito, vnica vice ſicut facimus cum volumus in potu tribuere medicinas vlcerum ſtomachi, & aliorum: [c] imo ingeniandũ eſt in illis medicinis vt demus eas ad potandũ paulatim, & vt eligamus eas groſſas, viſcoſas, aut eis miſceamus viſcoſa, & groſſa. Et cauſa in hoc eſt, qa medicinæ non morant ſuper meri, neq; finguntur, imo tranſeũt, & ſeparanť. Cumq; ſeparanť in potu, & non potanť ſubito, vice vna obuiãt faciendo obuiationẽ, poſt obuiationem: quare efficiunt operationem poſt operationẽ. Cum ergo inuiſcantur, adhærent ſuo itinere, & figuntur, & non ſeparantur ſubito. Illarum vero medicinarum ſubſtantias dicemus in [d] caplõ vlcerum ſtomachi, ipſæ enim ſunt illæ.

C G. 4. meth. c. 7. g
B
D 14. t. 4.

*De ſignis complexionum naturalium ſtomachi.* Cap. 15.

SIgna complexionis calidæ naturalis in ſtomacho ſunt, q bene [e] digerit cibaria fortia, ſicut carnes vaccinas, & anſerinas, & alia. Et [e] q corrũpuntur in ipſo cibi ſubtiles, leues, ſicut caro pullorum, & lac, & q [e] ipſe recipit cibos, qui ſunt calidæ cõplexionis melius: Et [e] q digeſtio vincit appetitum. Et ſigna cõplexionis frigidæ naturalis ſunt, [f] vt non ſit in appetitu diminutio: & [f] ſit in digeſtione diminutio, quare non digerit niſi cibaria ſubtilia, leuia. Et [f] vt ſit melius recipiens cibaria, quæ ſunt frigidæ complexionis. Et ſigna complexionis ſiccæ naturalis ſunt, q [g] ſitis multiplicatur in conſuetudine: Et ſit [g] contentus pauca quãtitate potus, & aduenit [g] nauſea ex quantitate plurima, & eſt [g] ſtomachus recipiens cibos plurimæ ſiccitatis, melius. Et ſigna complexionis humidę naturalis ſunt, q [h] ſitis eſt parua, cum [h] tolerantia potus plurimi, & [h] ſecuritate à nauſea, & [h] ſtomachus eſt recipiens cibos humidiores melius.

E G. art. med. c. 62
F G. art. med. c. 63.
G G. ar. med. c. 60
H G. art. med. c. 61.

*De ægritudinibus ſtomachi.* Cap. 16.

C STomacho accidunt qñq; ægritudines malitię [i] cõplexionis. xvi. puræ, & factæ cum materia ſanguinea, vel cholerica cum ſpeciebus ſuis: aut phlegmatica vitrea, aut ſubtili natãte: aut habente ebullitionẽ, aut phlegmatica acetoſa, aut ſalſa: Aut materia melancholica acetoſa, aut pontica. Et accidunt ei apoſtemata: & accidũt ei vlcera, & reſolutio ſingularis, & quæ currũt via eorum, ex cauſis intrinſecis, & extrinſecis ſicut caſu, & percuſſione. Et qñq; tolerat diſruptionem, & non interficit ſtatim. Et qñ vltimatur ſolutio ita vt diſrumpatur corpus ſtomachi, tunc patiẽs moritur. Inquit [k] Hip. omnis cuius diſrumpitur ſtomachus, moritur. Et qñq; accidit ei raritas texturæ in villis ſuis. Et qñq; accidit ei vehementia ſpiſſitudinis. Et accidit ei ex ęgritudinibus creationis in quãtitate, vt ſit magnus valde: aut paruus valde. Et ex ægritudinibus figuræ, vt ſit verbi gratia vehementis [l] rotunditatis. Et ex ægritudinibus aſperitatis & lenitatis, vt ſit vehementis lenitatis lubricus. Et ex nocumento ſitus, vt ſit ſitus eius, verbi gratia, vehemẽtis [l] apparitionis ad exteriora. Et qñq; accidit ei etiã oppilatio in villis ſuis, & [m] oppilatio in meatibus ſtomachi ad hepar, & ad ſplenẽ. Et accidit [n] † {darb vel darab} ſi fuerit iſtud in vijs hepatis, & paruitas appetitus, ſi fuerit iſtud in vijs ſplenis. Et qñq; accidunt in ſtomacho vẽtoſitates & inflatio cauſa ciborũ, & cauſa debilitatis ſuæ in ſeipſo, & nos faciemus ad illud [q] capitulũ ſingulare. Et malitia qdẽ cõplexionis in ſtomacho, qñq; fit ex cauſis extrinſecis. ſ. ex calore, & frigore, & aliorũ ab ambobus, & qñq; fit ex cauſis D intrinſecis. Et ex ægritudinibus quidẽ ſtomachi ſunt quædã, quæ cõmouentur in calore vehementi, aut propterea, q ipſe adiuuat eũ in attractione materierũ malarũ ad ipſum, aut quia adiuuat caliditatẽ eius ad reſoluendam materiã in ipſo, malo adiutorio non naturali, reſoluente vel pmutante ipſum ad formam non naturalem. Et qñ eſt cũ materia, tunc non euacuať, [p] quin aut ſit cũ materia imbibita in corpore ipſius, ſubmerſa. Aut adhærens ſup corpus eius, Aut effuſa in cõcauitate ipſius. Et qñq; eſt humor, inuentus in ipſo gñatus. Et qñq; eſt effuſus ex mẽbro alio ad ipſum, ſicut effunditur ex [q] cerebro cũ catarrho calido, aut frigido, & calefit ꝑpter ipſum cõplexio ſtomachi, aut infrigidatur, & declinat ad cõplexionem eius, quod deſcendit ad ipſum. Et ſiĉ α qñq; effunditur ad ipſum ex felle humores cholerici: & illud in quibuſdã in quibus creatur viæ magnæ ex felle ad ſtomachũ, loco aduetus ſui ſm plurimũ ex felle ad inteſtina, quare effunditur ad ſtomachum illud, quod oportet vt effundatur ad inteſtina. [r] Cumq; prolongantur, faciunt accidere ſalſi & acuti, qui ſunt ex eis, in ſtomacho vlcera: & frigidi, & inſipidi lenitatem, & lubricitatem. Et qñque perueniť eorum impreſſio ad primum inteſtinum eorum, quæ ſequuntur ipſum. Sed corruptio appetitus, & aliſtimbre in ipſo, eſt res prima. Sunt [s] enim quidam homines in quibus creatur illud ſecundum, contrarium conſuetudinis, ſecundum quod [t] diximus in anatomia, & ſecundum contrarium

I Gal. 2. meth. c. 4. d. c
K 6. aphor. 18.
L G. art. med. c. 71.
M Cap. 1. & t. 5. c. 1. & li. 1. Fẽ. 1. do. 5. ſũ. 5 c. 2.
N † fluxus humoralis cronicus.
O T. 5. c. 1.
P Gal. li. 7. meth. c. 11. h
Q Gal. ibidem. b infra α
R T. 4. c. 12. & Fẽ. 16. t. 1. c. 2. & Gal. 6. aphor. 2.
S Fen. 15. t. 1. c. 1. & G. art. med. c. 74. & 2. de tpa. c. 6. c. d
T F. 15. t. 1. c. 1.

contrarium eius, quod eſt ſm plurimum in creatione venarū venientiū ad ſtomachū ex felle.[a] Et E quādoq; effunditur ad ipſum ex hepate, & [b] ex felle, in quibuſdam, in quibus creatur ex felle via magna ad ſtomachū, quare effunditur in ipſum illud, quod erat neceſſarium vt effunderetur ad inteſtina. Et [c] qñq; effunditur ad ipſum melancholia ex ſplene etiā, ſicut faciam te,[d] cognoſcere. Et plurimum, quod ad ipſum effunditur, eſt cholera ex hepate. Et qñq; adiuuāt ad illud cauſæ, quæ ſunt in ſtomacho, ſicut [e] dolor vehemens & triſtitia vehemens, & tarditas cibi, & debilitas virtutis eius in expulſione. Et [f] qñq; eſt cauſa in eo, ira, aut triſtitia aut paſſio animalis ex eis, quæ mouent materiam, & effundunt eam ad ſtomachum, & facit accidere mordicationem, quæ non remouetur niſi vomitu. Et quandoq; effunduntur ad ipſum cum huiuſmodi motibus, & [g] proprie fame humores virulenti, præcipue cum fuerint in illis partibus vlcera, & cū hoc quandoq; effunduntur ad ipſum melancholia etiam. Et cauſa in effuſionibus melancholiæ ad ipſum, eſt multitudo melancholiæ, aut debilitas ſtomachi. Et cauſæ multitudinis melancholiæ ſunt ex eis, quæ tu [h] ſcis. Et [i] cauſa effuſionis ſanguinis ad ipſum, eſt multitudo ſanguinis, & cōmotio eius in mēbro nobiliore eo, vicinitate eius in latere ſuo, ſicut eſt hepar aut ſupra ipſum, ſicut eſt cerebrū, cū ex ipſo effunditur ſanguis ad guttur, & meri, & penetrat ad ſtomachū: Et virtutis ipſius expulſiuæ debilitas adiuuat ad recipienda oīa, quæ effunduntur ad ipſum, & [k] ex cauſis fortibus in effuſione ſanguinis ad ipſum, & ad alia, eſt retentio [l] curſus menſtruorum, & ſanguinis [m] hæmorrhoidarū aut ſanguinolen F tæ egeſtionis aut dimiſſio exercitij euacuatiui, vel inciſio membri, quare ſuperabundat illud, quod natura ꝑparauit ei ex materia. & indiget expulſione. Et quandoq; expellitur ex via ſtomachi, & euomitur ſanguis. Et ſcias, ꝙ debilitas ſtomachi, eſt cauſa fortis in effuſione eius, quod effunditur ad ipſum. Et [n] plurimū quidē, quod inuenitur in ſtomacho, aut generať [o] in ipſo ex humoribus, eſt phlegma. Et cauſa in hoc eſt, ꝙ chylus eſt naturæ propinquæ phlegmati. Cū ergo nō digeritur digeſtione integra, non fiunt ſanguis & cholera & melancholia. Et [p] iterum, quia ad ſtomachū non effunditur in plurimis diſpōnibus cholera lauans eum, ſicut abluit inteſtina. Sed cholera nō generatur niſi in quibuſdā [q] ſtomachis: & ſm plurimum nō effunditur ad ipſum, niſi ex hepate, quāuis ipſa generetur in ſtomacho calido, quādo inuenit cibū recipientem cōuerſionē velociter ad fumoſitatē. Et quandoq; accidit in ſtomacho, aut in creatione, aut cum α pſeuerātia ægritudinū, aut dolorū, & malitia regiminis, vt fiat corpus eius laxæ texturæ, raræ ſubſtantiæ, ſubtilis cutis: quare pducit illud ipſum ad debilitatem in omnibus operationibus ſuis: & eſt neceſſariū vt curetur cū labore. Et cauſæ ægritudinū ſtomachi ſunt, oēs cauſæ ægritudinū prædictarum, extrinſecæ, & intrinſecæ. Et proprie ei ſunt vt ſint cibi tales, qui neceſſario faciunt malitiam digeſtionis, licet ſtomachus non ſit niſi ſecundum ſaniorem diſpoſitionum: & eſt dictum in ſuo [r] capitulo: Aut ſint pauci valde, ita vt perducant ſtomachum ſanum ad exiccationem, & adunationem: Aut multiplicetur vſus medi G cinarum, & conſueſcat ſtomachus vti adiutorio medicinæ in operationibus: Aut laboret plurimum vomitu, & ſolutione ventris, & proprie vomitu: quoniam ipſe indiget motu laborioſo, nō naturali, & accidat vt rarificetur textura villorum eius, & relaxetur. Et β ſtomachus vehementis ſenſus, paratus eſt lædi, & impediri à qualibet cauſa, Et [s] omnis complexio debilitans ſuperflue, facit accidere in omni operatione diminutionem, ita ꝙ caliditas pura. quandoq; enim fit cauſa lubricitatis ſtomachi propter illud, quod facit accidere de debilitate retentiuæ. [t] Sed & caliditas cum materia cholerica ſæpe eſt cauſa illius. [u] Et nocumenta quidem, quæ eueniunt in operationibus ſuis, aut eueniunt in virtute appetitiua, & attractiua: & non appetit oīno, aut minoratur appetitus eius: aut multiplicatur valde: aut corrumpitur eius appetitus: & illud aut cibi, aut aquæ. [x] Aut in virtute retentiua, ita vt vehemens fiat eius retentio, aut debilitetur, aut deſtruatur eius retentio, quare deſcendat cibus. [y] Aut in virtute digeſtiua ita, vt deſtruatur eius digeſtio, aut debilitetur, aut corrumpatur: & conuertat rem ad acetoſitatem, & fumoſitatem. [z] Aut in virtute expulſiua ita, vt vehemens fiat eius operatio in ipſo, aut ad viam naturalem, aut ad ſuperiora, aut debilitetur eius expulſio, aut deſtruatur. Ex omni nanq; re cuius prolongatur mora in ſtomacho, & tardatur, accidit ex ea vaporatio nociua cōmouens humores, & non eſt aliquid ita vaporoſum vt fructus. Et quandoq; accidunt ei dolores extenſiui, & mordicatiui, & reliqui. Et quandoq; ſequuntur debili- H tatem harum virtutum oīum, aut quarundam, natatio cibi: & tarditas deſcenſionis eius, aut velocitas deſcenſionis ipſius: & debilitas digeſtionis: aut deſtructio eius: & corruptio eius, & caſus appetitiuæ: aut appetitus caninus: aut appetitus corruptus, & ſequuntur eā rugitus, & eructuatio, & inflatio, & mordicatio, & alia. Et [a] quandoq; pducit illud, quod euenit ex hoc, ad communitatē membrorum aliorum, & proprie cerebri cum communitate inter ea per neruos plurimos, quare accidit epilepſia, aut ſpaſmus, aut melancholia, aut facit cadere in viſu nocumentū. Et quandoq; imaginantur oculo quaſi cimices, aut muſcæ, aut tela araneæ, aut fumus, aut nebula, Et [b] multoties cōicat cor ſtomacho. Et accidit ſyncopis aut propter vehementiam doloris, & proprie in apoſtematibus ſuis magnis, aut propter qualitatem ſuperfluam caloris, aut frigoris, aut conuerſionis ad venenoſitatem. Quod ſi debilis eſt materia ad hoc vt faciat accidere ſyncopim, facit euenire anguſtiam & inquietudinē, & oſcitationē & horripilationē. Et huiuſmodi quidem ſunt de quibus dicit [c] Hippocrares, quod ſumere in potu vinum miſtum ſm mediū ſanat eos ab hoc. Et illud propter illud, quod in ipſo eſt de mundificatione, & ablutione cū confortatione. [d] Et β ſtomachus qdē quādoq; præparatur cauſa vehementiæ ſui ſenſus paſſionis à cauſa parua: & perducit illud ad epilepſiā, &

ſpaſmum,

A Fē.15.t.1.c.1. Supra α
B G.art.med.74. &.2. de tēperam. c.6.c.d
C G.5.loc.af.c.6.b
D Fē.15.t.1.c.1.
E Gal.6.aphor.50
F Ga.ibi.f.&.2.de decret.Hip.&Pla. c.8.c
G G.ibi.g.&.2.de decret.Hip.c.8.c
H Li.1.Fē.1.do.4. c.1.
I G.5.loc.af.c.6.b
K T.5.c.8.&c.10. &Fē.10.t.3.c.4.& Fē.16.t.1.c.2.&G. 3.de cau.ſympto. fo.27.h
L G.5.apho.32.
M G.de vene.ſect. aduerſ.eraſ.c.6.e, &.7.meth.c.11.a.
N G.2.de cōpōne. phar.ſm loc.13.d
O G.cōmē.1.in.6. de morb.vulg.6.e
P Li.1.F.4.c.13.& Fē.15.t.1.c.1.
Q G.cōmē.5.in.6. Hip de mor.vulg. 14.g.h
Infra α
R 2.t.3.
Infra β
S T.1.c.14&F.11. t.1.c.1.&F14.t.2. c.3.& Gal.2.aphor. 20.f,&.3.de cau. ſympto.c.1.c
T T.5.c.5.&F.16. t.1.c.2.
V G.1.de cau.ſym pto.c.7.h
X G.3.de cau.ſym pto.c.1.d
Y Gal.ibi.c.1.f
Z Gal.ibi.c.1.e
A G.5.loc.af.c.6.e
B Gal.ibidem h
C 7.apho.56.
D G.3.de cau.ſym pto.c.5.c.
Supra β



A ſpaſmū. Et [a] iſte homo læditur qualibet ira, & ieiunio, & triſtitia, & cauſa mouente humores. quare cum effunditur ad ipſum ex eis propter illud humor cholericus, mordicatiuus ad os ſtomachi, læditur eo propter vehementiam ſenſus ſui: quare patitur [a] epilepſiam: & ſyncopis ſuperuenit ei: & ſpaſmus propter communitatem cerebri cum ore ſtomachi. Et huic quidem homini accidit ſicut eſt illud, quod accidit ex debilitate oris ſtomachi, ex hoc, quod quando vſq; ad tochme repletur cibo: aut ſuperfluit potu vini, aut coitu ſpaſmatur: aut incurrit epilepſiam. Et multoties quidem accidit, vt euadat huiuſmodi cum vomitu porrino, aut [a] viridi vt ærugo æris. Et quandoq; plurima repletio facit eos pati ſubet prolixam, perdurantem, vſquequo voment, & alleuiātur. Et quandoq; eſt illud cauſa ad cadendum in melancholiam [b] †{mirachiam,} & in cogitationes: & ſomnia corrupta. Et ſcias, ꝙ ęgritudines ſtomachi, α quando prolongantur, perducunt ad raritatem texturæ villorum eius, & fit difficile ſuccurrere & medicari. Et [c] ex nocumētis malis in creatione eſt, [d] vt ſit caput frigidum præparatum euētui catarrhi, & ſit ſtomachus calidus: quare non tolerat ea, quæ mundificant illum catarrhum, ſicut ſunt diapepereon, & diacalamenthum, & diacyminum.

*De modis ſignificationum diſpoſitionum ſtomachi.* Cap. 17.

RES ex quibus ſignificantur diſpoſitiones ſtomachi, ſunt ex diſpoſitionibus cibi, in hoc, ꝙ ſtomachus tolerat eum, & priuatur tolerantia eius. Et ex hoc, ꝙ digerit ipſum. Et ex hoc, ꝙ ex- B pellit eū: Et ex hoc, ꝙ ipſe [e] appetit cibum & potum: Et ex motibus eius, & cōmotionibus ipſius, ſicut caſachan ſtomachalis, & [e] ſingultus: Et ex diſpoſitione oris & linguæ in ſapore ſuo, & humectatione ſua, & exiccatione ſua, & aſperitate eius, & lenitate ipſius, & odore eius. Et ex eis, quæ egrediuntur ex ſtomacho cum [e] vomitu, aut egeſtione, & ventoſitate deſcendente cum ſonitu, aut ſine ſonitu: aut aſcendente, quæ eſt [e] eructuatio, & retenta, quę eſt rugitus. Aut ex colore faciei, aut interioris partis oris: Aut ex doloribus, & læſionibus. & ex cōmunitate eius cum membris alijs, & ex parte eius, quod conuenit ei, aut lædit ipſum ex eis, quæ comeduntur & bibuntur, & medicinis. Significationes autem ex tolerantia cibi & priuatione tolerantia eius, ſunt, quoniam ſi ſtomachus non tolerat niſi paucum, qui ſit infra cōſuetum, tunc in eo eſt debilitas propter aliquam cauſarum debilitatis: & ſi tollerat tunc virtus ipſius eſt remanens. [f] Verum ſignificationes ex egeſtione, & eis, quæ egrediuntur ex ventre, ſunt ex egeſtione quidem, quoniam æqualis temperatæ tincturæ, & fœtoris, ſignificat bonitatem digeſtionis: & bonitas digeſtionis ſignificat fortitudinem ſtomachi, et æqualitatem complexionis. Sed ille, qui non digeritur ex ipſo ſignificat debilitatem ſtomachi, & malitiam complexionis cum ipſo. Amplius tinctura ſignificat materiam, quæ eſt in ipſo: [g] quod ſi fuerit illic lenitas, & fœtor, ſignificat quod deſcēdit à ſtomacho ante horam ſuam: propterea, ꝙ ſtomachus male comprehendit eum propter debilitatem virtutis retentiuæ: & ſi non eſt lenitas non C ſignificat illud, immo ſignificat debilitatem digeſtiuæ. Significationes autem ex ſonitu ſunt, quoniam iam [h] dictum eſt in eis, quæ tu ſcis, quod deſcenſus eius ſignificat fortitudinem ſtomachi. Et magnitudo ſonitus eius ſignificat bonitatem digeſtionis, & fortitudinem. Et ſimiliter paruitas fœtoris eius. Et rectius quidem in hoc eſt, quod deſcenſus eius non ſignificat fortitudinem, immo ſignificat debilitatem quandam: ſed eſt debilitas, quæ eſt infra illam, quæ facit accidere eructuationē. Verum eſſentia magnitudinis ſonitus, ſi eſt propter ſubſtantiam eius, tunc eſt propter groſſitudinem ſuam: Et ſi eſt cauſa eius virtus expulſiua, tunc illud ſignificat fortitudinem aliquam. Subtilis autem tenuis, cui non eſt ſonitus, magis ſignificat fortitudinem, ꝗ̄ ſpiſſa clamoſa, & proprie illa cuius ſonitus non eſt cum volūtate miſſus, [i] Sonitus autem exiens ex ſeipſo, ſignificat permiſtionem ſenſus. Verum paruitas fœtoris, ſignificat proculdubio bonitatem digeſtionis. Et vehementia fœtoris, [k] ſignificat corruptionem eius. Et ſi non eſt fœtor omnino, ſignificat cruditatem eius. Significationes vero ex via [l] ſingultus, ſunt quoniam ſi habens eum ſentit mordicationem, tunc illic eſt humor acetoſus: aut acutus, aut amarus: Et ſi ſentit cum eo extenſionem, tunc illic eſt ventoſitas: & ſi non ſentit illud, neq; ſitit, tunc illic eſt humor phlegmaticus. Et ſi eſt poſt euacuationes & febres, tunc illic eſt ſiccitas. Significationes autem ex ſiti ſunt, quoniam ſitis ſignificat complexionē calidam: Et ſi eſt cum nauſea ſignificat materiam cholericam, aut ſalſam phlegmaticam. Nam ſi ſe- D datur potu aquæ calidæ, tunc materia in pluribus diſpoſitionibus eſt phlegmatica: ſalſa, nitroſa vel baurachia, et ſi augmentatur, tunc materia eſt cholerica. Verum ſignificationes ex diſpoſitionibus oris, & [m] linguæ ſunt, qm̄ quando lingua in doloribus ſtomachi eſt vehementis aſperitatis, & [n] rubedinis, tunc ſignificat dominium ſanguinis, aut apoſtema calidum in ipſo ſanguineum: & [o] ſi ad citrinitatem, tunc nocumentum eſt cholericum. Et [n] ſi ad nigredinem, tunc cauſa eſt melācholica. Quod [n] ſi ad albedinē & lebenie.i. lacticinitatē quandā, tunc cauſa eſt humiditas: & ſi eſt ſiccitas ſuperflua, tunc cauſa eſt ſiccitas. Sed ſignificationes ex via digeſtionis ſunt, qm̄ digeſtio bona non fit niſi qñ poſt cibū cōprehēſum nō accidat grauitas in ore ſtomachi, [p] neq; rugitus, neq; inflatio, neq; eructuatio, neq; ſapor fumoſus, aut acetoſus, neq; ſingultus, neq; iectigatio, & tenſio, & vt ſit ſpatium moræ cibi in ſtomacho ſpatium æquale, & deſcenſus eius ab eo in hora, qua oportet, nō ante ipſam, neq; poſt eam, & [q] ſit ſomnus temperatus, & expergefactio velox, leuis, & in oculo non ſit apoſtema, & in capite non ſit grauitas, & obedientia naturæ ſit facilis, & ſint inferiora ventris ante egeſtionem inflata parumper. Hoc.n. ſignificat bonitatē īuolutionis ſtomachi ſuꝑ cibū: Et ꝙ ipſe bene cōprehendit ipſum: & illud ſignat fortitudinem ſtomachi: & conuenientiā cibi in qualitate, & quantitate. Cum [r] ergo ſtomachus nō α comprehēdit cibū bona cōprehēſione, neq; fit digeſtio

A G.5.lo.af.c.6.f.g
B † hypocſidriacā, Supra α
C Cap.53.
D Gal.de bonit.& vitio ſuccorum.c. 10.b.&.3.de alimē. c.16.f.&.6.de ſani. tuen.c.10.d
E Gal.art.medici. 173.
F G.6 lo.af.c.6.e, &.3.de criſi.c.3.d
G Gal.de ſympto. diffi.c.4.e
H G.3.de cau.ſym. pto.c.2.fo.27.g
I Hip.2.pgnoſt. 42
K Gal.1.de criſi.c. 12.e.&.3.aphor.26. & de ſympto diffi c.4.e
L G.5.loc.af.c.6.h
M Li.1.Fē.2.doc.3. c.3
N G.cōmē.5.in.6. de morb.vulg.4.h
O Gal.ibidem.i
P Raſ.in cont.t.1. c.1.col.2
Q Raſ.ibi.m.1.& col.4.clarius.
R Gal.3.naturali. 64.b.c.
Infra α

bona, accidunt rugitus, & frequētia eructuationis, & remanet cibus in ſtomacho ſpatio longo: aut E deſcendit ante horam neceſſariā. Et choleræ quidem proprietas non eſt vt prohibeat digeſtionem prohibitione deſtructoria, aut diminutiua, aut faciente cruditatē, immo quādoq; corrumpit eam. Sed melancholiæ proprietas eſt vt prohibeat digeſtionē, & corrumpat eā ſimul: & phlegma decliuius eſt ipſa ad prohibendum, ꝗ ad corrumpendū. Et ſcias, ꝙ quādo in ſtomacho non eſt apoſtema, neq; vlcus, & in cibo non eſt corruptio, deinde digeſtio non fit bona, tunc cauſa eſt malitia cōplexionis. Et plurimū eius eſt ex frigiditate & humiditate: & poſt eas calida: & poſt eas ſicca. Verū ſignificationes ex ſtomachi doloribus ſunt, qm̄ verbi gr̄a dolor extenſiuus ſignificat ventoſitatē, & grauatiuus ſignificat repletionē, & mordicatiuus ſignificat humorē acetoſum, aut acutum, aut putridum, aut amarum. Significationes aūt ex appetitu ſunt, qm̄ ſignificāt ex eo, aut propter additionē eius, aut propter diminutionē eius, & ipſius deſtructionē: aut ſpēm ad quam ipſe declinat ſicut eſt, ꝙ ipſe qn̄q; eſt ſitiens, & appetit frigida: & quandoq; appetit acetoſum: & quandoq; appetit exiccantia & ſalſa, & acuta: & qn̄q; aggregatur appetitus acutorū, & ſalſorum, & acetoſorū ſimul: Et ex modo, ꝙ iſta ſunt cōia in faciēdo lucrari inciſionē humoris nocitiui: quare ſunt ſignificantia debilitatem ſtomachi: ſtomachus. n. fortis declinat ad pinguia: & qn̄q; eſt appetitus decliuis ad res malas contrarias naturæ, ſicut appetit carbones, & alaſnan, & alia: & cauſa in hoc eſt humor corruptus, extraneus, non pertinens humoribus laudabilibus. Cum autem bonitas adeſt guſtus: F & eſt ſanus, non elegit appetitus ſaporē ſupra dulcem. Cumq; declinat appetitus verſus aliū, & abhorret illum, tunc illic eſt nocumentū. Nā ſi appetit pinguia, tunc illic eſt ſtypticitas, & ſpiſſitudo, & ſiccitas. Et [a] ſi natura abhorret cibos calefacientes, & declinat ad frigidos propter frigiditatem ipſorum, tunc eſt illic caliditas. Et ſi appetit calefacientes, tunc illic eſt frigiditas. Et [b] ſi appetit inciſiua, & acetoſa, & acuta, tūc illic eſt humor viſcoſus. Et [a] appetitus quidē in ſtomacho calido aquæ plus eſt, ꝗ cibi. Et quandoq; fit vehementia caliditatis propter reſolutionē, & inquiſitionē reſtaurationis. Et mordicatio quidē excitat famem vehementē: & eſt ſpēs famis, quæ nullo modo toleratur: & aſſociatur ei ſyncopis proprie, qn̄ tardatur cibus. Et appetitus in ſtomacho ad quem effunduntur melancholia, & phlegma acetoſum, multiplicatur quando eſt eorū quantitas infra quantitatem vocantē ad expulſionem: & nō multiplicatur in eo appetitus, & fit caninus, niſi ꝑpter illud, quod dicturi ſumus in [c] capitulo appetitus canini. Et ſcias, ꝙ appetitus nutrimenti cōmunicat mēbris omnibus. Verum illa cōmunitas eſt naturalis, & facta ex dependentia coexigentiæ virtutis nutritiuæ cum attractiua. Amplius appropriatur ſtomacho appetitus animalis, quoniam ipſe ſentit. Et quandoq; accidit quibuſdam hominibus, vt ſeruiant plurimum, & comedunt plurimum, & neq; aduenit eis ſaturitas faſtidioſa, & neq; egreditur in egeſtione eorum fæx plurima, et neq; cum hoc corpora eorum impinguantur: Et cauſa quidem huiuſmodi diſpoſitionis, eſt reſolutio pluri- G mum velox cum ſanitate digeſtiuę, & attractiuæ, & appetitiuæ. Verū ſignificationes ex via ſaporis oris ſunt, ꝙ amarus ſignificat caliditatem, & choleram. Et acetoſus ſignificat ſm̄ plurimum frigus ſtomachi, ſed minus frigore cum quo non digeritur cibus omnino: Et [d] quandoq; ſignificat calorem debilem cum humiditate facientem ebullire humiditatem parum, qui poſtea ſeparatur ab ea, deficiens in digerendo: quare accidit acetoſitas, ſicut fit in ſuccis. Aceſcit enim quādo infrigidatur, & β aceſcit quando feruet à caliditate debili. Et quandoque eſt acetoſitas, ex effuſione materiei acetoſæ ex ſplene ad ſtomachum: & facta quidem cauſa ſplenis vehementem facit appetitum, & multiplicat inflationem, & rugitum, & malitiam digeſtionis, & facit eructuationem acidam. Et ille, qui ex ſaporibus oris eſt inſipidus, ſignificat humoris inſipidi ſaporem. Et ſalſus ſignificat ſaporem humoris ſalſi. Et ſapores extranei horribiles ſignificant humores extraneos putridos malos. Sed ſignificationes ex vomitu ſunt, ꝙ ſi eſt [e] nauſea tantum, tunc materia eſt adhærens imbibita. Et ſi eſt vomitus facilis, ſignificat, quòd ipſa eſt effuſa in concauitate. Et ſi ſunt vomitus, & nauſea, & non ſeparantur, ſignificāt aggregationem vtriuſq; rei, aut adhærentiam vel profundationē humoris, & non eſt nauſea quidem niſi ex materia imbibita. immo erit etiam ex materia non imbibita quando eſt plurima mordicans os ſtomachi, aut erit pauca, proxima permiſtioni cum cibo, & aſcendit ex profundo ſtomachi ad os ſtomachi, & mordicat ipſum. Quapropter facilis fit H quandoq; vomitus humorū poſt cibum: & non fit facilis ante ipſum, niſi ſint multi. Verū quando eſt aduentus ſubuerſionis & nauſeæ cum periodicatione, tunc materia eſt effuſa. Si vero eſt perſeuerans vel ſtabilis, tunc materia eſt gn̄ata in ſtomacho ſm̄ continuationē. Et vomitus ēt ſignificat per colorem eius, quod egreditur ex eo: & ſaporē eius ſupra materiā. Significat ergo choleram, & melancholiā per colorem: Et phlegma vitreū per colorē: Et phlegma acetoſum, & ſalſum per colorē, & ſaporē: Et phlegma deſcendens ex capite per colorē mucoſum, & per id, quod aſſociatur ei ex deſcenſu ex catarrhis ad membra alia. Et [f] ex hominibus eſt, qui cum recipit cibum aliquem ſentit ex ſeipſo, ꝙ ſi moueretur ſuperfluo motu, euomeret cibū ſuum: & illud quidem ſignificat humiditatem oris ſtomachi, aut debilitatē ſtomachi. Sed illud, quod eſt ex humiditate, accidit etiam cum vacuitas adeſt, & illud, quod eſt ex debilitate, non accidit niſi ſecundum repletionem tātum. Sed ſignificationes ex via coloris corporis ſunt, quoniam color eſt vehemens ſignificatio diſpoſitionis ſtomachi, & [g] hepatis ſm̄ plurimū: plurimæ enim ægritudines ſtomachi ſunt frigidæ, & humidæ, & color ſtomachicorū eſt plumbinus. Et ſi ineſt eis citrinitas, eſt citrinitas decliuis ad albedinem. [h] Significationes autem ex via rugitus ſunt, α quoniam rugitus ſignificat debilitatē ſtomachi: & ꝙ ipſe

A G. 1. de cau. ſympto. c. 7. b
B T. 2. c. 10. & Fen 16. t. 3. c. 7.
C 12. t. 2.
D Alexand. li. 7. 291. 292.
Infra β
E G. 1. loc. aff. c. 4. f
F Cap. 21. & t. 5. c. 8. & G. 8. de med. cōpōne ſm̄ loc. c. 3. 4.
G Cap. 19. & lib. 1. Fē. 2. do. 3. c. 3. & Fē 14. t. 2. c. 2.
H Gal. 3. naturaliū c. 4. b. c.
Supra α



A ipſe male comprehendit cibum, & egeſtionem humidam. Verum ſignificationes ex ſputo ſunt, quoniam multitudo eius, et ſpumoſitas ipſius ſignificant humiditatem ſtomachi mittentis aquoſitatem mucilaginoſam vel bauoſam. Et exiccatio oris, & paucitas ſaliuæ ſignificant ſiccitatem ſtomachi, & caliditas eius ſignificat caliditatem, ſi fuerint illic ſignificationes aliæ, quæ adiuuent illud in ſignificatione caliditatis. Et ſcias, quod ſiccitas oris eſt duobus modis. Vnus eorum eſt ſiccitas vera, & eſt, vt non ſit ſaliua: & ſecundus eſt mendoſa, & eſt vt ſit ſaliua exuberans, viſcoſa, ſed ſit exiccata cauſa caliditatis vaporoſæ venientis ad ipſum: quare oportet vt diſtinguatur inter ſiccitatem, & exiccationem ſputi viſcoſi ſecundum os. Nam illa ſignificat ſiccitatem, & iſta humiditatem viſcoſam: aut procedentem à ſtomacho, aut deſcendentem à capite. [a] Sed ſignificationes ex eructuatione ſunt, quoniam eructuatio quandoq; eſt acetoſa, & quandoq; eſt fœtida, aut fumoſa, aut illa, quæ eſt ſimilis, vt ærugo æris, aut limoſa ſimilis odori luti fœtidi, aut ſimilis odori piſcis, aut ſimilis cibo quem recipit eructuans, aut pura in qua non eſt qualitas alia, et eſt ſanior eructuatio. [a] Nam ſi eſt fumoſa, & cauſa in hac non eſt ſubſtantia cibi, quæ ſit velocis conuerſionis ad fumoſitatē, ſicut vitelli ouorum in patella, & raphanus: aut cibus cui in artificio ſuo, cum fit, aſſociatur qualitas fumoſa, ſicut dulce cui ſuperuenit ignis dominium, & alia: tunc cauſa in ea eſt igneitas ſtomachi cum materia aut malitia complexionis puræ. Si autem eſt cum materia, tunc eſt ſecundum vnum duo- B rum modorum prędictorum: Et plurimum quidem eſt illud ex materia cholerica, effuſa ad ſtomachum ex felle, ſm̄ modum cuius præterita eſt rememoratio: Aut ex catarrho calido ex capite, & proprie cum homo non eſt cholericus in complexione ſua. Et [b] ſignificatur etiam, ꝙ cauſa eſt caliditas materialis, aut pura ex iſto modo, ꝙ cibus, qui ſumptus fuit longinquus eſt à fumoſitate, ſicut eſt panis hordei. Nam cum huiuſmodi eructuat fumoſe, tunc cauſa eſt caliditas ſtomachi. Et ſimiliter attende egeſtionem an eſt cholerica. Nam ſi eſt cholerica ſignificat, ꝙ cauſa eſt caliditatis ſtomachi. Et ſi egeſtio non eſt cholerica, non eſt neceſſarium vt cauſa non ſit caliditas ſtomachi. Qn̄q;. n. eſt malitia complexionis ſingularis: Et [a] vomitus etiam eſt ſignificatio magis ſignificans per illud, quod egreditur in ipſo. Et quandoq; ſignificat eructuatio fumoſa vigilias cum quibus non inuenit ſtomachus quietem ſufficientem digeſtioni, & inflammatur, & calefit. [a] Quod ſi eſt eructuatio acetoſa, non à cibo acetoſo, neq; à cibo, qui cum ſuperflue ſumitur, mutat ad acetoſitatem: tūc illud eſt propter frigus ſtomachi: & proprie cum accidit à cibis elongatis ab hoc, vt acetoſi fiant, ſicut eſt [b] mel. Nam ſi inuenis eos acetoſos fieri, tunc iudica, ꝙ cauſa in hoc eſt frigus ſtomachi ſine materia, aut cum materia: Et aſſociatur ei, quod eſt cum materia grauitas in ore ſtomachi ſemper. Et plurimum accidit illud habentibus choleram nigram, & habētibus ſplenem: & illi ad cuius ſtomachum deſcendit catarrhus frigidus. Quandoq; autem β aceſcit eructuatio à caliditate, cum inuenit mate- C riam dulcem, & facit eam ebullire, & facit ipſam acetoſam, & ſignificat illud, vt ſit eructuatio acetoſa cum ſignis caliditatis, & inflammationis, & amaritudine oris, & ſiti, & iuuamento cum eis, quæ infrigidant. Et ex eis quidem quibus ſignificatur, ꝙ caliditas plurima ſuperflua qn̄q; aceſcere facit cibum, & eructuationem, eſt ꝙ [c] caliditas qn̄q; facit aceſcere lac velocius, ꝗ ipſum faciat aceſcere frigiditas. Et qn̄q; ſignificatur per vomitum etiam materia. Et qn̄q; eructuatio eſt fœtida: tunc qn̄q; ſignificat putrefactionem in ſtomacho, ſignificatione fœtoris oris: & qn̄q; ſignificat vlcera ſtomachi, Et lutoſa, & cœnoſa & ſimilis odori piſcis ſignificant humiditatem putrefactam: Et illa, quæ eſt vt erugo æris ſignificat acuitatē, & caliditatem cum putrefactione, & eſt vehementior ſignificatio caliditatis, quàm fumoſa. Si autem eructuatio non eſt fumoſa, neq; acetoſa, ſed eſt afferens ſaporem cibi poſt ſpatium eueniens ſecundū acceptionē cibi, tunc ſignificat debilitatem ſtomachi in cōuertendo cibum. Verum ſignificationes ex eis, quæ ſunt conuenientia, aut contraria, aut nociua ſunt: vt [d] conſideretur an res infrigidantes ſunt conuenientes ei, aut res calefacientes, aut exiccātes conueniant, aut humectantes, poſtq; conſideratur res vna. ſæpe. n. accidit error cauſa dimiſſionis eius, cum non attenditur: & eſt, ꝙ res infrigidantes multoties frangunt ebullitionē humoris ſubtilis, aquoſi humidi: aut ſalſedinem humoris phlegmatici, & exiſtimatur, ꝙ cum eis iam prouenit iuuamentum, & ꝙ illic ſit caliditas: Et res calefacientes multoties expellunt humorem calidum, et D reſoluunt eum, & exiſtimatur, ꝙ cum eis iam accidit iuuamentum, & ꝙ illic ſit frigiditas, imo oportet vt conſiderentur cum his duabus reliquæ ſignificationes. Significationes autē eorū in quibus inuenitur ſenſus ſtomachi ſunt, qm̄ ſi non ſentit mordicationem, imo grauitatem, tunc materia eſt phlegmatica vitrea. Et ſi ſentit mordicationem cū inflammatione, tunc materia eſt amara, vel ſalſa: Aut mordicationē ſine inflāmatione, tunc materia eſt acetoſa: & ſi eſt illic mordicatio cū leuitate, tunc materia eſt ſubtilis, aut pauca. & ſi eſt cum grauitate, tunc materia eſt groſſa, aut multa. Significationes aūt cū diſpoſitionibus cōicantibus ſunt, qm̄ conſideratur verbi gratia, an cerebrū patiatur à cauſis catarrhi, & mittat ad ſtomachū catarrhos: aut hepar an ſit generationū choleræ, & mittat ipſam: aut an ſplen deficiat in expellendo melancholiā, & ſit apoſtemoſus plurimæ melāncholiæ: & hæc eſt cognitio cauſæ. Et conſiderañ an imaginenñ corā oculis res nō cōſuetæ, & non fixæ: Et an accidāt ſoda, aut imaginatio mala melācholica cum repletione: & minorentur cū euacuatione: & ſilr̄ vertigo proprie: & an inueniatur [e] tremor cordis poſt repletionē, an ſm̄ vacuitatē, aut accidat ſyncopis, aut ſpaſmus: & hæc eſt cognitio accidentis. Nā ſi repletio fecerit accidere imaginationes, & ſoda, aut imaginationē malā melācholicā, & ſomnia diuerſa, aut tremorē cordis etiā, aut ſubet maximā, tūc ſtomachus erit plenus, aut debilis, aut in ipſo eſt malitia cōplexionis. Quod ſi tre-

A G. 1. lo. aff. c. 4. d
B G. 1. loc. af. c. 4. e
Supra β
C Li. 4. Fen. 1. t. 2. 641.
D Fē. 11. t. 2. c. 6. & li. F. 4. c. 2. & li. 2. t. c. 2. & Ga. 3. t pa. c. h. & 1. ſimplic. t. c. & 1. loc. affe. c. 4. f. g
E Fē. 11. t. 2. c. 2.

mor cordis,& ſoda,& ſyncopis,& imaginatio mala melancholica accidant in diſpoſitione vacuitatis, E tunc ipſe eſt habens receptionem choleræ,aut humoris mordicatiui venientis ad os eius, cum eſt vacuitas,aut humoris melancholici:& cognoſcitur diſtinctio in hoc cum reliquis ſignis,quæ tibi dedimus:aut humoris frigidi,aut eius,qui eſt ex iſtis cauſis exiſtentibus in inferiori parte ſtomachi.Nã nõ magnificatᷓ illic,quod ex eo gñatur ex ſoda,& epilepſia,& ſyncopi.Et ſpaſmo:& accidentia ſignificantia diſpoſitiones eius cum cõitate alia ſunt cerebralia,ſicut permiſtio ſenſus,& ſubet,& congelatio & imaginatio mala melancholica:& alia ſunt cordialia ſicut ſyncopis,& tremor cordis,& malitia pulſus:& alia ſunt cõia ſicut deſtructio anhelitus,& difficultas eius,& malitia.

*De ſignis malæ complexionis calidæ ſtomachi.* Cap. 18.

SIgnificant ipſam ſitis:niſi ſuperfluat,& deijciat virtutẽ.Et [a] eructuatio fumoſa, & lutoſitas ſaliuæ,& iuuari ab eis,quæ infrigidant,ſm conditiones pmiſſas in [b] ſignificationibus:& [c] aduſtio ciborum ſubtilium,quorum ſimiles non aduruntur in diſpoſitione naturali:& [c] ꝙ groſſi digeruntur pluſq̃ digerantur in illa,niſi ſuperfluat, & deijciat virtutem:& [c] multitudo ſitis:& [c] paruitas appetitus cibi ſm plurimum,& proprie qñ malitia complexionis eſt cum materia calida cholerica:qm̃ ipſa facit cadere virtutẽ appetitiuam.verum digeſtio eſt fortis,niſi ſuperfluat malitia complexionis vſq; ad hoc,vt debilitet virtutes.Et quandoq; aſſociatur huic complexioni febris hectica.Et [d] qñq; hæc cõplexio propter ſuam ſuperfluitatem,anteq̃ deijciat virtutem,cõmouet famem F vehementem per id quod reſoluit,& quod attrahit ſua mordicatione, & quia mouet materias ad reſolutionem,ſicut fit ſuctione:& hæc quidẽ fames qñq; eſt ſyncopalis, qñ tardatur cum ea cibus, & facit cadere in ſyncopim:& cum prolongatur ſpatium eius parũper,deſtruitur appetitus oĩno. Et qñq; multiplicatur curſus ſputi ſuper famẽ & quieſcit ſupra ſaturitatem propter caliditatem reſoluentem eleuantem.Quod ſi inuenerit humiditatem erit, illud plus, & hoc quidem ſedant cibi groſſi.Et ſcias,ꝙ illius cuius ſtomachus eſt igneus,ſanguis eſt malus,paucus,acutus,fœtidus,quem abhorrent membra diuerſa ei in complexione radicali:quare non nutriuntur eo.fit ergo ille paucæ carnis,& ſunt venæ eius exuberantes,quoniam ſanguis eius incluſus eſt in eis, quo non vtitur natura:Et phlebotomia extrahit ex ipſo ſanguinem malum.

A Raſ.11.con.t.1 c.1.109.1.& Ga.cõ. mẽ.4.in.6.de mor. vulg.25.d
B Cap.17.
C Raſ.11.cõti.t.1. c.1.109.1.
D T.2.c.11.

*De ſignis malitiæ complexionis frigidæ ſtomachi.* Cap. 19.

SIgnificat [e] frigiditatem ſtomachi,tarditas mutationis cibi, ita vt non deſcendat ſed expellatur vomitu poſt ſpatium quoddã:& non mutetur mutatione,quæ valeat:quod ſi ſuperfluat non alteratur propter ipſam cibus oĩno,& non digeritur.Et qñq; ſignificant ipſam [e] multitudo appetitus:& [e] paucitas ſitis:& [e] eructuatio acetoſa,abſq; cauſa in cibo,ſm ꝙ diximus:& hęc ſignificat malitiam complexionis eius frigidæ. Et [e] ex ſignificationibus ſignificantibus illud eſt, vt non ſit aliſtimbre niſi eius,quod eſt leue ex cibis & nõ eſt aliſtimbre eius,quod eſt groſſum ex cibis, qui iam G ante digerebantur.Et qñq; peruenit malitia complexionis frigidæ in ſtomacho ad hoc,vt accidant ex cibo comeſto poſt horas plurimas,extenſio,& dolor magnus:qui non ſedatur niſi cum expulſione humiditatis acetoſæ omni die.& qñq; perducit ad hydropiſim, & fluxum diarrhœum. Et [f] ſuper colorem habentis ſtomachum frigidum apparent citrinitas, & albedo: & non occultantur experto.Et eſt ille cui [g] ameos eſt ex melioribus curis eius.Et quandoq; cõmunicat cerebrũ in nocumentis iſtius complexionis,quare fiunt ſoda ventoſa,& tinnitus,& ſimilia.Et quando conuenit malitia complexionis frigidæ cum complexione radicali calida,multiplicantur rugitus,& inflatio, & exiccatio,& ſitis,& augmẽtatur corruptio,quoties indiget phlebotomia à qua nõ eſt excuſatio, & pducitᷓ ad hecticã.Et eius qdẽ medicina eſt vt ſumat parũ vini ſm quãtitatẽ qua infundatᷓ vel madefiat vuula ante cibũ:aut ſint cibi eius exiccantia,& caro rubea ſine pane infuſo in iure pingui.

E Raſ.11.cont.t.1. c.1.109.1.
F Cap.17.
G Idẽ.c.2.& oppoſitum videtur lib.2. t.2.c.60.

*De ſignis malæ complexionis ſiccæ ſtomachi.* Cap. 20.

SIgnificant ipſam ſitis [i] vehemens,exiccatio linguæ ſuperflua,ſecundum conditiones prædictas in [k] capitulo ſignificationum:& attenuatio corporis: & arefactio ipſius ſupra factam in natura & iuuamentum cum cibis humidis.

I Raſ.11.cont.t.1. c.1.109.1.
K 17.

*De ſignis malitiæ complexionis humidæ.* Cap. 21.

SIgnificant ipſam [l] paruitas ſitis,& [l] terreri à cibis humidis,& [l] impediri ab eis,& [l] iuuamentum H cum minoratione cibi,& [l] cum eis,qui ſicci ſunt.Et ſignificant ipſam multitudo ſputi & ſaliuæ:& ſi ſunt ſuper famem ſignificant caliditatem cum humiditate.Et quandoq; ſunt ex caliditate ſola.Et [m] multoties quidem eſt ſuper os ſtomachi hominis humiditas madefactiua: & quoties habens eam comedit aliquid,meditatur ꝙ ſi moueretur, vomeret. Et quandoq; fit illud etiam ex debilitate ſtomachi: ſed aſſociantur ei ſignificationes debilitatis prædictæ,& fit hoc ſecundum vacuitatem etiam,quãuis non comedat: ſed illud eſt apud comeſtionem tantum.

L Raſ.11.cont.t.1. c.1.109.1.
M Cap.17.& t.5. c.8 & G.8. de cõpo ne phar. ſ3lo.c.3.c

*De ſignis complexionum ſtomachi,quæ ſunt cum materia.* Cap. 22.

COmplexionem [n] quæ eſt cum materia ſignificant vomitus & eructuatio, & egeſtio proprie cum colore ſuo & cum eo quod ipſi admiſcetur,& commiſcetur vrinæ,niſi ſit propter caliditatem tranſeuntem terminum.Et ſubtilem quidem calidam virulentam ſignificant cum leuitate ſtomachi nauſea, & mordicatio,& ſitis,& inflammatio: & qñ recipit cibum groſſum, patitur cũ eo nauſeam.Et ad ſummũ ſi eſt plurima,cum ea eſt ſemper nauſea: & ſi eſt pauca eſt nauſea apud cibũ:Et ſimiliter ſi eſt non imbibita,ſed eſt cõprehenſa in fundo ſtomachi,quare non facit nauſeã: Cumq; miſcetᷓ cũ cibo,extenditᷓ in ſtomacho,& ſpargitur,& puenit vſq; ad os eius, & facit nauſeã.

N Raſ.11.con.t.1. c.1.110.4.

Et



A Et quandoq; ſignificat illa quæ effuſa eſt in ſpatio ſtomachi, quæ non imbibitur:ꝙ quando recipit habens eam,aliquid abſterſiuũ, ſicut aquam mellis & zuccari,ducit ipſum ad ſenſationem. Et imbibita non cognoſcitur ex parte eius quod exit cum vomitu, & egeſtione,immo ex reliquis ſignificationibus prædictis: & eius radix eſt nauſea, quoniã ſignificat materiã imbibitam proculdubio. Nam ſi eſt ſubuerſio tantum,tunc ſunt illic adhęrentia,& imbibitio materiei ſignificat genus materiei ſitis:& ſitis ſignificat aut caliditatem eius,aut ſalſedinem eius,aut nitroſitatem eius.Nam ſi ſedatur cum calida, tunc eſt phlegma ſalſum: & ſi non ſedatur ea,tunc eſt materia cholerica.Et cognoſcitur etiam ſapore oris,aut cum eo quod expellitur vomitu.ꝙ ſi aggregentur nauſea,& ſitis,ſignificant illud. Et ſi non eſt ſitis, ſignificat ꝙ materia eſt frigida. Et ex ſignificationibus aggregationis materiæ phlegmaticæ plurimæ viſcoſæ, eſt vt cadat appetitus, & non dilatetur pectus propter cibum plurimi nutrimenti:immo declinet ad illud, in quo ſunt acuitas & mordicatio. Cum ergo accipit illum,apparet inflatio,& extenſio,& nauſea,et non quieſcit niſi cũ eructuatione. Et ex ſignificationibus aggregationis materiæ malæ in ſtomacho, & quæ ſequuntur ipſum,eſt iectigatio mirac:& quandoq; perducit ad epilepſiam,& melancholiam.Et ex ſignificationibus ꝙ materia effuſa ſit melancholica,eſt appetitus plurimus cum debilitate digeſtionis, & cum multitudine inflationis, & cum gueſgueſce & ſolitudine ſeu ſylueſtritate. [a] Et ex ſignificationibus ꝙ materia eſt catarrhalis B eſt ſolutio vẽtris cum periodicatione cum multitudine catarrhi ex capite ad ſtomachum, & ad alia pręter ſtomachum etiã,& etiã illud quod egreditur vomitu, & egeſtiõe ex humore mucoſo.Et ex ſignificationibus ꝙ materia eſt humida nocens ſua ebullitione,eſt ſitis vehemẽs, cum defectu amaritudinis,aut ſalſedinis in ore: & ſenſibilitas rei quaſi aſcendentis, & deſcendentis cum humiditate ſuperflua in ore,& capite ſtomachi,& inflammatio.

A Fen.16.t.1.c.3.

*De ſignificationibus nocumentorum ſtomachi non complexionalium.* Cap. 23.

SIgnificationes quidem magnitudinis ſtomachi ſunt, vt ſit [b] ſtomachus tolerans cibum plurimum, & cum repletur ſentit tunc adhærere viſcera, & comprimi adinuicem, & cum euacuatur minuitur,& dimittit viſcera quaſi ſuſpenſa, commota. [b] Paruitatis vero ſignificationes ſunt vt non toleret cibum plurimum,& repleatur ante ſaturitatem. Et ſignificationes quidem oppilationum cadentium inter hepar,& ſtomachum,ſunt humiditas egeſtionis,& multitudo ipſius, & ſitis, & paruitas ſanguinis,& alteratio coloris ad hydropicalem, & inceptio malitiæ diſpoſitionis cuius fortaſſe [c] notius nomen eſt malitia complexionis,aut cachexia. Et ſignificationes oppilationum cadentium inter ſtomachum & ſplenem, ſunt paucitas appetitus cum magnitudine ſplenis. Verum ſignificationes oppilationum cadentium inter ſtomachum & inteſtina, ſunt accidentia ileos & colicæ:Et ſignificationes oppilationum cadentium inter ſtomachum, & cerebrum,ſicut paucitas ap- C petitus cum rectificatione cõplexionis, & remanentia digeſtionis cum diſpoſitione ſua, ſi non fuerit aliud quod prohibeat:& paruitas ſentiendi deglutita mordicatiua acuta valde: & vt non accidat ſingultus poſt potum diapepereõ, & potum vini in ieiunio.Ventoſitatis vero ſignificationes ſunt extenſio in ſtomacho,& lateribus,& ſub hypochondrijs: & natatio cibi, & multitudo ventoſitatis deſcendentis,& eructuabilis.Et ſcias ꝙ quando inuenit ſentiens inter ſtomachũ & hepar duritiem cum extenuatione,tunc illud eſt ſignificatio indicans reſolutionem naturæ.

B Raſ.11.conti.t. 1.c.1.111.1.
C F.14.t.4.c.3.

*De modis vniuerſalibus curationum.* Cap. 24.

CVratur ſtomachus cum eis quæ bibuntur, & cum emplaſtris, & embrocis cum aquis, in quibus decoquuntur medicinę:& linimentis:& vnctionibus ex oleis & vnguentis factis cum ceris decoctis in aquis, in quibus decoquuntur medicinę. Sed linimenta, & emplaſtra ſunt meliora embrocis:embrocæ enim ſunt debilis impreſſionis. [d] Et ſcias ꝙ cura malitiæ cõplexionis quæ accidit ſtomacho in vtriſque qualitatibus actiuis,facillima eſt: propterea quia facile inuenimus medicinas contrarias eis vehementis virtutis. Verum cura quæ accidit ex malitia complexionis in vtriſq; qualitatibus paſſiuis,eſt difficillima:& proprie complexionis ſiccę: Nam oppoſitio cuiuſq; earum eſt cum virtute debilis impreſſionis. [e] Et ſcias q; ſpatium quidem calefaciendi frigidũ, eſt ſicut ſpatium infrigidandi calidum: ſed timor in infrigidando maior eſt, præcipue cum quædam membra D vicinantia ſtomacho habeant malitiam complexionis frigidæ, aut debilitatem. [f] Verum timor in humectando,& exiccando eſt ſimilis,quãuis ſpatium humectandi ſit longius. [g] Et ſcias ꝙ cũ ægritudines ſtomachi ſunt ex materia,deinde [h] ambigua fit materia, tunc non eſt quod magis conferat ei q̃ hiera:qm̃ ipſa eſt magis adiuuans virtutes medicinarum ad rectificandum ſtomachum,& complendas operationes eius ipſi proprias. [i] Sed oportet vt non cures de ea, quando eſt malitia complexionis ſine materia: [k] qm̃ ipſa nocet in calido, & ſicco. Et inuenitur in frigidis quod eſt fortius ea. Cumq; euacuaueris ſtomachum ex humore effuſo ad ipſum ab alio, conforta ipſum poſt illud, vt non recipiat illum humorem: [l] Et conſtrictio extremitatum, & calefactio ipſorum, adiuuat in retinendo illud quod effunditur ad ipſum ab eis. Et ſyrupus de papauere eſt vehemẽter prohibens effuſionem materierum calidarum. Quod ſi humor eſt frigidus, tunc confortantia quæ neceſſaria ſunt poſt ipſam,ſunt ſicut maſtix & troc.de roſ.minores, & mẽta ſicca,& xyloaloe, & gariophylli: & quæ ſunt illis ſimilia.Et ſi humor eſt calidus, tunc alrobub & troc. frigidis facti ex roſis, & ſpodio,& quæ ſunt ſimilia illis.Et ille qui inuenit duritiem & extenuationem quæ eſt inter ſtomachũ, & hepar,ſm ꝙ diximus,ponat cibos ſuos, & medicinas ſuas aquam hordei, & gradiatur in bibẽdo ipſam qua die à.x. vſq; ad. xx. & vſq; ad centum ſm longitudinem diei ſui, vſquequo ſit potens in

D G.7.meth.c.5.c
E Lib.1.F.4.c.2.& G.7.meth.c.5.d
F Lib.1.F.4.c.2
G G.7.met.c.11.c.d
H Raſ.11.con.t.1. c.1.116.3.opp.c.33.
I Raſ.ibi.
K C.33. Gal.8. de phar. cõpo.ſecundum loc.c.2.d
L T.5.c.12.& F.16. t.1.c.13.& Ga.1.de art. cur.ad glauc. c.14.g.h

bibendo

bibendo ipſam vice vna, aut duabus: Et non approximetur medicina euacuatiua, neq; phlebotomia. Troc.dictus ad illud Recip.maſticis, & troc.dia rhodon amborũ añ.drach.iij. karabe, & mentæ ſiccæ, & marmacori, & xyloaloes crudi omnium ana drach.ij. detur in potu cum vino antiquo aut miua. [a] Et oportet vt adminiſtrentur in mundificatione ſtomachi, & eius quod aggregatur in vacuitate eius aut adhæret aut imbibitur, medicinæ non pertranſeuntes ſtomachum & vias proximas ſtomacho abſq; venis longinquis ab eo. Si autẽ non valet vice vna, iteretur, illud eſt enim melius, quam euacuatio, cum non ſit neceſſaria euacuatio. Et oportet vt attendas eſſe egeſtionis, & vrinæ in ægritudinibus ſtomachi. Cumq; videris eas iam incipere rectificari, tunc iam incipit ſtomachus rectificari. Et oportet vt non afferas in curationibus ſtomachi, & etiam caliditatis eius, aliquid vehementis infrigidationis, ſicut aquam vehementis frigoris: & proprie in eo qui non conſuetus eſt ea: [b] Et non euacues medicinas reſoluentes propter illud quod in ipſo eſt ex ſuperfluitatibus, à ſtypticis conſeruantibus virtutem, propter illud quod ſcis.

E

A Gal.7.meth.c.11.c

B Lib.1.Fē.4.c.24. Ga.11.meth.c.15.c, & c.16.d

*De cura malitiæ complexionis frigidæ & humidæ in ſtomacho.* Cap. 25.

ET cum illic eſt materia, tunc euacua ſm q; ſciuiſti in canone. Et ſi non eſt multitudo materiei, tunc experimentatores habent viam in eo notam. In curatione quidem, cum materia non eſt, tunc cibant illum cum eis in quibus [c] eſt ſtypticitas, & amaritudo, vt exiccent cum ſtypticitate ſua, & calefaciant cum amaritudine ſua. Et huius quidem generis eſt [c] vinum ponticum. Et ex medicinis quæ bibuntur medicinæ abſinthiales: & ſyrupus abſinthij ipſius, [c] & abſinthium ipſum, [c] & medicinæ factæ cum cydonijs. Sed ex emplaſtris, & epithematibus, & vnctionibus, emplaſtra in quibus ponuntur medicinæ ſtypticæ, & aromaticæ ſicut medicinæ in quibus cadunt amomum, & calamus aromaticus, & ſpica, & folium, & laudanũ, & bdellium, & radix lilij, & balſamũ, & oleum eius, & grana ipſius, & ſtorax. [c] Vnguenta autem ſunt cerata facta ex oleo maſticino. Et oleo nardino, & oleo de cydonijs. [d] Si autem non confert hæc ſumma, adminiſtra emplaſtra rubificantia, & medicamen de gummi rutę ſylueſtris. Et ex emplaſtris fortibus eſt vt ſumantur croci, & ſpicę ſyræ, & maſticis & olei balſami omnium ana pars. i. & mellis partes tres, & myrrhæ aſportatæ à ciuitate atruſulon partes tres, gummi albotin pars.i.&.5.euphorbij pars.i.fiat ex eis emplaſtrum: Et ſi bibatur ex eis parũ pertranſit. Et iterum aliud. Recip. ſtoracis partes quatuor, ceræ partis tertiam, medullę ceruinæ partes.ij, gummi albotim partem. i. olei balſami partem.i. &.5. olei nardini partes.ij. Et iterum ſtoracis tertiam, medullæ ceruinæ tres, aloes rubei.iij. maſticis partes. ij.olei nardini. viij. olei balſami.iij.ceræ.v.fiat ex eis ceratum. Illi vero qui ratiocinatione vtuntur, incipiunt in primis cum exercitio temperato: & adminiſtrant cibum boni chymi, facilis digeſtionis, æqualis quantitatis, ad paruitatem aliquam declinantem, ſm menſuram qua digeratur: deinde fiat gradatio in hoc & in adminiſtratione medicinarum prædictarũ, & quę curſu earum procedunt, ex electuarijs aromaticis calidis, cum æqualitate quidem, aut ſupra æqualitatem ſm q; exigit oppoſitio ægritudinis, ita vt æquetur complexio. Et ex iſtis electuarijs ſunt diapepereon, & diacyminum. Medicamen bonum. Recip. granorum iuniperi, & gũmi albotim, & piperis omnium ana partem. i. & myrræ aſportatę à ciuitate atruſulon, & exiſtimo q; oportet vt ſint cum ea ſtorax & ſpica celtica omniũ ana partes, ij. fatraſilium, id eſt apij montani, & keiſin amborum ana medietatem partis, conficiantur cum quantitate ſufficiente mellis. Et quãdo frigus eſt vehementius illo, tunc oportet vt in potu tribuãtur [e] omoruſia, & [e] ſagzenea: & eſt ex medicinis bonis ad oẽs ęgritudines materiales humidas, & groſſas humidas, & ſyrupus ſquilliticus, & eius cõfectio Recip. ſquillæ mundatæ inciſæ. tres heminas: proijciantur in vaſe de vitro, & orificium cooperiatur vaſis, & dimittatur ſex menſibus.

F

C G.7.met.c.4.h

D Gal.a

G

E Ser.t.3.c.3.

*De cura malitiæ complexionis calidæ.* Cap. 26.

INflammationi ſtomachi confert in potu ſumere [f] lac acetoſum, & acetum proprie cum coriandro, & lac coagulatum acetoſum vaccinum, & medullã cucumeris, & piſces recentes proprie ſedant inflammationẽ in ſtomacho, & aqua frigida, & fructus frigidi, & endiuia, & cucumeres longi arcuati: & perſica quæ non ſunt vehementis aquoſitatis, quare conuertantur ad cholerã, et lactucę, & lentes, & coriandrum humidum cum aceto, & cucurbita, & quę ſunt ſimilia illis miſta cum camphora, et ſandalis, et roſis ſi illa neceſſaria ſunt. Et dantur eis in potu etiam [f] troc.de ſpodio, & proprie cum eſt illic ſolutio ventris cholerica: & oua cocta in aceto, & lentes cum cõdimento granatorum, & cũ ſumachia, & condimento de acreſta: & carnes quę eis conceduntur ſunt caro [g] † {theiuz,} & duragi, & pullorum: Quod ſi eorum caliditas non cõſequitur mortificationem virtutis, tunc ciba eos frigidis groſſis, ſicut [h] † {caris alſemech thari,} † {& [h] caris albatun,} & omnibus in quibus eſt ſtypticitas etiam, & rob de papauere, & ſyrupus eius conferunt ad hoc valde. Et ex eis quę conferunt eis, eſt vaporatio cum infrigidatiuis. Et quandoq; emplaſtrantur eorum ſtomachi cum veſica inflata iam impleta ex aqua frigidia. [i] Cumq; emplaſtras ſtomachum ex emplaſtris infrigidatiuis, caue tunc ne velamen ex eis infrigidetur, aut hepar tali infrigidatione, qua eorum operationes naturales ledantur, Multoties enim accidit inde nocumentum in anhelitu, & frigus in hepate. q; ſi perceperis aliquid horum, tũc ſuccurre ei cum oleo calefacto effuſo ſuper locũ, & emplaſtra ipſum cum eo, & pone loco emplaſtrorum, ea quæ bibuntur.

F Ser.t.3.c.1.

H

G † perdicis

H † cibarium ex carne piſcium

H † cibarium ex vētribus aīaliumī aqua & aceto

I G.7.meth.c.8.e

*De cura malitiæ complexionis frigidæ.* Cap. 27.

SI fuerit hęc malitia complexionis leuis, ſis contentus in curatione eius [k] trochiſcis roſatis, in quibus ſunt abſinthium, & cinnamomum cum decoctione [l] cymini, [l] & ameos, decoctorum in vaſe

k Hal.7.præc.c.1.

L Raſ.li. diui.c.59.



A vaſe vitri mundo. [a] Et ameos quidem eſt vehementis iuuamenti in hoc: Et cum eſt fortior illa, tunc neceſſarium eſt vti cõfectionibus calidis, fortibus, & ſeminibus calidis, [b] diapepereon, [c] & theriaca magna, [c] & mithridato cũ vino, [c] & ſagzenea, & diacymino: [c] & omoruſia, [d] † {& alchãdadichũ} [b] & diamuſcho amaro, & cõfectionibus diaſtomachicon. Et diaolibanũ iuuatiuum eſt ad hoc vbi natura eſt lenis. Et oportet vt ad bibendum dentur huiuſmodi in decoctione [e] ſpicę, & maſticis, & [e] ſquinanthi, & eorum, quæ ſunt ſimilia illis: [b] Et zinziber cõditum eſt iuuatiuũ eis. Et etiam troc. roſacei cum æquali menſura xyloaloes. Et iterum diapepereon cum vino: nam ipſum vehementer calefacit ſtomachum: & ſignificatur vltimitas ſuæ impreſſionis per ſingultũ. Et oportet vt vtantur aſſa, & pipere in cibis ſuis. Ipſa enim ſunt plurimi iuuamẽti in hoc. Et allia etiam ſunt ex rebus, quæ magis conferunt eis. Et ex oleis iuuatiuis inungendo ſtomachum, ſunt oleum chamæmillinum, & oleum de alcãna, & oleum de lilio, & oleum maſticinum, poſito in ipſis adipe gallinæ: & ſi indiget ſuperfluitate virtutis, ponantur in ipſis ammoniacũ, & bdellium. Et ſi ſunt neceſſaria fortiora iſtis: tunc adminiſtrentur oleum coſtinum, & oleum de ben, & oleum ſambacinum. Et ex eis quæ inunguntur ſunt ſicut ſyrupus de lilio dictus miſuſen cum xyloaloe, & muſcho, & ambra. Et ex ſeminibus ſunt fœnugræcum, & ſemen apij, & althææ. [e] Et quandoq; poſitio ventoſarum ſuper ſtomachum in doloribus frigidis maximum affert iuuamentum. [f] Et ſcias q; calefactio extremitatum perducit ad calefactionem ſtomachi ex proximo.

A Idem c.19.

B Raſ.li. diui.c.59.

C Ser.t.3.c.3.

D † vinum decoctum cum aromatibus & zuccaro.

E Ga.11.meth.c.8.h

F Raſ.n conti.t.1.c.11.3.4.

B

*De cura malæ complexionis humidæ.* Cap. 28.

CVratur cum exiccatiuis, & inciſiuis, & eis in quibus ſunt acuitas, & amaritudo, poſtq; eis admiſcentur res ponticæ: & oportet vt vtantur vino forti parũper: [g] & ſint cibi exiccatiui, ſicut illi qui ſunt in patella, & aſſati: et minoreſ potus aquę, et trochiſci roſacei cũ roſis recẽtibus cõferunt cõplexioni humidæ in ſtomacho. Et ex eis quidẽ q̃ remouent humiditatẽ ſtomachi eſt, vt bulliãtur drach.i.aniſi, & drach.i.ſeminis fœniculi in aqua, & colentſ ſup. v.drach. gelẽgibin diſſoluti digitis.

G Raſ.n.conti.t.1.c.114.2.

*De cura malæ complexionis ſiccæ, & de hectica ſtomachi.* Cap. 29.

HOrum curatio curationi hecticæ proxima exiſtit. Hæc enim egritudo eſt quędam hectica ſtomachi. Cum ergo confirmatur, curationem omnino non ſuſcipit, & neq; eſt poſſibile vt occupatio ſit ad humectandum ipſum ſolũmodo, immo humectatio eius non fit niſi cum communitate corporis. Et ex humectatione igitur iſtorum, eſt eorum balneatio, & ſeſſio ipſorum in tina, & eorum iteratio ad balneum ſm ſummam ſiccitatis. Et quandoq; neceſſarium facit ſuperfluitas ſiccitatis, quę eſt in eis, vt non concedatur eis [h] ambulatio ad balneum, & receſſus ab eo, immo deferantur ad ipſum, & ab eo, ſuper [i] † {mahafa,} ne reſoluat eos motus, & ne reſudet illud quod ſumpſerunt ex tina. Et qm̃ balneum eſt mollificatiuum virtutis, tunc oportet ne approximet ei, quod

H G.7.meth.c.6.e

I † linteis

C reſoluat, & duplicetur illud. Et oportet vt ſit balneatio eorum, ſubmerſio ipſorũ in tina, & non eſt ei [k] neceſſarius aer balnei. [k] Et oportet vt ſit aqua tinæ temperata. ſ. inter illam ex qua fit horripilatio, & inter mordicantem. Et ad vltimum oportet vt non patiatur ab ea, immo delectet, & humectet ipſum, & amplificet poros. [l] Et oportet vt ſit ſpatium balneationis eius vſq; dum tumeſcat & inflatur, & augmẽtatur corpus eius, antequã incipiat detumeſcere. [m] Et oportet vt cum de balneo egreditur, quieſcat paululũ, deinde in potu ſumat ex lactibus ſubtilibus, aut [m] lac muliebre, aut ■c [m] aſininum, aut lac caprinum. [m] Et melius ex eo eſt, vt ſit ſuctum ex mamilla, aut afferatur lac hora, qua mulgetur, & bibat ipſum anteq; patiatur ab aere omnino. Et vt ſit illud, cuius lac bibitur, iam cibatum tanta quantitate, quantum digerat, & ſit vſum exercitio ante ipſum æquali, & vt non fugat aliud, [n] & ſi eſt animal præter hominem cognoſcitur bonitas digeſtionis eius, aut malitia ipſius per fœtorem ſtercoris eius, aut priuationem ipſius à fœtore: & æqualitatem eius aut humiditatem ipſius aut ipſius exiccationem, aut eius ſuperfluitatem in vna earum: Aut per eius ęqualitatem, aut eius inflationem propter ventoſitatem in ipſo. Et vt fricetur cum inſtrumento, & commoueatur excitando ipſum. Deinde expectetur in infirmo digeſtio eius, quod bibitur de lacte: aut aqua hordei. [o] & ſcitur illud ex eructuatione eius, & leuitate viſcerum. Deinde redeatur poſt. iiij. aut. v. horas, & balneetur. poſtea inungantur membra eius cum oleo vt conſtipetur vel retineatur aquoſi-

K Gal.f

L Gal.c.6.45.b.e

M Gal.c.6.f

N Gal.ibi.g

N Gal.ſo.45.a

O Gal.45.b

D tas imbibita in eis. Si autem fuerit conſuetus balneo, balneetur vice tertia, Et ſi fuerit rectius, vt ſit contentus duabus vicibus, addatur in horis interpoſitis inter duas balneationes eius, ſm q; dictum eſt, & fac ipſum quieſcere quiete integra. [p] Quod ſi declinat ad lac, detur ei in potu ſecundo: & ſi non, detur ei in potu [q] aqua hordei: cuius artificium eſt [r] bonũ, & ſapiens: & eſt illa, cuius aqua multiplicatur, deinde decoquitur tandiu, donec minoretur aqua eius. Et cibetur pane furni [q] facto ex fermento, & ſale, bene cocto [q] & piſcibus alradrada, & alis volucrum leuium carnium, mollium, & teſticulis gallorum leuium carnium, impinguatorum cum lacte: & prohibe ei viſcoſa, & dura, & groſſa. [s] Et ſi fuerint multi nutrimenti, elige ex eis quæ cum multitudine ſui nutrimenti ſunt velocis digeſtionis ſubtilis chymi, & humidi. [t] Et ſumma ſit tantę quantitatis, quæ non grauet, neq; extenſionem faciat plurimam. Verum minoratio neceſſaria eſt in huiuſmodi. [u]. Et neceſſarium eſt in potu tribuere ei vinũ ſubtile, decliue ad ſtypticitatẽ, parum tolerans cõmiſtionem propter aquoſitatem ſuam. [x] Ipſum enim facit penetrare cibum, & viuificat virtutem, & excuſat à potu aquæ frigidæ nocentis ſuo frigore, [y] Et ſit eius ſumma tanta, ne natet ſuper ſtomachum, & ne faciat rugitũ. Et ſit eius cibatio ſecunda, cum iam primus integre digeſtus eſt, & ſeparetur eius cibus, quantum poſſibile eſt, & ſit cibus leuis, vt non conſequatur cibus eius cibum præcedentem indigeſtum.

P Gal.ibi.e

Q Gal.45.e

R Li.4.F.1.t.1.c.9

S Gal.ibid.d

T Gal.45.g

V Gal.e.f

X F.16.t.1.c.4. & t.1.c.10. & Fen.2.c.4.

Ga.7.met.c.6.45

5 apho.5.g

7.me.c.6.45.g

Sitq;

Sitq; hoc regimen eius aliquibus diebus. Cumq; melioratur parumper, addatur in exercito, & fricatione & cibo. [a] Cum autẽ ſanitati approximat, abſcindatur kiſt hordei: & ponantur loco hordei vno die, aut duobus, ſorbitiones factę ex candaruſio: & addatur ei cibus ex eis, quibus vti cõſueuit, & incipiatur [a] à pedibus, & extremitatibus, & carnibus auium mollibus. E

*De cura frigidæ & ſiccæ complexionis.* Cap. 30.

QVod ſi complexio eſt frigida & ſicca, tunc rege frigidam ſicut regis ſiccam. Et q̃m eius regimen non eſt ei niſi cum calefacientibus, [b] tunc aliena in ea, quę addunt in ſiccitate, propter reſolutionem ſuam, aut propter ſtypticitatem fortem in ipſis. Et euaporationes quidem ſiccæ omnes nocent: & non conferunt ipſi: & oportet vt alienetur calefactio fortis, velox: quoniam illud exiccat, & addit in ſiccitate: immo oportet vt caleſiat paulatim, & humectetur in eo quod eſt inter illud, & addat in ſubſtantia caloris innati non in igneitate. [c] Et ex eis quę faciunt illud, eſt vinũ paruę commiſtionis, & lac: Et aqua hordei permiſta cum pauco [d] melle ablata ſpuma eius, vt multiplicetur ipſius nutrimentum, & minoretur eius ſuperfluitas, eſt bona eis: Et inungatur ſtomachus ex oleis aromaticis, quæ humectant cum eo quod calefaciant, verbi gratia ſicut oleum de [d] ſpica & ſpica celtica, & oleum de [d] maſtice eſt bonum eis: Et [d] quãdoq; miſcetur cum eo oleum de balſamo: & quandoq; contẽtatur ſuper oleo de balſamo, q̃m eſt iuuatiuum. [e] Et melius quidem eſt vt miſceatur cum eis parum ceræ, vt ſit mora eorum ſuper ſtomachũ. [f] Et ex eis quæ forte afferunt iuuamentum, eſt vt teratur maſtix, & miſceatur cum oleo neridẽ, & ponatur ſuper ſtomachum, & eligatur ex maſtice illud, quod eſt pinguius: Quod ſi frigus vehementius fiat, non eſt excuſatio quin liniatur ſtomachus cum eo quod eſt [g] ſicut pix, faciendo, vt ipſa adhæreat omni ei die: & remoueatur antequam infrigidetur. & q̃nq; adminiſtratur illud in die bis: Ipſa enim attrahit ad ſtomachum ſanguinem nutritiuum. Et oportet vt tu cognoſcas formam adminiſtrationis picis ex eis, quæ dicta [h] ſunt in capitulo picis. Et ex eis quæ maximum afferunt iuuamẽtum eſt [i] amplexari infantem carnoſum, ſanæ complexionis: quoniam ipſe facit ſtomachum acquirere caliditatem innatam, digerentem cibum vehementer. Si autem non fuerit infans, tunc ſit catulus canis pinguis: [k] aut cattus maſculus pinguis: aut quod procedit via eorum. [l] Et oportet quidem vt non ſudet infans amplexatus, & infrigidetur ſudor. & poſſibile eſt [k] vt liniatur venter eius cum eis quæ prohibent ſudorem. Et oportet, vt ne eis ſuperflue detur aqua frigida, quoniam ipſa eſt res magis nociua eis. F

A Gal.fo.45.h  
B G.7.meth.c.7.f  
C Gal.ibi.g  
D Gal.ibi.a  
E Lib.1.Fẽ.4.c.1. & Gal.h  
F Gal.ibi.h  
G F.10.t.1.c.46.& li.1.F.2.d.2.ſũ.1.c.14.& F.3.d.2.c.11.& do.4.c.4.& li.2.t.1.c.139.& li.4.Fẽ.7.t.4.c.4.& Gal.ibi.  
H Li.4.F.7.t.4.c.4  
I C.33.& t.3.c.5.& G.7.meth.c.7.b  
K Raſ.11.con.t.1.c.114.1.  
L Gal.b

*De cura complexionis ſiccæ cum caliditate.* Cap. 31.

CVra huius eſt, vt aggregetur inter duo regimenta, quæ diximus. Quod ſi caliditas fuerit parua ſufficit vt adhibeatur regimen habentium ſiccitatem, [m] & ponatur vinum eorum recentis tẽporis. [n] Et oportet vt ipſum in potu ſumant infrigidatũ in ęſtate, tepidũ in hyeme: & ſimiliter ſint reliqui cibi eorũ. Et ſit inũctio ſtomachorũ eorũ ex oleo de cydonijs: & [m] ex oleo omphacino. G Et [o] q̃nq; ſanantur integre ex potu plurimæ aquę frigide, & proprie q̃n non eſt ſiccitas ſuperflua.

M G.7.meth.c.8.c  
N Gal.ibi. & Raſ. 11.cõ.t.1.c.1.114.1.  
O G.7.meth.c.8.d

*De cura complexionis calidæ & humidæ.* Cap. 32.

COnferunt ei frigida exiccantia, & aggrega inter duo regimina malitiæ complexionis calidę, & humidę. Et conferunt ei troc. roſ. facti cum roſis recentibus. Et quando illic eſt ſolutio vẽtris, adminiſtra ceratum factum cum oleo de cydonijs.

*De cura malitiæ complexionis ſtomachi cum materia & cura oppilationis & raritatis ſtomachi.* Cap. 33.

OPortet vt cognoſcas diſpoſitionem materiei in ſtomacho, an ſit [p] imbibita vel exuccata ſicut exuccat ſpongia aquã. Aut ſit imbibita, ſubmerſa, ſicut imbibitur pannus tinctura imbibita ſubmerſa in ipſo. Aut adhęrens, Aut effuſa in concauitate, quę nominatur apnd quoſdam natans, & vt cognoſcas eius initium, & locum generationis eius, & partem effuſionis ipſius. Quod ſi fuerit eius generatio, in ipſo, intentio in curando, eſt intentio eius. & rectifica in ipſo cauſam generantem ipſam, & [q] ſi fuerit veniens ad ipſum ex mẽbro alio, ſicut cerebro aut felle, aut hepate, aut ſplene, euacua illud quod peruenit, & rectifica membrum mandans materiam ad ipſum, & conforta ſtomachum, vt non recipiat illud, quod effunditur ad ipſum. Et [r] quandoq; eſt effuſio eius in hora famis, apud motum virtutis attractiuæ ſtomachi, & quietem expulſiuæ, [s] quare recipit ex materijs illud, quod non recipit in hora alia, & iſti ſunt illi qui non tolerant famem. Et quãdoq; ſuperuenit H ei ſincopis, cum ipſa adeſt, quare oportet vt præueniatur effuſioni materierum cum comeſtione cibi: & ſint cibi confortantes ſtomachum. Et quandoq; contingit ꝙ materia non effunditur, [t] niſi cum aſſunt paſſiones animales, ſicut ira vehemens, aut triſtitia, aut alię: & non ſedatur mordicatio accidens eis, niſi cum vomitu. Et illi quidem quæ deſcendit à cerebro, conferunt piper al. contritum cum aqua, & abſinthium, & aloes debilis iuuamenti in ipſa eſt. Sed hiera fortis fit ad illud, propter illud quod eſt in ipſa de medicinis fortis reſolutionis, & abſterſionis. Et [u] iã præterijt à nobis, quod ex compoſitione difficilis curæ, eſt vt ſit ſtomahus calidus, & caput frigidum: facit enim neceſſarium illud, quod deſcendit ex capite vt adminiſtrentur ea quæ ſunt ſicut diapepereon, & diacyminum: & illa quidem nocent ſubſtantiæ ſtomachi. Et eius cura, quæ ab hepate effunditur, indiget eis quæ leniunt naturam, et euacuant humorem ſubtilem cholericum, [x] ſicut aqua caſei cum myrabolanis, & ſcammonea. Et quandoq; declinat ipſum ab ambobus ſimul phlebotomia, & illud quod confortat ſtomachum. Et oportet vt pręmittas lenificantia in cibo, & facias ſequi ſtyptica ſm ꝙ dicturi ſumus in loco ſibi proprio. Illa autem quæ effunditur à ſplene, curatur cum eis, quæ dicemus [y] in capitulo appetitus canini. Et tu quidem iam ſciuiſti, ꝙ quãdoq; effundũtur ad os ſtomachi humores

P G.7.meth.c.11.h  
Q Gal.ibi.h.a  
R G.5.lo.af.c.6.f.g  
S G.3.natur.c.13.d  
T G.6.aph.50.f  
V C.16.& Ga.6.de ſan.tu.c.10.d  
X Ser.t.3.c.2.  
Y 14.t.2.



A mores acuti, mordicatiui, [a] & faciunt euenire ſyncopim, & ſpaſmum. Et q̃nq; perducit eorum effuſio ad deſtructionem pulſus. Et q̃nq; ſunt melancholici, & eſt tibi neceſſarium, vt confortes os ſtomachi, ne recipiat materias peruenientes ad ipſum cum emplaſtris in quibus ſunt ſtypticitas, & aromaticitas. Et frigida quidem in diſpoſitione curationis caliditatis in febribus ſunt. alcasb, & cydonia, & galia, & ſuccus agreſtę, & rami [b] †{alhauleich,} & olea ſicut oleum roſ. Calida vero ex eis ſunt habentia diſpoſitionem contrariam prædictis, [c] ſicut myrrha, & crocus, & aloe, & maſtix, & abſinthium, & olibanum, & zinziber, & ſpica: ſed olea ſunt ſicut neridem, & oleum de maſtice. [d] Et multoties quidem eſt cauſa aggregationis materiei in ſtomacho retentio euacuationum mundificantium ipſum non effuſio ad ipſum. Et in huiuſmodi quidem oportet, vt euacues illud, quod aggregatum eſt, & aperias partem curſus eius, & facias ipſum declinare à ſtomacho ad ipſam: Et neq; educatur ex ſtomacho humor, niſi ad partem declinationis ipſius in euacuatione. Si autem ambiguus ſit, [e] educ natantem qui ſequitur os cum vomitu, & illum qui eſt ei contrarius cum ſolutione. Quod ſi humor eſt imbibitus, intrans, & non eſt niſi ſubtilis in eſſentia ſua, tunc melius quo curatur eſt aloe. [f] Et ablutum rectius eſt ad confortandum, & non ablutum ad purgandum. Nam cum abluitur debilitatur eius euacuatio, & mundificatio ipſius. Et hiera conuenientior eſt ambobus propter illud, quod in ipſa eſt de ſpeciebus rectificantibus, & adiuuantibus, & prohibentibus B à nocentibus, & proprie pura non permiſta cum melle. [g] Cõmiſta enim cum melle, quãuis ſit plurimæ ſolutionis ex modis diuerſis, q̃m eſt plurimum remanens in ſtomacho, tamen eius confortatio eſt minor: q̃m mel frangit de fortitudine aliquid in confortando, & purgando, quę ambo ſimul perquiruntur. [h] Et oportet vt quãdo bibitur, vt intentio ſit poſt ipſam ambulare, parumper, & nõ oportet vt alteret propter ipſam, regimẽ ſuum. Et q̃nq; remouetur ægritudo potione vna ex hiera. Et ſi fuerit illic caſus appetitus, aut nauſea, ponantur loco croci in hiera roſæ rubeæ. [i] Et quando inuenitur caliditas inflãmata, non adminiſtretur hiera, q̃m ipſa quandoq; addit in malitia complexionis, & proprie quando exiſtimatur ꝙ [k] ſit illic materia, & non ſit ibi materia. Et in ſumma hiera eſt [l] medicina magis conferens humoribus cholericis in ſtomacho, & proprie cum decoctione abſinthij. Deſcriptio hierę ad hunc modum leuis. Recip. floris ſquinanthi, & xylobalſami, & aſſari, & cinamomi omnium ana partem. i. & aloes partes. vi. & quando non quæritur in ipſa fortitudo euacuationis, immo mundificatio æqualis ponatur pondus omnis medicinæ pars. i. &. 5. [m] Et ex pilulis expertis iuuãtibus in hoc, eſt vt ſumatur aloes drach. i. & myrobalanorum citrinorũ, & roſarum medietas drach. & conficiantur cum ſucco endiuiæ: Et diacydoniten ſolutiuum factum ex cydonijs, & zuccaro, & ſcãmonea. & quandoq; ſufficit vt in potu detur danich ſcammoneæ in tribus vnc. lactis acetoſi, colati à butyro ſuo, dimiſſi vna hora, donec bona fiat eorum commiſtio. Et C geleniabin ſolutiuum eſt maximi iuuamenti in hoc: Et ſimiliter fumus terræ, & proprie ad cholericam. Et decoctio abſinthij, & prunorum, & tamarindorũ. Et ſyrupus roſaceus ſolutiuus, & proprie in æſtate. Et ſimiliter aqua caſei cum myrobalanis, & ſcãmonea pauca, aut aloe, ſi eſt voluntas vt euacuet materiam cholericam. Medicamen Gal. bonũ. Recip. abſinthij romani drach. v. & roſarum rubearum ſanarũ drach. xx. decoquantur in lib. ij. aquæ, donec remaneat medietas lib. deinde potetur ſicut eſt, aut cum zuccaro pauco. Et aloe quidem eſt conueniens in euacuationibus ſtomachi: [n] Et ſcãmonea eſt nociua ſtomacho, & inimica ei. Nõ ergo audeas dare ipſam, niſi cum neceſſitas adeſt. Et in huiuſmodi quidem materijs, confert phlebotomia, quando illic eſt repletio, vt moueatur humor ad venas, & extremitates, & ſint in humoribus qui ſunt in ſtomacho, meatus in quibus expellantur. Et iam quidem expertum eſt ſumere in potu hieram cum decoctione abſinthij, q̃m eſt vltima. Et expertum eſt diacydoniten huiuſmodi. Recip. cydoniorum aſſatorum in maſſa quantitatem trium vnc. & croci, & abſinthij amborum ana drachmam. i. &. 5. & olei arboris maſticis, & olei de cydonijs. viij. darkemet cõficiantur cum vino odorifero, & adminiſtrentur. confortant enim ſtomachum qui eſt cum hoc modo, & prohibet ipſum recipere humores calidos. Et ex eis quę experta ſunt etiam, eſt vt ſumantur [o] abſinthij drach. x. cinamomi drach. v. xylobalſami, ſpicæ amborum ana drach. iij. foliorum roſ. recentium. drach. iij. xyloales, maſticis amborum ana D drach. i. coquantur in aqua multa, vſquequo redeat ad paruitatem. ſ. ad quantitatem libræ. i. aut minus, & coletur, & infundatur in ipſo aloe cuius potio ſit quantitas vnc. i. omni die, vſquequo appareat ſanitas. Et ſi humor eſt effuſus, non adhærens ei, neq; groſſus, iuuatur vomitu facto aqua raphani, & oxymelle: & aqua mellis, & aqua hordei permiſta cum oxymelle calida, & quæ procedũt curſu eorum ex eis, quæ faciunt vomere leuibus: & q̃nq; ſufficit aqua calida ſola, aut cum oleo calido ſolo: aut cum oxymelle cum aqua calida ſola. Et aqua quidẽ calida cum melle pauco lauat materiam: & q̃nq; expellit eam natura cum vomitu: & quandoq; deducit eam ad inferiora. Et quandoq; curatur huiuſmodi materia cum ſolutione ventris etiam, cum eis quę diximus, ſi ex vomitu non prouenit illud quod quęritur, aut eſt ad profundum ſtomachi magis decliuis. Et quando volueris ſoluere ventrem cum hiera in huiuſmodi materia, dabis in potu poſt balneum in die antecedente aquã hordei: Et q̃nq; eſt humor hic mordicatiuus paucus, & eſt tunc adminiſtratio ſauic hordei cum aqua granatorum auferens nocumentũ eius propter exuccationẽ ſauic, & exiccationem eius, & quia confortat aqua granatorũ os ſtomachi, quare non recipit ipſum. Si autem humor eſt groſſus, tunc rectius eſt vt incidatur, & ſubtilietur cũ potionibus inciſiuis, & ſubtiliatiuis. Et medicinæ quidem inciſiuæ ſunt, ſicut [p] oxymel, & [q] †{alchiuamich vel alchuamich, &} ſinapis, & capparis,

A G.5.lo.af.c.6.f.g  
B † rubi.  
C G.6.  
D Gal.7.met.c.11.a.b  
E Gal.h  
F Gal.c  
G Gal.d  
H G.d.& 4.aph.14  
I C.14.& Raſ.30.cõ.t.1.c.2.384.1.  
K Oppo.c.24.  
L Raſ.11.con.t.1.c.117.1.  
M Raſ.11.cont.t.1.c.4.115.1.  
N Trac.2.c.9.& G.1.de ali.fac.fo.9.h.& Raſ.11.cont.t.1.c.1.115.2.3.& Pau.li.1.44.20.  
O Raſ.117.1.  
P Paul.li.3.144.20  
Q † iſi ea quæ ex hoc & muria cõpo nuntur, vt

paris,& oliuæ,& cum emplaſtris ſubtiliatiuis: deinde educatur ſolutione ventris cum eis,quæ educunt huiuſmodi. Quod ſi adminiſtretur vomitus, deinde vẽtris ſolutio, erit rectius. Et ſi eſt inobediens ꝙ non eradicetur, tunc oportet vt facias vomere cũ eis, quæ ſunt fortiora, ſicut decoctio nucis vomicæ, & ſinapis, & piperis. Medicamen faciens vomere phlegma medulla cartami diſſoluatur cum aqua anethi contriti,& proijciatur ſuper ipſum oleum laurinum,& detur in potu infirmo,& mittatur in ore ipſius penna, & euomat cum ea. Et quando mundificatur ſtomachus,tunc adminiſtrentur ea,quæ æquant complexionem,& calefaciunt ipſum cum ſubtilitate,vt non generetur vice alia. Et quando vis ſoluere ventrem in huiuſmodi materia, dabis ei ad potandum vno die ante ipſam poſt balneũ aquam ciceris: & oportet vt adminiſtres eis illud multoties: & balneatio in aquis thermaticis, & deambulationes, & motus iuuant eos. Et [a] multoties eſt de conſuetudine hominis,vt congregetur in ſtomacho ipſius phlegma plurimũ,tunc ergo adminiſtrentur porri cum bliti,& ſinapi,quoniam ſanat,propterea ꝙ illa incidunt corpus humoris,& propter ſolutionẽ accidentem comedenti ipſum, & ſi phlegma eſt acetoſum, detur in potu hiera cum oxymelle, & vtatur medicamine diacalamẽthi. Et medicinę quidem ſolutiuę teſtificantes humores groſſos,quæ ſunt huiuſmodi deſcriptionis ſunt pilulæ alfeniati, & pilulæ aloeticæ magnę:& pilulæ ſtomachicæ: & aloe in ſyrupo acetoſo cum ſeminibus,fortia habente ſemina, facto cum melle: & hiera ad illum qui groſſus eſt. Recip.ſeminis apij par. vi. & extremitatum abſinthij, aniſi, ſeminis fœniculi omnium ana par.iij.piperis al.& aſſari amborum ana partem.i.& mediam coſti,& ſpicæ runii [b] †{keiſim}omnium ana partes.ij.maſticis croci amborum ana partem.i.aloes partes.viij.conficiantur & fiant ex eis trochiſci,& bibatur omni die troc.pondere aure. i.quoniam mundificat ſtomachum cũ facilitate.Et qñq; neceſſarium eſt vti hieris magnis:Et ex eis quæ conferunt proprie,poſt mundificationem pręcedentem,ſunt myrobalani kebuli conditi,& ſyrupus de abſinthio,& zinziber conditum. Et cibi conuenientiores eis,ſunt iura †{alkanabir,} & paruarum auium columbinorum. Corpora enim pullorum columbinorũ ſunt tardæ digeſtionis, & lõgę morę in ſtomacho. Et ſcias ꝙ ſahane eſt exiccatiua ſtomachi, exiccatiua ſuperfluitatum omnium humidarũ, & aqua ferri mineralis, [c] aut in qua extinguitur ferrum minerale, aut in qua extinguitur ferrũ ignitum multoties, eſt iuuatiua ſtomachi humidioris. Et oxymel ſquilliticum eſt vehementis iuuamenti, & dyacidoniten purum eſt bonum materijs calidis,& illud quod eſt cum pipere, & zinzibere, materijs groſſis,frigidis,& eius deſcriptio. [d] Recip.ſucci cydoniorum aquoſorum, parum, ponticorum partẽ.i. mellis ad infrigidatum, & zuccari ad calefactum partem. i. & aceti boni fortis. ſ. aceti vini partem mediam, pręparetur ſuper ignem lentum,& reponatur: Quod ſi voluntas adeſt,vt ſit maioris fortitudinis,ad infrigidatum ponantur in ipſo zinziber, & piper. Et ex eis quę cõferunt ad reſoluendas materias groſſas ex ſtomacho, [e] eſt amplexari infantem, qui non polluitur, ſed eſt proximus ad hoc ſine velamine. Et [f] qñq; aggregantur in ſtomacho duo humores contrarij:& eſt ille qui eſt imbibitus verbi gratia ex ſubtili cholerico, & effuſus in concauitate ex groſſo: oportet ergo vt intentio ſit in eo,qui eſt maioris nocumenti:Et [g] quando humor impediens eſt calidus, mordicatiuus,ex quo accidunt ſyncopis, & ſpaſmus, tunc rege ipſum cum eo quod [h] diximus in capitulo ſyncopis. Et [i] primum quo oportet vt ei ſuccurras, eſt facere,ipſum ſorbere aquam tepidam. Nam cum ipſi per eam euomunt humores ſuos,ſedatur illud quod habent.Et ſi humor nocens effuſus eſt melancholicus, tunc conferunt ei decoctio calamenthi cum melle: & decoctio epithymi, & calamenthi campeſtris. [k] Et ex eis quæ valent ad hoc, eſt vt conficiantur alumen,& calcadis, & æs vſtum cum melle, & ponantur ſuper ſtomachum. Et [l] oportet vt ponatur ſuper ſtomachos eorũ in horis prauitatis ægritudinis ſpongia infuſa in aceto calido valde. Cumq; humor fuerit frigidus,& humidus, tunc ſis contentus calefacientibus,reſolutiuis. Et nõ facias ingredi in eis ea,quę exiccant cum ſtypticitate,quoniã error eſt maximus ſiue ſit cibus,ſiue medicina. Et quandoq; materia impedit multitudine ſua, non ſua corruptione, & in ſuccurrendo nocumento, adminiſtrentur medicinę & cibi ſtyptici abſq; ſpe malitiæ.Curationi autem apoſtematũ ſtomachi,ſingularia poſterius faciemus capitula:& ſimiliter curationi ventoſitatum, & inflationis. [m] In raritatis vero ſtomachi cura adminiſtrentur medicinæ calefacientes ſtypticę,quas diximus, & proprie aromatica, in quibus eſt conuenientia cordi, & ſpiritui: & adminiſtrentur electuaria aromatica, ſtyptica, ſicut de nuce muſchata, & electuarium de cardamomo,& ſimilia:quæ ſunt ex eis quæ dicemus, & quæ diximus in curatione frigoris ſtomachi,& humiditatis eius. Et ſ alleuiantur cibi,& ſubtilientur, & ſumantur in pluribus vicibus,& non grauabunt ſtomachum. Et non impleatur vino ſubito. Neq; moueatur poſt cibum,& potum.neq; bibat ſuper cibum.Et ſit illud quod bibit vinum forte, vetus, ad aliquantulam declinans ponticitatem,& aſſumant ipſum paulatim paulatim. Cura autem oppilationũ euenientium in meatibus propinquis ſtomachi, qui ſunt ad ipſum, aut in ipſo, ſicut meatus qui ſunt ex ipſo ad ſplenem,aut ex ipſo ad hepar, eſt adhibere aperitiua ſicut hieram, & abſinthium. Verũ de curationibus obuiationis,& percuſſionis,& caſus:ſuper ſtomachũ, ſunt [n] trochiſci dicti in antidotario,in quibus ſunt karabe,et melilotum. Emplaſtrum iuuatiuum ad hoc. [o] Recipe pomorum de ſcemi coctorum diſſolutorum in decoctione contritorum valde pondus drach. quinquaginta, & miſceantur cum decima ſui de laudano & roſ. drach. viij. & aloes,drach. vi.conficiantur omnia cum duobus ſuccis.ſ.bugloſſæ, et foliorum cupreſſi, et miſceatur cum eo oleum de lilio, et tepidetur,et ligetur ſuper ſtomachum diebus aliquibus.

De cura

E F G H

A Gal.1.de alimẽ. fac.fo.8.g
B † liguſtici
† auis quæ vulgo dicitur lodula.
C Raſ.11.con.t.1. c.2.118.1.
D G.8.de phar.cõ pō.ſm lo.c.4.f
E C.30.& t.3.c.5.& G.7.meth.c.7.b
F G.7.met.c.11.f.g
G G.11.meth.c.8.a
H F.11.t.2.c.8.
I Gal.ibi.a
k Paul.lib.3.c.37.
L T.3.c.3.
M T.3.c.7.
N Li.4.F.4.t.2.c.6.
O Repetit de verbo ad verbum.t.2. c.23.



*De cura eius qui læditur fortitudine ſenſus ſui ſtomachi.* Cap. 34.

A CVm ſuperfluit illud,non eſt excuſatio quin adminiſtrentur narcotica cum facilitate. Et oportet vt ſint cibi eius illi,qui ingroſſant ſanguinem,ſicut illi qui fiunt de frumento cocto cũ multa aqua,& carnes vaccinæ vſquequo ſit neceſſarium vti narcoticis. Et ſi illud, quod nocet, fuerit calidum,tunc oportebit vt partes ſtomachi mundificentur cum hiera multoties, & vt nõ tardetur cibus eius:immo oportet in huiuſmodi vt cibentur in principio famis ipſorũ pane cum [a] robub fructuum, aut [a] infuſo in aqua frigida & aqua roſ. & qñq; infunditur in vino miſto infrigidato: illud enim confortat os ſtomachi etiã.Et ſi illud quod lędit, fuerit frigidum,tunc plurimum quod eis accidet, non accidet niſi tremor & ſpaſmus, quare oportebit vt eorũ ſtomachi confortentur cũ vino ſtyptico,& cum medicinis aromaticis ſtypticis,ſubtiliatiuis,& euacuetur humor qui eſt in eis.

*De regimine eius cuius ſtomachus paruus eſt.* Cap. 35.

OPortet [b] vt ſit cibus eius ex eis quæ ſunt in pauca quantitate multi nutrimenti, aut cibus exhibeatur vicibus tribus, aut quatuor vt ſuppleat loco eius, quod exhibetur vice vna, aut duabus vicibus in ſtomacho temperato.

*De rebus conuenientibus ſtomacho.*

B CIbi autem magis conuenientes ei, [c] ſunt illi in quibus ſunt ſtypticitas, & amaritudo ſine acuitate,& mordicatione. Et ſani quidem iuuantur in confortatione ſuorum ſtomachorum cum ſtypticis.In febriẽtibus vero non oportet vt ſuperfluat in hoc, & cũ eis in quibus eſt ſtypticitas vehemens,qm̃ illud exiccat ora ſtomachorũ ſuorũ exiccatione nociua:quare oportet vt in eis cum facilitate adminiſtrentur quando neceſſaria ſunt. Et ex cibis quidem conuenientibus ſtomacho, iuuantibus ad debilitatẽ ipſius, ſm ꝙ teſtatur [d] Gal. ſunt pelles intrinſecæ ventrium gallinarum, & dimiſſio coitus confert eis in confortando ſtomachum valde. Et ex regimine conuenienti pluribus ſtomachis [e] eſt vti vomitu in menſe bis, ita vt non cõgregetur in ſtomacho humor phlegmaticus. Et facilior vomitus eſt ille, qui fit cum raphano,& piſcibus comeſtis,expectando donec ſit ſitis valde,& bibendo poſt ipſam ſyrupum acetoſum mellinum,aut zuccarinum cum aqua calida,& euomendo. Et non oportet vt ſupra illud addatur, qm̃ conſueſcet natura eijcere ſuperfluitates ad ſtomachũ.Et ſcias ꝙ vomitus facilis,leuis,ſine labore,& non frequens, in hora neceſſitatis eſt maximi iuuamenti.Et ex regimine conueniente pluribus ſtomachis eſt,vt ſint contenti cibo vna vice. præter quod repleantur in illa vice. De ſolutiuis vero, conuenientiora eis ſunt, aloe,& [f] abſinthij herba, non ſuccus eius: quoniam ſuccus ſeparatus eſt à ſtypticitate retenta in herba. Et quandoq; iuuatur, ſtomachus ex acceptione [g] vuarum ſiccarum dulcium in ſecunda menſa, propter illud quod in eis eſt de abſterſione æquali. Et ipſę quidem ſunt ex eis quæ ſedant mordicationem paruam, quæ accidit ſtomacho, ſua abſterſione. Magna vero mordicatio indiget fortiori illis:Et [h] grana myrti conferunt ſtomacho,& capparis pręparata etiam:& ex oleribus [i] lactuca ſtomacho qui ad caliditatem eſt decliuis. Et ſimiliter fumus terrę,& apium eſt communis iuuamenti. Et ſimiliter [k] menta, & [l] enula condita cum aceto. Et ex eis quæ conueniunt ſtomacho ſua proprietate, & cõferunt meri etiam, eſt lapis, qui dicitur [m] iaſpis [n] & corallus cum ſuſpẽditur ita vt approximet ſtomacho,aut fiat ex eo ſuſpenſorium. Qualiter ergo cum ingreditur in confectionibus,aut bibitur ex eo medietas drach.i.

C

*De rebus quarum uſu nocetur ſtomachus, & inteſtina.Cap* Cap. 36.

SCias ꝙ plures ægritudines in ſtomacho ſequuntur ſatietatem nauſeatiuam. Aliena ergo eam, & aliena cauſam eius ex cibis in quantitate eorum, & qualitate eorum, & qui ſunt inconſueti, & [o] ex aeribus, & ex aquis prohibentibus digeſtionem bonam. Et ex rebus magis inimicis ſtomacho eſt repletio:& propter illud non augetur corpus guloſi, qm̃ cibus non digeritur:quare non nutritur ex eo corpus. [o] Ille autem qui à cibo abſtinet, dum in ipſo remanet adhuc aliquid appetitus, augetur: qm̃ ſtomachus eius bene digerit cibum. Et ſcias ꝙ cibus qui eſt inconueniens ſtomacho in ſeipſo,non cauſa aggregationis ſuæ cum alio,aut eſt inconueniens ei propter ſuam quantitatem, aut propter qualitatem ſui:& [p] vnaquæq; earum ſi eſt ad leuitatẽ decliuior natat, & requirit expulſionem cum vomitu: & ſi ad grauitatẽ, reſidet,& requirit expelli fluxu ventris. Et quãdoq; accidit vt natet pars eius, & reſideat pars eius propter ſuam diuerſitatem in leuitate, & grauedine, & diuerſitate motuum ventoſitatum euenientium in ipſo, & requirit vomitum,& ſolutionem ventris ſimul. [q] Et ſcias ꝙ prohibitio fęcis,& ventoſitatis, eſt maximi nocumenti. Qñq; enim aſcendit propter illud fęx ex reuolutione ad reuolutionem ad ſuperiora, donec redit ad ſtomachum,& impedit nocumento maximo:& commouetur vel excitatur ſicut ileos, & accidunt cõturbatio, & caſus appetitus:& ventoſitas etiam qñq; aſcendit ad ſtomachum, & eleuatur vapor ipſius ad cerebrum, & nocet vehemẽter,& corrumpit illud quod in ſtomacho eſt. Et ſcias ꝙ omne quod ſtypticitatem non habet, ex ſuccis proprie,& ex alijs, communiter eſt malum ſtomacho. [r] Et omnia olea mollificant ſtomachum,& quod ex eis eſt magis conueniens & magis ſanum, eſt [s] oleum de oliuis,& oleũ de nucibus, & oleum de fiſticis. Et ex medicinis, & cibis ſtomacho magis nociuis ſm plurimum, ſunt grana pini & †{ſelk}& [t] †{albadrugi}& [u] †{alſegiem} nõ diſſolutę in decoctiõe,& acetoſa & atriplices,& [x] †{bachele ymanihe}niſi cum aceto,& almuri,& oleo. Et ex iſtis ſunt [y] fœnugrecum,& [z] ſiſamum:quoniã ambo debilitant ſtomachum: & lac eſt nociuum ſtomacho: & ſimiliter [a] medullæ, & [a] cerebella: & ex vinis quod eſt groſſum nouum. Et ex medicinis grana iuniperi,& grana alharar,& grana alfaghd. [b] Et ſcias ꝙ omnes medicinę ſolutiuæ,& omnia quæ abominationem

D

a Raſ.11.conti.t.1. c.1.117.3.
b Raſ.11.conti.t.1. c.1.118.4.
c Raſ.11.cont.t.1. c.119.1.
d Lib.11.de ſimp. medi.fac.80. a va- ... & t.2.c.3.
e Dio.lib.2.c.41.
f T.3.c.8.& li.1.F. 4.c.13.& Hip. de la ... dict.11.b
f Raſ.11.conti.t.1. c.116.4.
g Dioſ.lib.5.c.2.
h Dio.lib.1.c.128.
i Dioſ.lib.2.c.129.
k Dioſc.lib.3.c.33.
l Dioſ.lib.3.c.26.
m G.9.de ſimpli. medic.fac.67.d.de lapide.
n Raſ.11.cont.t.1. c.118.1.de corallo & Gal.de incãta.& cura.181.c.de co ...
o Ali.1.F.3.d.c.1.c.7
p ... nat.fac.c.13.f
q ... 16.t.3 c.6.& Ga.de ſympt.cau. 3.g.h
r T.2.c.9.& Ga.1. de alimẽ.fac.c.30.d
s T.2.c.9.
t G.2.de ali.fac. c.46.h.ocimum.
u G.ibi.62.f.rapę
x mercurialis
y Ga.1.de alimẽt. fac.c.14.e
z ...
a Gal.ibi.c.30.d
a Ra.de verbo ad verbũ.11.conti.t.1. c.116.3
b G.2.de vic.rõne acut.11.a

nem faciunt, ſunt mala ſtomacho. [a] Et coitus eſt ex rebus magis nociuis ſtomacho: & dimiſſio eius eſt ex rebus magis conferentibus ei, & [b] vomitus laborioſus quãuis ſit iuuatiuus ex parte purgationis, nocet tamen plurimum cum debilitatione. E

A Fē.13.t.1.ca.6. Ga.com.1.in.3.de mor.vulg.ſo.191. B Gal. de dynam. diſſ.19.h

TRACTATVS II. *huius Fen.*

*De regimine doloris ſtomachi & debilitate eius & diſpoſitione appetitus eius.* Cap. 1.

DOlor ſtomachi accidit aut propter malitiam complexionis abſq; materia, & proprie calida mordicatiua: aut propter malitiam complexionis cũ materia, & proprie acuta mordicatiua: aut propter ſolutionem continuitatis ex cauſa vẽtoſa extenſiua, aut mordicatiua aduſtiua, aut aggregatiua ambarum rerũ ſimul, ſicut eſt in apoſtematibus calidis. Et quandoq; fit ex vlceribus corroſiuis. [c] Et ex hominibus quidẽ ſunt aliqui, quibus accidit dolor ſtomachi, cum comedunt, & ſedatur poſt digeſtionem: & eorum plurimi ſunt melancholici, & patientes melancholiam mirachiam. [d] Et ſunt ex hominibus quibus accidit dolor in fine ſpatij conprehenſionis cibi in ſtomacho, & apud horam decimam, & quæ ſequitur eam: [d] De quibus ſunt quidam, quorum dolor non ſedatur donec euomant quoddam quod eſt ſicut acetum, ex quo ebullit terra, deinde ſedatur dolor eorum: Et ex eis ſunt quorum dolor ſedatur cum deſcenſione cibi, non cum vomitu. Et de duabus ſectis ſunt qui remanent ſecundum tolerantiam ſuam longo tempore. [e] Et cauſa quidem primi eſt effuſio melancholiæ ex ſplene ad ſtomachum. Et cauſa ſecundi eſt effuſio choleræ ad ipſum ex hepate ſemper quæ ambæ non lædunt in principio rei, quoniam ambæ cadunt in profundum. Cumq; cibus permiſcet eas, commouẽtur cum cibo, & aſcendunt ad os ſtomachi. [d] Et eſt ex hominibus, ſtomacho cuius prouenit dolor, aut aduſtio vehemens, & cum comedit, ſedatur: & eius quidem cauſa eſt effuſio materierum mordicatiuarum ad ſtomachũ quando vacuus eſt à cibo, aut acetoſarum melancholicarũ, & ſunt raro, aut acutarum cholericarũ quæ ſunt ſæpe. [f] Et ex hominibus eſt, cui accidit propter multitudinem comeſtionis, & iterationis eius, non ſecundum veritatem famis, & propter repletionem corporis eius ex ſatietate nauſeatiua, aduſtio in ſtomacho ipſius intolerabilis. Et quandoq; fit dolor ſtomachi ex ventoſitate, ſcilicet aut dolor fortis, aut dolor pungitiuus. [g] Et ex hominibus eſt cuius eſt vehementia ſenſus ſtomachi, & accidit ei quod diximus de humoribus cholericis, qui effunduntur ad ipſum, & ſunt cauſa doloris maximi accidentis ſtomacho eius, intolerabilis: & quãdoq; facit accidere ſyncopim: [h] Et quandoque prouenit ex potu aquę frigidæ dolor in ſtomacho æſtuoſus, clamoſus: Et quandoq; moritur ſubito propter aduentum doloris ad cor, & quandoq; deſcendit dolor, & facit prouenire colicam. Et timetur quidem in illo in quo prolongatur dolor ſtomachi, ꝙ attrahat apoſtema ſtomachi, & portendit in prægnantibus præfocationem matricis, quamuis dolor ſtomachi multiplicetur in prægnantibus. [i] Et in libro quidem mortis feſtinæ dicitur, quòd quando apparet cum dolore ſtomachi ſuper pedem dextrum quoddam ſimile veſicæ, [k] † {aſperæ} tunc patiẽs eum moritur in. xxviij. diebus, & ex ſignis illius eſt ꝙ ipſe appetit res dulces. [i] Et ſi habet dolorem ventris, & apparet in ſupercilio eius veſtigium, & bothor niger, ſimilis fabæ, deinde fit vlcus, & permanet vſq; ad diem [l] † {ſeptimũ} aut plus, tunc ipſe moritur: & huic quidem homini accidunt ſubet, & multitudo ſomni in principio ſuę ægritudinis. F G

C F.1.t.4.c.19.&7. 16.t.3.c.6.&Raſ. conti.t.1.c.116.1. D Raſ.11.conti.t.1. c.a.116.1. E Lib.1.Fen.3.d.2. c.7.&Raſ.116.3.& Gal.3.li.3.de natu. fac.c.13.d F C.6.&t.5.c.8. G Raſ.117.3. H Idẽ quaſi.F.16. t.3.c.11. I Raſ.11.conti.t.1. c.1.108.4. k † groſſæ L † Septimum

*De ſignis.* Cap. 2.

SIgna complexionum purarũ ſunt ſigna prædicta: & ſigna complexionum, quæ ſunt cum materijs ſunt ſigna [m] prædicta etiam. Et mordicatio quidem cum inflammatione, ſignificat materiam acutam qualitatis calidæ amaræ aut ſalſæ. Si autem mordicatio eſt non ſtabilis, immo renouatur, ſignificat effuſionem materiei choleric& ex hepate. Et quandoq; facit incurrere mordicatio ſtomachi febrem ephemeram. Et mordicatio ſtabilis q̃nq; facit incurrere feb. tertianam inſeparabilem, & dolorem in latere dextro: & ſignificat cõitatem panniculi velantis hepar. Et quando ſedatur febris, & remanet mordicatio, tunc illud eſt propter effuſionem materiei ex ſuperfluitatibus hepatis, aut malitiam complexionis calidæ, aut humorem adhærentem in ſtomacho: Et abſq; inflammatione ſignificat materiam acetoſam. Et ſignum eius, quod eſt ex ſumma illius, in quo eſt doloris euentus poſt horas ſuper cibum cauſa melancholiæ, eſt vt accidat vomitus aceti acetoſi, & ſedatur eo dolor: & vt ſplen ſit læſus, & digeſtio mala. Et ſignum eius qui eſt ex illo cauſa cholerę, eſt vt non accidat vomitus aceti, immo ſi fuerit erit cholericus, & vt non ſit digeſtio diminuta, & ſint ſigna choleræ manifeſta, & hepar calidum inflammatum. & ſigna eius qui eſt ex ventoſitate, ſunt eructuatio, & ſingultus, & extenſio in hypochondrijs ex ventre. H

M T.1.c.18.19.20.21

*De cura.* Cap. 3.

CVra [n] quidem eius, qui eſt ex malitia complexionis calidæ, eſt in potu ſumere lac acetoſum vaccinum, & lac de quo extractum eſt butyrum acetoſum, & aquam frigidam: [n] & in cibo ſumere pullos, & alcubugi, & duragi, cucumeres, cucurbitam, & portulacam, & piſces paruos elixatos cum aceto. Et ex ſyrupis, ſyrupum acetoſum, & rob acreſtæ: & ex medicinis, trochiſcos de ſpodio: & adminiſtrare emplaſtra infrigidantia. Et ſi videris extenuationem, & arefactionem, adminiſtrabis tinas: & potabis ipſum vino ſubtili, miſto, & facies ei ſorbitiones impinguantes ſubtiles, temperatas. Et cum dolor fuerit ex humore cholerico calido euacuabis: Et adminiſtrabis ſyrupum acetoſum cum aceto in quo fuit infuſum abſinthium ſpatio longo. Et dolores quidem ſtomachi frigidos, & ventoſos, ſi ſunt leues, ſedat vaporatio cum milijs, & [o] ventoſe cum igne, & proprie

N Raſ.11.conti.t.1. c.1.115.1. O Lib.1.F.4.c.11. & 30.& Ga.3.loc.aff. c.4.f.g.&11.meth. c.8.h



A prie quando ponitur ex eis ventoſa magna ſuper locum mirach ventris medium, ita vt comprehẽdat vmbilicum ab omni latere, & dimittitur ſic hora vna abſq; inciſione. [a] Ipſa enim dolorem illico ſedat mirabiliter: & ſumere in potu vinum purum, & inungi ex oleis calefacientibus, & hoc etiam ſedat dolores prauos. [b] Et ariſtolochia longa eſt maximi iuuamenti in ſedando dolores vehementes, & ventoſos. [b] Et ſimiliter caſtoreum quando bibitur cum aceto commiſto, aut vaporatur ex eo venter exterius cum oleo antiquo. [b] Et ventoſitatem quidem reſoluunt potus vini puri, & feſtinatio ad ſomnum, & exercitium ſuper vacuitatem. Et adminiſtratio eorum quæ dicemus in [c] capitulo inflationis, ſi vehemens fuerit neceſſitas adhibere fortiores medicinarum. Et ſi dolor eſt ex ventoſitate præfocata in ſtomacho, aut eis quæ ſequuntur eum, conferunt ei grana lauri, & cyminum aſſatũ. Et ſi eſt dolor ex melancholia inflatiua, tunc oportet vt vaporatio fiat cum aliquantulo alumine, & dragantho contritis cum aceto acetoſo: & vt vaporetur etiam cum ramis anethi contritis. Et ſi fuerit dolor ex apoſtemate, tunc cura eius erit cura quam dicemus in [d] capitulo apoſtematum ſtomachi. Quod ſi dolor ex ſui vehementia non prolongetur tempore quin interficiat, tunc mollificabis cum adipibus & embrocis factis ex anetho, & ſimilibus. Et cura doloris qui excitatur poſt ſpatium longũ, facientis neceſſarium, vt [e] euomatur materia acetoſa, eſt confortatio ſtomachi cum calefactione, & emplaſtris calidis [e] cũ vino: & vino puro, & confectionibus magnis, & cibari ex eis quæ in patellis præparantur: & quorum proprietas eſt vt [e] effumationem faciant in ſtomacho calido, ſicut oua aſſata, & [e] mel. Et cura eius cui accidit dolor vſquequo comedat, eſt euacuatio choleræ: aut eius extinctio, ſi eſt ex cholera: aut euacuatio melancholiæ, ſi eſt ex melancholia. Aut declinare vtrunq; humorem ad partem quæ nõ ſint ſtomachi cum eo quod diximus in capitulo canonis: & vt confortetur os ſtomachi: Et [f] oportet poſt illud, vt diuidant cibum, & vt cibentur ambo cibo pauco in quantitate, multo in nutriendo. & [f] non bibant ſuper ipſum niſi deglutiendo parumper: & prætermittant ipſum vſq; ad horam doloris, & cum completus fuerit, bibant tunc. [g] Dolor autẽ qui accidit poſt cibum, & non ſedatur niſi vomitu, eſt dolor malus: & rectius quidem eſt, vt in potu ſumant omni die aliquid mellis ante cibum: Et vt conſideres cauſam illius ex [h] capitulo vomitus, & euacua illud quod oportet euacuari ex infuſione aloes & ſimilibus: deinde adminiſtra troc. ſtellę, & ex eis quę conferunt ad hoc eſt, vt ſumant olibani, & maſticis, & nigellę, & ameos, & corticũ fiſticorum viridium, & xyloaloes crudi, partes ęquales: terantur, & cribellentur, & conficiantur cũ melle emblicorum: & ſumatur ex eo ante cibum quantitas duarum drac. vſque ad duos aure. Et cõferunt ei adminiſtratio coriandri: & ſyrupus granatorum cum menta, & reliqua quę dicũtur in capitulo vomitus. Et ex eis quę conferunt doloribus ſtomachi cum proprietate ſm̃ ꝙ teſtificat [i] Gal. ſunt, cutes intrinſecę ſtomachorum gallinarum. Et plurimum quidem mordicationem ſtomachis C edant res frigidæ, ſicut lac acetoſum, & ſimilia.

A Ga.meth.c.8.h B Raſ.11.conti.t.1. c.1.114. C [illegible] D 3.t.4. E Raſ.11.conti.t. 1.c.116.1. F Raſ.11.conti.t.1. c.116.3. G Raſ.li.diui.c.59. H [illegible] I [illegible] de ſimp.fac.to. & [illegible]

*De debilitate ſtomachi.* Cap. 4.

DEbilitas ſtomachi eſt nomen diſpoſitionis ſtomachi, quando non bene digerit, & conturbat eum cibus vehementer abſque cauſa quæ ſit in cibo, ex cauſis prędictis in capitulo corruptionis digeſtionis. Et multoties quidem aſſociantur ei defectus in appetitu, & paruitas: Verum illud non eſt ſemper: immo quandoque eſt appetitus plurimus, & digeſtio pauca: & non ſignificat illud fortitudinem ſtomachi. Et quando cauſa eius in fortitudine augetur, ſunt illic [k] rugitus, & [k] eructuatio alterata & nauſea, & proprie ſuper cibum: ita ꝙ quoties ſumit cibum, non [k] poteſt moueri, donec ipſum euomat: & ſunt mordicatio, & [k] dolor inter ambas ſpatulas. Quod ſi cauſa in fortitudine valde addatur, non erit eructuatio: [k] aut non facilis erit exitus ſtercoris: aut non erit ei mora, & lubrificabitur velociter: & [k] erit patiens deiecti pulſus, velox [k] ad ſyncopim, & quærit cibũ. [k] Cũq; approximatur ei, teretur ex eo, aut ſumit rem modicam: [k] aut accidit ei febris pro qualibet cauſa: & apparent in eo [k] accidentia melancholiæ mirachiæ. Et ſcias ꝙ debilitas ſtomachi fortaſſe eſt cauſa omnium ęgritudinum corporis. [l] Et hæc quidem debilitas quandoque eſt in ſuperioribus ſtomachi: & quandoque eſt in inferioribus eius: & quandoque eſt in vtriſq; ipſius. Cumq; eſt in ſuperioribus ſtomachi, eſt nocumentum eius quod comeditur in principio cum comeditur, quandiu eſt D in partibus ſuperioribus ſtomachi: & ſi eſt in inferioribus ſtomachi, eſt nocumentum cum requieſcit cibus: & apparet eius veſtigium in egeſtione. Et cauſæ quidem debilitatis ſtomachi, ſunt ægritudines venientes in eo prædictæ: & nauſeatiua ſatietas continua: & quandoq; facit eam plurimus vſus vomitus. [m] Et experimentatores quidem in cura contenti ſunt exiccatione & deſiccatione ſecundum quòd innuimus ad illud in [n] capitulo ſuccurrendi complexioni frigidæ & humidæ quæ accidit ſtomacho. [o] Sed veritas eſt, quòd debilitas ſtomachi ſequitur omnem malitiam complexionis, quare oportet vt cognoſcatur complexio, deinde opponatur cum cura. [p] Et quandoque eſt debilitas propter ſiccitatem ſtomachi. ſi ergo curetur cura prædicta, qua contenti ſunt experimentatores, erit cauſa mortis: & [o] quandoque eſt ſanitas eius in potando ipſum potatione frigida, aut potatione lactis acetoſi vaccini infrigidati ſuper niuem, & adminiſtratione fructuum frigidorum. [q] Et quandoq; vehementia debilitatis ſtomachi curatur cum calefacientibus: & dominatur ei ſitis [r] & infirmus contrariatur medicis: quare repletur aqua frigida, & ſanatur illico. Et quandoq; expellitur humor nociuus cauſa repletionis ex aqua ſi fuerit illic humor, & egreditur cum ſolutione ventris, & euadit æger cum eo. Et ſolutio ventris eſt ex eis quę debilitant eum, & fit cum ea ſoda. Et ſcias quòd fortitudo ſtomachi fixa, eſt cum fortitudine omnium virtutum. iiij. quęcunque ergo

K [illegible] L Raſ.11.conti.t.1. c.116.3. M Gal.7.meth. c. 4.h N [illegible] O Gal.libi.a.b P Gal.libi.b Q Gal.libi.c.7.b R Gal.libi.c.8.d

earum debilitetur, debilitat ſtomachum. Verum homines iam cōſueuerunt, vt dicant illud ſecundum digeſtiuam. Et vnaquæq; ipſarum virtutum debilitatur propter omnem malitiam cōplexionis. [a] Verum attractiua debilitatur frigore, & humiditate ſecundum plurimum: quapropter oportet vt conſeruetur cum medicinis calidis & ſiccis, niſi ſit debilitas eius propter cauſam aliam. Et retentiua oportet vt conſeruetur ſecundum plurimum cum ſiccitate cum declinatione ad frigiditatem. [a] Et expulſiua cum humiditate & frigiditate aliqua. [b] Et digeſtiua cū caliditate & humiditate aliqua. Et ſcias φ deterior debilitas ſtomachi eſt illa, quę contingit in rarificatione texturę villorum eius: & ſignificat illud hoc, quod non inuenitur illic ſignum malitiæ complexionis, neq; apoſtema, neq; confert bonificatio ciborū: quare illic ſcias, φ ſtomachus iam atteritur. [c] Et nocumentum quidem ingreditur ſuper virtutem retentiuam, & non inuoluatur ſtomachus ſuper cibum omnino, aut mala inuolutione ipſum comprehēdat. ſ. tremula, aut cum tremore cordis, aut ſpaſmoſa. Ex ea igitur eſt illud, quod ſentit ęger manifeſto ſenſu, ſicut ſpaſmus, & tremor cordis: tremorem vero qū non manifeſte percipit, verum ſignificatur illud cum eo quod ſentitur de labore ſtomachi, & deſiderio eius deponendi cibum à ſe, præter φ ſint vocantes ad illud rugitus, & extenſio, & inflatio. Quod ſi ſuperfluat, tremor, fit tremor magnus: & ſentitur ex eo, ſicut ſentitur ex tremore reliquorum membrorum. Et ingreditur ſuper attractiuam, vt non attrahat omnino, & quidam nominat hoc mollificationem ſtomachi: aut attrahit cum pigritia ſicut fit in initio ægritudinis, quæ nominatur mollificatio ſtomachi. Aut eſt eius attractio varia, quaſi ſit ſpaſmoſa aut tremula. Et debilitas quidem virtutis alteratiuæ perducit ad hydropiſim carneam. Et ſcias φ quando ſtomachus taliter debilitatur, φ cibum mutare non poteſt omnino abſq; cauſa, excepta debilitate ſtomachi perducit res ad lubricitatem inteſtinorum: ſed ſecundum plurimum in debilitate ſtomachi eſt cauſa quam in tendunt experimentatores intendentes ſuccurrere ei ita vt non percipiant illam, & ſimiliter iuuant cum regimine electo apud eos ſecundum plurimum. Et oportet vt emplaſtra, & vnguenta prædicta, quando volunt ex eis confortationem ſtomachi, calefiant vehementer: [d] tepida nanq; ſm eos mollificant os ſtomachi. [e] Et Gal. quidem vſus fuit in hoc capitulo cerato ſecundum hunc modum. Recip. ceræ aure. viij. olei de neriden vnc. i. & miſceatur cum vtriſq;, ſi ſtomachus fuerit vehementis debilitatis ita vt non retineat cibum aloes & maſticis amborum ana aur. i. & ʒ. aut aur. i. & ſucci acreſtæ aur. i. & ponatur ſuper ſtomachum. [f] Et Gal. etiam affirmauit φ ægritudines ſtomachi, cum quibus non eſt caliditas vehemens, aut ſiccitas vehemens, ſanantur cum diacydonite ſecūdum hunc modum. Recip. ſucci cydoniorum lib. ij. & aceti fortis lib. i. & mellis quantum ſufficit, decoquatur donec fiat in eſſentia mellis, & pulueriżetur ſuper illud zinziber. vnc. i. & tertia aut. ij. vnc. & adminiſtrentur. Medicamen aliud proximum illi. [g] Recip. cydoniorum aſſatorum lib. iij. & mellis lib. iij. permiſceantur ambo & proijciantur ſuper ea piperis. ij. vnc. & ſeminis apij montani vnc. i. Et ex eis quæ cōferunt ſtomacho debili, eſt [h] adminiſtratio vociferationum, & omnium quæ mouent ſiphac. Et ex medicinis bonis ſtomacho debili mollificato, eſt tryphera, & medicamen perſarum, & eius modus eſt vt ſumantur [i] myrobalanorum nigrorum aſſatorum cum butyro vaccino drac. x. & naſturtij aſſati drac. v. & ameos, & origani perſici amborum ana. drach. iij. ſcoriæ ferri drac. x. doſis eius ſit drac. ij. cum vino forti. Deſcriptio emplaſtri boni ad debilitate ſtomachi cū duritiæ ſua. Recip. caſiæ ligneæ medietatem vnc. i. lilij carmet. viij. floris vel ſumitatum ſquinanthi carmet. vi. abhel carmet. xviij. bdelij carmet. xxxij. ceræ vnc. xvi. terebinthinæ vnc. iiij. raſæ ablutæ lib. i. ʒ. amomi. xviij. darchami ammoniaci carmet. xxxij. ſpicæ. vnc. vi. arſun vel aſſum aloes vnc. i. olei balſami vnc. ij. cinnami groſſi vnc. vna. Et ſyrupus granorum myrti eſt valde iuuatiuus eis, & in menta eſt iuuamentum manifeſtum, & ſuperiora fœniculi ſunt ex eis quæ conferunt in emplaſtris ſtomachi frigidi, & calidi: [k] & pix & ex emplaſtris ſtomachi frigidi debilis. Et ſcias φ debilitas quandoq; eſt cauſa tarditatis deſcenſionis cibi, cum expulſiua eſt debilis: quare oportet vt ſit panis confectus iſtis plurimum habens fermenti. Et qn̄q; eſt cauſa velocis deſcenſionis cibi propter ſuam humectationem lubricitantem & debilitatem ſuæ virtutis retentiuæ, quare oportet vt ſit panis confectus iſtis ad azymum decliuis aliquantulum.

E A Li. 1. F. 1. d. 6. c. 1. B Lib. 1. ibid. C Ga. de differen. ſymp. c. 4. d F D Fē. 16. t. 1. c. 4. & lib. 4. Fē. 1. t. 1. c. 16. & G. 8. meth. c. 5. c E. 7. met. c. 7. g. h. & 8. de cōpō. phar. ſm lo. c. 1. d. e F 6. de ſan. tu. c. 15. b G Raſ. 11. cont. t. 1. c. 1. 114. 4. panē dixit. H Raſ. 11. conti. t. 1. c. 1. 114. 4. I Raſ. 11. conti. t. 1. c. 1. 117. 4. K G. 7. meth. c. 7. b

*De ſignis nauſeatiuæ ſatietatis, & deſtructionis digeſtiuæ.* Cap. 5.

H L Ra. de verbo ad verbū. 11. conti. t. 1. c. 1. 108. 4.

EX [l] ſignis illius ſunt apoſtema faciei: & conſtrictio anhelitus: & grauitas capitis: & dolor in ſtomacho: & ſingultus: & pigritia, & tarditas motuum: & citrinitas coloris: & inflatio in vētre, & in inteſtinis, & hypochondrijs: & eructatio acetoſa, aut acuta fumoſa, fœtida: & nauſea, & vomitus: & fluxus ventris ſuperfluus, aut retentio ſuperflua.

*De cura.* Cap. 6.

OPortet vt adminiſtretur [m] vomitus, & leniatur natura cum ſolutione ventris: & ieiunet, & dimittat cibum quantum poteſt: Et vt ſit contentus minoratione, quando non poteſt: [n] Et exercitium, & balneum, & vt ſudet facienda ſunt, cum non eſt repletio, cuius motus timeatur cum motu: quod ſi timeatur, adminiſtretur quies, & ſomnus prolixus, deinde gradatim perueniant ad cibum, & balneum, & conſidera de cibo cuius digeſtio ſit bona. & conſidera ſigna bonitatis digeſtionis prædicta in [o] capitulo ſuo. Et quandoq; eſt nauſeatiua ſatietas propter multitudinem ſomni, & quietis. Nam ſomnus quamuis conferat inquantum digerit, tamen motus confert inquantum expellit ſuperfluitates: Et ſomnus quidem nocet vbi egent ſuperfluitates expulſione. Et vigiliæ nocent vbi indiget materia digeſtione. [p] Et quandoque perducunt nauſeatiua ſatietas, & comeſtio

M Fē. 16. t. 1. c. 19. & lib. 4. F. 1. t. 1. c. 37. N Raſ. 11. conti. t. 1. c. 1. 117. 4. O: T. 1. 17. P C. 1. & t. 5. c. 1.



A & comeſtio non ſm veritatem famis ad hoc, vt accidant ſtomacho aduſtio, & acuitas intolerabiles. Et iſti iuuantur in curatione nauſeatiuæ ſatietatis cum aliqua quantitate confectionis ſotiræ. Et iſti quandoq; perducuntur ad vomitum eius quod comederunt.

*De deſtructione appetitus, & debilitate eius.* Cap. 7.

QVandoque eſt cauſa eius [a] caliditas pura, aut cum materia: & appetit humidum, & frigidum, quod eſt potus, abſque calido & ſicco, quod eſt cibus. Et illa quæ eſt cum materia vehementior eſt in hoc, & magis deſtructiua appetitus. [b] Et frigus quidem vehementius pertinet appetitui, & propter hoc inueniuntur [c] ſeptentrio ex ventis, [c] & hyems ex temporibus vehementiores ad excitandum appetitum: & qui iter peragit in niue, vehementioris appetitus eſt valde. Et [b] cauſa in hoc eſt, φ caliditas eſt mollificatiua, faciens currere materias, & replens locum eis: & frigiditas eſt econtrario: quamuis quandoq; ſit cauſa magis nocens appetitui malitia complexionis frigidæ ſingularis, quando mortificat duas virtutes. ſ. ſenſibilem, & attractiuam: quare debilitatur appetitus: & hoc eſt raro. Immo quandoq; eſt cauſa eius omnis complexio ſuperfluens: quoniam confirmatio malitiæ complexionis debilitat omnes virtutes. Et deijcitur appetitus in [d] febribus, propter malitiam complexionis, & dominium ſitis, & repletionem humorum malorum furioſorum. ſed vehementius cadit appetitus in [e] febribus peſtilentialibus. [d] Et quando ſuperfluit ſolutio ventris vehemens fit caſus appetitus. Et appetitus aliquando [d] cadit in apoſtematibus ſtomachi & hepatis. [f] Et cum appetitus conualeſcentium non eſt bonus, & cadit, ſignificat recidiuationem, niſi ſit propter paucitatem ſanguinis, & debilitatem corporis: conſidera ergo illud. Et quandoq; eſt eius cauſa phlegma plurimum, viſcoſum, comprehenſum in ore ſtomachi: quare natura refugit à cibo: niſi in quo ſunt caliditas & acuitas: deinde accidunt ex acceptione illius etiam inflatio, & extenſio, & nauſea, & non quieſcit niſi cum eructuatione. [g] Et quandoque fit propter aſſiduationem catarrhi deſcendentis ex capite ad ſtomachum. [d] Et quādoque fit propter repletionem corporis, & paucitatem reſolutionis, & occupationem naturæ in rectificando humorem malum, ſicut fit in febribus, in quibus toleratur dimiſſio cibi tempore extenſo: quoniam natura non ſugit ex venis, neque venæ ex ſtomacho, propterea quia natura laborat ad expellendum, & refugit ab attractione, & [h] ſicut abſtineret vrſus, & eritius, & plurima animalia à cibo in hyeme tempore extenſo, quoniam occupatur natura in rectificando illud, quod eſt in corporibus eorum ex humoribus crudis, & digerendo ipſum, & adminiſtrando ipſum loco eius quod reſoluitur. Et ad vltimum neceſſitas cibi, eſt vt ſuppleat locum eius quod reſoluitur. Cum ergo non eſt reſolutio, aut eſt reſolutio parua, non eſt neceſſarius cibus extrinſecus. Et quandoque eſt cauſa in ea, quod venis, in carne, & lacertis, & reliquis membris quandoque accidit tantum debilitatis, vt [i] non ſugant: & non perueniat ſuctio ſecundum ſemitam ſucceſſionis ad os ſtomachi, quare non requirit ſtomachus cibum, ſicut cum accidit ei abſtinentia à reſtauratione eius quod reſoluitur: cum ergo non eſt illic reſolutio, non eſt illic neceſſitas ad reſtaurationem eius quod reſoluitur, quare non excitatur ſuctio venarum ad os ſtomachi. [k] Et quandoque fit propter abſciſſionem melancholiæ effuſæ ſecundum aſſiduationem ex ſplene ad os ſtomachi, quare non mouet ſpiritum ad appetendum: & non expellit aliquid ab ipſo mundificando: Cumq; remanet ſupra ſuperficiem ſtomachi res extranea, tunc ſi eſt pauca, eſt ſicut abſtinens à materia, & mouens ad expellendum, non ſicut appetens ipſam mouens ad attrahendum. [b] Et quandoque eſt cauſa eius deſtructio virtutis ſenſibilis in ore ſtomachi: quare non ſentit ſuctionem venarum ex ipſo, quamuis ſugant. Et quandoque eſt illud cauſa proprietatis ſtomachi: & quandoq; eſt cum communitate cerebri: & quandoq; cum communitate nerui ſexti ſolum: & quandoq; fit cauſa eius [l] debilitas hepatis: quare debilitatur virtus appetitiua: immo quandoq; fit cauſa eius mors virtutis appetitiuæ, & attractiuæ totius corporis, ſicut fit poſt egeſtionem ſang. plurimi: & hoc eſt malum, & difficilis curæ: & perducit illud ad hoc vt offerantur cibi, & appetat ex eis aliquid, & cum ponuntur ante ipſum, refugiat ab eis: Et deterius hoc eſt, vt nihil appetat, & nō debilitatur virtus appetitiua poſt euacuationem tantum, immo apud omnem malitiam complexionis ſuperfluæ. [m] Et quandoque cauſa eius eſt vermes, quando nocent inteſtinis, & communicat ei D ſtomachus, & non lædunt ſtomachum niſi aſcendendo ad ipſum. [n] Et quandoq; eſt cauſa eius melancholia multa lædens ſtomachum, mouens eum ad vomendum, & ad expellendum, non ad comedendum, & attrahendum. [o] Et quandoq; accidit deſtructio appetitus propter prægnationem, & [p] retentionem menſtruorum in principio prægnationis: Verum illud quod plurimum accidit eis, eſt corruptio digeſtionis, & quādoq; eſt cauſa eius ſuperfluitas caloris aeris, aut frigiditatis eius, ita vt reſoluat virtutem ſua caliditate, aut ſtupefaciat eam ſua frigiditate: aut prohibeat reſolutionem: Et vehementia caliditatis ſtomachi ſimiliter. Et ſimiliter qui conſuetus eſt bibere vinum, & dimittit illud. Et quandoq; alteratur diſpoſitio appetitus, & debilitatur propter malitiam diſpoſitionis ſomni: Et quandoq; fit caſus appetitus propter paruitatem ſangui. quam ſequitur debilitas virtutum [f] ſicut accidit conualeſcentibus cum euacuatione. Hic nanq; appetitus redit cum viuificatione, & reditione ſangui. paulatim. Et dimiſſio exercitij etiam abſcindit appetitum cibi. Et potus aquæ plurimæ. Et quandoq; eſt cauſa eius triſtitia: & timor, & ira, & quæ ſunt ſimilia his. Et quandoq; eſt appetitus proſtratus, & quādo incipit homo comedere, excitatur: & cauſa in hoc eſt, aut quia cibus excitat virtutem attractiuam, aut quia qualitas inuenta in ipſo actu, alterat complexionem deſtruentem appetitum: ſicut ſi ſit complexio illa calida, & ingrediatur cibus qui ſit frigi-

A G. 1. apho. 10. f B Ga. 1. de cā. ſym. c. 3. b C Raſ. 11. conti. t. 1. c. 1. 10. 3. D Aet. lib. 3. ſer. 1. c. 10. E Li. 4. F. 1. t. 4. c. 2. B F Li. 4. F. 1. t. 1. c. 96 G Raſ. 11. con. t. 1. c. 1. 109. 2. 3 H Li. 8. de nat. aía lib. c. 2. & Ga. 6. loc. affec. c. 5. f I G. 1. de cā. ſymp. c. 7. a. b C K Raſ. 109. 4. & li. 6. c. 59. L G. 6. 5. t. in. 3. hip. de mor. vulg. 13. c M Fē. 16. t. 5. c. 2. & Raſ. 109. 4. N Raſ. 11. cont. t. 1. c. 1. 109. 4. O G. 1. de cā. ſymp. c. 7. c P C. 10.

vide genitem

 dus

dus actu cum comparatione ad illam complexionem, & ſedatur. Et ſimiliter quandoq; bibitur in E ieiunio aqua frigida, & excitat appetitum. Et febricitanti quidem redit appetitus eius cum receptione panis infuſi in aqua frigida. Et qñ accidit ebrietas ex vino ebibito ſuper humorem furioſum excitat appetitū ad [a] † {ſurbagiet.} Et ſilr ſi eſt ille deſtructor appetitus frigiditas, & ingreditur cibus calidus actu, aut pars ſeu aliquid ex eo actu. [b] Et caſus quidem appetitus in ęgritudinibus chronicis eſt ſignificatio valde mala. Et ſcias quod cauſæ deſtructionis appetitus ſunt ipſæ eædem cauſæ debilitatis appetitus, cum ſunt minores & debiliores.

A † cibaria ex brodio cum riza.
B Lib. 4. Fe. 2. t. 1. c. 58. & Hip. & Gal. 7. pho. 6.

*De ſignis.* *Cap. 8.*

SIgna eius quæ eſt propter complexiones, ſunt ea quæ [c] ſciuiſti. Et ſigna eius quæ fit propter paruitatem reſolutionis, ſunt ſpiſſitudo cutis: & regimen delitioſum de his quorum præterijt rememoratio: & multitudo egeſtionis: & commotio ad appetitum pauca poſt exercitium & euacuationem. Et ſigna eius quæ fit ex debilitate oris ſtomachi, ſunt ea quæ diximus in capitulo debilitatis: & ex eis ſunt euacuationes plurimæ. Et ſignum eius cuius cauſa eſt aer, eſt illud quod ſcitur de diſpoſitione ægri in eis quæ ſunt præterita, ſcilicet an obuiauit aeri vehementis frigoris, aut vehementis caloris. Et ſigna eius quæ eſt ex vlceribus, ſunt dolor dictus in capitulo vlcerum: & quod egreditur aliquid ex eis in egeſtione: & mollificatio naturæ, & paruitas moræ cibi in ſtomacho: & mordicatio eius quod habet qualitatem acetoſam, aut acutam, aut amaram. Et ſignum eius quæ accidit prægnantibus, eſt prægnatio. F Et ſigna humoris putridi, ſunt nauſea, & ſubuerſio animæ, & fœtor oris in quibuſdam horis, & egeſtio mala. [d] Et ſignum eius quæ fit ex abſciſſione melancholiæ effuſæ ex ſplene ad ſtomachum, eſt ꝙ qñ iſte homo ſumit acetoſa, quæ titillauerint vel commouerint os ſtomachi, & expulerint, tunc redit ad appetitum: ac ſi ipſa faciant operationem cauſæ abſciſſæ: ſi non eſſet aſciſſa. Et facit credere hanc ſignificationem magnitudo ſplenis propter retentionem eius, qđ oportet vt effundatur. [d] Et ſigna eius, quæ fit ex melancholia plurima effuſa lædente ſtomachum, eſt vomitus melancholiæ, & ſapor acetoſus, & imaginatio mala, & alteratio coloris linguę ad nigredinem. Et ſigna eius quæ fit cauſa vermium, ſunt [e] ſigna vermium, & conualeſcentia huiuſmodi appetitus, qñ adminiſtratur aloe in ſyrupo malorum, loco emplaſtri: nam deſcendunt vermes à ſuperioribus ventris. Et ſignum eius quæ fit propter paruitatem ſanguinis, eſt vt accidat conualeſcentibus: aut qui euacuatur euacuatione plurima. Et ſignum eius eius quæ fit propter ſomnum, eſt ex malitia diſpoſitionis ſomni, cum priuatione reliquorum ſignorum. Et ſigna eius in qua eſt cauſa mortificatio appetitus, ſunt ſigna malitiæ complexionis confirmatę: aut euacuationes præteritę debilitantes totum corpus: & vt [e] æger talis fiat, quod qñ appetit aliquid, & afferatur ante ipſum, refugiat ab ipſo, & abhorreat: & maius ipſo eſt, vt non appetat omnino. Et ſigna eius quæ fit propter deſtructionem ſenſus ſtomachi, & debilitatem eius ſunt vt ſint reliqua ſigna ſana: & vt res acutę nō G mordicationem faciant, neque nauſeam, neq; faciant euenire ſingultum, ſicut diapepereon, qñ ſumitur in ieiunio, & bibitur poſt ipſum.

C T. 1.
D Raſ. 11. conti. t. 1. c. 1. 109. 4.
E F. 16. t. 5. c. 3.
E Raſ. 109. 1.

*De cura.* *Cap. 9.*

EX curatione bona ei qui non appetit cibum, non propter caliditatem dominantem, eſt vt [f] prohibeatur cibus ſpatio longo: & minoretur ei, donec viuificetur virtus eius: & digeratur repletio eius nauſeatiua omnino, & vt patiatur famem donec mundificetur ſtomachus eius, & appetat cibum: [g] ſicut accidit vigilantibus, quoniam cum ipſi prohibentur à ſomno tempore longo, fiunt dormientes, & profundantur in ſomno. Et ex eis quę conferunt illis, quorum appetitus proſtratus eſt propter debilitatem, ſiut conualeſcentium, aut propter materiam humidam viſcoſam, eſt vt comedant [h] oliuas aquæ, & [i] aliquid ex piſcibus ſalitis: & vt [i] ſorbeant acetum ſquilliticum paulatim: * Et oportet vt alienetur in cibarijs eorum crocus omnino. Verum ſalita conſueta, ſunt plus prouocatiua appetitus. Et ex prouocantibus appetitum, ſunt [l] cappares præparati, & menta & [m] cepæ, & oliuæ, & [n] piper, & gariophyllus, & galanga, & [o] acetum, & quæ ex eis ſunt cum aceto condita, & acetum eorum, & almuri etiam, & allia, & cepę & parum [p] † {halthit, id eſt aſſæ:} & ſahane etiam prouocat appetitum & mundificat cum hoc os ſtomachi. Et ex medicinis excitantibus appetitum eſt [q] medicamen factum ex ſucco citoniorum, & melle, & pipere albo, & zinzibere. H Et ex medicinis excitantibus appetitum eius qui habet malitiam complexionis calidæ, aut febrem, eſt electuarium diacydoniten factum cum pomis dictum in [r] antidotario. Et ex eis quę iuuant appetitum, & prohibent ſubuerſionem ſtomachi eius, qui non recipit cibum, eſt rob mentę ſecundū hunc modum. [s] Terantur granata acetoſa cum corticibus ſuis, & ſumantur de ſucco eorum pars vna, & ſucci mentę pars. 5. & mellis boni aut zuccari pars. 5. deinde inſpiſſetur cum facilitate ſuper ignem: & ſit doſis eius in ieiunio cochlear. i. [t] Factum autem cauſa caliditatis quandoque rectificat potus aquæ frigidæ in quantitate, qua non mortificet innatum calorem: & confert ei vti robub acetoſis. Et ex eis quæ experta ſunt in ea, eſt ſumere in potu aquam granatorum cum oleo roſ. & proprie quando eſt illic materia, & ſi dominatur ſitis tunc exhibeatur emulſio ſeminum frigidorum cum robub infrigidantibus & emplaſtra infrigidantia. Et ſi fuerit illic materia, euacuabis eam in primis. Et de ſumma iſtorum ſunt conualeſcentes exeuntes à febribus: & eſt cum eis remanentia acuitatis, & eorum cura, eſt hæc cura: Verum ipſi non vtantur aqua frigida plurima, vt non dijciant virtutes ſtomachorum eorum. Et neceſſarium eſt vt in potu ſumant hoc medicamen. [u] Recipe roſ. drach. x. ſumaç drachm. ij. cardamomi drach. i. fiant ex eis troch. & ſit doſis drachm. ij.

F G. cō 4. in. 6. hip. de mor. vulg. 17. a
G Fen. 1. t. 4. c. 6. & lib. 4. F. 1. t. 2. c. 20.
H Ga. 2. de fac. ali. c. 27 h
I Raſ. 11. conti. t. 1. c. 2. 117. 1.
K Raſ. 117. 4.
L G. ibi c. 34. e f
M Dio. li. 2. c. 144.
N Dioſ. lib. 2. c. 151.
O Dioſc. lib. 5. c. 11.
P † laſerpitij
Q Gal. 2. de alim. fac. c. 23 & 6. de ſan. tu. c. 15. b. c
R Li. 5. t. 6. ſed dft.
S G. 8. de phar. cō po. ſm loc. c. 3. e
T Paul. lib. 3 c. 37. 142. 35.
V Raſ. 11. conti. t. 1. c. 2. 116. 3.

Ipſum



A Ipſum enim facit appetitum, & incidit ſitim. [a] Et ex eis, quæ faciunt eos appetere, eſt ſauic aſperſum vel miſtum cum aqua, & aceto: & confert eis vomere immiſſis digitis, mouet. n. virtutem. Patientibus aūt factam pp frigus cōfert decoctio ſpecierum, quæ eſt [b] vt piper, & cinnamomum, & ſimilia. Et ſilr [b] vinum vetus, & [b] diapepereon & [b] theriaca proprie. [b] Et allia ſunt iuuamenti maximi in hoc, [c] & diacalamenthum plurimum confert eis, & oīa electuaria calida, & ſilr [c] citra condita, & [c] myrobalani conditi, & [c] ſecacul conditi, & [c] zinzib. conditum. Et conferunt eis vaporationes cum milio, qm̄ ipſum eſt magis iuuatiuum q̃ ſal. Factæ vero cauſa phlegmatis plurimi viſcoſi, cōfert vomitus factus cum raphano comeſto, ſuper quem bibitur ſyrupus acetoſus de melle ſingulariter, ſm ꝙ expoſuimus in [d] capitulo curæ vlis. Et ex eis quæ cōferunt ipſi eſt ſyrupus acetoſus mellinus ſeu factus de melle in quo ponit̄ ſm oēm heminam mellis, quæ in ipſo ponitur, aloes. iij. vnc. & ſumuntur in potu omni die ex eo tria cochlearia. Et etiam oliuæ de aqua cum aniſo, & cappares in aceto cum melle. Et qñq; conferunt ei vti aquis thermarum: Et deambulatio, & motus. Et curatur poſt mundificationem cum eis quæ diximus in regimine caſus appetitus cauſa frigoris. In ea autē, quæ fit cauſa humoris cholerici, aut humoris ſubtilis, fiat euacuatio cum eis, quæ ſcis ex [e] myrobalanis, & ſyrupus acetoſus cum aloe eſt melior ſyrupo acetoſo cum ſcammonea. [e] Scammonea nanq; inimica eſt ſtomacho, & curet̄ ēt cū vomitu, qui educit humores ſubtiles, [e] & decoctione abſinthij eſt B etiam, qm̄ eſt vltima. [f] In ea vero quæ facta eſt cum cōitate neruorum afferentium ſenſus, aut cum cōitate cerebri ipſius, oportet vt attendatur verſus curam cerebri, & confortationes eius. [f] Sed in facta propter ſpiſſitudinem, & paruitatem ſuctionis venarum ex hepate, oportet vt rarificetur corpus cum [f] balneo, & [f] exercitio æquali, & [f] prouocatione ſudoris cum aperitiuis. [f] In ea vero quæ facta eſt cauſa melancholiæ, oportet vt euacuetur melancholia, deinde adminiſtrent̄ ſalſa & alcuamich, & inciſiua, vt incidatur illud quod remanſit ex ea, deinde adminiſtrent̄ cibi boni chymi odoriferi. [f] Eius vero quæ facta eſt ab abſciſſione melancholiæ, cura, eſt cura ſplenis, & eius confortatio: & apertio viarum quæ ſunt inter ſplenem & ſtomachum cum medicinis, quarū eſt mouere ad partem ſplenis, ſicut eſt epithymum, & radices corticum capparorum cum ſyrupo acetoſo: & ſimiliter cappares cum aceto conditi. [g] Prægnantium autem appetitum qñq; excitabis cum cadit, cū eis quæ ſunt ſicut inceſſio temperata, & exercitium temperatum, & intentio eſt in comeſtis, & bibitis, & vinum vetus odoriferum cōfortatiuum virtutis expulſiuę, & reſolutiuum materiei malæ: & repreſentatio ciborum ſaporoſorum: & ea in quibus eſt caliditas & inciſio. [h] Et in ea quidē quę facta eſt propter caſum virtutis, appetitiuæ oportet vt incipiatur à rectificatione complexionis deijcientis eam, quæcunq; complexio ſit, & conuerſione ipſius ad contrarium ſui. Et ſimiliter ſi fuerit poſt fluxum, & raſuram, tunc illud erit propter mortificationem virtutis. Verum in facta propter debilita C tem virtutis eorum oportet vt motus fiant vomitu cum digitis, ipſi nanq; licet non vomant, inueniunt tñ excitationem virtu tis appetitiuę. Et qñq; fit eis neceſſarium potare theriacam in quibuſdā ſyrupis ſtomachicis, ſicut eſt ſyrupus de abſinthio, aut ſyrupus de granis myrti ſm ꝙ cōuenit. [f] In facta vero propter debilitatem ſenſus ſtomachi, oportet vt curetur cerebrum, & auferatur cauſa, quę intromittit nocumentum in operatione eius. Et ſcias ꝙ vomitus mundificans cum facilitate, eſt medicamen mirabile ei cuius appetitus proſtratur in dulcibus, & vnctuoſis, & eſt contentus in appetendo acetoſa, & acuta: Et ex eis quidem, quę conferunt pluribus ſpeciebus deſtructionis appetitus ſunt [i] olibanum, & maſtix, & xyloaloe, & galia, & calamus aro. & balauſtiæ, & aqua cydoniorum cum vino odorifero, qñ ex ea fit emplaſtrum, cum non eſt ex ſiccitate. Et ex eis quę conferunt eſt ſyrupus de abſinthio: & vt aſſumat in omni die pondus drac. i. de radicibus ſquinanthi, & medietatis drac. de ſpica, bibantur cum aqua in ieiunio. Et illa confectio quę comparata eſt filio Abel dicta [k] in antidotario, eſt iuuatiua ēt. Et dicit̄ ꝙ ex herbo contrito cum ſumitur aureus cum aqua granati muzi eſt conferens in excitando appetitum. [l] Et qñ caſus appetitus perducit ad ſyncopim, tunc cura eſt approximatio odoramētorum delectabilium ex cibis ad infirmum, ſicut ſunt carnes, & hœdus lactens, & gallina aſſata, & alia: Et prohibeatur ei ſomnus, & cibetur cum conualeſcit pane infuſo in vino: Et ſumat ſorbitiones velocis nutrimenti. [m] Et ſcias ꝙ oīa olea, & proprie butyrum, & vn D ctuoſa proſternunt appetitum, aut debilitant ipſum, per hoc ꝙ mollificant, & per hoc quod oppilant orificia venarum. Et illud quod ex eis conuenientius eſt, illud eſt in quo eſt ſtypticitas aliqua, ſicut [n] oleum omphacinum, & oleum nucinum, & oleum fiſticinum.

A Li. 4. F. 1. t. 2. c. 16 Paul. li. 1. c. 50.
B Paul. lib. 3. ca. 37. 144. 5.
C ſer. 1. 3. c. 9.
D 14. 1. 4.
E T. 1. c. 33. & Ga. 1. de ali fac. fo. 9. b, & Paul. li. 3. 144. 20. & Raſ. 11. cont. t. 1. c. 2. 116. 3.
F Raſ. li. diui. c. 59.
G Pau. lib. 1. c. 1. & Raſ. 11. cont. t. 1. c. 2. 113.
H Pau. lib. 1. c. 50.
I Raſ. 11. conti. t. 1. c. 115. 3.
K Li. 5. ſū. 2. t. 6. c. 12
L Raſ. 11. conti. t. 1. c. 117. 2.
M T. 1. c. 36. & F. 6. li. 1. c. 13. & G. 1. de alim. fac. c. 30. d
N T. 1. c. 36.

*De corruptione appetitus.* *Cap. 10.*

QVando [o] in ſtomacho aggregatur humor malus diuerſus à conſueto in qualitate ſua, natura tunc requirit aliquid ei contrarium: Et contrarium diuerſum à conſueto diuerſum eſt nō conſuetum. fugantia nanq; ſunt extrema, & econtrario: quapropter accidit quibuſdam appetitus luti, immo carbonum, & terræ, & gypſi, & rerum huius generis, propter qualitatem quę in eis eſt exuccantem, aut incidentem contrariam qualitati humorum. [p] Et qñ accidit prægnātibus propter retentionem menſtruorum appetitus corruptus, pluſquam accidat eis deſtructio appetitus: & cauſa in hoc eſt illud, quod diximus: & [q] illud, eſt vſq; prope duos menſes aut tres. Et illud quidem eſt, qm̄ earum menſtrua retinent̄ ad nutrimentum embryonis: & qm̄ ipſa ſi fluunt timetur in eis ꝙ abortum faciant. Amplius embryon in initio conceptionis non plurimo indiget nutrimento propter paruitatem ſui corporis, quare ſuperfluit quod de menſtruis retinetur quantum ad neceſſitatem, corrumpuntur ergo, & multiplicantur ſuperfluitates in matrice: & in ſtomacho: Cūq; embryon

O T. 1. c. 17. & F. 6. li. 3. c. 7.
P G. 1. de cā. ſymp. c. 7. c
Q C. 7. & G. ibi.

bryon ſit indigens ſuperfluo nutrimento, & illud eſt [a] apud.iiij.menſes, minorantur ſuperfluitates E iſtæ, & minoratur hic appetitus. & eſt ille qui nominatur periculum, & diſcrimen. [b] Et rectius ad quod alteratur iſte appetitus, eſt vt ſit decliuis ad acetoſum, & acutum. Et illud quod eſt magis corruptum, eſt vt ſit decliuis ad exiccatum, & ſiccum, ſicut eſt lutum, & carbones, & teſtæ, [c] & qñq; accidit hominibus ſimile huic propter ſuperfluitates.

*De cura corruptionis appetitus.* Cap. 11.

OPortet vt euacuetur humor faciẽs corruptionem cum medicinis quas diximus, quibus oportet vti. Et ex regimine experto ad hoc eſt, α vt ſumat piſces ſalitos, & raphanum infuſum in oxymelle, & comedat vtroſq;, deinde bibat poſt ipſos aquam in qua faſeoli rubei decoquuntur, & anethum, & naſturtium, & ſemen erucæ, quæ in potu ſumatur, & qñq; in ipſa ponitur luti inuenti in croco, quantitas drac.iij. & fiat vomitus cum ea in menſe ſemel, vel bis: Deinde adminiſtretur cõfectio de myrobalanis cum nuce enden. [d] Et ex eis quæ conferunt ad hoc, ſunt cyminum carmenũ, & ameos maſticata in ieiuno, & poſt cibum, & comedantur in puluere, [e] aut ſumatur drac.i. de cardamomo minore, & tantum de cardamomo maiore, & tantundem de cubebis, & quãtum totum de zuccaro tabarzet: & ſumatur in omni die. Et ex medicinis compoſitis cum cuppulis glandium vehementis iuuamenti ſunt ea, quę ſunt ſicut medicamen, cuius hæc eſt deſcriptio. [f] Cuppularum glandium drac.viij. aloes drac.xvi. herbæ eupatorij drach.vi. radicum ſquinanthi drac.iiij. myrrhæ F drach.ij. conterantur omnia & decoquantur in duabus lib. aquæ donec remaneat medietas, & ſumatur in potu omni die tertia lib. tribus diebus continuis. [d] Et iterum cuppularum glandium dra. ij. aniſi drac.iij. paſſularum dra.vij. mirobalanorum nigrorum myrobalanorum belliricorum, emblicorum omnium ana drac. v. ſcoriæ ferri infuſe in aceto forti multoties, & quæ iam ſit aſſata omni vice ſuper patellam drac.x. decoquantur in.viij.vnc. vini pontici, & .viij. vnc. aquæ, donec ad medietatem perueniant, & dentur in ieiunio.vij. diebus. In cura autem appetitus luti oportet vt euacuetur humor requirens illud cum vomitu noto ad ſuum ſimile, α ſicut ille qui ſit poſt comeſtionẽ piſcium ſalitorum cum aqua faſeolorum, & anethi, & raphani, & quæ ſunt iſtis fortiora. Et ſi neceſſaria eſt ſolutio ventris etiam, fiat. [g] Et ex eis eſt euacuatio cum turbit, & granis [h] †{ brengi chebuli, } & ſale naptico, qm̃ eſt iuuatiua: & proprie ſi fuerint illic vermes: & adminiſtrentur poſt illud medicinæ in pilulis factæ, & alię dictæ in antidotario. [g] Et oportet vt fiat ex ameos, & maſtice, & cymino glutẽ, & maſticetur, [g] & vt ſumatur ex duobus cardamomis ana drach.ij. de zuccaro tabarzet quantum eſt totum in ieiunio, & ſorbeatur ſuper ea aqua tepida multoties paulatim. Et ex eis quæ experta ſunt eis eſt hęc confectio. [i] Recipe myrobalanos belliricos, & emblicos, & nucem enden, & maſticem, & cardamomum maius, ameos, zinziber, conficiantur cum melle: & ſumatur ex eis ante cibum, & poſt cibum quantitas nucis. Et ex regimine bono in hoc eſt, vt mundificet patiens eã, G ſtomachum ſuum, & rectificet complexionem ſuam. Amplius ſumatur lutum †{alhur,} & diſſoluatur in aqua, & ponantur in ipſa medicinæ vomitiuæ, quę non habent ſaporem maximum, deinde ponaẽ in ipſa ex ſale, ꝙ ipſam bonam efficiat, deinde exiccetur in ſole: & pręcipiaẽ appetenti lutũ vt ſumat ex eo aliquid in quo ſit de medicamine, quod non addat ſupra doſim.i. aut doſim, i. & .5. qm̃ faciet ipſum euomere illud quod comedit: & proprie ſi fuerit res fœtidi & mali vomitus ſicut caules, & ſimilia, & faciet abhorrere lutum. Et iam exiſtimauerunt [k] quidam, ꝙ iuuantius quod adminiſtratur ad expellendum appetitum luti, eſt vt cibetur patiens dum eſt ieiunus, pullis columbarum aſſatis, & vtatur eis in ſecunda menſa poſt cibum paulatim. Et in ſecunda menſa vti ameos eſt valde mirabile: & ſili [l] amygdalis amaris. Et dixerunt quidam ꝙ potare ſacraiati.i. olei de ſiſamo abſcindit ipſum. Et oportet vt loquamur in hoc ſm̃ experimentum, non ſm̃ ratiocinationem. Et ex illis, quę conferunt eſt loco luti adminiſtrare nucem endẽ & ſuctionem ſalſorum, & ſi ſint ex lapide. [l] Et iam expertum eſt amylum de tritico, & proprie cum ſale. Et experta ſunt eis, vt ſumantur vini pontici.vnc.viij. & coquanẽ donec remaneat.5.lib. & ad bibendum deẽ in ieiunio per hebdomadã vnam. [g] Et ex illis quibus oportet eos vti in ſecunda menſa, ſunt [g] fiſtici, & [g] paſſulę, & [g] caſtaneę, & [m] †{chryſomala.} Et in quibuſdam eorum expertum eſt vt ſumaẽ [n] †{zerbegi,} & ſint in ipſo piſces parui, & cepæ, & carui & oleum ablutum, & ſpẽs ſint piper, & zinziber. Et iam dictum eſt, ꝙ H ruta eſt meximi iuuamenti. Et nos quidem iam [o] diximus regimẽ eius, quiẽ appetit acetoſum, & acutum abſq; dulci & vnctuoſo, & ſanat ipſum vomitus.

*De fame & vehementia eius, & appetitu canino.* Cap. 12.

MVltoties excitatur hic appetitus caninus poſt [p] euacuationes, & febres prolixas reſoluentes corpora. [q] Et quandoq; accidit ex debilitate virtutis retentiuę in corpore, quare aſſidue ſit reſolutio ſuperflua, & aſſidue ſit appetitus vehementis reſtaurationis eius. Et quandoque accidit appetitus caninus [r] propter caliditatem ſuperfluam in ore ſtomachi, reſoluentem, & requirentem reſtaurationem: quare eſt os ſtomachi ſemper quaſi ſit famelicum: & hoc ſm̃ plurimum facit ſitim: & in quibuſdã diſpoſitionibus facit famẽ, cum ſuperfluit eius reſolutio. [s] Fames autem ſm̃ plurimũ eſt à ſuperfluitate caloris in corpore toto, & in extremitatibus eius. Caliditas enim licet cum appropriatur ori ſtomachi, faciat appetere aquam, & curentia humida, tamen ipſa cum dominatur corpori, reſoluit, [t] & cogit venas vti ſuctione poſt ſuctionem donec perueniat ad os ſtomachi cum exquiſitione aggregata. Et quandoque eſt hęc caliditas veniens de foris, pręcipue propter circunferentiam aeris calidi ſuper corpus, cum occurrit raritati eius, & obedientiæ ipſius ad reſolutionem,

A Aet.li.3.ſer.1.c.3
B Gal.ibi.c
C G.1.de cã.ſymp. c.7.d
Infra α
D Ser.t.3.c.11.
E Raſ.tt.1.
F Raſ.11. conti.t. 1.c.2.111.1.
Supra α
G Raſ.conti.11. c.2.111.2.
H † tithymali
I Ra.11.0.4.& 11.t
† Purum.
k Raſ.lib.diui.c.59.
L Aet.lib.4.ſer.4. c.10.
M † Siſama
N † cibariũ qđdã
O Cap.9.
P Gal.2.apho.21.h
Q Aet.lib.3.ſer.1.c. 22.& Ser.t.3.c.10.
R G.1. de cã.ſym. ca.7.b.c, & Ser.t.3. c.10.
S T.1.c.18. & Gal. de cã.ſymp.c.7.
T Gal.ibi.



A nem, & neceſſitati continuæ ad reſtaurationem. [a] Et qñq; ſuperfluitas raritatis corporis ſola, eſt in hoc cauſa, cum eſt illic caliditas intrinſeca digeſtiua reſolutiua: & præcipue ſi fuerit illic caliditas extrinſeca, aut adiutorium debilitatis retentiuę. Et qñq; accidit etiam ex catarrho in capite, & illud eſt raro. [b] Et qñq; ſit propter vermes, & ſerpentes magnos, cum ſubito incipiunt venire ad comeſta, & appropinquant eis, ita ꝙ nutriuntur cum eis, & dimittunt corpus & ſtomachum famelica. Et qñq; eſt [c] propter humorem acetoſum. ſ. [d] melancholiam, aut phlegma acetoſum, commouentem os ſtomachi: & facit in ipſo illud, quod facit ſuctio venarum exquirentium cibum: & comitatur ipſum, vt inſpiſſetur cum eo ſanguis, & contrahatur, & ſentiatur in orificijs venarum ſicut vacuitas ſugens. Et eſt cum acetoſum ſua inciſione, & incoriatione vel ſua pręparatione ſtomachi in modũ corij remouet humores viſcoſos, ſi ſunt in ore ſtomachi, qui ſunt contrarium appetitus: qm̃ motus cum eſt cum comprehenſione horum humorum, viſcoſorum eſt ad expellendum vehementius, ꝙ ſit ad attrahendum. Et iterum qm̃ villorum ſtomachi motus vehemens ſit ad inſpiſſandum, cum contractione vel aggregatiõe: cuius ſimile accidit, cum eſt motus ſuctionis venarum, & motus virtutis attractiuæ. [d] Et illud quod accidit ex canina: fame peregre proficiſcentibus [e] in frigore vehementi, poſſibile eſt vt ſit propter hanc cauſam, & ſimilia. Et ex cauſis quidem commouentibus famem, & appetitum vehementem, ſunt vigiliæ ſuperfluę, propterea quia reſoluunt, & extrahũt humiditates ad exteriora ſequentes dilatationem caliditatis ad exteriora. Et ſcias ꝙ appetitus caninus B multoties perducit ad boliſmum, & ſubet, & mortem.

*De ſignis.* Cap. 13.

SIgnum eius quę ſit poſt euacuationes, & ęgritudines reſolutiuas, eſt anteceſſio earum: & vt nõ ſit natura ſoluta ſm̃ plurimum: qm̃ corpus attrahit humectationem cibi ad ſeipſum, quare exiccatur fęx. Et ſigna eius quę ſit ex frigore, ſunt [f] paruitas ſitis: & multitudo fæcis, & inflatio, & reliqua [g] ſigna huiuſmodi complexionis: & ex illis eſt frigiditas aeris circundantis. Et ſigna eius quę ſit ex caliditate, ſunt [h] fortitudo ſitis: & non eſt [h] vomitus acetoſus: & eſt natura ſm̃ plurimum conſtricta: & reliqua ſigna eius huiuſmodi complexionis. [i] Et ſigna eius quę ſit ex debilitate virtutis retẽtiuæ in toto corpore, & in ſtomacho, ſunt multitudo exitus egeſtionis crudę: & perductio diſpoſitionis ad diarrhœam, & reliqua ſigna proportionalia nota. Et ſigna eius quæ ex multitudine reſolutionis, ſunt cauſę reſolutionis prędictæ in libro vniuerſali, quarum rememoratio pręterijt, & vt non ſit, in digeſtione nocumentum. Et ex ſumma ſignorum caſualium ſunt caliditas aeris circundantis, & vigilię, & ſimilia. Et ſigna eius quæ ſit ex humore acetoſo, aut melancholico ſunt paucitas appetitus aquę: & acetoſitas eructuationis: & reliqua ſigna proportionata nota. Et ſigna catarrhi ex capite ſunt ea quę diximus [k] in capitulo ſuo. Et ſigna vermium ſunt ea quę ſciũtur loco ſuo, C & quę dicemus in [l] capitulo ſuo.

*De cura.* Cap. 14.

ILla quidem quę eſt ex frigore, & ex ſuperfluitate phlegmatica, oportet vt curetur cum mundificatione nota cum calefactiuis prędictis, [m] & vino plurimo, in quo non ſint ponticitas neq; acetoſitas omnino. Ipſum enim ſanat ab ea ſumptum in potu calefactum, in ieiunio. Ipſum nanq; eſt curatio magis conferens eis, niſi ipſis adſit ventris [n] ſolutio: tunc enim oportet vt omne vinum vitẽt, ſtypticum nanque augmentum facit in canino appetitu ipſorum: & amarum addit in ſolutione vẽtris ipſorum. [m] Et oportet vt ſint ea quibus cibantur pinguia calidæ complexionis ſicut ea quę impinguantur cum gibbo cameli. [m] Et oleũ eſt eis iuuatiuum, cum in ipſo non ſunt ponticitas & acetoſitas. Et [o] †{algiudabet} conferunt eis. Et ex eis quibus oportet cibari eos eſt vitellus oui aſſatus valde poſt cibum, & oportet vt elongentur [m] ab acetoſo, & pontico. Et adminiſtrentur eis electuaria odorifera, [p] ſicut alcanzi, & electuarium nermiſch proprie cum fuerit illic ſolutio ventris. Et ex vnctionibus abſtergendo factis eis, quę conferunt ſunt muſchus, & laudanum. Et eis quidem quæ experta ſunt, ſunt grana alcadra in ieiunio aliquibus diebus. Illis autem qui patiuntur eam ex debilitate virtutis retentiuę, nam ipſa licet ſm̃ plurimum debilitetur propter frigus, tamen debilitatur quandoque ipſa, [q] & omnis virtus propter omnem malitiam complexionis. & non attẽdas ſermo D nem ipſorum qui negant illud, & dimittunt, immo oportet vt tu cognoſcas complexionem, & opponas cum contrarietate curæ: & quod eſt magis vincens ſeu & quod eſt magis ſm̃ plurimum eſt cum humiditate, & iſtis conferẽ †{alchuzi} valde. Quod ſi eorum naturę fuerint vehementis mollificationis, tunc retine eas: nam in retentione earum, eſt cura fortis huius ęgritudinis. Verum illos quibus accidit hoc poſt febres fortes, & euacuationes, oportet cibari ex vnctuoſis quę mundificant os ſtomachi, quę non ſunt malę ſubſtantię, ſicut eſt oleum amygdalarum cum zuccaro: & vt inſpiſſetur, quod de corpore ipſorum eſt apparens. Et ſimiliter eſt cura eius, quę accidit propter reſolutionem plurimam. Et oportet ne patientes hanc ſpeciem famis caninæ ad calefacientia perueniant, & vina, immo nutriantur ex cibis frigidis, [r] & liniantur extrinſecus ex eis quę oppilant poros, ſicut eſt oleum myrtinum, & proprie in cerato: & [s] ſicut alumen diſſolutum in aceto, & vt abluantur [t] aqua frigida, niſi ſit quod prohibeat. Et oportet vt ſint cibaria eorum frigida viſcoſa, groſſa, ſicut ſunt [t] ventres, & acida, & acetoſa, & congelata, & [t] panis azymus. Et cum inuenit aliquis eorum iuuamentum ex hoc regimine, conuenit ei vt abhorreat ipſum paulatim, & ſuccurrat malitię ipſius, & ſimiliter ille cauſa famis cuius eſt raritas corporis. In illa autem cuius cauſa ſunt vermes, & ſerpentes, oportet vt interficiantur, & educantur cum eis quę diximus in [u] capitulo vermium. & vt cibenẽ

A G.1.de cã.ſymp. c.b, & Aet.lib.3. ſer.1.c.22.
B Alex.lib.7.c.6.
C G.1.de cã.ſymp. c.7.b
D Raſ.11. cont.t.1. c.111.4.
E Ariſt.8 problema.4.
F Alexã.fo.258. & Raſ.11.con.t.1.c.1. 11.4.
G T.1.c.19.
H Alex.fol.258.
I Alex.li.7.fo.259.
K 11.t.1.F.5.
L 3.t.5.F.16.
M Gal.2.apho.21.
N Fẽ.16.t.1.c.4.
O cibaria ex amylum oryza cũ lacte aut zuccaro
P Ser.t.3.c.10.
Q T.1.c.16. & F.11. t.1.c.1. & G.2.aph. 21. & 3.de cã.ſym. c.1c
† medicamẽ qđdã
R Aet.li.3.ſer.1.c.22
S Aet.& Raſ.111.1
T Raſ.11. con.t.1. t.1.11.1.
V 4.t.5.F.16.

ex cibis groſſis, frigidis, & pane infuſo in aqua frigida, & aqua roſ. & eo ꝙ non diſſoluitur vel non E eſt vehementer decoctum in decoctione ex carnibus gallorum, & gallinarum, & piſcium, & vtantur fructibus ſtypticis. In ea autem cuius cauſa eſt ex phlegmate acetoſo, oportet vt patientes ipſam ſumant cum aliquo in quo cadunt origanum, & [a] ſinapis & [a] piper: & vt comedant [a] mel, & [a] allia, & [a] cepas, & [a] nuces, & [a] amygdalas, & vnctuoſa, & adipes, ſicut ſunt [a] adipes gallinarum & ſimilium. Et intentio quidem in quibuſdam eorum eſt calefactio, & illarum quædam ſunt medicinæ calidæ prædictæ. Et in quibuſdam earum eſt æquatio acetoſitatis, & illa quidē ſunt cibi vnctuoſi prædicti. [a] Et ille quidem qui fortis eſt, tolerans ſolutionem ventris, ſoluatur poſt adminiſtrationem horum ſubtiliatiuorum cum picra confortata eis, deinde dentur ei vnctuoſa. In pueris vero, cum recti fuerint cum eis, quæ ſunt ſicut cepæ, & allia, & cibi ſubtiliatiui, aſſiduetur tribuere eis in potu aquā calidam poſt regimen cum ſubtiliatiuis: illud enim lauat humores eorum. [b] Illa autem quæ eſt propter melancholiam effuſam ſemper, quādoque indiget phlebotomia baſilicæ ſiniſtræ, ſi eſt ſanguis in eis plurimus, & reſideat melancholia plurima propter multitudinem eius. Et ſi eſt ſplen apoſtematus, tunc laboretur in euacuando eos cum illis, quæ ſcripta ſunt in canone: & alienentur ab acetoſis, & ſtypticis. [b] Et quandoque conferunt eis ventoſæ ſuper ſplenem. Species vero quæ fit ex caliditate, curatur cum eo, quod ſcis: & dentur cibaria ſubtilia & cucumeres, & melones, & cucurbitę, & ſimilia: Et vitetur aer calidus. F

A Raſ.120.4.
B Raſ.li. diuiſ.c.59

*De fame quæ vocatur boliſmus.* i. Bulimo. *Cap.* 15.

EST [c] quæ nominatur fames vaccina: & ipſam quidem antecedunt plerūq; fames canina, & deſtruitur appetitus poſt ipſam: Et quandoq; non, immo deſtruitur appetitus omnino incipiendo: [d] Et eſt fames membrorum cum ſatietate ſtomachi. Sunt ergo membra famelica valde, & indigentia nutrimento, & ſtomachus reſpuens ipſum: Et quandoq; peruenit res in ipſo ad ſyncopim. Et venæ quidem ſunt vacuæ, ſed ſtomachus reſpuit cibum abhorrens ipſum. [e] Et multoties quidē accidit iter agentibus in frigore, & vehementer infrigidatis quorum ſtomachi ex frigore vehementi inſpiſſantur. Et cauſa eius eſt malitia complexionis mortificans virtutem ſenſibilem, & virtutem attractiuam. Et fit ex humoribus tegentibus os ſtomachi, cooperientibus ipſum, & ſparſis in villis eius, mouentibus ad expellendum, & refugientibus attractionem.

G Gal.2.aph.21.a
D Haly.9.theo.c.24.& Ser.t.3.c.11.
E Aet.lib.3.ſer.1.c.6.& Raſ.111.4.

*De ſignis.* *Cap.* 16.

ET tu quidem cognoſces ſigna cum eis, quæ iterata, & dicta ſunt tibi in [f] canone.

F T.1.c.17.

*De cura.* *Cap.* 17.

EST cura caſus appetitus omnino, & penitus oportet vt [g] odorentur cibi prouocantes appetitū, habentes ſpecies, & fructus odoriferos, & aromatica odorabilia, in quibus eſt ſtypticitas, vt cōgregetur virtus, quare non reſoluatur. [g] Et deglutiant panem infuſum in vino odorifero: Et ſumāt G in potu, aut ſorbeant [h] ex vino odorifero, & proprie ſi permiſceatur ei camphora in calida complexione, aut xyloaloe, & galia in alijs. Et confert ei [h] ſyrupus de lilio, ſi non fuerit cauſa eius caliditas. [i] Et oportet vt ligentur manus, & pedes ipſorum vehementer. Et prohibeātur à ſomno. [k] Et oportet vt doleant cum ſunt ſomnolenti pungendo eos, & vnguibus conſtringendo & percutiēdo eos virga ſubtili, ita vt dolere faciat, & non diſrumpat, vel non contundat niſi fuerit cauſa eius caliditas. [l] Et ex eis quæ conferunt eis, eſt vt ſumantur tortellæ, & digitis conterantur in meſuſen aliter meiſuſen aut in †{neſuad vel nuduad} odoriferis, & ex eis emplaſtrum fiat ſtomacho: & proprie in diſpoſitione ſyncopis: & fiat ex eis emplaſtrum etiam cum emplaſtris odoriferis, ſicut ſunt emplaſtrum pineale, & emplaſtrum almuredſafram. Et qn̄q; confert vt adminiſtrenť ſuper ſtomachos corū emplaſtra facta ex medicinis cordialibus boni odoris: [m] Et vt vaporenť ex fumigijs factis ex ambra. [h] Et fiat emplaſtrum iuncturis ipſorum ex emplaſtro facto ex aqua roſ. & aqua myrti, & almeſuſan, & [h] camphora, [h] & muſcho, & [h] croco, & [h] xyloaloe, & [h] galia, & [h] roſis. & fiat præparatio in calefaciendo corpora eorū, ſi cauſa eſt frigus: & in infrigidando ipſa, ſi cauſa eſt calor. Et cum ſuper uenit eis ſyncopis, fiat ipſis illud quod diximus ēt in diſpōne ſyncopis: & ſpargať [n] ſuper facies ipſorum aqua frigida, & ſtringantur manus, & pedes ipſorum, & pungātur plantæ pedū eorū, & extēdanť capilli, & aures ipſorū. Cumq; euadunt [o] cibenť pane infuſo in vino odorifero. Et ſi fuerit i ſtoH machis eorū humor cholericus, aut ſubtilis, ſumant in potu quantitatē .ij. chocleariū de ſyrupo acetoſo cum aur. i. [n] de hiera, aut minus, ſi fuerint debiles. Et ſi fuerit frigiditas ſuperflua, ſumāt in [n] potu theriacam, & ſagzeneā, & diamarte, & confectionē ſtomachicon, & electuarium diaſpermatō.

G Ga.8.de cōpōne phar. c.4.d
H Ser.t.3.c.11.
I G.8.de cōp. phar. ſm lo.c.4.e
k Li.4.F.1.t.2.c.17.
L Raſ.11. conti.t.1. c.2.120.3.
† vino miſto cum aromatibus.
M Hal.7.prac.c.6.
N Raſ.110.3.
O Gal.ibi.a

*De fame ſyncopali.* *Cap.* 18.

EST vt ſint patientes famē, ſuſtentantes ſeipſos, cum famelici ſunt: cumq; tardatur eis cibus, ſuper uenit ei ſyncopis, & caſus virtutis: & cauſa eius eſt caliditas fortis, & debilitas in ſtomacho.

*De cura.* *Cap.* 19.

HVius ęgritudinis cura proxima eſt curæ boliſmi, & iam pręterijt maior pars canonis regiminis ipſius in doloribus ſtomachi, & boliſmo: Et ad ſummum cura ipſorum diuiditur ad curādum patientes ipſam in diſpoſitione ſyncopis, & eſt iam dictum [p] in capitulo ſyncopis: & ad curandum ipſos, quando euadunt, & eſt vt cibentur pane infuſo in vino, & ſyrupo [q] de fructibus: deinde cum alio regimine infrigidante prædicto in boliſmo: & eo quo curentur ante illud, & eſt vt prohibeantur à ſomno plurimo, & non tardetur eis cibus, & vt cibenť frigidis actu: & vt fiant illis ea, quę dicuntur in doloribus ſtomachi calidi.

P 8.t.2.F.11.
Q Li.3. ſum.1.c.6 c.24.

De



*De ſiti.* *Cap.* 20.

A MVltitudo ſitis, & eius vehementia, qn̄q; fit propter [a] ſtomachum. ſ. aut propter caliditatem complexionis eius, & [a] proprie oris eius. Et qn̄q; accidit illa caliditas in inflāmatione febriū ita, vt quidam eorum non ceſſent bibere, & non ſatientur donec moriantur inde in proximo. Et qn̄q; accidit illa caliditas propter potum vini fortis, veteris valde, plurimi, aut cibum calidum valde actu vel potentia, ſicut eſt aſſa, & allia, & ſimilia. Et [b] multoties moritur homo ex potu vini veteris inflāmatus, & conturbatus, & ſitiens. Et [c] quādoq; accidit illa caliditas ex potu aquarum ſalſarum. Et aqua maris qn̄q; efficit in ſiti additionem, cui non ſuccurritur. Et qn̄q; fit propter medicinas, & propter cibos ſitim facientes, quæ faciunt ſitim cum ablutione, aut curſu: & ablutione quidem ſicut res ſalitæ, quas natura abluere quærit cū lauatione: Aut inciſione, & curſu ſicut viſcoſa, quæ natura quærit ſubtilitare valde ita, vt penetrent, & non adhæreant. Et quandoq; facit ſitim res groſſa: propterea, quia venit ad eam caliditas. Et piſces quidem ſaliti aggregant hęc omnia. Aut propter ſiccitatem ſtomachi. Et [d] quandoq; fit propter phlegma ſalſum in ipſo, aut dulce, aut choleram amarā. Et qn̄q; fit propter humiditates feruentes. Et qn̄q; fit cum cōmunitate membrorum aliorum, ſicut fit in diabete, & eſt de ęgritudinibus renum, & dicemus ipſum in capitulo renū. Et qn̄q; fit ſitis huius capituli propter [e] oppilationem exiſtētem inter ſtomachum & hepar, & eſt medians vel prohi- B bens inter aquam & penetrationem ipſius ad corpus: quare non ſedatur ſitis quāuis bibatur aqua plurima: & hoc eſt ſicut illud, quod accidit in hydropiſi, & in colica. Et qn̄q; fit propter cōitatem hepatis cum eſt inflāmatum, aut apoſtematur: aut vehemēs fit frigus eius, quare non attrahit. Et per cōitatem pulmonis cum caleſcit, & cordis etiam, cum caleſcit, & inteſtini ieiuni etiam, & meri, & †{algalſem,} & quę ſequuntur ipſum, qn̄ exiccantur in ipſo humiditates, & fit contractio, & qn̄ caleſcit vehementer: Et qn̄q; propter ęgritudines cerebri ex ſirſen calida, & mania, & alcutrub. Et vehementior quidem ſitis, quę facta eſt cauſa horum mēbrorum, & per comunitatem ipſorū eſt illa, [f] quę commouetur ab ore ſtomachi: deinde quę cōmouetur à meri: poſtea quę cōmouetur à profundo ſtomachi: deinde quæ eſt cum cōitate pulmonis: deinde quæ eſt cum cōitate hepatis: deinde quæ eſt cum cōitate inteſtini ieiuni. Et qn̄q; fit cum cōmunitate corporis totius, ſicut in febribus, & ſitis cretica, & quæ eſt in fine hecticæ, & phthiſi. Et [g] ſicut accidit propter puncturam viperarum ſitim facientium. nam cum ipſe pungunt, non ceſſat punctus bibere, & non ſatiatur donec moriať. Et [h] ſimiliter à potu vini in quo mortuę ſunt viperę, aut à cibo alio. Et ſicut accidit poſt euacuationem cum ſolutiuo, & diarrhœam ſuperfluam. [i] Et bibenti quidem medicinam ſolutiuam ſm plurimum accidit, cum operatur medicina, ſitis, cuius defectus in pluribus horis ſignificat, ꝙ medicina adhuc eſt in operatione. Et quādoq; accidit vt tardetur ab hora ſua, aut antecedat, & feſtinet an- C te operationem medicinæ. [i] Verum eius anteceſſio fit propter caliditatem medicinę, aut [k] propter caliditatem ſtomachi, & eius ſiccitatem: & tardatur propter contrarium illorum: Et propter illud ſitis in eo, cuius ſtomachus eſt calidus, & ſiccus, & bibit medicinam calidam, non ſignificat, ꝙ medicina fecerit operationem ſuam iādudum: & [i] in eo, qui eſt ei contrarius, ſignificat, ꝙ ipſa efficit operationē ſuam iādudum. Et ex eis, quę cōmouent ſitim, ſunt multitudo locutionis, & exercitij, & laboris. Et [l] ſomnus ſup cibos calidos: ſed [m] cū non eſt ſuper cibos calidos, tunc ſomnus ſedat ſitim. Et qn̄ aggreganť in ęgritudinibus acutis ſitis vehemens, & ſiccitas vehemēs, tunc illud eſt malū valde.

A G.6.loc.aſ.c.3.b
B G.1.de cā.ſypt.c.7.e,& 4. de vic. rōne in acut. 1. d., & 2.loc.aſ.c.8.fo.14.a
C G.1.de cau.ſympto.c.7.e
D G.1.de ſimpl. med. fa.c.30.e, & li.de multitu.c.11.f.g
E F.16.t.3.c.7.
† mēbrū circa vulneca & partes gutturis.
F G.cō.4.de rōne vict.in acut. 1.e, & Raſ.11.conti.t.1.c.1.11.4.
G Ga.11.de ſimpli. med.fac.78.b
H G.1 de cau.ſympto.c.7.d.e
I Gal.4.aph.19.
k Li.1.Fē.4.c.6.& Gal.4.apho.19.
L Raſ.11.cont.t.1. c.112.4.
M Ga.5.aph.27.& Hipp.cō:4.in.6.de mor.vulg.23.h
N T.1.18.19.20.&c.

*De ſignis.* *Cap.* 21.

SIgna quidē factę propter complexiones ſciuntur ex eis, quę dicta ſunt in [n] capitulis aggregatis, ſiue ſit cum materia, ſiue abſq; materia, & ſiue ſit materia amara, aut ſalſa nitroſa, aut dulcis impediens ſua ebullitione. Et ſignum factę cauſa oppilationis eſt, quoniā ſignificat ipſam quādoq; lenitas naturæ. Et ſignum factæ cauſa diabetis eſt, vt ſit ſitis vehemens, quam non ſedat potus aquæ, immo cum bibitur aqua, fit neceſſitas extractionis ipſius cum vrina, & redit ſitis: quare ſunt ſitis & prouocatio vrinæ ſeſe comitantes, & conſequentes cum reuolutione vel circuitione. Signum vero factę propter cauſas facientes ſitim prædictas, eſt anteceſſio illarum cauſarum. Et [o] ſigna eius, quę fit cum cōitate. ſ. illius quidem, quę fit cum [p] cōitate pulmonis, & cordis, ſunt quod ſedat eam attra- D ctio aeris frigidi, & vigilię conferunt ei. & ſomnus addit in ea. Et qn̄q; fit ſuctio aquę paulatim magis vltima in ſedando ipſam, q̄ ſorbere ipſam plurimum, immo qn̄q; ſorbitio eius ſubito congelat ſuperfluitatem, deinde calefacit eam: quare additur ſitis in duplo, & expulſor ſitis addit in ſiti: quare non iuuatur ab eis quibus iuuabatur in principio. Et [q] illa, quæ fit exiccatione meri, eſt parua debilis: quare confert ei ſomnus: propterea, ꝙ humectat ventrem, & quies, & dimiſſio locutionis. Et [r] ſi eſt ex calore, tunc vigilię conferunt ei. Et factam cum cōitate hepatis, ſignificat cognitio diſpoſitionis hepatis in complexione ſua calida, & ſicca, & apoſtema ſuum calidum, & non calidum.

O G.ex ar.medic. c.4.d
P Alex.li.7.c.8.
Q Li.4.F.1.t.2.c.17
R Li.4.F.1.t.2.c. 17 & Raſ.11. conti.t.1. c.1.124.4.

*De cura.* *Cap.* 22.

OMnis facta ex cauſis complexionalibus, curatur cum contrario. Et [s] ſitis pulmonis curatur cum aere attracto. Et multoties quidem curatur ſitis mandando aquam frigidam ſuper linguam. & ille, qui timet ſitim in ieiunio pręmittat loco aquę fabarum, & ciceris, acetum cum oleo: & abhorreat aquam fabarum, & ciceris, qm̄ ambo ſunt facientia ſitim. Et euacuatus expectet ſuper ſitim, quam acquiſiuit ei euacuatio vſquequo cōfortetur eius digeſtio. Et non bibat ſitiens aliquid plurimum ſubito, neq; aquam frigidam valde, & mortificet caliditatem quam debilitauit ſitis. Et vomitus quandoq; facit ſitim, & ſedat eam ſyrupus de pomis cum aqua roſarum. Et in ſtomacho

S Ser.t.3.c.c.13.

quidem

quidem calido, & ſicco addit aqua frigida ſitim. Et ſimiliter in ſtomacho ſalſi humoris. & aqua calida ſedat ſitim eius multoties. Et quando fit vehemens ſitis, & non eſt febris, tunc miſceatur cum aqua parum iuleb, vt perueniat aqua ad extrema membrorum. E

*De cura percuſsionis obuiationis & caſu ſuper ſtomachum.* Cap. 23.

EMplaſtrum [a] conferens ad hoc. Recip. poma ſcenia decocta cum decoctione boni odoris donec diſſoluantur in decoctione, deinde terantur bene, deinde ſumatur ex eis pondus quinquaginta drach. & miſceatur cum. x. laudani, & viij. roſ. & vi. aloes, & aggregentur omnia cũ. ij. ſuccis, ſcilicet arnogloſſæ, & foliorum cupreſſi, & miſceatur cum eis oleum de lilio, & fiat tepidum, & ligetur ſuper ventrem, & vbi eſt ſtomachus aliquibus diebus.

A Li. 4. F. 4. t. 2. c. 6 totum hoc caput repetit de verbo ad verbum. t. 2. c. 35.

TRACTATVS III. *De nocumento digeſtionis.* Cap. 1.

NOcumenta digeſtionis ſequuntur nocumẽta [b] in inferioribus ſtomachi, aut propter cauſam in cibo, aut propter cauſam in diſpoſitione quietis corporis, & motus eius. Et [c] factum cauſa rei ſtomachi, eſt malitia complexionis aut calidæ, aut frigidæ: & fortior earum eſt frigida, & debilior earum eſt calida. Frigida. n. vehementius nocet digeſtioni ꝗ calida. [d] Verum ſicca, & humida non perueniunt ad hoc ſecundũ plurimum, [e] vt appareat ex eis ſolum cum æqualitate ambarum aliarum qualitatum, nocumentum digeſtionis, niſi iam fecerint euenire, [e] ſicca quidem arefactionem, & humida hydropiſim. Verũ diſpoſitio in impreſſione quietis & ſomni, & eorum contraria, & quod ſequitur ea de iudicijs cibi in hoc, eſt ꝙ cibus indiget quiete, & ſomno, & vſquequo bona fiat digeſtio: & qñ ſunt loco amborum motus & vigiliæ, non completur digeſtio. Et cibus quidem grauis remanet in ſtomacho prolixe: et digeritur, aut remanet indigeſtus, aut eſt paruę digeſtionis: Sed leuis cibus cum non digeritur, non prolongatur ſpatium remanentiæ eius non digeſti: immo quando nõ eſt in ſtomacho, qui digerat ipſum, corrumpitur velociter. Et cibus quidem aut conuertitur ad illud, quod eſt neceſſarium cum digeſtione integra: aut conuertitur ad illud, quod eſt neceſſarium conuerſione aliqua, & digeritur digeſtione aliqua, non integra: quare nõ attrahit corpus ex quãtitate cibi, quam poſſibile eſt ipſum ſumere, quantitate qua indiget ex cibo: & fit ibi extenuatio, aut non digeritur oĩno. Et illud eſt ſm duos modos: [g] nam ipſe tunc aut remanet cum diſpoſitione ſua, aut conuertitur ad ſubſtãtiam extraneam corruptam. Et [f] qñq; fit illud in omni digeſtione, & vſq; in tertia, & quarta. Et cauſa illius accidunt hydropiſis, & [g] cancer, & [g] formica, & [g] eryſipila, & [g] morphea, & baras, & ſcabies. Et illud ideo, qm̃ ſanguis non eſt digeſtus digeſtione cõuenienti naturæ: quare membra non [h] attrahũt ipſum ita, vt ipſo nutriantur, & putrefit, & fœtet, aut inueniunt nutrimentum ex eo, ſed nõ fit bona aſſimilatio eius cum eis: & ſi fuerint illic vincentia grauitas ſeu groſſities & caliditas, denigratur: & qñq; fit nigredo eius ſimilis pici: Et [i] ſtomachus etiam qñ non digerit omnino, peruenit res ad lubricitatem inteſtinorum, aut [k] ad hydropiſim tympanitem. Verũtamen non cõuertitur, ad hydropiſim tympanitem niſi cum ſtomachus in ipſa habet impreſſionem tantæ quantitatis, qua faciat vaporationem cibi, & non qua digerat. Et [i] ſcias, ꝙ corruptio digeſtionis, & debilitas eius, & ad vltimum nocumentum eius, cũm accidit ex qualibet materia, eſt facilius ad curandum quam ſit, cum accidit propter debilitatem virtutis, & malitiam complexionis confirmatam. F G

B G. 5. lo. aſ. c. 6. a
C Ga. 3. de cã. ſym. c. 1. g
D Ser. t. 3. c. 14.
E Cap. 3. & Gal. 3. de cau. ſym. c. 1. d
F Ga. 3. de cau. ſym pto. c. 1. h. a
G Gal. ibid. a
H G. 3. de cau. ſym pto. c. 1. c. d
I Gal. ibidem. c
K Fẽ. 16. t. 1. c. 2.

*De corruptione digeſtionis.* Cap. 2.

CIbus corrumpitur in ſtomacho propter cauſas, quæ ſunt contrariæ cauſis rectificationis eius. Et ad ſummum cauſa in hoc, aut eſt in cibo, aut in receptore cibi, aut in rebus accidentibus ſuperuenientibus eis. Et cibus quidem corrumpitur in ſtomacho aut [l] propter quantitatem ſuam, aut propter qualitatem ſuam: Propter quantitatem quidem, qm̃ eſt pluſquã oportet: quare patitur de digeſtione infra, ꝗ oportet: Aut eſt minus, ꝗ oportet, & patitur de digeſtione ſupra, ꝗ oportet: quare aduritur, & in cinerem conuertitur. Et ex proximo huic corrũpitur cibus ſubtilis in ſtomacho igneo calido. [m] Sed propter qualitatem, qm̃ eſt in ſeipſo velociter ſuſcipiens corruptionem, ſicut [n] lac recenter mulctum, & melones, & perſica: Aut tardæ recipiens rectificationem, ſicut ſunt tubera, & caro bubali: Aut eſt ſuperfluæ qualitatis propter [o] ſuam caliditatem, ſicut mel: Aut eſt propter frigiditatem ſuam ſicut cucurbita: Aut [p] eſt prohibens appetitum cibi cum proprietate. quæ eſt in ipſo, aut in comedente, ſicut ille cuius refugit natura à cibo aliquo, quãuis ſit laudabilis, aut ſit appetendus ab aliquo: Aut [q] propter horam ſuæ receptionis: & illud eſt qñ ſumitur, & in ſtomacho eſt repletio, aut remanentia alterius: Aut [q] ſumitur ante exercitium conſuetum poſt expulſionem cibi primi, & egreſſionem eius: Aut [r] propter errorem in ordine ſuo ita, vt ordinetur, qui eſt velocis digeſtionis ſupra illum, qui eſt tardæ digeſtionis, quare digeritur ille, qui eſt facilis digeſtionis ante illum, qui eſt tardæ digeſtionis & remanet natans ſupra ipſum: quare corrumpitur, & corrumpit illum, qui commiſcetur ei. Et neceſſarium quidem eſt in ordine vt præmittatur leuis ad grauem: & lenis ad [q] ſtypticum, niſi ſit aliquid vocans ægrum faciens neceſſarium, vt præmittatur ſtypticus ad retinendam naturam. [s] Aut α propter multitudinem ſpecierum eius, & miſceatur alij cum alijs: quare commiſcetur ille, qui eſt velocis digeſtionis, & ille, qui eſt tardæ digeſtionis. Facta autem cauſa receptoris aut eſt in ſubſtantia eius, aut eſt cauſa alterius, & eorum, quę circundant ipſum, & accidunt in ipſo: Et [t] illud, quod eſt in ſubſtantia eius eſt, ſicut ſi ſit in ſtomacho malitia complexionis cum materia, aut ſine materia, & debilitetur in digerendo, aut pertranſeat digeſtionem, ſicut iam ſciuiſti in calido, & frigido: Aut [u] ſit ſubſtantia eius rara vel tenuis & zirbum ipſius H

L G. 3. decã. ſymp. c. 1. h
M Raſ. 11. cont. t. 1. c. 1. 109. 4.
N Fẽ. 16. t. 1. c. 2. & F. 21. t. 4. c. 16. & lib. 4. F. 1. t. 2. c. 1. & G. 5. aph 64. e
O G. 4. ſimp. c. 15. f
B Raſ. ibi 109. 3. 4.
Q G. ibi. de cauſis ſymp. c. 1. h
R Fẽ. 16. t. 1. c. 2. & Gal. ibi. h
S Raſ. ibi. 109. 3.
*Infra* α
T G. 3. de cã. ſym. c. 1. f, & a
V Cap. 3. & Raſ. 11. cõti. t. 1. c. 1. 109. 3. & G. 2. aph. 35.

ſubtile:



A ſubtile: Aut ſit comprehẽſio ipſius ſuper ipſum non ſimilis, & non bona: Aut [a] ſit bona, verũ grauitas eius ſit impediens ſtomachum: quare ipſe appetit deponere, quod in ipſo eſt, quãuis non eueniant rugitus, & inflatio. Et iſta duo ſunt ex cauſis debilitatis digeſtionis & deſtructionis eius. Sed illa, quæ eſt cauſa alterius eſt, ſicut ſi ſit in ſtomacho ventoſitas prohibens inter ipſum, & inter comprehenſionem vltimam ſuper cibum. Et qñ dicitur, ꝙ multitudo eructuationis, eſt ex cauſis corruptionis digeſtionis, non eſt inquantum eſt eructuatio, ſed inquantum eſt ventoſitas: quare extendit ſtomachum, & facit natare cibum. Non ergo fit bona comprehẽſio fundi ſtomachi ſuper cibũ. Et omne quidem faciens natare cibum, eſt prohibens digeſtionem. Et ſicut ſi ad ſtomachum currat [b] ex capite, aut [c] hepate, aut [c] ſplene, aut reliquis membris, quod corrumpat cibum propter ſuam commiſtionem, & non poſſit ſtomachus regere ipſum. Et multoties quidem effunditur ad ipſum poſt digeſtionẽ, & multoties effunditur ante ipſam. Et ex illis eſt, vt ſit illud, quod circundat ipſum ex hepate, & ſplene frigidum, aut malæ complexionis. Facta autem propter cauſas recenter ſuperuenientes cibo, & receptori eſt, ſicut cũ deficit cibo [d] illud quod indiget de ſomno digeſtionis: [e] Aut cum inuenitur motus ſuper ipſum, quo non indiget, & cõmouet ipſum, & corrumpitur: Aut quia accidit potus ſuper ipſum plus ꝗ ſit neceſſariũ, aut minus, aut accidit coitus ſuper eum, aut α multiplicantur cibaria diuerſa ſuper naturam digeſtiuam, aut balneum, aut obuiatio aeris vehementis frigoris, aut vehementis caliditatis, aut malæ ſubſtantiæ. Et [f] ventoſitates retentæ in ventre prohibent digeſtionem, & corrumpunt eam, quia commouent cibos, & mouentur in eis. Et cibus quidem corrũpitur in ſtomacho, aut quia putreſcit, aut quia aduritur, aut quia aceſcit, aut quia acquirit qualitatem non proportionalem ad aliquam qualitatum conſuetarum. Et totum illud eſt, aut quia cibus conuertitur ad illud: aut quia humor ſecundum illam formam permiſcetur cibo, & corrumpit ipſum. Et quandoq; eſt iſte humor natãs, & quandoq; eſt parum reſidens ad inferiora ſtomachi: quare non dilatatur, neq; peruenit ad os ſtomachi. Et quoties additur cibus, accreſcit, & aſcẽdit ad os ſtomachi, & permiſcetur cum toto cibo. Et quandoq; eſt huiuſmodi humor penetrans in venis, deinde reuertitur ſubito cum opponitur ei oppilatio cadens in facie meatuum, cum quibus non præparatur penetratio. Et cum ſtomachus eſt calidus abſq; materia, aut cum materia cholerica effuſa ex hepate ad ipſum, propter multitudinẽ generationis eius in ipſo, aut per viam fellis prędictam, corrumpuntur in ipſo cibi leues, & digeruntur fortes groſſi, ſicut caro vaccina. Et ſplen eſt cauſa corruptionis cibi. Et [g] ſcias, ꝙ corruptio digeſtionis quandoq; adducit ad ægritudines plurimas malignas, ſicut epilepſiam, & melancholiam mirachiam & ſimilia, immo eſt mater ęgritudinũ & origo infirmitatum. Et [h] quando corrumpitur digeſtio conualeſcentibus, & generatur acetoſitas, indicat recidiuationem propter illud, quod timetur de putrefactione. Et multoties quidem facit accidere corruptio digeſtionis pruritum. B C

A Cap. 3. & Ga. de acc. ſympt. c. 4. f
B Aet. li. 3. ſer. 1. c. 14
C Ga. lo. aſ. c. 4. d. e
D G. 3. de cau. ſym. c. 1. h
E Raſ. 11. conti. t. 1. c. 110. 1.
*Supra* α
F Raſ. 108. 3.
G G. 3. de cau. ſym pto. c. 1. a
H Li. 4. F. 1. t. 1. c. 96

*De cauſis debilitatis digeſtionis.* Cap. 3.

CAuſæ debilitatis digeſtionis ſunt omnes cauſæ, quas diximus in corruptione digeſtionis, & ſigna earum ſunt [i] illa ſigna. Verum effuſio choleræ ex illa ſumma nõ debilitat digeſtionem, ſed qñq; corrumpit eam. Effuſio aũt melancholię qñq; aggregat ambas res. Et [k] ſimiliter etiam ſiccum, & humidum ex hac ſumma non perueniunt ambo ſola ad hoc, vt deſtruant digeſtionẽ oĩno, immo qñq; debilitant. Et dicitur, ꝙ deſtruunt digeſtionem, qm̃ [k] humidum perducit ad hydropiſim: & ſiccitas perducit ad arefactionem. Et [l] ex cauſis debilitatis digeſtionis eſt raritas mirach, & paucitas carnis eius. Et qñq; eſt cauſa in debilitate digeſtionis velocitas deſcenſionis cibi, aut propter lubricitatem ſtomachi ex eis, quę ſcis in [m] capitulo lubricitatis ſtomachi: & non eſt illud ex cauſis corruptionis digeſtionis, & non ingreditur in eis, immo ingreditur in cauſis debilitatis digeſtionis. Et hic quidem deſcenſus ante horam qñq; fit ex bonitate cõpreſſionis ſtomachi ſuper cibum, qñ feſtinat expulſiua motu ſuo, & eſt fortis. Et qñq; ſit propter debilitatem retentiuæ, quare non retinet, & non cõprehendit ſicut oportet, donec digeratur integre. Et quandoq; eſt propter apoſtemata calida, aut phlegmatica, aut melancholica, & vlcera, & ſimilia: quare non fit bona comprehenſio: & [n] qñq; non fit bona comprehẽſio cauſa cibi, cum eſt grauis, aut mordicatiuus cholericus, aut eſt calidus, aut ſtomachus cum ipſo habet complexionem calidam, aut in potu ſumit habens eam, & cum ipſo eſt complexio calida prohibens bonitatem digeſtionis aliquid calidum prohibens digeſtionem, & ſm plurimum corrumpit ipſam, & non prohibet ipſam tantum. Et huiuſmodi quidem hominem ſicut ſcis qñq; ſanat & temperat digeſtionem eius, potus aquæ frigidæ, & ſimiliter qñq; in ſtomacho ſunt humores mali, & proprie mordicatiui, diſtinguentes inter ipſum & inter cibos, quare non fiunt bonæ comprehenſiones, & retentiones, & eſt deſiderium expellendi vehementius. Et [o] illa, quæ eſt propter bonitatem comprehenſionis ſtomachi ſuper cibum cum eſt integra, & non impediens vel non lædens, & in digeſtione eſt leuitas, quamuis ipſa ſit integra. ſed eſt grauatiua, & ſtomachus retinet cibum retentione eius, qui habet tremorem propter quãdam grauedinem, & eſt appetens vt ſeparetur ab ipſo eſt digeſtio infra illam, & non ſunt eructuatio, & rugitus. Et [p] ſi non eſt comprehenſio, eſt debilitas digeſtionis, & rugitus, & eructuatio. Et qñq; perducunt debilitas digeſtionis & conuerſio cibi ad phlegma, ad rigorem & frigus extremitatum, & commotionem paroxyſmi febris: Verum pulſus non eſt pulſus factus in initio paroxyſmi febris. Et quãdoq; fit debilitas digeſtionis propter nauſeatiuam ſatietatem, & repletionem antecedẽtem. [q] Et in libro quidem mortis velocis dicitur, ꝙ ſi ſuper oculos eius, qui habet nauſeatiuã ſatietatem: D

I Cap. 6.
K Cap. 1. & G. 3. de cau. ſympt. c. 1. d
L Cap. 2. & Gal. 2. apho. 35.
M 3. t. 5.
N G. 3. de cau. ſym pto. c. 1. l, & ſo. 27. c
O Cap. 2. & Ga. de acc. ſympt. c. 4. t
P G. 3. de cau. ſym pto. c. 1. d
Q Raſ. 11. cont. t. 1. c. 1. 108. 4.

& tar-

& tarditatē digeſtionis bothor nigra apparet ſimilis ciceri, & rubet pars eius, & viridis fit pars alia, E tunc ipſe incipit cum diminutione rationis, & moritur in ſeptima decima. Et [a] ex cauſis debilitatis digeſtionis, & deſtructionis eius, eſt triſtitia, ſicut ex cauſis bonitatis digeſtionis eſt gaudium.

A Li.1.F.3.d.1.c.7.

*De ſignis debilitatis digeſtionis.* *Cap.* 4.

ILlam quidem, quę leuis eſt, ſignificat grauitas, & extenſio, & remanentia cibi in ſtomacho longior conſueta. Fortem autem ſignificat eructuatio adducēs ſaporem cibi poſt tēpus et rugitus, et nauſea, & ſubuerſio animæ: ſed vltimam ſignificat, ꝙ cibus non alteratur alteratione de qua ſit curandum penitus, ſicut ſi ſit frigiditas ſuperflua valde: Et cibus qñ non digeritur niſi tarde, deſcendit tarde, niſi ſit propter motum virtutis expulſiue ex mordicatione, aut qualitate alia contraria, aut grauitate. Et ſigna eius, quæ fit propter complexionē ſunt ea, quę iam [b] ſciuiſti, & ſi eſt comprehēſio tremula non fortis eſt appetitus ad deponendum cibum, & eſt deſiderium eructandi abſq; euentu rugitus, & eructuationis frequentis, & ſingultus, & inflatio petētes illud, aut ſicut ſi eueniat poſt. Et ſigna eius in qua eſt cauſa deſceſus cibi ante horam, ſunt lenitas egeſtionis, & fœtor eius: & paucitas acceptionis hepatis, & corporis ab ea: & qñq; accidunt cum ea mordicatio, & inflatio. Et [c] ſignificationes quidem eius, quę eſt ab humoribus calidis, ſunt ſitis, & paruitas appetitus, & eructuatio fœtida, fumoſa. Et [c] illam, quæ fit ex humoribus frigidis, ſignificat illud, quod egreditur ex eis cū vomitu, & acetoſitas, & caſus appetitus cum ſignificationibus frigoris, & materiei prædictorum in F tractatu primo. Et illam, quæ eſt ab apoſtematibus, & ſimilibus, ſignificant ſigna eorum.

B T.1.
C G.1.loc.af.c.4.d

*De cura.* *Cap.* 5.

CVm [d] fuerit debilitas digeſtionis accidens à cauſa leui, aut repletione antecedente non plurima, tunc ſufficient in ea longitudo ſomni, & dimiſſio exercitij, & vociferationis, & balnei, & adminiſtratio vomitus cum aqua tepida, & ſubtiliatio regiminis. Et [e] quando eſt plus illa & maior, & ſunt poſt acceptionem cibi mordicatio, & nauſea, & eructuatio perueniens ad ſaporē cibi, oportet vt ſumatur in potu aqua tepida multoties, & non ceſſet iterare, donec euomatur totum illud, quod corruptum eſt: deinde effundatur ſuper caput eius oleum aliquod, & vaporetur venter eius, & latera cum panno calefacto: & fricētur extremitates eius cum oleo de oliuis, & oleo roſ. & effundatur ſuper ipſas aqua tepida, & pręcipiatur ei prolixitas ſomni, & prohibeatur ei cibus in die illa: ꝙ ſi in mane ſurrexerit lætus & fortis, ingrediatur balneum: & ſi non redeat ad ſomnum, & regimen ſubtiliatiuum, paucum leue, & dormitationem tribus diebus continuis, vſquequo conuertatur ſtomachus eius ad diſpoſitionem ſuam: Et qñq; indiget ſolutione ventris. Et piper quidem eſt ex medicinis magis iuuatiuis ad digeſtionem. Et [f] ſomnus omnis iuuat digeſtionem. [g] Verū ſomnus ſuper ſiniſtrum eſt plurimi iuuamenti in hoc, propter comprehenſionem hepatis ſuper ſtomachum: ſed ſomnus ſuper dextrum eſt cauſa velocitatis deſcenſionis cibi, qm̄ ſituatio ſtomachi facit G illud neceſſarium. Et ſcias ꝙ amplexari [h] infantem propinquum ad hoc vt polluatur ſm longitudinem noctis, eſt ex rebus magis iuuatiuis ad digeſtionem: & oportet ne ſuperueniat ei ſudor. Sudor. n. infrigidat, & prohibet iuuamentum calefactionis, cum caliditate ſua innata. & oportet vt non ſit cum eo animi deſiderium ad luxuriam. [i] Aeſtuatio. n. & deſiderium ad luxuriam, & motus appetitus, variant motus virtutum nutritiuarum. Et ſunt quidam homines, qui amplexantur catulum canis, aut [k] cattum maſculum nigrum. In debilitate autem digeſtionis facta propter caliditatem cum materia, ex eis quæ conferunt, ſunt ſquizibin ſafarzeli, & cibi acetoſi ſtyptici alhelamie & alchariſie, & qui ſunt ſimiles illis ex frigidis. Et confert ei pondus. ij. ȝ. ſuffuf facti ex decem roſis, ſpodij tribus, coriandri ſicci. v. ſumantur in potu cum aqua granatorum, aut ſquinzibin ſafarzeli.

D Raſ.11.con.t.1. c.2.119.1.2.& G.2.8. de phar. cōpoſi.ſm loc.c.4.g.h
E Raſ.119.1.& G. ibidem.g.h
F G.3.de cau.pulſ. c.9.c
G Li.1.F.3.d.1.c.7. & 9.& Ra.ibi.117.4
H T.1.c.30.& 33.& G.7.meth.c.7.b
I F.1.t.4.c.23.& F. 15.t.1.c.6.& F.6.t.1. t.c.1.&14.& li.1.F.6. t.d.4.c.1.& F.2.d. 1.c.8.& do.1.ſum.1. c.14.& G.de moti. manif.fo.67.d.e.h, & lib.de ther.ad piſo.c.11 e
K Raſ.114.1.

*De ſignis corruptionis digeſtionis.* *Cap.* 6.

SIgnum autem à quo non denudatur corruptio digeſtionis eſt fœtor egeſtionis. Verum ſignificationes, quę quādoq; aſſociantur, & qñq; non aſſociantur, ſunt rugitus, eructuatio, & mordicatio. Et ſignificationes eius, quæ fit propter diſpoſitiones ciborū prædictas, ſunt cognitio diſpoſitionum eorum, an ſint multi, aut ſuſceptibiles putrefactionis, aut ſit erratum in ordine eorum, aut hora ipſorum. Et motus quidē ſuper ipſos eſt genus erroris propter illud, cuius rememoratio prçceſſit: & vt quoties fecerit illud, accidat corruptio digeſtionis, & quoties cauet & abſtinet, rectificatur digeſtio. H Signa autem accidentia propter complexionem ſtomachi, & ægritudines eius, cognoſcuntur ex ſignis prædictis in [l] capitulo aggregante. Et quādo materia corrupta eſt in ſtomacho, in ipſo ſunt nauſea, & accidentia, quæ ſunt cum corruptione digeſtionis frequentia, non habentia viciſſitudines: & ſi ſunt illic viciſſitudines, tunc materiæ ſunt aduenientes effuſæ. In facta autem propter raritatem ſtomachi, & attenuationem texturę villorū eius, & accidentia diſpoſitionis ad ipſum ſicut vetuſtatis, ſigna ſunt prolongatio dolorum ſtomachi, & ægritudinum eius: & debilitas digeſtionis cum debilitate appetitus, & attenuatio corporis. Et ex iſtis quidem quandoq; accidunt debilitas digeſtionis, & deſtructio eius, ſine corruptione ipſius. Factā aūt propter vētoſitates ſignificat ſignificationes ventoſitatum [m] prædictæ. Sed ſignificationes effuſionis ex membris cōibus, ſunt ex eis, quę diximus in [n] locis ſuis, vt conſideres diſpoſitionem illius membri in ſeipſo, & vt cognoſcas, an multiplicentur ex ipſo effuſiones ad membra alia in vijs alijs, ſicut vt cognoſcas an illę, cuius ſtomachus exiſtimatur lędi à catarrhis, habeat catarrhum deſcendentem ad guttur, & ad pulmonem, & alia: Et ſignum caſus corruptionis digeſtionis propter cauſam meatus effundentis choleram eſt vt ſit complexio non cū illa cholerica, deinde inueniantur in ſtomacho mordicatio, & natatio cibi.

L T.1.
M T.1.c.24.
N T.1.c.22.

De cura



*De cura eius.* *Cap.* 7.

A PRincipium illius eſt vt egrediatur, quod eſt corruptum in ſtomacho ex cibo vſque ad finē ſui, cum vomitu, aut ſolutione ventris. Et vt rectificetur regimē eius, quod comeditur, & bibitur. Et reducatur in omnibus diſpoſitionibus ad illud, quod neceſſarium eſt. Et vt prætermittatur cibus donec verificetur eius bonitas, quare mundificetur ſtomachus prius cum potu aquæ roſ. Si autem fuerit corruptio digeſtionis propter caliditatem ſtomachi, aut propter choleram effuſam ad ipſum, ingroſſa cibos eorum, & declina cum eis ad frigus adeo, donec ſint ſicut caro vaccina cum aceto condita, & non ponas frigida ſubtilia, qm̄ ſubtilia corrumpuntur in ſtomachis eorum velociter. Et oportet vt ille, qui ex eis cholericus eſt, euomat ante cibū. Et ſi fuerit illud propter frigus, curetur illud frigus cum eis, quæ diximus in [a] capitulo ſuo. Et ſi fuerit cauſa raritatis ſtomachi, curetur cum medicinis odoriferis ſtypticis, prædictis: & cum cibis boni chymi velocis digeſtionis, qui ſint facti decliues ad exiccationem, & ſtypticitatem cum moderantia & cum abazir. i. cum ſpeciebus aromaticis, & reliquis, quæ diximus in [b] capitulo aggregante. Et ille in corruptione digeſtionis cuius, cauſa eſt effuſio cholerę ex meatu prædicto eueniens, raro, [c] oportet vt conſueſcat vomere ante cibum multoties: ꝙ ſi melioretur poſt illud, & ſumat cibum, abſcindat hanc conſuetudinem, vt non debilitetur ſtomachus ipſius: & cum hoc oportet vt poſt vomitum ſumat robub B confortantes ſtomachum, repellentes, quod effunditur ad ipſum: & aſſidue fiat emplaſtrum ſtomacho ipſius cum eis, quæ confortant ipſum ad expellendum, quod ad ipſum effunditur: deinde ponantur ei circuitus in quibus euomat ante cibum ſm ratiocinationem prædictam. In illis vero quorum ſtomachi cibum aceſcere faciunt, ſi fuerit acetoſitas parua accidentalis, fit iuuamentum cum ſuctione pomorum dulcium, & iuuantur coriandro cum bibunt ipſum ante cibū cum aqua: & ſimiliter maſtix cum in potu ſumitur ex eo. Si autem fuerit fortis, tunc ex eis, quæ conferunt ad hoc fortiter, magnifice vltime, ſunt ſummitates ſquinanthi cum carui, & ſimiliter omnia electuaria calida, & electuarium alchabt. Et qñq; iuuantur cum geleniabin infuſo in aqua calida. Et ex illis, quæ ipſis conferunt eſt vt ſumant apud ſomnum hoc medicamen. [c] Recip. piperis cymini, ſeminis anethi ana partem. i. roſ. ru. ablatis capitibus partes. ij. cribellentur poſt contritionem cum †{orali,} cuius doſis ſit medietas. ȝ. i. cum vino cōmiſto. Si vero indigent eis, quæ ſunt fortiora hoc, oportet vt vtantur vomitu poſt comeſtionem ſalſi, & acetoſi, & acuti ſicut† {foca.} Expectēt itaq; poſtea vna hora, deinde euomant cum ſyrupo acetoſo, mellino calefacto & ſucco raphani, & cum eis, quę curſu eorum incedunt, ex aqua mellis, & ſimilibus. Deinde medicentur cum [d] troc. ro. maioribus, & cum tryphera. Et multoties quidem nō eſt neceſſarius in ea vomitus, qñ eſt cauſa in ipſa frigiditas ſine materia propter quam aceſcit cibus. & quando cibus aceſcit ſaiſen. i. in æſtate tunc eſt C maior corruptio: & oportet vt habens eam dimittat cibaria cum micis, & iura: & cibetur exiccantibus, & frixis, & eis quæ in patellis coquuntur, & carnea rubea. Et oportet vt corporum eorum complexio permutetur tantum, & omnis cibus qui corrumpitur in ſtomacho, conueniens eſt, vt expellatur. quod ſi natura ſufficiens fuerit facere illud, tunc ſufficiat ipſa: & ſi natura non eſt ſufficiens ad illud, ſumat diacyminum ſm quantitatem neceſſitatis: ſi autem non ſufficit, adiuuetur cum reliquis electuarijs ſolutiuis de quibus ſumatur quātitas pauca ſm menſuram qua educatur fęx: & diacydonitē eſt ex ſumma eorum, quæ eliguntur ex eis. Et ſigna quidem bonitatis comprehenſionis ſtomachi ſuper cibum: & bonitatis digeſtionis, quę eſt in vltimo & contrarij eorum, ſunt ea quę diximus in capitulo ſignificationum. Quod ſi res illę prędictę non fuerint: ſed ſentiuntur conturbatio, & grauitas, & deſiderium minuendi grauitatem cum conſtrictione anhelitus accidente, tunc ſcias, ꝙ ſtomachus eſt vehementis comprehenſionis, ſed eſt abhorrens ſummam cibi in quantitate ſua. Et [e] ſcias, ꝙ digeſtio eſt fundi ſtomachi, & [f] appetitus oris ſtomachi.

A 1.27.t.1.
B 3.t.1.
C Raſ.11.cont.t.1. c.118.4.
† pannus de ſeta quo cribratur ſubtiliter.
† Aqua hordei acetoſa cū ſpeciebus.
D Li.5.ſū.2.t.8.c.2.

*De tarditate deſcenſus cibi ex ſtomacho, & velocitate deſcenſionis eius.* *Cap.* 8.

QVandoq; remanet in ſtomacho aliquid de cibo vſq; circiter. [g] xv. horas in diſpoſitione ſanitatis: [h] & . xij. horas. Et illud eſt ſm cibum in leuitate ſua, & grauitate ſua, & ſignificat illud inuentio ſaporis eius in ore, & in eructuatione: retentio nanq; cibi in ſtomacho, non eſt niſi D propter tarditatem digeſtionis, vſquequo digeratur. Et expulſio eius eſt propter expulſionem expulſiuę, cum completur digeſtio, aut propter motorem mouentem expulſiuam, ſicut mordicatio cholerę, aut melancholię, aut phlegmatis acetoſi, aut alicuius eorum, quæ dicemus. Et non eſt ſicut exiſtimauerunt quidam, quod omnis cauſa in retentione eius eſt ſtrictura meatus inferioris. Nam ſi eſſet illud, nō eſſet poſſibilis exitus denarij, & auri deglutitorum: & vinum, & lac non remanerent in ſtomacho: & ambo non natarent in ſtomacho debili, & facerent rugitum, & inflationem. immo cauſa in deſcenſione cibi naturalis, eſt digeſtio, & virtus ſtomachi ad expellendum, cui non ſunt cauſæ plurimæ alię ab ambobus ex parte cibi, cum non accidit ſtomacho nocumentum donec digeratur cibus. Stomachus. n. ſanus comprehendit ipſum, & cōſtringitur ſuper ipſum meatus ſitus inferior vehementer: cumq; adeſt hora expellendi, dilatatur, & expellit ſtomachus, quod in ipſo eſt cum villis ſuis latitudinalibus: & quoties feſtinat digeſtio, feſtinat deſceſus: & ſi tardat, tardat, niſi accidat aliqua cauſarum facientium deſcendere cibum à ſtomacho, cum nondum ſit digeſtus, ex eis quas iam ſciuiſti. Et quantitas quidem æqualis remanentiæ cibi in ſtomacho & egreſſionis eius, eſt, illud, quod eſt inter [h] . xij. horas vſq; ad. xxij. horas. Et cibus quidem plurimus cum non digeritur, propter ſuam multitudinem, & ille cuius qualitas eſt mala etiam, tunc nullus eorum remanet in

E G.5.loc.aſ.c.6.a
F G.1.de vic.rōne in acu.18.f
G Raſ.11.conti.t.1. c.109.1.
H Raſ.109.3.

ſtomacho

ſtomacho ſano fortis expulſionis, immo expellitur ad inferiora velociter. Et qñq; ſuccedunt ei fluxus ventris, & cholerica paſſio. E Et qñ fuerit ſtomachus debilis, quem cibus grauat, aut vlceroſus habens bothor, aut fuerit in eo humor viſcoſus lubricus, non morabitur in ipſo cibus niſi parum: & fit hoc, ſiue ſit debilis retentiua, ſiue digeſtiua. Et tibi quidem poſſibile eſt vt cognoſcas ſigna, quæ oportet te cognoſcere ex cauſis horum, ex eis quæ tibi præterierunt in capitulis prædictis.

*De cura eius à cuius ſtomacho tardatur deſcenſus cibi, aut in cuius ſtomacho natat cibus.* Cap. 9.

EX cura illius eſt ſomnus ſuper dextrum. Adiuuat enim ad hoc vt velociter deſcendat cibus à ſtomacho, quãuis ſit debilis adiutorij ad digerendum: et adiuuant ad hoc deambulatio ſubtilis, & fricatio pedum, & confractio ventoſitatis cum eo, quod ſcitur in [a] capitulo eius.

A 3.t.5.

*De cura eius à cuius ſtomacho feſtinat deſcenſus cibi.* Cap. 10.

QVidam [b] antiquorum fuerunt, qui nominauerunt iſtos ſtomachicos, ſed poſtremo cecidit nomen ſtomachi ſuper aliud. Et ex eis, quæ experta ſunt illis, eſt vt adminiſtretur eis emplaſtrum ex farina fœnugræci, & ſeminis lini, & melle. Et in potu ſumant ex eo etiam, & ex eis eſt, vt [c] ſumantur vitelli oui aſſati, & cochlearium mellis, & duo danic maſticis contriti, coniungantur omnia in cortice oui, & aſſentur ſuper cinerem calidum, & ſine intermiſſione moueantur donec præparata ſint, & comedantur, & adminiſtretur hoc tribus diebus. Et oportet vt adminiſtretur ante cibum aliquid ex ſtypticis frigidis, ſi fuerit illic complexio calida, aut permiſtum cum F calidis, ſi fuerit complexio decliuis ad frigiditatem. Et tu iam ſciuiſti omnes has medicinas. Et oportet vt dormiant ſuper cibum, & non moueantur neq; excitentur omnino. Et vt ſtringantur extremitates ſuperiores.

B Ga.8.de cõpõne phar. ſm loc. c.2.c

C Raſ.11. cont.t.2. c.2.126.3.

*De groſſitie ſtomachi & duritie eius.* Cap. 11.

QVandoq; aduenit durities in ſtomacho ſimilis apoſtemati, & tamen non eſt apoſtema: & eſt cauſa eius frigus inſpiſſant aut melancholia ingroſſans, intrans ſine apoſtematione.

*De ſignis.* Cap. 12.

SVnt vt cognoſcatur cauſa eius, & non inueniatur ſignum apoſtematis.

*De cura.* Cap. 13.

FIat emplaſtrum ei cum meliloto, et croco, & maſtice, & balſamo, & thure, & bdellio, & ſpica, & cordumeni, & mugatht, & cera, & oleo roſarum. Et ſimiliter omnes curationes dictæ ad apoſtemata dura, & proprie ea, quæ dicta ſunt in caplo debilitatis ſtomachi cũ duritie eius. Deſcriptio alia bona ad hãc intentionẽ. [d] Recip. ceræ. ℥. viij. glutinis alimbath. vnc. iiij. zinziberis, opopanacis amborũ ana. ℥. ij. aloes, & galbani amborũ ana. vnc. iij. olei de lilio. vnc. xxiiij. fiat ex eis emplaſtrũ.

D Alex. lib. 7. c. 14. 286. deeſt myrrha.

*De eis quæ commouent eructuationem.* Cap. 14.

CVm [e] in ſtomacho accidit ventoſitas, & non remouetur, & eſt retenta in ore ſtomachi, & impedit, oportet vt euacuetur cum eructuatione, ſicut euacuantur ſuperfluitates natantes cum vomitu: & ſi non, corrumpit digeſtionem, & natat cibus niſi ſentiat multitudinem humiditatum & phlegmatum preparatorum ad hoc, vt conuertantur in ventoſitatem: tunc enim poſſibile eſt vt ſit ſuperfluitas in commotione eructuationis ex eis, quæ mouent rem prauam. Et ex eis quidem, quæ mouent eructuationem, ſunt origanum, & folia rutę, & aniſum, & carui, & calamenthum, & menta, & ameos, & gariophylli, & maſtix, & thus maſticatum, & hauſtum. G

E Gal. 5. apho. 72.

*De cura eructuationis ſuperfluæ.* Cap. 15.

CAuſas quidem eructuationis, et ſignificationes eius, ſuper diſpoſitiones, iam diximus in [f] capitulo ſignificationum. In acetoſa quidem conferunt patienti eam, potare diapepereon cum vino: Et [g] quandoq; iuuantur ſi in potu ſumant ante prandium ſuum & cœnam ſuam, coriandri ſicci pondus aure. deinde bibant ipſum vinum purum. Et ex eis, quæ ſedant eam, ſecundum q̃ dixerunt quidam, eſt vt liniatur ſtomachus cum ſtercore gallinæ, & calce. In fumoſa vero ſi eſt à materia, conferunt abſinthium, & hiera. Si vero eſt ſine materia, ea quæ infrigidant, & extingunt, & forte faciunt, ſicut ſunt robub fructuum frigidorum, & cibi frigidi.

F 17.t.1.

G Raſ.11. cont.t.2. c.2.126.2.

TRACTATVS IIII. *De ægritudinibus inſtrumentalibus & communibus accidentibus ſtomacho.* H

*De apoſtematibus calidis ſtomachi.* Cap. 1.

STomacho accidunt apoſtemata calida propter cauſas cognitas, quæ faciunt accidere apoſtemata calida. Et ex illis [h] cauſis ſunt dolores prolongati. Et quandoq; ſunt apoſtemata eius calida ſanguinea, & quandoq; ſunt cholerica.

H G. ex art. medi. c.95.g

*De ſignis.* Cap. 2.

QVando prolongantur in ſtomacho dolor, qui non remouetur, quãuis regimen bonum fiat, tunc exiſtima, q̃ illic eſt apoſtema. Illud autem apoſtema, quod eſt calidum, ſignificant cum hoc [i] inflammatio vehemens, & aduſtio fortis, & ſitis, & feb. inſeparabilis, & [i] dolor pungitiuus: & eminentia ſeu tumor, qui quandoq; ſentitur, & quãdoq; perducit ad permiſtionem ſenſus, & ad ſirſem, & ad melancholiam. [k] Cumq; extenuatur corpus, & profundantur oculi, & ſoluitur natura, & multiplicatur fluxus ventris, & vomitus, & eſt inquietudo vel additio febris, & minoratur vrina: & fit ſtomachus propter duritiem eius in modo q̃ non comprimitur ſub digitis, tunc iam fit exitura. Et quando accidit cum dolore in ſtomacho frigus extremitatum, tunc illud eſt ſignum malum.

I G. 5. loc. af. c. 5. c. d, & c. 6. a

k Raſ. 11. conti. t. 2. c. 1. 130. 2.

De cura.



*De cura.* Cap. 3.

A QVando autumatur, q̃ apoſtema calidum apparet, aut apparebit propter vehementiam aduſtionis, & inflammationis, tunc melius eſt in principio vt incipiatur à repercuſſiuis, & inungatur ſtomachus cum eis, quę ſunt ſicut oleum de cydonijs, & fiat ei emplaſtrum cum cydonijs, & corticibus cucurbitæ, & portulaca, & farina hordei, & quæ currunt hac via: quãuis abſtinentia, & ſubtiliatio cibi & regiminis, magis iuuatiua ſint eis. Cumq; medicaris apoſtemata ſtomachi calida, tunc caue ne in potu tribuas ſolutiuum forte, aut [a] quod vomere faciat: nam adminiſtratio vomitus periculoſa eſt. [b] Phlebotomia autẽ neceſſaria eſt in pluribus horis, & [c] aliena ſolutionẽ laborioſam, & vomitum. Et ſis contentus medicinis & cibis lenitiuis, ſicut hordeo, & [d] almes, & [d] atriplicibus, & [d] cucurbita. Et adminiſtrare medicinas lenificatiuas, ſicut caſia fiſtula non eſt malum: & vt euacuatio fiat cum caſia fiſtula, qm̃ confert apoſtemati, & alleuiat vel minorat materiã. Et qñq; admiſcetur ei ex hiera, & aloe pondus duorum danich vſq; ad. 5. 3. Et [e] melius hoc eſt vt in potu tribuatur caſia fiſtula cum aqua endiuię. Et qñq; ponitur in ipſa abſinthij parum, qm̃ eſt iuuatiuum cum ſua ſtypticitate. Et [e] qñq; vtuntur in ea quidam myrobalanis: ego vero non declino ad eos, niſi ſint apoſtemata in via dubitationis: & ego abhorreo hoc. & qñ apparent, nõ oportet vt adminiſtrentur. Et [e] qñq; dant eis in potu ſcãmoneam cum ſyrupo acetoſo, & ego abhorreo eam.

A Raſ.11. cõt. t. 3. c. 1. 1p. 4.

B Raſ. 131. 2. & Ser. 14. c. 4.

C Ga. 7. meth. c. 13. & c. 11. c

D Raſ. 131. 2.

E Raſ. 131. 1.

B Et qñ non eſt ex huiuſmodi excuſatio, tunc detur aloes aure. i. cum ſyrupo acetoſo, quamuis dimittere ipſum ſit melius. Et ex ſolutiuis iuuatiuis in principio eſt, vt [f] ſumantur aquę ſolatri, & aquæ endiuiæ. ℥. ij. & medullę caſiæ fiſtulę. ʒ. iij. & olei de cucurbita & olei amygdalini amborum ana drach. ij. & detur in potu, & ſine ceſſatione lenificetur natura cum hoc, ſi fuerit ſiccitas vſq; ad diẽ. vij. Et oportet ne ſint auſi potare aquam frigidam plurimam, neq; aquã ſimplicem, immo frangãt eam cum iuleb, aut robub fructuum. Et abſtinentia quidem à cibo eſt ex illis, quę eos valde iuuant. Et ſi dolor vehemens valde fiat, dabis ei in potu pondus [g] drach. iij. de ſemine cucumeris longi arcuati cũ aqua frigida, aut aqua niuis, & ſumant in potu aquã tabarzet etiam, qm̃ eſt iuuatiua valde, & aquã altaraxacon etiã. Et emplaſtra facta ex [h] † {belha,} & [i] † {alcaſb,} & balauſtijs & [k] † {aliufiſtides} ſunt iuuatiua valde. Et abſinthium cum ex eo fit emplaſtrum, cõfert apoſtemati, prohibẽs ne dilatetur in oĩbus partibus ſtomachi. Et quãdiu caliditas permanet, & ſi ſit poſt. vij. non abſcindas aquam endiuię, & aquam ſolatri, & aquam kekengi, & aquam altaraxacon: & permiſce cum illis cum tranſierit ſeptimam troc. de roſ. 5. 3. & aliquid de ſucco abſinthij, & de maſtice, & permiſce cum eis etiam aquam fœniculi, & aquam apij. Et [l] ſit cibus vſq; ad vij. ex mes excorticatis, cũ atriplicibus, & cucurbita cum oleo amygdalino, aut oleo omphacino. Et ſint illa, quę in potu ſumunt iuleb, & aqua prunorum, & ſuccus endiuię, & taraxacon, & in fine eius permiſceantur cum maſti-

F Lib. 1. F. 4. c. 25. & lib. 4. F. 3. t. 1. c. 2. & lib. 1. 2. c. 192. & R. 131. 2.

G Raſ. 130. 4.

H † dactylis recentibus crudis,

I † dactylo non recenti ſed exiccato,

K † hypoquiſtidos

L Raſ. 131. 2.

C ce, & ſucco abſinthij. Poſt. vij. autem miſceantur cum eis, quę abſtergunt, & maturant parumper, ſicut ſicla, & allubleb. Et detur in potu eis tunc ſyrupus acetoſus. Et qñq; ſumũt eum in potu ante illud aliquot diebus. Et qñq; ſumunt in potu cum aqua violas conditas ſi non fuerit nauſea vehemens, impediens: & illud quidem vſq; ad. xiiij. Cumq; ſedatur inflãmatio, & lenificatur apoſtema, tunc eſt hora reſolutionis. [l] Cum ergo declinat parumper, introducantur in emplaſtris ea, quę ſunt ſicut maſtix, & abſinthium. Et ponatur potus ex ſyrupo acetoſo abſq; timore. Et qñq; ſufficit ſumere in potu caſiam fiſtulam in aqua fœniculi, & apij, & oleum amygdalinum dulce vſq; ad finem eius. Et [m] rectius tibi eſt qñ ad ſummum peruenit cura, hora mollificationis & reſolutionis, vt non audeas ſuper vtraſq; audacia nuda cuiuslibet earũ, immo permiſce medicinas mollificatiuas cum ſtypticis. Nam in hoc, vt ſis contentus mollificatiuis, eſt timor magnus: & qñq; perducit patientem ad mortem, ſiue ſint medicinæ, quæ bibantur, aut poſitæ ſuper ipſum extrinſecus. Et ſtomachus quidem dignior eſt hoc, q̃ hepar. Et ſtyptica conuenientia ad hanc rem ſunt illa, in quibus eſt aromaticitas, ſicut maſtix, & roſ. & gallæ, & galia & balauſtiæ, & extremitates arborum. Et ex oleis oleum de cydonijs, & oleum de maſtice, & oleum de malis, & oleum de neriden, & oleum omphacinum, immo oportet in æſtate, & in principio, vt adminiſtres in emplaſtris amborum, oleum roſ. & oleum omphacinum, & oleum de cydonijs, & oleũ de malis. Et in hyeme, & in horis reſolutio-

M G. 8. de cõpoſitione phar. ſecundum loc. c. 1. c, & 11. meth. c. 15. e

D nis, oleum de neriden, & oleum anethinum, & oleum chamæmellinum, & oleum de lilio, & oleũ de maſtice temperate. Deſcriptio emplaſtrorum in principio & augmẽto, & ſtatu. Deſcriptio emplaſtri iuuatiui in hac hora, & ante ipſam. [n] Recip. farinam hordei, & fauſel, & nenufar omniũ ana. ℥. 5. roſ. ℥. i. & . 5. croci. ℥. 5. vio. xij. dragaganthi. v. althęę, chamæmillę omnium ana. x. ſandali. xv. maſticis, acatię, balauſtię omnium ana. xv. cerę & olei roſ. cum quibus conficiantur. Et ex emplaſtris bonis in ſtatu apoſtematum, ſunt radix lilij, melilotum, cera, & oleum violaceum. Et non oportet vt emplaſtrum fiat cum lubricitate vehementi ventris, immo temperetur venter in primis, deinde adminiſtrentur emplaſtra. Et ex emplaſtris bonis in hora ſtatus vſque ad declinationem eſt illud, quod Recip. cymas ſquinanthi, & chamęmillam, & melilotum, & abſinthium romanum, & ſpicam, & radicem althææ, & ſandalum, & fauſel, & crocum, & grana lauri, & quæ ſunt ſimilia illis. Addatur in ſtypticis in principijs, & in reſolutiuis in poſtremis. Et ex emplaſtris bonis in maturando apoſtema calidum, & almeſſere quorum queritur reſolutio eſt, vt ſumantur extremitatum roſ. & extremitatum abſinthij, & extremitatum ſemperuiuę, & corticum citri exteriorum, & maſticis, & thuris omniũ ana pars. i. & . 5. & cydoniorum, & dactylorum immaturorum, & croci, & aloes, et myrrhæ oĩum ana partem. i. & ceræ & olei chamæmillini & olei de neridẽ omnium ana partes. x.

N Raſ. 131. 2. perm. eſſet.

Quod

Quod ſi cauſa in euentu apoſtematis fuerit dolor antecedens, de veritate cuius eſt vt curetur cum ſubtiliatiuis, tunc cum peruenit ad apoſtema, tunc oportet vt abſcindas ſubtiliatiua ab eo, & ſis contentus ſedatiuis dolorum, ſicut eſt adeps anatis & gallinæ. Et qñ antiquatur apoſtema, tunc da in potu troc. de ſpica, & fac emplaſtrum ex emplaſtro de bdellio cum granis de ben dicto in antidotario. Et ex eis, quę conferunt ad hoc, eſt ceratũ cum oleo de balſamo, & aloe, & cera alba. Et oportet vt adminiſtretur ceratum Gal. [a] prædictum in capitulo debilitatis ſtomachi. Et emplaſtrum de meliloto eſt ad hoc iuuatiuum valde. Et ex illis ſunt chamæmilla, & balauſtiæ, & ſemen lini, & melilotum, & althæa ex quibus fit emplaſtrum: & fiat ex eis vaporatio, & embroca fiat cum decoctione ipſorum. Et ex eis, quæ ſanant illud, eſt illud, quod [b] Recip. roſ. ʒ. x. xyloaloes. ʒ. ij. maſticis, ſeminis endiuiæ, cuſcutæ omnium ana. ʒ. iij. ſumantur in apoſtemate inflammato cum camphora in potu, aut ſumantur tria ſextaria caſiæ fiſtulæ, quæ decoquantur in lib. i. aquæ donec remaneat medietas, deinde coletur, & proijciatur ſuper ipſam de aqua ſolatri, & aqua kekengi ſacraiati, & bulliat & proijciatur ſuper ipſam. ʒ. 5. hieræ pi. & ſumat in potu ex ea ille, qui fortis eſt totam integre, & debilis medietatẽ eius. [c] Et ſi indiget fortiori hoc, addantur [d] † {anethum,} & ſemen lini, & fœnugręci, ꝙ ſi indiget fortiori hoc, addantur ex ſemine caulis, & ammoniacum, & medulla cerui, & adeps gallinæ. & quandoq; indiget emplaſtro feligarius, & emplaſtro citrino. Et in hac hora quandoque neceſſarium eſt, vt in potu dentur troc. de bdellio. Et ex emplaſtris iuuantibus in hoc cap. eſt emplaſtrum huiuſmodi. Recip. ceræ, & olei de neridẽ amborum ana. ℥. i. maſticis, & cyperi, & ſquinanthi, & aloes omnium ana aur̃. i. & bdellij. ʒ. iij. ſoluatur in vino, & aggregetur inter has medicinas, ſecundum acceptionem emplaſtri. Quod ſi fuerit illic ſolutio ventris, quandoq; erit neceſſarium vt ponas cum iſtis ſuccum acreſtę, aut ſuccum abſinthij, aut aggreges inter vtrunq;. Et de errore maximo eſt, vt prolongetur tempus tolerantiæ apoſtematis abſq; curatione, & inceſſanter fiat curatio cum infrigidantibus, & ſit apoſtema in via, vt fiat exitura, & iam prohibetur à maturatione: oportet ergo vt conſideres hoc. Et [e] iam dictum eſt, ꝙ ſuſpenſoriũ factum ex lapide iaſpidis cum ſuſpenditur ita vt tangat ſtomachum, erit iuuamẽtum eius magnum in doloribus eius, & apoſtematibus eius. Cum autem apoſtema fit dubellati, & exitura, nos iam ſingulare [f] capitulum fecimus ei. Cum vero apoſtema eſt cholericum, oportet in principio vt infrigidetur valde cum emplaſtris infrigidatiuis, notis, permiſtis cum ſandalis, & camphora, & roſ. & ſimilibus. Et detur in potu aqua hordei cum aqua granati muzi, & decocti cum cancris: deinde poſt illud per aliquot dies adminiſtra aquã ſolatri, & aquam endiuiæ. Et poſt illud cum appropinquat ſtatus, miſceatur cum aqua ſolatri, & aqua endiuiæ parumper aquę fœniculi.

A 8. de cõpo. phar. ſecundum loc. c. i. d. c, & t. 2. c. 4.
B Raſ. 131. 1.
C Raſ. 131. 3.
D † myrrha.
E Tr. c. 35. & G. 9. de ſimplic. 67. d, & Pau. lib. 3. c. 37.
F 9.

*De apoſtematibus frigidis phlegmaticis.* Cap. 4.

Iſta apoſtemata generantur ex humiditate, & malitia digeſtionis, & paruitate exercitij, & ex reliquis cauſis generantibus materias humidas coarctantibus eas in vaſis, & in tunicis, quarum cognitio præterijt.

*De ſignis.* Cap. 5.

Qvando inueneris ſignum apoſtematis cum dolore profundo vel fixo in omni diſpoſitione, & eminentia, & non eſt febris neq; inflammatio neque imaginatio mala, ſed eſt humiditas ſaliualis & plumbeus color, & paucitas ſitis, & malitia digeſtionis & paruitas appetitus, tunc illud eſt apoſtema phlegmaticum: & tu ſignificabis cum reliquis ſignificationibus prędictis, de humiditate complexionis ſtomachi.

*De cura.* Cap. 6.

De canone in hoc etiam eſt, vt non euacues reſolutiua à ſtypticis. Reſolutiua enim quibus indiges in hoc, ſunt fortis reſolutionis. Incipe ergo in cura iſtorum, ita vt des eis in potu aquam apij, & aquam fœniculi amborum ana. ℥. ij. baurac. ʒ. iij. de oleo amygdalino dulci quantum ſufficit, deinde poſt illud ſumant in potu. ʒ. iiij. olei de kerua cum tribus drach. olei amygdalini dulcis, & decoctione meliloti. Et eius confectio eſt hæc. Recip. meliloti. x. radicis fœniculi. x. aquæ lib. iiij. decoquantur donec remaneat lib. i. & da in potu ex ea. ℥. iiij. Et confert iſtis decoctio hyſſopi, in qua decoquitur melilotum, & ponantur ſuper potionem eius. ʒ. iij. olei de kerua. ʒ. ij. olei amygdalini dulcis. Ex vnguentis autem & emplaſtris eſt medicamen expertum, quod [g] Recip. polij, meliloti, & amomi, & chamæmillæ, & anethi omnium ana. x. & abſinthij, & ſpicæ amborum ana. ʒ. vij. aloes. ʒ. viij. maſticis. ʒ. x. thuris. ʒ. vi. radicum althææ. ʒ. xv. ammoniaci, & opopanaci ſtoracis omnium ana. ʒ. x. adipis anſeris, & adipis gallinæ omnium ana. ℥. ij. ceræ rubeæ. 5. lib. Et quod ex vnguentis eſt melius, eſt oleum de neridem, & oleum de ſpica in quo iam poſita fuerint myrrha & cordumeni. Et conferunt etiam aſparagi, & allubleb cum oleo amygdalino dulci, & ſicla & caulis cum oleo oliuæ. Et ea quæ ſiccant ſanguinem ex cibis, quorum digeſtio eſt facilis, & oportet vt alienent vomitum omnino: nam ipſe in huiuſmodi eſt malus.

G Alphar. li. prac. t. 16. c. 5.

*De apoſtematibus duris & groſſis.* Cap. 7.

Qvandoq; fiunt incipiendo, & quandoq; fiunt à permutatione ex apoſtematibus calidis, ſecũdum ꝙ iam ſciuiſti in principijs: & quandoq; fiunt, ſed raro, ab apoſtemate phlegmatico, cui accidit vt indureſcat. Et ſignificant ipſum cum ſignificationibus apoſtematum, durities tactus, & multitudo imaginationum malarum, & extenuatio corporis.

*De cura.*



*De cura.* Cap. 8.

Canon in his etiam eſt, vt non euacues medicinas reſolutiuas à ſtypticis. Et oẽs medicinæ quæ ſunt vehementis reſolutionis in fine apoſtematum calidorum ſunt iuuatiuę hic: & oportet vt in potu ſumant lac camelarum fœtarum aſſidue. Et ex illis, quæ eis conferunt eſt, vt ſumant tres aureos ex oleo de kerua cum decoction e caſiæ fiſtulæ, quæ ſit diſſoluta vel confricata in aqua radicũ. Et ſi indiget eis, quæ ſunt fortiora, ponat̃ in aqua radicum ſummitatum ſquinanthi, & maſticis, & capilli veneris cum reliquis medicinis oĩum ana pars. i. & qñ ponit̃ cum oleo de kerua, olei de lilio quantitas. ʒ. i. & olei amygdalini dulcis quantitas. drac. ij. eſt iuuatiuum. Et ſilr̃ qñ in potu ſumunt olea iſta cum aqua mellis. Et oportet vt adminiſtretur in emplaſtris eorum medulla oſſium cerui, & medulla cruris vaccini, & pinguedo gibbi cameli. Et ex medicinis conferẽtibus ad hoc, & in dubellati eſt illud, quod [a] Recipe meliloti, & fœnugręci, & chamæmillæ, & baccarum lauri, & althæę, & abſinthij omnium ana partem. i. ammoniaci, & bdellij tertiam partis, ſeſoluantur gummę iſtę in decoctione ficuum. xx. cum vino terantur cum aceto, deinde coniunge cum eis has medicinas, & fac ex eis emplaſtrum. eſt. n. mirabile. [a] Emplaſtrum aliud. Recip. ſordium vaſorum apum par. vij. ſtoracis par. ij. maſticis par. i. glutinis alimbath partem. 5. fęcis olei de neriden quantitatem qua conficiantur medicinæ. Emplaſtrum aliud. [b] Recipe ammoniaci centum meliloti. xij. ceræ centum, croci, myrrhæ, bdellij iudaici, omnium ana. viij. olei de balſamo libra vna. Et ex eis, quæ valde iuuatiua ſunt eis, eſt oleum de ſucco vitis. Et ex eis, quæ conferunt eis valde ſunt decoctio ireos cum caſia fiſtula. Et emplaſtrum, quod diximus in cap. debilitatis ſtomachi cum duritie. Deſcriptio emplaſtri boni. Recipe maſticis, thuris, abſinthij omnium ana partem. i. ammoniaci, croci amborum ana partes. ij. cyperi. iij. fac cerotum cum oleo de neriden in quantitate ſufficienti. Et qñ accidit illud, quod raro accidit. ſ. ex permutatione apoſtematis phlegmatici ad apoſtema durum, tunc conuenientior cura eſt ei emplaſtrum huiuſmodi deſcriptionis. [c] Recipe ammoniacum, bdellium, ſemen caulis, amygdalas amaras, ſtoracem liquidam, maſticẽ, ſpicam, ſquinanthum, cyperum, gummæ diſſoluãtur, & alia terantur, & fac ex eis emplaſtrum. Sintq; cibi eorum ſicut aſparagi, & allubleb, & oleum amygdalinum dulce, & proprie eius, quod permutatum eſt ab apoſtemate calido.

A Raſ. ii. conti. c. 3. c. i. 131. 1.
B Raſ. 131. 3.
C Raſ. li. diui. c. 59.

*De adubellati in ſtomacho.* Cap. 9.

Mvltoties errant medici in regimine apoſtematis in ſtomacho, & permntando fit exitura, & multoties incipiendo fit.

*De ſignis.* Cap. 10.

Iam diximus ſigna initij eius in [d] capitulo apoſtematum calidorum ſtomachi.

D 2.

*De cura.* Cap. 11.

Oportet [e] vt incipiatur à phlebotomia: & ab infrigidatione ſtomachi apoſtemati apoſtemate calido extrinſeco, cum quo ſit poſſibile vt prohibeatur fieri dubellati, nam ſi fit dubellati, & incipit eſſe in via maturationis, oportet tunc vt ſi eſt res leuis: & ſi autumas maturationem propinquam vt in potu tribuas lac recenter mulctum vice vna, poſt aliam cum aqua calida: & tangas duritiem, & conſideres an comprimatur, & attendas commotionem, & tremorem, & compreſſionẽ apoſtematis: nã ſi non iuuat illud, oportet vt in potu ſumat habens ipſum taraxaconẽ ſiccam cum aqua fœnugræci, & tribulorũ, & oleum amygdalinum amarum. Quod ſi indiget fortiori hoc, & eſt inceptio in via maturationis iam addens ſuper primam, ponatur in eis oleũ de kerua. Et ex eis, quę experta ſunt in hoc eſt, vt ſumat in potu habens eam taraxaconis ſiccæ quantitatẽ. drac. i. & . 5. ſeminis almaru, & fœnu. dra. i. teratur illud, & bibatur cum quibuſdam lactibus recẽter mulctis calidis, ſicut eſt lac aſinæ, & caprarum, & quantitas lactis ſit. iij. vnc. & miſceat̃ cum eo ex zuccaro põdus. dra. iij. Et ex eis, quę experta ſunt ẽt, eſt vt ſumat̃ taraxaconis ſiccæ. vnc. i. & fœnug. vnc. ij. ſeminis maru: vnc. iiij. terant̃ & cribellent̃ & conficiant̃ cum lacte caprino, & oleo ſiſamino, & fiat ex eis emplaſtrum ſup dubellati. Et oportet vt fiat balneum cum aqua tepida, & vt ponat̃ emplaſtrũ ſup dubellati aliquid factum ex ficubus, & chamæmilla, & fœnugræco decoctis, & ſit in eo abſinthium vt confortet: & quod quæritur ex oĩbus illis eſt maturatio apoſtematis, & eruptio. Cumq; exiſtimaueris maturationem, poſtq̃ iam adminiſtraueris balneationem prædictam, & emplaſtra prædicta, & ſucceſſeris cum emplaſtro ficuum prædicto, ſubſterne ei ſtramenta duplicia, in vltimo æqualitatis & caliditatis, & præcipe ei vt iaceat ſuper ea verſo ventre inferius ita vt rumpatur ſub hac compreſſione apoſtema eius. Et tu quidem cognoſces, ꝙ iam ruptum eſt per detumitionem, & attenuationem, & per illud, quod expuitur, aut cum ſolutione ventris egreditur ex ſanie, aut ex ſanguine. Et oportet vt in potu tribuas tunc aloem cum aqua endiuiæ. Cumq; erumpitur da in potu incarnatiua, quamuis ille, qui euomit ſaniem ex ſtomacho ſuo ſit ad deſperationem propinquior, q̃ ad ſpem. [f] Cumq; exiſtimaueris in ſtomacho ſaniem, extrahe ipſam cum ſolutione ventris, & non moueas ipſam ad vomitum. Cumq; non valent huiuſmodi res, adminiſtra medicinas prędictas in capitulo apoſtematum durorum. Cibi autem conuenientes ei in principio rei ſunt ſorbitiones factę ex amylo, & hordeo excorticato, & vitello oui. Et in fine eius illi in quibus ponuntur anethum, & fœnugræcum ſecundum menſuram.

E Raſ. ii. conti. c. 3. c. i. 130. 4.
F G. 5. met. c. 11. d. e

*De vlceribus in ſtomacho.* Cap. 12.

Stomacho qñq; accidunt vlcera, & bothor propter acuitatem humorũ, qui imbibunt corpus ipſius, & qui obuiant ei ex ipſis. Et multoties fiunt ꝑpter illud, quod ꝑuenit ad ipſum ex alijs.

ᵃ Multoties enim vlceraт̃ ſtomachus ex catarryo deſcendente ad ipſum ex capite calido mordicatiuo, recipiente putrefactionem, quare putreſcit, & corroditur ſtomachus cũ prolõgatur catarrhus. E

A T.1.c.16.& F.15. c.1.c.2. & Galen.6. aph.2.

*De ſignis & differentijs.* *Cap.* 13.

MVltoties perducunt vlcera ſtomachi, & proprie in inferioribus eius ad minorationem anhelitus, & prouocationem ſudoris, & ſyncopim, & infrigidationem extremitatum. Et qñq; ſignificant vlcera in ſtomacho fœtor eructuationis: & eleuatio vaporis faciens incurrere ſiccitatẽ linguæ, & exiccationem ipſius: & eſt vomitus plurimus. Et qñ ſunt in ſtomacho bothor, multiplicatur eructuatio valde. Et iam diſtinguitur inter vlcus factum in meri, & inter factum in ſtomacho, qm̃ in illo, quod factu m eſt in meri ſentitur dolor in ipſo vſq; ad poſterius inter duas ſpatulas, & in collo vſq; ad initia pectoris: & verificat diſpoſitionem eius tranſitus deglutiti: quoniam ſignificat locum doloroſum cum tranſitu eius & cum pertranſiuit hunc locum dolor eſt paruus. Facta autẽ in ſtom achi ore ſignificat, ꝙ dolor eſt in inferioribus pectoris, & ſupremis ventris: & eſt vehementior: & deglutitum ſignificat ipſum apud tranſitum pectoris: & plurimum eius declinat ad partem mirach: & minoratur ex eo anhelitus, & infrigidatur corpus, & perducit ad ſyncopim plurimum. Verum facta in fundo ſtomachi ſignificat exitus corticis vlceris eius in egeſtione abſq; excoriatione in inteſtinis: & inuentio doloris poſt quietem eius, quod comeditur vel bibitur in inferioribus ſtomachi, & fit dolor paruus. Et diſtinguitur inter vlcus in ſtomacho, & vlcus in inteſtinis, per locum doloris, cum ingreditur cibus in corpus: & eſt exitus corticis, qui egreditur in egeſtione rarus: & eſt cortex eius ſubtilis, ſcilicet ex genere eius, quod egreditur ex inteſtinis ſuperioribus. Et ſignificat, ꝙ eſt in ſtomacho, ꝙ dolor non eſt in partibus inteſtinorum, immo ſupra. Verum multoties appropinquat, & aſſimilatur dyſenteriæ ſuperiori: & eſt illa, quæ fit in inteſtinis ſuperioribus: quare oportet vt tu valde intendas. In vomitu autem cum cortex egreditur, nõ eſt vlcus niſi in meri aut ſtomacho. Et oportet vt cum tu volueris experiri illud, vt cibes ægrum ex aliquo in quo ſint ſinapis, & acetum. F

*De cura vlcerum ſtomachi.* *Cap.* 14.

B Raſ.11. conti.t.4. c.2.130.4.

EXitura ᵇ recens, quæ fit in ipſo, oportet vt curetur cum medicinis ſtypticis: Et dentur cibi velocis digeſtionis, & vitentur medicinæ vlceroſæ in quibus ponuntur flos æris, & ceruſſa, & litharriygum, & tucia, & ſimilia: immo oportet vt curentur vlcera ſtomachi, & corroſio in ipſo in primis cum m undificatione cum eis, quæ ᶜ ſunt ſicut aqua mellis, & iuleb. Et non oportet etiam vt ſit in mundificatione fortitudo mundificationis: & lędat & vlceret pluſq̃ mundificet. Et oportet vt ſit e orum abſterſio, & ablutio ad inferiora. Quod ſi fuerit illic corroſio, & caro mortua, oportet vt medicetur cum medicamine mundificante carnem mortuam, & incarnante, & faciente naſci carnem. Et ill ud quod eſt conueniens ᶜ eſt hiera picra ad illud, & cum mundificatur, ᵇ oportet vt in potu dẽtur lac acetoſum vaccinum à quo ablutum eſt butyrum, & ſyrupus de cydonijs, & granatis, & ſimilibus: Et dent̃ ẽt in potu aqua hordei cũ granatis, & ſyrupi de fructibus ſtypticis. Et eſt qñq; neceſſarium vt cibent̃ ventribus vitulorum & hœdorum conditorũ cum aceto. Et ſcias, ꝙ quãdiu nõ mũdificat̃ ſordes tota, non eſt iuuamentum curæ alterius, neq; adminiſtrationis conſolidatiuorũ. Et cũ adminiſtras incarnatiua, & ᵈ ægritudo eſt in partibus meri, & ore ſtomachi, tunc pone in eis ex glutinatiuis aliquod conueniens ſicut eſt gummi, & dragaganthum. Et qñq; confert vlceribus ſtomachi philonium: Et conferunt ẽt troc. de karabe, p̃cipue ſi fuerit illic vomitus ſanguinis, & conferunt eis oĩa robub fructuũ ſtypticorum. Et qñq; confert rob eupatorij, & rob abſinthij: Et qñ ſunt ĩ ſtomacho vlcera, & non eſt excuſatio ſolutionis ventris propter aliquid vocantium ad hoc, tũc oportet vt ſoluas ventrem cum eis, quæ ſunt ſicut caſia fiſtula. Quod ſi accidat ex vlceribus ſolutio ventris, curet̃ cũ troc. de ſpodio, & robub ſtypticis cum aqua ſauic decocti. Et ſi fuerit illic corroſio, curetur cum eis, quæ diximus in cura ſputi ſanguinis.

C Raſ.ibi.131.4.

G

D G.4.apho.7.7.g

*De bothor in ſtomacho.* *Cap.* 15.

COnfert eis mundificatio cũ ſolutione eorũ, quibus conceſſum eſt fieri ſolutionẽ ventris in vlceribus ſto machi. Et cibari cum granis granati cũ paſſis, & lacte decocto cum ferro ignito.

*De ruptura ſtomachi.* *Cap.* 16. H

QVorum ſtomachus diſrumpitur, fortaſſe non euadunt, niſi pauci à ruptura parua.

TRACTATVS V. *De diſpoſitionibus ſtomachi ex parte eius, quod ipſe comprehendit, & egreditur ab eo: & aliquibus diſpoſitionibus mirach, & quæ ſequuntur ipſum.*

*De inflatione ſtomachi.* *Cap.* 1.

QVandoque fit propter ᵉ cibum, cum in ipſo eſt humiditas extranea, quæ conuertitur in ventoſitatem: & non eſt poſſibile caliditati quanuis ſit æqualis & temperata vt reſoluat eam abſque permutatione ad ventoſitatem. Et quandoque fit propter caliditatem digeſtiuam, cum eſt ᶠ debilis: cibus nanque quamuis ſit non inflatiuus in natura ſua, tamen cum debilitatur in ipſo caliditas, euaporat, & facit accidere ventoſitatem. Materia, nanque in ſua ſubſtantia, ſi non eſt ventoſitatis plurimæ, non facit in ventribus euenire inflationem niſi ſit caliditas minorata, quare moueat & non digerat: ſicut ſi priuetur caliditas omnino, non aſſociatur ei inflatio, & ſi ſit ex inflatiuis: Et ᵍ omne à quo non accidit inflatio, non accidit ab eo inflatio, niſi aut quia abſolutum, ſeu expoliatum ab illa aut propter duas res alias ab eo: ʰ quarum vna eſt dominium caliditatis ſuper ipſum: & altera frigus, quod non mouet aliquid. Et

E G.3.de ſymp. cá. c.2.27.c

F Gal.14.met.c.7. a, & cõm.3.in.6.de mor.vul.12.a

G G.3.de ſym.cau. c.2.27.c.f, & 14.metho.c.7.a

H Fẽ.20.t.1.c.15.



A Et quandoq; eſt caliditas apta ad digerendum, & materia obe diens ei, & accidit, ꝙ diminuatur, vel ꝙ retrahat̃, vel ꝙ deficiat ab ipſa ex potu aquæ plurimæ ſuper ipſam, aut motu concuſſiuo vel commouente ipſam. Et qñq; eſt complexio cibi inflatiua, ſicut faſeolorum, & lentium, & ſimilium, & non conferunt fortitudo virtutis, & alienatio prohibentium digeſtionem niſi ſit caliditas fortis, vehementis virtutis, & materia vehementis paucitatis. Et ex potibus inflatiuis eſt vinum groſſum: & ᵃ dulce niſi ſit dulce ſubtile: quare generat̃ ab eo ventoſitas ſubtilis non groſſa. Et quandoq; eſt cauſa inflationis eſſentia cibi calidi in natura ſua: nam cum ipſe in diſpoſitione vel in hora qua calefit cũ fit digeſtio, & egreditur ex hoc, quod ipſe eſt calidus potentia, ad hoc vt ſit calidus actu, inuenit materiam frigidam humidam vel occurrit materiæ frigidæ humidæ, tunc reſoluit eã, & facit ipſam vaporare. Et qñq; ſunt inflatio & rugitus propter vacuitatem ventris cum humiditate cruda vitrea in ſtomacho, & inteſtinis. Ipſa enim cum occupatur caliditas naturalis ab ea cum cibis, eſt quieta: & qñ caliditas expedita peruenit ad eam, reſoluitur in ventoſitatem. Et qñq; eſt cauſa in hoc, ꝙ natura qñ inuenit vacuitatem, & mouentur virtutes, mouetur aer effuſus in ſpatijs: & mouetur cum eo reſiduum vaporum humiditatis, & eſt ſicut ventoſitas. Et qñq; ſunt cauſa in ea multitudo melancholiæ, & ęgritudines ſplenis. Et multoties fit frigus ſuperueniens corpori exterius cauſa inflationis, & ventoſitatis, ex qua repletur corpus: propterea, quia debilitat caliditatem operantem in mate-

A G.cõ.3.de vic.rõ. in acu.2.c

B ria, & facit operationem eius mediam operationem: & eius operatio eſt digeſtio humiditatũ: & medietas operationis eſt vaporatio. Et ᵇ qñ multiplicatur inflatio in ventribus conualeſcentium, indicat conuerſionem. Et ᶜ ægritudines mirachiales plurimum fiunt propter vehementiam caliditatis ſtomachi, & oppilationes viarum cibi ad corpus, quare redit, & retinetur in partibus ſtomachi, & facit ᵈ acetoſam eructuationem, & accidit vomitus ſtupefaciens dentes, pręcipue ſi cõmunicat ſplẽ, & eſt egeſtio humida, & ingroſſatur ſanguis. Et ᵉ qñq; eſt illic apoſtema faciens vaporem melancholicum, & facit euenire melancholiam.

B Li.4.F.2.t.1.c.96
C G.3.loc. aff. c.7. fo.18.h
D Cap.5.
E Gal.ibi.fo.19.a

*De ſignis.* *Cap.* 2.

ILlam in qua eſt cauſa generatio ventoſitatis, & inflatio ſubſtantię cibi, ſignificant reditus ad cognoſcendum ſubſtantiam eius, quod ſumitur: & ꝙ inflatio nõ eſt plurima valde, in pluribus horis, neque in horis bonitatis cibi: & ꝙ eructuatio quando iteratur bis aut ter, ſedatur eius malitia. Et ſimiliter quando cauſa in ipſa eſt error regiminis, ſignificant eam aſſumptio aquæ, & commotio concuſſiua, & ad ſummum, quod contrariatur virtuti digeſtiuæ. Omnia enim iſta cognoſcuntur per inuentionem cauſæ, & remotionem inflationis cũ alteratione regiminis. Et differentia quidem inter inflationem melancholicam, & illam, quæ eſt ex humoribus humidis crudis eſt, ꝙ inflatio melancholię eſt cum ſiccitate: & alia eſt cum humiditatibus. & factæ ex cauſis alijs, ſignum eſt in-

C uentio aliarum cauſarum.

*De cura.* *Cap.* 3.

SI eſt cauſa inflationis cibus, dimitte ipſum tendens ad alium, & meliora regimen futurum, & non contrariet̃ digeſtioni. Et ᶠ vſquequo fit illud, oportet vt dormiat habens eam ſuper ventrẽ ſuum, ſupra puluinar plenum eis, quæ calefaciunt ſicut eſt cottum. Et ſi eſt cauſa eius frigiditas ſtomachi, & debilitas eius, curetur cum eis, quę oportet, ex illis, quæ dicta ſunt in ca. eius: & vngatur cum ᵍ oleo aliquo in quo decocta ſunt ſubtiliatiua diſrumpentia ventoſitatem, ſicut ameos, & keiſim & ᵍ cyminũ. Et ſi indiget fortioribus illis, tunc ᵍ ſint ruta, & ſemen eius, grana lauri, & alaniudẽ & ſiſeleos: & ſit oleum eius oleum laurinum, & oleum de kerua, & quę ſunt ſimilia illis. Et qñq; ſufficit inungere membrum ex oleo aliquo cum quo permiſcetur anethum, & quæ currũt curſu eius. deinde cum emplaſtris fortis reſolutionis, ſicut ʰ emplaſtrum factum cum hyſſopo, & anetho, & aqua cineris, & ſimilibus. Et qñq; ſunt neceſſaria clyſteria cum huiuſmodi oleis, & qñq; ponitur in eis pix. Et ſi fuerit frigus ex materia groſſa non dabimus in potu iſtas medicinas. Qñq; enim ipſæ addunt in commotione ventoſitatum: immo oportet vt purgemus materiam in primis, deinde demus eas in potu. Et ſi frigus fuerit purũ, & fuerit materia pauca, nõ curabimus de hoc, immo dabimus eas in potu. Et ex eis, quę in potu dabimus, & magnificatur ⁱ earum iuuamentum, eſt manipu-

F Raſ.11.conti.t.1. c.1.110.1.
G G.14.meth.c.7.f
H Raſ.110.1.

D lus polij decoctus in aqua vehementer, deinde ſumatur ex ea in potu: Aut miſceatur decoctio ⁱ calamenthi fluuialis cum melle, & ſumatur ex ea in potu. Et ʰ decoctio galangæ iuuatiua eſt valde: & galanga ſicut eſt: Et ʰ galangę confectum cum ᵏ †{ſechbinegi} factum, pilulę ſicut cicer: & ſit doſis eius aur. i. cum aqua calida: & eſt ex eis, quæ educunt ventoſitatem plurimam, & humiditatem paucam. Et ex eis, quæ ſunt maximi iuuamenti in inflatione inobediente eſt caſtoreum, quãdo bibitur cum aceto permiſto cum aqua & rob cum oleo antiquo, & proprie aceto alaniudẽ aut ſquillitico. Et dicitur, ꝙ ˡ calcaneus porci aduſtus eſt bonus ad hoc: Et quandoq; ᵐ ſufficit in ea, quę leuis eſt, vt in potu ſumatur vinum purum ſuper cibum paucum, & bibat illud, deinde dormiat ſuper ipſum: & ſurget ſanus ab ægritudine ſua. ⁿ Vnguentum conferens ei, decoquantur nigellæ, & grana lauri, & ruta in vino vehementer, & coletur, deinde coquatur ex oleo medietas illius vini cum ipſo, donec remaneat oleum, deinde fiat inunctio ex ipſa. Et ſimiliter oleum de lilio. Dixerunt quidam, ꝙ ᵒ †{algiemſafrã} eſt iuuatiuum valde infantibus quorum inflantur ventres. Et inflatio inſeparabilis melancholica curatur cum eis, quæ ſunt, vt ſagzenea, & alcadicon, & ameos. Et ſi indiget euacuatione forti, adminiſtra pilulas fœtidas, & ᵖ pone ſuper ſpongiam infuſam in aceto forti valde: & melius eſt acetum ᵠ †{alaniuden.}

I Ga.8. de cõpoſitione phar. ſecundum loc. c.4.d
K † Raſ.120.1. ſeraphno
L Dioſ.lib.2.c.49.
M Pau.lib.3.c.38.
N Ra.119.4.
O † Raſ.120.1. ocimum.
P T.1.c.33. & Raſ. 11.cõ.t.2.c.2.129.2.
Q † laſerpitii.

*De rugitu.* Cap. 4.

OMnes cauſæ inflationis ſunt ipſæ eædem cauſæ rugitus, cum accidunt illæ cauſe inflationis, & E nititur natura eas expellere, & non poteſt, & [a] non expellitur ad ſuperiora, neq; ad inferiora, immo mouetur in vaſis inteſtinorum, tunc eſt rugitus: & proprie cum eſt ĩ inteſtinis ſubtilibus ſtrictorum meatuum. Cumq; permutatur ab eis ad ampla iteſtina .ſ. groſſa, quieſcit, & minoratur. Verum ſonitus eius tunc eſt grauis, cum hoc, ꝙ eſt minor. In ſubtilibus vero eſt acutus, cum hoc, ꝙ eſt plurimus. Cumq; permiſcentur illæ ventoſitates cum humiditatibus, non ſunt puræ, & qñ inueniunt ſpatium, & ſunt inflantes commouentes ſonitum faciunt prouenire ſonitum, qui dicit̃ bach bach. Et claritas quidem ſonitus ſignificat mundificationem inteſtinorum, aut exiccationem fęcis. Et cura quidem rugitus proxima eſt curæ inflationis: & ille, qui inuenit ventoſitatem in ventre cũ febre pauca, bibat aquam cymini cum tereniabin loco penidiarum.

A Gal. 3. de ſymp. cau. c. 2. 27. f

*De lenitate ſtomachi, & lubricitate.* Cap. 5.

QVandoq; eſt cauſa eius complexio calida cũ materia mordicatiua lubricatiua cibi, cum euentu mordicationis ſtomachi: Et raro fit ex complexione calida ſimplici, qñ peruenit ad hoc vt mortificet retentiuam. Et qñq; fit propter malitiam complexionis frigidæ cum materia lubricitante, aut abſq; materia. Et [b] qñq; fit propter vlcera in ſtomacho, quæ læduntur ab eis, quæ ad ipſa perueniunt: quare mouetur ad expellendum ea. Et [c] qñq; eſt cauſa eius debilitas adueniens F retentiuę. Et qñ accidit poſt lubricitatem ſtomachi, & inteſtinorum, & lenitatem eorum [d] eructuatio acetoſa, eſt ſm dictum [e] Hipp. ſignum bonum. ſignificat enim augmẽtum caliditatis diminutę: nam ſi non fuerit caliditas aliqua, non erit ventoſitas, neq; eructuatio.

B Ser. t. 3. c. 18.
C Gal. cõ. 3. in. 3. de mor. vul. 53. b
D Cap. 1. & Fẽ. 16. t. 1. c. 2.
E 6. aph. 1.

*De ſignis.* Cap. 6.

NOta ſunt & non eſt neceſſarium iterare ea.

*De cura.* Cap. 7.

SI fuerit cauſa eius malitia complexionis calidæ cum materia: tunc oportet vt educatur humor cum facilitate, & adminiſtrentur poſt illud robub fructuum ſtypticorum: aut [f] aqua ſauic hordei decocti cum milio. Et ſi prolongatur illud, eſt neceſſarium bibere ea, quæ ſunt ſicut [f] lac acetoſum vaccinum decoctum, aut in quo extinguntur ferrum, & lapides, cum quo ſint admiſtæ medicinæ ſtypticæ, ſicut ſpodium, & roſ. & karabe, & balauſtię, & [g] †{alchard & altaratit, } & proijciatur ſuper mediam lib. lactis acetoſi. drac. v. de medicinis, & adminiſtrẽtur ſuper ſtomachum emplaſtra dicta in canone. Et ſit cibus ex [h] lẽtibus excorticatis, & [h] rizi, & [h] milio cum ſuccis fructuum ſtypticorum, ſicut eſt aqua acreſtæ, & aqua granatorum acetoſorum, & aqua cydoniorum acetoſorum. Quod ſi non inuenis excuſationem quin cibes eos carne, cibabis eos illis, quæ ſunt ex carne pullorum & cubugi [i] †{teiugi} aſſata valde, aſperſa acetoſis prędictis. Et ſcitur ex iſtis cura eius, quę eſt G raro, & minus ex caſibus hmõi ægritudinis propter complexionem calidam purã ſine materia ex eis, quæ docui te in [k] cap. communi. Quod ſi fuerit ex frigore, cum calefactiuis curet̃ ebibitis: Et emplaſtra eius ſint ex eis, quę iam expoſita ſunt in loco ſuo: Et fiat cibus eius ex canabir, & minutis auibus aſſatis: & pullis etiam, qm̃ ſunt tardæ remanentiæ in ſtomacho: & puluerizẽtur cum ſpeciebus odoriferis calidis ſtypticis, aut calidis permiſtis cum ſtypticis. Et ſi fuerit illic materia euacuetur cum eis, quorum pręterijt declaratio, & adminiſtretur vomitus in omni ſeptimana, & adminiſtretur electuarium alcanzi, & electuarium de granis myrti, & electuarium de ſcoria ferri, & detur in potu vinũ auſterum antiquum. Et ſi fuerit ex vlceribus, curabis vlcera ſua cura, deinde regimen adhibe cõfortando ſtomachum. Factæ autem ex debilitate virtutis retentiuæ, cura eſt vt adminiſtrentur ſyrupi ſtyptici cum ſpecibus in potu ſumpti, & vt emplaſtrũ ſuperpoſiti. Et ex eis, quæ conferunt ad illud, eſt electuarium de xylocaractis cum aqua ſenticum humidarum: aut medicamẽ de ſumach cũ aqua de xylocaractis aut ſuffuf de granis granatorum, cum robub de cydonijs acetoſis puro: aut alcanzi cum rob de myrto. Et ex illis, quæ ei maximum afferunt iuuamentum ſunt troch. aiuſiſtides ſeu troch. de ſucco barbæ hircinę, & trochiſci de balauſtijs, & emplaſtrum de abſinthio cum ſtypticis. Cibi autem proximi ſunt illi quos diximus in capitulo complexionis calidæ & humidę, & aſſata, & frixa, & ea quæ in patellis cum robub. Et ſcias, ꝙ aqua hordei cum tamarindis iuuatiua eſt ad H nauſeas ægritudinum.

F Ser. t. 3. c. 18.
G † fructus arboris ſpinoſi,
H Ser. & Pau. lib. 3. c. 40.
I † perdicis
K 26. t. c.

*De vomitu & ſubuerſione, & nauſea, & æſtuatione ſtomachi.* Cap. 8.

VOmitus [l] & ſubuerſio ſunt motus ſtomachi ad expellendum ex eo aliquid, quod eſt in eo per viam oris. Et [m] ſubuerſio quidem vna duorum, eſt motus expulſoris, cui non aſſociatur motus expulſi. Et vomitus, qui eſt vnus ipſorum eſt, vt aſſocietur motui facto ab expulſione motus expulſi ad exteriora. Et [n] nauſea eſt diſpoſitio ſtomachi, quæ quaſi ſuſcipit hos motus, & eſt. q. declinatio eius ad eos motus, aut debiles motus, qui fiunt paulatine, aut fortes motus, qui fiunt in breui & paruo tempore ſm diſpoſitionem materiei. Et [o] iſtæ quidem diſpoſitiones contrariæ ſunt appetitibus ex omnibus partibus. & [p] ſubuerſio animæ dicitur nauſea inſeparabilis: & quandoque dicitur deſtructio appetitus. Et vomitus quidem alius eſt acutus, æſtuoſus, ſicut in cholirica paſſione, & ſicut accidit ei, qui bibit medicinam vomitiuam: & alius quietus, ſicut accidit ſtomachicis. Cum ergo accidit ſubuerſio, tunc iam accidit aliquid commouens os ſtomachi ad expellendum aliquid ad propinquiores vias: & illud eſt, aut α qualitas operans in eo illud, quod operatur materia ex qua læditur: Aut [q] membrum communicans ſicut cerebrum cũ aduenit ei percuſſio aut materia humoroſa imbibita,

L Gal. 3. de ſymp. cau. c. 2. fo. 27. f
M G. 8. de cõpoſi. phar. ſm lõ. c. 2. d. e
N Gal. 3. de cau. ſymp. c. 2. f
O G. 3. uatu. facul. c. 13. b
P Gal. 8. de cõpo. phar. ſm loc. c. 1. f
*Infra* α
Q G. 6. apho. 50. & cõmẽ. 1. in primum porrhet. 10. e



A imbibita, aut effuſa in ipſo corrumpens cibum: Aut [a] cholerica: Aut humiditas mala putrefacta, ſicut accidit prægnantibus: Aut [a] humiditas non mala, ſed relaxans mollificans os ſtomachi abſque malitia cauſæ: aut humiditas groſſa & adhærens. Aut [b] multa grauans quamuis non ſit cauſa alia. Nam quãuis ſit verbi gratia, ſanguis, aut phlegma dulce, ſperatur tñ ex hmõi, ꝙ nutriat corpus, & nutriat ẽt ſtomachum. Sang. n. nutrit ſtomachũ, & phlegma dulce naturale conuertit̃ ẽt in ſang. & nutrit ſtomachũ. Verũ ipſum non nutrit eum quocunq; modo accidat, & qualitercunq; peruenit ad ipſum: ſed qñq; nutrit eum qñ gradatur aduentus eius ad ipſum, ex venis alterantibus ſanguinẽ ad complexionẽ ſtomachi, & aſſimilantibus ipſum ei & ſunt venæ prædictæ in [c] anatomia, niſi accidat propter cauſam cum qua [d] non inueniat ſtomachus nutrimentum oĩno, & non afferant ad ipſum venæ, quod eſt ei [e] ſufficiens & neceſſarium, quare venæ apprehendunt ipſum, & digerendo conuertunt ipſum in ſanguinem, ſicut multoties effundit ad ipſum hepar, non p viam venarũ ſpargentium ſanguinem, immo per viam venarum p quas penetrat chylus, ſanguinem bonum & cõuenientem, non plĩs grauantem, vt nutriat ipſum, ſm ſemitam, quod ipſe ex eo exuccat, & conuertat eum cum ſua ſubſtantia ad ſuam ſimilitudinem. Et [f] illi quidem errauerũt, qui exiſtimauerunt, ꝙ ſanguis non nutrit ſtomachum, & iudicant de eo iudicium enunciatiuũ abſolutũ. Et quidã hoĩes ſunt, qui habent periodos in melancholia conſuetas, & in eis ſunt ſani: & qñq; perducit ad aduſtio- B nem in meri & gutture, immo ad vlcus. Et ex nauſea eſt, quæ eſt ſignum criſis: Et [g] qñq; eſt ſignum malum, ſicut in febribus peſtilentialibus. Et [h] qñ multiplicatur in conualeſcentibus, indicat conuerſionem. Et de vomitu quidem cretico eſt, qui confert febribus acutis, & apoſtematibus hepatis, quę ſunt in latere concauo. Et [i] eſt vomitus, qui accidit in acceſſione febrium. Et qñ ſunt in ſtomacho, & in viſceribus interioribus apoſtemata, & proprie calida, ſunt facientia euenire vomitum: propterea, ꝙ declinant ad expellendum, & propterea, ꝙ læduntur ex quolibet tactu accidente eis, aut ex quolibet cibo, aut medicina, aut humore, aut membro repleto. Et nauſea quidem qñq; remanet, & non permutatur ad vomitum: & cauſa eſt vehementia virtutis retentiuæ, aut debilitas qualitatis, quę facit nauſeam, aut paruitas eius ita, ꝙ quando ſuper ipſum fit motus, alleuiatur vomitus, immo mouetur vomitus. Et illi, cuius ſtomachus eſt debilis, accidit vt nauſeet ipſe vel ſubuertatur anima eius, & non poſſit vomere propter vacuitatem ſtomachi ſui, aut propter paruitatem humoris lædentis ipſum, ſiue ſit imbibitus, ſiue non imbibitus. Quod ſi loco huiuſmodi ſtomachi, & oris eius, eſſet ſtomachus fortior & os ſtomachi fortius, non nauſearet vel non ſubuerteretur anima eius, neque pateretur ab ipſo. Verum propter debilitatẽ eius patitur ab eo, & propter debilitatem eius & paucitatem materiei non eſt ei poſſibile vt euomat ipſum. Cumq; comedit poteſt ipſum euomere propter duas res: quarum vna aſt, quia humor qñq; eſt nocens ei parum, non mouens, neque la- C borarefaciens, qm̃ eſt in fundo ſtomachi, & qñ cibatur eleuat ipſum cibus, & multiplicatur: & ſcđa eſt, quia adiuuatur cum quantitate cibi ad expellendum ipſum, & eradicãdum ipſum. Et qñq; ſubuertitur anima, & commouet nauſeam caliditas & ſiccitas accidentes ori ſtomachi: & α facit qualitate ſua calida illud, quod operatur humor vicinus qualitate ſua calida etiam. [k] Et in adminiſtratione quidem vomitus cum æqualitate, eſt iuuamentum maximum. [l] Verum aſſiduatio eius maxime debilitat virtutem ſtomachi, & facit ipſum lacunam ſuperfluitatum. Et vomitus quidem creticus eſt liberatiuus. Et [m] multoties accidit febricitanti ſpaſmus, aut epilepſia, aut ſimile epilepſiæ ſubito, & euomit humorem, vt eſt flos æris, aut indicum, & euadit. Et quandoq; facit etiam euadere ex ſubet forti repletionali in febribus, & alijs. Et [n] multoties vomitus ſanat ex ſingultu clamoſo. Et ex adminiſtratione vomitus cum æqualitate conſeruantur [o] renes, & [o] curatur eo nocumentum eorum: & [p] nocumentum pedum, & ſanatur eruptio venarum deferentium ſanguinem, & arteriarum. [q] Et amatur quidem vt adminiſtretur in menſe bis, & melior horarum vomitus eſt illa, quæ eſt poſt balneum, & poſtquam comedit poſt ipſum, & impletur. Et nos quidem iam ſubtiliter perſcrutati fuimus ſermonem de hoc in libro [r] primo. Et ſtomachus quidem debilis quoties cibatur, accidere ei nauſea, & ſubuerſio animi: & ſi fuerit debilior parum, non poterit retinere illud, quod recipit, immo expellet illud ad ſuperiora, & inferiora. Et debilitas quidem ſtomachi quandoque fit ex ſpecie- D bus malitiæ complexionis. Et tu ſcis, ꝙ de cauſis quarundam ſpecierum malitiæ complexionis ſunt quædam, quibus adiungitur reſolutio ſpiritus, ſicut eſt ſolutio ventris plurima, & maxime ſanguinis. Et tu ſcis, ꝙ ex debilitantibus, ſunt dolores vehementes, & triſtitiæ, & ieiunium, & fames vehemens. Et ipſa etiam ſunt ex cauſis vomitus ſecundum ſemitam introitus debilitatis ſuper ſtomachum. Et vomitus doloroſus etiam velociter euomit cibum, & expellit ipſum. Et [s] illi cui ſuperuenit frequenter nauſeatiua ſatietas, & qui comedit non ſecundum veritatem famis veridicę, accidit in primis quando comedit aduſtio ſeu anguſtia vehemens valde, quam non tolerat, deinde conuertitur eius eſſe ad hoc vt euomat totum, quod comeditur. Et [t] deterior quidem vomitus eſt ille, qui eſt vomitus ſanguinis, niſi ſecundum modum quem [u] dicam: tunc enim eſt ſignificatio fortitudinis naturæ, & ſequitur ipſum vomitus melancholię. Et cauſa in hac malitia eſt, quoniam iſta duo non ſunt generata in ſtomacho, immo non ſunt niſi expulſa ad ipſum ex locis longinquis, & membris alijs, & ſignificant nocumentum in illis membris, & communitatem ſtomachi & receptionem, ita vt debilitent ipſum. Et ſignificat vomitus ſanguinis proprie motum eius egredientem à neceſſitate. Et motus ſanguinis, cum egreditur à neceſſitate portendit mortem. Et [x] vomitus quidem purus eſt malus: [x] cholericus quidem ſignificat ſuperfluitatẽ caliditatis, & phlegmaticus

A G. 5. apho. 50. & com. 1. in. 1. porrhe. 10. e
B G. 3. de cã. ſymp. c. 2. 17. b. c
C Lib. 1. F. 1. do. 5. ſum. 1. c. 2.
D Lib. 1. F. 1. do. 4. c. 1.
E T. 1. c. 1. & Ga. 4. de v. p. c. 19. f, & 3. de natural. fac. c. 13. 507. d, & de atrabile c. 7. g
F Raſ. 11. cont. t. 1. c. 1112. 3.
G Li. 4. F. 1. t. 4. c. 2.
H Li. 4. F. 2. t. 1. c. 96
I Li. 4. F. 1. t. 2. c. 11. & Gal. de his quos oportet purg. g
*Supra* α
K Lib. 1. F. 4. c. 13.
L Li. 1. F. 4. c. 14. & Galẽ. de dynamid. 15. h, & Raſ. 11. con. c. 1138. 3.
M G. 5. lo. af. c. 6. g
N Gal. 7. aph. 3.
O Fẽ. 18. t. 2 c. 12. & Li. 1. F. 4. c. 13. & G. de locum. affe. c. 4. d
P Fen. 22. t. 2. c. 7. & Gal. com. 2. in. 6. de morb. vulg. 9. c
Q T. 1. c. 35. & lib. 1. F. 4. c. 13. & Hip. de ſalu. dic. 21. b, & G. 5. de v. p. c. 4. e, & Raſ. 11. cont. t. 1. c. 1. 136. 3.
R Fẽ. 4. c. 13. 14. 15.
S T. 2. c. 1. & c. 6.
T Hip. 4. apho. 25.
V C. 10. & t. 1. c. 16.
X Lib. 4. Fen. 2. t 1. c. 78. & G. com. 3. in primũ de mor. vul. 12. c, & 2. progn. 38. f

maticus ſignificat ſuperfluitatem frigoris ſimplicis puri. Et[a] vomitus quidem diuerſorum colorũ E malorum ex nigro, & ex illo, qui eſt vt flos æris, & ex illo, qui eſt vt ſuccus porri eſt malus propter illud, quod ſignificat de aggregatione humorum malorum. Et[b] ex diſpoſitione mala eſt vt ſit os ſtomachi ſubuerſum patiens nauſeam, & ſit natura reſtricta: tunc enim illud, quod ſedat vomitum, addit in retentione naturæ: & illud, quod ſoluit naturam, addit in vomitu, niſi ſit illud: quod facit nauſeam humor ſubtilis aut cholericus. quare curetur diſpoſitio cum aqua prunorum, & tamarindorum, & ſimilibus: & confert vtriſque rebus ſimul. Et[c] ſunt homines quidam, qui non ceſſant appetere cibum, & quoties replentur eo, euomunt ipſum, aut expellunt ipſum ad inferiora, deinde redeunt, & non ceſſat ille labor eorum, & ipſi tamen viuunt vita ſanorum, ac ſi illud ſit res naturalis eis. Et[d] ecce hic quædam auis eſt capiens locuſtas, quæ non ceſſat comedere locuſtas, & expellere eas per ſeceſſum: & non ſatiatur toto tempore quo inuenit eas. & eſt aliud animal huius proprietatis. Et[e] ſunt quidam homines, qui cum comedunt exiſtimant, quòd ſi moueantur, euoment, aut ſi iraſcantur, aut loquantur, aut moueantur motu animali, euoment: & cauſa in hoc eſt illud, quod ſciuiſti. Et[f] ſanior quidem vomitus eſt permiſtus, medius in groſſitie & ſubtilitate: & eſt ex humoribus, qui ſunt conſueti ipſi, ſicut phlegma & cholera. Verum ille, qui eſt vt ſuccus porri, in ægritudinibus eſt ſignificatio mala. Et viridis ad nigredinem decliuis ſicut azul, & indicum ſecundum plurimum ſignificat congelationem vel extinctionem caliditatis, & ambo, quæ ſunt aliud F ab eo, quod eſt vt ſuccus porri, & flos æris, quandoq; contingit vt ſint ambo propter aduſtionem etiam. quoniam aduſtio, quæ non eſt à frigore nigrefaciente & turbidum faciente, eſt decliuis ad ſplendorem, & claritatem, & ad illum, qui eſt vt ſuccus porri, & ſignificat mortificationem virtutis, quamuis vomitus citrinus, & vt ſuccus porri, & vt flos æris multiplicetur in ipſo, in cuius hepate eſt complexio calida valde. Et accidit habenti apoſtema calidum in hepate vomitus cholericus: deind e vomitus vt ſuccus porri: deinde vt ærugo æris, & fit cum nauſea & ſingultu. Niger vero eſt malus niſi in apoſtematibus ſplenis: & in fine febrium quartanarũ eſt malus. Et fœtidus eſt malus: & proprie quicunq; amborum in febribus peſtilentialibus. Et quando inuenitur ſubuerſio in die quarto ægritudinum, & fit expulſio vomitu, eſt iuuatiuum.

A Hip. & Ga. 1. prognoſ. 40.
B Raſ. 11 conti. t. 2. c. 2. 129. 4.
C Fẽ. 1. c. 17. & c. 11. & G. li. 8. de med. comp. ſm loc. c. 1. c
D G. 6. lo. aff. c. 3. h
E T. 1. c. 17. & c. 11. & Ga. li. 8. de cõpo. phar. ſecũdum loc. c. 3. c
F Li. 4. F. 2. t. 1. c. 78 & G. 2. prog. 38. l

*De ſignis portendentibus vomitum.* Cap. 9.

SVnt[g] nauſea, & ſubuerſio antecedentes vomitum: Et[h] quando tremit labium, & accidit tenſio hypocondriorum ad ſuperiora, tunc iudica ipſum adeſſe. Signa autem humoris mali, putridi, facientis nauſeam, et vomitum, ſi eſt calidus, ſunt ſitis, & ſapor malus in ore, & putrefactio apparens. Et ſigna quis ex illo humore ſit ſanioſus, ſunt intueri ipſum ex parte vomitus: & vehementia nocumenti ſtomachi ab ipſo cum eius leuitate, quoniam ipſe nõ nocet niſi ex qualitate ſua, non quantitate. Signa humoris boni, non mali, qui facit illud cum ſua quantitate ſunt, vt non ſint illic G vapor putridus & ſapor malus, & vomitus malus: & ſedant ipſum, ſi fuerit ſubtilis, medicinæ ponticæ. Et ſi fuerit groſſus, medicinæ ſubtiliatiuæ. Et ſignificant ipſum[i] multitudo humiditatis & multitudo vomitus non mali: & multitudo egeſtionis, & multitudo ſaliuæ, & præcipue ſi præceſſerit nauſeatiua ſatietas. Et ſignum eius, cuius cauſa eſt malitia complexionis oris ſtomachi, eſt quod nõ tolerat illud, quod eis ſuperuenit, immo mouetur ad expellendum illud via malitiæ complexionũ prædictarum. Et eius, qui fit propter communitatem cerebri, aut hepatis, aut matricis, ſigna ſunt ſigna ægritudinum hepatis, & capitis, & aliorum.

G G. 3. de ſym. cau. c. 2. g
H G. com. 1. in 2. porrhet. 30. e, & 3. de criſi. c. 11. 144. e
I G. 3. de criſi. c. 11. 144. e

*De vomitu ſanguinis.* Cap. 10.

ET ſanguis quidem cũ p̃ vomitum[k] egreditur, tunc eſt ex ſtomacho, aut meri. Et cauſa in illo, aut eſt eruptio venæ, & ſciſſura eius, & ipſius inciſio. Et multoties fit ꝑpter vomitum plĩn, aut ventris ſolutionem factam ex cathartico calidæ cõplexionis, aut eruptio apatis non maturi, aut propter ſanguinem à capite currentẽ ad ſtomachum à loco: qui ignorat[l] aut propter effuſionem ſanguinis ad ipſum ex hepate, &[l] ex alijs membris: & præcipue cum retinetur illud, quod oportet euacuari ex ſanguine: aut accidit inciſio membri, & ſuperfluit nutrimentum eius, ſm modum cuius declaratio prẹterijt à me in radicibus: aut accidit ex dimiſſione exercitij conſueti, aut potus ſanguiſucẹ ſuſpenſæ in meri, aut ſtomacho aut accidunt hẹmorrhoides in ſtomacho. Et cauſa eruptionis ve H narum, & ſciſſurẹ earũ, eſt illud, quod[m] ſciuiſti in libris vniuerſalium, & illud, quod diximus in principio hmõi tractatus: & oportet vt tu cognoſcas ex eis illud, quod eſt ex mollificatione venarũ cum ſubtilitate, & ſua mollitie: & quod eſt ex vehementia exiccationis earum, aut aliud ingroſſans ipſas. Et[n] multoties quidem fit vomitus ſan. ex ſana virtute, & expellit ſan. ad partem quam inuenit in diſpoſitione expulſionis eius conuenientiorem. Et propter hoc multoties eſt in vomitu duarum lib. ſanguinis ver. gra. tranquillitas, & iuuamẽtum. Et illud eſt qñ effunditur ſuperfluitas ſplenis, & hepatis ad ſtomachum, & egredĩ vomitu & expellĩ: Et[o] illud, quod eſt à ſplene, eſt nigrum, & turbidum, & qñq; eſt acetoſum. Et non eſt cum iſtis duobus dolor. Et[p] multoties quidem vomitu expellit homo fruſtum carnis, & cauſa in illo eſt caro addita verrucoſa, aut hẹmorrhoidalis orta in ſtomacho: & abſcindĩ propter cauſam aliquã, & expellit ipſam natura ad ſuperiora. Et[q] oĩs vomitus ſanguinis cum febre eſt malus, ſed cum non eſt illic febris quandoq; non eſt malus.

K G. 7. aph. 37. a, & 4. loc. af. c. 5. f
L T. 1. c. 16. & t. 5. c. 8. & F. 10. t. 3. c. 4. & Fen. 16. t. 1. c. 2. & G. 3. de cau. ſymp. c. 2. 27. h
M Li. 1. F. 2. doc. 2. c. 16. & li. 4. F. 4. t. 2. c. 16.
N Cap. 8.
O Cap. 11.
P Cap. 11. & Raſ. 11. cont. t. 1. c. 1. c 109. 4
Q Hip. 7. aph. 37.

*De ſignis.* Cap. 11.

ILle quidem, qui eſt à ſtomacho, diſtinguitur ab illo, qui eſt à meri, p̃ locum doloris, niſi ſit apertione venarum: & non ex corroſione & vlceribus, quare non fit illic dolor. Et illum, qui eſt à corroſione



A corroſione ſignificat ſignum vlceris, quod[a] prẹceſſit: & ſanguis ẹgreditur ab eo ĩ primis paulatim, deinde emanat res plurima. Et illius, qui eſt à ſana virtute eſt, vt nihil de eſſe ſuo immutatum ſentiat patiens, & inueniat leuitatem poſt grauitatem, & ſit ſanguis ſanus, non acutus corroſiuus, aut putridus, aut vlceroſus. Et eius, qui eſt ex ſanguiſucca eſt, ꝙ ſanguis, qui eſt ex ea, eſt ſubtilis virulẽtus. Et ille iam bibit de aqua, in qua ſunt ſanguiſuccæ. Et eius, qui eſt ab hæmorrhoidibus, eſt vt ſit illud hora poſt horam, & iuuatur per illud, & colores eorum ſunt citrini. Et differentia quidem inter factum propter hepar & effuſionem eius ex ipſo ad ſtomachũ, & factum propter ſplenem, & factũ propter ſtomachum ipſum, eſt ꝙ cum illis non eſt dolor, & ille, qui eſt à ſtomacho non euacuatur à dolore: &[b] ille, qui eſt à ſplene, eſt niger, turbidus, & qñq; eſt acetoſus: Et[c] multoties euomit homo fruſtum carnis, & iam ante diximus cauſam eius.

A T. 4. c. 13.
B Cap. 10.
C Cap. 10. & Raſ. 11. con. t. 1. c. 1. 109. 5.

*De cura vomitus abſolute.* Cap. 12.

SErmo quidem vniuerſalis in curatione vomitus eſt hic. In vomitu, qui generaĩ à corruptione cibi, rectificetur cibus, & fiat bonus, & adiuuetur ex quibuſdam quæ diximus, confortantibus ſtomachum, boni odoris, calidis, aut frigidis, ſm quod cõuenit. Et in illo cuius cauſa eſt materia mala, aut plurima, euacuetur illa materia ſm canones prædictos, & cum ebibitis, & clyſteribus, & minoreĩ cibus, & ſubtilietur. Et adhibeantur exercitium ſubtile, & ieiunium. Et clyſteria proportio- B nalia ſm ægritudinem, ſunt iuuatiua propter illud, quod declinat de materia ad inferiora. Et[d] multoties quidem abſcindit vomitum clyſtere acutum. Et[e] vomitus etiam multoties abſcindit vomitũ, cum eſt à materia. Sanaĩ. n. ex vomitu, cum euomit illam materiam per egreſſionem eius cum vomitu, aut cum eo, quod eſt ſicut aqua calida ſola, aut cum ſyrupo acetoſo, aut cum anetho, aut[f] cum aqua raphani, & melle: & quæ ſunt illis ſimilia de his, quẹ ſciunĩ in loco ſuo. Et cum fuerit illud, qđ euacuare volumus cum vomitu aut cum re alia à vomitu groſſum, incipiemus, & ſubtiliabimus ipſum: & incidemus illud, deĩde euacuabimus ipſum. Et ſi fuerit nauſea, immo vomitus etiam ex malitia complexionis, curabitur cum eis, quæ ipſam permutant. Quod ſi neceſſaria fuerit ſtupefactio, fiat illud, quod narrauimus nuper. Et vltimum, quod intendimus in regimine nauſeæ, eſt expulſio humoris facientis nauſeam aut minoratio eius, & ipſius inciſio, ſi eſt groſſus, viſcoſus: aut rectificatio eius ſi eſt putridus,[g] ſanioſus cum bono odore eius, quod in potu ſumitur.[h] Bonus enim odor vehementer eſt cõueniens ſtomacho: & proprie cum eſt in nutritiuis, & olea cum ſenſus eſt diligẽs ea. Et attractio materiei excitantis ad extremitates eſt iuuatiua valde in retentione vomitus, & proprie cum eſt ex expulſione humorum ex mẽbris circundantibus ſtomachum, vel vicinantibus ſtomacho ad ipſum, & illud[i] fit ſi ſtringunĩ extrema, & proprie inferiora, ſicut crura, & pedes conſtrictione deſcendente à ſuperioribus. Et qñq; adiuuat ad illud eorum calefactio, &[h] poſitio eorum in C aqua calida. Et qñq; eſt neceſſariũ vt ponaĩ ſuper adiutorium, & crus medicamen rubificatiuũ vlceratiuum. Et mirabile quidem eſt, ꝙ calefactio extremitatum eſt iuuatiua in ſedatione vomitus: propterea, ꝙ attrahit. Et;[k] infrigidatio earum eſt iuuatiua ĩ ſedatione vomitus velocis calidi: propterea, ꝙ infrigidat: Et ſilr̃ infrigidatio ſtomachi. Et[l] exiſtimauerunt quidam, ꝙ amygdalæ amaræ cũ terũtur, & digitis fricando diſſoluuntur in aqua, & colantur, & ſumitur ex ea in potu, ſunt maxima cura vomitus dominantis furioſi. Et[m] fabæ decoctæ cum corticibus ſuis in aceto permiſto conferunt plĩn eis. Et lentes à quibus effuſa eſt aqua in qua elixantur quando decoquuntur in aceto. Et iam expertum eſt medicamen, quod[n] Recip. galiæ & xyloaloes crudi, & gariophylli partes ẹquales, ſumatur in potu cum aqua malorum: Et gluten gariophyllorum melius eſt gariophyllis, & ſit eius pondus, pondus illorum. Et qñq; ponunĩ in ipſo cum non reperiĩ gluten gariophyllorum, gariophylli: & poniĩ cum gariophyllis pulegij quantum ſunt gariophylli: ſunt enim vltimi, & ſtant loco eius. Et tu quidem ſtude inquantum potes, vt eos[o] dormire facias, qm̃ illud eſt radix. Et ex eis, quẹ conferunt in hoc, eſt facere vt ipſi in potu ſumant volentes, aut inuiti aquam carnis plurimam cum ſeminibus: & ſit in ea coriandrum ſiccum: & qñq; funditur in ipſa vinum odoriferum: & ſi eſt cum hoc ponticum, eſt melius. Et qñq; infunduntur in ipſa tortellæ, aut panis de ſimila. hoc enim quandoq; facit eos dormire, cumq; dormient, ſudabunt. Et cum natura fuerit ſicca, non ſtringas vomi- D tum cum eo, quod exiccat ex ſtypticis, niſi cum menſura abſq; nocumento: & adminiſtra clyſteria, & ſoluas ventrem, deinde ſis audax in dando robub. Et multoties quidem alleuiãtur nauſea, & vomitus per phlebotomiam. Et[p] ſi cum vomitu expellitur medicamen fortiter conſtringens vomitum, reitera ipſum: & ſi vehementer abhorreat ipſum, tunc altera ei aliquid odoris eius, aut coloris ipſius. &[q] ſcias qñ nauſea lẹdit, & non aſſociatur ei vomitus, tunc oportet vt adiuues ipſum cum vomitiuis ſubtilibus ita, vt euomat cibum ſuum vel humorem ſuum. Et ſi neceſſarium tibi fuerit, vt ſoluas ventrem eius cũ facilitate, fac: deinde cõforta ſtomachum cum oleis prẹdictis & proprie cum oleo de nereiden puro, aut permiſto cum oleo roſ. & ſicut vides de calefactione ſtomachi. Et qñꝗ eſt nauſea no n poſt cibum, immo ſm vacuitatem etiam, & non eſt plẽ vt fiat vomitus ꝑpter paruitatem materiei: quare oportet vt comedat patiens ipſum cibum, qm̃ cum repleĩ, facilis fit poſt ipſum vomitus, & expellitur cum ipſo humor. Et plurimum quidem nauſeæ accidentis à caliditate, & ſiccitate, remouetur à poſitione emplaſtrorum cum infrigidatiuis humectatiuis infrigidatorum in niue, & ſumendo in potu aquam infrigidatam cum niue, & qñq; ponitur in ipſa ſicut rob acreſtæ, & rob ribes. In nauſea vero materiali neceſſaria eſt purgatio cum eis, quæ conueniunt: deinde curetur qualitas remanens cum eo, quod eſt ipſi contrarium ex medicinis odoriferis, cũ

D G. li. de deriuatione. fo. 4. c. 19. f. & cõment. 6. in. 2. de mor. vul. 9. h
E Fẽ. 16 t. 2. c. 13. & li. 1. F. 4. c. 23. & li. 4. F. 1. t. 2. c. 15. & G. cõ. 2. in. 6. de mor. vul. 9. h
F Raſ. 129. 2.
G Cap. 13. & Raſ. 11. con. t. 2. c. 2. 128. 3.
H Raſ. ibid. 129. 3.
I T. 1. c. 24 & F. 16. t. 1. c. 13. & G. 1. art. m. ad gla. c. 14. g. h
K Raſ. 122. 2.
L Raſ. 11. cont. t. 2. c. 2. 129. 1.
M Doſ. lib. 2. c. 97. & Raſ. 11. con. t. 1. c. 1. 122. 3. & 123. 1.
N Raſ. 129. 2.
O Raſ. li. diui. c. 60
P Fen. 16. t. 2. c. 13.
Q Raſ. 122. 1.

robub calidis aut frigidis.ſ.vnumquodq; ſm ſe.Et omnẽ quem curas, ſi ipſum vis cibare,ciba pau- E
latim paulatim ita,vt non moueat vomitus eius alia vice in ipſo.Et oportet vt illius ſtomacho, qui
conſuetus eſt vomere poſt cibum,& cibus non ſtat in ſtomacho ipſius,apponant emplaſtra ſtypti-
ca prædicta in canone:& ſi non fuerit caliditas,permiſceant cum eis illa,quæ ſunt ſicut pyrethrum,
& ſpica,& thus,& myrrha.Et iuuant valde ex trochiſcis albencharus quos laudauit [a] Gal. Et [b] den
tur in potu,ſi fuerit illic caliditas,& ſitis, cum robub ſicut rob de granatis, & proprie illud in quo
ponitur menta,& ſequatur illud vinum permiſtum,ſi permittit complexio.Si autem non fuerit ca
liditas,ſumant in potu cum aqua,& conferunt eis valde troc. Aeſchylis:& confert eis,qñ adeſt eis
cum frigiditate trochiſcus huiuſmodi. [c] Recip.zurumbet,gariophy.vſneæ,cinnamomi, maſticis,
thuris myrrhæ oĩum ana danich.i.opij keratẽ.i.caſtorei keratem.i.aloes.iiij.dra.Et ex eis, quę con
ueniunt illis,qui vomunt cibum ſuum,eſt vt multiplicetur in cibarij ſuis [d] coriandrum: & lambant
mel embilicorum:& etiam comedant cortices [e] fiſtici humidos,aut ſiccos.Et maſticent thus, & ma
ſticem,& xyloaloes,& cortices citri,& mẽtam:& conueniens eſt eis vt vomant, deinde comedant.
Et antiqui quidem medici confuſi ſeu errantes in medicina curant patientem vomitum cum eſt
adoleſcens,fortis,habens ſtomachum repletum humiditatibus retentis ſubtilibus, & eſt multæ ſa-
liuæ, phlebotomando ei venam cum æqualitate ne ſequatur terminos ſyncopis, ſi tolerat natura,
deinde expectant aliquibus diebus,poſtea phlebotomant venam eius, quæ eſt ſub lingua, deinde F
dant in potu diuretica:poſtea faciunt eum gargarizare cum inciſiuis:deinde expectant:poſtea dant
in potu hieram factam cum coloquinthide,& ingeniantur vt remaneat hiera in ſtomacho eius tẽ-
pore paruo:deinde poſt.vij.dies euomant,deinde [f] adhærere faciunt ventri eius ventoſam ſine in-
ciſione,& euaporant locum cum oleo calefacto, & in mane ponunt emplaſtrum deſuper [g] ex fœ-
nugręco contrito confecto cum melle,& ſemen maluæ confectum cum oleo,& faciunt illud tribus
diebus.Si autem illud non ſufficit,in potu tribuunt hieram cum pulpa coloquinthidæ, & [f] liniunt
ſtomachum ex gumma rutæ acreſtis,& medicinis rubificantibus, donec videant ſuper locum bo-
thor, & veſicas, & dant in potu hieram picram, deinde decoctionem abſinthij, & medicamen fa-
ctum cum caſtoreo & aqua:deinde iterant rubificationem cum eis,quæ ſunt leuiora: deinde admi-
niſtrant gargariſmata:& poſtea ſternutatoria.Hęc eſt ergo via in medicina antiqua varia,non ſecũ
dum viam comprehẽſam.Iam quidem diximus de cura vomitus illud,quod currit curſu canonis,
& nos addemus ei nunc diſtinctiones. Vomitum autem factum à cauſa calida ſedat aſſumptio.
†{alcasb}proprie & granata,& ſumach,& [g] †{gubera,}& cydonia,& ſyrupos,qui fiũt ex eis: &
pilulas huiuſmodi. [h] Recip.ſeminis hyuſquiami partem.i.ſeminis roſ.ru. & ſumac, & alcasb oĩum
ana partes.iiij.coniungantur cum duplo eorum de rob de cydonijs, & detur ex aggregato cõfecto
à medio aureo vſq; ad aur.ſm virtutem,facit enim dormire,& ſedat nauſeam. [i] Cumq; non eſt illic G
conſtrictio naturæ,tunc tibi ſupereſt tribuere robub pura facta ex acreſta,& ribes, & ex acetoſita-
te citri proprie.Et [k] camphoræ quidem ineſt proprietas prohibẽdi vomitum, & nauſeam calidos,
ſumptæ i potu cum rob,& olfactæ,& linitæ ſuper ſtomachum.Illius vero,qui cogitat, q ſi moueat
poſt cibum,euomat,cura melior,& eius,qui euomit cibum ſuum non cum cholera citrina, immo
eſt vomitus eius propter melancholiam,aut humorem frigidum, eſt quæ eſt ex curatione facta cũ
calefactiuis exiccantibus. Et ex eis eſt illud quod. Recipe ſeminis apij, & aniſi,& abſinthij partes
ęquales,fiant ex eis troc.ſitq; doſis eorum aur.i.cum aqua frigida:Et etiam fiat eis [l] †{ſabag} ex cy-
mino,& pipere,& pauco rutæ miſceantur illa cum aceto,&almuri.Et ad illum quidem,qui cibum
ſuum euomit cum dolore ſtomachi ſumatur alcasb,& conteratur, & diſtilletur deſuper aliquid de
ſyrupo granorum myrti.ſ.quantitas qua cõficiatur:deinde miſceatur cum illo parum aceti vini &
mellis & bibatur.& [h] etiam vitellus oui aſſati,& miſceatur cum melle,&.xv.granis maſticis contri-
ti,& comedatur:& adminiſtretur illud tribus diebus. Et conferunt trochiſci prædicti in cap. dolo-
ris ſtomachi, in quibus ponuntur abſinthium,& myrrha, & oportet vt dentur iſtis,& qui eorum
curſu incedunt,poſt cibum quidem ſtyptica,& ante ipſum quidem lubrificatiua,ſicut volubilis. Et
confert eis,vt ſumat ſuper cibum hoc ſuffuf,quod Recip.thus,& glandes, & ſumach. Et medica-
men iuuatiuum valde ad nauſeam eſt illud,quod [m] Recipe coriandri ſicci,rutæ ſiccę partes ęquales: H
quod bibatur cum vino quidem commiſto,ſi ſentitur cum acetoſitate,aut cum aqua frigida, ſi ſen-
titur cum mordicatione.Medicamen conferens vomitui accidenti propter frigiditatem,& humo-
res frigidos. [n] Recipe zurumbet,doronigi caſtorei partes æquales,zuccari quantum oĩa. doſis eius
vſq; ad.ij.drac.adminiſtrent aliquot diebus. [n] Si autem hoc regimen non ſufficit cum trochiſcis prę
dictis ſumant in potu oleum de kerua cum aqua de ſeminibus. Accidens autem poſt nauſeatiuam
ſatietatem,curetur curatione ſatietatis nauſeatiuæ,& ſotira.Eius autẽ,quæ accidit propter humorẽ
ſanioſum cura eſt euacuatio ſtomachi cũ vomitu, & mũdificatio eius ex eo,& ęquatio α eius [o] cum
qualitatibus boni odoris:& iuuant in ea ſemina,ſicut aniſum,& ſemen apij,& ſiſeleos, & cyminũ,
& daucum.Et [p] oportet vt regatur ſicut oſtendimus ita, vt ſumat ante cibum ex cibis,cibos lubri-
ficatiuos,lenitiuos,& poſt ipſum,cibos ſtypticos odoriferos,ſicut cydonia, & ſimilia, vt deponant
cibum ab ore ſtomachi ad fundum eius,& inclinent materiam ad inferiora,non ad ſuperiora. Et
qñq; eſt neceſſarium in quibuſdam vt [q] in potu ſumãt cyminum,& ſumach.Et qñq; indigẽt deam
bulatione leui poſt cibum.Et diamuſchum eſt iuuatiuum eis valde. [q] Et troch. β ſtellæ ſunt vltimi
eis cum vino,in quo diſſoluitur granum muſchi. [r] Vomitus autẽ proueniens ex melancholia, non
oportet

A 8.de phar.cõpo.ſm loc.c.3.190.d
B F.16.t.2.c.13.& t.4.c.1.& li.4.Fẽ.1.t.2.c.15.& 55.& lib.5.ſũ.1.t.6.c.19.& Ser.t.3.c.31.& Raſ.21.cõti.t.1.c.2.212.1.& 11.cont.t.2.c.2.127.1.
C Raſ.11.cont.t.2.c.2.127.1.
D Fẽ.16.t.2.c.2.& li.2.t.2.c.140.
E L.2.t.2.c.269.& Ser.t.3.c.5.
F Raſ.129.3.
G Raſ.128.4.
† dactylus non bene maturus
G † meſpilus.
H Raſ.126.3.
I Ser.t.3.c.15.
k F.16.t.2.c.13.
L † oẽ ſapidũ in quo caro vel panis intingitur.
M Raſ.129.1.& 126.3.
N Raſ.127.1.
Infra α
O Cap.12.
P Raſ.11.cont.t.2.c.2.128.4.
Q Raſ.129.1.
Infra β
R Ser.t.3.c.15.



A oportet vt conſtringatur quantum poſſibile eſt. Quod ſi fuerit patiens ipſum repletus ſanguine,
phlebotometur baſilica, & ventoſentur partes poſteriores capitis etiam vt alleuietur repletio ſu-
perior ſang.& melancholiæ. Et qñq; ſufficit dimiſſio repletionis. Quod ſi ſuperfluat adeo vt non
toleretur,trahatur ad inferiora cum clyſteri,in quo ſit acuitas aliqua,facto ex cartamo, & polypo-
dio, & tribulis, & epithymo, & halaſce, & chamęmilla cum oleo ſiſamino & melle. Et fiat ſpleni
emplaſtrũ ex meliloto,& myrto,& laudano, & vſnee,cum vino pontico. Et in potu tribuatur etiã
ſyrupus de menta cum granatis cum aleſeniati.Et ſi fuerint illic reliquiæ repletionis,fiat phleboto-
mia ex venis pedum,& ventoſentur crura. Cumq; ſedatur vomitus, euacuetur melancholia cum
medicinis factis ex myrobalanis nigris,epithymo, & agarico, & ſale indo. Et ſi exigit res, vt in po-
tu ſumatur oleum de kerua cum hiera picra,& epithymo fiat. Et ſi in ſplene fuerit ægritudo, cure-
tur ſplen. Et illi quidem cui accidit propter effuſionem materiei ſubtilis, mordicatiuæ, cõmiſcentis
cibum,quare ſit nauſea,conferunt troc.ſtellæ:in horis paroxyſmi:& expulſio cum picra pręter ho-
ras paroxyſmi:& ſolutio vẽtris cum oxymelle miſto cum aloe: & oxymelle facto cum ſcammonea
ad ſolutionem ventris,& cum aqua prunorum,& tamarindorum.Ipſa enim ambo ſunt declinan-
tia materiam ad inferiora,& ſedãtia vomitum cum acetoſitate ſua.Et oportet vt in huiuſmodi tra-
hatur materia ad inferiora cum clyſteri leni ex violis, & iuiubis, & hordeo excorticato, & tribulis,
B & chamæmilla,& ſebeſten,& turbit cum oleo viol. & zuccaro ru.& baurach: & vt adminiſtretur
ſyrupus de papauere poſt expulſionem. [a] Et confert ſyrupus alexandri cum hac deſcriptione.Cy-
donia,& ſumach,& [b] †{nabach}& grana granatorũ,& tamarindi deeoquantur,deinde ponãtur
thus,& parum xyloaloes.Et ſcias q quando natura eſt ſicca cum cauſis vomitus, cura eius eſt diffi-
cilis: & omnes qui habent vomitum humiditatis, iuuantur cum ſauich & pane exiccato in furno,
& ſpodio in ſuccis. Et omne quod adhæret illi humiditati, & exiccat eam, confert eis. Et eſt neceſ-
ſarium multoties vt ponantur ſuper ventrem eius ventoſæ, & ſuper dorſum inter ambas ſpatulas.
Et eſt neceſſarium vt dormitio eius, & ipſius cõmotio ſit in cuna. Et ſi fuerit [c] humiditas α ſanioſa,
tunc adhibeantur narcotica odorifera,reſiſtentia corruptioni ſaniei, & fœtori:& ſtyptica exuccan-
tia,proprie ſi ſunt aromatica:immo ſi ſunt nutritiua. Et ſi eſt huiuſmodi materia ſummerſa, imbi-
bita,oportet vt ſint illic etiam ſubtiliantia, inciſiua, ſicut ſyrupus acetoſus, & ſicut aleſeniati prædi-
ctæ.Et ſimiliter ſi eſt viſcoſa & groſſa,tunc ea quæ ſunt fortiora parũper. Et hiera cum ſyrupo ace-
toſo eſt cõis ad plurima. Et iſti quidem poſt illud ſumant in potu medicinas ſedantes vomitũ cum
calefactione aliqua,ſicut ſyrupum de menta factũ cum granatis, in quo poſitum ſit xyloal. crudũ.
aut ſyrupũ de acetoſitate ſcilicet citri vel limonis in quo iam poſitę ſint aleſeniati calidę,& xyloaloe,
& folia citri,& etiam diamuſchum amarum,& diacydonitẽ: & totum illud cum decoctione aleſe-
C niati,& etiam diamuſchũ cum miua. Et ſyrupus de abſinthio confert eis in omni hora. Deſcriptio
bona.Recip.granatorum acetoſorum, & mentæ, ſiſymbrij omnium ana [d] †{bachat}.i.decoquat
in duabus lib.aquæ vſquequo remaneat medietas, & ponantur in ipſa muſchi danich. i. xyloaloes
quarta drach.quæ omnia ſint contrita,& ſorbeant hora poſt horã.Et ex medicinis ſedantibus hanc
ſpeciem vomitus,eſt rob de citro cum xyloal. & gariophyl. & ſyrupus de menta cum granatis, &
proprie quando ponũtur in ipſo thus,& galia, & cortices fiſtici, Et muſchus,& xyloaloe, & miua
ſedat vomitum phlegmaticum valde. Et quando timetur ex frequentia vomitus, & multitudine
eius,& quocunq; modo fit, prætereq; in febribus vehementis caliditatis,caſus virtutis ſorbeat infir-
mus [e] aquam carnis aſſumptam ex pullis,& extremitatibus hœdorũ,& arietum cum tortellis con-
tritis ſicut alcohol, & aquã pomorum,& parũ vini, & olfaciat ex pullis aſſatis ſciſſis ante faciẽ eius:
& olfaciat panem calidũ.Et ex illis eſt vt elixentur pulli in aqua,& effundatur ab eis, & decoquan-
tur in aqua alia,& diſſoluantur in ea:deinde terantur in mortario, & exprimatur aqua ipſorum,&
ponãtur in ea ſemina vel aromata, & diſſoluatur in ipſa medulla panis de ſimila,& miſceatur cum
pauco vino,& ponatur in ipſo ſuccus malorum, & ſorbeant ex ea.Et illi qui diſſoluuntur in deco-
ctione,deinde conteruntur,meliores ſunt illis qui conteruntur,deinde decoquuntur.Ab iſtis enim
reſoluitur humiditas naturalis,& euaporat,& in illis continetur.Et qñq; conferunt nauſeę,& ſub-
D uerſioni animæ,& in expulſione cum vomitu, cibi facti ex cubugi, & pullis factis acetoſis cũ aqua
acreſtę,& acetoſitate citri,& ſumach,& aqua malorũ acetoſorum,frixis cum oleo omphacino cum
illis.Et non eſt malũ cibare eos ſauic hordei cum aqua frigida proprie cum ſunt vomitus reliquiæ.
Et oportet vt iteretur illud ſuper eos, & ſi euomunt illud, & abhorrent, permutetur forma eius, ſi
refugiunt ipſum.Medicinæ ſingulares,& compoſitæ conferentes nauſeæ,& vomitui. Scias q ma-
ſticatio maſticis & turis, & cupreſſi qñq; conferunt ad illud: ſimiliter grana alcadra: aut ruta ſicca,
de qua in potu ſumatur cochlear.i.qm̃ eſt mirabilis. Et gariophy.cum teruntur vehementer, ſicut
alcohol,& pulueriżantur ſuper ſorbitionem factam ex tortellis,& ſuccis,ſedant ſtatim. Et ſimiliter
cum bibuntur in aqua frigida,aut decoquuntur cũ aqua,et in potu ſumitur decoctio eorũ, & pro-
prie ad pueros. Et melius eſt vt pulueriżentur ſuper eam maſtix. Et ex medicinis ſedantibus vo-
mitum,& nauſeam,eſt rob citri quod in potu ſumat ille qui vomit propter choleram,ſicut eſt et ille
qui vomit propter cauſas frigidas,permiſtum cum xyloaloe crudo,& garioph.Et iterum decoctio
corticum fiſtici,aut pura,aut cum alfeniate.Et fortior ea eſt aqua vel ſuccus ſummitatum vitis ſim-
plex aut cum aleſeniati cum carui,& miua.Et†{almiſuſen}eſt ex eis quæ ſunt neceſſaria ad ipſum.
Compoſitum expertum,& eſt etiam ex eis quæ adiuuant ad digeſtionẽ. [f] Recip. ſeminis lini,ireos,
maſticis.

A Raſ.11.conti.t.1.c.1.112.1.
B † lotus arbor
C C.12.
Supra α
D † Manipulus.
E Raſ.li.diui.c.60
Syrupus de floribus lilij.
F Raſ.126.3.

maſticis, cymini, omnium ana partem.i.decoquatur ex eo cum aqua mellis, & adminiſtrẽtur. Cum ergo deficit curatio, neceſſaria ſunt narcotica, in quorum natura non eſt, vt vomitum moueant, ſicut eſt in natura hyuſquiami, & nucum methel niſi aſſocientur eis medicinæ odoriferę conſeruantes eorum ſtupefactionem, & rectificantes eorũ vomitum: & reſiſtentes ventoſitate eorum, immo debiliora ex eis, vt ſemen papaueris, & ſemen lactucæ: & fortius eo eſt cortex eius, & proprie nigri: & ſequitur ipſum cortex radicis mandragoræ campeſtris: & fortius eis eſt opium, & parum ex eo eſt iuuatiuum cum ſalute: & proprie cum eſt cum eo ex medicinis theriacalibus odoriferis quæ reſiſtant veneno ipſius. Et ex compoſitis nobis bonis in hoc eſt, vt ſumatur corticum fiſticorum, & galiæ, & roſ. & ſeminis roſ. omnium ana pars.i. & bezahar pars.5. & ſi non fuerit præſens, ponatur in ipſo zurumbet pars.i. & opij duę tertiæ partis, & xyloaloes crudi pars.5. fiant ex eis troc. & doſis eius ſit vſq; ad aur̃. Et ex medicinis bonis ad illud nobis eſt, vt ſumantur cydoniorum, et alcabs amborum ana partes.ij. & ſeminis papaueris tertia partis, & corticum radicis mandragoræ, tertiadecima partis, & quartadecima partis xyloaloes crudi, et aquę mẽtę tantum quod totum ſubmergatur, & aquæ roſ. tantũ, quod ſuperemineat digito vno, & aquę cucurbitę triplum ambarum aquarum: & oportet vt cum facilitate adeo decoquantur, donec diſſoluãtur † {alcasb,} & cydonia: deinde colentur aquæ, poſtea inſpiſſentur cum facilitate, & ſumatur ex eo in potu. Et cum in potu ſumuntur ſtupefacientia, oportet vt multiplicetur olfactus odoriferum. & dormiat, & non ſeparetur aromaticum ſuaue apud eum. ſi autem abhorreat aromaticum, permuta ipſum ad aliud, & troc.[a] † {Amaricos} ſm ꝙ teſtatur [b] Gal. ſunt iuuatiui ad illud. Ipſi enim aggregant omnes res neceſſarias in cura vomitus, & proprie cum eſt humor virulentus. Trochiſcus enim ille eſt eius theriaca, & eſt ſm ꝙ dictum eſt in [c] antidotario. Inquit [b] Gal. nam in ipſo ponuntur [d] aniſum, & ſemen apij odorifera, & nutritiua, & abſinthium ad abſtergendum, & deponendum humorem, & ad confortandum os ſtomachi, & ad corrugandum ipſum, & cinnamomum ad contrariandum ſua aromaticitate virulentiæ, & conuertendum ipſam ad rectificationem aliquã: & reſoluendũ eam: & in ipſo eſt ex aromaticitate, quod conuenit omni membro neruoſo, & opium vt dormire faciat & ſtupefaciat, & caſtoreũ vt ſuccurrat corruptioni opij, & nocumento & veneno ipſius: [e] Sed & α troc. ſtellæ ſunt vehementis iuuamenti in huiuſmodi diſpoſitione. Et nauſea quidem quãdo eſt propter debilitatem ſtomachi, quam non ſedat expulſio facta vomitu, tunc nõ laboretur in illa, immo ſi dimittatur per ſeipſam fortaſſe iuuabitur. Et qñq; ſedat eam ſauich hordei [f] † {algielel.} Et ille qui inuenit ſuberſionem inſeparabilem in vere, & fuerit conſuetus vomere, proprie in huiuſmodi tempore, comedat cum pane paruæ quantitatis drach.iiij. cæpe narciſci. deinde ſumat aquam calidam. Et nõ multum ſumant de cæpe narciſci, quoniam facit accidere ſpaſmum.

E F

† dactylus nõ bene maturus.

A † Aſclepiadę. B 8. de cõpo. phar. ſm loc. c.5.109.d

C Lib.5. ſum.2. t.6. D Raſ. u. cõti. t.2. c.2.128.3.

E Raſ. 129. t. Supra. β

F † albi & mũdi.

*De cura vomitus ſanguinis.* Cap. 14. G

SI ſenſeris vlcera, tunc curabis ea cum [g] eis quæ ſcis. Et ſi ſenſeris fluxum ſanguinis nariũ deſcendentem interius prohibebis cauſam eius. Et ſi ſenſeris repletionem expelles eam: Et quandoq; indigebis poſt euacuationem duarum lib. ſanguinis phlebotomia alia minuta, ſeu ſtricta. Cumq; augmentatur, liga extrema vehementer: & proprie in eo, cuius cauſa eſt fluxus acutus. [h] Et quandoq; ſumitur in potu in facto propter medicinam, vinũ miſtum cũ lacte ſuperãte vſq; ad quatuor cotylas, dando aliquid poſt aliquid: deinde detur in potu ſyrupus acetoſus infrigidatus cum niue: Verum ex medicinis expertis in prohibitione ſang. eſt compoſitum in prohibendo vomitum ſanguinis vehementem. [i] Recip. acatiam, ſemen ro. lutũ ſigillatum, balauſti. opium, ſemen hyuſquiami albi, gũmi arabicũ: ſuccũ arnogloſſæ, aut ſuccũ virgæ paſtoris: & ſumatur in potu cum aceto vini multæ cõmiſtionis, aut cum aqua arnogloſſæ, ſi fuerit perueniens ad ſtomachũ plurimũ. Et doſis eius ſit ex medio aureo vſq; ad drac.i. Et cõfert ad illud ſumere in potu arobub ſtyptica: & ex eis eſt rob de nuce, & cõpoſita dicta in antidotario. Et ex curatione facili eſt, vt ſumatur gallarũ & balauſtiarũ ambarũ ana pars.i. & ſumatur ex eis in potu põd.ij. aur̃. cũ kerate opij cũ aqua plãtaginis.

G G.li.3. de ſymp. cã. c.2. f.g

H Lib.1. Fẽ.4. c.16.

I Raſ.9. conti. t.1. c.2.91.3.

*De conturbatione & anxietate ſtomachi.* Cap. 15.

QVandoq; [k] accidunt ex ſtomacho conturbatio, & anxietas, ex quibus inuenit infirmus triſtitiam: & ſit [l] neceſſarium vt permutetur de figura ad figurã: Et quandoq; comitatur ipſam tremor cordis, aut accidit cum ea: & non eſt poſſibile habẽti eam vt cognoſcat cauſam in eo, & quandoq; eum ſequitur ſcotomia, & vertigo: Et quandoq; alteratur ex ea color, & eſt ſecũdum veritatem principium nauſeæ: Et quandoq; eſt cũ ea nauſea: & quandoq; permutatur ad nauſeam. Et cauſa in illo [m] eſt materia nauſeæ, & proprie imbibita. Ipſa enim dum permanet imbibita, facit accidere conturbationem: Cumq; aggregatur in ore ſtomachi, facit accidere nauſeam ſuper ſtomachum, per expulſionem humoris poſt excitationem naturæ cum eo. Et quandoq; conturbant reliquiæ odoris humorum ex medicinis vomitiuis, & ſolutiuis: quare detur rob de cydonijs, & rob de acreſta, & ſimilia. Et omne quod feruet in ſtomacho ex fructibus, & ex malis dulcibus, conturbat. [n] Et aqua frigida quæ bibitur non in hora, conturbat. Et multoties fit in febribus cauſa additionis febris: non ergo oportet vt bibatur in febre, niſi aqua calida.

H

K G.2. art. cur. ad glau. c.2. fo.103.c L G.7. apho.56.a

M G.2. art. cur. ad glau. c.2.103.c, & 1. de ali. fac. c.24.c

N Ga.1. art. cu. ad glau. c.14.99.c

*De cura.* Cap. 16.

ILlud quod paruum eſt ex ea, remouet vinum miſtum cum aqua ſm medium: & aqua cõmiſta ex eis quæ confortant & infrigidant: aut cum eo quod lauat aut cum eo quod rectificat humorem malum. Et illud quod ex ea eſt plurimum, indiget medicinis nauſeæ: & ſi fuerit ex caliditate,

& humore



A & humore calido, & eſt illa quę fit ſm plurimũ, qñq; ſedabunt eam infrigidantia humida: & epithemata facta ex eis, & ſandalis, & camphora, & roſ. [a] Et ex eis quæ experta ſunt in hoc, eſt emplm̃ ex corticibus cucurbitæ, & portulaca: & ſauich hordei cum aceto, & aqua: & fiat ex eis emplm̃ ſtomacho & hepati. Et quando augmentatur fiat emplm̃ ex ſandalis, & roſ. ru. & ſimilibus. [b] Et ex eis quæ in potu tribuuntur ad conturbationem ſtomachicam eſt ſauich de hordeo, cõtritum proprie cum granis granatorũ: & oportet vt non ſit ablutum: Et [c] † {alfocha} cum granis granatorum ſine ſeminibus, & rob de cydonijs. Cum ergo nõ eſt nauſea, aliena vinum omnino: & ſit cõmiſtio aquæ ipſius tamarindi. Et ſyrupus de pomis antiquus, cuius ſuperfluitas reſoluta eſt. Et ad eos quidẽ narrata eſt aqua cucumerum citrinorum excorticatorũ cum iuleb tabarzet & parũ, & drach. i. ſpodij.

A Ga.1. art. cur. ad glau. c.14.99.c, & Raſ.11. cont. t.1. c.2.113.2.

B Gal.2. de ali. fac. c.14.c

C † potus

*De ſanguine retento in ſtomacho, & in inteſtinis.* Cap. 17.

SVmatur [d] põdus drach.ij. naſturtij albi dicti bebeli, aut pondus drac.iij. ipſius, & ſumat̃ in potu cũ aqua calida. Si autẽ congeletur [d] ſumat in potu ęger aquã alhaſce, & ſilr̃ [d] coagulum leporis.

D Haly. li.7. prac. c.10.

*De congelatione ſanguinis in ſtomacho.* Cap. 18.

CVra eius eſt ſumere in potu [e] coaguli leporis drach.ij. aut aquæ mentæ quantitatem.ij. vnc. in qua iam ſit poſitum pondus.ij. drach. ſalis contriti.

E Dioſ. lib.2. c.67. & G.10. de ſimp. med. fac.74.d

*De ſingultu.* Cap. 19.

B SIngultus [f] eſt motus diuerſus, compoſitus, ſicut ſpaſmus contractiuus cum tenſione dilatatiua, cum os ſtomachi aut totum corpus eius, aut meri ex eo aggregatur ad ſeipſum cum ſpaſmo, fugiens ex nocente ſi fuerit nocens, & præparatum ad motum fortis expulſionis ſequentis ipſum, ſicut accidit ei qui vult ſaltare qm̃ ipſe retrahitur poſtea ſaltat. [g] Et aſſimilatur alicui modorum motus tuſſis, quæ eſt in pulmone, & velamine ad expellendum humorẽ: Aut non ſit nocens, [h] immo ſit ſm ſemitam ſuperfluitatis ſiccitatis mouentis ad ſimilitudinem aliquam, ſicut ſpaſmus: & natura moueat ad dilatationem, & non obediat illud, & ſuccurrat ei. [i] Et plurimum quidem accidit ori ſtomachi propter illud quod lędit: ſicut accidit ori ſtomachi tremor propter illud, quod nocet, proprie ſi fuerit ſtomachus ſiccus, & non toleret os eius nocumentum mordicationis. [k] Et quãdoq; accidit propter communitatem. Et quandoq; accidit ſingultus poſt vomitũ propter nocumentum in ore ſtomachi: aut propter dimiſſionem humoris pauci in ipſo, qui non expellitur vomitu: ſicut qñq; fit ſingultus propter retentionem vomitus, & expectationem ſuper ipſum, quare quieſcit motus voluntarius. Et plurimum motus partium ſtomachi, nõ fit niſi motu oris, propter vehementiam ſenſus eius, & fortitudinem læſionis eius à materia excitante vel furioſa mobili. [l] Et dixerunt quidam ꝙ motus ſingultus fortior eſt motu vomitus, qm̃ vomitus expellit rem effuſam in vẽtre, & ſingultus expellit rem ſiccam: & non eſt ſic, qm̃ non omnis vomitus & ſuberſio fit à cauſa effuſa, neque

C etiam quod expellit aliquid, oportet vt ſit debilius eo quod non expellit, & eo quod laborat vt expellat, & non poteſt: immo ſingultus eſt motus debilior motu vomitus: & eſt quaſi motus ad vomitum debilis. Et ſimiliter multoties incipit ſingultus, deinde fit vomitus, quaſi motus ſtomachi apud tactum cauſæ ſingultus eſt paruus, qm̃ cauſa nocumenti eſt parua: & quando augmentatur res, vehementior fit motus, & fit vomitus. Diſtinguamus autem illud quod facit accidere ſingultũ propter nocumentum conſequens os ſtomachi. [m] Dicamus itaq; ꝙ qñq; fit illud, aut à re nocente frigiditate ſua, ſicut accidit ex ſingultu in rigore febrium, & in aere frigido, & in humoribus infrigidantibus: & à frigore alio confirmato in cõplexione ſtomachi conſtringente ipſum, & ſpaſmante eum. [n] Et α qñq; accidit hoc pueris, & infantibus. [o] Et frigus quidem facit accidere ſingultũ tribus modis: vnus eorum eſt ex parte inſeparabilitatis materiei: Et ſecundus eſt ex parte frigoris eius & contrarietate ſua cum qualitate ſua tranſeunte æqualitatem. Et tertius eſt ex parte conſtrictionis eius, & inſpiſſationis, quã facit in poris: quare retinetur in poroſitatibus villorum illud de cuius natura eſt ꝙ ab eis reſoluatur: Aut à re nocente ſuo calore, ſicut accidit in febribus adurẽtibus ex ſpaſmo in ore ſtomachi: [p] Aut à re nocente mordicatione ſua, ſicut accidit ex potu ſinapis, & dyapipereon, & humoribus virulentis: & potu medicinarum mordicatiuarum, vt dyapipereon cum vino: & proprie ſm ſanitatem ſenſus ſtomachi: aut debilitatem ſubſtantiæ oris ſtomachi, & de hoc genere

D eſt cibus corruptus, & conuerſus ad qualitatem mordicatiuam, [n] & α pueris quidem accidit illud plurimum: Et ſimiliter accidit ex effuſione cholerarũ in os ſtomachi: & ſicut fit, cum eſt cholerarũ motus in criſibus ad caput ſtomachi, vt expellat eas natura cũ vomitu: [q] Aut à ventoſitate retenta in ore ſtomachi, & in tunicis eius: & in meri generata à caliditate vaporante quæ nõ poteſt reſolui: Aut à re nocẽte ſua grauitate, ſicut fit à repletione. Iſtę ergo ſunt ſpẽs eius, qui fit ex cauſa nocente. Ille vero qui fit à ſiccitate, qñq; fit à ſiccitate vehementi ſpaſmãte, ſicut accidit in poſtremo febrium incenſiuarũ, & eũonum exiccantiũ, & famis prolixæ, & eſt ſignatio timoris. Et qñq; fit ex ſiccitate non cõfirmata, & iuuatur ex quolibet humectante, & remouetur. Factus autem per cõmunitatem eſt ſicut ille, qui accidit ei, cui factum eſt apoſtema magnum in hepate ſuo, & proprie in latere concauo: aut in ſtomacho eius, aut in velaminibus cerebri ſui: aut eſt propter accidens membri nobilis in velaminibus cerebri ſui, ſicut accidit apud dictũ vel offenſionẽ duræ matris, & percuſſionem doloroſam, per quã percutitur caput: & ſicut accidit in febribus in eleuatione ſua, & in ſignis criſis. Ille enim eſt propter cõitatem corporis. Et iam conſideratum eſt in inueniendo cauſam propinquam euentus ſingultus in apate hepatis: & [r] dixerunt quidam, ꝙ eſt qm̃ effunditur ex eo cholera ad duodenũ: deinde ad ſtomachũ, poſtea ad os eius. & dicit̃ ꝙ cauſa in eo eſt coarctatio apatis. [r] Et dicitur

ꝙ cauſa

F G.3. de cã. ſymp. c.1. fo.15.e

G Gal. ibi. e.f

H Ga.4. de vic. rõe in acut.69.c, & 6. apho.13.

I G.5. loc. af. c.6.h & 5. apho.1.d

K G.7. apho.37.h

L Ga.6. apho.39.g

M Ga.8. de comp. phar. ſm lo. c.3. fol. 189.h, & 190.e.f

N G. ibi.190.c Infra α

O Ga.6. aph.13.

P Gal.8. de comp. phar. ſm lo.190.e.f

Supra α

Q Raſ.11. con. t.2. c.116.1.

R Gal.7. aph.17.

ꝙ cauſa in ipſo eſt cõmunitas hepatis, & oris ſtomachi in [a] neruo minuto continuante inter ea. Et [b] ſi homo habuerit ſingultũ ex materia, & acciderit ei in ſeipſo ſternutatio reſoluet ſingultus eius: & ſimiliter ſi vomuerit, & expulerit humorem. [c] Quod ſi euomat, & eius ſingultus non reſoluitur ſignificat aut apoſtema in ſtomacho: aut in radice nerui venientis ad ipſum ex cerebro, aut in cerebro: & ſequitur illico ambo ſimul rubedo oculi, & diſtinguitur inter vtraq; per accidentia apoſtematum cerebri, & accidentia apoſtematum ſtomachi. Et ſingultus qui ingreditur in ſignis criſis, quandoq; eſt ſignum bonum: & quandoq; eſt malum [d] ſecundum ꝙ exponemus in ſuo capitulo. [e] Et in libro quidem aphoriſmorum dicitur, ꝙ quando vomitus nõ ſedat ſingultum, & eſt cum eo rubedo in oculo, eſt malum ſignum ſignificans apoſtema ſtomachi, aut cerebri. [e] Et in libro ſignorum mortis velocis dicitur, ꝙ quando accidit habenti ſingultum apoſtema in latere dextro egrediens à natura, abſq; cauſa cognita, & eſt ſingultus vehemens egreditur anima eius ex ſingultu ante ortum ſolis: Et ex illo [f] libro habetur quod ille qui habet cum ſingultu punctionem, & vomitũ, & cuzez, & deſtructionem rationis, moritur. E

A F.14.t.1.c.1. B Hip.6.aph.13. C Raſ.ti.cont.t.1. c.1.126.1. D Li.4.F.2.t.1.c.30. E 7.aph.3.& Gal. F 7.apho.10.

*De ſignis.* Cap. 20.

OMnis ſingultus, qui vomitu ſedatur, cauſa eſt res nociua ſua grauitate: aut qualitate ſua mordicatiua ſecundum vnum modorum [g] prædictorum. Et [h] omnis ſingultus ſuccedens euacuationibus, & febribus adurentibus, & quem non ſedat ipſum vomitus, immo addit in ipſo, eſt à ſiccitate. Factus autem propter complexiones cum materia, & ſine materia ſcitur ex ſignificationibus prædictis in [i] capitulis communibus. Factum [k] autem ab apoſtematibus [l] ſtomachichis, aut [l] cerebri, aut [m] hepatis, ſignificant accidentia vniuſcuiuſq; eorum dicta in ſuo capitulo. F

G C.19. H Alex.li.7.c.15. I T.1. K T.4.c.1. L F.1.t.3.c.1. M F.14.t.3.c.2. N Aet.li.3.ſer.1.c.5.

*De cura.* Cap. 21.

VOmitus [n] eſt cura magis conferens ſingultui, cuius cauſa eſt repletio plurima, & res nocens ſua qualitate. [n] Et ſimiliter omne mouens laborioſe, & mouens terrefaciendo, & vociferãdo, & [o] ira, & timor, & gaudium ſubito accidens, & triſtitia ſuperflua, & aſperſio aquæ frigidæ ſuper faciem ita vt faciat rigorem ſubito, & motus, & exercitium, & equitationes, & expectatio ſuper retentionem tuſſis cõmouentis, & [p] expectatio ſuper ſitim. [q] Et ſternutationi quidem in eradicando materiam facientem ſingultum, ineſt impreſſio maxima: [r] Et ex eis quæ remouent eum etiam eſt longitudo retentionis anhelitus: quoniam illud eſt res faciens accreſcere caliditatem, & mouet eam ad exeundum verſus poros, quærens attractionem aeris: quare mouet humores, adhærentes, & reſoluit eos. [o] Et ſomnus longus vehemẽter iuuat ipſum: [s] Et conſtrictio extremitatum: [t] Et poſitio ventoſarum ſuper ſtomachum ſine inciſione, & ſuper ventrẽ, & ſuper illud quod eſt inter vtraſq; ſpatulas: [u] Et ſimiliter poſitio medicinarum rubificantium. Et ex curis conferentibus ſingultui adhærenti & replexionali eſt, vt patiens ipſum [x] incipiat vomere, deinde bibat hierã picram: [y] & ſuccum abſinthij, ſumendo ex eo aur. & ex ſale indo .ij. danich: Deinde poſt illud vtatur myrobalanis conditis. G [z] Si autem cauſa fit adhærens oportet vt in eius cura tres res intendantur. ſ. reſolutio materiei, & inciſio eius, ſicut cum oxymelle ſquillitico: Et ſecunda permutatio complexionis eius ita, vt æquetur, ſi non fuerit nocens niſi qualitate ſua: Et tertia ſtupefactio ſenſus oris ſtomachi parumper: ita vt minoretur, nocumentum mordicationis. Et iam laudati ſunt troc. huiuſmodi. [z] Recip. coſti, croci, roſ. recentium, maſticis, ſpicæ omnium ana .iiij. aur. aſſari aur. iij. aloes, opij amborũ ana aur. .i. conficiantur cum ſucco pſyllij, & bibatur ex eis medietas aurei. [z] Pſyllium enim, & [z] opium ſtupefaciunt, [z] ſpica confortat, & reſoluit: [z] aſſarum inclinat humiditates ad partem viæ vrinæ, & educit eas per eam: [z] aloe inclinat eas ad viam fæcis, & extrahit eas ex ea: [z] coſtus, & crocus maturant, & [z] confortant calefacientes: propter [z] hoc ergo fiunt troc. iſti conferentes valde ſingultui vehementi, & ſubuerſioni animæ: Et ſi antiquatur, & chronicus fiat, affert ei oleum alkekengi iuuamentum maximum expertum: & quod ex eo bibitur, ſit cochleariũ vnum cum aqua calida. Et [a] ex eis quæ conferunt ei, eſt decoctio zinzib. in aqua penidiorum. Cumq; vehementior fit, & antiquatur, neceſſariæ ſunt confectiones magnæ valde, & electuaria, [x] ſicut diacyminum cum aqua tepida: immo qñq; indiget confectionibus magnis valde, & theriaca: [a] Et philonium habet iuuamentum maximum in hoc propter illud, quod in ipſo eſt de ſtupefactione cum confortatione, & H reſolutione, & expulſione. Et iuuatur ex pilulis, ſicut illis quæ ſunt de opopanaco, & ex pilulis ſtomachicis: & troc. ſtellæ valent vehementer ad ſingultum. Et medicinę valentes in curatione ſingultus facti à materia frigida: aut proxima ei, ſunt [b] ruta, & [c] nitrũ potata cũ vino: & ſimiliter aqua apij: & acetum ſquilliticum, & [d] calamenthum aquę, & [p] aſſarum, & [d] neriden, & maiorana, & alaniudę: ita ꝙ olfactus ſedat ſingultum: & [e] ariſtol. & [p] aniſum, & [d] daucus, & [d] zinzib. & enula exiccata, & ſuccus eupatorij, & folium & [p] acorus, & abrotanum ſingulariter, & compoſitæ: & fiant ex eis loch. Ipſa enim ſunt magis permanentia ſuper ſtomachum, & magis adhęrentia ei, quam ea quę bibuntur, & deſcendunt ad fundum ſtomachi ſubito: [f] Et caſtoreum habet proprietatem mirabile in ipſo. & qñq; datur in potu ex eo drach. .5. in tertia ſacraiati aceti, & duabus tertijs ſacraiati aquæ. Et ex eis quæ maximum afferunt iuuamentum ei, cum ex ea in potu ſumitur, eſt decoctio abrotani, & calamenthi montani, & maſticis, aſſumptis ęquis partibus, & elixatis in aqua, & bibatur cum vino decocto cũ maſticis, & cinamomi, & ſquillæ vnc. iij. in kiſto aceti. & detur in potu ex eo paulatim aliquibus diebus. Et iterum ad humidum nitrum cum aqua mellis. Et iterum confectio de galanga cum melle, & ſumatur in potu mane & veſpere quantitas nucis. Et iterum medicamen

huius

O Raſ.ti.cont.t.1. c.2.127.2. P Ser.t.3.c.7. Q Li.1.F.4.c.15.& G.6.aph.13. R G.3.de difficul. reſpi.c.10.a S Raſ.127.1. T Raſ.127.2.& Aeti.ibi. V Raſ.128.1. X Raſ.128.2. Y Raſ.ti.cont.t.1. c.2.128.2. Z Ga.8.de cõpoſi. pha.ſm lo.c.3.190.f

A Ga.9.de cõpoſi phar.ſm lo.201.a

B Lib.2.t.2.c.578. & Paul.lib.2.c.57. C Pau.ibi. D Ser.& Paul. E Dioſc.lib.3.c.4. F Dio.lib.2.c.22.



A huius compoſitionis, [a] coſti, & aloes, ſquinanthi, ſiſymbrij ſicci, calamenthi fluuialis, mentæ, rutæ, ſeminis apij, turis, aſſari, omnium ana drach. .ij. opij, ro. ſiccarum amborum ana drach. .5. & iam laudantur cappares conditi cum aceto in hoc. Et quandoq; adiuuat has medicinas adminiſtratio medicinarum ſternutare facientium. Quod ſi fuerit ex frigore puro, tunc medicinæ prædictæ conferunt ei, ſumendo ex eis in potu cum aceto, & aqua, & liniendo ex eis collum, & gulam, & locum qui eſt ſuper furculam, & qui eſt ſub oſſibus pectoris: Aut liniatur collum, & locus qui eſt ſuper furculam cum oleo antiquo: aut oleo cucumeris aſinini. Et ſimiliter ſunt omnia olea calida ſola iuuatiua: & proprie oleum chamæmillinum: aut oleum in quo decoquuntur caſtoreum, & cyminum, & aniſum. [b] Et ſumantur caſtorei & coſti amborum ana drach. .5. petroſelini drach. .i. detur in potu cum aqua ſiſymbrij, aut cum decoctione calamenthi, & aniſi, & maſticis: aut ſumatur cortex exterior rubeus fiſtici cum radice ſquinãthi, & decoquatur in aqua, & bibatur ex decoctione amborum. Et dixerunt, quidam, ꝙ cortices [d] † { altalha } quando exiccantur, & bibitur ex eis pondus aur. .i. cum aqua fœniculi & ſeminis rutæ, ſunt iuuatiuæ valde. Et ego non exiſtimo ꝙ conferant frigido. Quod ſi fiat vehemens, & antiquatur, non eſt excuſatio quin ponãtur ventoſę ſuper ſtomachum ſine inciſione, & conſequantur eas medicinæ rubificantes. Illi autem qui fit ex ventoſitate retenta ſuper os ſtomachi, aut in ipſo, aut in meri, confert adminiſtratio balnei, & receptio aliquan-B tuli thuris contriti in aqua, deinde deglutiat aquam calidam ſuper ipſum paulatim. Et enula exiccata eſt vltima in hoc. Quod ſi humor fuerit mordicatiuus, generatus illis, aut effuſus ad ipſum, præcipiatur patienti ipſum vt euomat, ſi poteſt cum eis, quæ vomitum educunt huiuſmodi: aut ſoluatur venter cum eis, quę ſunt ſicut hiera cum ſyrupo de abſinthio acetoſo, & ſicut cum ſyrupo. Et quandoq; ſufficit potare acetum, & aquam, & ſorbere butyrum: aut ſorbere oleum amygdalinum, cum aqua calida: & feſtinare ad ſomnum & prolongare ipſum, quantum poſſibile eſt. Et ſimiliter aqua hordei affert ei iuuamentum maximum, & vehemens: & proprie cum aqua granatorum dulcium, & muzorum declinantium ad dulcedinem. Et aqua duorum granatorum eſt ex eis, quæ conferunt etiam cum mundificatione, & confortatione ſimul. Et cauſa eſt ſiccitas accidentalis, tunc cura in ipſo eſt feſtinatio ad ſumendum in potu lac recenter mulctum, & aquam tepidam cum aliquo, quod ſit ſicut oleum amygdalinum, & oleum de cucurbita, deinde aquam hordei, & aquam cucurbitæ, & aquam citrolorum, & mucilagines frigidas. Et ſimiliter inunctio ex eis exterius, & ſimiliter inunctio iuncturarum. Et adminiſtratio balnei in tina, & ſimilibus. In facto autem poſt vomitum, ſi ſentit ęger reliquias humoris mordicatiui, & ſit cum eo parum nauſeæ, ſternutet ſternutationibus frequentibus: poſtquam dantur ei ea quæ lubricum faciunt illum humorem, ſicut rob de prunis, & tamarindi: & proprie cum tu fueris pręcipies ei maſticare vel comedere etiam C tamarindos. Et ſi non ſentit illud, immo ſentit extenſionem, fac emplaſtrum ori ſtomachi cum emplaſtris temperatis, & fac eum ſorbere ſorbitiones lenes, in quibus non eſt nauſeatio, immo in quibus eſt conglutinatio ſicut medulla tritici, & ſedatio aliqua ſicut oleum amygdalinum, & odoramentum aliquod ſicut ius pulli, & confortatio ſicut coriandrum. In facto autem ab apoſtematibus hepatis, & aliorum, oportet vt curetur apoſtema, & [a] fiat phlebotomia ſi neceſſaria eſt phlebotomia, & temperetur ſtomachus in ipſo cum eis, quę ſunt ſicut aqua granatorum, & aqua hordei, & aqua endiuię, & emplaſtra.

A Raſ.ti.cont.t.1. c.127.5. B Ser.t.3.c.7. C Raſ.127.3.& Ser.t.3.c.7. D† dactyli immaturi parum.

*De diſpoſitionibus accidentalibus mirach & hypochondriorum.* Cap. 22.

QVandoq; accidit in iſtis partibus iectigatio propter materias exiſtentes in eis: Et quandoque ſunt malę & perueniũt nocumentum earum ad cerebrum: & faciunt accidere in ipſo melancholiam, ſicut [e] diximus, & [f] epilepſiam mirachiales. Et quandoq; eſt de hoc tremore qui fit prope os ſtomachi, aut in ipſomet, & ſimilatur tremori cordis. Et quandoq; accidit ei inflatio inſeparabilis, & grauitas quare erit proxima ſignificatio illi. Et quandoq; ſignificant apoſtemata intrinſeca: quod ſi ſentitur attractio mirach & hypochondriorum ad ſuperiora, tunc quandoq; ſignificat D vomitum. Et in febribus acutis ſignificat ſodam, quę commouetur: aut fluxum ſanguinis narium, aut vomitum ſecundum ꝙ diſtinguemus eum in ſuo loco: aut permutationem materiei & apoſtematis ad ſuperiora. Et quando eſt eorum attractio ad inferiora, & partes ſuminis, ſignificat permutationem ad inferiora, & ſolutionem ventris, quam confirmat punctio. Et tenſio hypochondriorum ad ſuperiora, eſt ex eis quę multiplicantur in [g] febribus peſtilentialibus. & quandoq; eſt propter ſiccitatem ſequentem calorem aut frigus: & quandoq; eſt etiam propter apoſtemata intrinſeca quamuis ſint in inferioribus etiam. In illis autem qui ſunt in ſuperioribus, eſt tenſio eorum ad ſuperiora cum exiccatione & coarctatione ſimul. & hęc inflatio in ęgritudinibus acutis eſt mala, cui aſſociatur icteritia hepatica. [h] Et quandoque accidunt iſtis membris, ſcilicet hypochondrijs, & mirach dolores mordicatiui, & dolores extenſiui, propter ęgritudines hepatis, & ęgritudines ſplenis, & apoſtemata lacerti, & in febribus, [i] & in criſibus. Inquit Bucatis oganeſibur in capitulo dolorum hepatis ſi deſtruatur virtus appetitiua: confert hepar auium. Draco enim quando debilitatur in venando hœdos, & arietes, & ſimilia, & non valet differre eos ad gruptam ſuam, venatur aues: & proprie auem quæ dicitur tapſilus: & comedit hepar earum, & excitatur tunc appetitus eius, & redit virtus eius.

E Li.1.t.4.c.18. F Li.14.c.9. G Li.4.F.1.t.4.c.2. H G.3.de criſi.c.11. 144f I Ga.1.de art.cur. ad glau.c.15.d

Fen

## Fen.xiiij.de hepate,& diſpoſitionibus eius.

### TRACTATVS I. *de vniuerſalibus diſpoſitionibus hepatis.*

*[a] De anatomia hepatis.* Cap. I.

HEpar [b] eſt membrum quod complet generationē ſanguinis, quāuis [c] α meſaraicæ conuertant quãdoq; chylum ad ſanguinem cõuerſione aliqua, propter illud quod eſt in eis de virtute hepatis. Et ſanguis quidem ſm veritatem eſt cibus conuerſus ad ſimilitudinē hepatis, quod eſt caro rubea [d] quaſi ipſa ſit ſanguis verus cõgelatus. Et eſt vacuū à villis neruorum, in quo naſcūtur [e] venæ, quæ ſunt radices earum quę procedunt ex eo diſpertitę in ipſo ſicut villi, ſicut tu [f] ſciuiſti in anatomia venarum quietarū, & ipſam ſugit à ſtomacho & inteſtinis mediantibus ramis portæ nominatis meſaraicis ex concauitate eius: & ipſum decoquit illic ſanguinem: & [g] mittit illum corpori mediãte vena concaua orta ex gibboſitate eius: Et mandat aquoſitatē ad renes ex via gibboſitatis. Et mittit ſpumā cholericā ad fel ex via concauitatis ſupra portam, & mittit ſuperfluitatē vel reſidentiam melancholicā ad ſplenem ex via concauitatis etiam. [h] Et concauū eius eſt illud quod eſt à parte ſtomachi, vt eius coaptatio ſuper gibboſitatem ſtomachi bona ſit: Et gibboſum eſt illud quod vicinatur diaphragmati, vt non coarctetur diaphragmati locus motus eius, immo ſit quaſi tangens ipſum prope punctum: [i] Et eſt coniunctū prope venam magnā ortam ex eo: & vti bene cõprehendant ſuper ipſum coſtę curuæ. [k] Et ipſum quidem tegit panniculus neruoſus generatus ex neruo paruo veniente ad ipſum, vt faciat ipſum acquirere ſenſum aliquē, quemadmodū diximus in [l] capitulo pulmonis: & huiuſmodi ſenſus manifeſtus eſt in latere concauo: & vt liget ipſum cum alijs viſceribus: [m] Et venit ad ipſum vena pulſatilis parua diſpartita in ipſo, & affert ei ſpiritū: & ſeruat caliditatem eius innatā: & temperat ipſum cum pulſu. Et factum eſt vt peneret hæc vena ad concauitatem: quoniam gibboſitas ipſa euentatur motu diaphragmatis. [n] Et ſanguini quidem nō eſt creatum in hepate ſpatium amplum: immo ramoſum diſpartitum, vt ſit comprehēſio eius totius ſuper chylum vehementior: & paſſio diſpartiti chyli ex eo magis completa, & velocior ſit. Et illud quod de venis eſt à parte hepatis ſubtiliores habet tunicas, vt velocius perueniat per eas impreſſio carnis ad chylum. [o] Et panniculus quidem eius qui comprehendit hepar, ligat ipſum cum panniculo tegente inteſtina: & ſtomachum quæ diximus: & ligat ipſum etiam cum diaphragmate ligatione maxima forti: & ligat ipſum cū coſtis dorſi: & ligat ipſum alia ſubtilia parua. Et continuat inter ipſum, & inter cor vena adueniens inter ea ambo, quam [p] ſciuiſti, deſcendēs de corde ad ipſum, aut aſcendens ex ipſo ad cor, ſecundum ambas intentiones. [q] Et hæc quidem vena ſapienter ligata eſt etiam cum hepate, cum pãniculo duro, ſpiſſo: & eſt penetrans ſuper ipſum: & ſubtilius latus eius eſt illud, quod eſt à parte intrinſeca: qm̃ inuenitur magis in tutela, & qm̃ tangit membra ſubtilia.i. mollia. [r] Et hepar quidem hominis maius eſt hepate omnis animalis appropinquantis ei in quantitate: [s] dicitur ꝙ omne animal plus comedens, & debilioris cordis, eſt habens maius hepar: [t] Et continuat inter ipſum, & inter ſtomachum, neruus, ſed eſt ſubtilis: & non ſunt cõmunicantia niſi propter rem maximā ex apoſtematibus hepatis. Et primum quod oritur ex hepate, ſunt duæ venæ: quarum [u] vna eſt in latere concauo: & plurimū iuuamenti eius eſt in attractione cibi ad hepar, & nominatur porta: [x] & altera eſt in latere gibboſo, & iuuamentum eius eſt applicatio nutrimenti ad membra ex hepate, & nominatur concaua: Et oſtendimus iam anatomiam ipſarū in [y] libro.i. Et [z] hepar quidem habet additamenta comprehendentia ſtomachum, & adhærentia ei, ſicut eſt comprehenſio eius quod comprehenditur digitis: & maius additamentorum eius eſt additamentum appropriatum nomine additamenti: [a] & poſitum eſt ſuper ipſum fel: & poſita eſt ſuctio eius ad inferiora. [b] & omnia additamenta eius ſunt.iiij.aut.v. Et ſcias ꝙ non eſt corpus hepatis in hominibus omnibus adhærens coſtis dorſi: & fortiter immiſſum eis, quamuis ſit in plurimis eorum ſic: & eſt eius cõitas ad ipſum propter illud. ſ. cõitas hepatis ad coſtas dorſi, & diaphragmati. [c] Et caro quidem hepatis ſenſum non habet: ſed illud quod de ea ſequitur panniculum, ſentit propterea ꝙ aduenit ei parumper de parte panniculi neruoſi. Et propter hoc diuerſificatur hæc cõmunitas, & iudicium eius in hominibus. Et tu iam [d] ſciuiſti quod generatio ſanguinis fit in hepate, & in ipſo fit ſeparatio choleræ, & melancholiæ, & aquoſitatis. Et quandoque deſtruitur res in vnaquaq; earum: & quandoq; deſtruitur in generatione ſanguinis: & non deſtruitur in ſeparatione: & quando deſtruitur in ſeparatione, deſtruitur etiam generatio ſanguinis boni. Et qñq; accidit deſtructio in ſeparatione, non propter hepar: immo propter membra attrahentia ex eo illud, quod ſeparatur. [e] Et in hepate quidē forti ſunt. iiij. virtutes naturales: cuius plurimum digeſtiuæ eſt in carne eius: & plurimum aliarum virtutum eſt cum villis eius: & [f] non eſt α longinquum quin ſint in meſaraicis omnes iſtæ virtutes, licet quidam poſtremorum aduerſetur primis, & dicat. Errauit ille qui poſuit in meſaraicis attractiuam, & retentiuam. ipſe enim ſunt viæ per quas attrahitur, & non eſt poſſibile vt ſit in eis attractio. Et affert adhoc rationes ſimiles rationibus debilibus, quę ſunt ei in omni re: & dicit. Si meſaraicæ haberent virtutem attractiuam, haberent & digeſtiuam: ſed non habent virtutem digeſtiuam: quomodo enim habent virtutem digeſtiuam, cum non moretur in eis cibus tempore quo patiatur? Et dicit, & ſi haberent virtutem attractiuam

A Li.13. de aſal.c.13 B Gal.li.4.de v.p. c.12.d,& 1.prog.t.6 e,& 5.loc.af.c.7.f C G.lib.4.de v.p. c.12.f, aliter & opp. lib.6.de decre.hip. & Plat.c.8.g *Infra* α D Lib.1.Fē.1.d.5.c. 2.& G. li. de fœtuū forma.c.1.f,& li.4. de v.p.c 12.e, & li. 6.de decre. Hip.& Plat.c.8.h E Gal.li.4.de v.p. c.12.e F Lib.1.Fē 1.do.5. ſum.5.c.2. G Ga.li.4.de v.p. c.13.e, lib.6.anato. c.11.h.a H Gal.li.4.de v.p. c.8.c I Gal.lib.4.de v.p. c.14.f K Gal.li.4.de v.p. c.12.f,& li.16 c3 e L 1.F.10.t.1.c.1. M Ga.li.4.de v.p. c.12.f N G.ibi.c.13.a.b

O Gal.ibi.c.14.e.f

P Lib.1.Fē.1.do.5. ſum.5.c.3. Q Ga.li.4.de v.p. c.14.g.h R Gal.li.6.anato. c.8.e S Gal.ibi.d T F.13.t.5.c.19.

V Ga.li.de diſſect. venar.c.1.g,li.4.de v.p.c.13.h X Gal.li.de fœtuū format.c.5.e,& cõ. 2.in li.Hip.de nat. hu.t.6.e,& lib.2.de rõne vic.t.10.d, & li.8.de decre. Hip. & Plat.c.1.g Y F.1.do.5.ſum.5. c.2.& 3. Z Fē.13.t.1.c.1.& G.li.4.de v.p.c.8.c A G.li.6.ana.c.8.d & li.4.de v.p c.4 b B G.li.6.anat.c.8. e,& Raſ.t.1.c.17. C G.li.4.de v.p.c. 12.f,& c.13.e,& lib. 16.c.3.e D in principio c. E Gal.li.5.loc.aff. c.7.34.d *Infra & ſupra α* F G.li.4.de v.p.c. 12.d,& oppo.li.6.d decre.Hip.& Plat. c.8.g



A attractiuam cum hepar etiam eam habeat, communicarent in ſubſtantia propter conuenientiam virtutum. Et iſte quidem debilis conſiderationis non ſciuit, ꝙ virtus attractiua cum eſt in meatu ex quo attrahitur, eſt illud magis adiuuãs, ſicut cum expulſiua eſt in meatu ex quo expellitur, ſicut eſt in inteſtinis eſt illud magis adiuuans, & oblitus eſt quod attractiua eſt in meri, & eſt meatus. Et non ſciuit, ꝙ non eſt multum malum vt ſit in meatibus quibuſdam virtus attractiua, & non ſit digeſtio de qua ſit curandum, cum non ſit neceſſaria in eis digeſtio, immo attractio. Et oblitus eſt ꝙ chylus quandoq; conuertitur [a] in α meſaraicis conuerſione aliqua. Quare ergo negauit, ꝙ ſit cauſa in hoc, virtus digeſtiua in meſaraicis, & ꝙ ſit illic virtus retentiua retinens quantitate aliqua, quamuis non prolongetur? Et oblitus eſt ꝙ ſpecies villorum operationum notarum ſunt diuerſæ. Et elongauit, ꝙ ſit in illo in quo feſtinat penetratio, digeſtio aliqua: & illud non eſt elongandum. [b] Medici nanq; dicunt ꝙ in ore ipſo eſt digeſtio aliqua: & non negant quin in inteſtino ieiuno ſit virtus expulſiua & digeſtio: & eſt membrum quod velociter euātur ab eo quod comprehendit. Et oblitus eſt, ꝙ poſſibile eſt, vt diuerſificetur ſubſtātia membrorū: & conueniant in attractione vnius rei: quāuis ſit vadens in via vna ad mēbra omnia. Et oblitus eſt ꝙ attractio fit ad hepar: & plurimū eius ſit cū villis venarum, & ſunt homogenei cū ſubſtantia meſaraicarū, non lõginqui ab ea. O quantū errauit iſte homo in hoc iudicio. Illud autē quod [c] Ga. dixit, ſignificat ꝙ attractio prima fortis eſt in ipſo, vbi eſt B initium motus, de quo curatur. Et eius intentio fuit vt prohibeatur curator qui eſt contentus curatione meſaraicarū ſine hepate. Et ſignificatio ad illud, eſt ſermo eius cum dicit, qui [d] incedit in hac ægritudine ad curandas meſaraicas, & dimittit curationem hepatis, eſt ſicut ille qui vadit ad hoc, vt faciat emplaſtrum pedibus mollificatis propter nocumentum accidens nuchę, quæ eſt in dorſo, & dimittit curationē principij, & radicis quæ eſt nucha. Hic eſt ergo ſermo [d] Gal. coniunctus huic ſermoni. Et tu quidem ſcis ꝙ pedes non ſunt vacui à virtutibus. ſ. naturali, & motiua, & ſenſibili quas nucha habet, & non eſt differentia inter virtutem eorum & virtutem nuchæ, niſi quia virtus ſenſibilis, & motiua vnius eorum, eſt primo: & alterius, eſt ſecundo, & ſimiliter eſt diſpoſitio meſaraicarum. Ipſe nãq; non ſunt vacuæ à virtute, quāuis ſit earum principium hepar. Et quomodo cū ipſæ ſint inſtrumentum aliquod, & inſtrumētum naturale attrahit ex longinquo, non ſm ſemitam motus localis, ſicut in lacerto quoniam ſm plurimum non euacuatur à virtute currente in ipſo, & obuiante in ipſo, & obuiante patienti, & ita ꝙ ferrum patiatur à magnete, & quãdoq; attrahitur cum eo ferrum aliud: Et ſimiliter aer inter ferrum & magnetē, [e] apud plurimos eorū, qui verificauerūt.

*De modis ex quibus ſignificantur diſpoſitiones hepatis.* Cap. 2.

QVandoque ſignificantur diſpoſitiones hepatis per obuiationem [f] tactus, ſicut ſignificantur apoſtemata ipſius quandoq;. Et quãdoq; etiam ſignificantur per dolores qui ſunt ei proprij. C Et ſignificantur per operationes factas ex eo: Et ſignificantur per communitates membrorum proximorum ipſi, ſicut ſtomachi, & diaphragmatis, & inteſtinorum, & renū, & fellis. Et ſignificantur per communitates membrorum quę ſunt longinquiora illis ab eo, ſicut partium capitis, et ſicut ſplenis: Et quandoq; ſignificantur per diſpoſitiones communes toti corpori, ſicut [f] colorē, [f] & formam, & tactum. Et quandoq; ſignificantur per ea, quæ oriuntur in partibus eius, ex [f] pilis, & quæ oriuntur ex ipſo, ſicut per venas. Et ex forma membrorum aliorum: Et ex eis quæ generantur in ipſo, & procedunt ab eo. Et propter conuenientia, & diuerſificantia, & ex ætatibus. Et conſuetudinibus, & quæ continuantur cum eis.

*Diſtinctio modorum harum ſignificationum.* Cap. 3.

SImilitudo quidem accepta ex [g] tactu, eſt caliditas tactus partium eius, quoniam ipſa ſignificat complexionem calidam: & frigiditas eius ſignificat complexionem frigidam: & durities ſignificat duritiem eius, aut apoſtemata durum in ipſo: & ipſius inflatio ſignificat eius tumorem, aut apoſtema in ipſo, & [h] lunatio quę ſentitur ex inflammatione eius ſignificat quod eſt in ipſo hepate, & ipſius [i] elongatio exiſtens ſecundum aliam formam, ꝙ eſt in alio ab hepate, & ꝙ eſt in lacerto ventris. Similitudo autem accepta ex doloribus eſt, ſicut ſi fuerit extēſiuus cum grauitate, tunc illic erit oppilatio, aut apoſtema: Et ſi fuerit ſine grauitate, tunc illic erit ventoſitas. Et ſi fuerit grauitas ſine D punctura, tunc materia erit in corpore hepatis, ſiue fuerit apoſtema, ſiue oppilatio. Et ſi fuerint cū punctura, tunc erit apud panniculum velantem ipſum. Verum ſignificationes aſſumptæ ex operationibus factis ab eo, ſunt propter digeſtionem, & attractionem, & expulſionem ſanguinis ad corpus, & aquoſitatis ad renes: & choleræ ad fel, & melancholiæ ad ſplenem, & ſicut diſpoſitio ſitis. Cumq; deſtruitur aliquid horum, & nō ſit propter membrum communicans hepati, tunc eſt ex hepate. Significationes autem acceptæ ex communitatibus ſunt, ſicut ſitis: nam quāuis ſit ex ſtomacho multoties ſignificat ſuper diſpoſitiones hepatis, & ſicut ſingultus etiam: & ſicut appetitus etiam, & digeſtio: & ſicut malitia anhelitus: quāuis.n.ſit propter pulmonem & diaphragma, tamen quãdoq; ſit propter hepar: & ſicut ſpecies egeſtionis: & ſpecies vrinæ ſignificant diſpoſitiones hepatis quas [k] ſcies: & ſicut diſpoſitiones ſodæ, & ægritudinum capitis. Et diſpoſitiones ęgritudinum ſplenis ſignificant ipſas: & ſicut ex diſpoſitionibus linguæ in lenitate eius & aſperitate ipſius & colore eius, & colore labiorum ſignificatur ſuper ipſas. Et iam quidem currunt inter cor & hepar diuerſitas, & contra operantia, & victoria in qualitatibus ſuis, quas diximus in [l] capitulo complexionum cordis. Verum ſignificationes propter diſpões cões ſunt. ſicut ſignificatio [g] coloris ſuper hepar, ita vt ſi ſit rubeus albus, tunc ſignificat ſanitatem eius, aut ſit citrinus ſignificat caliditatem eius,

aut

A his Supra α a Ga.lib.4.de v. p.c.12.d

B Lib.1.F.1.do.4. c.1.& lib.3.F.6.t.1. c.1.& Ga.lib.3.virt. nat.c.7.a

C Lib.5.loc.af.c. 7.g.b.c.d D Gal.ibi.fo.35.c

E Ga.li.6.loc.af.c. 3.b,& li.1.uirt.nat. c.14.c.d F Haly.1.the.c.13.

G Haly.1.the.c.13.

H G.5.loc.af.c.7.f I Raſ.17.conti.t.1. c.17.4 I Gal.ibi.d

K Lib.4.F.1.t.1.c. 1.&c.

L 4.t.1.F.11.

aut plumbinus frigiditatem eius, aut brunus ſignificat frigiditatem & ſiccitatem eius, & ſicut eſt E ſignificatio icteritiæ ſuper ipſum. Et etiam ſicut ſignificatio pinguedinis carnoſæ, ſignificans humiditatem & caliditatem ipſius, aut pinguedinis cum adipe ſignificans humiditatem & frigiditatem eius: & ſicut macies ſignificat ſiccitatem eius. & ſicut communitas caliditatis in corpore ſignificat, ſi non fuerit à vehementia caliditatis cordis, caliditatem eius. Et cognoſcuntur cum ea ſignificationes caliditatis eius prędictę. Significationes autem ex formis membrorum aliquorum, ſunt ſicut ſignificationes ex magnitudine venarum, & amplitudine earum, ſignificantes magnitudinem hepatis, & amplitudinem viarum eius. [a] Et ex breuitate digitorum, & longitudine eorum etiam, ſignificatur paruitas, & magnitudo eius. Sed ſignificationes ex pilis ortus ſuper ipſum ſunt ſicut ſignificationes eorum in membris alijs, quas iam [b] diximus. Significationes vero ex eis quæ oriũtur ex ipſo, ſunt venæ, quoniam ſi ipſæ ſunt groſſæ, magnæ, manifeſtę, tunc complexio radicalis eſt calida, & ſi ſunt ſubtiles, occultæ, tunc complexio radicalis eſt frigida: Verum eius caliditas, & frigiditas, & lenitas, & durities quandoq; ſunt propter complexionem radicalem, & quandoq; ſunt propter cõplexionem accidentalem. [c] Significationes autem ex eis, quę in ipſo generãtur, ſunt ſicut ſi in ipſo generatur cholera, ſignificat caliditatem eius & melancholia caliditatem eius vehementem, aut ſiccitatem eius, & frigiditatem, ſecundum ꝙ ſcitur in loco ſuo: & generatio ſanguinis boni eſt ſignificatio ſanitatis eius & illud à quo ſpargitur ſanguis bonus cum aſſimilatione corporis bona eſt ſanum. Et F illud cuius ſanguis eſt cholericus, aut melancholicus, aut mollificatiuus. i. aquoſus declaratur in eo, quod ſpargitur ex eo ad corpus, aut aquoſus non recipiens continuationem cum corpore, ſicut eſt in hydropiſi carnoſa: eſt infirmum, ſecundum ꝙ ſignificat ipſum diſpoſitio eius, quod ſpargitur ab ipſo. [d] Conuenientia vero, & diuerſificantia ſciuntur ex hoc, quod conuenientia ſunt ſimilia complexioni naturali, contraria complexioni accidentali. Ex ætate vero & & cõſuetudine, & quæ currunt in eis, ſignificationes cognoſcuntur in vniuerſalibus.

A C.30. & li.1. F.2. doc.3. c.1. & Raſ.17. cont.t.1. c.2.181.2.
B Li.1. F.2. d.3. ſum. 1. c.3.
C Haly.1.the.c.13.
D Gal.art.medic. c.63.d

*De contraoperantia cordis ad hepar in qualitatibus.* Cap. 4.

SCias ꝙ [e] caliditas cordis vincit frigiditatem hepatis magnifice, & humiditas eius non vincit ſiccitatem ipſius: & ſiccitas eius quandoꝗ vincit humiditatem hepatis parumper: Et caliditas hepatis vincit frigiditatem cordis debiliter, & humiditas eius vincit ſiccitatem ipſius debiliter: & eius frigiditas minus vincit caliditatem eius: & ipſius ſiccitas ſemper vincit humiditatem eius: [e] Et frigus cordis vincit caliditatem hepatis plus, quam vincat ſiccitas illius humiditatem hepatis: Et caliditas cordis vincit humiditatem hepatis, plus quam vincat ſiccitas ipſius humiditatem eius: Et vincit frigiditas eius etiam caliditatem illius aliquo modo victorię.

E G.ar.med.c.41.

*De ſignis complexionum hepatis naturalium, & primo calidæ.* Cap. 5.

COmplexionis calidę naturalis ſigna ſunt, [f] amplitudo venarum & ipſarum manifeſtatio. Et G calefactio ſanguinis, & [f] corporis, [f] ſi non reſiſtit ei cor, caliditas enim cordis vincit frigiditatẽ hepatis fortiter: [f] Et multitudo generationis choleræ in ætate iuuentutis: & melãcholiæ in fine eius: [f] Et multitudo pilorum in [g] † {ſeraliſ.} Et fortitudo appetitus cibi, & potus.

F G.art.med.c.37.
G † ventre, & hypochondriis.

*De ſignis complexionis frigidæ naturalis.* Cap. 6.

SIgna [h] eius ſunt contraria illis ſignis, & frigiditas cordis vincit caliditatem hepatis minus, quam vincat caliditas eius illius frigiditatem. Et quoniam ſanguis habentis hanc complexionem eſt ſubtilis, & aquoſus, & virtus eius eſt debilis, tunc multoties accidunt in ipſo febres.

H Gal.ibid.c.38.

*De ſignis complexionis ſiccæ naturalis.* Cap. 7.

SIgna [i] eius ſunt paucitas ſanguinis, & groſſitudo eius & [k] † {vacuitas} venarum, & ſiccitas totius corporis, & groſſitudo pilorum, & criſpitudo ipſorum. Et cor ſua humiditate non ſuccurrit ſiccitati hepatis ſuccurſu de quo ſit curandum, immo non vincit eam omnino. [l] Verum ſiccitas hepatis vincit humiditatem cordis valde. Et caliditas cordis vincit humiditatem hepatis in vltimo.

I Gal.ibi.c.39.
K † durities
L Gal.c.41.

*De ſignis complexionis humidæ naturalis.* Cap. 8.

SIgna eius [m] ſunt contraria illis ſignis: Et cordis ſiccitas quandoq; temperat humiditatem hepatis parum valde. Verum humiditas ipſius vincit ſiccitatem cordis fortiter.

M Gal.c.40.

*De ſignis complexionis calidæ & ſiccæ naturalis.* Cap. 9. H

SIgna eius ſunt [n] ſanguis groſſus: Et multitudo pilorum nigrorum apud [o] † {ſeraſif.} Et amplitudo venarum [n] cum repletione, & duritie, & multitudo generationis choleræ, & melancholię in fine iuuentutis: Et caliditas corporis, & durities eius ſi non diuerſificauerit ipſa cor.

N Gal.c.41.
O † hypochõdria.

*De ſignis complexionis calidæ & humidæ naturalis.* Cap. 10.

SIgnificant ipſam exuberantia ſanguinis, & bonitas eſſentiæ eius: [p] Et amplitudo venarum valida cum lenitate: Et quod color eſt rubeus ſine citrinitate. Et pili plurimi in [q] † {ſeraliſ,} minus [r] tamen eis qui ſunt in calida & ſicca: & neque ſunt in ſpiſſitudine eorum, & criſpitudine. Et lenitas corporis propter caliditatem & humiditatem ipſius. [r] Et cum caliditas eſt dominans, remanet corpus ſanum: & ſi humiditas eſt magis dominans, feſtinant ad ipſum ægritudines putrefactionis.

P Gal.c.42.
Q † hypochõdriis
R G.art.med.c.42.

*De ſignis complexionis frigidæ & humidæ naturalis.* Cap. 11.

SIgnificant [s] ipſam ſanguis aquoſus, & phlegmaticus: [s] Et paucitas pilorum apud oſſa pectoris: [s] Et ſtrictura venarum, venę non repletę, mollities, paucitas generationis cholerę, & melãcholiæ in fine iuuentutis, & [s] humiditas corporis ſi non contra operetur cor.

S G.art.med.c.41.

De ſignis



*De ſignis complexionis frigidæ, & ſiccæ naturalis.* Cap. 12.

A SIgnificant ipſam [a] paucitas ſanguinis, & paucitas caliditatis ſanguinis, & corporis, & [a] conſtrictio venarum, & occultatio earum, & earum durities: [a] Et paucitas pilorum in mirach, & ſiccitas totius corporis.

A Gal.c.44.

*De ægritudinibus accidentibus hepati.* Cap. 13.

HEpati [b] accidunt ægritudines complexionis in proprietate ſuæ ſubſtantiæ: & ægritudines compoſitionis, & apoſtemata, & veſicæ: & proprie apud panniculum: & rumpuntur apud ſpatium, et reliqua quarum ſingularum dicemus capitula. Et quandoque tolerat rupturam plurimum quàm reliqua membra: & non timetur ex ea mors feſtina, niſi aſſocietur ei eruptio ſanguinis ex vena magna. [c] Et quandoque accidunt hepati ægritudines per cõmunitatem, & proprie in [c] ſtomacho, & [c] ſplene, & felle, & [c] renibus, & [c] diaphragmate, [c] pulmone, & [c] meſaraicis, & [c] inteſtinis, & proprie [c] ſuperioribus. Sed [c] ſtomacho, & ſpleni, & felli, & meſaraicis, & inteſtinis communicant in primis venæ, quæ ſunt à parte concauitatis hepatis: deinde peruenit nocumentũ eorum ad hepar: & quandoque confirmatur. [d] Diaphragma vero, & pulmo, & renes cõmunicant in primis venis gibboſitatis: deinde peruenit ad hepar, & quandoq; confirmatur. Et plurima communicatio quæ eſt, non eſt niſi propter ſtomachum, propter cauſam cum qua corrumpitur digeſtio, B et expellitur cibus indigeſtus, niſi ſit cauſa alia. [e] Et ęgritudinum quidem gibboſitatis, materierum expulſio ſecundum plurimum fit cum prouocatione vrinæ, & fluxu ſanguinis ex naribus, & ſudore: ſed in [e] ęgritudinibus concauitatis eſt illud cum ſolutione ventris, & vomitu cholerico, & ſanguineo, ſudore etiam in pluribus horis.

B G.5. lo.af.c.7.b & li.8. de med. cõp. ſm loc. fo.194.b.
C G.5. loc. af.c.7.f
D Gal.ibi.g
E T.3.c.1.& c.4. & 4. Fē.2. t.1.c.3. & G.3. de criſi. c.3.e.f, & 13. methe.c.11.h. 1. & c.15.h
F G.3. de criſi.c.3.f

*De ſignis malitiæ complexionis calidæ.* Cap. 14.

MAlitiæ complexionis calidæ ſigna ſunt, [f] ſitis vehemens, & non abſcinditur cum aquæ potu. [f] Et paucitas appetitus cibi. Et inflammatio, & citrinitas vrinæ, & tinctura eius: Et velocitas pulſus, & frequentia eius: [g] Et febres & [g] aduſtio ſanguinis: Et lędi à calefacientibus. Et ſequitur ipſam liquefactio incipiens ab humoribus, [h] deinde à carne hepatis: & ſequitur eam raſura inteſtinorum. [i] Et quandoq; deſiccatur cum ea natura abſq; dolore in coſtis, aut grauitate. [k] Et multiplicatur cum ea vomitus citrinus, & rubeus, & viridis vt ſuccus porri. Et eſt cum ea [l] egeſtio cholerica plurimum, & proprie ſi fuerit illic cum complexione materia: & ſi non fuerit minoratur ſanguis. [l] Et exaſperatur lingua: [l] Et extenuatur corpus. Et quandoq; ſignificatur illud ex [l] ætate, & conſuetudine, & arte, & regimine: & illa quæ media eſt, generat choleram: & ſuperflua generat melancholiam, & ægritudines eius, ſicut melancholia, & mania, & ſimilia. Et cum incipit fluxus lotiuus cum caſu appetitus, tunc plurimum eſt propter debilitatem hepatis, factam à complexio- C ne calida. Et in plurimo ipſius eſt egeſtio ſicca, aduſta, niſi ad hoc perueniat vt adurat ſanguinem, & humores, & carnoſitatem hepatis, & ſolutione ventris eam educat. Et quando incipit adurere ſanguinem, eſt egeſtio ſicut fæx. Et quando eſt in hepate aduſtio, aut apoſtema, aut dubellati, deinde egreditur cum egeſtione aliquid nigrum: [m] tunc illud eſt carnoſitas hepatis iam putrefacta. Et non eſt omnis res nigra egrediens mala, & quandoq; egeritur lotiuum & virulentum aquoſum. deinde ingroſſatur, & fit nigrum, groſſum, fœtidum, [n] ſicut fit in febribus peſtilentialibus. Et quandoque egreditur poſt virulentum ſanguis, deinde nigrum ſubtile.

F G.5. loc.af. c.7. fol.34.e.f
G Gal.ibi fo.34.d
H Gal.8. de cõpo. phar. ſm loc. c.7. fol.194.c
I Paul.lib.3.c.46.
K G.5.loc.aff.c.7. 34.f. & Paul.
L Alexã.lib.8.c.3. 35.
M T.4.c.1.
N Gal.8. de phar. cõpoſi. ſm loc. c.7. fo.194.c

*De ſignis malitiæ complexionis frigidæ.* Cap. 15.

SIgna eius ſunt albedo [o] labiorum, & [o] linguæ. Et paucitas ſanguinis, [p] & difficultas curſus eius. [q] Et multitudo phlegmatis, & [q] paucitas ſitis, & corruptio coloris, & claritatis eius: & quandoꝗ denigratur declinans ad viriditatem: & quandoque fit citrinus ad colorem fiſtici declinans. Et etiam albedo vrinæ & phlegmaticitas eius, & groſſitudo eius propter cauſam congelationis, & tepiditas pulſus. [r] Et vehementia famis. Fames enim non fit vere ex ſtomacho tantũ. Et paruitas digeſtionis bonę. Et quando frigus conſequitur finem, priuatur appetitus. [r] Et egeſtio quandoque eſt ſicca, ſine odore: & quandoque eſt humida, propter debilitatem attractiuæ: D & eſt decliuis ad albedinem: parui fœtoris. Et quandoque ſubtiliatur cum ea egeſtio, & humectatur: verum non perſeuerat ita continue: & non multiplicatur cum eo fluxus ventris quamuis eius ſeparatio & eius egreſſio prolongetur. Et in fine eius egreditur quoddam [s] ſimile ſanguini putrefacto non ſicut ſanguis liquefactus. Et quandoque ſequuntur complexionem frigidam poſt ſpatium quoddam, febres: propterea quia ſanguis ſubtilis qui eſt in ipſa, recipit putrefactionem, quę accidit ei, & ſunt febres prauæ quas dicam in capitulo febrium: & quandoq; eſt in initio earum virulentus ſubtilis: deinde ingroſſatur, & denigratur. Et quando eſt fluxus ventris ſimilis lauaturæ carnis recentis, & illud cum appetitu in principio, ſignificat frigus: Et ſi accidat poſt illud caſus appetitus, tunc eſt propter corruptionem humorum: aut propter cauſam aliam febris, & ſimilium. Et plurimum ſignificationis eius eſt ſuper debilitatem à frigore: & in fine eius redit appetitus & fit ſuperfluus ſecundum plurimum: & corrugatur cum eo mirach. Et quãdoq; ſignificant ipſam ætas, & conſuetudo, & cibus, & cauſæ præteritæ: ſicut potus aquæ frigidæ in ieiunio, aut poſt balneum, aut coitum, quoniam hepar inflammatum ſugit ex aqua tunc velociter plurimum. Et ſi eſt illic materiæ, ſentitur acetoſitas in ore, & humiditas in egeſtione. Et quandoq; eſt ad nigredinem, & viriditatem tendens, & non ad citrinitatem, & rubedinem.

O Raſ.17. cõti.t.1. c.178.1.&.2.
P G.5.loc. aff. c.7. 34.d.
Q Alex. lib. 8.c.3. 35.
R Paul. lib.3.c.46.
S G.8. de phar. cõpo. ſm loc.c.7.c

*De ſignis malæ complexionis ſiccæ.* Cap. 16.

Signa eius ſunt ſiccitas oris, & linguæ, & ſitis, & durities pulſus, & ſub tilitas vrinæ, & quandoq; denigratur color. Et ſi fuerit illic melancholia, aut cholera, ſcies ſignificationes earum facile per ea, quæ ſciuiſti in [a] primis.

*De ſignis malitiæ complexionis humidæ.* Cap. 17.

Significant ipſam inflatio faciei, & oculorum: & mollities carnis hypocondriorum, & [b] paruitas ſitis niſi ſit caliditas faciens ebullire humiditatem: & [b] humiditas linguæ, & albedo coloris, & quandoq; eſt cum ea citrinitas pauca. Cum autem vehemens ſit frigus, & dominatur humiditas, eſt decliuis ad viriditatem. Et quandoq; debilitatur corpus propter mollitiem humiditatis.

*Sermo vniuerſalis de curis ægritudinum hepatis.* Cap. 18.

IN hepate neceſſaria eſt conſeruatio ſanitatis cum ſimilibus, & [c] expulſio ægritudinis cum contrario. Et in regimine apoſtematum, & vlcerum, & nocumẽtorum quantitatis, & in oppilationum apertione, & reliquorum, ea quæ ſunt neceſſaria in reliquis membris. Et melior quidem horarum ad ſumendum in potu medicinas ægritudinum hepatis, & proprie propter oppilationem hepatis, & ſimilia, eſt hora in qua exiſtimat̃ ꝙ illud quod penetrat ex ſtomacho ad hepar, & cõprehenditur in ipſo, iam eſt digeſtũ, & ſeparatũ quod ſeparari oportuit. Et inter ipſum, & inter comeſtionem tempus interuenit conueniens. Et in conſuetudine hominum eſt hora quæ eſt inter ſurrectionem à ſomno, & inter balneationem. [d] Et oportet etiam in hepate vt tu non euacues medicinas aperitiuas, & reſolutiuas quæ diriguntur verſus ægritudines hepatis materiales, & verſus oppilatiuas, & apoſtemoſas, à ſtypticis confortantibus, niſi exiſtimes ſiccitatem ſuperfluam. Et non oportet vt ad ſummum perueniatur in infrigidatione hepatis, quantum poſſibile eſt, & perducat ad hydropiſim: neq; in calefactione eius, & perducat ad arefactionem. Et propter hoc oportet vt ſcias quantitatẽ complexionis naturalis hepatis, quod curas, ita vt cum reduxeris ipſum ad eam, ſtes. [e] Et ſcias, ꝙ cum tu erras in hepate, peruenit error tuus ad venas: deinde ad corpus. [f] & ex errore quidem eſt vt tu prouoces vrinam, vbi neceſſarium eſt te ſoluere ventrem: & eſt, vt ſit materia in concauitate: Et ſoluas ventrem, cum te oporteat prouocare vrinam: & eſt, vt ſit materia in gibboſitate. [g] Et oportet quidem vt medicinæ hepaticæ optime terantur: & oportet vt ſint ſubtilis ſubſtantiæ, quatenus ad ipſum perueniant, ſiue ſint calidæ, ſiue ſint frigidæ, ſiue ſtypticæ. Et ſubtiliantium quidem proprietas eſt, vt acuant ſanguinem, licet ſint aperitiua: quare oportet vt attendas illud: & ſicut [h] aqua radicum eſt ex ſumma aperitiuarum eius. Et ſubtiliantia eius generant quandoq; humores diuerſos, in hepate non proportionales: quare oportet vt cũ frequentas eius potum, duobus aut tribus diebus vt conſequaris cum aliquo quod leniat naturam. Verũ vrinæ prouocationem aqua ipſa de radicibus operatur. [i] Et omnes quidem endiuiæ ſpecies, & proprie amara, quæ ad caliditatem declinat, conferunt læſionibus hepatis: calefactis quidem cũ ſyrupo acetoſo: & infrigidatis cum melle. [k] Et hepar aldib iuuatiuum eſt cum ſua proprietate: & carnes limaciarum ſimiliter.

*De cauſis nociuis hepati.* Cap. 19.

SCias ꝙ intromittere cibum ſuper cibum, & error ordinis eius ſunt ex rebus magis nociuis hepati: & potare aquam frigidam ſubito in ieiunio, & poſt balneum, & coitum, & exercitium, quandoq; perducit ad infrigidationem vehementem hepatis. propter attractionẽ hepatis inflammati ſecundum ſuctionem velocem plurimã ex ea. Et quãdoq; perducit ad hydropiſim. Et oportet in huiuſmodi diſpoſitione vt permiſceas eam cum vino: & non infrigides eam vehementer: & non traijcias eam impetuoſe deglutiendo, immo ſugendo paulatim. Et viſcoſa quidem omnia nocent hepati ex parte, qua faciunt poſſidere oppilationem. [l] Et frumentum eſt ex ſumma eorum in quibus eſt viſcoſitas, comparatione ad hepar & nõ eſt in eo hoc comparatione ad illud quod eſt poſt hepar ex membris, cum digeritur in hepate. Et non eſt omne frumentum ita, immo glutinoſum: [m] Et vinum dulce facit accidere in hepate oppilationem: & ipſum abſtergit illam quæ eſt in pectore. Et cauſa in illo eſt, ꝙ vinum dulce attrahitur ad hepar non gradatim, propterea quod hepar diligit ipſum ex hoc quod eſt dulce: & propter ſuam penetrationem ex hoc ꝙ eſt vinũ quare non moratur in ipſo quantitate qua ſeparetur fæx ab eo, ſecundum moram aliarum rerũ groſſarum, immo ſuperuenit hepati cum groſſitudine ſua: & inuenit vias ad ipſum paratas: quoniam viæ quæ ſunt inter ſtomachũ, & hepar ſunt amplæ per comparationem ad illud quod venit ad ipſum ex venis ſparſis in hepate. Amplius cum comprehenditur in hepate, non moratur quantitate qua ſeparetur, & digeratur: immo expellitur ſubtile in venas ſtrictas, illic velocitate ſuæ penetrationis: & dimittit ſedimen propter conſtrictionem viæ. [n] In pulmone vero res eſt econtrario: quoniam ſuperuenit ei vinum dulce, cum iam colatum eſt: aut ex via meatuum meri ſm ſemitam reſudationis, ex meatibus ſtrictis ad amplos: aut ex via concaua cum iam dimittit fæcem, & vadit adhuc cum iam ſit colatum, & tranſit in meatibus ſtrictis ad amplos: quare colatur vice altera. Et ſimiliter reliquæ diſpoſitiones non inueniuntur ei cum comparatione ad pulmonem.

*De rebus conuenientibus hepati.* Cap. 20.

EX medicinis quidem, conferunt ei omnia [o] in quibus eſt amaritudo, qua aperiatur: aut virtus alia, qua aperiatur: cum ſtypticitate qua confortetur: & odoramento conueniente ſubſtantiæ ſpiritus, & prohibente putrefactionem: ſicut cinnamomũ, & ſummitates ſquinãthi, & myrrha, & ſimilia

A Lib. 1. F. 2. doc. 1. c. 7.
B Alexã. lib. 8. c. 4.
C G. 8. de phar. cõpo. ſm loc. c. 7. fol. 194. d
D T. 3. c. 11. & li. 1. Fen. 4. c. 1. & c. 25. Gal. 13. meth. c. 15. f. g. & lib. 11. c. 15. e
E Lib. 1. F. 4. c. 1.
F T. 2. c. 6. & t. 3. c. 12. & li. 4. F. 1. t. 1. c. 33. & G. 1. aph. 11.
G T. 4. c. 13. & Raſ. 17. conti. t. 1. c. 2. 184. 4.
H Lib. 5. ſũ. 1. t. 9. c. 2. & 3.
I C. 20. & lib. 2. 22. c. 229. & Gal. li. 8. de phar. cõpo. ſm loc. c. 8. b. c. & Ser. t. 4. c. 1.
K C. 20. & G. 6. de phar. cõpo. ſm loc c. 2. b. & lib. 8. c. 8. f.
L T. 2. c. 4. & G. 1. de alimẽ. fac. c. 7. b
M T. 2. c. 6. & Fẽ. 10. t. 1. c. 6. & Gal. 3. de vic. rõe in mor. acut. 2. h. a
N G. 3. de vic. rõe in mor. acut. 2. h. a
O G. 8. de phar. cõpo. ſm loc. c. 8. c. d



& ſimilia. Et ea in quibus ſunt ablutio, & abſterſio, & mundificatio virus mali, cum non vltimantur in mollificatione vltimitate ablutiõis. Et ea in quibus ſunt maturatio, & lenificatio, & proprie cum ſtypticitate & confortatione, ſicut crocus: Et quæ ſunt cum hoc ſuauia, ſicut paſſæ: Et velocis penetrationis, ſicut vinum odoriferum pluribus hepatibus, in quibus nõ eſt caliditas vehemens. Et quando medicina aggregat ad proprietates prędictas, ſuauitatẽ: tunc rectius, & conuenientius eſt vt ſit amica hepati dilecta ab eo ſicut [a] paſſæ, & ficus, & auellanæ: & eſt vltimi iuuamẽti. Et ſi eſt non recipiens putrefactionem, & corruptionem, tunc eſt magis vltimæ conſecutionis in iuuando. [b] Et altaraxacon quidem, & [b] endiuia hortulana, & campeſtris conueniunt ei valde. Et cõfert frigida ægritudini calidæ in hepate cum proprietate ſua, & qualitate contraria ſimul: quanuis quidam dicant ꝙ illa quæ eſt vehementer amara, eſt calida: & confert aperiendo oppilationẽ propter ſuam amaritudinem: & confortando propter ſuam ſtypticitatem. Et confert ægritudini frigidæ, cum ſua proprietate. Et cum eo quod eſt in ipſa de apertione, & confortatione. Et quando ſuperfluit frigus in hepate, permiſce quamlibet illarum duarum cum melle, aut cum aqua mellis: quoniam reſiſtit mel infrigidationi eius, ſi timetur ex ea: & adiuuat ipſam ad reliquas operationes ſuas: [c] Et quandoq; exiccantur ambe, & ſumuntur in potu cum melle & aqua ſua, aut decoquuntur cum melle, & conferunt valde: & aperiunt, & educunt humorem frigidum cum vrina. Et ex cibis quidem conuenientibus hepati ſunt illi, quorum chymus bonus eſt: [d] Et dulcia conueniunt hepati: quare impinguatur eis, & magnificatur, & confortatur. Verum velocia ſunt ad hoc vt faciant euenire oppilationem: propterea quòd hepar attrahit ea impetuoſe aſſocians ea humoribus alijs. Et propter hoc oportet vt deuitet dulcia ille, qui habet apoſtema in hepate ſuo: quoniam ipſa conuertuntur velociter ad choleram: & faciunt accidere oppilationes. Et nocibiliora dulcia ſunt, quæ ſunt ex eis groſſa: propterea quia faciunt accidere oppilationem: & quæ ex eis ſunt calida, propter conuerſionem ſuam ad choleram. [e] Et fiſtici quidem iuuatiui ſunt propter ſuam aromaticitatem, & ſtypticitatem, & confortationem & mundificationem viarum cibi. verum ſunt vehementis calefactionis. Et auellanæ ſunt conuenientes omnibus hepatibus: quoniam ipſæ non ſunt vehementis caliditatis: & ſunt aperitiuæ, & chymus earum eſt bonus. [f] Et hepar aldib, & carnes limaciarum conuenientes ſunt hepati cum proprietate quæ eſt in eis.

*De cura malitiæ complexionis calidæ in hepate.* Cap. 21.

OPortet vt ſit ſubtiliatio in regimine eius: & non perueniat ad vltimum. Et vt caueatur in ea mollificatio vehemens, cum humectatiuis aquoſis. Et caueatur in ea euentus oppilationis cum infrigidantibus groſſis. Et oportet vt caueatur in ea ſtupefactio vltima: immo oportet vt infrigidantia ipſum, aggregent ad infrigidationem, abſterſionem, & apertionem, & penetrationẽ cibi, & ſtypticitatem confortantem non plurimam, & in aqua hordei ſunt omnes iſtæ proprietates. [g] Et endiuia quidem capeſtris & hortulana vltima eſt in hac intentione. Complexio nanq; ambarum decliuis eſt ad frigus non valde ſuperfluum. Et eſt in ea amaritudo aperitiua, & non calefactiua: & ſtypticitas æqualis confortans: immo peruenitur ex iuuamento ambarum, vt nõ noceãt hepati frigido: & ponuntur ambæ in medicinis eius ſicut diximus in medicinis ſingularibus: & in areolis medicinarum hepaticarum. [h] Et quãdoq; comeduntur elixatæ, & proprie cum coriandro humido, & ſicco, & comeduntur cum aceto. Et amirberberis habet proprietatem maximam etiã, & tamarindi etiam. [i] Et cum ſentitur oppilatio in hepate, conuenit vt adiungatur illis ambabus, apium: quoniam aperit oppilationes ex quacunque duarum partium ſint: & eſt ex eis quæ velocitant penetrationem eorum & ſimiliter ſyrupus acetoſus. Et ex eis quæ conferunt ad illud eſt, vt ſumantur ſucci endiuiæ, & ſucci alkekengi, & ſucci ſolatri omnium ana vnc. ij. & ſucci coriandri humidi, & ſucci fœniculi omnium ana vnc. i. ſ. admiſceatur drach. ſ. croci, & ſumatur in potu. [g] Et quandoq; ſumitur in potu oleum roſ. bonum, & oleum de pomis cum aqua frigida, & temperat caliditatem hepatis. Et ex eis quæ cõferunt hepati, quod habet malitiam complexionis calidæ eſt, vt ſumatur ex [k] † {alasfius} aure. ij. cum zuccaro taberzet, & aqua frigida. Et ẽt vt in potu ſumatur ſuccus cucurbitæ aſſatæ, & aqua granatorum, & lac vaccinum ſine butyro, & aqua pomorum, & pirorum, & [l] † {alfarſir, & ſuccus roſ. recentis, & quando non eſt ſe. [m] confert aqua caſei cum ſyrupo acetoſo, omni die bibatur cum pondere. iij. drach. myrobalano. citrinorum, & pondere drach. i. de lacca abluta, & . ſ. drach. ſeminis apij. Et quando expeditus compleueris illud duabus hebdomadis bibatur [n] lac camelarum fœtarum incipiendo ab vna libra vſq; ad duas, & ponantur in ipſo medicinæ diureticæ, aperitiuæ, facientes penetrare, ſicut aliquid ex ſucco eupatorij: & ex ſemine endiuiæ: & ſemine cuſcutæ. Et quandoq; ſunt neceſſaria ea quæ ſunt ſicut ſummitates ſquinãthi. [o] Et qñq; eſt neceſſarium ſumere in potu ſtupefacientia, & cõfectiones opiatas, & recipientes hyuſquiamum, & philonium, Et ego abhorreo illud & non reperitur in eo iter. [p] Et iuueni forti qñq; ſufficit ei, vt bibat aquam frigidam valde in ieiunio. Et cõferunt ei tro. de ſpodio, & troc. berberis frigidi, & [p] troc. de camphora. Et ex trochiſcis conferentibus eis, eſt trochiſcus huiuſmodi Recip. [q] foliorum ſalicis, & foliorum nenufaris amborum ana drach. x. roſ. rubearum abſq; capitibus ſuis drach. xij. camphoræ pondus drach. ij. & . ſ. & ſandalorum rubeorum, & laccæ ablutæ cum alſeniati, ſicut eſt ablutio aloes amborum ana drach. vij. [r] † { ſaufel} drach. viij. croci. drach. iij. reubarbari drach. v. luti [s] † {alcubruſi} maſtic. capilli veneris omnium ana drach. iij. conficiantur cum aqua ſolatri, & endiuiæ, & fiant inde trochiſci: & ſit vnuſquiſq; aure. i. & ſumatur ex eis omni die vnus trochiſcus

A T. 2. c. 3. & li. 2. t. 1. c. 726. & Ga. 8. de phar. compo. c. 7. fo. 194. f
B C. 18 & t. 4. c. 13. & G. 8. de phar cõpo. ſm loc. c. 8. b. c.
C Gal. ibi. e
D G. 2. de alimen. facul. c. 8. 1
E Gal. ibi. c. 30. e
F C. 18 & Ga. 8. de phar. cõpo. ſm loc. c. 5. l, & lib. 6. c. 2. b
G Raſ. 17. cõti. t. 1. c. 1. 181. 3.
H Raſ. ibi. & Aleiid. ibi. fol. 317.
I Alex. li. 8. c. 3. 317.
k † pſyllio vel ei' ſemine.
l † Portulaca
M Raſ. 17. conti. t. 1. c. 2. 184. 1.
N T. 2. c. 3. j
O G. 8. de phar. cõpo. ſm. lo. c. 7. g
P Raſ. 17. cõti. t. 1.
Q Raſ. 17. cõti. t. 1. c. 1. 183. 4.
R † auellanę indę
S † cyprini

trochiſcus cum aqua ſolatri. Et qñq; conferunt ad illud emplaſtra facta ſm hũc modum. Sumatur E portulaca & teratur & ponatur ſuper ipſum oleum roſaceum & infrigidetur, & fiat cũ ea emplaſtrum: [a] Aut ſumatur amborũ ſandalorum ana.i.vnc. fauſel violarum ſiccarũ amborũ ana vnc.5. & roſ. vnc.i.5. & croci abluti vnc.5. & abſinthij vnc. quarta pars, & camphorę pondus drach.ij. adiungantur cerato facto cum oleo de ſalicibus & liniatur ſuper aliquid latum: & proprie folia cucurbi. & folia acetoſæ: & folia ſiclæ: & fiat cum eo emplaſtrum. Et quandoq; emplaſtrum fit cum ſuccis herbarum frigidarum, ſicut ſucco cucurbi. & cucu. & reliquis quæ diximus in capitulo eorum quæ bibuntur: & ponuntur in ipſo ſauich hordei: aut ſauich lentium, & effunditur ſuper ipſum oleum roſ. & fit cum eo emplaſtrum: & quandoq; ponitur in ipſo aliquid de ligno ſandali, & [b] † {fauſel, } & camphora: & nõ elongatur quin ponatur in ipſo aliquid ex odoriferis, & aquis fructuũ odoriferũ. & quandoq; roratur aliquid ſuper ipſum de miſuſen. Cibi vero quibus cibant̃ ſint ſicut aqua hordei, & decoctio olerũ prædictorũ, & ipſamet olera decocta, & endiuia decocta [c] cũ coriandro humido, & lactuca, & ſicla decocta, & [d] † {alraib acetoſum, } & aqua lactis acetoſi, & carnes limaciarum. Et ex fructibus [e] alzarur, & cydonia, & [e] pira: & non multum ſumatur ex illis vt non ſuperflue addant in ſtypticitate, & generetur oppilatio etiam, & poma, & granata muza, & expreſſio vuæ acetoſæ. Et frangatur ſtypticitas eorũ cum eis in quibus eſt lenificatio, & mora alſemi, & ribes cum zuccaro, & acetum præparatum cum aqua granatorum, & grana granatorum F ante cibũ, & poſt cibum: & melones qui nõ ſunt ſuperfluæ dulcedinis, & præcipue illi qui ſciuntur ex genere † {zachi, } & † {alfaleſtini, } & indi, & quod eſt ex illis medicinis in quibus eſt cum frigiditate ſtypticitas: & oportet vt non frequentetur comeſtio ipſarum: propter illud quod in ipſis eſt de vi faciendi accidere oppilationem: Et nõ eſt malũ ſumere melones duros, paruæ dulcedinis: & [f] vuas in quibus eſt durities carnis, & paruitas dulcedinis, & illas quæ ſunt muze ex vuis proprie. Et conferunt ei cibaria facta de mes, & de cucurbitis, & de ſpinachijs, & lentibus, cum aceto condita, & ſine aceto. [g] Et quidam homines ſunt qui cõcedunt paſſas, ſed oportet, vt ſint decliues ad acetoſitatem: & auellanas, quoniam non eſt in eis calefactio plurima, & ſunt aperitiuæ oppilationũ, & ſunt boni nutrimenti: oportet ergo vt miſceantur cum eis in quibus eſt infrigidatio aliqua. Et ex carnibus piſcium paruorum decoctorum [h] † {aſfidbagi: } aut cum aceto, & almoſos, & congelata facta ex carnibus ſubtilibus, ſcilicet carnibus hœdi, & auium leuis digeſtionis, ſicut eſt caro coturnicum, & aluerſ.i. columborum non ſuperflue pinguium, [i] † {alfacht vel alfuachat. } Et conferunt eis ventres auium aquæ: & anſeres, & gallinæ præparatæ cum acetolis, & ſimiliter paruæ aues cum acetolis præparatæ. Et nocent eis hepar, & ſplen, & cor, & carnes groſſæ, ſicut carnes hircorum, & arietum, & animalium neruoſorum, & duræ carnis: ſed caro vaccarum iuuencularum præparata in gelatina confert habenti fortem ſtomachum, & illum qui digerit. Et oportet vt [k] vi- G tent oua cocta, donec fuerint dura, & aſſata, & vitent pinguia ſuperflue. Et nocent ei vinum valde niſi ipſum ſit neceſſarium propter conſuetudinem, aut propter debilitatem digeſtionis: tunc oportet vt [l] ſumant in potu parum ſubtile, quod ſit decliue ad albedinem.

*De regimine malitiæ cnmplexionis frigidæ.* *Cap.* 22.

EX eis quæ conferunt iſtis eſt potare ſyrupum de abſinthio, cum ſyrupo acetoſo de melle. [m] Et quandoque confert habenti frigidum hepar vt dormiat in nocte ſuper troc. de abſinthio: Et ſemina calefacientia nota ſunt vehementis iuuamenti. [n] Et ſimiliter iuuatur cum adminiſtratione [o] lactis camelarum arabicarum, non aliarum cũ pondere drach.v. vſque ad.x. zuccari alhaſer. Hoc enim temperat complexionem, & educit humores frigidos ſoluendo ventrem: & prouocando vrinam, & aperiendo oppilationes. Et fortius illo eſt vt dormiat ſuper [m] diacurcuma, aut [m] dialacca, & athanaſiam, & adminiſtrentur in veſpere vel in ſero diacoſtũ, & zinziber conditum cum aqua apij. Et troc. de coſto, & de lacca dicti in antidotario. Et bibantur in ieiunio eupatorij, & aſſari drach.ij. & bibatur deſuper vinum. Et ex decoctionibns decoctio coſti, & abſinthij dicta in antidotario bibatur cum oleo amygdalino dulci pondere drach.ij. & olei de fiſticis pondere drach.ij. Et fortius illo eſt vt bibatur cum oleo de neriden, & oleo amygdalino amaro, & oleo de kerua. Et etiam cum decoctione huiuſmodi. [p] Recip. ſeminis fœniculi, apij, aniſi, maſticis pondus drah.ij. et H corticum radicis apij, & corticum radicum fœniculi amborum ana drachmas decem, & herbæ eupatorij, & abſinthij romani ana aure, v. & laccæ, & calami aromatici, et coſti dulcis, et amari, et reubarbari omnium ana drach.iij. et florum ſquinanthi quatuor decoquantur in quatuor libræ. aquæ vſquequo redeat ad medietatem, et bibantur ex ea omni die vnc.iiij. cum oleo fiſticino quantitate drach.i. et.5. et olei amygdalini dulc. quantitate drach.ij, Et quandoq; confert eis ſi adhibeantur epithemata calida, et emplaſtra ſicut ſtomachicon, [q] et emplaſtrũ [r] † {philarius, } et [q] emplaſtrũ de meliloto, cum emplaſtro facto ex eis quæ ſunt ſicut coſtus, et myrrha, et ſpica. et neriden romana, et acorus, et fœnugræcum, et ſimilia. Emplaſtrum bonum ad illud. [s] Recipe vſneæ, [t] † {amirberis, } maſticis, meliloti, ſpicæ, radicis lilij cœleſtis, roſarum partes æquales, diſſoluantur in oleo maſticino, decoquendo fiat ex eis emplaſtrum mane et ſero, et ſit tepidum. Et iterum emplaſtrum bonum. Recip. ſummitatum ſquinanthi: granatorũ alben, et maſtic. et cordumeni, et amomi omnium ana darkimet.iij. aloes, et herbæ eupatorij, et abſinthij, et florũ eius, omnium ana darkimet.vi. ſpicæ aromaticæ, et caſiæ amborum ana darkimet.ij. ireos, foliorum maioranæ amborũ ana darkimet.viij. ammoniaci darkimet.xxiiij. gummi albotim et thuris amborum darkimet.xij.

A Raſ.17.conti.t.1.c.2.184.2.
B † auellana indi.
C Alex.lib.8.c.4. 327.
D † lac coagulatũ
E Ser.t.4.c.1.& Alex.lib.8.c.3.f.319.
† Anguriç aquoſç
† Anguriæ tortæ
F Alexã.lib.8.c.3. fol.329.
G Alex.lib.8.c.3. fol.330.
H † cibariũ ex carne alixa in qua.
I † ſpẽs turturum
K Alexã.lib.8.c.3. fol.327.& 328.
L T.2.c.6.
M Raſ.17.cõti.t.1. c.2.181.1.
N Raſ.184.2.
O T.2.c.3.
P Raſ.17.cõti.t.1. c.2.184.2.
Q Paul.lib.3.46.
R † philagrij
S Raſ.17.cõti.t.1. c.2.184.1.
T † myrti





A ceræ lib.i.&.5. olei de alcanna quantum oportet ad conficiendum. Et iterũ emplaſtrum. [a] Recipe amomi vnc.i. [b] † {carpobal. } & bdelij, [c] † {cordumeni } [d] † {alchãnæ } myrrhæ, [e] † { } thuris & croci omnium ana vnc.i.&.5. & ſpicæ ſcemi vnc.ij. gummi albotim vnc.vi. ſoluantur thus & bdelliũ in vino, & diſſoluatur crocus in ipſo, & liquefiat gummi albotim in neriden, & terantur medicinæ ſiccæ: & miſceantur cũ oleo [f] † {de neriden, & vino, & proijciatur ſuper ea parum de cera, & adminiſtra emplaſtrum. [g] Et ſumantur etiam cydonia, & farina hordei, & cera, & medulla vitulorum, & oleum roſatum, & abſinthium, & alchanna, & ſpica, & [h] † {zafarã, } & aſſarum, & ireos, et gariophyllus, & ammoniacum, & maſtix, & glutẽ alimbat & menſura caliditatis & frigiditatis eorum ſit ſecundum menſuram neceſſitatis, & fiat ex eis emplaſtrum. [h] De cibis autem ſumant medullam panis calidi infuſam in vino, & infuſam in [i] alchandicon, & carnes leues, quæ ſunt ex carnibus auium paruarum: & alcanabir, & [k] † {alduragi } & perdicum, & ventres anſerum, & proprie omnia illa aſſata, & frixa, & cum ſeminibus condita. [l] Et caules decoctos in aqua tribus decoctionibus, conditos cum ſeminibus calefacientibus. & cinnamomo, & pipere, & cymino, & ſimilibus: et incidatur ſuper ipſos ruta: Et ſorbitiones factas ex eis quæ ſunt ſicut fœnugræcum, & medullæ calidæ. Et qñq; ponitur in cibis endiuia, & proprie illa quæ eſt vehementis amaritudinis. Et [m] ſunt quidam qui dicunt ꝙ millium vehementer coctum confert eis: & illud apud me non eſt conueni- B ens. Fructus autem, & ſimilia quibus in ſecundis vtuntur menſis ſunt ſicut [m] caſtaneæ, & [m] paſſæ pingues, & fiſtici proprie. [n] Et quidã ſunt qui dicunt, ꝙ oportet vt abſtineãt à fiſticis, & [m] amygdalis, propter grauitatẽ amborum ſuper ſtomachũ, ſed non oportet vt attendantur verba eorũ in fiſticis. Et ex eis quæ conferunt eis eſt caro limaciarum proprie præparata cum ſeminibus. Et oportet vt deuitent genera lactis, & piſces, & fructus humidos recentes & carnes groſſas.

*De regimine malæ complexionis ſiccæ.* *Cap.* 23.

REgimen eius eſt cum humectatiuis prædictis ex cibis, & oleribus, & epithematibus, & emplaſtris, & potionibus, et fiat declinatio cum [o] eis ad æqualitatem, aut calidum, aut frigidum ſm quantitatem neceſſitatis: et cum hoc non oportet vt ſuperfluitas ſit in humectatione ita, vt non perueniatur ad cachexiam et mollificationem ſeu inflationem, et hydropiſim carnoſam.

*De regimine malitiæ complexionis humidæ.* *Cap.* 24.

REgatur cum exercitio, et minoratione cibi, et acceptione eius, in quo ſit ſubtilatio, et exiccatio: et proprie eius in quo cum exuccatione eſt exiccatio: et minoret potationem aquæ: et deuitet lac, et non perueniatur in exiccatione ad vltimum, et [p] perducat ad arefactionem.

*De regimine malitiæ complexionis calidæ & ſiccæ.* *Cap.* 25.

VTatur habens eam cibis frigidis, et humidis: et herbis frigidis, et humidis, et proprie endiuia: C et deuitet ea in quibus eſt frigus, et ſtypticitas vehemens. Et ex eis quę conferunt ei valde, eſt lac aſininum de quo bibat debilis vſque ad, vij. ſextaria, cum aliquantulo zuccari tabarzet, et non plurimo: et fortis vſq; ad.x. ſextaria. Et vtatur emplaſtris, et epithematibus frigidis et humectantibus: et cum hoc toto non oportet vt perueniatur ad vltimum in humectatione: et perueniat ad ſummum cum ea mollificatio. [q] Et oportet vt deuitet rizi, et cyminum, et aromata calida, et fiſticos plurimos, ſed parum ex fiſticis quandoq; non nocet propter proportionalitates, et deuitet carnes groſſas, et membra groſſa bonarum carnium, ſicut hepar, & ſplen.

*De regimine malitiæ complexionis calidæ & humidæ.* *Cap.* 26.

ADminiſtrentur infrigidantia in quibus eſt ſtypticitas et exuccatio aliqua ex cibis, et medicinis: Et ſi fuerint materiæ adminiſtrentur ẽt ea, quæ ſubtilient, quãuis non inſit eis exuccatio, ſicut eſt aqua caſei, et zuccari tabarzet. Aut ſumatur ex ſucco ſolatri, et alkekengi quantitas quinquaginta ponderũ vſq; ad.lx. cũ duobus aure, aloes ad fortem, et minus illo ad debilem: Aut medietas aure. de hiera cum duobus ſextarijs de caſia fiſtu. diſſoluta in ſacraiati aquæ ſolatri: aut aquę endiuiæ. Aut caſiæfiſtu. ſola in aqua endiuiæ, aut aqua fœniculi, aut aqua ſolatri.

*De regimine malitiæ complexionis frigidæ & ſiccæ.* *Cap.* 27.

D REgatur cũ emplaſtris calidis, et pinguibus lenibus cum emplaſtris confectis et alijs, et adminiſtrentur cõfectiones calidæ ſicut dialacca, et diacurcuma, et confectio cabd almeluch et homoruſia, et athanaſia, et chuſi et de confectione canfendadicum quantitas ciceris aut fabæ cũ aqua de radicibus, in qua cadunt olea humectatiua: Et adminiſtretur vinum ſubtile forte. Et cum fuerit illic cõſtrictio naturæ adminiſtra pilulas modi huius. Recip. ſerapini, ammoniaci, opopanacis partes æquales, ſeminis apij, et aniſi amborum ana medietatem, et quartam partis, fiant ex eius pilulę: aut ſufficiat ſerapinum aut ſerapinum cum vno eorum ſm neceſſitatem: et ſit pondus eius vnius aut duorum pondus omnium, ſi erunt oẽs medicinæ adminiſtratæ. et doſis eius ſit in debili.i. aure. et forti.ij. aur̃. Et oportet vt tu obſerues, vt non adueniat vltimus finis in mollificatione.

*De regimine malitiæ complexionis frigidæ, & humidæ.* *Cap.* 28.

ADminiſtra ex cibis, et medicinis ea in quibus ſunt caliditas, et ſtypticitas, et ſubtiliatio, et exiccatio: Et ſi eſt illic materia, euacua eam cum eis quæ ſunt ſicut aqua de radicibus fortibus, et ſicut alkekengi, et ſicut hiera Archigenis euacuatione ſubtili: Et ſubtilia regimen, et calefac ipſum. Et ſit cibus eius ex carnibus leuibus cum ſeminibus, et vinum ſit forte, ſubtile, purum parũ. Et adminiſtra confectiones magnas ſecundum ꝙ faciunt eas neceſſarias hora, et diſpoſitio. Et adminiſtra emplaſtra reſolutiua exterius.

A Gal.8. de phar. cõpo. ſm loc. c.10. parũ differt.
B † xylobalſami
C † naſturij ſemis
D † cyperi
E † caſiæ
F † cyprino
G Raſ.17. cõti.t.1. c.2.183.4. parũ dĩt
H † crocus
I Raſ.17. conti.t.1. c.1.182.1.
K † Francolinorum auium
L Ser.t.4.c.1.& Alex.lib.8.c.4.fol. 3
M Alex.lib.8.c.4. fol.311.
N Alex.lib.8.c.4 fol.311.
O Ser.t.4.c.1.
P Ser.t.4.c.1.
Q Raſ.17.cõti.t.1. c.2.183.4.

*De paruitate hepatis.* Cap. 29.

E A Raſ.17.cõti.t.1. c.1.178.4.

Minoratur [a] hepar in quibuſdã hominibus, & eſt qñq; ſicut ren paruus. Et ſequitur eius paruitatem, ꝙ cum homo aſſumit quod neceſſariũ eſt ei de cibo, non capit ipſum hepar: & mittit ipſi ſtomachus illud à quo conſtringitur, & facit illud accidere oppilationẽ: aut dolorem grauatiuum, & extenſiuũ: Aut læditur virtus hepatis in operationibus ſuis, propter coarctationẽ virtutis eius operãtis ſub virtute patientis ſuperuenientis ei: quare deſtruuntur diſpoſitiones attractionis, & digeſtionis, & retentionis, & ſeparationis, & expulſionis. Et quandoq; conſequitur ad illud diarrhœa, & fluxus ventris: quoniam de chylo non attrahitur ad hepar illud quod colatum eſt.

*De ſignis.* Cap. 30.

Quandoq; ſignificant ipſam, vt ſit euentus ab ipſa in hepate oppilationis, & ventoſitatis plurimæ, & grauat ipſum cibus temperatæ quantitatis, & debilitatur corpus: propterea quia indiget cibo plurimo: Et aſſiduatur debilitas digeſtionis, & multiplicatur euentus oppilationis, & apoſtematum, [b] & certificat illud [c] breuitas digitorum in creatione. Et iam fuit homo cuius corpus non accipiebat aliquid ex cibo, & non aſcendebat ad ipſum aliquid de quo eſſet curandum, quare exiſtimauit. [d] Gal. quod ipſe erat patiens paruitatem hepatis & conſtrictionem viarũ eius. Rexit ergo ipſum regimine ſimilis ſui.

B G.3.& lib.1.Fen. 1.do.3.c.1.
C Raſ.17.cõti.t.1. c.2.181.2.
D niſi eſſet in art. medicinali.cap.73.

*De regimine ipſorum.* Cap. 31. F

E Raſ.17.cõti.t.1. c.2.181.2.& 178.4.

Regimen ipſorum eſt præparatio [e] cum cibis paruæ quantitatis: & plurimi nutrimenti velocis penetrationis: & vt aſſumantur ſeparati in vicibus. Et adminiſtrentur medicinæ ſolutiuæ, & diureticæ, mundificatiuæ hepatis, & ſubtiliatiuæ, & aperitiuæ.

## TRACTATVS II. *de debilitate hepatis, & oppilatione eius, & doloribus, & inflatione eius.*

*De debilitate hepatis.* Cap. 1.

Inquit [f] Gal. hepaticus eſt ille in operationibus hepatis cuius eſt debilitas abſque re manifeſta ex apoſtemate, aut dubellati. Verum debilitas hepatis in veritate ſequitur ægritudines hepatis: & illud aut eſt propter malitiam complexionis ſingularis, ſine materia, aut cum materia cuius principium eſt ex hepate ipſo: Aut ex membris alijs, quæ ſunt inter ipſum, & inter ipſa vicina, ſicut eſt fel, quando fit vt non trahat choleram: Aut [g] ſplen quando fit, vt non trahat melancholiam: Aut [h] renes, aut veſica, cum fuerint non attrahentes aquoſitatem. Aut matrix propter vehementiam fluxus ſanguinis menſtrui quare infrigidatur hepar, aut propter vehementiam retentionis menſtruorum, & corrũpitur ꝓpter ipſam ſanguis hepatis: Aut [g] ſtomachus cum non mandat ad ipſum chylum bonæ digeſtionis: immo eſt mandans chylum debilis digeſtionis aut corruptæ: [g] Aut propter inteſtina cũ læduntur. Et quãdo multiplicatur in eis humor viſcoſus, & accidit inter ea, & inter fel oppilatio: quare non ſeparatur cholera à felle, & remanet plenum: quare non recipit illud quod ſequeſtratur ad ipſum ex ſanguine. G Et hoc multoties accidit in colica: Aut propter cõitatem membrorum pectoris: Aut ex corpore toto, ſicut fit in febribus. Et qñq; eſt, non ꝓp malitiã cõplõnis ſolã, immo propter apã ſanguineũ: aut eryſipilã, aut duritiẽ, aut cãcrũ, aut, [i] † {trehel,} aut ꝓp vlcus, & ſciſſurã, aut propter putrefactionẽ accidentẽ hepati. Et debilitas hepatis totalis, aggregat debilitatẽ omniũ virtutũ eius: & quãdoq; non eſt debilitas vl'is: imo eſt ẽm aliquã quatuor virtutũ. Et plurimũ quidẽ debilitat attractiua & digeſtiua ex frigore: & humiditate, & debilitatur retentiua ex humiditate, & expulſiua ex ſiccitate.

F 5.lo.aff.c.7.34.e & 8.de phar.cõpo. ẽm loc.194.d
G Gal.5.loc.aff.c. 7.fol.33.f
H Gal.ibi.g
I † edem

*De ſignis.* Cap. 2.

Color [k] eſt ex rebus, quæ ſignificant ẽm plurimum diſpoſitionem hepatis. Hepaticus enim ẽm plurimum eſt [l] decliuis ad citrinitatem & albedinem: & qñq; declinat ad viriditatem, & fuſcitatem, ſicut diximus in ſignificationibus complexionum. Et illius quidem hepar cuius colorẽ videns ẽm finem ſanitatis, ægritudinem non habet. [m] Et medicus quidem expertus cognoſcit hepaticum, & ſtomachicũ omnẽ, per colorem ſuum nõ egens cum eo ſignificatione alia: ſimili huic. Et non eſt huic colori nomen ſignificans ſuper illum proportionale proprium: Et egeſtio, [n] & vrina ſimiles aquæ carnis ſignificant ẽm plurimum ꝙ hepar non fortiter operatur in generando ſanguinem: quare non ſeparat materiam eius à chylo: neq; colat ipſum ab aquoſitate: & hæc ſecundũ H plurimum eſt ſignificatio debilitatis hepatis. [o] Et iſte fluxus ventris lauatiuus in fine ſuo permutatur ad ſpeciem aliam: & fit in habente complexionem calidam, virulentus: deinde fit [p] ſicut fæx, & ſicut ſanguis aduſtus: & multiplicatur ante ipſum ſolutio ventris cum cholera pura. Et in habente frigidam complexionem fit ſicut ſanguis putrefactus, & perueniunt ambo ad educendas res diuerſarum qualitatum, & ſubſtantiarum: & proprie in habente frigidam complexionẽ. Et eſt, ſicut accidit propter debilitatem digeſtionis ſtomachi. [q] Et plurimos eorũ, qui debilitatẽ habent in ſuo hepate, cõitatur, & proprie cum penetrat cibus, dolor leuis extenſus vſq; ad coſtas mendoſas. Complexiones autem ſignificant ex radicibus prædictis in cognitione malitiæ complexionis hepatis. [r] Et calida põnit humores aduſtos, & [r] frigida ponit humores groſſos, tardi motus: [r] & ſicca ponit eos paucos groſſos: [r] & humida ponit eos aquoſos. Et illam quæ fit propter fel, qñq; ſignificat color ictericus. Et qñq; eſt cum ea egeſtio alba, quando eſt oppilatio inter fel & inteſtina. Facta vero cõitate ſplenis, ſignificatur per ægritudines ſplenis, & per colorem in quo vincit nigredo. Stomachica vero ſignificatur per ſignificationes nocumentorũ ſtomachi, & malitiam digeſtionis. Et illa quæ eſt per inteſtina ſignificatur per puncturã, & ventoſitates, & rugitus, & per colicam, & quæ ſunt

K F.13.t.1.c.17.& lib.1.F.2.d.3.c.3.& G.5.lo.aff.c.7.34.b
L Raſ.17.cõn.t.1. c.1.178.2.& 179.2.
M G.1.lo.aff.c.5.d
N Lib.1.F.2.d.3. ſum.2.c.2.& F.6.t.8. 1.1.c.1.& G.5.loc. aff.c.7.34.d.e
O T.4.c.2.
P G.5.loc.aff.c.7. 34.e
Q C.9.
R G.5.loc.aff.c.7. 34.d





A ſunt ſimilia illis: Et illa quæ eſt per renes & veſicam, ſignificatur per alterationẽ diſpoſitionis vrinæ ab eo quod oportet ẽm naturam, & declinationẽ formę ad cachexiam, & hydropiſim. Et illam quæ fit propter membra pectoris ſignificat malitia anhelitus, & tuſſis ſicca. Et quandoq; inuenit habens eam in ſuſpenſorijs grauitatem, aut tenſionem. Signa autem apoſtematũ, & duritiei, & vlceris, & ſciſſuræ, & reliquorũ dicam omnia in ſuo loco: quare oportet redire ad illa. [a] Significatio vero debilitatis virtutis digeſtiuæ eſt, ꝙ cibus penetrans ad mẽbra eſt indigeſtus, aut paruæ digeſtionis, aut corruptæ digeſtionis conuerſus ad qualitatẽ malã. quare multoties inflatur propter ipſum facies, & oculi. Et eſt ſanguis qui currit per phlebotomiam, declinans ad aquoſitatem, & phlegmaticitatem, niſi ſit ex debilitate retentiuæ: & non retineatur tempore, quo digeratur: [b] Et deterior ſpecierũ eſt, vt non digeratur: deinde vt digeratur parũ: deinde vt digeratur male. Dixerunt [c] quidam duas primas ſequitur fluxus ventris diuerſarum partium: & tertiam fluxus ventris ſicut ſanguis groſſus. Et hæc verba ſunt abſq; comprehenſione. [a] Et ablutiuus quidem fluxus ventris ſignificat debilitatem digeſtionis cũ digeſtione pauca. Et albus purus ſignificat, ꝙ attractiua eſt debilis valde: & digeſtiua non digerit penitus, præcipue cum egreditur, ſicut intrauit. Et ſi egrediuntur res diuerſæ, ſignificat ꝙ corrupta eſt digeſtio. Et vrina in hac intentione eſt magis ſignificatiua digeſtiuæ, & egeſtio attractiuæ. [d] Significationes autẽ debilitatis attractiuæ eſt multitudo egeſtionis, B & lenitas eius, & albedo ipſius. Et quando eſt cum hoc in vrina tinctura, ſignificat ꝙ nocumentum eſt in attractiua tantum, & proprie quando non eſt in ſtomacho nocumentũ. Et certificat debilitatem attractiuæ macies corporis. Verum ſignificationes debilitatis retentiuæ, ſunt ſignificationes debilitatis digeſtiuæ, propter defectum retentiuæ, ita vt perueniat ad membra nutrimentum illaudabilis digeſtionis, & ſecundum illam viam. Verum eſt illud à digeſtiua plus, & à retentiua minus. Et illud quod eſt proprium retentiuæ eſt quod hepar feſtinat ab eo remotionem repletionis ſenſatæ cum grauitate pauca poſt penetrationem cibi: ſed ſigna debilitatis expulſiuæ ſunt, quoniã minoratur ſequeſtratio vel ſeparatio ſuperfluitatum trium, & minoretur vrina, & minoretur cũ hoc eius tinctura, & tinctura egeſtionis: & minoretur neceſſitas ſurgendi: & nõ expellatur melancholia ad ſplenem: & minoretur appetitus cibi propter illud: & aggregetur in colore inflatio cum citrinitate, & nigredine permiſtis cum albedine. Et multoties perducit ad hydropiſim. Et quandoque perducit ad colicam phlegmaticam.

A Gal.8.de phar. cõpo.ẽm loc.194.b
B Sec.t.4.c.1. oper.& G.8.de phar. cõpo.ẽm loc.194.b
C Ser. ſed aſt dicit & Gal. aliter
D G.5.loc.aff.c.7. 34.e

*De cura debilitatis hepatis.* Cap. 3.

Si cognoueris cauſam in debilitate hepatis, vtrum ſit propter complexionem aut ægritudinem officialem, aut alia, per ſigna prædicta ad ea: tunc curabis totum cum cura prædicta in ipſis. Et plurimum quidem debilitatis hepatis: eſt propter frigus aliquod, aut humiditatẽ, aut ſiccitatẽ: aut C propter materias malas retentas in ipſo: & propter hoc eſt plurimum curæ eius cum calefactione ſubtili cum apertione, & maturatione: & lenificatione permiſta, cum ſtypticitate confortante, & prohibente putrefactionem. Et plurimum illius fit cum medicinis aromaticis in quibus ſunt apertio, & maturatio, & ſtypticitas, ſicut eſt crocus. Et quandoq; conferunt etiã muzæ in quibus eſt parum ſtypticitatis: Ipſæ enim ſua acetoſitate confortant, & incidunt: & dulcedine abſtergunt, & aperiunt ſicut grana granatorum. Deinde conſidera partem caliditatis & frigiditatis, ſecundum ꝙ exquirit complexio, & approxima cum ea illud quod calefacit aut infrigidat. [t] Et de hoc genere ſunt paſſæ cum ſuis interioribus poſt bonitatem maſticationis. Et cum aliquid te vocat ad reſoluendum, tunc non euacues ipſum à ſtypticitate, ſiue ſit in apoſtematibus, ſiue in oppilationibus, aut alijs, niſi ſit illic complexio ſicca valde. Et quandoq; indigemus propter retentionem materiei in ipſo phlebotomia, & ſolutione ventris. Et menſura ẽm materiam, ſi eſt frigida, viſcoſa, ſit ſicut agaricum: Et ſi eſt ad ſubtilitatẽ decliuis, & caliditatem aliquã, & eſt illic oppilatio, ſit ſicut ſuccus eupatorij: & abſinthium, cum quibus ſint addita ea quæ adiuuant. Et quandoq; non retinetur ſolutio ventris, & diarrhœa, & feſtinat medicus adhibere medicinas ſtypticas, et prouenit ex eis nocumentum maximum: immo oportet in huiuſmodi vt adminiſtres aperitiua, confortatiua, cũ ſtypticis æqualibus, & cum apertione conuenienti, & proprie aromatica: & proprie decocta in vino D odorifero, in quo eſt ſtypticitas. Et ex medicinis cõibus ſpeciebus debilitatis hepatis, & operantibus cum proprietate ſua, eſt hepar aldib exiccatum, & contritum de quo ſumatur cochleariũ.i. cum vino. Et cum curas hepar cum curis neceſſarijs, oportet vt tu peruenias tunc [f] ad lac camelarum arabicarum. Et de medicinis bonis ad debilitatem hepatis eſt hoc medicamen. [g] Recip. laccæ ablutæ, reubarbari ſcini omniũ an. drah.iij. ſucci eupatorij ſe. fœn. ſe. atriplicis omniũ añ. drach.v. abſinthij ro. drach.vi. ſeminis endiuiæ drach.x. ſemi. cuſcute drach.viij. ſeminis apij. drach.iiij. fiant ex eis troc. aut ſuffuf. Et ex medicinis laudabilibus prælatis alijs eſt hoc medicamen. [h] Recip. paſſarum enucleatarũ auf.xxv. croci auf.i. & in alia ſcriptura medietatẽ aurei, calami aromatici auf.ij. bdellij iudaici auf.ij. &.5. cinnamomi aure.i. caſiæ medietatem aure. ſpicæ aroma. aure.iij. ſquinanthi aure.ij. & 5. myrrhæ aure.iiij. gummi albotin aure.iiij. darſiſahan aure.ij. mellis auf.xvi. vinum quantum ſufficit: & qñq; ponuntur in ipſo opium, & ſemen hyuſquiami albi. Et exiſtimat [i] Gal. ꝙ hoc medicamen cõpoſitum eſt ex medicinis cõuenientibus cum ſuis proprietatibus hepati. [h] Ex eis enim ſunt quæ ſtypticitatẽ afferunt temperatam cũ maturatione. [k] Et ex eis ſunt quæ exiccãt, et mundificãt virus malũ. [h] Et ex eis ſunt quæ rectificãt cõplõnẽ malã. [h] Et ex eis ſunt q̃ ſunt cõtrarię putrefactioni: [h] Et plures earũ ſunt ſpẽs aromaticæ: ſicut [h] cinnamomũ, & caſia ipſa.n. ambo ſunt contraria

T 1.c.10.& li.2.t. 1.c.16.& Gal.li.8. de phar.cõpo.c.7. 194.f
F T.1.c.11.
G Raſ.17.cõti.t.1. c.181.1.
H Gal.8.de phar. cõpo.ẽm loc.c.7. fol.194.e
I Idẽ phar. cõpo. ẽm loc.c.7.fol 194. e.g
K Gal.ibi.f

contraria putrefactioni, & rectificant cõplexionẽ, & expellunt cauſam corrumpentem: & mun- E dificant virus malũ, & expellunt ipſum, & reſiſtunt medicinis mortiferis, & veneno: licet ſit [a] cinnamomum fortius caſia: & iſtæ duæ medicinæ ſunt fortiores omnibus medicinis aromaticis alijs: [a] ſicut ſpica, & alijs in hoc capitulo: ſed [a] aldarſiſahan & crocus aggregant ad ſtypticitatem maturationẽ, & lenificationem, & rectificationem putrefactionis. [b] Verum paſſarum pondus quandoq; ponitur minus multum, propter dulcedinem ſuam: & vt ſit magis conueniens: & eſt ex medicinis amicis hepati proportionatis vel conformibus ei: & hæc amicitia eſt melior proprietatum medicinæ iuuatiuæ: & in ipſa eſt etiam maturatio, & æquatio humorũ, & non eſt velox ad corruptionem. [a] Et vinum eſt ex medicinis cõuenientibus, dum non eſt aliquid quod prohibeat ex eis, quorũ rememoratio præterijt: & in ipſo eſt contrarietas putrefactioni. [c] Et in melle quidẽ eſt illud quod ſcis. [c] Et bdellium eſt lenitiuum maturatiuũ, reſolutiuum. [c] Et ſimiliter gluten albotin: & in ipſo eſt apertio, & abſterſio. [c] Et illud in quo ponuntur opium, & ſemen hyuſquiami albi [c] eſt etiã vehementis iuuamenti, cum debilitas hepatis eſt aſſociata caliditati alicui. [c] Et propter hoc fit philonium cõiter iuuans habentes debilitatẽ hepatis ſm deſcriptionem ſuã. Et ex medicinis iuuatiuis in quibus non eſt calefactio vehemens eſt, [d] vt ſumantur [e] †{nardin}partes .iij. & abſinthij romani partes .ij. & terantur, & coniungantur cum melle: & ſumantur ex eo in potu. Et ex vaporationibus eſt, vt medicinæ aromaticæ notæ coniungantur, & decoquantur in vino odorifero ſtyptico: F & ſint iam miſtæ cum eis tortellæ, & ponatur in eo oleũ de neriden, & ſimilia, & ſumantur cũ lana, & fiat vaporatio: Et emplm dictum in antidotario: & in ipſo ſunt acreſta, & præputia vitiũ, & roſæ: & omnia quæ dicta ſunt in [f] caplo de debilitate ſtomachi ex emplaſtris, & vaporationibus. Et emplaſtra cõpoſita ex ciperis, & maſtice, & ſpica, & thure, & galia, & muſcho, & nucibus cupreſſi, & ſuperioribus ſquinanthi, & ſeminibus notis cõmiſtis cũ meiſuſen, & ſimilibus. Et emplm quod ſequitur ipſum: & emplm quod eſt ex aloe, & maſtice. Et quando eſt hepatis debilitas propter caliditatem, & eſt ex eis quæ fiunt parum, & quę non dñantur in ipſa, oportet vt præcipiatur eis comedere cydonia, & mala ſcemi, & pira ſcemi, & granata muza & acetoſa, ſi non fuerit oppilatio plurima: & aqua endiuiæ, & aqua ſolatri. Et pręcipiatur recipere ius †{alſichbegi}colatum à pinguedine ſua factum cum coriandro. Et ſi non fuerit caliditas vehemens, aromatizetur cum cinnamomo, & ſpica, & maſtice. Et conueniunt eis almoſuſat plena coriandro humido cum pauca menta. Et ſi non fuerit caliditas vehemens ponantur in eis ſpecies prædictæ. Et cum vides impreſſionem debilitatis in hepate peruenientem ad digeſtiuam, conforta cum eis in quibus eſt ſtypticitas cum menſura, & aromaticitas: & ſit in eis maturatio, ſicut ſunt medicinæ in quibus ponuntur ſpica, & folium, & nux muſcatha, & coriandrum, & maſtix, & calamus aromaticus, & ciperi, & ſimilia. Et ſi fuerit perueniens verſus retentiuam, adde in confortatione, & ſtypticitate: & minue de calefa- G ctione: Aut aggrega huiuſmodi medicinas cum medicinis oppoſitis ei cum infrigidatione, ſicut ſunt balauſtiæ, & ro. & hypoquiſtidos. Et ſi fuerit debilitas in attractiua, conforta cum eis in quibus eſt ſtypticitas minor valde, immo cum eis in quibus eſt de ſtypticitate menſura quæ conſeruet virtutem hepatis, ſed ſit in eis aromaticitas, & calefactio. Et ſtude in hoc, vt cures cum emplaſtris, & epithematibus, & vnctionibus: qm ipſa vehementius ſunt conuenientia in hoc loco. Et ſtude etiam in oppilationum apertione. Et ſi fuerit debilitas in expulſiua, conforta ipſam: & calefac renes: & calefac viſcera cũ eis quæ ſcis in capitulo ſuo: & aperi poros. [g] Et ſcias q; quandoq; fit omnis debilitas ex omni malitia complexionis, quare quandoq; eſt neceſſitas vt infrigidetur ita, vt digerat: & ita, vt attrahat: ergo conſidera malitiam complexionis dominantis, anteq; conſideres debilitatem. Verum plurimũ cuius cauſa cadit defectus in digeſtione, eſt ex frigore, & ſimiliter in attractiua. Et conuenientiores cibi ſunt illi, in quibus nõ eſt groſſitudo, & viſcoſitas, ſicut carnes leues, & frumentum non glutinoſum: & aqua hordei, calefactis ſecundum diſpoſitionem ſuam: & infrigidatis cum melle: Et vitelli ouorum ſorbilium, & quæ ſunt ſimilia illis. Et ex albagiat iuuantibus eos eſt †{rumaniati}cum paſſis, cum aromatizatur cũ cinnamomo & pipere. Et cibib pingues conferunt eis, ita quòd prohibent ſolutionem ventris ſimilem aquæ carnis.

A Gal. ibi. f
B. Fen 16. t. 2. c. 1. k Gal. ibi.
C Gal. ibi. g
D G. 8. de phar. cõpo. ſm loc. c. 8. d
E † nardi celticæ
F 3. t. 2. F. 13.
† Factũ ex brod. carnis.
G Fẽ. 11. t. 2. c. 1. & F. 13. t. 2. c. 14. & Gal. 2. aphor. 20. f
† Ferculũ ex granatis.

*De oppilationibus hepatis.* Cap. 4. H

OPpilationes hepatis accidunt in vacuitate carnoſa hepatis propter groſſitudinem ſanguinis qui nutrit ipſum, & propter debilitatem expulſiuæ: aut vehementiam attractiuæ. Et qñq; accidunt in venis quæ ſunt in ipſo: aut propter conſtrictionem earum propter creationem earum, aut propter accidens ex ſtypticatione, & ſimilibus, aut propter earum inuolutionem in creatione ſua, aut propter illud quod currit in eis. [h] Et plurimum quod eſt huius generis, eſt in ramis portæ: quoniam materia oppilationis peruenit ad eos prius: deinde colatur ab ipſis ad orificia venarum ramificatarum ex vena aſcendente, & iam dimiſit fæcem illic: Et propter hoc plurimum oppilationum non fit niſi in latere concauo. Et qñq; peruenit ad hoc vt faciat accidere oppilationes in gibboſo: Et quando multiplicatur & prolongatur tempus eius in hepate, peruenit ad putrefactiones facientes accidere febres, & apoſtemata perducentia ad hydropiſim: & ad generationem ventoſitatis facientis accidere dolores prauos. Et oppilationes quidem ſunt ex matribus ægritudinũ hepatis. [i] Et materia quæ generat oppilationẽ: aut eſt humor oppilans propter ſuam groſſitudinẽ: aut propter viſcoſitatẽ ſuã: aut propter multitudinẽ ſuam: aut repletionẽ factã ex eo: aut eſt apoſtema: aut ventoſitas: aut qualitas ſtyptica. Quod autem dicitur de ortu carnis, aut pororum, aut permanentia

H G. 5. loc. af. c. 7. g, & lib. 8. de phar. cõpoſi. ſm loc. c. 7. fol. 193. h, & 194. a.
I F. 1. t. 2. c. 5. & li. 1. F. 4. c. 24. & li. 4. F. 1. t. 1. c. 33. & li. 1. F. 2. d. 2. ſũ. 2. c. 6. & lib. 3. F. 2. c. 13. & G. 9. meth. medi. c. 1. h & lib. 11. c. 8. f



A nientia alicuius rei abſq; humore groſſo, eſt longinquum, & parum, & rarum valde. Et illud ideo quoniam orificia venarum ſunt neruoſa, ſuper quorum ſimilia nihil oritur: & ſunt plura. tunc ſi oritur, non communicat omnibus ſecundum comparationem vnam. Sed efficiens oppilationem eſt debilitas digeſtionis & ſeparationis: & debilitas expulſionis propter malitiam complexionis calidæ, & frigidæ: aut alia generata in ipſo, aut venientia ad ipſum, ſicut comeſta [a] groſſa ex carnibus: & ex auibus proprie: & ex appetitibus corruptis, ſicut [b] carbonibus & gypſo, & †{alaſnan,}& fungis, & quibuſdam generibus pirorũ: & ſicut zarur, & quæ ſunt illis ſimilia. Et radix in eis eſt groſſities. Quandoq; enim ſunt frigida ſubtilia, tenuia, & non faciunt accidere oppilationem. Et quandoq; ſunt calida groſſa, & proter groſſitudinem ſuam faciunt incurrere oppilationes. Et iam [c] diximus in eis, quæ præterierunt, q̃ res quandoq; ſunt groſſæ per comparationem ad hepar, non groſſæ per comparationem ad ea, quæ ſunt poſt ipſum, cum digeruntur in hepate, ſicut [c] triticum glutinoſum: Et [d] multoties confortatur natura ad expellendum materias oppilationum: aut adiuuat ipſam curatio. & egrediuntur aut in egeſtione, ſi fuerit oppilatio in latere concauo, aut in vrina, ſi fuerit oppilatio in latere gibboſo: & apparent humores diuerſi groſſi.

A Raſ. 17. con. t. 1. c. 178. 2.
B Raſ. ibi. 178. 1.
† alkali herba ex qua fit puluis abſterſiuus.
C T. 1. c. 19.
D T. 4. c. 1. & Fẽ. 15. t. 1. c. 5. & F. 16. t. 1. c. 1. & G. 6. loc. af. c. 1. b, & li. 5. c. 7. fo. 35. e

*De ſignis.* Cap. 5.

SVmma ſignorum oppilationis eſt, vt non [e] attrahat hepar chylum: qm non inuenit meatum: B aut qm virtuti attractiuæ proculdubio aſſociatur nocumentum. Et comitantur illam duæ res: vna earum eſt ex eo, quod expellitur, & altera ex eo, quod retinetur. Et illa, quæ eſt ex eo: quod expellitur eſt, vt ſit [e] egeſtio ſubtilis, chyloſa plurima. Subtilis quidem qm aquoſitas & res, quæ colatur vel colatura non inuenit viam ad hepar. Sed chyloſa, qm hepatis operatio nõ præualet in ipſo ita, vt conuertat ipſum à ſua chyloſitate ad ſanguinem. Multa vero, qm illi cuius proprietas eſt vt in egeſtione expellatur fęx, iam additum eſt illud, cuius proprietas eſt vt penetret ad hepar: & conuertatur plurimum eius in ſan. & ſeparetur plurimũ eius factum aquoſitas, & ſeparetur pars eius facta cholera: & pars eius facta melancholia. Et hoc totum additur ad illud cuius proprietas eſt, vt egrediatur factum egeſtio, quare multiplicatur eius nocumentum. Illud autem, quod ſequitur ex eo, quod retinetur in ipſo, eſt [f] grauitas ſenſibilis in partibus hepatis: & illud ideo, qm illud, quod expulſum eſt ad hepar, cum in ipſo comprehenditur raro expellitur ab eo ad aliud, & etiam ad egeſtionem. ſecundo aut ſi non expellitur ad aliud oĩno tunc multiplicatur & repletur ex eo id in quo fit penetratio verſus rem oppilantem prohibentem à penetratione & grauatur, & quomodo: cum non expellitur. [g] Et grauitas eſt in apoſtemate etiam: ſed cum eſt illic apoſtema eſt grauitas in parte apoſtematis ſolum & [e] non eſt vehemens valde. [e] Verum dolor eſt vehementior eo, qui eſt in oppilatione pura cum qua non eſt cauſa alia faciens dolorem plurimum. Quod ſi eſt: eſt res parua, C & non eſt febris. Et apoſtema quidem ſignificationes apoſtematis ſignificant: & quæ egrediuntur ex parte vrinæ, & egeſtionis, & aliarum, quæ ſunt de illis, quæ dicuntur in [h] capitulo apoſtematis. Et oppilationem quidem habens eſt pauci ſanguinis & corrupti coloris. Et [i] cum illic eſt ventoſitas ſignificat ipſam cum grauitate extenſio mutabilis. Illam autem, quę eſt ſecundum ſemitam conſtrictionis, ſignificat anteceſſio cauſarum ſtypticitatem facientium, ſicut potus aquarum conſtipãtium valde, & ſignificat ipſam ſiccitas manifeſta in corpore. Et [k] quandoq; ſequitur oppilationem difficultas in anhelitu etiam, propter communitatem membrorum anhelitus cum hepate.

E Raſ. 17. cont. t. 1. c. 178. 1.
F G. 7. aph. 52. & 5. loc. af. c. 7. fo. 33. b. c
G Gal. 7. apho. 52.
H t. 1. 3.
I G. 5. loc. af. c. 7. fo. 32.
K Gal. 2. loc. af. c. 7. hh

*De cura oppilationum hepatis.* Cap. 6.

MEdicinæ quæ neceſſariæ ſunt in curatione oppilationis accidentis in hepate ab humoribus, ſunt medicinæ abſterſiuę, & illæ in quibus eſt ſolutio ventris temperata, & prouocatio vrinę ſm neceſſitatem. [l] Cumq; oppilatio eſt in latere concauo, adminiſtra ea, quę ventrem ſoluant. Et ſi oppilatio eſt in latere gibboſo, adminiſtra ea, quæ ſunt diuretica: & melius quidem eſt vt tu pręmittas eis illa, quę incidunt, & aperiunt, & abſtergunt. Et [m] qñ antiquatur oppilatio, indiget phlebotomia baſilicę, & ſolutiuo. Hora autem ſumendi in potu, & quod oportet conſiderari poſt potum, ſicut aquam de radicibus & ſimilia, iam dicta eſt in canone vniuerſali. Et iſtę medicinæ abſterſiuæ qñq; ſumuntur in potu in aqua radicũ endiuiæ, & aqua eius aut in eo ſicut eſt lac [n] camelarum ara- D bicarum, nutritarũ ſicut ex fœniculo & endiuia & ſceha & chamæmilla & [o] †{alhachuan,}& ſquinanthi, & cuſcute & fumiterrę, aut in vino, aut decoctione ſeminum, aut decoctione abſinthij. Et ſi non videtur in vrina ſedimen manifeſtũ, & ſignum decoctionis, non oportet vt in potu dentur fortia. Cumq; cauſa eſt apoſtema, aut ventoſitas, oportet vt curetur cauſa cum eis, quæ dicemus in ſuo capitulo. Et confert in huiuſmodi ſumere in potu lac camelarũ, & ſuccedere ei cum ſolutione ventris facta cum aquis olerum, & caſiafiſtula, & ſimilibus, & diureticis ſubtilibus in quibus non ſint ebullitio, & caliditas cum eis, quæ dicentur in ſuo capitulo. Et cũ cauſa eſt conſtrictio in creatione, aut corruptio ſitus in venis, adhibe regimen eius, qui habet paruum hepar: & ſi accidit propter ſtypticitatem & ſiccitatem, regatur cum lenitiuis, maturatiuis ex lacte, & alijs de illis, quę dicentur in capitulo ſuo de humectatione hepatis. Et medicinarum quidem aperitiuarum alię ſunt frigidę: & alię ſunt proximæ ęqualitati: & aliæ ſunt calidæ, quę ſunt neceſſarię in chronicis. Frigidę vero ſunt ſicut endiuia hortulana, & campeſtris, & taraxacon, & aqua plãtaginis cum folijs & radicibus ſuis, & omnia, quę prouocant cum infrigidatione: & cuſcute eſt aperitiuum bonum. Et non eſt vehemens ſeu exuberans in calore, & ſimiliter reubarb. & ſimiliter abſinthiũ etiam: nã licet ſit in eo caliditas quędam, nõ eſt tñ malũ vti ipſo in opilatione aſſociata caliditati & frigiditati ſimul, & [p] oportet vt

L T. 1. c. 18. & t. 3. c. 2.
M Raſ. 17. cont. t. 1. c. 181. 3. & 186. 2. & 3. lib. 3 c. 46. 160
N Raſ. 17. cont. t. 1. c. 184. 2. & Serap. 14. c. 5.
O † matricaria,
P Raſ. 17. con. t. 1. c. 184. 4.

tet vt dormiat ſuper ipſum aut ſupra decoctionem eius & proprie in aqua cuſcute & in aqua endiuiæ & radicis eius, & eupatorij, & amygdalarum amararum. Ipſa.n.oĩa proxima ſunt. Et proximi iſtis ſunt ſuccus fęniculi humidi, & ſuccus apij cum ſyrupo acetoſo forti cum ſeminibus. Et ſi neceſſaria eſt maior caliditas, cum melle, & aqua eius, & ſyrupo acetoſo mellino. Aequalitati autẽ vicinæ ſunt ſicut lupini. Ipſi nanqꝫ ſunt medicina melior qua petitur apertio hepatis abſqꝫ calefactione aut infrigidatione. Et [a] camepityos eſt eis proxima, ſed eſt calidior eis parumper. Et ſi potetur ex ea cum aqua endiuiæ, temperat. Et acetum ſquilliticum, & oxymel ſquilliticum, & aſparagi, & radix lilij eſt huiuſmodi generis, & lacca etiam: & iſta quidem potantur ſm neceſſitatẽ, aut ſicut cum aqua endiuiæ, aut aqua cuſcute ſi fuerit complexio habens caliditatem: aut cum vino, & aqua ſeminum, & aqua lupinorum, & decoctione abſinthij, & ſimilibus, & ſyrupis acetoſis cum ſimilibus ſm ordines ſuos, & aceto de allio, & aceto de aniudẽ, & aceto de capparibus, & aceto cepę alzir. Illæ autem, quæ ſunt ad caliditatem decliues, ſunt diuretica fortia, ſicut aſſarum: & caſia, & [b] † {ſetraſalium,} & ariſtol.ro. & rubea, & ireos, & fiſtici, & agaricum, & epithymum, & ſquilla, & polium, & [a] centaurea, minor, & ſuccus eius, & gentiana, & ſyrupus acetoſus de melle, & ſquilliticus, qui fit cum rubea & ſimilibus: & ficus infuſæ in oleo amygdalino. Et ex medicinis compoſitis fortibus ſunt trochiſci plures, quorum deſcriptiones dictæ ſunt in antidotario, ſicut [c] troc. de lacca, & de [c] abſinthio. & troc. de ſcolopendria, & [d] dialacca, & [d] diacurcuma, & hõruſia, & [d] athanaſia, & theriaca de.iiij. & ſagenea, & araſton, & confectio de gentiana, & confectio de reubarbaro cum ſcammonea, & ſine ſcammonea, & confectio ſacaruſten, & confectio de aniuden nigro, & confectio diapipereon, & diacalamenthum proprie, & philonium, & diamuſchatum amarum, & confectio quam dicam in antidotario facta ex muſcho. Et ſuffuf, & pillulæ quas dicam in loco ſuo, illic in duritie hepatis & ſplenis. Confectio fortis in apertione oppilationum hepatis, & ſplenis. Recip. ammoniaci. ℥.i. maſticis, thuris amborum ana carmet.v. coſti, eupatorij amborum ana carmet.iiij. piperis, & longi piperis amborum ana carmet.vi. folij carmet.viij. ſpicæ aromaticę, & ſtercoris leporis amborum ana carmet. vij. conficiantur cũ melle diſpumato, & ſit doſis eius cochlearium.i. cum vino, in quo infuſæ ſunt aliquæ medicinæ facientes deoppilationem, aut cum aqua de radicibus. Et [e] ex eis, quæ ſunt faciliora illa eſt, vt ſumantur ſpicæ romanæ partes. iij. & abſinthij pars.i. & terantur & conficiantur cum melle, & dentur. Et [e] iterum agaricum cum ſucco eupatorij iuuatiuum eſt valde. Et ex illis eſt vt in potu detur radix rubeæ cum ſyrupo acetoſo. Decoctio conferens ad oppilationes hepatis, & ſplenis. Recip. ſquillæ, & capilli veneris, amygdalarum amararum, fœnugræci, extremitatis abſinthij partes æquales, decoquantur: & ſumatur decoctio eorum cum melle. Confectio valens ad oppilationem hepatis propinqui tẽporis. Recip. piperis. ℥.i. & 5. ſpicæ aromaticæ carmet.iij. aut.vi. ſm diuerſitatem ſcripturarum: fœnugræci, coſti, aſſari ana carmet.vi. mellis lib.i. & .5. conficiatur cum eo, & ſit doſis eius cochlearium.i. cum aliquibus ſyrupis conuenientibus ad hanc rem: & ex ſyrupis eſt [f] ſyrupus acetoſus de zuccaro cum ſeminibus: & fortior illo eſt mellinus cum ſeminibus, & ſquilliticus, & aqua mellis in qua fortiter decoctæ ſunt ſpecies aromaticæ in quibus eſt ſtypticitas. Et [g] decoctio lupinorum amarorũ, in qua ponitur ſuccus eupatorij. Et decoctio in qua ponuntur [g] radices capparis, & radices [g] apij, & radices [g] fœniculi, & [g] ſquinanthum, & [g] lacca, & [g] rubea, & fœnugæcum. Et decoctio eupatorij, & ſyrupus de abſinthio, & infuſio eius, & infuſio facta ex aloe, & [g] aniſo, & [h] amygdalis amaris. Solutiua autẽ conuenientia ad hoc capitulum, vbi oportet vt ſolutio ventris fiat, non oportet vt adminiſtrentur ex eis fortia, niſi cum vehemẽs eſt neceſſitas: immo oportet vt ſint leuia, qm̃ materia eſt in eo, quod proximum eſt medicinæ: & qm̃ membro ſi virtuoſum eſt, ſufficit quodlibet adiutorium ad expellendum. Et medicinæ bonæ ad hanc rem ſunt [g] hiera picra, & [g] polypodium, & [g] agaricum, & [g] abſinthium detur in potu hiera picra forti vſque ad auř.i. & .5. & debili vſque ad aure. Et eſt cum oleo de kerua conuenientior, & fortior, & melior: Et [i] ſuffuf de turbit cũ polio dictus in antidotario iuuatiuus eſt eis valde. Ipſe.n. aperit, & ſoluit ventrem ſimul. Et cũ neceſſaria ſunt ſolutiua fortia, non eſt excuſatio quin dent ea, quæ ſunt ſicut pilulæ [k] ſtomachicæ: & pilulæ de [l] ſerapino. Et qñqꝫ ſunt neceſſaria ea, quæ ſunt ſicut mithridatum & logodion. Emplaſtra vero, ſicut emplaſtrum factum ex polio, & farina lupinorum, & ſeminibus diureticis. Et ſicut emplaſtrum factum ex aſſa fœtida, & fœnugræco, & ammoniaco, & abſinthio, & chamædryos, et maſtice, & croco cũ oleo de nereiden, et cera. Eius autem regimen cum cibo eſt: quoniam oportet vt alienet omne groſſum ex carnibus, et [m] pane azymo, et pane facto ex ſimila viſcoſa, glutinoſa: et [n] vinum groſſum et dulce, et [m] rizi, et milium, et [m] pedes, et capita, et frixa ſiccata et ſauich ſiccum, immo ea quæ ſunt ſicut elixata ſunt conuenientiora ei, et dactyli: et [m] dulcia: et omnia proprie in quibus ſunt viſcoſitas, et groſſitudo, ſicut [o] † {alchabiſſe et [m] alſaludegi et alchathahiſ.} Et deuitet omnia, quæ diximus eſſe de illis, quæ generant oppilationem: Et oportet vt non ſuccedat cibo eius balneum, et attrahat ipſum natura loco eius, quod ab ipſa reſoluitur: et ipſe non eſt digeſtus. Et ſimiliter oportet, vt non vtatur ſuper ipſum motu, neqꝫ exercitio: et neqꝫ bibat ſuper ipſum plurimum. Et elonget inter comeſtionẽ et potũ, et ꝓprie potũ vini. Ipſum.n. intromittit cibũ nõ digeſtũ ad hepar. Et [p] oportet vt ſit maſſa panis eius plurimi fermẽti, et [p] ſalẽ habeat, et [p] ſit panis bene coctus. Et ordeũ, et alcandros, et cicer, et triticũ leuis põderis, et [q] fabæ oẽs bonę ſunt ei. Et nõ eſt malũ tribuere vinũ antiquũ [r] ſubtile, purũ. Et oportet vt admiſceant̃ i cibis ſuis porri, et ſilia. Et [s] aſparagi iuuatiui ſũt ei, et cappare.

De in-

Marginalia: E; A Raſ.17.cont.t.i. c.2.182.4.; B † apium montanum,; C Ser.t.4.c.5.; F D Raſ.ibi.186.2.; E Gal.8. de medi. cõpõne ſm loc.c.8. d, & Raſ.186.2.; G; F Li.5.sũ.1.t. 6.c.1.; G Raſ.17. cont.t.1. c.2.186.2.; H Raſ.183.1.; I Li.5.sũ.1.t.4.c.10; k Li.5.sũ.1.t.9.c.20.; L Li.5.sũ.1.t.9 c.31.; H; M Raſ.li. diui.c.63.; N T.1.c.19.; O † cibaria ex farina amyli & zuccaro & oleo amygdalino.; P G.5. de ſan. tue. c.7.f; Q Li.2.t.2.c.240.; R T.1.c.21.; S Raſ.183.1.



*De inflatione, & ventoſitate in hepate.* Cap. 7.

A Quandoqꝫ aggregant̃ in partibus hepatis, & ſub partibus panniculorũ eius vapores. Cũ ergo retinentur, & inſpiſſantur, & cõuertuntur in vẽtoſitates inflatiuas, & nõ inueniunt meatum, aut propter ſuã multitudinẽ, aut propter oppilationẽ in hepate, tũc illud eſt inflatio in hepate. Et [a] qñqꝫ ſentitur cũ ea extẽſio plurima, & nõ eſt in ipſa grauitas plurima, ſicut eſt in apoſtemate, & oppilatione, neqꝫ febris ſicut eſt in apoſtemate. Et accidit aut propter debilitatẽ virtutis digeſtiuæ, aut qm̃ materiæ cibalis, aut humoroſæ proprietas eſt, vt cõmoueat ventoſitatem. Et qñqꝫ eſt hęc ventoſitas retenta ſub hepate, ſicut retinetur ſub ſplene: & [b] mouet eam cõpreſſio & facit accidere rugitũ, & illud, quod plurimũ ſignificat ſupra ventoſitatẽ eſt tenſio incipiens: deinde additur: & in [c] ipſa eſt permutatio quædã, & nõ [d] ſequitur eã alteratio diſpõnis in forma, & colore egrediẽtis à conſueta. Et [e] qñqꝫ ſedat cõpreſſio inflationẽ: & reſoluit eã, & ſpargit vel ſeparat materiã eius.

*De cura ventoſitatis, & inflationis in hepate.* Cap. 8.

Approximat cura eius curæ oppilationum: & eſt cum medicinis ſubtiliatiuis, reſolutiuis, prædictis in ipſa: & confectionibus prædictis. & [f] conferunt ei balneum in ieiunio: & vinum purum in ieiunio, & paucitas potus aquæ frigidæ, & [f] vaporationes cum panno calefacto: & cũ medicinis reſolutiuis: Et emplaſtra facta cum maſtice & ſquinantho: & ſpica, & granis de ben. Et emplaſtra facta ex eis, quæ ſunt ſicut oleum de nereiden, & maſtix cum ſeminibus. Et ſi vaporatio mouerit, tunc oportebit vt confideres latus communicationis: nam ſi extenditur dolor ad partes inteſtinorum, tunc ſolue ventrem prius, deinde reſolue ventoſitatem. Et ſi extenditur ad diaphragma, & oſſa pectoris, & ad dorſum, adminiſtra diuretica etiam: deinde reſoluentia ventoſitatem. B

*De dolore hepatis.* Cap. 9.

Hepati qñqꝫ accidit [g] dolor, aut ex malitia complexionis diuerſæ in parte panniculi ſui, aut ex ventoſitate extenſiua: aut ex oppilationibus: aut ex apoſtematibus calidis: aut duris. Et frigida phlegmatica raro faciunt accidere dolorem. Et qñqꝫ fit propter motum humorum in criſibus. Et cognoſcitur pars eius ex ſignificationibus notis in prognoſticis. Et [h] qñqꝫ fit ex debilitate: & non tolerat illud, quod venit ad ipſum ex cibo, & læditur eo: propterea, quia abhorret ipſum. Et quãdoqꝫ contingit in motibus materierum creticis, vt accidant grauitas, & dolor in partibus hepatis. Et dolor vehemens valde, non fit niſi ex apoſtemate calido vehementer aut ex ventoſitate. quapropter cum non eſt febris, & dolor vehemens: tunc cauſa eius eſt ventoſitas. Et propter hoc cum febris ſuperuenit ei, ſoluit ipſum: quemadmodum dixit [i] Hip. & Hippo. quidem dixit in libro, qui dicitur ei pertinere, quem dicunt quidam inuentum fuiſſe in eius ſepulchro: ꝙ [k] qñ accidit dolor hepatis cum pruritu vehementi [l] † {chamadua,} & poſteriore parte capitis, & pollice pedis: & apparet in C [m] † {alchafa} bothor ſimilis fabæ, moritur æger in quinto ante ortum ſolis. Et [k] illi cui accidit hoc, accidit difficultas vrinæ vehemens cum diſtillatione propter nocumentum in lacerto. Dico ergo cauſa eius eſt, qm̃ aquoſitas maligna cum non expellitur in vrina, penetrat aliquo modorum penetrationis in extremitates: & facit accidere amaritudo & bauracitas ipſius pruritum vehementem.

*De ſignis.* Cap. 10.

Iam ſciuiſti ſignum cuiuſqꝫ rei, ex eis, quæ dicta ſunt in capitulo ſuo.

*De cura.* Cap. 11.

Iam etiam diximus oẽm rem in caplõ ſuo. Verum hoĩes iam dixerunt ad dolores hepatis medicinas, dicentes ipſum iuuari ex eis abſolute. Et plurimũ iuuamenti eorum eſt in ſpecie debilitatis eius. Et nos quidem referemus quaſdam earũ: & eas in quibus eſt fiducia, ſm ꝙ diximus eas. Dixerunt magis iuuatiuæ ex illis ſunt troc. [n] de reubarbaro cum deſcriptionibus diuerſis, & cõfectio de reubarbaro, & [o] diacurcuma, & confectio de ruta ſolutiua, & confectio cordumeni, & [p] confectio Cęſaris, & [q] Athanaſia minor, & maior, & tamri, & chuſi, & confectio [r] Aſclepiadis, & troc. de decem rebus, & cõfectio [s] Gal. proportionata Chuiachaſ medico. Dixerunt & ex eis, quæ conferunt ei ſunt.ij. ℥. ſucci foliorũ pini recentium cum ſyrupo acetoſo: Aut decoctio eorum cum reubarbari pondere. ℥.5. & croci tertię. ʒ.i. cũ aliquãtulo ſeminis apij, & fœniculi. Et etiã ſumantur roſarũ. ʒ.iiij. D & ſpicæ, & maſticis, amborũ ana. ʒ.iij. ſucci eupatorij, & ſucci abſinthij, & laccę, & reubarbari, croci, florum ſquinanthi, rubeæ tinctorum, aſſari, ſeminum trium xyloaloes crudi oĩum ana. ʒ.i. xylobal. ʒ.5. Et cũ eſt illic dolor cum ſolutione ventris narrauerunt hoc medicamen. Recip. fęcum vini decocti, laccæ, ſpicæ, reubarbari omniũ ana auř.i. ſcoriæ ferri pondus. ʒ.vij. bibatur ſuper.ij. ℥. aquæ coriandri, Et oportet vt in oĩbus illis deuitet cibos groſſos, & carnes: & ſit contentus leuibus, ſubtilibus ex auibus, & alijs ſicut ſciuiſti: Et proprie cum eſt illic caliditas. Et ex emplaſtris: emplaſtrum de cordumeni: & emplaſtrũ de euphorbio: & emplaſtrũ de meliloto: & emplaſtra proportionalia.

TRACTATVS III. *De apoſtematibus hepatis, & ſolutione continuitatis eius.*

*Sermo vniuerſalis de apoſtematibus hepatis, & quæ ſequuntur ipſum.* Cap. 1.

Apoſtematum in partibus hepatis accidentium, quędam ſunt, quæ accidũt in ipſo hepate, & alia ſunt, quæ accidunt in lacertis poſitis ſuper ipſum, & alia ſunt, quæ accidunt in meſaraicis. Et eorũ, quæ fiunt in ipſo hepate, [t] alia ſunt, quę accidunt in partibus eius ſuperioribus, & ad latus eius gibboſum. & alia ſunt, quę accidunt in partibus eius inferioribus: & ad latus concauum: & alia ſunt, quæ accidũt in velaminibus eius, & panniculo eius, & in venis ipſius: & hæc diuiſio eſt ſm minus, Et qñqꝫ cõmunicat apoſtema

ſpeciebus

Marginalia: A Cap.5. & G.5.lo. af.c.7.lo.33.c; B Raſ.17.conti.t. 1.c.1.178.4; C Cap.5.; D T.5.c.2.; E Ra.lib.diui.c.63.; F Raſ.li. diui.c.63.; G Gal.7.aph.52.; H Cap.2.; I Li.7.apho.52.; K Raſ.17.cont.t.1. c.178.1.; L † ſuperiore parte colli; M † occipitio; N Li.5.sũ.1.t.8.c.30; O Li.5.sũ.1.t.1.c.63.; P Li.5.sũ.1.t.1.c.29.; Q Ibidẽ.t.1. c. 64.; R G.8.de med.cõpoſ.ſm loc.c.8.g; S Lib.5.sũ.1.t.1.; T G.5.lo.af.c.7.c

ſpeciebus partiũ eius. Amplius apoſtema ipſum nõ euacuat, quin ſit phlegmonides, dubellati, aut E non dubellati, aut cholericũ aut phlegmaticũ, aut durum cancroſum, aut nõ cãcroſum, aut inflatiuũ vẽtoſum. Et cauſæ illius ſunt cõplexio calida cum febribus deſtruẽtibus, aut ſine febribus: Aut complexio frigida prohibens digeſtionem, & expulſionem: Aut debilitas in ſtomacho: Aut oppilatio congregans humores: deinde facit eos penetrare in partes hepatis penetratione non naturali. Et [a] paruitas. ſ. hepatis etiam & ſimilia, ſunt ex cauſis huius oppilationis. Et cum eſt oppilatio ad latus fellis, facit ſanguinẽ feruentem: & imbibitur in partibus hepatis imbibitione non naturali, propter multitudinẽ choleræ: & ad ſummum maxima choleræ multitudo eſt ex cauſis apoſtematis calidi hepatis. Et qñq; eſt ex nocumentis cum cõitate ſtomachi, & corrũpit digeſtionem. Et cibi quidem calefacientes, & groſſi, & illi, qui non digeruntur, valde adiuuãtes ſunt ad faciendum accidere apoſtemata in hepate. Et ſimiliter cum hepar eſt vehementis attractionis, & attrahit vltra, quàm oporteat: & ſequitur ipſam ex eo cuius eſt expelli res magna, & præparatur apoſtema. Et quãdoq; accidit propter percuſſionem, aut torſionem. Et [b] omne apoſtema in hepate creticum, ſi eſt ex latere gibboſo eſt eius criſis cum ſudore, aut prouocatione, aut fluxu ſang. Et [c] ſi eſt in latere concauo, facit criſim cum ſudore, aut vomitu, aut ſolutione ventris. Et [d] apoſtema quidem, quod eſt in gibboſitate, deterius eſt apoſtemate, quod eſt apud concauitatẽ. Et omne apoſtema accidens in hepate calidum, vel frigidum per hoc, ꝙ oppilat non relinquit corpori niſi ſang. aquoſum: & cum hoc debilitatur hepar in ſeparando aquoſitatem. F Et cum hoc retinetur plurimum aquoſitatis in meſaraicis, & iſtæ ſunt cauſæ hydropiſis carnoſæ, & aſclitis. Et [e] quando permutatur apoſtema calidum ex hepate ad ſplenem, eſt bonum. Et quando permutatur ex ſplene ad hepar, eſt malum.

A Raſ. 17. con. t. 1. c. 1. 178. 4.
B Cap. 4. & t. 1. c. 13. & li. 4. F. 2. t. 1. c. 3. & Ga. 3. de criſi. c. 3 e. 1
C G. 3. de criſi. c. 3. f
D Raſ. ibi. 178. 1.
E Fẽ. 15. t. 2. c. 4. & Gal. com. 2. in. 6. de mor. vulg. 27. c. & Raſ. 178. 1.

*De ſignis vniuerſalibus apoſtematum hepatis communium.* *Cap.* 2.

SIgna quidem cõia ſunt, ꝙ inuenit æger [f] grauedinem ſub hypochondrijs inſeparabilem, & inuenit illic dolorem vehementem qñq;, non ſicut in oppilationibus. Ipſæ. n. euacuãtur à dolore forti. Et alteratur [g] cũ eo forma, non ſicut in inflatione, in qua nõ alteratur. Et [f] eſt cum eo attractio furculæ ad inferiora in pluribus horis, non ſemper. Et non fit hæc quidẽ attractio niſi propter tenſionem venæ concauæ & ſuſpenſoriorum. Et non accidit in apoſtematibus hepatis calidis, & alijs pulſatio, q̃m arteriæ diſpertitæ ſunt in panniculo eius. Et non penetrant in ipſum niſi ſm quantitatem non ſenſibilem. Et qñq; cõicant coſtæ dorſi doloribus hepatis, & apoſtematibus eius ſuperioribus, aſcendentibus, quãuis non ſint ſemper cõicantes. Et hñtes quidem apoſtemata hepatis proprie calida, & magna, non poſſunt dormire ſuper latus dextrũ. Et grauat eos dormire etiã ſuper latus ſiniſtrũ, propter tenſionẽ apoſtematis ad inferiora: immo plurima inclinatio eorũ eſt ad dormiẽdum reſupine. Et [h] ſi apoſtema eſt in latere gibboſo, inueniẽ grauitas illic, & ſentiẽ tenſio apud ſuſpẽſoria, & cadit tactus illic ſup apoſtema manifeſtius, & proprie in macro. Et [h] accidit tuſſis ſicca, G & conſtrictio anhelitus, & proprie qñ anhelat cum fortitudine propter cõitatem diaphragmatis, & pulmonis ad ipſum in nocumento. Et minoraẽ vrina: & qñq; retinetur oĩno, cum apoſtema eſt magnum, propter illud, quod accidit de oppilatione in latere gibboſo: & de debilitate expulſiuæ. Et grauitas in ipſo maior eſt ea, quæ eſt in facto apud concauitatem: α q̃m latus concauum ſuſtentatur ſuper ſtomachũ: Et eſt grauitas in ipſo plus, & attractio furculæ ad inferiora à dextro minus: & proprie in illo cuius hepar creatum eſt non vehemẽter adhærens, & obuians coſtis. [i] Verũ attractio furculæ ad inferiora, & cõitas furculæ in dolore ad hepar, ſunt in continuatione hepatis cum coſtis manifeſtiores, & maiores: Et ſingultus minoraẽ in gibboſo, & multiplicaẽ in cõcauo propter elongationẽ gibboſitatis ab ore ſtomachi. Cum aũt apoſtema eſt in concauitate, & latere inferiore, eſt α grauitas minor propter ſuã ſuſtentationẽ ſuper ſtomachum: Et non ſunt tuſſis, & conſtrictio anhelitus de quibus ſit curandum: & non cadit ſub tactu caſus de quo ſit curandum. Verum dolor eſt vehemens propter compreſſionem factam illic: & proprie cum attrahitur mirach. Et cum apoſtemata hepatis ſunt magna, declinat natura à dormitione ſuper latus ad reſupinationem. Quod ſi ſuperfluat, læditur à reſupinatione etiã. Et apoſtema lateris concaui aſſociaẽ apoſtemati meſaraicarũ plurimũ. Et [h] prorſus cũ apoſtema eſt ad latus concauum, ſtomachus eſt vehementioris cõitatis: & apparẽt ſingultus, & nauſea, & ſitis ſi apoſtema eſt calidum. Et [k] exiſtimauerunt quidam, ꝙ cõitas inter vtraq; eſt propter neruũ ſubtilem cõtinuantem inter hepar, & inter os ſtomachi: H quapropter nõ accidit ſingultus, niſi cũ eſt apoſtema magnũ cõprimens os ſtomachi, Et videẽ [l] Gal. ꝙ cauſa in illo eſt illud, quod effundiẽ ad ſtomachũ in ore ſuo ex apoſtemate calido: & ex humore acuto. Et ad ſummũ ſingultus apud oẽs non apparet, niſi dum apoſtema eſt magnũ: q̃m ſpatium longinquum eſt inter hepar & os ſtomachi. & ſi eſt illic neruus in quo ipſa duo cõicant, & continuat inter ea, eſt ſubtilis valde. Et ad ſummũ dum non eſt apoſtema magnum, nõ fit inter ſtomachũ, & hepar cõitas ſm plurimũ. Et [m] illud de apoſtematibus hepatis, quod factum eſt circa pãniculos, & venas, eſt vehementioris doloris, & prauioris fe. ſi eſt calidum. Si autem apoſtema eſt in vtriſq; lateribus ſimul, apparent ſigna, quæ ſunt vtrorumq; laterũ ſimul. Et [n] qñq; cõicat latus lateri vſq; ad terminum nõ plurimum. Et qñq; perducunt oẽs [o] ſpecies apoſtematũ hepatis calidorum, & frigidorum ad hydropiſim. Et [p] ſcias, quod cum apoſtemati hepatis aſſociatur ventris ſolutio, eſt mortale.

F Ga. 5. loc. af. c. 7. d
G Cap. 9.
H G. 5. loc. af. c. 7. e
Infra α
I Gal. ibidem. e
Supra α
K G. 5. apho. 58. b. c. & 7. apho. 17.
L com. 7. apho. 17.
M Raſ. 17. con. t. 1. c. 1. 177. 4. & Ser. t. 4. c. 2. & G. 6. aph. 5. h
N G. 5. loc. af. c. 7. f
O Cap. 9.
P Gal. com. 2. in. 2. porrhet. Hip. 58. e

*De differentia inter apoſtemata hepatis & apoſtema lacertorũ poſitorũ ſuper ipſum in mirach.* *Cap.* 3.

COgnoſcitur differentia inter vtrũq; ex parte ſitus & ex parte figuræ: & ex parte accidentium: ſed ex parte ſitus, q̃m apoſtema lacerti apparet ſemper: & [q] apoſtema hepatis qñq; non apparet,

Q G. 5. loc. af. c. 7. d



A paret, & proprie in concauitate, & in pingui, niſi ſit res magna, aut grauis. Et lacerti quidẽ ſitus, aut eſt in latitudine, aut eſt in lõgitudine, aut tranſuerſe capiens vnũ lacertorum. Et iam quidẽ ſignificauimus ipſum in anatomia. In figura vero, q̃m figura eius, quod apparet de apoſtemate hepatis eſt [a] lunaris ſm ſitum hepatis, quæ ſentitur cum ſeparatione abſciſionis eius cõis. Lacertoſum autẽ eſt ſimile ſtylo, cuius vna extremitatũ eſt groſſa, & altera eſt ſubtilis, et eſt quaſi cauda muris, et propter illud non ſentitur cum ſeparatione abſciſſionis eius cõis: immo vides ipſum ſubtiliari in longitudine ſua paulatim: immo non forſitan contingit vt cõpræhendatur ex eo, niſi aliquid parum in profundo longũ cum eſt in lacerto profundo tranſuerſo. Et eſt ſimilius apoſtematibus hepatis. Ex parte autẽ accidentium propriorum, & communium, q̃m ex accidentibus proprijs & cõibus, quæ accidunt apoſtematibus, q̃ ſunt in hepate, nõ ex aliquid in apoſtematibus lacertorũ de quo ſit curandum. Et cũ vides almirach declinare ad macilentiã, & ſiccitatẽ, tunc exiſtima, ꝙ apã eſt hepaticum.

A Li. 1. F. 2. do. 3. c. 1 & Halya. 9. the. c. 8. & c. 1. & Raſ. 17. conti. t. 1. c. 1. 177. 3.

*De apoſtemate calido.* *Cap.* 4.

CAuſæ eius ſunt ex ſumma cauſarũ apoſtematis, in quo eſt caliditas. Eius vero ſigna ſunt ſigna prędicta apoſtematum communia, & eorum quę ſunt in quibuſdam partibus: & [b] eſt illic feb: acuta, cum eſt apoſtema in carnoſitate: & fit vehemens ſitis. Et [c] minoratur appetitus: Et accidunt ſingultus, & [b] nauſea, & cholericus [b] vomitus in primis, deinde vt flos [d] æris poſt niger. Et [c] accidit B frigus extremitatum, & nigredo [c] linguę: & [c] ſyncopis: & totum illud proprie, cum apoſtema eſt in concauitate. Et [c] eſt malitia anhelitus, & dolor extenſus ad dorſum, & furculam, & mordicatio: & proprie cum eſt apoſtema in gibboſitate. Et quando eſt in concauitate, tunc nõ imprimit in re anhelitus: niſi cum attrahitur aer plurimus valde: propterea, ꝙ apoſtema extendit diaphragma, & coarctat ipſum, & conſtringit attractionẽ aeris: & quandoq; cauſatur tuſſis. Et accidunt linguæ quocunq; modo ſit citrinitas, & [d] rubedo vehementes: deinde declinat ad [d] nigredinẽ: deinde alteraẽ color cutis totius, ꝑprie cũ apoſtema eſt in gibboſitate. Et [d] qñ eſt virtus fortis, & ꝑprie virtus ſtomachi, & apoſtema eſt in cõcauitate, retineẽ natura. Et ſi virtus in corpore, & ſtomacho eſt debilis, ſoluiẽ. Inquit Hip. egeſtio ſpiſſa ſeu fęcalis nigra in principio ægritudinis acutæ, ſignificat ꝙ in hepate eſt apoſtema calidum magnum, & tunc pulſus fit vndoſus magnus frequens, velox. Et [f] apoſtema quidem calidum, aut reſoluitur, & deſtruũtur accidẽtia eius, aut collectionem facit, & ſunt cum eo ſigna dubellati, & dicã ea: Aut induratur, & permutaẽ etiã ad ſigna apatis duri, & deſtruunẽ ſigna apatis calidi. Et plurimũ quidẽ cauſæ ꝑmutationis eius ad duritiẽ, eſt ſuperfluitas in infrigidatione, & conſtipatione, & adminiſtratione groſſorũ in apate calido. Et [g] differentia inter ipſum, & pleureſim eſt, q̃m tuſſim non ſequitur ſputum: & ꝙ dolor eſt in dextro grauatiuus: & color linguæ: & color corporis alterantur cum eo. Et pulſus nõ fit ſerrinus valde: & capitur manu, ſi eſt in gibboſi-C tate: & ſignificat ipſum labor anhelitus magni: & attractio aeris plurima, ſi eſt in concauitate: propterea, quia apoſtema cõprimit diaphragma: & extendit ipſum: & qñq; cõmouetur tunc tuſſis. Et [h] criſis quidem apoſtematum hepatis calidorum in gibboſitate factorũ, & apoſtematum calidorũ factorum in lacertis, fit cum fluxu ſanguinis nariũ, & proprie ex dextra: aut cum ſudore, aut vrina laudabilibus. Et factorum in concauitate, fit cum ſudore, aut fluxu ventris cholerico, aut vomitu.

B G. 5. lo. af. c. 7. d. e
C Raſ. 17. conti. t. 1. c. 1. 178. 3.
D Gal. ibi. d
E Gal. ibi. e
F Raſſi. diui. c. 63.
G Fẽ. 10. t. 4. c. 2. & Ga. 5. loc. af. c. 8. d. e
H C. 2. & t. 1. c. 13. & l. 4. F. 2. t. 1. c. 3.

*De almeſere in hepate. i. Eryſipelate.* *Cap.* 5.

GRauitas in meſere in hepate eſt minor: & [i] inflammatio, & mordicatio, & denigratio linguæ, & tinctura coloris vrinæ vehementiores plurimum. Et eſt color decliuis ad citrinitatem: et eſt paroxyſmus vehementiæ febris tertianæ. Et eius quidem iuuamentum à frigidis humidis eſt vehementius. Et pulſus eſt durior, & ſimilior ſerrino quàm vndoſo puro, & minor, & vehementioris frequentiæ, & velocitatis.

I Raſ. 17. conti. t. 1. c. 1. 178. 3.

*De phlegmone in hepate.* *Cap.* 6.

SIgnificant ipſum ſigna apoſtematis calidi: & diuerſificant ipſum ea, quæ proportionauimus ad meſere in proprietatibus: & rubedo faciei: & exuberatio venarum.

*De apoſtematibus frigidis in hepate.* *Cap.* 7.

IN iſtis apoſtematibus eſt grauitas plus, & non [k] eſt ſitis, neq; [k] febris, neq; [k] nigredo linguæ. Et D ſentitur cum eis in ſtomacho ſimilitudo ſpaſmi. Et ſignificant ipſa ætas, & regimen, & complexio, & color ſecundum ꝙ ſciuiſti.

K Raſ. 17. cont. t. 1. c. 178. 1.

*De apoſtematibus phlegmaticis.* *Cap.* 8.

SIgnificant ipſa inflatio cutis. Et plumbeitas coloris. Et ꝙ non ſentitur cum duritie. Et vehementia lenitatis pulſus cum reliquis ſignis apoſtematis frigidi.

*De apoſtemate duro & cancro.* *Cap.* 9.

SAepe [l] accidit ab apoſtemate antecedente ipſum: & qñq; accidit incipiendo: & qñq; accidit à percuſſione, & incipit tendere ad duritiem. Et ſignificat ipſum [m] tactus in eo, qui ſuſcipit tactum partium hepatis eius. Et ſi nõ [m] inciperet hydropiſis peruenire ad habentem ipſum, appareret ad tactum, manifeſtum valde: nam almirac extenuatur cum eo, & debilitatur, & atteſtatur apoſtema [n] lunare abſq; dolore. Verum qñq; læditur apud initium receptionis cibi, & alleuiatur apud famem, & [o] eſt via ad hydropiſim. Et qñq; ſignificant ipſum vehementia grauitatis valde ſine febre. Et extenuatio corporis, Et caſus appetitus, Et [o] tenebroſitas coloris. Et quod minoraẽ vrina. Et quãdoq; ſuccedit accidentibus apoſtematis calidi, cum remouẽtur, & non remanent niſi grauitas: Et ſi additur propter illud difficultas anhelitus, ſignificat quod apoſtema calidum induratur.

L Aet. li. 3. ſer. 2. c. 6.
M Ga. 5. lo. af. c. 7. f
N Cap. 3. & li. 1. F. 2. do. 3. c. 1. & Haly. 9. theo. c. 1. & c. 30.
O Raſ. 17. cont. t. 1. c. 1. 177. 3.
O Cap. 2.

Et

Et difficultas quidem anhelitus & grauitas ſine febre cōicant in apoſtemate duro & oppilatione, et differūt per reliqua, quæ [a] dicta ſunt. Et ſequitur ipſum hydropiſis, & proprie hypoſarcæ propter debilitatem ſeparationis materiei aquoſæ niſi reſudationis ſubtilis ex eo: quare currit aquoſitas cū ſanguine. in membra, & accidit carnoſa hydropiſis & inflatio. Et ſpiſſum aquoſitatis qñq; peruenit etiam ad ſpatium ventris, ſecundum ꝙ dicemus in capitulo hydropiſis, & fit aſclites: quare moriuntur ſm plurimum cum ſolutione naturę, propter oppilationem viarum ad hepar: quapropter diſſoluuntur eorum virtutes. Et iſti quidem non curātur niſi in principio: tunc enim qñq; confert cura: ſed cum prolongatur ægritudo, non confert curatio. Et ſi fuerit durum canceroſum, & fuerit illic ſenſatio doloris vehementis accidet nocumentum in colore, & in appetitu, & reliquis plus. Et quandoq; accidunt ſingultus, & nauſea ſine febre, & non ſentitur dolor: & erit in via mortificationis membri. Et [b] ſcias, ꝙ hepar velociter oppilatur & conuertitur in lapideitatem & proprie cum adminiſtrantur ſuperflue ingroſſantia & conſtipantia in apoſtemate calido.

E

A Cap. 2.

B Cap. 12. & Ga. 13. meth. c. 16. c

*De dubellati.i.* Abſceſſu. *Cap.* 10.

PLurimum fit poſt apoſtema calidum. Cum enim incipit fieri collectio, fit dubellati: & cum incipit [c] collectionem facere vehementiora fiunt febres & dolores, & accidentia in primis: deinde accidūt tremores diuerſi: & læditur à reſupinatione: ne dum à dormitione ſuper latus. [d] Cum ergo facta eſt collectio, lenitur compreſſio, & ſedantur accidentia. Cumq; aperitur, accidunt rigor, & lubricatio virus, & ſaniei & rerum, quæ ſunt ſicut fæx: & inuenit per illud leuitatem, & reſolutionem ex grauitate ſenſata. Et [e] ipſius eruptio aut fit ad partem inteſtinorum, & egreditur cum egeſtione: aut ad partem renum, & egreditur cum vrina: aut ad ſpatium, quod eſt in cōcauitate vētris, & inuenit alleuiationem, & detumitionem, & non atteſtatur euacuatio in egeſtione aut vrina. Et dubellati quidem quandoq; eſt profundum in carne hepatis: & quandoq; tendens ad manifeſtum ipſius & non profundum, & ſanies diuerſificatur in ea. Fit enim in eo, quod eſt profundum nigra, & in non profundo tendit ad albedinem.

C Hip. 2. apho. 47. & Aet. li. 3. ſer. 2. c. 4

D Ra. lib. diui. c. 64.

F

E Aet. li. 3. ſer. 2. c. 4.

*De apoſtemate meſaraicæ.* *Cap.* 11.

COmmunicant in ſignis ſuis apoſtemati hepatis. Verum febris in illo, quod calidum eſt, eſt debilis, non exiſtens in vehementia febris apoſtematis hepatici, & eſt grauitas cum extenſione profundior ad ventrem, & ſtomachum. Et quandoq; eſt tenſio maior, quàm grauitas. Cum ergo non inuenis ſigna oppilationis hepatis, nec ſigna apoſtematum hepatis, & [f] inuenis egeſtionē chyloſam ſubtilem non propter debilitatem digeſtionis in ſtomacho: & non ſunt ſigna eius: & ſunt illic tenſio, & febris occulta, tunc ſcias, quod in meſaraica eſt apoſtema calidum. Sed inter apoſtema durum & oppilationes meſaraicæ eſt differentia difficilis, niſi cum exiſtimatione longa: ꝙ ſi egreditur aliquid ſanioſum poſt dies aliquot, tunc ſcias, ꝙ eſt ab apoſtemate. Et hæc ſanies diſcernitur à ſanie facta à ſuo ſimili in hepate in hoc, quod illa tendit ad rubedinem, & ſanguineitatem & iſta ad ſanioſitatem, & citrinitatem.

F Raſ. 17. conti. t. 1. c. 1. 180. 1.

G

*De cura apoſtematis calidi & ſanguinei.* *Cap.* 12.

PRimum [g] quod tibi neceſſarium eſt, eſt vt conſideres diſpoſitionem repletionis: & diſpōnem virtutis, & ætatis, & horæ, & aliorum, quæ tu ſcis, & quæras ex eis licentiam in phlebotomia. [g] Ergo phlebotomia ſi eſt poſſibile tibi, ex baſilica: & ſi non, ex nigra: & ſi non, ex cephalica. & ſi virtus eſt fortis, extrahe, quod neceſſarium eſt de ſanguine in vice vna: & ſi non, partire, & ſegrega in vices plurimas. Et ſcias, quod qñ nō phlebotomas, & dimittis materiā in hepate, & adminiſtras ſtyptica & apocruſtica, proculdubio induratur apoſtema. Et ſi tu adminiſtras reſolutiua, non eſt dubium quin commoueatur dolor, & apoſtema. Phlebotoma ergo in primis, & nō hæſites in hoc cum non eſt prohibitor fortis: & extrahe ſanguinem abundantem. Et ſcias, quod tu indiges in initio eius eo cuius ſimile eſt in canone de repercuſſione & infrigidatione. Verum tibi ineſt tunc, vt attendas latus duritiei. [h] O quā α velociter obedit duritiei: & propter hoc oportet, quod ſint permiſta cum ſubtiliatiuis et aperitiuis. Et epithematum quidē frigidorum adminiſtratio ſuperflua, qñq; perducit ad duritiem. Et qñq; ſufficit eis introitus balnei. Et qñq; aperitur ad renes. [i] Et ſcias, quod plures medicinarum, in quibus eſt ſtypticitas aliqua, & frigus: & ſimiliter ciborum, qui ſunt huiuſmodi, ſicut granata, & poma, & pira nocent ex alia parte. Et illud qm̄ ipſi conſtipant meatum, qui eſt ad fel, quare non attrahit choleram, & eſt illud additio in apoſtemate, & malitia plurima. Et ex conſtipatione cum hoc, ꝙ ipſa eſt neceſſaria in principio ægritudinis, & in fine eius, & apud exigētiam reſolutionis ad conſeruandam virtutem timentur duæ malitiæ, lapideitas, & retentio choleræ in hepate. Quare indiges propter hoc etiam vt feſtines ad regimen reſolutionis materiei in hac ægritudine, plusq̄ ſit tua feſtinatio in reliquis apoſtematibus: α timendo lapideitatem, & duritiem: & expellendo illud, quod forſitan reſudat ex viru malo: à cuius reſudatione non euacuantur apoſtemata calida. [k] Verum reſolutio & apertio qñq; mollificant virtutem, & approximant mortem, ſicut narrauit [l] Gal. de diſpoſitione medici curantis apoſtemata hepatis cum mollificatiuis, quibus curantur reliqua apoſtemata, ſicut eſt emplaſtrum factum ex oleo, & tritico, & aqua: & cibabat illum alcandaruſi: & oportebat vt cibaretur eis, in quibus eſt abſterſio ſine viſcoſitate, & groſſitie: & vt miſcerentur cum reſolutiuis medicinæ, in quibus ſunt ſtypticitas, & confortatio, & aromaticitas: ſicut cyperi, & calamus aromaticus, & abſinthium: et vt adminiſtraretur de iſtis quātitas, quæ conſeruaret virtutem, & non ſuperflueret: & eſſent in initio ſui repercuſſio cum fortitudine: & in medio

G G. 13. met. c. 11. h

H Cap. 9. & Ga. 13. meth. c. 16. c

*Infra bis* α

I G. 13. met. c. 14. e

H

*Supra & Infra* α

k T. 1. c. 18. & lib. 1. F. 4. c. 1.

L 13. meth. c. 15. f. g



A medio ipſius compoſitio: & in fine eius reſolutio cum ſtypticis huius generis, & ſi eſſet neceſſe vt confortaretur reſolutio, tunc feſtinatio temporis eius eſſet neceſſaria. Et ille non recepit ex [a] Gal. & indicauit ei Gal. in ægroto, quando cōuenerunt ad eum, quod iſte æger morietur cum diſſolutione virtutis, & ſudore viſcoſo, pauco apparēte ſuper ipſum: mortuus eſt ergo infirmus, & fuit ſm quod exiſtimauit Gal. Iſta ergo reſolutio indiget vt acceleretur in hora opportuna repercuſſionis: & non oportet vt euacuetur à ſtypticitate & confortatione in diſpoſitione opportuna reſolutionis puræ. Et [b] conſideratio omnium iſtorum eſt ex ſubtilibus rebus. Et ſcias, quod ſicut hoc membrum α velociter conuertitur in lapideitatē, ſilr̄ velociter ſuſcipit reſolutionē. Et qñq; ſunt reſolutio, & apertio cauſæ ad eruptionē. Et qñ adminiſtras reſolutionē non adminiſtres eā ex gn̄e eorum, quę mordicant, & cōmoueant apā. [c] Et aqua quidem mellis quāuis abſtergat ſine mordicatione, tñ eſt dulcis, & dulce facit incurrere oppilationes: propter [c] illud ergo in aqua hordei eſt ſufficiētia abūdans, qm̄ abſtergit ſine mordicatione, & non facit accidere oppilationem. Amplius poſſe eſt, vt confortentur eius apertio & abſterſio cum eis, quę admiſcentur ei: ſi neceſſariū eſt vt addatur ipſius virtus. Et [c] mordicatio quidem, & ſtypticitas plus nociuę ſunt concauitati, q̄ gibboſitati: qm̄ ipſæ penetrāt velociter cum virtute ſua: & faciūt accidere oppilationes in initio viarum: & in gibboſitate ſunt fractæ virtutis, & obuiant extremis orificijs. [d] Amplius oportet vt cognoſcas latus ægrum: & caue nē prouoces vrinam ægritudine exiſtente in concauitate: aut ſoluas ventrem ægritudine exiſtente in gibboſitate: & facias materiam in vtriſq; diſpoſitionibus magis profundam: immo oportet vt tu euacues ex propinquioribus locis. [e] Euacua ergo ex apoſtemate, quod eſt in concauitate ex latere ſolutionis ventris: & illud, quod eſt in gibboſitate, ex prouocationis latere. Et caue ne dimittas naturam remanere reſtrictā. In hoc.n. eſt nocumentū magnum: & in ipſo eſt periculum. Et nō etiam dimittas eam ſolutam ſuperflue, & cadat virtus, & debilitetur natura: immo ſupereſt tibi, vt ſoluas conſtrictam cum æqualitate: & conſtringas ſolutam cum æqualitate. Medicinæ autem conuenientes apoſtematibus hepatis, & in initio rei, cū illic eſt caliditas ſuperflua, ſunt [f] aqua endiuię, & aqua ſolatri cum ſyrupo acetoſo zuccarino, & aqua hordei, & aqua virgæ paſtoris, & aqua arnogloſſæ, & alkekengi, & aqua coriandri humidi, & aqua cucurbitæ, & aqua cucumeris, & aqua cuſcutæ. Et oportet vt admiſceatur eis aliquid horum, quæ ſunt ſicut abſinthium, & calamus aromaticus: & trochi. huiuſmodi. Recip. carnis amiberberis. ʒ. x. roſarum, ſpodij amborū ana. ʒ. v. medullæ ſeminis citroli, & medullæ ſeminis cucurbitæ, & ſeminis portulacæ, & ſeminis endiuiæ oīum ana. ʒ. iij. ſeminis fœniculi pondus. ʒ. i. & fiant troc. & ſumatur ex eis in pondus. ij. aure. Et ſi neceſſaria eſt additio extinctionis, ponatur in eis parum camphoræ. Et ſi neceſſarium eſt addere confortantia hepar, ponantur in eis lacca, & reubar. Et ſi fuerit illic tuſſis, ponantur in ipſis ſuccus liquiritiæ, & aliquid de dragagātho, & tereniabin. Medicinæ, quę ſunt fortiores, & conuenientiores ei, qui non habet ex caliditate quantitatem peruenientem in vltimo, ſunt aqua fœniculi, & bugloſſæ: & ſquinanthum, & apium montanum: & alubleb: & totum illud cum ſyrupo acetoſo. Iſta.n. & conſimilia conferūt in illo, quod eſt in gradu primo cum incipit in maturatione peruenire parum. Et trochi. de roſis etiam, & proprie in eo, quod ſequitur concauitatem. Et multoties quidem eſt cauſa apoſtematis, & initium eius, ſaltus & percuſſio. Et ex eis, quæ prohibent ipſum accidere poſt illa duo, & poſt phlebotomiam eſt [g] vt in potu ſumatur ex rubea & rauendſeni omni die ʒ. i. & fiat hoc tribus diebus. Et poſtq̄ ſcis, ꝙ apoſtema eſt in latere concauo, tunc primū eſt vt adminiſtres aquam alubleb permiſtam cum eis, quæ neceſſe eſt illi admiſceri ex infrigidatiuis prædictis. Et aqua ſiclæ & omnia, quæ maturant, & repercutiunt, & leniunt naturam. Et confert cum apparet maturatio caſia fiſtula cum aqua fœniculi, & aqua ſolatri, & aqua alubleb: & vt tu ponas in cibo aliquid de ſemine cartami, & ſimile ſui de vrtica, & polypodio: Et qñ declinat, adminiſtra fortia ſicut aloë, & agaricum, & turbit: & [h] quidam adminiſtrant myrobala. citrinos: Ego vero abhorreo eos propter illud, quod in eis eſt de virtute ſtypticitatis, & timeo, quod educatur ſubtile, & vertatur in lapideitatem groſſum. Et qñq; adminiſtrantur in huiuſmodi hora ea, quæ ſunt ſicut ſemen cartami, & ſicut vrtica, & polypodium in cibo, & epithymum ſine timore. Et qñq; addemus ad ea, quæ ſunt ſicut elleborus ſm neceſſitatem. Clyſtere autem in principio, & vbi accidit vt ſit natura conſtricta fiat ex eis, quæ ſunt ſicut ſuccus foliorum ſiclæ cum [i] melle, et [i] ſale, et [i] baurach, aut cum zuccaro ru. Et apud declinationem fiat fortior, & ponatur in ipſo polypodium, & [i] centaurea, & [i] hyſſopus, & [i] origanum: Et qñq; ponitur in ipſo [i] colloquinthida. Cum autem eſt in latere gibboſitatis, oportet vt incipias in ipſo cum diureticis frigidis, deinde cum temperatis. Et qñ apparet maturatio, adminiſtra fortia bona, & nō eſt neceſſaria hæc poſterioratio niſi propter timorem lapideitatis. Medicinæ autem iſtæ ſunt ſicut rubea, & petroſelinum, & aſſarum, & ſquinanthū, & trochiſci amirberis maiores, & trochi. de eupatorio fortes: & reliqua diuretica fortia prædicta in [k] areolis expulſionis, & in [l] capitulo prouocationis. Emplaſtra vero oportet vt non adminiſtrentur frigida, ſicut ſuper apoſtemata alia, immo tepida. Et illa quidem à quibus oportet incipere, cum exiſtimas, ꝙ apoſtema eſt habens initium, ſunt ſicut ſucci frigidi ſtyptici, ſicut ſuccus portulacę, & cucurbitæ: & ſemperuiuæ, & aqua roſ. & ſandali, & camphora, & emplaſtra facta ex præputijs vitium, & roſ. ſiccis, & ſauich. Et non oportet vt iterentur huiuſmodi: immo cum verificatur, ꝙ apoſtema iam eſt, meliora tunc emplaſtra ſunt illa, quæ ſunt facta ex cydonijs cum medicinis alijs: De illis eſt vt terantur cydonia cum farina hordei, & aqua ro. & fiat ex eis emplaſtrum. [m] Aut cydonia decocta cū aceto, & aqua, donec

A 13. meth. c. 15. h

B T. 1. c. 18. & lib. 1. F. 4. c. 1. & G. 11. meth. c. 15. c. & lib. 13. c. 15. f. g

*Supra bis* α

C Ga. 13. met. c. 14. e

D T. 1. c. 18. & t. 2. c. 6. & G. 13. met. c. 2. h. 2. & c. 15. h

B

E G. 13. meth. c. 15. h

F Raſ. 17. cont. t. 1. c. 186. 1.

C

G Li. 1. t. 2. c. 573. & 578. & Raſ. 17. cō. t. 1. c. 1. 186. 3.

H Hal. 7. pract. c. 3. & Raſ. 186. 2.

D

I G. 13. meth. c. 15. a

k Lib. 2.

L 9. t. 2. Fen. 19.

M Raſ. 17. cont. t. 1. c. 1. 186. 1.

donec biſcocta ſint: & miſceantur cum ſandalis: & ponatur ſuper ea aliquãtulum olei roſ. & adminiſtrentur. E Et ex illis eſt, vt decoquantur cydonia cum vino odorifero in quo ſit ſtypticitas, & addatur eis virga paſtoris. Et confortentur cum eis, quæ ſunt ſicut parum ſpicæ, & abſinthium, & cyperi: & inſpiſſentur cum eis, quæ ſunt ſicut ſauich hordei, & adminiſtrentur. Et qñq; ponitur cum eis oleum de cydonijs, aut oleum maſticinum, aut oleum de alcanna. Et de aquis, aqua myrti, & aqua de folijs malorum, & aqua cydoniorum, & ſimilia. Et qñq; fit emplaſtrum ex cydonijs decoctis cum decoctione abſinthij. Et cum voluntas eſt vt eleuetur ad gradum reſolutionis, ponatur in ipſo maſtix, & chamemilla, & melilotum, & farina hordei, & fœnugrecum cum rebus in quibus ſit ponticitas, & ſemen lini, & oleum fiſticinum, & oleum chamæmillinum, & fœnugræcum. Et ex emplaſtris laudatis eſt emplaſtrum [a] † { Bilibus, } & emplaſtrum [b] philagrius, & emplaſtrũ de meliloto, & emplaſtrum [c] † { carithum, } & emplaſtra, quæ dicemus in antidotario. Deſcriptio emplaſtri ſedantis inflammationem. Recip. beſſer & ſucci alhauſegi amborum ana partem. i. croci, maſticis amborum ana partem. 5. olei roſ. partes. iiij. ceræ quantum neceſſe eſt. Et in fine eius adminiſtra emplaſtra aperitiua, reſolutiua, permiſta cum ſtypticis, propter conſeruationem virtutis: ſicut ſunt emplaſtra facta ex ireos, & aſſaro, & aluſnec, & polio, & origano, & ſceha: & ſemine caulis, & bdellio, & ſimilibus. Et qñq; adduntur in eis confortantia. Et emplaſtra facta ex myrto, & rubea tinctorum, & granis lauri, & croco, & myrrha, & maſtice, & cera, & oleo ſambacino, & oleo de lilio. F

A †Paul.lib.3.c.46 fo. 161.5. Apollophanis.
B Paul.lib.3.c.46. 161.5.
C † quod coptũ appellatur,

Deſcriptio emplaſtri roſoluentis apoſtemata hepatis appropriatum, † { ceabus } laudabile expertũ. Recip. ſtoracis, & ceræ amborum ana darkimet. x. & maſticis, & croci, & amomi omnium ana darkimet. ij. olei de arbore maſticis, & olei roſ. amborum ana darkimet. ij. vini cotylas. ij. & ſ. liquefiat cera, & oleum, & miſceantur cum eis omnia. Aliud iuuatiuum valde. Recip. lilij, amomi, folij omnium ana pondus darkimet. i. ſtoracis, ceræ amborum ana darkimet. x. thuris, croci, aſſari, omnium darchami. i. olei de arbore maſticis quantum neceſſe eſt. Aliud bonum. Recip. aloes. ℥. iij. maſticis ℥. i. chamæmillæ, & meliloti amborum ana. ℥. iiij. croci, rubeæ, & calami aro. aſſari, omniũ ana. ℥. ij. ceræ, & ammoniaci amborum ana. ℥. vi. olei de lilio quantum ſufficit. Aliud reſolutiuum, confortatiuum. [d] Recip. croci. ℥. ij. bdellij. ℥. vij. & ſordis vaſorum apum. ℥. iiij. maſticis. ℥. ij. ſtoracis & picis & ceræ & ammoniaci ana. vnc. viiii. & amomi, & ſpicæ romanæ, & carpobalſami omnium ana. vnc. vi. olei de lilio quantum ſufficit, permiſceantur, & adminiſtrentur. [e] Quod ſi cum apoſtemate fuerit ſolutio ventris debilitans, quam ſolicitudo exigit retineri, tunc oportet vt in potu ſumantur trochiſci almirberis, & trochi. de reubarbaro conſtrictiui. Cibus aũt melior eſt [f] kiſch hordei. Infrigidat enim & abſtergit, & nõ facit acquirere oppilationes, & feſtinat eius penetratio, & aqua candaruſij, & fortius eo eſt frumentum, ſed ipſum neceſſario ingroſſat & coarctat apoſtema. Et ſi non eſt excuſatio à pane, ſit panis, qui non eſt ex ſimila, neq; ex tritico groſſo: & iam ſit in tanur panis factus vel coctus. G Et oportet vt attendatur ad cibum vltime. Et ex oleribus lactuca, & atriplices, & ex fructibus granata dulcia, ei in cuius ſtomacho non conuertuntur dulcia in choleram, & oportet vt deuitet dulcia, quantum poteſt.

† Nomẽ Medici.
D Alex.li.8.310.in paucis differt.
E Raſ.17.cont.t.1. c.1.181.4.
F Gal.13.metho.c. 14.d.c

*De cura eryſipilæ.* Cap. 13.

CVra eryſipilæ proxima eſt curæ phlegmonis. Verum oportet, vt ſint ventris ſolutio, & vrinæ prouocatio ſublimiores, & cum eis, quæ ſunt decliuiora ad frigiditatem. Et [g] ponantur medicinæ ſuper ipſam infrigidatæ cum niue: & non ceſſes reiterare illud donec æger ſentiat profundationem frigoris. Et fiant emplaſtra ex nenufare, & aqua alkekengi, & aqua cydoniorum: & ſandalorum, & camphora, & ſimilibus. Et non adminiſtres in ea calefacientia quantum poſſibile eſt.

G Raſ.17.cont.t.1. c.1.182.4.

*De cura aldubellati.* Cap. 14.

OPortet vt adminiſtrentur in principio aldubellati, & cum incipit apoſtema calidum, de quo exiſtimatur, ꝙ ad collectionem perueniat, repercuſſiua, quæ ſunt ex emplaſtris cum æqualitate, & epithematibus. Et in potu dentur aqua hordei, & ſyrupus acetoſus. Et ſi diſpoſitio neceſſariam faciat phlebotomiam, phlebotoma ex baſilica, aut ventoſa partem dorſi, quæ vicinatur hepati. Et qñq; indiges ſolutione ventris. Cum ergo non eſt excuſatio quin collectio fiat, tunc neceſſarium eſt, vt adminiſtres maturationem, & ſuppurationem: & neceſſarium eſt vt adiuuentur cum H inciſione, & ſubtiliatione, cum neceſſarium ſit humoribus groſſis exiſtentibus in huiuſmodi apoſtematibus, quibus membrum iam imbibitum eſt. Et neceſſaria eſt lenificatio, vt faciat humorem præparatum ad reſoluendum. Cum ergo apparet maturatio, & non rumpitur adiuua ad hoc cum aperitiuis fortibus, potando & emplaſtrando: deinde adiuua naturam ad expellendum materiam. Et ſi indiges adiutorio, & conſideratione lateris ad quod declinat, & oportuerit vt ventrem ſoluas, aut vrinam prouoces, facies: Et non prouoces cum re forti, & calida: & faciat incurrere ægrum nocumentum in veſica. Conſeruatio enim veſicæ in hac ægritudine, & cum erupit pus ad ipſam per ſeipſum, aut cum medicina diuretica, neceſſaria eſt. Cumq; erupit pus, aut expellitur, & neceſſaria eſt ablutio reſidui puris, tunc fiat cum eis, quæ ſunt ſicut aqua mellis, & ſimilia. Deinde ſi indiges incarnatione vlceris, tunc ſi virtus tolerat ventris ſolutionem, eſt in ipſa adiutorium plurimum ad conſolidationem cum non eſt ſuperflua. Et ventris quidem ſolutio neceſſaria eſt propter duas res, vna earum ante eruptionem, vt minoretur materia, & alleuietur ſuper naturam: & ſecunda poſt eruptionem, aut prope eruptionem, & complementum maturationis, cum ſcitur, quod materia ad partem inteſtinorum eſt decliuior, & quod dubellati eſt in latere cõcauo. Et ex illis quidem quibus

venter



A venter ſoluitur ante eruptionem, ſecundum ſemitam adiutorij naturæ, tunc leuia ex iſtis ſunt tereniabin, & xiracoſt, & caſia fiſtula, & zuccarum rubeum, & huiuſmodi in aquis allubleb, & endiuię bibita. Et fortius illis parumper eſt decoctio ſeminum, & radicum in qua decoctum eſt eupatoriũ, & in qua ſoluta ſunt tereniabin, & xiracoſt, & caſia fiſtula, & ſimilia. Et quandoq; ponuntur in ipſo aloe, & abſinthium. Et ex clyſteribus clyſteria lenia nota. Solutiua autem, quæ ſunt poſt maturationem, & iuuant ad maturandum etiam, & ad eruptionem, ſunt vt ſumantur in potu in decoctione radicum & eupatorij olei de tribul. drach. quatuor, ſambaci pondus drach. ij. coniungatur cum vnc. 5. zucca, & vnc. 5. caſſiæfiſtulæ. Si autem materia fuerit verſus gibboſitatem, non oportebit vt adminiſtrentur ſolutiua niſi ſecundum viam adiutorij, & alleuiationis in principio & ante maturationem. Apud maturationem vero oportet, vt adminiſtrentur diuretica [a] prædicta ſecundum ordinem ſuum, ſcilicet quotieſcunq; eſt maturatio in vltimo, adminiſtrentur fortia. Medicinæ vero ebibitæ adiuuãtes ad maturationem, ſunt ſicut lac aſininum cum zuccaro ru. aut zuccaro alhaſer: & ſicut aqua de radicibus cum paſſis, & ficubus, & capillo veneris, & fœnugræco cum oleo amygdalino dulci, aut amaro, aut oleo de fœnugræco, aut oleo de tribul. Et ſi volueris fortius illo, ponantur in ipſo dactyli: Et [b] ſumant in potu in ieiuno decoctionem polij, & ſyrupum de hyſſopo confortatum. Et cibentur melle colato à ſpuma ſua cum decoctione ſua, & ficubus & melle ĩ aqua hordei. B [c] Aut ſumantur de taraxacon ſicca pondus drachmæ vnius, & ex ſemine maru drach. i. ſ. & farina fœnugræci drach. i. bibatur cum lactis aſinini vnc. iij. cum zuccaro. Et vtatur medicinis in quibus ſunt apertio, & ſubtiliatio, & etiam confortatio, ſicut ſunt abſinthium, & crocus, & ſpica, & radix pæoniæ, & radix alhaſce, & radix rubeæ, & maſtix, & vtraque ſpica, & grana [d] † { alfagd, } & ſuccus eupatorij, & radices centaureæ: & ex oleis oleum de nereiden, & oleum de arbore maſtic. & oleum de lilio. Emplaſtra vero adiuuantia ſunt ſicut emplaſtra in quibus ponuntur farina, & melilotum, & chamæmilla, & radix lilij, & calamenthum, & radix althææ & ficus & paſſulæ, & fermentum, & cepe aſſatum, & oleum ſeminis. Si autem neceſſaria ſunt fortiora illis adminiſtretur emplaſtrum ex [e] farina hordei, & baurac, & fimo columbino, & calamentho, & glutine albotin, & picis, & puluere thuris, & ſimili. Et [f] oportet quando ſentit maturationem, vt dormiat ſuper hepar ſuũ: & aſſiduet balneationem cum aqua calida. Et quandoque eſt neceſſarium vt exercitetur, & ambulet, ſi poſſibile eſt ei illud. Quod ſi erumpitur, tunc oportet vt ſumat ſuper ipſam ea, quæ abluunt ipſum, & mundificant ſicut aqua mellis calida, deinde conſequantur ea, quæ mundificant ipſum ex parte declinationis, aut cum ſolutione ventris: aut cum prouocatione vrinæ, ſi indiget eis: aut admiſceatur aliquid illorum cum aqua mellis. Et [g] non oportet, vt dentur ei in potu diuretica valde, & lædant meatus vrinæ. Quod ſi accidat vt vlceret, aut lædat pus meatus vrinæ, aut veſicæ, tũc rectius C eſt vt nutriatur cibis in quibus eſt abſterſio abſque mordificatione: immo cum conglutinatione aliqua, ſicut eſt aqua mellis decocta cum æqualitate, cum qua permiſtum eſt parum amyli, & ouum, & oleum roſa. & ſicut ſunt maluæ cum candarulio. Et ad vltimum oportet, vt regatur regimine vlcerum membrorum interiorum: & ſecundum ꝙ oportet, vt res curtat in vlceribus renum. Cum ergo mundificatur vltime, oportet vt in potu ſumat in matutinis aquam hordei & ſyrupum acetoſum: [h] Cumq; præterierint horæ aliquæ, ſumatur thuris, & ſanguinis draconis amborum ana aure. i. & ſeminis endiuiæ, & ſeminis apij, & maſticis omnium ana aure. i. & ſumat ea in potu in ſyrupo acetoſo, aut iuleb, aut aqua mellis. Et poſt illud conforetur cum cibo, & curetur vlcus eius cum eis, quæ ſunt ſicut ea, quæ dicemus in cura vlcerum renum. Et [i] cum accidit vt materia effundatur ad ſpatium ventris, tunc neceſſarium eſt, vt incidatur cutis apud inguina, & diſcooperiatur lacertus adeo, donec appareat ſiphac interius nominatum [k] † { bariterun. } Deinde fiat in ipſo foramen, & ponatur in ipſo cannula. per quam curat pus: deinde curetur cum emplaſtris. De cibis vero oportet vt adminiſtretur in principio ſubtiliatio cibi: & ſit contentus kiſch hordei, & ſyrupo acetoſo. Deinde poſt illud adminiſtrentur cibi aperitiui, quos diximus, & vitelli ouorum ſorbilium, & ſorbitiones lenificantes. Cum ergo erumpitur & mundificatur, neceſſaria ſunt ea, quæ confortant, ſicut aqua carnis: & carnes arietinæ, & hœdinæ, & auium tenerarum, & earum iura cũ D aceto condita cum ſeminibus: & vitelli ouorum ſorbilium, & ſimilia, & parum vini. Et vtatur odoramentis confortatiuis.

a Ca.11.&t.1.c.6.
b Raſ.17.con.t.1. c.181.4.
c Ibid.c.4.
d Triticis
e Raſ.17.cont.t.1. c.181.2.
f Raſ.ibi.181.1.
g Raſ.ibi.186.3.
h Raſ.li.diui.c.63.
i Raſ.ibi.186.3. & Aeli.3.ſer.2.c.4.
k Id peritonæon.

*De cura apoſtematum frigidorum.* Cap. 15.

OPortet vt adminiſtrentur in eis ſubtiliatiua, abſterſiua. & appropinquat cura eorum curæ oppilationum, & curæ aldubellet, quæ præparatæ ſunt ad maturationem. Et tu quidem iam ſciuiſti medicinas maturatiuas, & diureticas, & aperitiuas, & ſubtiliatiuas. Et oportet vt ſit in eis virtus ſtyptica confortans aromatica. Et mittuntur in eis de oleis oleum de kerua, & oleum de ieſemino, & oleum ſambacinum in emplaſtris, quæ ad ea aſſumuntur. Et meliora emplaſtra ipſorum ſunt emplaſtrum † { Fuladiginũ, } & emplaſtrum philargius, & emplaſtrum ſtomachicon, & emplaſtrum de ſeminibus. Et confert diacurcuma, & dilacca, & ſimilia. Et fiſtici quidem maximi iuuamenti ſunt in eis. Et trochiſci de ſpica. Et ex ſyrupis ſyrupus de ſeminibus cum chamædryos, & polio iam decoctis in eo. Et ex eis, quæ in ipſis iuuant, & proprie in illo, quod indurationi proximum eſt, & conferunt etiam doloribus renum, & ſplenis, eſt medicamen factum cum ſquilla ſecundum hunc modum. Recipe ſquillæ aſſatæ, lilij cœleſtis, aſſari, meu & ſu, ſeminis apij, aniſi, ſpicæ aromaticæ, caſiæ ligneæ, caſtorei, calamenthi montani, cymini, calamenthi fluuialis, cyperi &

† nomen Medici.

 radicis

radicis affodili, pyrethri, piperis longi, & paſtinacæ ſylueſtris, amomi, euphorbij, ſeminis althææ, E ſtichados, polij, ſiſeleos, ſeminis rutæ, ſeminis fœniculi, corticum radicum capparis, ariſtolochiæ ro. cinnamomi groſſi, zinziberis, baccarum lauri, opij, ſeminis hyuſquiami albi, coſti, ameos, ſeminis carui albi omnium ana partem vnam, conficiantur cum melle deſpumato, & adminiſtrentur. Medicamen factum cum allijs campeſtribus, & efficit operationem prædicti eandem. Recipe alliorum, gentianæ albæ, eupatorij, coſti, ariſtolochiæ, keiſim, ſiſeleos, piperis longi, omnium ana darkimet.iij. ſeminis apij, aſſari, meu, fu, paſtinacæ montanæ, ameos, aniuden nigræ omnium ana darkimet.xv. foliorum rutæ ſiccæ & calamenthi montani, & calamenthi fluuialis, & origani ſylueſtris omnium ana darkimet.x. caſtorei bazard, ideſt galbani & myrrhæ omnium ana darkimet.xij. ſoluantur iſta cum vino, & reliqua terantur, & miſceantur ita, vt fiant res vna, deinde coniungantur cum melle deſpumato.

*De cura apoſtematum durorum.* Cap. 16.

NOn euadit aliquis ex apoſtemate duro, quieſcente, confirmato. Et illi, qui ſanantur ex eo, ſunt qui curantur in initio ſui. Et canon quidem curationis eorum, eſt poſt purgationem corporis ex humiditatibus groſſis cum medicinis cõpoſitis ex ſpeciebus, in quibus ſunt lenificatio æqualis, & reſolutio, & ſubtiliatio, & calefactio temperata, & apertio oppilationum dominantior, q̃ lenificatio, & confortatio, & ſtypticitas, & aromaticitas cum quantitate qua indiget ea infra illud, quod F impedit duas intentiones vltimas. Et vt in pluribus harum medicinarum dominantur amaritudo, & ſtypticitas parua. Et iſtæ medicinæ adminiſtrantur in potu, & adminiſtrantur in emplaſtris, & adminiſtrantur in embrocis. Et oportet vt lenias naturam, ſi fuerit ſtricta cum rebus leuibus, & clyſteribus proprie. Et illud quidem efficiunt grana pini maioris, & ſemen lini, & gluten albotim cũ hoc, q̃ ipſa conferunt apoſtemati. Et non oportet vt ſis audax ad ſoluendum ventrem cum rebus vehementis caliditatis, & faciant læſionem, & addant in nocumento. Et [a] oportet, vt ſit eius ſomnus ſuper latus dextrum. Illud enim eſt ex eis, quæ valde conferunt ad reſolutionem eius. Medicinæ vero ſingulares valentes ad illud ſunt grana pini, & medullæ, & adipes temperatæ, & ad caliditatem decliues. Et in farina fœnugræci eſt lenificatio quędam cum maturatione: & [a] coſtus eſt vehementis iuuaminis. nam cum ex eo ſumitur in potu drach.5. vſque ad aure cum [b] † {talha} miſto, aut cum vino, confert manifeſte. Et quandoque confert ei ſumere in potu oleum de nereiden, aut oleum de balſamo, aut oleum coſtinum cum aqua, in qua decocta ſunt ruta, & anethum, & doſis olei de nereiden ſit quantitas drach.iiij. adminiſtretur illud hebdomada vna, & confert maxime. Et ex eis, quæ conferunt ad illud eſt ſuccus ſceha recentis cum adminiſtratur aliquibus diebus. Et ex eis, quæ iuuant ad illud ſunt ſemina agni caſti pondus drach.i. in quibuſdam ſyrupis. Et eupatorij G pondus drac.i. cum aqua apij, aut fœniculi, aut endiuiæ: Aut arnogloſſę ſiccę pondus aur.i. Et decoctio lupinorum in qua poſitum eſt de ſpica aromatica vſque ad drac.5. aut de pipere minus hoc. Et amygdalę amarę in vino. Et radix arboris ſanguinis draconis iuuatiua eſt etiam, & cortex arboris aldemeſt, & baccę lauri. Et radix rubeę tinctorum & radix aluſ, & cicer nigrum, & poliũ, & chamędryos, & porri. Et ex medicinis compoſitis conferentibus ad illud ſunt trochiſci de bdellio, quorum confectio. [c] Recipe roſarum tritarum drach.x. ſpicę aromaticę drac.ij. [d] † {croci} drac.i. myrrhę drach.i. coſti drach.i.&.ʒ. maſticis drach.i. amygdalarum amararum drach.i.&.ʒ. bdellij dra.iij. terantur medicinę, & diſſoluatur bdellium cum vino, & conficiantur cum eo medicinę, & fiant inde trochiſci: & potio eorum ſit trium drach. cum aqua mellis, aut cum apozemate de ſeminibus: & ſi fuerit caliditas, cum aqua allubleb, & endiuię. Et ex iſtis eſt medicamẽ α Aſclepiadis factum cum felle vrſi: ipſum nanque expertum eſt conferre per illud, quod in ipſo eſt de ſpeciebus medicinarũ valentium ad illud ſecundum conditiones ſuas, quas diximus. Et deſcriptio quidem eius. [e] Recipe chamępityos, praſſii, ſeminis apij montani, gentianę, ſeminis agnicaſti, fellis vrſi, ſinapis, ſe. cucu. ſcolopendrię, radicum opopanacis, & [f] † {chuatim albayra,} rubeę tinctorũ, ſeminis cauliũ reubar. piperis, ſpicę indę, coſti, ſe. apij hortulani, ſe. erucę, & herbę iudaicę, polij, opij, eupatorij, granorum iuniperi partes ęquales, conficiantur cum melle. Et doſis eius pondus auellanę cum ſyrupo de melle. H Et ex eis, quę conferunt ad illud, ſunt [g] diacurcuma, & [g] athanaſia, & theriaca [h] diateſſeron, & ſazanea conferunt ad illud. Et ex compoſitis leuibus in hoc, eſt medicamen altaraxacon, dictum in [i] capitulo aldubellati: & medicinę quas diximus in capitulo apoſtematum frigidorum abſolute. Et cum adminiſtraueris omni die trochiſcos almirberis per hebdomadam vnã, qui bibantur in aqua, & incipiatur à drach.i.&.ʒ. vſque ad drach.ij.&.ʒ. erit vltimum. Et ſi aggregauerit aliquid ex aqua adminiſtra troch. allaſf & troc. alſebran gradatim ex tertia drach.i.&.ʒ. vſque ad drach.i. Et ſtude ne faciat hoc cadere ipſum in fluxum ventris, & aperi oppilationem. Et ex potibus, qui bibuntur eſt apozema coſti, & ramorum eupatorij, & fœnugręci, & paſſarum quatuor vnc. cum vnc. olei amygdalini, aut olei de nucibus recentibus. Aut apozema quod. Recipe gẽtianam, abſinthium, melilotum, paſſas, ficus. Aut apozema reubarbari, abſinthij, rutę, florum ſquinanthi, & paſſularũ, & fœnugręci. Et apozema lupinorum, & coſti, & abſinthij cum oleo de kerua. Et ex emplaſtris bonis ad illud eſt, vt emplaſtrum fiat cum amomo humido, aut ſicco, decocto cum vino pontico. Aut ex ſpica cum oleo de fiſticis, cum praſſio aut ex praſſio cũ anetho decocto. Aut emplm factũ ex farina fœnug. & ficubus, & ruta, & meliloto, & nitro, [k] Aut ſumant ammoniacij.ʒ. centũ, bdellij drachme

A Raſ.17.cont.t.i. c.2.181.2.

B † vino cocto.

C Raſ.li. diui.c.6. D † laccę.

Infra α

E G.8. de phar. cõ poſi. ſm lo.c. 8.g.h

F † rubricę lemnię.

G Ser.t.4.c.5. H Raſ.ibi.181.a. I 14.

k Raſ.17. cõti. t.i. c.2.180. & Gal.8. de phar. comp. ſm lo. c.9.d



A drach.xxv. croci drach.xij. terantur omnia & conficiantur cum cerato facto ex cera, & oleo de alcanna, ſecundum quod videtur. [a] Aut emplaſtrum factum ex farina fœnugræci, & ſtercore caprino, & cordumeni, & calamentho, & ſulfure, & vſnee, & ruta. Et illi quidem cuius cauſa eſt percuſſio, & iam incipit apoſtemari, & indurari, conuenientius ex emplaſtris eſt emplaſtrum almodaſeſram vel almurdaſeſram. Et ex regimine bono cum adminiſtraueris potiones & emplaſtra, eſt vt ponantur ſuper membrum ventoſæ calefactiuæ ſine inciſione: immo ſuperponantur loco ſanguiſugę: deinde adminiſtra medicinas, quę ſunt fortiores in ſubtiliatione, & reſolutione: & fac adhærere loco ea, quæ ſunt ſicut nitrum, & ſulfur citrinum quinq; diebus, aut hebdomada vna: deinde adminiſtra epithemata cum ſinapi in omnibus decem diebus: poſtea fac vomere ęgrum cum raphano. Quod ſi inobediens fuerit apoſtema, adminiſtra elleborum album. Et quando fit apoſtema cancer, minoratur ſpes in eo: nam ſi confert aliquid, tunc [b] medicamen α Aſclepiadis, quod eſt in antidotario abſq; felle vrſi. Cibi autem ſint illi, quorum digeſtio eſt velox, ſicut vitelli ouorum ſorbiliũ, & ſicut kiſch hordei. Et cibus eius, qui habet oppilationes in hepate ſuo, & parũ vini, quod eſt ſubtile, eſt bonum valde: & abſtineat à carne.

*De cura apoſtematum almirach lacerti.* Cap. 17.

B ESt proxima curationi apoſtematum hepatis ex parte medicinarũ: niſi quia audacia ad repercutiendam materiam in primis, & ad reſoluendum eam ſecundo, eſt fortior. Et non timetur ex eis ex ſtypticitate & reſolutione, quod timetur ex apoſtemate hepatis.

*De cura apoſtematum meſeraicæ.* Cap. 18.

ESt ſimilis curationi apoſtematum concauitatis hepatis.

*De percuſſione, & obuiatione, & caſu ſuper hepar.* Cap. 19.

QVoniam quandoque accidit obuiatio, aut caſus, aut percuſſio ſuper hepar, tunc neceſſe eſt, vt tu ſuccurras, vt non accidat ex eis fluxus ſanguinis, aut apoſtema magnum. Quod ſi accidat apoſtema, curetur cum eis, quę [c] diximus de cura apoſtematis, quod ſuccedit percuſſioni. Et quandoque accidit ex eis, vt additamentum maius de additamentis hepatis remoueatur à loco ſuo, & proprie ſi fuerit magnum: & accidit dolor ſub hypochondrio dextro poſt percuſſionẽ, aut ſaltum, aut caſum, & rectificat iſtud commotio, & excuſſio cum pręparatione pectoris illius, qui habet illud, & erectione illius, quare ſedatur dolor ſubito cum reditione additamenti ad locum ſuum. In alijs autem oportet vt incipiatur, & fiat phlebotomia. Et ſi fuerit caliditas vehemens, tunc potetur, & liniatur cum infrigidatiuis apocruſticis. Si autem ſanguis eius egreditur, tunc ponãtur cum eis ſtyptica. Et ſi non fuerit caliditas vehemẽs, neque curſus ſanguinis, aut iam fuerit ſedatum illud, quod inde erat, tunc tua intentio non erit niſi, vt reſoluas ſanguinem mortuum. Et ſi nõ fuerit poſſibile vt reſoluas ſanguinem, aut pertranſiuit terminum, tunc adminiſtra reſoluentia. Et nõ eſt aliquid ſimile epithemati cum mumia & oleo [d] † {alrazachi.} Et conferunt omnibus illis medicinę prædictæ in capitulo apoſtematum euenientiũ ab obuiatione. Medicamen conferens ad illud in principio, cum eſt caliditas, & inflammatio, aut timetur curſus ſanguinis. Recipe reubarbar. balauſtiarum, ſanguinis draconis, aluminis iameni, partes æquales: & doſis eius ſit aure.i. cum aqua cydoniorum. Quod ſi non fuerit illic caliditas plurima, & volueris adminiſtrare medicinas, in quibus ſit repercuſſio cum reſolutione aliqua, & conglutinatione, tunc confert ad illud hoc compoſitum. Recipe karabe.ʒ.x. roſa. rubea.ʒ.v. meliloti.ʒ.x. acacię.ʒ.iiij. ſpicę indæ, croci, amborum ana.ʒ.vi. maſticis, corticis thuris amborum ana.ʒ.iiij. luti armeni.ʒ.vij. nucis cupreſſi.ʒ.viij. conficiantur cum aqua arnogloſſæ, & fiant inde trochiſci, quorum vnuſquiſque ſit vnius aur. Medicamen bonum. [e] Recipe ex † {machilun}.ʒ. x. laccę ablutę.ʒ. vii. & raudeſceni.ʒ.iij. croci. dra.iij. &.ʒ. haſce drachmas quatuor, ciceris nigri.ʒ.vij. myrrhæ.ʒ.v. luti armeni.ʒ.x. conficiantur cum oleo de lilio, in quo poſita ſit mumia: & fiant inde trochiſci: & ſumantur in potu: & doſis ſit vſque ad.ʒ.iij. Et reubarbarum, & lutum ſigillatum cum miſcentur cum aliquantulo de granis myrti, ſunt res magis iuuatiuę ad hoc in eis, quę ego ſum expertus. In fine autem rei, & cum non cauetur ab inflammatione, & apoſtematione, oportet vt in potu ſumatur de hoc trochiſco. Recipe reubarba. ſeni, laccam, & zinzib. fiant ex eis trochiſci: & quandoque ponitur cum eis aliquid arſenici citrini: quoniam ipſum eſt mirabilis virtutis in repercuſſione, & reſolutione ſanguinis, ſumatur in potu ex hoc: & liniatur ſuper ipſum huiuſmodi epithema. [e] Recipe xyloaloe, & crocum, & baccas lauri, & bdellium, & calamum aromaticum, & maſticem, & ceram, & oleum alrazaki & almeiſuſan, fiat emplaſtrum & ponatur.

*De ſciſſura, & inciſione in hepate.* Cap. 20.

EXiſtimauit [f] Hippo. q̃ moritur ille, cuius diſrumpitur hepar, & [g] intelligit per illud ſolutionẽ continui magnam communem corpori ipſius & venis eius. In illo autem, quod eſt minus hoc, quandoque eſt ſpes. Et quandoque accidit illic vrina ſanguinis, & ſolutio ventris cum eo ſecundum duo latera hepatis.

*De cura.* Cap. 21.

CVra illius eſt cum medicinis ſtypticis, & glutinatiuis, ſm q̃ ſcis. Et ſm q̃ dictum eſt in capitulo ſputi ſanguinis. & quandoque confert ei dare in potu pondus.ʒ.ij. de roſis cum aqua frigida: aut dare ei in potu balauſtias, aut facere emplaſtrum ex eis.

A Raſ.17. cont. t.i. c.2.181.

B Ga.8. de phar. cõ po. ſecundum loc. c.9.h

C Supra α

C Cap.11.

D † de liliis albis.

E Hal.li.7. pra.c.32. † confectio quędã

F 4.aph.18. G Gal. ibidem.a

C D

TRACTATVS IIII. *De humiditatibus, quibus accidit cauſa hepatis, vt expellantur egrediendo, & coarctentur quieſcendo.*

*De ſpeciebus expulſionum rerum ex hepate.* Cap. 1.

QVandoq; diuerſificantur expulſiones in ſubſtantia eius, quod expellit: & quandoque diuerſificatur cauſa eius propter quod expellitur. Subſtantia vero eius, quod expellit, quandoq; eſt res chyloſa: & qñq; eſt aquoſa: & qñq; eſt ablutiua vel ſicut lotura carnis: & quandoque eſt cholerica: & quandoq; eſt virulenta: & quandoq; eſt ſanioſa, & quãdoq; eſt nigra ſubtilis, & nigra ſicut fęx, & nigra melancholica: & quandoq; eſt fœtida: & qñq; non eſt fœtida: & qñq; eſt ſanguis purus: & quandoq; expellitur ſimilis ei ex via ſtomachi cum vomitu: & ſignificat ipſum priuatio doloris. Et quandoq; eſt res groſſa nigra, quæ eſt ſubſtantia carnis hepatis. Cauſa autem eius propter quod expellitur, quandoq; [a] eſt apoſtema, quod rumpitur. Aut oppilatio, quæ eſt aperta & facta eſt expulſio, aut ruptio, aut ſciſſio, accidens in corpore eius aut venis eius, & cauſa eius eſt iciſio aut percuſſio aut obuiatio: aut vlcus, aut corroſio, [a] aut debilitas retentiuæ: quare non retinet illud, quod in ipſo comprehenditur. Aut [b] debilitas attractiuæ: quare non attrahit: Aut digeſtiuæ, & non digerit illud, quod comprehenditur in ipſo. Et cum non digeritur non recipit ipſum corpus, & expellit ipſum: Aut [c] fortitudo expulſiuæ: [d] aut malitia complexionis calidæ liquefactiuæ: aut frigidæ debilitantis ex cauſis infrigidantibus: & ex eis ſunt euacua- F tiones plurimæ. Aut eſt propter repletionem & ſuperfluitatem quam neceſſe eſt naturam expellere. Et [e] qñq; eſt repletio ſm corpus totum: & [e] qñq; eſt in ipſo hepate, qñ bona eſt generatio ſanguinis: ſed moratur in ipſo ſanguis, & non penetrat ad venas propter conſtrictionem earum: aut propter debilitatem attractiuæ in ipſis, aut ꝓpter oppilationes, aut apoſtemata, quæ diximus. Et [f] quandoq; eſt cauſa repletionis qua expellitur, dimiſſio exercitij, aut additio in cibo, aut inciſio membri, ſm ꝙ diximus in lib. vniuerſali. Aut retẽtio curſus conſueti hęmorrhoidarum, aut menſtruorum, aut aliorum. Et qñq; cauſa eſt mordicatio, & acuitas materiei cogens naturam ad expellendum, licet virtutes nondum fecerint in ea operationem ſuam, quam facerent ſi non eſſet hoc nocumentũ. Et qñq; aſſociatur illud, quod inuenit in via, & fit ei laborioſum, & anguſtioſum. Et qñq; fit huiuſmodi in criſibus. Et [c] qñq; cauſa non eſt in ipſo hepate, immo in meſaraica. Et quamuis non ſunt poſſibiles in meſaraica omnes modi iſti cauſarum, eſt tamẽ poſſibile vt ſint ex parte apoſtematum, & oppilationum: quamuis primum ſit longinquum poſſibile eſt tamen vt hepar attrahat, & meſaraica non attrahat & accidat res de qua curatur quamuis attractio dignior ſit hepati non meſaraicę: & non eſt attractio meſaraicæ ſolius, attractio de qua curetur. Et [g] multoties quidem eſt ſolutio ventris hepatica: quoniam corpus non recipit nutrimentum, & reddit propter oppilationem, aut propter aliud. Et omnes ſpecies harum expulſionum nitũtur in veritate: aut ad debilitatem, aut ad G fortitudinem. Sunt ergo ea, quæ fit ex ſciſſura vel eruptione, & vlceroſa, & pertinens ad malitiam complexionis, & debilitatem virtutis, de genere debilitatiõis. Et apertio oppilationum, & eruptio aldubellati, & expulſio ſuperfluitatum de genere fortitudinis. Virtus enim dum non confortatur, non expellit pus dubellati, neq; ſuperfluitatem ſanguinis corrupti, propter multitudinem aggregationis, & paucitatem ſuctionis ex eo, neque ſuperfluitatem ſanguinis plurimi, & alia. Et quando egreditur ſanguis fœtidus, non oportet vt exiſtimetur, quod illic ſit debilitas: quandoq; enim fœtet propter longitudinem moræ, deinde expellitur, & eſt quaſi fæx nigra: cumq; ſuperfluit expellit ipſum natura, ſicut etiam fœtet in vlceribus. Verum illum, qui expellitur à virtute ſequitur leuitas, & eſt cum eo ſanitas diſpoſitionum. Et quando non eſt fœtens in omni diſpoſitione malus, tunc niger eſt dignior vt non ſit in omni diſpoſitione malus. Et ſimiliter quandoque eſt in expulſionibus colorum diuerſorum ſanitas vel leuitas: & errat, qui retinet hos colores diuerſos in omni diſpoſitione. Et vehementior error eius eſt, qui retinet eos cum oppilatiuis conſtipatiuis. Et [h] ſcias, quod non elongatur quin virtus debilitetur, & non ſeparet ſuperfluitates, & non expellat repletionem: deinde accidat ei vt confortetur virtus, aut perueniat præparatio materierum ad expulſionem & apertio oppilationum, aliqua cum qua facilis fiat expulſio inobedientis, & expellantur ſuperfluitates. Et [i] cauſa quidem in ſolutione ventris chyloſa, quę eſt cauſa hepatis, & eorum, quæ H I ſequuntur ipſum, aut eſt propter debilitatem attractiuæ, quæ eſt in hepate, aut propter oppilationes, & apoſtemata, quæ ſunt in concauitate eius, aut meſaraica ita, vt non attrahat, & non alteret omnino. Et ego dicam iudicium harum oppilationum in [k] capitulo inteſtinorum. Et eſt ex eis, quæ cum dimittuntur, arefaciunt, & deijciunt virtutem: & quando retinentur inflant in ſuperioribus, & nocent eis, & cõſtringunt anhelitum. [l] Materierum vero chyloſarum multitudo eſt, quod ipſę ſunt magis auctæ vel additę, ꝗ̃ virtus attractiua, quæ eſt in hepate, quare remanet maior pars earum non attracta. Et qñq; eſt cauſa in hoc vehementia appetitus ſtomachi, & ſuperfluitas eius. Et [m] cauſa in ſolutione ventris lauatiua, eſt debilitas virtutis alteratiuę, & ſeparatiuæ, quæ eſt in hepate: aut augmentum patientis ſuper agentem aut debilitatio retentiuę. Et eſt tunc [n] proportio fluxus lotiui ex hepate debili, proportio vomitus & cholericę paſſionis ex eo, quod non tolerat ſtomachus debilis, & expellitur ante complementum operationis propter debilitatem retẽtiuę. Cum ergo non eſt propter debilitatem retentiuæ, tunc eſt propter debilitatem alteratiuę. Et vtreq; debilitates ſequuntur oẽm complexionem. Sed plurimum debilitatis retentiuę eſt propter caliditatem & humiditatem. Et plurimum debilitatis alteratiuæ vel immutatiuę eſt propter frigiditatem, & non



A G.5.lo.af.c.7.35.e
B Gal.ibidem.b
C Gal.5.lo.aff.c.7. fol.35.d
D Gal.1.de criſi.c. 11.c, & 8. de phar.cõpõ. ſm lo.c.6 194.c
E Gal.3. de ſymp. cau.c.2.28.a
F G.5.loc.aff.c.7. fo.35.d, & 3. de cau. ſymp.c.2.28.b
G Raſ.13.conti.t.1. c.1.150.3.
H T.2.c.4.& Fen. 15.t.2.c.5.& Fen.16. t.1.c.2.& Ga.6.loc. aff.c.1.b
I Ga.li.8.de medi. compo.ſm loc.fol. 194.b
K 10.t.2.F.16.
L Raſ.ibi.151.1.
M Ga.5.loc.af.c.7. 34.d
N Ga.com.1.porrhet.2.b.c, & 5.de ſymp.cau.c.2.27.b



A affirmes ſententiam, ꝙ lotiuus ſit propter caliditatem ſolum, aut propter frigiditatem ſolum. Et in vtriſq; diſpõnibus quidem lotiuus conuertitur ad illud, quod eſt plus ſanguineum propter vehementiam retroceſſionis ex corpore, deinde ad illud, quod eſt turbidum. Et eius quidem, quę facta eſt à caliditate, eſt ſignum aliud: & factæ à frigiditate, eſt ſignum aliud, quæ ego dicam. Et [a] cauſa in ſolutione ventris cholerica, eſt multitudo choleræ: & fortitudo expulſiuæ. Et cauſa in virulenta eſt aduſtio ſanguinis, & humorum, & liquefactio eorum: & qñq; perducit ad aduſtionem corporis ipſius hepatis, & egreſſionem eius poſt humores diuerſos: & qñq; fit virulentia propter reſudationẽ apoſtematis, aut dubellati. Et ſæpe fit reſudatio ex hepate, & fit ventris ſolutio periodica. Et cauſa in facta, quæ eſt ſimilis fæci, aut eſt eruptio dubellati, aut oppilationis apertio, aut corroſio, & vlcera putrida, aut aduſtio ſang. & alteratio eius in partibus hepatis propter paruitatem penetrationis, cum caliditate hepatis, & eorum, quæ ſequuntur ipſum. Aut alteratio eius in venis cum eſt vehementis caliditatis, & corrumpit ipſum, & non ſugit ex eo corpus: quare ingroſſatur, & fit ſicut fæx fœtida vehementis fœtoris: & in ipſo eſt ſpumoſitas propter ebullitionem & liquefactionẽ & cholericitatem propter dominium caliditatis. Et quãdo corrumpitur hac corruptione, expellit ipſum natura fortis, & ſignificat corruptionem complexionis in membris. Et ſunt habentes ipſam proculdubio debiles & extenuati. Et differt à melancholica per colorem, & ſubſtantiam, & fœtorem:
B nam ipſa eſt minor illa in nigredine & ſpiſſior ea in ſubſtantia, & fœtor ipſius vehemens eſt, cuius ſimilis non eſt melancholiæ: Aut frigus inſpiſſans ſanguinem, & congelans ipſum: α Aut [b] debilitas hepatis, propter quam perducit ex lauatiua ad ſanguineam, & ad fæculentam, & non eſt ſubito niſi raro. Et plurimum cum fit ſubito, eſt à complexione calida adurente. Frigida enim facit ipſum fluidum non digeſtum, & calida adurens ingroſſat vel conturbat ipſum ſicut fęx: ſed propter egreſſionem ſubſtantiæ [c] carnis hepatis eſt aduſtus groſſus. Et cauſa in fœtore eſt putrefactio accidens ꝓpter corroſionem & vlcerationem aut propter multitudinem retentionis & aduſtionis. Et cauſa in ſanguine puro eſt virtus fortis non indigens vt remoueatur ſuperfluitas ſeu ſuperfluum ſanguinis tempore, in quo alteretur, deinde expellat ipſam. Et qñq; fit propter ſolutionem continuitatis. Inquit [d] Hip. ille cuius hepar repletur aqua, deinde rumpitur illud ad panniculum ventris, tunc cũ repletur venter eius aqua moritur. Et [e] ſcias, ꝙ plurimum potus vini recẽtis, facit cadere in ſolutionem ventris hepaticam. Et qñ retentio ſolutionis conturbat, & eius ſolutio facit acquirere tranquillitatem, eſt mortale. Et ſcias, ꝙ cum longæ ægritudini ſenis ſuccedit fluxus vẽtris & ipſe eſt extenuatus & cum eius fluxus retinetur fit nocumentum, tunc eius fluxus eſt hepaticus, & eius corpus non recipit nutrimentum propter exiccationem viarum.

*De ſignis.* Cap. 2.

C DIfferentia quidem inter ſolutionem ventris hepaticam & eam, quę fit ab inteſtinis, eſt quoniã humores mali egredientes, & [f] ſanguis ex inteſtinis ſunt cum raſura doloroſa, & pungitiua, & paulatim ſm continuationem: & hepatica fit ſine [g] dolore, & eſt [g] plurima, & non eſt ſemper cõtinua in omni hora. Et [h] qñq; diſtinguit inter vtraſq; permiſtio cum egeſtione, & ſeparatio ab ea, & poſtpoſitio ab ea. In hepatica enim venit poſt egeſtionem parum permiſtionis. Differentia vero inter ſolutionem ventris hepaticam, & ſtomachicam, eſt qm̃ hepatica egreditur chyloſa æqualis, in qua iam ſtomachus effecit, quod ei inerat, & remanſit impreſſio hepatis in ipſa: & ſi eſſet ſtomachica flueret ſicut fluit aliquid indigeſtum, & grauaret ſuper ſtomachum, & eſſet cum ea nocumentum ſtomachi. Et quandoq; egreditur aliquid indigeſtum non propter ſtomachum ſolũmodo, immo propter cõitatem hepatis etiam ad ſtomachum: verum pertinet ad ſtomachum, qm̃ nocumentum eſt in operatione eius. Et differentia inter ſolutionem ventris chyloſam, quę eſt ex hepate, & illam, quæ eſt ex meſaraica, eſt: qm̃ cum illa, quæ eſt ex meſaraica, non ſunt ſigna debilitatis hepatis in colore & in vrina, & alijs. Sed differentia inter virus factum ex vlcere aut reſudatione apoſtematis, & factum ex partibus alijs, eſt quoniã ante primum eſt febris, & hoc aliud incipit ſine febre: ꝙ ſi febricitat poſt illud, tunc eſt illud propter cauſam aliam. Et cum eſt virulentus quem diximus eſſe ex meſaraica & ex apoſtematibus in ipſa, eſt fluxus ventris chyloſus purus abſq; ſignis
D debilitatis in ipſo hepate ex apoſtemate aut dolore permutante colorem: & eſt febris, quæ ipſum comitatur, debilis. Et ad vltimum virus hepaticum eſt decliue ad albedinem, & rubedinem, ac ſi ipſum ſit reſudatio à pure & ſanguine: & meſaraicæ decliuius ad albedinem, & citrinitatem. q. ſit virus vlceris. Verum differentia inter ſpiſſam vel inter fæculentam, quæ eſt ab vlceribus, & corroſionem, & dubellet: & inter illam, quæ eſt à virtute, eſt: quoniam cum illa, quæ eſt à virtute, reperitur leuitas, & egrediuntur cum ea colores diuerſi, extranei, & non ſunt cum ea ſigna apoſtematum. Et quandoq; ſunt ante ipſam oppilationes. Et quocunq; modo ſit, non antecedunt eam feb. & arefactio, neque antecedit eam ſolutio ventris lauatiua, aut ſanguinea, ſubtilis: aut virulẽta. Et illius, quę eſt propter cauſam apoſtematum retinentium ſanguinem & corrumpentium ipſum, & non ſunt ibi dubellati, ſignum eſt vt ſit illic apoſtema, & non ſit illic ſignum collectionis: & ſit primo ſubtilis virulenta, reſudatiua, deinde ingroſſetur in fine rei. Et illam, quæ fit propter debilitatem [i] hepatis α incipiens ex lauatiua, & peruenit ad fæculentam, antecedit illud: & raro fit ſubito. Quod ſi ſit ſubito, cum alteratione coloris, & caſu virtutis appetitiuæ, tunc ipſa etiam eſt à debilitate. Et cum cauſa eſt complexio, ſignificant ipſam ſigna eius. Et [k] fæculenta, cuius cauſa eſt caliditas, ſimilat̃ ſanguini aduſto, & antecedunt eã liquefactio humorũ, & mẽbrorũ, & fluxus ventris virulentus, & ſitis, &



A G.1.de cri.c.11.d
Infra α
B G.5.lo.af.c.7.34.e
C T.1.c.14.
D 7.aph.55.& Auicen.c.6.
E Li.1.F.3.d.2.c.8.
F Ga.6.loc.af.c.2.d
G Raſ.13.cont.t.1. c.1.155.1.& 2.
H Raſ.155.1.
I Ga.6.lo.af.c.2.e Supra α
K T.2.c.2.& Ga.8. de phar.cõpoſi.ſm loc.c.6.194.c

paucitas appetitus, & vehementia rubedinis aquæ. Et qñq; ſunt cum ea feb. & eſt eius egeſtio, ſicut E egeſtio [a] feb. peſtilentiæ in vehementia fœtoris, & groſſitudine, & tincturæ coloris: deinde egredit̃ in fine eius ſanguis niger. Et [b] illa cuius cauſa eſt frigiditas eſt ſimilis ſanguini putrefacto in ſeipſo, non ſicut caro liquefacta: & neq; eſt multa vehementia fœtoris: immo fœtor eius minor eſt fœtore calidæ: & eſt minoris frequentiæ quam calida & minoris coloris. Et quandoq; eſt ſanguis ſubtilis, niger. q. ſit ſanguis turbulentus aliquo modo non congelatus: & eſt inceſſus eius lauatiuus plus, & ſitis in principio ſui parua, & appetitus cibi eſt plurimus: deinde in fine ſui perducit propter ſui putredinem ad febres, & deijcit virtutem etiam, & perducit ad hydropiſim, & ad vltimum eſt longitudo cum extenſione diſpoſitionis. Et [c] ſignificatur illud, quod aſſociatur complexionali ex humiditate & ſiccitate, per diſpoſitionem eius, quod egreditur in ſubſtantia ſui, & per ſitim. Et in illa, quæ fit aldubellati quandoque eſt pus groſſum, & ſanguis fæculẽtus, & humores plurimi, ſicut in oppilationibus. Verum ſigna aldubellati, & maturationis eius, & eruptionis ipſius ſunt ſicut iam [d] ſciuiſti, & cognouiſti ante. Et quandoq; currit aldubellati, & apoſtemoſa in principio ſui virus ſubtile, deinde cum erumpitur, egreditur ſanies, & quandoque currit cum ea ſanguis. Et illa quidem, quæ fit ab vlcere, aut corroſione eſt cum dolore in partibus hepatis: & cum paucitate eius, quod egreditur, & fœtore, & anteceſſione facientium neceſſario vlcera, & corroſionem. Et illa in qua eſt illud, quod egreditur ex ea ipſa caro hepatis, eſt nigra groſſa, & aſſociatur ei debilitas propinqua morti, F & nocumenta prædicta. Et illam, quæ fit propter repletionem, & à retentione curſus, aut inciſione membri, aut dimiſſione exercitij, aut ſimilibus, ſignificat, ꝙ eſt cauſa eius: & fit ſubito cum multitudine, & abſciſſione veloci, & paroxyſmo. Et [e] in omni, cuius res protenditur in fluxu ventris longo, ſiue ſit fæculentus, ſiue virulentus, aut alius ab hoc, vt cum fluxu egrediatur nigrum, parum habetur ſpes: & fortaſſe conferunt ei medicinæ fortes, ſtypticæ & nutritiuæ parum glutinatiuæ: verũ earum vltima conſecutio non perducit ad ſanitatem. Huius vero capituli curationẽ poſtponemus vſque ad [f] capitulum ſolutionis ventris.

A Li. 4. F. 1. t. 4. c. 1. & G. 8. de phar. cõpo. ſecundum loc. c. 6. 194. e
B G. 8. de phar. cõpo. ſm lo. c. 6. 194. e
C Gal. ibi. 194. d
D T. 3. c. 10.
E Hip. 2. prog. 22.
F Primũ. t. 2. F. 16.

*De cachexia.* i. Malo corporis habitu. *Cap.* 3.

QVando corrumpit̃ diſpõ hepatis, & dominat̃ ſuper ipſum debilitas, accidit in primis diſpoſitio antecedẽs hydropiſim, & noĩatur cachexia, & [g] appropriat̃ noĩe corruptionis complexionis. In primis itaq; permutat̃ color corporis, & faciei [h] ad albedinem, & citrinitatem: & apparet † {[i] altebegi} in palpebris, & facie, & extremitate manuum, & pedum. Et qñq; expargit̃ in totum corpus ita, vt fiat ſicut maſſa, & [h] conſequit̃ ipſam corruptio digeſtionis: & qñq; appetitus fit fortis: & [h] eſt natura in ſui retentione, & eius ſolutione non ſm ordines. Et ſilr̃ eſt diſpõ ſomni & vehementis ſomnolentiæ qñq; & vigiliarum & ꝓlongationis earum vice alia. Et [k] minorant̃ cũ ea vrina, & ſudor, & [k] multiplicat̃ ventoſitas, & fortis fit inflatio in mirach: & [k] qñq; inflant̃ teſticuli. Et [k] G cum accidit ei vlcus, fit difficilis eius conſolidatio propter corruptionem complexionis. Et qñq; accidit in radice gingiuarum & gingiuis caliditas, & pruritus propter vaporem corruptum aſcendẽtem, & fit corpus pigrum mollificatum. Et qñq; accidit diſpõ ſimilis cachexiæ ꝓpter aggregationẽ aquæ in pulmone. Et fit forma patientis eam, ſimilis formæ hydropiſis.

G Fẽ. 13. t. 1. c. 13.
H Aet. li. 3. ſe. 2. c. 19
† Tumefactio
I Ser. t. 4. c. 6.
k Ser. t. 4. c. 6.

*De hydropiſi.* *Cap.* 4.

HYdropiſis [l] eſt ægritudo materialis, cuius cauſa eſt materialis extranea frigida ingrediens mẽbra, & tumeſcunt per eam aut membra manifeſta omnia, aut loca vacua partium, in quibus ſunt regimen nutrimenti, & humores. Et [m] diuiſiones eius ſunt tres ſcilicet hypoſarcha in qua cauſa eſt materia aquoſa phlegmatica ſparſa cum ſanguine in membra. Et aſclites, in qua cauſa eſt materia aquoſa effuſa in ſpatiũ ventris inferioris, & quæ ſequuntur ipſum. Et tympanites, in qua cauſa eſt materia ventoſa ſparſa in illas partes. Et hydropiſis quidem habet cauſas, & iudicia communia, & omnis hydropis habet cauſam & iudicium proprium. Et [n] non quidem accidit hydropiſis abſq; ægritudine hepatis propria: aut propter communitatem eius, licet quãdoque ægrotet hepar: & non accidat hydropiſis. Et cauſæ hydropiſis omnino, aut ſunt proprie hepaticæ, aut ſunt cum communitate. Et [o] cauſarum propriarum dignior, & communior eſt debilitas digeſtionis hepaticæ, & ipſa eſt. q. cauſa coniuncta. Cauſę vero antecedentes ſunt omnes ęgritudines hepatis, comple H xionales, & inſtrumẽtales: ſicut paruitas, & oppilationes, & apoſtemata calida, frigida, & mollia, & dura, oppilantia orificium venæ [p] † {alhaleb} & durities ſiphac continentis ipſum. Et [q] complexionales ſunt inflammantes: & faciunt hydropiſim plus illis cum gradatione reſolutionis innati caloris, aut extinctionis eius ſubito. [r] Intelligo autem per reſolutionem huiuſmodi illud, quod ſciũt medici, ꝙ calori innato accidit reſolutio paulatim, aut [s] extinctio ſiue ſit ex calido ſiue ex frigido: [t] ſicut potu aquæ frigidæ in ieiunio, & poſt balneum, & exercitium, & coitum: & humectante ſuperfluo, & exiccante poſt liquefactionem. Et [u] euacuationes ſuperfluæ per ſudorem, & vrinam, & ſolutionem ventris, & raſuram, & [x] menſtrua, & [x] hęmorrhoides. Et nocibilior euacuationum eſt euacuatio ſanguinis. De ęgritudinibus vero officialibus [y] dictum eſt in capitulo cuiuſq; earũ, qualiter perducit ad hydropiſim. [z] Cauſæ autem hydropiſis cum cõitate ad ipſum: aut ſunt per cõitatem cũ corpore toto ita vt caleſiat ſanguis eius valde: aut infrigidetur valde propter aliquam cauſarum. Aut eſt propter frigus ſtomachi, & malitiam [a] complexionis eius: & proprie cũ ſuccedit diarrhœa. [b] Aut eſt propter meſaraicam. [c] Aut propter communitatem ſplenis, propter magnitudinem ſuam propter apoſtemata in ipſo dura: aut lenia, aut calida: aut multitudinem euacuationis melancholiæ. Et

L Ser. t. 4. c. 7.
M G. 4. de vic. rõne in acu. 111. h, & 5. lo. af. c. 7. h
N G. 5. lo. aff. c. 7. f
O Gal. 2. natu. c. 8. g, & 6. aph. 12. e, & 2. prog. 1. f
P † inguinis
Q G. 6. lo. aff. c. 1. b
R Raſ. 19. cõti. t. 1. c. 1. 192. 1.
S Raſ. ibi. 193. 3.
T G. 5. lo. af. c. 7. a, & 6. c. 1. c, & R. 192. 1.
V G. 4. de pſag. ex pul. c. 9. e
X G. 5. lo. aff. c. 7. h
Y T. 3. c. 1. & 2.
Z G. 2. prog. 1. g
A Fẽ. 16. t. 1. c. 2.
B Raſ. 190. 2.
C G. 5. lo. al. c. 7. b, & 6. c. 1. c



A Et perducit ſuperfluitas eius ad debilitatem hepatis per illud, quod expandit̃ de virtute melancholiæ motæ ad hepar & ad infrigidationem eius, & applicationem nocumenti eius ad ipſum: ſicut peruenit ad cerebrum, & fit gueſgues. Et [a] magnitudo ſplenis perducit ad hydropiſim, & ad debilitatẽ hepatis propter duas cauſas: vna earũ eſt multitudo eius, quod extrahit de hepate, & remouet virtutem eius: & altera eſt cum debilitate virtutis hepatis ſm ſemitam, qua ei contrarius eſt, & quod ꝓhibet ipſum generare ſanguinem bonum. Et [b] qñq; eſt per cõitatem renum, & ꝓp frigiditatem renum: aut propter caliditatem eorum proprie, aut propter oppilationem in eis, & duritiem: [c] quare non attrahunt aquoſitatem, quamuis hepar ægritudinem non habeat. Et qñq; fit propter inteſtina, & ægritudines eorum: & [d] proprie ieiuni, propterea quia eſt ei propinquum. Et ꝓpter veſicam, & matricem, aut [e] pulmonem, aut diaphragma. Et non eſt oẽ, quod accidit propter cõitatem renũ, propter complexionem eorum, immo qñq; eſt propter oppilationes eorum, & [f] apoſtemata ipſorum: quare non attrahunt. Et ſilr̃ eſt diſpõ in eis, quæ accidunt propter cõitatem inteſtinorũ. Non enim oĩa ſunt propter alterationem diſpõnis inteſtinorum in qualitatibus tm̃, immo qñq; ſunt [f] ꝓpter dolores inteſtinorum ex punctura, & raſura, & [g] colica vehementis doloris & alijs: quare debilitat̃ hepar propter illa. Et ſilr̃ illud, quod fit propter communitatem matricis non eſt in qualitate eius tantum, immo propter dolores eius. & retentionem menſtruorum in ea. Et qñq; fit propter B communitatem ſicteris propter retentionem ſanguinis hęmorrhoidarum: ſilr̃ in membris alijs prędictis. Et plurimum quidem communicant membra fæcis cum concauitate: & membra prouocationis, & anhelitus cum gibboſitate. [h] Verum plurimæ cõicationes ꝑducentes ad hydropiſim, ſunt cõicationes cum renibus & inteſtino ieiuno & ſplene, & meſaraica, & ſtomacho. [i] Quidam autem dixerunt, ꝙ qñq; accidit hydropiſis propter apoſtemata accidentia in locis vacuis proprie inferioribus propter malitiam complexionis eorum tranſeuntem ad hepar, & nocentem ei: Aut ſanguinẽ melancholicum, qui multoties coarctat̃ in eis, & generat oppilationes in eis, quę vicina ſunt illis, ꝑueniendo ad ea, & diarrhœam, & eſt primum perducens ad hydropiſim poſt [k] tolerantiam doloris confirmati in partibus iliorum: ſeu alchatin. i. lumborum, qui forſitan nõ reſoluitur per medicamẽ & euacuationem. [l] Et hic eſt ſermo non bonus. Et [m] deterior quidem hydropiſis eſt illa, quæ eſt cũ ęgritudine acuta. Et [n] ſunt hoĩes quidã quibus videt̃, ꝙ hypoſarcha eſt deterior alijs: qm̃ corruptio in ipſa cõicat hepati, & oĩbus venis corporis, & carni ita, vt deſtruat̃ plurimum digeſtionis tertiæ. Et [o] ex eis ſunt, quibus videtur, ꝙ ipſa ſit leuior alijs ita, vt ſit leuior tympanite. Verum dignius eſt, vt ſit aſclites malignior illis oĩbus: deinde ex hypoſarcha ſit aliqua, quæ eſt leuior oĩbus: & ſit ex ea alia, quæ eſt valde mala: & illud ſm conſiderationem cauſarum facientium cadere in ipſam. Et ĩ manifeſta quidem diſpoſitione, & in plurimo, quod quidem experimentum facit eſſe neceſſariũ, opor C tet vt ſint plurimæ ſpecies hypoſarchę leuiores: & non oportet neceſſario, vt ſit hepar debile in eis, ſm ꝙ eſt in illis reliquis. Et [p] homo de quo vehementius timetur, cum aduenit ei hydropiſis, eſt ille cuius complexio naturalis eſt calida & ſicca. Non enim ægrotat per contrarium ſuę complexionis, niſi propter rem magnam. [q] Hydropiſis autem eueniens propter duritiem ſplenis, magis ſalua eſt, quam aduenïens ꝓp duritiem hepatis: immo eſt in qua ſperatur curatio. Et [r] quandoq; dominatur materia hydropiſis adeo, donec faciant accidere dyſpnœam & conſtrictionem anhelitus, & tuſſim, & illud ſignificat propinquitatem mortis in tribus diebus. Et qñq; alteratur anhelitus ꝓp compreſſionem officialem, & hæc eſt magis ſalua. Et [s] quandoque accidunt eis ꝓpe mortem, vlcera oris, & gingiuarum ꝓpter malitiam vaporum. Et [t] in fine eius accidunt vlcera in corpore, ꝓpter malitiam complexionis ſanguinis. Et dicitur, ꝙ quando deſcendit ex hydropico, quod eſt ſicut aqua carnis ꝓnuntiat mortem eius. Et [u] ſi alicui accidit hydropiſis habenti melancholiam, reſoluitur melancholia, propterea quia hydropiſis humectat eam. Et ſcias, ꝙ fluxus vẽtris in hydropiſi, mortalis eſt. Et oportet quidem vt habens hydropiſim ſciat illud, quod de ipſo primum inflatur: ſcilicet an ſit pecten aut pedes, aut dorſum, & partes renum, & alchatin, aut inteſtinorum. Et oportet vt ſit natura in lenitate, & ſiccitate cognita. Natura enim ſicca melior eſt, quam cum ipſa eſt lenis: & proprie in incipiente exalchatin, & renibus. Et [x] cum incipiente quidem ex alchatin multiplicatur lenitas na D turę, propter reuerſionem humiditatum cibi ex eo ad inteſtina: & [y] ſiccitas in incipiente ex anteriori eſt plus. Et oportet vt cognoſcas diſpoſitionem locorum ſicut partium vmbilici & pectinis an ſit tabefacta, aut carnoſa. [z] Carnoſa enim ſignificat fortitudinem, & tolerantiam ſolutionis ventris: & conſidera etiam an oſeum communicet in inflatione, aut non communicet. Et qñ communicat oſeum timetur reſudatio. Et reſudatio eſt laborioſa ęgritudo faciens ægrum diu pati & facit cadere in vlcera maligna, difficilia ad ſanandum.

A G. 6. loc. af. c. 1. c & Raſ. 10. cont. t. 1. c. 1. 100. 2.
B G. 5. lo. af. c. 7. h. g
C G. li. 3. de ſymp. cau. c. 2. lo. 28. c
D G. 5. lo. af. c. 7. h
E Fen. 10. t. 1. c. 3. & Ga. ibi. & Aet. li. 3. ſer. 2. c. 20.
F Raſ. 19. cont. t. 1. c. 1. 193. 3.
G F. 13. t. 3. c. 6.
H Gal. 2. prog. 1. f
I Ser. t. 4. c. 7.
K Hip. 4. apho. 11.
L Raſ. 19. cont. t. 1. c. 1. 190. 4.
M Hip. 2. prog. 1.
N Raſ. 191. 3.
O Raſ. ibi. 191. 2. & 3. & lib. diui. c. 65.
P Raſ. 19. cont. t. 1. c. 1. 191. 2.
Q Raſ. 191. 1.
R Hip. & G. 6. aph. 3. & 7. apho. 47.
S Raſ. ibi. 193. 1.
T Hip. 6. aph. 8.
V Hip. 7. aph. 5.
X Hip. & G. 2. progno. 2. g. h
Y Hip. & G. 2. progno. 3. h
Z Hipp. & Gal. 2. apho. 35.

*De cauſis proprijs aſclitis.* i. Aſcitis. *Cap.* 5.

CAuſa coniuncta in ipſa eſt, ꝙ ſuperfluitas aquoſa non egreditur ex parte ſui exitus, quare reuertit̃ neceſſario, & fluit ad aliũ locum, quam ad illum in quo cõprehendi & cõſtringi ſolet neceſſario. Aut ſm ſemitam reſudationis, aut ſeparatione vaporum quos permutat & conuertit coarctatio in aquam propter multitudinem materiei: Aut propter vehementiam expulſionis, qua expellit natura neceſſitate vincente in vijs, quas habent ſuperfluitates ad ſpatium ventris, & ad concauitatem ventris, in qua ſunt inteſtina. Et plurimum ſtationis eius non eſt inter zirbum & inter ſiphac intrinſecum & [a] non pertranſit zirbũ niſi ꝓpter corroſionẽ zirbi. Et tu [b] iam ſciuiſti, quod expulſio naturalis qñq; facit penetrare pus in oſſibus, nedũ ab alijs, aut ſm ſemitã ſciſſurę aliquorũ

A Cap. 6. & Ga. 7. aph. 55.
B Ga. 7. aph. 54.

meatuum, qui præparati ſunt cibo ad hepar: quare attrahitur aquoſitas ad eos antequam ad hepar. E Aut ſm ſemitam, quam dixerunt [a] quidam antiquorum ſublimium, & ſecuti ſunt eam quidam antiquorum poſteriorum. ſ. ꝙ illa reuerſio eſt in orificijs venarum, quæ perueniunt ad vmbilicum in embryone, & ſumitur ex eis cibus & orificijs, quæ ſunt venientia ad ipſum, & egreditur ex eis vrina, qm̄ infantes dum ſunt in ventre mingunt ab vmbilico ſuo: & orti anteq̃ ligentur mingunt etiã ex vmbilico ſuo. Cumq; prohibetur, ex illo latere tendit ad veſicam. Cum ergo neceſſitatem faciũt oppilationes, & reſiſtentia virtutum expulſiuarum ex partibus alijs, penetrat aquoſitas in illis venis, donec perueniat ad orificia earum. Cumq; non inunit meatum ad vmbilicum dilatantur ad ventrem, & aperiuntur, & fiunt valde latiores ſecundum comparationem ad creationem ſuã primam: & coarctantur meatus, qui ſunt apud gibboſitatem. Ipſi enim [b] ſunt ſtricti, & augmentatur ſtrictura eorum, plusq̃ illorum, qui ſunt apud concauitatem. Et non elongatur quin ſit euacuatio aquoſitatis ex ventre, adueniens ex iſtis partibus. Et medicina quidem inuenit viam per eas ad hepar: deinde ad inteſtina. Et [c] cauſa quidem huius cauſæ coniunctæ, aut eſt in virtute ſeparatiua, aut in materia ſeparata aut in vijs. Cauſa itaq;, quę eſt in virtute ſeparatiua eſt, qm̄ ſeparatio eſt communis inter virtutem expulſiuam in hepate, & virtutem attractiuam in renibus: cum ergo debilitantur ambæ, aut vna earum: aut fuerit in vijs oppilatio, & proprie cum eſt in renibus apoſtema durũ, & non ſeparatur aquoſitas, & non recipit eam corpus, & non tolerant eam viæ, tunc neceſſario eſt F vnus modorum caſuum hydropiſis aſclitis. Et propter hoc quãdoq; accidit hydropiſis propter debilitatem & ægritudinem in hepate ſolum. Cauſa autem, quæ eſt in ſeparato eſt vt ſit aquoſitas plurima valde, vltra quam virtus ſeparare poſſit, aut ſit non bene digeſta. Et aquoſitas quidem fit plurima valde, propter potum aquę frigidæ plurimæ, & hoc propter vehemẽtiam ſitis dominantis ꝓpter complexionem in hepate, facientem ſitim: aut propter cauſam aliam facientem ſitim: aut propter oppilationem cum qua nõ attrahitur ad hepar aliquid de quo ſit curandum, quare aſſidua fit ſitis ſuper multitudinem potus: aut qm̄ aqua non confert ſiti, aut quia calida eſt, non frigida, aut qa in ipſa eſt qualitas faciens ſitim ex ſalſedine, aut bauracitate, aut alijs. Pars autem alia eſt, quoniam cum non ęquatur digeſtio cibi humidi, recipit corpus aut hepar partem cibi humidi, & redit par eius, & implet vias: & qñq; ꝑducit ad cauſam hydropiſis aſclitis prædictæ, ſi dominatur aquoſitas: aut tympanitis, ſi dominatur ventoſitas: & illud in digeſtione ſecunda. Cauſa autem, quæ eſt in vijs eſt vt ſint illic apoſtemata, & oppilationes prohibentia aquoſitatem ab inceſſione viæ ſuæ, & penetratione in parte ſua: immo prohibet, & conuertit eam ad partem aliam, quam ad viam ſuam. Et quãdo expellit natura ex hydropico aquoſitatem hydropiſis per ſeipſam, ſignificat euaſionem. Et in pluribus horis cum perforatur hydropicus, redit inflatio in ſpatio trium deirum. Et ſm plurimum fit illud ex ventoſitate. Inquit [d] Hip. ab illo, qui habet phlegma plurimum inter diaphragma G & ſtomachum, faciens ei dolorem: tunc cum ipſum vadit in venis vſq; ad veſicam, reſoluitur ęgritudo. Inquit [d] Gal. melius eſt vt præcipitetur phlegma ad pectinem non ad partẽ veſicæ. Quomodo enim reſudabit ad eam cum ſit phlegma, & non ſit aquoſitas ſubtilis? Et dico ego non elongatur quin reſoluatur, & ſubtilietur. Et non elongatur quin ſit expulſio eius ſm electionem naturæ ad partem aliquam ꝑꝑ neceſſitatem ſuam, aut ſit in partes alias propter cauſam mediãtem ſeu prohibentem ſicut expellitur pus, quod eſt in pectore ad concauam, & ad veſicã. Hæc autem penetratio non eſt mirabilior penetratione puris in oſſibus pectoris. Et illud, quod [e] quidam dixerunt, ꝙ forſitan intellexit per phlegma aquoſitatem, etiam eſt longinquum, & non eſt neceſſariũ. Et [f] qñq; accidit vt infletur venter ſicut in hydropiſi, in eo qui habet vlcera inteſtinorum: deinde perforent, & non moriatur: & illud eſt, quoniam egeſtio effunditur ad ventrem eius, & magnificatur: ſed hoc ſecundum me quamuis dicatur, eſt ſicut longinquum. Mors enim magis antecedit, quam illud, & proprie cum eſt eruptio ex ſuperioribus.

*De cauſis proprijs hypoſarcæ.* Cap. 6.

CAuſa antecedens in ea eſt corruptio in [g] digeſtione tertia, decliui ad cruditatem, & aquoſitatem, & [h] phlegmaticitatem: & ſang. non adhæret corpori adhærentia naturali, propter ſui malitiam. Et qñq; antecedens in hoc corruptio digeſtionis ſecundæ aut corruptio digeſtionis primæ, H aut corruptio eius, quod comeditur, aut phlegmaticitas eius. Et cum debilitantur digeſtiua, & retentiua, & ſeparatiua in hepate ipſo: & fortis fuerit attractiua in membris, & debilitatur digeſtiua in eis, eſt huiuſmodi hydropiſis. Et plurimum eius eſt propter frigiditatem hepatis propriam aut per communitatem quamuis non ſint apoſtemata aut oppilationes prohibẽtia penetrationẽ cibi: & eſt plurimum propter frigiditatem venarum corporis, & ęgritudines eis accidentes & oppilationes exiſtentes in eis ex comeſtione [g] viſcoſorum, & [i] luti, & ſimilium. Et qñq; eſt propter ſtationẽ in frigore aeris frigidi, ĩ quo iam fortem efficit impreſſionem. Et qñq; accidit cauſa caliditatis liquefacientis corpus, & humores: cum ergo accidit oppilatio, non poteſt cum eo penetrare humor virulentus, liquefactus in partes renum, quare diſpartitur in corpore, & plurimum huius fit ſubito. Et [k] fluxus quidem ventris qñq; eſt valde iuuatiuus in hypoſarcha. Et natura qñq; ſtudet vt expellat ſuperfluitatem aquoſam in vijs naturalibus, & nõ naturalibus. Sed quãdoq; deficit ab illa expulſione. Aut fortaſſe antecedit penetratio eius non naturalis in modis prædictis dominium expulſionis naturalis ſuper eam. Et fortaſſe non recipiunt eam meatus. Et fortaſſe expulſiua expellit eam ad partem hepatis: quoniam eius aquoſitas eſt ex genere eius, quod expellitur ad hepar. Cum ergo

non

A Raſ.19. cont.t.1. c.1.193.1. & 192.2.
B Raſ.19. cont.t.1. c.1.193.2.
C G.3.de ſympt.c. 2.2.
D 7.aph.54.
E Raſ.ibi.191.4.
F Fẽ.16.t.1.c.2. & li. 1.Fẽ.2.do.3.c.11.
G Raſ.19.cont.t.1. c.1.192.3.
H G.3.de cau. ſym pto.c.2.b.c, & c.1.c
I Raſ.196.4.
k Hippo. & Galẽ. 7.aph.29.



A non recipit eam hepar, & quæ ſequuntur ipſum, propter debilitatem, aut propter multitudinem materiei, aut quoniam corpus non recipit propter oppilationes, aut alia, hæſitat inter duas expulſiones. Inquit [a] Hipp. cuius hepar repletur aqua: deinde erumpit aqua illa ad panniculum ventris impletur venter eius, & moritur. Inquit [a] Gal. intellexit per illud veſicas plurimas, quæ accidunt ſuper manifeſtam partem hepatis, & congregatur aqua, cum erumpuntur, & ſunt multæ: colligitur aqua in ſpatio & [b] parum penetrat in zirbum niſi propter corroſionem zirbi ex illa parte. [b] Et dixit hæc aqua eſt ſicut aqua hydropici. Et quandoq; efficitur hydropicus & qui non moritur: immo egreditur aqua eius, & viuificatur cum natura aut medicatione. Et ſimiliter non elongatur in hoc quin rarum ſit, aut elongatur ꝙ reuiuificat: & ego exiſtimo ꝙ moritur: quoniam hæc aqua eſt deterior in ſubſtantia ſua: quare corrumpitur in ſpatio, & interficit vapore ſuo: quoniam hepatis eius tunica continens ipſum, iam corrupta eſt.

*De cauſis tympanitis.* Cap. 7.

PLurimum cauſarum tympanitis eſt corruptio [c] digeſtionis primæ propter virtutem: aut propter materiam: Ipſa enim cum non valde digeritur, cũ iam in eam egerit caliditas debilis operationem aliquam, non fortem, & abhorret eam corpus, & expellit ipſam primum ad quod cõuertitur, eſt vapor, & ventoſitas. Et quandoq; ſunt iſtæ materiæ contentæ in partibus ſtomachi, & in-B teſtinorum quandoq; efficientes punctionem vel dolorem continuum, qm̄ caliditas naturalis non fortis faciens in eis reſolutionem debilem permutat eas in vẽtoſitatem, & proprie cum ſtomachus eſt frigidus & humidus, quare non præparat ad digeſtionem hepatis: deinde eſt in hepate caliditas quæ vult digerere rem non præparatam vel non diſpoſitam adhuc ad digeſtionẽ ſuam. [d] Et quandoq; eſt illud propter caliditatem vehementem extraneam in ſtomacho, & hepate, incipiendo ad cibos humidos, & humiditates corporis, antequã dominetur ſuper eos digeſtio, quę prouenit à caliditate innata, & efficit in eis operationem non naturalem, & reſoluit eos in ventoſitatem ante digeſtionem. [e] Eſt ergo cauſa tympanitis debilitas digeſtionis primę, & debilitas caloris: aut propter vehemẽtiam caliditatis dñantis, quę non dimittit tempore digeſtionis, aut propter cibos. [f] Et qñq; accidit in febribus peſtilẽtialibus, & in pluribus finibus ęgritudinũ acutarum inflatio ventris, quaſi tympanites, ex quo auditur ſonitus tympani, ſi percutiatur manu, & eſt ſignum malum valde.

*De ſignis communibus.* Cap. 8.

OMnes [g] ſpecies hydropiſis ſequitur corruptio coloris. [h] Et eſt color in ſplenetico decliuis ad viriditatem, & nigredinem. [i] Et in omnibus accidit inflatio pedum propter debilitatem caliditatis innatæ, & propter humiditatem ſanguinis, & eius vaporem, & inflatio amborũ oculorum, [k] & inflatio extremitatum aliarum. [k] Et omnes illę nõ euacuantur ex ſiti clamoſa, [k] & conſtrictio-C ne anhelitus. [k] Et plurimum earum eſt cum paucitate appetitus cibi, propter vehementiam appetitus aquæ, [l] niſi accidat quæcunq; illarum ſit, à frigiditate hepatis, & proprie à potu aquæ frigidæ in non ſua hora. [m] Et in omnibus illis, & proprie in aſcliti: deinde hypoſarca, minoratur vrina. Et [n] in pluribus diſpoſitionibus rubet, propter paucitatẽ ſuam, quare aggregatur in ea tinctura, quæ ſparſa eſt in plurima, & etiam propter paucitatem ſeparationis ſanguinis & cholerę rub. ab vrina. Non ergo oportet vt iudicetur propter tincturam aquæ, & rubedinem etiam, ſuper caliditatem hydropiſis. [k] Et accidunt eis plurimum fe. tepidę. [m] Et multoties accidunt eis bothor, quæ eruptæ emittunt à ſe aquam citrinã. [o] Et multiplicatur diarrhœa in hypoſarca, & tympanite. [p] Et cum eſt initium hydropiſis ex apoſtemate in hepate, aſtringitur natura, & apoſtemantur pedes: & eſt tuſſis ſine ſputo: & accidunt apoſtemata in latere dextro & ſiniſtro, quę occultantur: deinde apparent, & plurimum illius fit in aſcliti: Et ſi incipiat in ambobus ilijs, & alchatin: incipit apoſtema ex pedibus: [q] deinde accidit diarrhœa longa quę [q] non reſoluitur, et neq; egreditur cum ea aqua. Et hydropiſis cuius cauſa eſt calida, eſt cum ſignis caliditatis, & ex inflammatione, & ſiti, & citrinitate coloris, & amaritudine oris, & vehementia ſiccitatis in corpore, & caſu appetitus cibi: & vomitu citrino, & viridi: & fortis fit aduſtio vrinę in fine eius propter vehementiam cholerę. Et ſi eſt ex genere eius in quo multiplicatur liquefactio & expulſio ad duas vias naturales, ſignificant ipſam multitudo citri-D nitatis, & ſigna liquefactionis, & anteceſſio egeſtionis: & vrinę lauatiuę, & virulentę: & incipit ex partibus iliorum, & alchatin. Et ſimiliter omnis hydropiſis facta ab ęgritudinibus acutis. Et hydropiſis cuius cauſa eſt frigida, eſt contraria huic. Et qñq; vehemẽs fit cum ea appetitus cibi valde ſicut in frigiditate ſtomachi poſtea cum ſuperfluit complexio cadit. Et hydropiſis cuius cauſa eſt apoſtema durum cognoſcitur per ſigna eius, & diarrhœam, & paucitatẽ appetitus cibi. Et illa cuius cauſa eſt apoſtema calidum, incipit ex parte hepatis: & conſtringitur cũ ea natura. & ſunt reliqua ſigna quę ſunt apoſtematis calidi. Et ſpleneticam quidem ſignificãt color ad viriditatem decliuis: & ęgritudo antecedens in ſplene: & quandoq; non cadit cum ea appetitus. Et ſimiliter cum eſt ex renibus non cadit appetitus in hora, & in quantitate qua cadit in hepatica: & antecedunt eam ęgritudo renum, & apoſtemata eorum, & vlcera ipſorum.

*De ſignis aſclitis. i. Aſcitis.* Cap. 9.

CVm aſcliti eſt grauitas ſenſibilis in ventre. [r] Et cum percutitur venter nõ eſt ſonitus ei: ſed qñ commouetur, ex eo auditur ſonitus aquę commotę. [s] Et ſimiliter quando permutatur habẽs eam ex latere ad latus. [r] Tactus eius eſt tactus vtris pleni: non vtris in quo eſt inflatio. [t] Et non fiunt cum ea membra infirma vel pinguia, & non eſt magnitudo membrorũ eorum, ſicut in hypoſarca:

immo

A 7.aphor.55. & Aetie.c.1.
B C.5. & Gal.7. aph.55.
C Raſ.19. cont.t.1. c.1.192.3.
D Raſ.19 cont.t.1. c.1.191.1.
E Gal.3. de ſymp. cau.c.1.c
F C.16. & li.4.Fẽ.1. t.4.c.2.
G Gal.de ſym.diſ fe.c.5 b. & Aet.lib. 3.ſer.2.c.20.
H Raſ.19.cont.t.1. c.1.192.1. & .2. & .4.
I G.2.prog.t. 2. & 3. & 2. art. cur. ad Glau.c.3.f
l Aet. li.3 ſe.1.c.20
l G.5.loc. af.c.7.a & Aeti.
M Raſ.19. con.t.1. c.191.1.
N Lib 1.F.2. do.3. ſum.2. c 2. & Raſ. 19.con.t.1.c.2.197.2
O C.10. & F.16.t.1. c.1.
P Hip.2. prog.t.1.
Q G.2. prog.t.2.
R Gal. 4. apho.11.
S Raſ.193.3.
T C.11. & R. 192. 2.

immo areſiunt, [a] Et eſt ſemper ſuper cutẽ corporis ſplendor cutis humidæ extenſę. [b] Et quandoq; E cum ea eſt apoſtema virgæ. [a] Et accidit inflatio teſticulorum. [c] Et eſt pulſus habentis eam paruus, frequens, decliuis ad duritiem, cum aliquanta tenſione, propter tenſionem velaminum. Et quandoq; declinat in fine eius ad lenitatem, propter multitudinem humiditatis. [d] Et quando eſt hydropiſis aſclites eueniens ſubito, poſt lapidem exeuntem, abſq; cauſis manifeſtis in hepate, tunc ſcias, ꝙ vna duarum viarum pororum vritidum iam diſrupta eſt.

A Raſ.19.conti.t.c.1.193.3.
B Raſ.ibi.191.1.
C G. de pulſ.ad tyro.fo.46.d.
D Ra.191.4.

*De ſignis hypoſarcæ.* Cap. 10.

CVm [e] ipſa eſt, apparet cum ea inflatio in corpore toto, ſicut accidit corpori [e] mortui. Et impinguantur membra in ipſa. Et proprie facies eſt decliuis ad pinguedinem, nõ ad areſactionem. [f] Et cum premunt digiti in omni loco corporis eius, fit compreſſio profunda. Et non eſt in ventre eius de inflatione, & commotione, aut inflatione, & exitu vmbilici & tenſione in modum tympani quæ eſt in ventre aſclitis & tympanitis. [g] Et ſecundum plurimum ſequuntur eam diarrhœa & lenitas naturæ tendens ad albedinem. [h] Et quandoq; pulſus eius eſt vndoſus, latus, lenis. [i] Et iam dictum eſt; ꝙ quãdo eſt in facie hominis: aut manu eius ſiniſtra, mollities, & accidit ei in principio huius accidentis, pruritus in naſo moritur in ſecundo die aut in tertio.

E Ae.l.3.ſer 2.c.10
F Haly.9. the.c.31. & Raſ.192.3.
G C. 8. & Fẽ.16.t.1. c.2.
H G.de pulſ.ad tyro.fo.46.d
I Raſ. 19.conti.t.t. c.1.192.4.

*De ſignis tympanitis.* Cap. 11.

EGreditur in ea vmbilicus plurimo exitu. Et neq; eſt illic de grauitate illud quod eſt in aſcliti: ſed F quandoq; eſt in ipſa de tenſione, quod non eſt in aſcliti: immo qñq; eſt, quaſi ſit chorda tenſa. [k] Et non eſt in ipſa pinguedo membrorum, ſicut eſt in hypoſarca: immo incipiunt membra tendere ad areſactionem. [l] Et cum venter percutitur manu, auditur ex eo ſonitus vtris, in quo eſt inflatio non vtris pleni aqua. Et eſt appetẽs eructuationem ſemper, & melioratur ea, & exitu ventoſitatis. [m] Et eius pulſus eſt longior pulſu aliorum hydropicorum: & non eſt debilis cum non debilitatur virtus cum qualitate ſua, aut grauitate repletionis aſclitis. Et eſt ſecundum plurimum velox, & frequens, decliuis ad duritiem, & tenſionem. Et non eſt inflatio pedum ſicut eſt in alijs.

K C.9. & R.192.2.
L Gal.4. apho.11.
M Gal. de pulſ.ad tyro.fo.46.d

*De cura cachexiæ.* Cap. 12.

COnſidera an ſint in corporibus eorum humores diuerſi, cholerici, & educantur ſolutione vẽtris cum hierap. [n] Ipſa enim educit ſuperfluitates abſque humiditatibus innatis. Et ſi ſcieris ꝙ humores eorum ſunt viſcoſi, groſſi, ſolues cum hiera diacoloquinthidos, Et quandoque confert in ea [n] aloes, & [n] coloquinthida, & polypodium, & agaricus cum ſcãmonea. Et pondera in illis erũt ſecundum quantitatem quam exiſtimaueris de ſubtilitate humorum, & groſſitie eorum: & virtute corporis: & debilitate ipſius. Et quandoque indigent eis, quæ ſunt ſicut [o] elle. niger, ſi non valent alia in mundificando, & educendo ſuperfluitates viſcoſas. Et cum hoc toto oportet, vt ſubtile ſtudium ſit in ſoluendo eos & ſepares in eis illud, quod in potu ſumunt. Et quoties imaginaris quod G materia aggregetur, non permittas ipſam figi: ſed itera eũonem. Et cum hoc oportet vt tu conſideres ſtomachos eorum, ne lædantur à ſolutiuis: & ponas eorum ſolutiua aromatica, ſicut xyloaloe crudum, & ſimilia. Si autem virtus fuerit fortis, non multiplices cogitationem in hoc: ſed euacua quantitatem ſufficientem. Et ad ſummum oportet, vt ſit regimen prohibens generationem ſuperfluitatis. & illud quidem cum eũonibus ſubtilibus, frequentibus. Et deuitent phlebotomiam quantum poſſibile eſt. [p] Et ſi fuerit neceſſaria propter repletionem ſanguinis, aude ſuper eam cum timore & partire in diebus tribus aut quatuor: Et cum plus eſt neceſſaria phlebotomia, eſt quando cauſa eſt ex retentione ſanguinis hemorrhoidarum, aut menſtruorum. [n] Et melius quidem eſt, vt eũo fiat in primis cum eis, quæ mundificant ſanguinem, ſicut hiera, & ſimilibus: deinde ſi nondum ſufficit, extrahe ſanguinem paucum. Et in pluribus diſpoſitionibus quas habet, neceſſe eſt vt euacues cum eis, quæ educunt humores ſolutione ventris, & aperiunt oppilationes. Deinde cum eis, quæ prouocant, & aperiunt oppilationes. [n] Et clyſteria ſubtiliantia, & reſoluentia humiditatẽ ſolutione educentia eas, conferunt in ea valde. Cum ergo euacuantur, [p] tunc illud quo melius curantur, eſt exercitium temperatum, & minoratio potus aquæ, & [q] balneatio cum aquis de baurach, & ſulphureis, & aluminoſis: quod ſi deſunt, tunc fiat [r] cum aqua maris. [s] Balnea autem dulcia nocent eis, niſi vtantur eis ſiccis: & ſudent in aere eorum calido. [t] Et vt vtantur vomitu ante cibũ: eſt enim H bonum regimen eis. Et oportet vt ſit in principio rei cum raphano infuſo in ſyrupo acetoſo: & in fine eius cum elleboro. Et vt declinet ad exiccationem quantum poſſibile eſt, & ad apertionem. Et vtantur in emplaſtris ipſorum, & potibus eorum, medicinis exiccatiuis, aperitiuis, ſubtiliatiuis, aromaticis: ſicut ſpica, & caſia, & cinnamomo: & medicinis ſubtiliantibus, ſicut abſinthio, & keiſim, & eupatorio, & ſemine vrticæ, & camepityos: & ariſtol. ro. & ſucco cucu. aſinini, & folijs mezereon, & [u] † {giaulir} & alkekengi cum proprietate ſua, & ponatur in emplaſtris ipſorum ſulphur, & ſuccus cucu. aſinini, & radix mezerion, & folia eius, & nitrum, & cinis lilij, & ſpuma maris. Et iſta & ſimilia horum conueniunt fricationi eorum in balneo. Et conferunt eis miua, [x] † { alcandicun, } & vinum odoriferum ſubtile paucum, & ſyrupus meiſuſen. Et ex eis quæ conferunt eis valde, ſunt ſyrupus de [y] abſinthio in ieiunio. Et de confectionibus præcipue poſt mundificationem, ſunt [z] theriaca & mithridatum, & diacurcuma, & kalkalanzi cum ſeminibus. Et qñq; ſumũt in potu de lactibus lac camelarum, & vrinas earum: & proprie in corporibus ſolidis, fortibus: & proprie quando antiquatur cachexia, & exiſtimatur ꝙ fiat hydropiſis. Et quandoq; ſumuntur in potu vnci. ij. de vrina camelarum cum ſerapino cuius plurimum ſit vſq; ad aure. 5. Et ſimiliter de

N Ser.t.4.c.6.
O Paul.lib.3.c.47.
P Serap.t.4.c.6.& Aet.lib.3.ſer.2.c.19.
Q Serap.& Aet.& G.l.de ſimp. medi. fac.c.7.c
R Dioſc. lib.5.c.9.
S C.13.
T Ser.t.4.c.6.
V † panax
X † vinũ decoctũ cũ aromaticis zuc.
Y Aet.li.3.ſer.2.c.19
Z Gal.de ther. ad Piſo.c.15.d

vrinis



A vrinis caprarũ. Et qñq; rectius eſt, vt cõmiſceantur cum eis mirobal. citrini, ſi materiæ fuerint ſubtiles cholericæ. Et cõferunt eis ex vaporationibus, vaporatio ſtomachi & hepatis cum ſpica & caſia lignea & ſimilibus. Et fac emplaſtrum ex eis cum almeſuſan & ſimilibus. Et aſſidue fricare vẽtrem cum eis, quæ ſunt ſicut baurach, & ſulphur cum oleis calidis notis. Et confert eis ex emplaſtris emplaſtrum de tortellis cum cydonijs. Et ſi inobediat, liniatur ex ſtercore vaccino, & ſtercore caprino. Cibus autem habentium cachexiam, ſit ex eis in quibus eſt ſuauitas, & cõfortatio naturæ, ſicut alduragi, & alcubugi: & ſint iura eorum zirbegi odorificata valde cum eis, quę ſunt ſicut gariophylli, et cinnamomum, & zinziber. & maſtix etiam. Et ſimiliter almoſuſat. Et ex fructibus granata dulcia: & de cydonijs parum non nocet. Et oportet vt miſceantur etiam cum cibis ea, quæ ſunt ſicut ſinapis & porrum, & allea: & quæ currunt curſu eorum abſq; multiplicatione plurima.

*De cura aſclitis.* Cap. 13.

CAnon communis in curis eorum eſt [a] exiccatio, & extractio ſuperfluitatum, & ſi nõ cum alio, ſaltem cum ſtatione in ſole, vbi non eſt ventoſitas, & calefiendo ad ignem accenſum ex lignis exiccatis. Et comedere cũm menſura. Et dimittere aquã, & aperire poros, & prouocatio frequens, [b] Et ſolutione ventris educere aquoſitatem cum facilitate & frequenter, [c] Et expectatio ſuper ſitim, & regimen ipſius, & prohibitio à viſione aquæ, nedum à potu ipſius, quantum poſſibile eſt. B Et ſi non eſt excuſatio, quin ipſa potetur, bibatur poſt cibum aliquantulo ſpatio & permiſta cum vino, aut alijs. Et minoratio cibi, & ſubtiliatio eius valde, eſt melior cura. Et exercitium quod diximus in [d] capitulo hypoſarcæ. Et conſeruatio virtutis, & confortatio ipſius cum bene redolentibus, aromaticis, & olfactionibus ſuauibus, & odoribus ciborum confortantium: & cõfortatio ipſorum cum vino aromatico. Et non eſt multitudo potus ſquinzibin in ea laudabilis. Et ex eis quæ conferunt eis, eſt [e] vomitus: & proprie ante cibum: & etiam poſt cibum de tertio in tertium, aut de quarto in quartum, aut de quinto in quintũ. Ipſe enim iuuat eos valde. [e] Et ſternutatio cum medicinis, & inſufflationes, & alia conferunt eis ex illis quę deponunt aquoſitatem, & extrahunt eam ad vias euacuatiuas. [f] Phlebotomiam vero oportet vt deuitet omnis hydropiſim habens, quãtum poteſt, [g] niſi illi qui patiuntur hydropiſim ex retentione ſanguinis: phlebotomia enim prohibet membris eorum nutrimentum cum ipſa ſint pauci nutrimenti, & cum hoc infrigidat hepar ipſorum. Phlebotomia igitur eſt nociua in quãpluribus diſpoſitionibus. [e] Et ſi fuerit illic apoſtema occupetur in eo primum. Cumq; hydropicus conqueritur de latere ſiniſtro multarum arteriarum, tunc. n. non eſt eius querimonia propter tenſionem, quę fit in ipſo: nam ambo latera cõmunicant in hoc: immo illud eſt propter ſanguinem. Phlebotometur ergo in primis: deinde curetur cura hydropiſis. [h] Et ſi fuerit apoſtema durum, tunc non ſperetur in ſanatione hydropiſis aſclitis, quæ ſequitur ipſum: C nam & ſi aqua euacuetur qualibet euacuatione, redit tamen & replet. Et ſcias ꝙ euacuatio cum medicinis, laudabilior eſt quam quæ fit ſectione, & reſudatione, & ſit difficilis conſolidatio earum. Et oportet vt fiat euacuatio hora, qua non eſt febris: quãuis enim regimen exiccet hydropiſim, tamen apoſtema ipſam redire facit. Et oportet vt in ipſa minorentur trochiſci ſtyptici, quãuis ſint confortatiui, ſicut eſt trochiſcus de almirberis, & proprie cum cõſtricta eſt natura. Et oportet vt fiat exiccatio in hydropiſi frigida cũ omni calido, ſubtiliatiuo, aperitiuo. In hydropiſi autem calida ſm modum alium, de quo ſingulariter * ſermonem faciam. Et ſcias ꝙ oleum de fiſticis, & amygdalinum iuuatiua ſunt in omnibus ſpeciebus hydropiſis. Medicinæ autẽ ſingulares conuenientes huic ſpeciei hydropiſis, & cum eſt frigida. ſunt ſicut decoctio [i] andocochę vehementis decoctionis: de qua bibantur omni die vnc. ij. [k] Aut decoquatur ſquillæ lib. i. in. iiij. kiſt. vini in vaſe mundo donec cõſumatur tertia vini, & bibatur omni die ex eo quantitas cochlearij magni: deinde addatur ſuper illud donec perueniatur ad quinq; cochlearia: deinde minuatur donec redeat ad vnum. Et iterum detur in potu omni die de ſucco calamenthi vnc. i. [l] Et dixerunt quidã, ꝙ oportet vt ſumantur cantharides, & auferantur capita & alę earum, deinde reſoluantur corpora in aqua mellis, & ingrediatur æger balneum, & ſumat illud in potu, aut comedat cum eo panẽ: & hoc apud me eſt error maximus. Et plus quod audemus dare ex eis in potu eſt kirat. i. in potu aquarum expreſſarum notarum. D Et dicitur, ꝙ quando mundificatur corpus, & potatur omni die theriaca quãtitas ciceris cum decoctione calamenthi. xxi. die, & eſt contentus comeſtione vna leui, ꝙ confert. Et exiſtimauerunt quidam ꝙ ſumere in potu ſtercus caprinum cum melle, iuuatiuum eſt eis. Aut vrinam ouium, aut vrinam aſinorum cum ſpica & melle. Aut ariſtol. ro. pondus drach. iij. in vino. Et iam laudauerũt eis quidam omni die, aut omnibus duobus diebus ſumere [m] quantitatem fabæ ex alumine humido diſſoluto in aqua. [n] Et ex medicinis iuuatiuis ſunt [o] † {alkalkalangi} & dialacca proprie in aſclite, & in omni hydropiſi & [o] diacurcuma & confectio aburbatus & electuariũ alſuſen. i. de lilio cœleſti, & medicamẽ de ſquilla, & ſyrupo ſquillitico: & theriaca. Et ſcias ꝙ theriaca, & diacurcuma, & alkalkangi conferunt valde in fine hydropiſis frigidæ. Et ex medicinis mirabilis iuuamenti, ſunt trochiſci de ſabrã & cõpoſitio ipſorum. Recip. ſabrã, myrto. citrinorũ partes æquales: & doſis eius gradatim ſit ex danich. i. &. 5. ad quantitatem drach. i. bibatur in omnibus. iiij. diebus ſemel. Et in eo quod eſt inter eos, bibantur trochiſci almirberis. Et quandoq; cõponuntur medicamina ex reubarbaro, & coſto, & bacis lauri, & fœnugreco, & lupinis, & enula, & gentiana, & gumma amygdali, & galbano, & ſunt medicamenta iuuatiua. Regimen autem euacuans aquoſitatem eſt cum ſolutiuis ebibitis, & ſuppoſitorijs, & clyſteribus proprie. Ipſa enim propinquiora ſunt aquæ, & leuiora

A Ga.2 art.cur. ad glau.c.10.g
I Ga.6.t. in Hip. ſalubri diæt. hu.t.7.c
C Ser.t.4.c.7.
D 14.
E Raſ.194.1.
F G.4. de vic. rõne in mor. acut. t.111.a
G C.14.
H Raſ. 19.conti.t. t.c.1.193.4.
Infra *
I Dioſ.lib.3.c.104.
i Pau.lib.3.c.48.
L Hip. & Ga.4. de ratione in morb. acut. t.c. & Raſ. 193.1.
M Aet.lib.3. ſer.2. c.16.
N Lib.5.ſum.1.t.r. c.79.
O † Lib.5.ſum.1. tr.confectio

ſuper

ſuper natura, & remotiora à principalibus, & cum ſpeciebus balneationum, & cum prouocatione E ſudoris facta cum tanur, vel furnis calidis. Et cũ aquis in quibus decocta ſunt ſubtiliatiua, ſicut fœniculus, & chamæmilla, & ſquinanthum. Et ſpeciebus vnctionum, & emplaſtrorũ, & vaporationum. Et ingreditur in ſumma illius, vt ſumatur in potu lac caprinum, & lac camelarum fœtarum. [a] Et de hoc quidem genere vrina, & lac camelarum fœtarum conuenientia ſunt aſciliti, cum ſumuntur hebdomada. i. cum trochiſcis de aloe, in primis drach. 5. ex eis, cũ. 5. drach. ſpodij, vſquequo perueniatur ad drach. i. Et poſt hebdomadam, cum euacuatur aqua cum pondere drach. ij. kalkalagi: deinde itera trochiſcos de aloe hebdomada. i. & non ceſſes facere hoc, & fortaſſe ſanabitur. Debiles vero non ſumant in potu ex trochiſcis de aloe in principio, niſi quantitatem vnius danich. Et deſcriptio quidem trochiſcorum de aloe eſt in [b] antidotario. In ſolutiuis autem nõ oportet vt ſit illud, quod nocet hepati. Et ſi aliqua neceſſitas facit huiuſmodi neceſſarium eſſe, oportet vt rectificetur. Et oportet vt non ſit ſubito: immo ſm vices. Nam illud quod ſubito eſt, mortale eſt: & minus nocumentum eſt debilitare hepar. [c] Et aloe ſolum eſt malum valde hepati: quare oportet vt elongetur ab hepate, niſi propter neceſſitatem, aut cum ingenio rectificationis. Et oportet vt ſolutiua ſequantur ieiunium: quare non comedat ſolutus poſtea die & nocte, ſi poſſibile eſt: & vt ſequantur poſtea, quæ confortant & ſtypticant parumper, ſicut ſunt [e] trochiſci [d] †{almirberis,} & ſicut aquæ fructuum, in quibus eſt ſuauitas, & ſtypticitas ita, vt confortent hepar: & proprie poſt illud quod F eſt ſicut euphorbium & mezereon, & ammoniacum & ſimilia. Deinde adminiſtrentur rectificantia complexionem, ſicut theriaca, & diacurcuma in frigida, & aqua endiuię in calida. Et illi quidem quæ eſt vehementis caliditatis, non conuenit lac camelarum fœtarũ. Et incipiatur in lacte camelarum in primis à. xl. drach. & addantur in omni die drach. x. [f] Et oportet cum fuerit caliditas, vt non ſolutione educas choleram: qm̃ ipſa reſiſtit aquoſitati aliquo modo. Et quoniã neceſſe eſt, vt aquoſitas ſolutione ventris educatur, tunc duplicatur ſolutio ventris, & accidit virtuti nocumentum, immo neceſſariũ eſt, vt extinguatur cholera. Et ſolue aquoſitatem, niſi cholera ſit trãſgrediens terminum in multitudine: & ſis tunc contentus eis quæ ſunt ſicut myrobalani. Eſt enim bonum ſolutiuum in huiuſmodi diſpoſitione: ſicut ſerapinum eſt bonum ſolutiuum in diſpoſitione frigida. Et omnis ſuperfluitas euacuationis in quantitate, & in tempore, eſt mala: & eſt in calido rectior. Et ex lenitiuis bonis eſt ius alcanabir, & ius gallorum decrepitorum, & proprie cum polypodio, et anetho. & ſimilibus. Et cum euacuaueris vicibus. x. per aliquot dies, cum aliquo euacuatiuorum ſubtilium, & cum lacte camelarum, & aqua caſei, & reliquis, & minuta fuerit aqua, & alleuiatum fuerit apoſtema, tunc rectius erit, vt ſuper ventrem cauteria fiant, vt non recipiat aquam poſt illud: & fiant cauteria poſt abſtinentiam, & dimiſſionem ſolutionis ventris duobus diebus, aut tribus. Et ſint ſex α cauteria. ſ. longitudine, incipiendo à pectore vſq; ad pectinẽ, & tria in latitudine ventris: & expectet poſt ipſa ſm famem & ſitim, Et rectius quidem eſt vt in potu ſumant inter duas ſolutiones ventris, aliquid de aperientibus oppilationes: ſicut [g] trochiſcos de amygdalis amaris. Lac autem camelarum, & caprarum, & proprie arabicarum, & proprie nutritarum in potu detur cum eis quæ ſolutione ventris educunt aquoſitatem, & ſubtiliant, & prouocant, ſicut ſceha, & abrotanum, & [h] †{chachali} & alia. Et calefactis cum eis quæ conueniant cum hoc hepati, ſicut cuſcute, & endiuia, & alia. Et non reſpicias ad illud, quod dicitur in ipſo ex hoc, ꝙ [i] decipiunt ſophiſtici, & quod dicitur ꝙ natura lactis eſt contraria hydropiſi, immo ſcias ꝙ eſt medicamen iuuatiuum propter illud, quod in ipſo eſt de abſterſione cum facilitate. Et eſt conueniens propter illud, quod in ipſo eſt de proprietate ſua. Qandoq; enim eſt medicina ſolutiua contraria ei quod quæritur de cura qualitatis, ſed eſt conueniens cũ proprietate ſua, aut propter rem aliam ſicut euacuatio, & ſimilia: [k] ſicut ponitur endiuia in curationibus hepatis, quod habet ęgritudines frigidas. Et ſicut fit euacuatio cum ſcãmonea in ægritudinibus cholericis: immo ſcias ꝙ hoc lac vehementis iuuamenti eſt: nam ſi homo aſſidue ipſo vteretur loco aquæ & cibi, ſanaretur per ipſum. Et illud quidem iam expertum fuit in quibuſdam, qui peruenerunt ad terras Arabum, & perduxit eos neceſſitas ad illud, & ſanati ſunt. Et lac quidem camelarum quandoq; adminiſtratur ſolum: & quãdoq; adminiſtratur H miſtum cum alijs medicinis in quibuſdam, quarum eſt intentio regiminis non calefacientis valde, ſicut myrobalanis cum ſemine endiuiæ, & ſemine cuſcute, & ſale naptico. Et in quibuſdam earum eſt intentio regiminis calefacientis, ſubtiliantis ſicut ſerapino, & pilulis eius. Et in quibuſdam earum eſt intentio prohibere ſuperfluitatem ſolutionis ventris ſicut zarath vel chard, & ſimilibus. Et quandoq; admiſcentur vrinæ camelarum. Et quandoq; ſunt contenti eo loco cibi, & potus. Et quandoq; additur ei cibus alius. Et in vtriſque diſpoſitionibus, oportet vt tu verifices in re eius, an corpus ſugat ex eo, & non ſoluat, aut ſoluat parum: aut ſoluat plus pondere ſuo ſm menſuram tolerabilem: aut ſuperfluat, & ſoluat vltra tolerantiam: aut caſeetur in ſtomacho, & in vijs: aut perducat ad infrigidationem, aut fluxu ventris educat humorem groſſum phlegmaticum, aut humorem aduſtũ propter putrefactionem ſuam, ſi eam receperit. Et ſcias ꝙ melior hora ſumendi ipſum in potu eſt ver, vſque ad initium æſtatis. Et ex regimine bono in dando ipſum in potu, eſt illud quod experti fuimus multoties, & contulit: & eſt vt bibatur [l] lac camelarum fœtarum, ſm vacuitatem ventris, & abſtinentiam diei & noctis ante ipſum. Et non comedatur in eis niſi parum valde. Et ſi poſſibilis eſt abſtinentia eorum, ſcilicet diei & noctis, fiat. Et neceſſaria quidem eſt abſtinentia noctis, quæ eſt ante ipſum: deinde bibatur ex eo quod mulctum eſt in hora, & ſtatim, quantitas

vnc. ij.

A Lib.1.t.1.c.44.
B Li.5.ſũ.1.t.1.c.6.
C Raſ.195.1.
E Lib.5.ſũ.1.t.8.
D † acutæ ſpinæ
F Ra.197.1.&quaſi G.cõ.1.in li. Hip. de natu.hu.7.c
G Infra α
G Lib.5.ſum.1.t.8.
H † ſoldanela
I Raſ.194.1.
K T.1.c.10.
L Raſ.196.1.



A vnc. ij. aut. iij. [a] Et melius quidem eſt vt ſumantur vnc. ij. ex eo cum vnc. ij. vrinę camelarum. Et ab horreant aquam aliquibus diebus: & conſideret vſq; ad dies. iiij. & inueniet quod egreditur cum prouocatione, proximum ei quod bibit. Et poſt illud ſoluetur venter cum eo, quod bibitur ex eo: & fortaſſe non ſoluetur venter cum eo, niſi fęx parumper. Et non ſoluitur per ipſum, niſi quia corpus iam repletum eſt ex eo. Quod ſi ſoluatur venter eius vltra quam bibit, abſtineat ab eo vna die, aut miſceatur cum eo illud quod conſtipat. Et ſi non ſoluit, tunc oportet vt timeat ex potu eius caſeationem, & dimittat ipſum. Et ſimiliter ſi ſoluit infra illud quod bibitur, & tunc quidem oportet vt bibat aliquid quod deponat illud quod eſt in ore ſtomachi ex eo: & vt iteret ipſum admiſtum cum opopanaco, & ſimilibus: immo conueniens eſt vt in omnibus tribus diebus ſumat de pilulis de ſerapino. & ſimilibus, cum quantitate pauca, quæ extrahat illud quod fortaſſe caſeatur ex reliquijs eius, aut generatur ex eo: & proprie cum eructuat acetoſe, & inuenit grauedinem. Et ex regimine conferente in huiuſmodi diſpoſitione, eſt clyſtere in hora. Et oportet etiam in huiuſmodi diſpoſitione, vt dimittat ſumere in potu lac vno die, aut duobus, & vacet ad vaporationes, & emplaſtra, quibus emplaſtretur venter, & reſoluunt. Quod ſi potus lactis non facit accidere aliquid ex hoc, & egreditur omni die res non ſuperflue, immo perueniens ad quantitatem duorum vaſorum paruorum verbi gratia ſit contentus eo, ſiue ſit ſolum, aut cum ſerapino, & pilulis ſolutiuis B de ſerapino & alijs. Et ſi ſuperfluerit ſolutio ventris abſcinde ab eo lac vno die aut duobus diebus: deinde gradatim procede in faciendo ipſum potare: & da ei in potu ex eo, lac camellę iam nutritæ ex ſtypticis, & permiſce cum eo hora qua emulgetur ſcorię ferri [b] †{albaſceri} contritæ, & ablutæ cum vino, & aceto aſſate ſecundum quantitatem drach. xx. & carath vel chard & tarathit amborum ana drach. v. ſeminis apij drach. iij. [c] †{bachat} ex origano, & apio, & ruta. Et dimitte in ipſo hora vna, deinde coletur, & bibatur. Deinde gradatim perueniatur ad purum, poſtea ad permiſtũ cum eo quod ſoluit ventrem, ſi neceſſarium fuerit illud. De diureticis vero cõferentibus non oportet vt vnum ſolum adhibeatur: immo fiat permutatio de quibuſdam ad quædam, ſicut ſunt petroſelinum, & [d] ameos, & calamenthum, & [d] aſſarum, & fœniculum, & ſemen apij, & ſiler, & reliquæ ſpecies aniudem, & chamæpityos, & acorus, & duæ ſpecies ſpicæ, & [d] daucus, & [d] ſu, & meu, & ſparagus, & ſemen eius, & radix paſtinacæ campeſtris, & kekengi. [e] Et oportet vt optime fiat eorum tritura, ita vt velociter perueniant ad partes gibboſitatis. Et cum adminiſtras diuretica fortia, oportet vt adminiſtres poſtea aliquid de iuribus pinguibus, ſicut eſt ius gallinæ pinguis. In emplaſtris vero regula eſt, vt non multiplicentur in eis ea, quæ exiccant & reſoluunt cũ ſtypticitate forti oppilante poros illos per quos fit expiratio, & eorum egreſſio & reſolutio niſi res modica eorum ſm quantitatem, quæ cõſeruet virtutem ſi illa neceſſaria ſunt, ſicut ſunt ſpica, & thus, & cyperi cũ quan C titate pauca valde: illud enim conſeruat virtutem mirach, & illud quod in ipſo eſt etiam. Et facit ipſum non ſuſceptibile. Medicinas autem ſingulares quæ emplaſtrantur, & emplaſtra compoſita iuuatiua in hac ęgritudine, iam plurima diximus in antidotario. Et ea quę diximus hic, ſunt experta, & iuuatiua, propter ſtercus vaccinum & ſtercus caprinum, & ſtercus vaccarum paſcentium herbam non viridem. Deſcriptio emplaſtri ex eis. [f] Sumatur ex hoc ſtercore vaccino aliquid, & bulliat cum aqua & ſale: deinde puluerizetur ſuper ipſum ſulfur contritũ: & ponatur ſuper ventrem. [g] Et iterum ſtercus caprinum cum vrina infantium. Et iterum ſtercus columbinum & baccę lauri, & ireos. Et ex fortibus in hoc capitulo eſt ſtercus caprinum, & ſtercus vaccinũ in quo ponitur aliquid ex elleboro, & alſcebran, & congregantur cum vrina camelarum, & fit ex eis emplaſtrum. [h] Et ex compoſitis bonis eſt vt miſceantur [i] †{aludh} contritæ, & dimittantur ſuper ventrem hydropici cum diſpoſitione ſua, poſtquã cõtritę ſunt cum oſtracis ſuis, & expectetur ſuper eas vſquequo exiccentur per ſeipſas. Et ex emplaſtris bonis eſt, vt fiat emplaſtrum ex gumma pini & nitro, & enula, & minuto thure, cum adipe vaccarum. Et emplaſtrum cõueniens hydropiſi, decoquatur ficus carnoſę cum aqua, & miſceantur cũ eis mezerion pars vna, nitri partes. ij. chamæpityos pars .i. &. 5. A l. forte valde. Recip. gummi pini, & ceræ, & hyſſopi humidæ, & picis, & gummi albotin omnium ana darkimet. iij. [k] †{& meha ſeu miha,} & eſt aſtarach, & maſticis, & aloes, & croci, & ci D marum abſinthij, & ammoniaci omnium ana darkimet. i. caſtorei, ſulfuris & amomi, & oſtracorũ piſcis nominati beſafa omniũ ana darkami. 5. ſtercoris colũbini, & naſturtij babeli, & ſpumæ maris omnium ana darkimet. iij. lilij cœleſtis darkimet. iiij. baurac rubei darkimet. i. permiſceatur cum oleo de chamæmilla. Et quando eſt in hepate apoſtema confert emplaſtrum factum ex herba ſpicę & croco, & granis alben, & maſtice, & meliloto, & præputijs vitis, & chamęmilla, & oleis aromaticis. Et ex emplaſtris confectis emplaſtrum modi huius. [l] Recip. marchaſitæ, ſulfuris, [m] †{ citrini} nitri ammoniaci omniũ ana partem [n] †{.i.} cymini partes [o] †{duas & duas tertias partis} coniungantur cum cera, & glutino albotin, & vino, & ponatur ſuper ventrem. Et emplaſtrum de caſtoreo: & emplaſtrum de abſinthio: & emplaſtrum de ireos noſtrum: & emplaſtrum de euphorbio: & emplaſtrum de coloquinthida: & emplaſtrum factum ex ſalice: & emplaſtrum de baccis lauri, et de ſeminibus: & emplaſtrum colophidis. Et ex eis quę puluerizantur ſunt nitrum, & ſal aſſata, quæ puluerizentur ſuper ventrem: & proprie poſt oleum calidum ſicut oleum cucu. aſinini, & oleum de nereiden. Et qñq; adminiſtrantur ſuper eos medicinæ rubificantes. Et qñq; percutiuntur membra extrema cum virgis ſubtilibus. Et illud quidem illaudabile eſt apud me. Et qñq; ſuſpenduntur ſuper partes alchatim eorum, & quæ ſequuntur eas veſicæ in quibus ſufflatum eſt, ſed ego non co-

gnoſco

A Raſ.195.1.
B † regio.
C † manipulus
D Ra.200.1.
E T.1.c.18.1
F Ga.9.de phar.cõ. ſm lo.c.3.e
G Gal.ibi.c.3.1
H Dioſ.lib.2.c.8.
I † genus conchilij
K † matricaria
L Paul.lib.3.c 48.
M † viui.
N † xij.
O † xvi.

gnoſco in eis plurimum bonũ. De inciſione vero mirac ſcias, ꝙ parum proficit niſi in corpore val- E
de forti cum potens eſt poſt ipſam tolerare exercitium temperatũ, & ſitim, & minorationem cibi.
Et oportet vt non audeat fieri dum poſſibilis eſt cura alia. [a] Et rectius quidem eſt vt non fiat in vi- A Lib.1.F.2.do.1. ſum.2.c.19.
ce vna ſubito, & euacuentur ſpiritus ſubito, & cadat virtus: immo paulatim: & vt ipſa non perue-
niat ad multam debilitatẽ. Modus autem inciſionis ad extrahendum aquam eſt iſte. Præcipit autem
Afrius, [b] vt erigat ſe æger æqualiter ſi poteſt, aut ſedeat æquali ſitu, & cõprimant ſeruientes latera
eius, & expellant ea ad inferiora ſuminis: deinde adminiſtretur inciſio: & ſi non eſt potens ad il- B Paul.lib.6.c.50. vſque ad id cumq; aquam extraxeris.
lud, non incidas ipſum. Et ſi vis ipſum incidere oportet vt incidas inferiora vmbilici quantitate triũ
digitorum coniunctorũ: deinde incide, ſi fuerit initium hydropiſis ab inteſtinis. Et ſi fuerit ex latere
hepatis, fiat inciſio à latere ſiniſtro vmbilici. Et ſi cauſa fuerit à ſplene, pone ipſam à latere dextro
vmbilici; & ſubleua ipſam vt non ſcindatur ſiphac, immo excorietur mirac à ſiphac parumper
ad inferiora loci ſciſſionis mirac. Deinde perforetur ſiphac ita vt ſit foramen [c] ſiphac inferius fora-
mine mirach, quatenus cum egreditur canna, cooperiatur illud, & retineatur aqua propter diuer- C Raſ.199.3.
ſitatem duorum foraminum: deinde intromitte in ipſam cannulam æream. Cumq; acceperis aquã
cum menſura, fac iacere ipſum reſupinum. Et oportet vt conſideres pulſum: & cum inceperit de-
bilitari parumper, retine aquam. [d] Cumq; aquam extraxeris in fine extractionis, & remanſerit ali- D vſque huc Pau.
quid: tunc iam ſufficiet vt laborent in ipſam medicinæ ſolutiuæ. [e] Et quãdoq; fiunt poſt inciſionẽ F E Paul. Supra. α
cauteria quæ α diximus. Et quandoq; fiunt in ſtomacho, & hepate, & ſplene, & in inferioribus vm-
bilici cauteria minuta. Et quandoq; ſubtiliantur quidam, & faciunt currere aquoſitatem ad ſafan,
& incidunt ex ſafan paulatim: & eſt regimen iuuatiuum: & illud cum ſternutatione, & cum omni
quod facit deſcendere aquoſitatem ad inferiora: & oportet tunc vt caueatur ne proueniat ex eo ru-
ptura: & vt fiat illud cum eo, in quo non eſt nocumentum aliud. [f] Et quandoq; pungimus inflatu- F Raſ.194.4.
ram teſticulorum cum acubus multis vt aqua habeat reſudationes plurimas: Et fortaſſe ſuccedunt
inciſioni dolor, & punctura: quare oportet vt adminiſtretur effuſio olei anethini, & olei chamæ-
mellini, & oleorum lenitiuorũ ſuper puncturam. Et ſuper locum inciſionis ponãtur emplaſtra fa-
cta cum fœnugræco, & ſemine althææ, & ſimilibus. Et quandoq; ſufficiunt aqua calida, & oleum
effuſa ſuper locũ inciſionis: cumq; ſedatur punctura, dimitte ea. De euacuationibus autem eorum
particularibus cũ medicinis afferam capitula. Et has quidem medicinas ſolutiuas aquoſitatis, iam
numerauimus in tabulis: Et fortes earum ſunt, ſicut lac lacticiniorũ, & arbores eorum. Et melius
quo malitia eorum frangitur, eſt acetum, et poma, & cydonia, & ſemina granatorũ: & proprie ace-
tum in quo cõdita ſunt cydonia, aut in quo ſunt dimiſſa aliquibus diebus, aut ſuper quod roratus
eſt ſuccus eorum. Et ex eis quibus conficiuntur vel miſcentur lacticinia, ſicut lac alſcebram & ſi-
milia ſunt rob vuæ conficiantur cum eo & fiant pilulæ, & ſyrupus acetoſus eſt melius illo. ſ. cũ ſol- G
uitur in vnc. eius danich, ex eis quę ſunt ſcebram: & proprie planta ex qua fit theriaca alcharaui & † lacticinii ſpés. G Ra.194.2.
alfuſahi & exiſtimo ꝙ ſit † {alhaya,} & [g] euphorbium eſt medicamen de quo in potu ſumitur pon-
dus.3.i. in vitello oui ſorbilis, nam ipſum quandoq; confert in fortibus multoties cum timore ma-
ximo in eo, & æs vſtum & tubal. i. ſquãma [h] ęris & proprie confectum cum medulla panis factum H Raſ.196.3. I Raſ.199.4.
ad modum pilularum. Et herba quæ nominatur mendaria [i] & ſuccus cucu. aſinini. Et vinũ in quo
effuſa eſt [i] pulpa coloquinthidæ. Et ex ſumma lacticiniorum, [i] mezerion eſt fortis in hoc cap. [i] Et
eius rectificatio eſt, vt infundatur in aceto. Et quandoq; fit ex huiuſmodi ſyrupus acetoſus. Et de
ammoniaco quandoq; ſumitur in potu vſq; ad drach. ij. cum aqua mellis. Et ex eis quæ ęqualitati
vicinæ ſunt, ſunt [i] ſerapinum, & ireos, [i] & ſemen [i] vrticæ excorticatũ ex cortice ſuo cõfectum cum
melle, & aqua foliorũ raphani. Illa vero quæ ſunt ſalubriora, & debiliora, ſunt aquæ cardamomi. 5.
lib. cum zucca. alhaſer: & aqua alkakengi, & aqua ſolatri. Et ſyrupus acetoſus de mezereon. Et lac
camelarum fœtarum præparatum. Et aqua lactis præparata cum virtute ireos, & ſquama æris, &
almezereon, & ſimilibus. Deſcriptio aquæ lactis. Ponatur ſuper vnam lib. eius drac. i. ſalis gẽmę,
& drach. v. turbit, trita bulliant cum facilitate: & accipiatur ſpuma eius, & coletur. Et in inceptio-
ne ſumatur in potu ex ea tertia pars lib. deinde addatur paulatim vſque ad lib. i. Ipſa enim expellit
aquam ſine calefactione. Et aqua caſei melior eſt, quæ accipitur ex lacte camelarum. Et frigidior & H
melior calefactis eſt illa, quæ accepta eſt ex lacte caprino & lacte aſinino. Et ex medicinis quæ aſſo-
ciantur ad illud, & conferentibus hydropiſi calidæ eſt: [k] vt infundatur medietas cydonij in aceto K Raſ.195.3.
tribus diebus, deinde teratur cum pondere ſui de mezerion recenti vehementer contrito ita, vt
miſceantur; & proijciatur ſuper ea medietas ponderis aceti de zuccaro, & decoquatur donec re-
deat in eſſentiam mellis, & miſceantur omnia. Et quandoque appropinquant huic pilulę factæ de
ſemine mezereon cum zuccaro alhaſer. Et ſunt ex eis, in quibus non eſt timor in calida etiam. Et
ex confectionibus eſt alkalkalangi, & confectio noſtra de ſcoria ferri, & almezerion in antidota-
rio. Et confectio quorundam. Recip. endiuiæ, & ſeminis cuſcutę ana drach. x. & ſucci altaraxacon
ſicci pondus drach. xx. & ſucci almirberis drach. xv. laccæ ablutæ, raubar. de ſeni amborum ana
drach. v. ſucci abſinthij drach. vij. ſucci cucume. aſinini, & pulpæ coloquinthidæ ana drach. v. aga-
rici drach. vij. conficiantur cum iuleb, & ſumatur in potu cum aqua de oleribus. Et hoc eſt medi-
camen bonum quod quidam priorum antiquorum dixerunt, & ſecuti ſunt eos quidam poſterio- L Serap.t.4.c.7.& G.9.de phar.cõpo. ſm loc.c.3.g
rum: & eſt ſecurius latus quam alkalkalangi & in ipſo ſunt confortatio, & ſolutio ventris fortis.
Et ex cõpoſitis potibus eſt ſyrupus noſter de ireos. Et ſyrupus huiuſmodi. [l] Recip. æris vſti aur. i.
Et te-



A & terantur valde, & puluerizetur, & fimi columbini aure. i. & tertiam ramorum rutę, & aliquan- A Ser.4.c.7. † ſquammæ
tulum ſalis panis, bibatur illud cum vino. Et ex pilulis pilulæ fulurinus & earum confectio. [a] Re-
cip. [b] † {tubal} ęris, & foliorum almezerion, & ſeminis aniſi omnium ana partem vnam, & fiant
ex eis pilulæ, & ſumant ex eis in potu debilis drach. i. & fortis aure. i. Et etiam pilulę eſcehchie, &
pilulę biberem, & pilulæ de quinq;, & [a] pilulę de ſerapino, [c] & pilulę de mezerion. Et ſunt vltimæ C Raſ.195.4. D Raſ.9.c.69.
in aſciti, [d] ſicut pilulę de reubarb. ſunt vltimę in hypoſarca: & pilulę de bdellio, & [a] pilulę de ſce-
bram, & pilulę quas diximus in antidotario. Et pilulę huiuſmodi. Recip. lactis alſebram, & ſucci
abſinthij, & ſpicę, & turbit omnium ana danic. i. agarici, & roſarum amborum ana drach. i. infor-
mentur pilulę cum aqua ſolatri, & bibantur. Pilulę bonę. Recip. cortic. ęris, chamepityos, aniſi
partes ęquales, informentur pilulę, & incipiatur ab eis à drach. i. & aſcendatur. Et iterum ex tro-
chiſcis, trochiſci de reubarbar. magni ſolutiui. & [d] trochiſci de mezereon cũ ſeminibus, & trochiſci
de mezerion deſcriptionis alterius notæ. De balneis vero illa, [e] quæ ſunt humida, eis ſunt horren- I C.11.
da, & illa quę eis ſunt meliora, ſunt ſicca. Et meliora ex ſiccis ſunt ſicut tanur calefactus cum quan-
titate qua poſſit tolerare infirmus vt ingrediatur ipſum: & proprie hãbẽs hypoſarcam. Cumq; in-
grediatur dimittat caput ſuum extra ad aerem, vt perueniat frigus ad partes cordis, & pulmonis, &
infrigidet cor eius. & non magnificetur ſitis eius, & reſoluatur corpus eius in ſudore exuberãte iu-
uatiuo. Et ſi fuerint humida cum aquis calidis thermarum [f] nitroſis, ſulfureis, & aluminoſis notis I Hali.7.pra.c.36 B
exiccatiuis, iuuabitur cum eis valde in ſtatu ęgritudinis, & proprie habens hypoſarcam: & iteran-
do ingrediatur in ea in die vicibus aliquibus. Et ſi non cadit virtus eius, & poſſibile eſt eis, vt ſtet
in eis per longitudinem diei, faciat: Et huius quidem generis eſt aqua maris tepida, & calefacta. Ve-
rum ſubmerſio in frigida pura in fine rei, vehemẽter eſt conueniẽs. Et de bonitatibus aquarũ ther-
marũ eſt in quibus eſt poſſibilitas regiminis anhelitus frigidi, cuius ſimilis deficit in balneis. Quod
ſi aquę thermarum non ſunt pręſentes, tunc præparentur aquæ dulces cum eis, quæ adminiſtran-
tur ex eis ex medicinis, & decoquantur in eis ea quæ ſunt ſicut baurach, & ſulfur, & aluſnem, & ſi-
napis, & calx, & ſpecies aliæ notæ ſecundum canones ipſarum antequam confirmetur ægritudo,
ita ꝙ non iuuant medicinæ. Et oportet quidem vt iſtę aquæ obuient ventri habenti aſcitem, &
tympanitem: & hypoſarcam toti corpori. Hydropiſis autem calida, quæ eſt ſequens apoſtema ca-
lidum, aut ſequens complexionem calidam ſine apoſtemate eſt propter debilitatem virtutis im-
mutatiuæ. Et non ſignificat hanc ſpeciem hydropiſis proculdubio rubedo aquæ. quandoq; enim
eſt tinctura eius propter paucitatem ſuam: immo innititur in ea ſecundum reliquas ſignificatio-
nes: deinde curatur. Et oportet vt deuitent iſti duo ſimul medicinas calidas omnino, quoniam ad-
dunt in cauſam, & addunt in ægritudine, immo eſt in eis timor magnus. Et non oportet vt atten-
C datur illud quod dicitur, quod hydropiſis non ſanatur niſi cum medicinis calidis: Multoties enim
ſignificat illud quod teſtificatur, [g] & experti ſumus vt curemus nos, & qui fuerunt ante nos, apoſte- G Raſ.19.cont.t.1. c.1953.
ma curatione ſua, & complexionem calidam cum infrigidatione. Et ego quidem vidi mulierem
quam hydropiſis attriuit: & magnificata eſt ſuper eam, & ipſa mulier comedit quantitatem malo
rum granatorum tam maximam, ꝙ eius relatio eſt incredibilis, & ſanata eſt: & præparauit ſeipſam
& appetitum ſuum hoc regimine. Et cum hoc etiam oportet vt attẽdas latus aquoſitatis aggrega-
tæ. Nam ſi tu conſideraueris tantum latus ſe. erit timoroſum: & ſi conſideraueris latus aquoſitatis
tantum, erit error. Oportet ergo vt tu coniungas inter duo regimina cum facilitate: & intende tan-
tum in eis quæ æquant & reſiſtunt vincenti. Et ſcias quod quando tu ſtudes in ſanando hydropi-
ſim, & apoſtema, & febris ſtantia ſunt: non eſt tibi poſſibile. Et regimen in huiuſmodi eſt, vt ad
miniſtres aquã ſolatri & aquam alkekẽgi: & aquã apij: & aquam alchacali & aquam taraxacon: &
eſt endiuia amara. Et oportet vt miſceatur cũ iſtis aliquid de lacca, & croco, & reubar. cũ myrobal.
citrinis. Et vt adminiſtres etiam apud neceſſitatem illud, quod poſuimus in ordine præterito de ſo-
lutiuis de mezereon, & alijs. [h] Et oportet vt attẽdas quod dixit Gal. in cura hydropici calidam hy- H Raſ.19.cont.t.1. c.1961. de verbo ad verbum accepit ij bruno & cibaria ſoli cũ aceto.
dropiſim habentis: & deſcripſimus illud ſuis dictionibus. Inquit Gal. illud quod rexi ſenẽ amicum
meum in hydropiſi aſciticum cum caliditate, & virtute debili, fuit hoc. Cibaui illum carne hœdi
D aſſati, & carne alcubugi & attaiugi, & ſimilibus ex auibus, & pane [i] † {alchiſchar & alcharis & al-
moſus & halam.} & lentibus cum aceto. & multiplicaui ei illa cibaria propter conſeruationem vir
tutis: Et non conceſſi ei vt vteretur iure omnino, niſi in die quo in potu medicinam ei tribuere vo-
lui. In illo enim die permiſi ei vt vteretur ipſe zirbegi ante medicinam, & poſt ipſam: & non multi-
plicata fuit ſitis ipſius. Et præcepi ei vt comederet iſta cũ aceto medię fortitudinis, & ſolui ipſum
hac decoctione. Recip. myrobal. citrinorum drach. vij. fumiterræ drach. iiij. herbæ abſinthij drach. K † poliariæ, L † pugil.i.
ij. herbæ [k] † {eupatorij} drach. ij. endiuiæ recentis [l] † {bachat} ſpicæ aromaticæ drach. ij. ſeminis en-
diuiæ. drach. ij. roſarũ drach. ij. decoquantur in tribus lib. aquę, donec redeat ad. ij. lib. & ſpargatur
in ipſa pondus drach. x. zuccari, & bibatur. Et iterũ cum iſtis pilulis. Recip. lac ſcebram, & zuccari
quantum ipſum, congelaui ipſum: & dedi ipſas ante cibum ſuũ. Et qñq; coagulaui ipſum cum la-
cte ficuum, & dedi ex eo duo cicera, aut tria: & dedi ei in potu poſt illud rob de acreſta, & ribes. Et
feci emplaſtrum hepati ipſius cum frigidis, & cum granis condes, & mezereon infuſo in aceto. Et
ex epithematibus ſuper ventrem, eſt illud quod. Recip. lutum armenum, cum aceto & aqua, & fa-
rinam hordei, & milij, & ſtercus vaccinum, & fimum caprinum, & cinerem quercus, & vitis: &
aliquoties baurac, & ſulfur: & omnia ſint cum aceto. Et etiam hepati eius faciebam emplaſtra, quæ
recipiunt

recipiunt ſandalos,& quandoq; ponebam emplaſtrum de ſandalis ſuper hepar:& reſolutiuum ſu- E
per vmbilicum,& ventrem. Et quandoq; ſolui eum etiam cum ſyrupo roſa. poſtquã infudi in ipſo mezerion & alia vice diſſolui in ipſo lac aſſcebran. Et conceſſi ei de fructibus ficus ſiccas,& amygdalas,& zuccarũ. Et præcepi ei tolerare ſitim. Et quando ſuperfluit in ipſo permiſcui acetum cum aqua,& dedi ei in potu. Et quandoque contriui folia almezerion,& permiſcui cũ melle † { } ficuum, & dedi ex eis ipſi ante comeſtionem, & poſt eam: & ad vltimum non dimiſi eum die vno abſq; expulſione. * Hæc ſunt verba eius. Cibus autem habentium hydropiſim, oportet vt ſit paucus, & ſemel in die. Et ſi poſſibile eſt eis vt abſtineant à pane tritici, propter ſuam viſcoſitatem,& ſuam oppilationem, faciant: & ſint contenti [a] pane hordei cum ſeminibus. Et ſi neceſſarius fuerit, oportet vt ſit panis de furno [b] dicto tanur chiſcar coctus, & ſiccatus, vt non ſit azymus, & non ſit ex frumento viſcoſo. Et ſunt [a] quidam homines qui imponunt farinam ciceris. Et ſit eorum vnctuoſitas ex tali, quale eſt oleum omphacinum. Et ex cibis eorũ eſt acetum cum oleo permiſtum cum ſpeciebus aromaticis, quoniam eſt conueniens eis. Et ius gallinæ eſt iuuatiuum eis. Ipſum enim aggregat ad prouocationem,& rectificationem hepatis. Et cibus quem faciunt Chriſtiani ex oliuis, & nucibus, & alijs. Et oportet vt ſint iura eorum aqua ciceris, & ius alcanabir,& galli vetuſti,& gallinæ: et proprie cum herba almaudana. Et ſint carnes quas ſumunt carnes auium leues ſicut alduragi & alcubugi,& alſafanin & alſuachat, [b] & alcanabir, & carnes alcatha & carnes F
[b] gazelarum,& hœdorum,& paruorum piſcium cum ſeminibus ſubtiliantibus,& acutis inciſiuis. Et caro viperæ eſt eis bona valde, ſed ipſa quandoque ſuperfluit in ſiti. Et eorum olera ſint ſicut [b] apium, [b] & ſiclã, & herba iudaica,& endiuia, aut fumus terræ,& parum de ſarmach,& [b] porri,& ruta,& folia [b] carui, [b] & calamenthum,& allia, & capparis, & ſinapis: Et grana omnia nocent eis, proprie patientibus tympanitem. Medullæ autem [b] fiſtici, & auellanæ, & amygdalæ amaræ ſunt bonæ. Et quandoque conceduntur eis in hora aliqua [b] dactyli, & paſſæ. Et de fructibus recentibus non conceduntur eis omnino, niſi granata dulcia. Vino autem non appropinquet calidam habens hydropiſim. Verum habens hydropiſim frigidam, oportet vt non bibat ex eo niſi [b] ſubtile, antiquum, parum, non cum eſt ieiunus, neque ſuper cibum: [b] immo poſt horam, & cum ſit deſceſſio cibi à ſtomacho. Clyſteria vero, & ſuppoſitoria ſint ita. Clyſteria enim ſint facta ex aquis extrahentibus aquoſitatem cum eis quæ ſunt ſicut ſerapinum, et ireos,& ſimilia. Collyrium bene extrahens aquam. Recipe ſeminis vrticæ quinquaginta numero granorum, almaudana. xxx. numero, agarici kirat. vij. corticum æris darkimet, xxx. miſceantur cum medulla panis,& adminiſtretur collyrium: & ſumant ex eo. vi. kirat, aut. vij. De diureticis autem ſciendum eſt, quod omnia diuretica conferunt eis. Et ex eis quæ ſunt illis bona, eſt medicamen prouocans vrinam, quod Recip. vrticæ kirat. vij. ellebori nigri tantundem, alkekengi darkimet. i. ſpicæ indicæ. drach. ij. permiſceantur G
& ſumãtur cuius potio ſit. i. aur. cum ſyrupo aleſeniat. i. Aliud prouocans vrinam. Recip. xylobal. ſpicæ, caſſiæ, cymini radicis lilij, hypericon, florum ſquinanthi, amygdalarũ & coſti & paſtinacæ ſylueſtris & amomi, & ſemurbium, & eſt ſpecies apij ſylueſtris, & ſatraſilium, & eſt ſemen apij montani, calami aromatici, piperis, alkekengi, ſiſeleos, & eſt aniuden romanum, omnium ana drach. ij. miſceantur omnia,& doſis eius ſit aure. duo.

*De cura hydropiſis hypoſarce.* Cap 14.

RAdices vniuerſales ſunt iuuantes in curatione hydropiſis hypoſarcæ, & cum hoc iam diximus in cap. hydropiſis aſcitis conditiones conuenientes ad curationes hypoſarcæ. [c] Et in ea quidem quandoq; accidit neceſſitas phlebotomiæ, ſi fuerit cauſa retentio ſangui. menſtrui, aut hemorrhoidarum, & fuerint illic ſignificationes repletionis. In phlebotomia enim tunc erit ablatio præfocationis extinguentis. [d] Et phlebotomia quidem vehemẽtius eſt proportionalis hypoſarcæ, quàm aſciti: & lenitas naturæ in eis eſt conueniens. Et quando eſt cum hypoſarca febris, non conuenit ſolutio ventris, cum pharmaco neq; phlebotomia dum non remouetur. Et trochiſci de ſcebram, & potatio eorum ſm qꝫ narrauimus in cap. aſcitis, vehementius ſunt conuenientes hypoſarcę, quã reliquis ſpeciebus hydropiſis, valde. Non ergo oportet vt retẽtio fiat: immo oportet vt ſoluatur ſemper: Et ſi non cum alio, ſaltem cum medicina temperata. Et confert vomitus. Et confert H
gargariſmus mundificans cerebrum. Et confert ſolutio ventris: & quę melior eſt: eſt illa quæ eſt cum pilulis de reubarb. [e] Et hydropiſi quidem, & proprie hypoſarcæ conuenit exercitium, incipiens primum reſupinando: deinde innitendo ſuper dorſum animalis, [f] poſtea ambulando paulatim ſuper terram lenem, arenoſam: & aſſocietur ei qui abſtergat ſudorem, vt non oppilet reſudatio prima ſupra ſecundam: & perueniant poſt exercitium, [e] ad calefactionem proprie ſolis: quoniam ipſe eſt fortis profundationis & quando vehementius ſit calidus ſol, [g] caueatur caput vt non adueniat ei ægritudo cerebralis, & diſcooperiantur reliqua membra omnia, & [g] ſit lectus eorum arena ſi inuenitur: & cum pulueribus prædictis. Cũq; prouocatur ab eo ſudor, abſtergatur, & vngatur cum eis quę ſunt ſicut oleum cucu. aſinini: & ſimilia. Et caueatur flatus ventorũ frigidorum, & oportet vt bibat dialacca,& diacurcuma, & alkalkalangi ẽt: & adminiſtrẽt diuretica prędicta, et ſolutiua in quibus eſt ſubtiliatio,& exiccatio. Et ex eis ſunt trochiſci de eupatorio cum iunipero, & aqua radicũ: & in ſyrupo acetoſo cũ ſeminibus cũ ſit caliditas medicinarũ ſingulariũ in aſciti cõueniens in oĩbus iſtis, ita qꝫ ſerapinũ,& coſtus & almezerion,& euphorbiũ. Et decoctio [h] † { abel } iuuatiua eſt, valde, ſi decoquantur ſola ſm quantitatem, qꝫ ex ea rubeat aqua: deinde ſumatur pondus

† vel decoctione.
* vſque huc accepit a Raſi.
A Raſ. 198. 4.
B Ser. t. 4. c. 7.
C C. 13. & G. lib. 4. de vic. rõne in acu. 111. h. a
D Gal. ibi.
E Ser. t. 4. c. 7.
F Raſ. 19. cont. t. 1. c. 2. 194. 1. & 195. 2.
G Ra. 195. 2.
H † ſabinæ



A dus. 3. iij. de † { abel, } & bibatur de illa aqua deſuper. Et ſumantur in potu etiam ameos,& ſal † { altabarzet, } & cyminum. In illa autem quæ ſit à cauſa calida, oportet vt intendas ad egreſſionem virus mali & prouoces. Et cum mundificaueris venas rectifica complexionem hepatis, per hoc qꝫ reducit hepar ab inflammatione ad complexionem naturalem. Et cibatio hypoſarcæ calidæ & frigidæ,& toleratio ſitis eius eſt ſicut in aſciti frigida & calida ipſa.

*De cura hydropiſis tympantis.* Cap. 15.

CAnon in curatione eius eſt, vt euacuetur humor humidus, ſi ipſa eſt propter retentionẽ eius cauſa inflationis & quandoq; indiget euacuatione aquoſitatis & apertione ſeu inciſione etiã ſicut in aſciti,& vt confortetur ſtomachus ſi fuerit cauſa ipſius debilitas. [a] Et temperetur hepar cũ epithematibus & alijs ita vt non ſuperfluat eius vaporatio. Et phlebotomia quidem non ingrediẽ in hoc cap. niſi raro: immo melius eſt vt ſoluatur natura cum facilitate. Et oportet vt non adſit multiplicatio ſolutiuorum. Et oportet vt adminiſtrentur diuretica, ſed non ſit ſuperfluitas in eis. Superfluitas enim in eis perducit ad generationem vaporum plurimorum. Deinde adminiſtrẽt facientia eructuationem,& ſoluentia ventoſitates. Et fricetur venter eius in die multoties. Et vaporetur cum millio,& furfure ſi confert ei. Et ſimiliter pilulæ ebibitæ,& ſuppoſitoria. [b] Et qñq; neceſſariũ eſt ponere ventoſas ſine ſcarificatione ſuper ventrem eius multoties. Et oportet vt alienent grana, B & olera,& lac,& fructus recentes. Et ſi fuerit hydropiſis tympanites ex malitia complexionis calidæ, oportebit vt in potu dentur quæ ſunt ſicut aqua fœniculi,& meliloti,& apij,& chamæmillæ,& tribulorum. Et ſi fuerit hydropiſis tympanites ex malitia complexionis frigidæ, oportebit vt in potu dentur cyminum,& aniſum,& caſtoreum,& ameos: & maſticẽtur cyminum, & thus ſemp. Et confert ei cõfectio de acoro cũ nigella dicta in antidotario. Et iterũ ameos,& abel, & cyminum,& ſal tabarzet. Suppoſitoriũ. [c] Recipe cyminum,& baurach,& folia rutæ,& fiat ex eis collyrium. Et ex clyſteribus oleum rutaceum ipſum ſolum, aut cum ſeminibus reſoluentibus ventoſitates.

*De doloribus hypochondriorum.* Cap. 16.

IN hypochõdrijs eueniunt dolores mordicatiui,& extenſiui ventoſi,& alij. Et qñq; fiunt pp cauſam hepatis,& multoties fiunt cauſa diaphragmatis: & qñq; fiunt cauſa ſplenis: & qñq; fiunt cauſa apoſtematis in membris carnoſis quæ accidunt in coſtis,& non eſt timor in eis. Et qñq; accidit illud in febribus. Et multoties eſt pp motum in criſibus. Si aũt non fuerit dolor, aut fuerit dolor paruus ad ſuperiora tendens,& humor decliuis ad partes capitis, cadet criſis illic. & ſi fuerit cum dolore: & punctura decliuis ad vmbilicum,& ad inguina, aut ad dorſum & alchatim, tunc fit criſis cum ſolutione ventris aut prouocatione vrinæ. Et qñq; tenduntur hypochondria,& mirac ventris, propter ſiccitatem ſequentem malitiam complexionis, aut apoſtemata intrinſeca. [d] Et tenſio quidem C hypochondriorum multiplicatur in febribus peſtilentialibus.

## Fen. xv. de felle & ſplene & diſpoſitionibus eorum.

TRACTATVS I. *De anatomia fellis & ſplenis & icteritia.*

[e] *De anatomia fellis.* Cap. 1.

FEl [f] eſt ciſtis pendens ab hepate, ad partem ſtomachi, ex tunica vna neruoſa: & habet orificium ad hepar: & in ipſo eſt meatus attrahẽs humorẽ ſubtilem conuenientem ei, & cholerã citrinã. Et continuaẽ meatus iſte cum ipſo hepate & venis, i quibus generaẽ ſanguis. Et ſunt ei illic rami plurimi, pfundi quã uis ſit introitus perpendicularis eius ex concauitate. Et habet orificiũ, & meatum ad partem ſtomachi,& inteſtinorum in quibus mãdat ad partes eorum ſuperfluitatem choleræ, ſm qꝫ diximus [g] in lib. i. Et hmõi quidem meatus cõtinuanẽ plures rami [h] cum duodeno. Et qñq; continuatur res parua ex eo cũ fundo ſtomachi. Et [i] qñq; accidit res econtrario: & puenit maior cõtinuitas cum vaſe groſſo ad fundum ſtomachi,& minor ad duodenum. [k] Et in pluribus hoĩbus eſt meatus vnus continuus cũ duo D deno. Introitus vero cannulæ ſugentis choleram in fellę proximus eſt introitui cannulæ veſicæ in veſica. Et de conſuetudine quidem medicorum antiquorum fuit noĩare fel ciſtim minorem, ſicut de conſuetudine eorum fuit nominare veſicam, ciſtim maiorem. De iuuamentis vero in creãdo fel, eſt [l] mundificatio hepatis à ſuperfluitatibus ſpumoſis: & iterum calefactio eius, ſicut accenſio ignis ſub vaſe: & ſubtiliatio ſanguinis: & reſolutio ſupfluitatum etiam, cum motione egeſtionis, & mundificatione inteſtinorũ,& conſtrictione coadunatio eius quod mollificaẽ de lacerto in circuitu eius. [m] Et non fuit creata in pluribus fellibus via ad ſtomachum, vt lauarenẽ humiditates cum cholera, ſicut lauantur humiditates inteſtinorum, niſi quia ſtomachus læditur per illam, & patitur nauſeã, & corrumpitur digeſtio in ipſo p illud, quod miſcetur cibo de humore malo. [n] Et adueniunt ei ex vena pulſatili, & neruo qui continuatur cum hepate, duo rami valde parui. [o] Et fel quidem ſicut veſica vnam habet tunicam, compoſitam ex ſpeciebus villorum tribus: & quando non attrahit fel choleram, aut attrahit ſed non complete, eueniunt ab ea nocumenta. Cholera enim cum retinetur ſupra fel, facit poſſidere apoſtemata hepatis,& icteritiam: & quandoq; putreſit, & facit accidere febres malas. Et quando currit ad membra vrinæ cum ſuperfluitate, vlcerat. Et quando currit ad membrum

† ſabinæ
† alabum
A Raſ. 19. cont. t. 1. 11. 140. 1.
B lib. 1. F. 4. c. 21. & Raſ. 9. ca. 69. & Paul. lib. 3. c. 48.
C Raſ. li. diui. c. 65.
D C. 7. & li. 4. F. 1. 141.
E li. 13. de aſal. c. 10
F G. li. 4. de v. p. c. 4. & c. 12. d, & li. 5. 1. c, & li. 6. anat. 1. ab
G F. 1. do. 4. c. 1.
H G. li. 4. de v. p. c. 14. & li. 2. de tẽpe. c. 4. d, & li. art. me dic. 74. h
I F. 13. t. 1. c. 16.
K G. lib. 5. de v. p. 44 b
L Li. 1. F. 1. d. 4. c. 1. & G. li. 1. de ſan. tu. c. 11. d, & li. 2. de tẽpera. c. 6. c. d
M F. 13. t. 1. c. 16. & Gal. 5. de v. p. c. 4. e
N G. lib. 5. de v. p. 4. a
O Gal. lib. 5. de v. p. 1. ab

membrum aliquod, accidunt [a] eriſipyla & formica. Et quādo ſpargitur in corpore toto quieta abſque ebullitione, accidit icteritia. Et quando currit à felle ad inteſtina cum ſuperfluitate, facit incurrere ſolutionem ventris cholericam, & raſuram. E

A G.li. de attabile c.5.e

*De anatomia ſplenis.* Cap. 2.

SPlen [b] omnino eſt euacuatorium fæcis ſanguinis, & aduſtionis eius, & ſunt melancholia naturalis, & accidentalis. Et ineſt ei proprietas quædam, & virtus eius reſiſtendi cordi ex parte inferiori, & hepati, & felli ex latere. [c] Cumq; trahit turbiditatem ſanguinis, digerit ipſum. [d] Et quando acceſſit, aut fit pontica & fit conueniens ad commouendum os ſtomachi, & præparandum ipſum vt coria, & temperandum caliditatem eius, mandat eam ad ipſum in vena magna. Et quando debilitatur ſplen à mundificatione hepatis & quæ ſequuntur ipſum ex melancholia, accidunt in corpore ægritudines melancholicæ: ſcilicet ex cancro, & varicibus, & elephantia, & impetigine, & lentiginibus nigris, & morphea nigra: immo melancholia, & lepra, & reliqua: Et quando debilitatur ab educendo illud quod oportet exire de melancholia ab ipſo, oportet vt fiat magnus, & magnificetur, & apoſtemetur: & vt non ſit ei quod generatur de melancholia locus in ipſo: & vt teneatur illud quod commouet os ſtomachi. Et quando mandat eam cum ſuperfluitate, fortis fit fames. Et ſi fuerit acetoſa, & non fuerit ſuperflua, tunc facit vomitum, & facit nauſeam. Et quandoque facit accidere in inteſtinis excoriationem melancholicam mortiferam. [e] Et cum ingroſſatur ſplen, areſcit corpus, & areſit hepar: & eſt magis nocens hepati: Et quandoque aduritur melancholia in ſplene, declinans ad acetoſitatem temperatam. Et quandoque effunditur plurima cumq; peruenit ad ſtomachum, facit accidere vomitum melancholicum. Et quandoque eſt ei periodus, & accidit ex ea ſubuerſio ſtomachi. Cumq; multiplicatur euacuatio melancholiæ, & non eſt illic febris, tunc eſt ꝓpter debilitatem retentiuæ, aut fortitudinem expulſiuæ. Et quando multiplicatur eius retentio, eſt tunc econtrario. [f] Et ſplen quidem eſt membrum longum, linguoſum, cōiunctum cum ſtomacho à ſiniſtro ſuo vſque retro, & vbi eſt dorſum, attrahens melancholiam cum collo continuato cum concauitate hepatis, vbi cōtinuatur collum fellis, & expellit ipſam cum collo orto ex interiore eius: & eius concauitas ſequitur ſtomachum: & gibboſitas ipſius ſequitur coſtas: & eius ſuſpenſio cum coſtis non eſt cum ligamentis pluribus fortibus, immo cum paucis villoſis vigoratis cum panniculis coſtarum. Et ab hoc latere continuatur cum venis quietis, & pulſatiuis. Et latus eius concauum ſuperficiale declinat ad hepar & ſtomachum, quamuis ſit oppoſitum inferiori parti hepatis cadens apud inferius ſtomachi: & continuatur inter ipſum, & inter ſtomachum vena incarnata cum vnoquoque eorum: & in ipſo eſt ſuſpenſio etiam, & ſuſtentat ipſum ſiphac conſtans ex duabus tunicis cum ramis qui ex ipſo ſeparantur, in eo pluribus numero paruæ quantitatis, intrantibus ſplenem & zirbum. [c] Et in ſplene quidem ſunt venæ pulſatiles, & non pulſatiles plurimæ, in quibus ſanguis digeritur, & aſſimilatur ſubſtātiæ ipſius: deinde expellitur ſuperfluitas ipſius: [g] Et corpus eius eſt rarum, vt facile recipiat ſuperfluitates groſſas melancholicas, quæ ipſum ingrediuntur. [h] Et tegit ipſum panniculus ortus ex ſiphac, & communicat diaphragmati cauſa illius, quamuis ſit panniculus diaphragmatis etiam ex ſiphac.

B G.li. 4. de v.p.c. 15.a, & 4. b, & li. de atra bile.c.6.a
C G.lib. 4. de v.p. c.15.a.b
D G.5.li.de v.p.c. 4.g.h
F
E T.a.c.1. & lib.4. F.7.t.4.c.1. & G.li. 2. de nat.fac.c.9.c, & Raſ.14. conti.t. 1.c.1.167.3.
F Ga.li.5.de v.p.c. 7.h. & li.4.c.15.b
G
G G.li.4.de v.p.c. 15.a.b, & li.5.c.7.h
H Ga.li.4. de v.p. c.16.c

*De icteritia citrina & nigra.* Cap. 3.

ICteritia eſt alteratio coloris corporis fœda, ad citrinitatem tendens, aut nigredinem propter curſum hu. citrini, aut nigri ad cutem, & quæ ſequuntur ipſam ſine putrefactione, quæ ſi ei aſſociaretur, faceret accidere tertianam in citrina, & quartanam in nigra. Et cauſa citrinæ ſecundum plurimum eſt ex parte hepatis, & ex parte fellis. Et cauſa nigræ eſt ex ſplene: & quādoque accidit vt ſit ex hepate. α Et quandoque accidit vt ſit cauſa citrinæ & nigræ ſimul ipſa complexio cōmunis corpori. Loquamur ergo prius de icteritia citrina: & dicamus ꝙ icteritia citrina aut fit propter multitudinem generationis choleræ citrinæ: aut propter prohibitionem euacuationis eius. Et multitudo eius quod generatur ex ea: aut eſt propter membrum generans ipſam: aut propter materiam à qua generatur: aut propter cauſas extraneas. [i] Et membrum quidem generans ipſam in natura, eſt hepar. [k] Nam cum ipſum valde calefit propter cauſas calefacientes [l] & propter apoſtemata in hepate, & in meatu choleræ: aut propter oppilationem retinentem choleram à felle: aut propter caliditatē complexionis choleræ, tunc calefit hepar valde, faciens accidere choleram ſm ꝙ ſciuiſti in loco ſuo. [m] Generans vero ipſam non in natura, eſt totum corpus. Nam cum ipſum ſuperflue calefit, conuertitur quod in ipſo eſt ex ſanguine ad choleram. Et materia ſunt [n] cibi, & cum ſunt ex genere eorum à quibus generatur cholera, aut propter caliditatem ipſorum, aut propter velocitatem conuerſionis eorum ad caliditatem in ſtomacho calido, nō euacuantur à generatione choleræ plurimæ. Cauſæ autem extraneæ ſunt, ſicut caliditas extrinſeca dominans ſuper ipſum, & ſparſa in eo, ꝓpter cauſam quæ eſt [o] ſicut morſus gererati aut ſerpentis: aut percuſſio veſpæ pernitioſæ, aut punctura pediculi vulturis. Et qn̄q; faciunt eam medicinæ ebibitæ, ſicut fel alnemer, & viperæ, cum ſunt taliter ꝙ non interficiunt: & venenum ſm plurimum apparet ſubito. [p] Et in icteritia quidem quę fit ꝓpter multitudinem cholerę, qn̄q; fit eius ſparſio ex ſe ipſa propter vehementiam victoriæ eius ſuper ſanguinem: [q] & qn̄q; eſt ſm ſemitam expulſionis naturæ, & eſt icteritia cretica. Et hæc multitudo accidit qn̄q;, vt generetur ſubito: & qn̄q; generatur paulatim & in diebus aliquibus: qn̄ illud quod generatur non reſoluitur, aut propter ſpiſſitudinem cutis, aut ꝓpter groſſitiem materiei. Et propter has duas cauſas fit icteritia, cum commouentur venti ſeptentrionales, & in hyeme frigida: & cum

retinetur

Infra α
I Li.1.F.1.d 4.c.1.
K G.5.lo.af.c.7.fol. 34.b
H
L Ser.t.4.c.9.
M Pau. lib.3.c.50.
N Raſ.18.cont.t.1. c.1.187.1.
O Li.4.F.6.t.5.c.4 & G.5.loc.aff.c.7.a
P Hip.4.apho.64.
Q G.5.lo.af.c.7.a & Hip.4.apho.64.



A retinetur ſudor conſuetus. α Et multitudo generationis choleræ quandoque eſt in hepate, & quandoq; eſt in corpore toto, ſm ꝙ * ſciuiſti: & eſt propter apoſtemata calida vbicūq; ſint propter illud quod alteratur de complexione ad caliditatem, quare multiplicatio fit generationis choleræ. Accidit ergo icteritia à vicinitate apoſtematum calidorum, propterea quia alterant complexionem, quamuis quandoq; accidat illud etiam ſm ſemitam oppilationis, & prohibitionem euacuationis. Et frigida ſunt digniora ad generandum choleram nigram: hæc ergo eſt illa quæ facta eſt propter multitudinem. Factæ autem propter priuationem euacuationis: aut eſt priuatio ab hepate, aut à felle, aut ab inteſtinis, & membris alijs. Et quando non euacuatur ab hepate, aut eſt cauſa in agēte, aut in inſtrumento, & cauſa quæ eſt in agente, eſt debilitas virtutis ſeparatiuæ, aut debilitas virtutis expulſiuæ. Et cauſa quæ eſt in inſtrumento, eſt oppilatio meatus: aut eius quod eſt inter hepar, & meatum. Et huius quidem generis eſt illa quæ generatur ab apoſtematibus hepatibus calidis, & duris, & huius generis eſt icteritia quæ eſt cum frigore debilitante hepar, quare conſtipantur eius meatus: & illa quæ eſt ex coarctatione etiam, & reliquis cauſis oppilationis. [a] Et ſcias ꝙ quando peruenit oppilatio retinens choleram in hepate, in quocunq; locorum ſit hepatis, & fellis, oportet vt ex ea fiat hepar calidius quam eſt, & generetur cholera plus etiam, quam ea quæ generatur in diſpoſitione ſanitatis. Facta autem cauſa fellis: aut eſt [b] propter debilitatem eius ab attrahendo ex hepate, & præcipue cum eſt cum debilitate hepatis a ſeparatione, & expulſione: aut propter vehementiam virtutis attractionis, & [b] implet ipſum valde vice vna: & ipſum non capit aliud ab ea quę ipſum repleuit, & extendit ipſum: deinde cadit virtus eius, & non trahit: [b] Aut propter caſum oppilationis in meatu eius ad inteſtina. Et quandoque fit illa oppilatio propterea ꝙ vehementer coarctatur in eo illud, quod ad ipſum concurrit de cholera ſubito, [a] propter multitudinem generationis: aut vehementiam expulſionis hepatis: aut attractionis fellis, quare cooperitur orificium meatus ex eo quod retinetur: & cum hoc quoniam virtus propter nocumentum debilitatur: Et quandoque fit propter reliquas cauſas oppilationis. [c] Et illa β quæ eſt in colica fit propterea ꝙ humor viſcoſus glutinat faciem meatus, quare cholera non effunditur ad inteſtina. Et hæc eſt illa, cuius cauſa eſt colica. [d] Eſt enim icteritia quædam quæ fit cum colica, & non eſt eius cauſa, immo ſunt ambæ ſimul communicantes in cauſa vna, & eſt oppilatio quæ anteceſſit ad meatum fellis, antequam accideret colica, & prohibuit choleram effundi ad inteſtina, & abluere ea † { propter illud ergo ꝙ fuit prohibita, accidit vt inteſtina } non fuerint abluta, & multiplicatæ fuerunt in eis humiditates, & commouerunt colicam, & accidit vt cholera rediret ad corpus, quare commouit icteritiam. Et in omni quidem oppilatione in meatu hepatis ad fel: aut in meatu fellis ad inteſtina: quæ eſt ex incarnatione aut porro, non ſperatur ſanitas. Facta autem ab inteſtinis eſt illud, quod [e] quidam exiſtimant, ꝙ quandoque accidit vt aggregetur in inteſtinis, & proprie colon cholera plurima quæ iam effuſa fuit ad ea, & non egreditur ab eis propter cauſam prohibentem, quare non inuenit cholera quæ eſt in felle, locum in quem euacuetur: quamuis meatus ſit apertus. Et hoc valde parum fit, & quaſi longinquum: quoniam cholera quando multiplicatur, & peruenit in inteſtino, extrahit ſeipſam, & alia, niſi accidat ſenſui vt deſtruatur: aut expulſiuæ vt cadat. Icteritia autem nigra ſplenetica ipſa in modis ſuæ generationis eſt ſm icteritiam felleam inquantum eius generatio eſt propter oppilationem vtrorunq; meatuum, & inquantum eius generatio eſt propter debilitatem quarundā virtutum, & fortitudinem quarundam earum. Verum icteritia nigra hepatica quandoq; eſt propter vehementiam caliditatis hepatis, quæ adurit ſanguinem, ducendo ipſum ad nigredinem: & facit multiplicare melancholiam in corpore. Quod ſi ipſa adiuuatur ex ſplene & meatu aliquo adiutorio completur res. Et quandoq; eſt propter vehementiam frigiditatis eius, quare propter ipſam conturbatur ſanguis, & nigreſcit. Et quandoq; eſt illud frigus cum ſiccitate, & quandoq; eſt cū humiditate: & quandoq; eſt propter apoſtemata frigida dura. Icteritia vero nigra quę eſt cauſa corporis totius, aut eſt propter vehementiam caliditatis corporis totius, & adurit ſanguinem faciendo nigrum: aut propter vehementiam frigiditatis, & congelat ipſum & denigrat eum. [f] Et omnis icteritia citrina aut nigra, quæ eſt propter corpus totum, eſt cauſa venarum procedentium in toto corpore: & eſt corruptio conuerſionis ſanguinis ad ipſam ſm comparationem corruptionis conuerſionis ſang. ad materiam hydropiſis hypoſarcæ factę vel quæ fit, quamuis non ſit illic corruptio apparens in hepate: immo ſit in venis tantum. Et tibi quidē poſſibile eſt vt diuidas, & ſcias, ꝙ icteritia nigra qn̄q; fit propter multitudinem, Et qn̄q; fit propter retentionem: & ſm ꝙ dictum eſt in citrina. Et qn̄q; aggregātur vtręq; icteritię ſimul, aut quia cholerę, & ei quod ipſi commiſcetur ex ſan. accidit aduſtio, & fit melancholia, & componuntur ambo hu. [g] aut quia in vtriſq; lateribus ſimul eſt nocumentum. ſ. latere hepatis & fellis, & latere ſplenis. [h] Et iam exiſtimauerunt quidam ꝙ cholera accidit ſubito: & melancholia non accidit ſubito. & fuit eorum intentio ad hoc, ꝙ cauſa generationis cholerę eſt fortior cauſa generationis melancholiæ: & melancholia generatur paulatim: & res non eſt ita, quamuis ſit plurimum ſm ꝙ ipſi dixerunt. Et qn̄q; accidit etiam icteritia nigra, vt ſit criſis ęgritudinum ſplenis, & quæ ſimilantur eis cum non declinat natura tendens ad partem mūdificationis propter cauſam prohibentem. [i] Et β plurimis quidem habentiū icteritiā citrinā, accidit conſtrictio naturarū eorū, propter retentionem excitatoris mordicatiui, quem tu ſciuiſti. [k] Et ī illo qui habet icteritiam, & nō curatur, neq; reſoluitur eius materia eſt timor: Et pluribus eorū aſſociatur mors ſubita, & peior ſpecies icteritiæ eſt hepatica quæ eſt ab āpate: & eſt illa quam dixit [l] Hipp.

Supra α
Supra *
A Raſ.18.cōti.t.1. c.1.186.4.
B
I G.5.loc.af.c.7. 7.f
C Fen.16.t.3.c.6.& lib.1.Fē.1.d.4.c.1.& li.13.de aial. c.2.& G.1.apho.10.g
Infra β
D Raſ.li.diui.c.69.
† poſtq̄ ergo hæc fuit prohibita ad hoc ut effunderet ad inteſtina.
E Fen.16.t.3.c.6.& Raſ.18.cont.t.1.c.1. 187.3.
C
F G.de dfiis ſym: c.4.h, & Raſ.18.cont.t.1.c.1.187.1.
D
G G.6.loc.af.c.1.b
H Raſ.18.conti.t. 1.c.1.187.2.
Supra β
I Fen.16.t.3.c.6. & li.do.4.c.1.
K Raſ.18 conti.t.1. c.1.186.3.
L 6.aph.42.

& dixit. Cum hepar eſt in icterico durum, tunc illud eſt ſignificatio mala.[a] Et Hip. quidem iam di- E xit in quibuſdam, quæ ad ipſum referuntur, ꝙ ex icteritia eſt ſpecies mala cũ erit in vrina habentis ipſam ſimile orobo, & eſt cum eo punctio in corpore & febris, & horripilatio debilis: & eſt debilitas in locutione ex gingiuis, & iſta interficit vſq; ad. xiiij. diem.

A Raſ.18. cont.t.1. c.2.188.4.

*De ſignis cauſarum icteritiæ citrinæ.* Cap. 4.

SCias ꝙ in pluribus icteritijs, citrina & nigra, tingitur vrina: &[b] quotieſcũque vrina eſt plus tincta eſt laudabilior, & magis ſignificatiua ſanitatis hepatis, & virtutis eius. Facta autem malitia complexionis calidæ in hepate, ſigna[c] ſunt ſigna nota, ſiue ſint ſigna illa cum ſignis apoſtematum calidorum, aut non, ſicut cum non albeſcit cum ea egeſtio ea albedine, quam habet in oppilatiua: immo quandoq; tingitur plus. Et non ſentitur grauitas quæ ſentitur oppilatiua. Et minoratur appetitus, & multiplicat ſitis: & exiccatur corpus, & rubeſcit vrina, & raro fit ſubito: Et ſi fuerint cauſa eius vehementia acuitatis choleræ in felle, & inflammatio eius in ea, tunc ſigna eius erunt[b] aſſiduatio citrinitatis coloris corporis, &[d] nigredo faciei ſolius, & albificatio linguę, & arefactio & cõſtrictio naturæ, propterea cholera vehementer exiccat fæcem, &[b] albedo vrinæ & ſubtilitas eius in principio propter retentionem choleræ in corpore abſque expulſione: deinde vehementia citrinitatis eius: deinde nigredinis: & groſſities eius: & vehementia fœtoris odoris eius in fine. Verum facta à malitia complexionis calidæ in toto corpore eſt, vt ſit totum corpus calidi tactus,[e] & in ipſo F ſit pruritus, & ſit appetitus paruus cum acceptione groſſi,[e] & dulcis: & ſit egeſtio proxima cõſuetæ, tendens ad lenitatem, & ſimiliter vrina: & vt venæ ſentiantur calidæ valde, alterati coloris: Et nõ ſit cum albedine egeſtionis, & grauitate partium hepatis, & fellis, ſicut eſt in diſpoſitione oppilatiuæ: immo multoties eſt egeſtio tincta, & corpus leue. Et non appropriatur hepati aliquo ſignorũ eius ſingulari ei: & non fit ſubito, ſicut eſt quædam ſpecies oppilatiuæ. Quod ſi fuerit propter apoſtema calidum, aut durum, ſcies ſigna eius ex eis quæ[f] dicta ſunt. Ex oppilatiuæ autem ſignis inſeparabilibus, ſunt albificatio egeſtionis in pluribus horis, aut paucitas citrinitatis eius, & vehementia citrinitatis vrinæ in colore ſuo.[b] Et grauedo in mirac in latere dextro. Et dolor & inflatio apud cibum. Et pruritus in corpore toto, & leuitas ſomni ſuper latus ſiniſtrum. Verum cum fellea non albificatur egeſtio ſubito, vehementi dealbatione: albificatur ergo egeſtio in primis, deinde accidit icteritia: & cum hepatica non albificatur egeſtio, niſi gradatim. Fel enim trãſmittit illud quod in ea eſt de cholera paulatim vſquequo finiatur & ſimiliter albificatur egeſtio paulatim vſquequo compleatur albificatio eius, & iam appareat icteritia. Et quando cadit oppilatio in meatu, qui eſt in felle ad inteſtina, & non eſt in operationibus hepatis nocumentum prꝫteritum, neq; in hora niſi poſtq̃ lęditur eo ex retentione cholerę in ipſo, & non inuenit viam ad fel plenum,[g] tunc eſt amaritudo oris vehementior, & ſitis fortis. Et fellea quidem plurimum commouet colicam, aut aſſociatur ei G ſecundum modum quem[h] innuimus. Et illam ex oppilatiua, cuius cauſa eſt frigus, aut conſtipatio ſignificant diſpoſitiones præteritę. Et ex ſumma earum eſt diſpoſitio corporis totius. Si autem cauſa eius eſt humor groſſus, ſignificat ipſam regimen præcedens. Quod ſi eius cauſa fuerit naſcentia rei alicuius, aut incarnatio, ſignificabit ipſam aſſiduatio icteritię, & aſſiduatio ſignorum oppilationis, & paruitas iuuamẽti adminiſtrationis aperitiuorum ex clyſteribus, & alijs. Et in illa in qua cauſa eſt debilitas virtutis expulſiuæ hepatis, aut diſcretiuæ, non eſt tinctura vrinę vehemens valde, ſicut eſt in oppilatiua in diſpoſitione qua ſunt virtus diſcretiua & expulſiua fortes: & non albificatur egeſtio pure: & non ſentitur grauitas, quę eſt ex oppilatione: & inuenitur in reliquis operationibus hepatis debilitas. Et quandoque aſſociantur ei diarrhœa, & ſigna debilitatis hepatis. Et illa in qua eſt cauſa debilitas virtutum fellis eſt cum nauſea vehementi, & amaritudine, abſq; grauitate: & eſt generatio eius paulatim: & tinctura in egeſtione eſt inter albedinem & citrinitatem, ſed eſt in vrina fortis valde, Icteritialis cum non eſt illic debilitas virtutum hepatis expulſiuarum.[i] Quidam autem exiſtimauerunt ꝙ in illa quæ eſt ex felle, cum rectificatione hepatis, vrina eſt ſecundum colorem ſuum & diſpoſitiones ſuas naturales, & hoc eſt impoſſibile. Hepar nanque ſanum expellit cholerã in primis ad fel, quod ſi non fecerit, tunc ad vrinam: & prohibet ipſam penetrare in ſanguinem quantum poteſt. Verum quando multiplicatur[k] remanentia vrinæ albę cum icteritia, aut H parum tinctæ eſt deterius, & magis timendum ꝙ cadat habens eam in hydropiſim, quoniam ſignificat ꝙ oppilatio eſt ex frigore. Venenoſam autem ſignificat morſus, ſi eſt ab animali. Sed ſi eſt à veneno ſignificant ipſam prꝫterita ſanitas, & bonitas humorum, & aduentus ipſius ſubito, abſque alteratione egeſtionis ad albedinem. Eius vero quę cretica eſt, ſigna ſunt, quoniam ipſa fit in ęgritudinibus acutis, habentibus criſes per eam: & ſunt cum ea ſigna alia criſis, ſicut nauſea, & ſubuerſio ſtomachi, & vomitus cholericus, & vehementia vigiliarum, & ſitis, & paruitas appetitus cibi, & amaritudo oris, & paruitas anhelitus, & ſiccitas naturę. Et creticam quidem ſignificat criſis tantum: ſed bonitas & malitia verificantur cum ſignificationibus quę eis aſſociantur quemadmodum de eis[l] dicemus in capitulo ſuo. Et pulſus quidem in icteritia citrina in pluribus diſpoſitionibus[m] eſt paruus, propter debilitatem virtutis, ſed non eſt vehemẽs, quoniam cholera eſt leuis calida. Sed eſt[m] durus propter vehementiam ſiccitatis,[m] & non eſt propter illud velox: quoniam virtus non eſt cum illa fortitudine propter malitiã complexionis,[n] Et cum icteritia quidem citrina multoties egreditur ſudor citrinus.

B Raſ.18. cont.t.1. c.1.187.2.
C F.14.t.1.c.14.
D Lib.1.F.1.do.3. c.3. & Raſ.ibi.
E Aet.li.3.ſe.2.c.17.
F Fen.14.t.3.c.4.
G Raſ.187.4.
H C.3.
I Ser.t.4.c.9.
K Lib.1. Fẽ.2. do.3. ſum.2.c.1.
L Lib.4. Fẽ.2.t.1.c. 20. & 21.
M Gal. de pulſ. ad tyro.46.d
N Raſ.18.cont.t.1. c.1.186.

*De ſignis*



*De ſignis cauſarum icteritiæ nigræ.* Cap. 5.

A FActam quidem à ſplene ſolum, ſignificat ꝙ non eſt citrina: deinde fit nigra. Citrina enim non fit à ſplene omnino.[a] Licet nigra fiat quãdoque ab hepate.[a] Verum nigra ſplenetica vehemẽtioris eſt nigredinis: & aſſociantur ei ſigna duritiei ſplenis, & magnitudo eius, & dolores eius qui ſunt in ſiniſtro latere: & ꝙ quandoque ſunt egeſtio &[b] vrina in ea nigrę. Et quandoque egreditur in egeſtione[b] fęx nigra: & hoc eſt ſignum forte. Et quandoque ſaluatur vrina, cum non eſt in hepate nocumentum, ſi non venit ad ipſum nocumentum aduentu ſuperfluo. Eſt enim tunc ſalus eius, ſignificatio ꝙ icteritia eſt ſplenetica. Et in hac icteritia mirac quandoque eſt extenſum cum dolore, & grauedine. Et ſecundum plurimum natura eſt conſtricta, & quandoque non eſt: Et eſt digeſtio mala, & eſt cum ea malitia animæ,[b] & triſtitia, &[c] † {gueſgues} ſine cauſa. Et quandoque egreditur cum ea ſudor niger. Et factam propter oppilationem in meatibus, ſignificant grauitas vehemens, & difficultas dormiendi ſuper latus ſiniſtrum. Et cum facta propter apoſtema calidum & durum, ſunt ſigna eius. Et cum facta propter debilitatem, non eſt grauitas. Quod ſi fuerit debilitas hepatis etiam, ſignificant ipſam ſigna eius. Et factam ex hepate ſignificant ꝙ nocumenta prima apparent in hepate, & ſplen eſt ſaluus non læſus, niſi cum eo nocumenta fuerint hepatis facientia melancholiam. Et non eſt nigredo vehemens pura, ſicut in ſplenetica: & ſignificat ipſam nocumẽtum in vrina. Et ſi fuerit corruptio ex latere caliditatis & ſiccitatis, erit nigredo ad citrinitatem decliuis. Et ſi fuerit ex latere caliditatis & humiditatis, erit illic citrinitas cum rubedine, ſicut rufedo quædam. Et ſi fuerit ex latere frigiditatis & ſiccitatis, & frigus erit dominans, erit ad viriditatem: aut ſiccitas dominans, erit ad nigredinem. Et ſi fuerit ex latere frigi. & humi. humiditate vincente, erit ad citrinitatem quandam, & fiſticitatem. Et ſi fuerit frigiditas vincens, erit ad viriditatem. Spleneticæ vero color vnus eſt.

A Raſ.18. cont.t.1. c.187.1.
B Aet.li.3.ſer.2.c.17.
C † ſolicitudo melancholica

*De cura icteritiæ citrinæ.* Cap. 6.

SCias quod intentio in curatione icteritię ad duas res tendit: quarum vna eſt vt remoueatur icteritia ipſa, cum eo quod reſoluit ipſam à cute, & ab oculo cum medicinis notis, lauatiuis, & cum collyrijs oculi, & cum medicinis ſolutione educentibus materiam facientem icteritiam. Et ſecunda vertitur ad cauſam, & abſcindit eam: & eſt aut rectificatio complexionis, aut confortatio virtutis, aut regimen apoſtematis, aut apertio oppilationis: Aut euacuatio per phlebotomiam baſilicæ, aut ſaluatellæ,[d] aut venarum quæ ſunt ſub lingua ex eo quod narrauerunt quidam. Et ſi non fuerit illud, tunc cum ventoſatione ſupra locum hepatis ſub ſpatula dextra: aut ſub eo in ſpatio quod eſt ſub coſtis. Aut euacuatio quæ eſt cum ſolutione ventris euacuante materiam. Et euacuatio cum vomitu. Nam ipſe eſt iuuatiuus in omni icteritia. Verum in curatione nocumenti veneni, abſciſ- C ſio cauſæ eſt melius quod oportet præmittere, quare oportet vt cum ea occupatio fiat primo. Et icteritiæ quidem cuius cauſa eſt complexio calida in hepate, aut in corpore, aut in felle propter aliquam cauſarum, præter ebibita & comeſta, aut ex ambobus, cura eſt, ſi eſt illic repletio ſanguinea, & cholerica, cum euacuatione amborum in principio rei, ſanguinis quidem per phlebotomiam, ſicut ex baſilica: ſed choleræ per ſolutionem ventris cum eis quæ ſunt ſicut myrobal, & fumus terræ, & ſicut cum ſcammonea in lacte acetoſo, & ad vltimum cum ſoluentibus choleram, aut ſpeciebus aquæ caſei factis fortibus cum myrobal. & ſcammonea, & ſimilibus. Deſcriptio aquæ caſei bona Recipe lactis caprini lib. iij. & cartami quantum manu capi poteſt, teratur, & diſſoluatur digitis in lacte hora vna: deinde coletur, & dimittatur vt lac coaguletur in nocte, deinde coletur à caſeitate ſua, & accipiatur aquoſitas eius, & proijciatur ſuper ipſam aliquid mellis aut zuccari, aut ſalis indi pondus drach. ij. Et ſi vis ipſam facere fortem, pone in ea ſcammoneæ danic. i. & bibatur ex ea ſecundum menſuram, quæ toleratur tribus diebus. Et ex eis quæ coniungunt mundificationem icteritiæ cum eductione materię per ſolutionem ventris, eſt vt ſumantur aquę foliorum raphani vnc. i. caſiæ fiſtulæ drach. ix. & ſeminis atriplicis drach. i. & aloes danic. i. & croci danic. i. hoc eſt rectius ei, quę eſt cum apoſtemate calido in hepate, aut in meatibus, & febricitat etiam. Et ſit cibus ſicut aqua hordei, & olera: & ſecundum quod ſciuiſti in capitulo[e] apoſtematum hepatis: D quoniam non eſt in prolongatione ſermonis vtilitas. Cumq; apparet maturatio aude ſuper ea in quibus eſt ſcammonea, & aloe, & ſimilia: poſtquam fregeris cum eis, quæ ſunt ſicut aqua cuſcute, & endiuię, & reliquorum ex illis quę ſciuiſti. Et ad ſummum, dum non remouetur apoſtema, & non rectificatur diſpoſitio, non habeas ſpem in curatione ipſius icteritię. Sed ſi febris non eſt, & virtus ſit fortis, illud eſt illic ſignificatio ꝙ non ſit apoſtema: deinde ſi eſt inflammatio, tunc tibi ineſt adminiſtrare almoſuſat, &† {charis} albachar, &† {charis alſemech} & charis de carne hœdina: & aquas fructuum, & ſuccos eorum: & proprie aquam granatorum in ieiunio: & acetoſum de carne vaccina: & acetoſum de piſcibus: & ſuccos olerum frigidorum: plurima nanq; iſtorum quãuis ſint ex cibis, tamen ineſt eis proprietas fortior medicinarum huius capituli in rectificando complexionem. Et ex curis huius diſpoſitionis eſt illud quod Recip. ſucci foliorum raphani, & ſucci more partes ęquales, bibatur ex eo pondus dra. xxx. nam in ipſo intenditur etiam intentio ipſius icteritię. Et ſimiliter ſi fuerit inflammatio in felle. Et confert iſtis lac aſininum decoctum cum pauco aceto, & ſumatur in potu. Aut ſuccus abſinthij cum aqua frigida. Et qñq; confert vt cibetur infirmus pane azymo, & ſale nitro, & endiuia plurima. vij. diebus. Hoc enim lauat fel, & remouet putrefactionem eius, & ingroſſat illud quod eſt in ea. Et iſtis quidẽ non cõceditur vt bibant vinũ niſi plurime com-

D G.9. de med. cõ poſ. ſm lo. c.1. c. & Raſ.18. cont.t.1.c. 1.187.4.
E F.14.t.1.c.11.
† cibaria cibaria expulſiua

miſtum. Et vt non perueniant niſi ad illud, quod eſt leue ex carnibus, & ad ius carnis auis. Et om- E nis qui habet icteritiam ex cauſa calida, oportet vt deuitet vigilias, & iram, & motum plurimum, & balneum. Et quãdo caliditas eſt in toto corpore, & infrigidatur hepar & fel, tunc infrigidantur venæ, & proprie quando adminiſtras balneationem cum aquis tepidis in quibus decoctæ ſunt medicinæ frigidæ & humidæ. Aqua vero frigida actu, & illa in qua ſunt virtutes medicinarum conſtipãtium, prohibent reſolutionem icteritiæ. Et quandoque adminiſtrantur in curatione hepatis & fellis calidorum, emplaſtra ſuper ea. Et quandoque dantur in potu [a] trochiſci, de quibus ſunt trochiſci compoſiti ex ſemine citroli & ſemine endiuiæ, & ſemine lactucæ, & ſemine cucurbitæ, & ſandalis, & ſpodio, & ro. ru. aſſumptis ęqualibus partibus proijciantur ſuper omnes drach. ij. ex eis kirat. i. camphoræ, & fiant inde trochiſci & bibantur. Et iam expertum eſt iuuamentum emplaſtrationis hepatis & eorum quæ vicinantur ei cum ſuccis infrigidatis ſuper niuem, [a] & duobus ſandalis, & camphora [b] ita vt ſentiatur infrigidatio interius. Ipſum enim remouet icteritiam, & albificat vrinã in diebus aliquibus. Si autem cauſa fuerit debilitas in hepate, & felle, curetur cum regimine prædicto in [c] debilitate hepatis. Nam cura ipſius fellis, eſt illa cura etiam. Ad regimen autem apoſtematis iam innuimus hoc & compleuimus ſermonem in [d] capitulo hepatis. In oppilatiua vero illud quod communicat omni oppilationi, eſt cura oppilationis [e] prædictæ in capitulo hepatis, ex phlebotomia, & prouocatione, ſi fuerit oppilatio in gibboſitate: & ex ſolutione ventris, ſi fuerit in concauita F te ſecundum neceſſitatem. Et alienent à ſe omne quod conſtipat, & exiccat, quamuis ſit calidum: quoniam conſtipat meatus, & oppilationem efficit fortem. Et ex eis quæ rectiora ſunt eſt vt præmittas lenificationem eius, & humectationem: deinde ſequaris eam cum apertione. Et ſit lenificatiuum quandoque calidum & humidum, & quãdoque frigidum & humi. quemadmodum diſpoſitio facit ipſum neceſſarium. Et cum aperis in fine, aut incipiendo, tunc ex eis quæ recta ſunt, eſt vt ſequaris illud ſoluendo, ſecundum ꝙ tolerat ipſam, & ſecundum ꝙ præterijt de ſolutione ventris. Et ſcias quod quando tu incipis cum ſolutione ventris, & non efficit impreſſionem, tunc tibi ineſt vti fortibus aperitiuis deinde ſolutiuo forti. Et oportet vt des in potu vice vna ſecundum fortitudinem. Et ſi fuerit oppilatio ex naſcentia rei alicuius, non exiſtimo ꝙ ſit ei medicina. Quidam autem dixerunt ei medicamen, & dixerunt: ſume ſucci portulacæ, & ſucci foliorũ raphani crudi, & aquæ foliorum acetoſæ omnia iſta ſumantur contrita, & fac bullire omnia ſimul, & colentur, & ponantur quantum illud de ſucco acetoſæ cum aliquantulo horobi contriti. Et dixerunt, in potu detur etiam ex eo aliquid, cum ſemine raphani, & ſemine melonis excorticatis, & commiſtis cum quarta amborum coſti, & myrrhæ. Et ſi fuerit oppilatio ex ſiccitate, & arefactione, & illud eſt ex eis quæ ſignificat diſpoſitio corporis tunc adminiſtrabis lenificantia ex eis quæ ſoluunt choleram ſicut mucilagines, & ſicut ſebeſten, & ſimilia cum oleo amygdalino. Quod ſi oppilatio fuerit ex apoſtemate G calido, tunc cura eius erit cura ipſius. Cum ergo maturatur, ſis audax ad dãdum in potu diuretica, ſicut aniſum, & fœniculum ſine timore: ſimiliter ad euacuandam ſolutione ventris choleram. Et ſi fuerit apoſtema durum, tunc res in ipſo erit difficilis: oportebit enim vt curetur apoſtema durum. Et vſquequo fiet illud, oportebit vt intendatur intentio icteritiæ ipſius cum eis quæ dicemus. Et medicinæ quidem ſingulares quæ adminiſtrantur in hoc capitulo, prædictæ ſunt [e] in capitulo oppilationis hepatis. Et ex aperitiuis bonis proprijs huius capituli, ſunt ſquilla, & aſſarum, & trochiſci facti ex amygdalis amaris & abſinthio & aſſaro & aniſo & [f] †{agarico.} Et ea in quibus ſunt cum apertione intentiones, aliæ. ſunt vt ſumantur [g] granorum pineæ maioris. ʒ. iij. & paſſularũ enucleatarum. ʒ. v. & ſulfuris citrini aure. 5. & epithymi, & ſeminis apij montani, & ciceris nig. & thuris albi omnium ana. ʒ. ij. terantur, & cribellentur, & ſumatur ex ea ſumma eorum. ʒ. i. &. 5. cum aqua fœniculi, & adminiſtretur diebus aliquibus ſimiliter, eſt enim ſanatiuum: & nos iam experti ſumus ipſum multoties. Et [h] †{alſangiar} α eſt ex melioribus medicinis icteritię. Et difficilior iſta eſt ĩ qua eſt oppilatio in meatibus choleræ. Sed clyſteria & ſolutiua ſunt conuenientiora in eis. Et aſſumuntur ſolutiua ex eis quę ſunt ſicut epithymum, & polypodium: ponãtur in eis iſtæ medicinę. Deſcriptio bona ad illud. Recipe granorum pini. ʒ. iiij. agarici. ʒ. iij. & ſucci eupatorij. ʒ. iij. informentur ex eis pilulę, & bibatur ex eis. ʒ. i. & iteretur multoties. [i] Et quando chronica fit icteritia oppilatiua, tũc H neceſſarium eſt ſumere diacurcuma, & theriacam, aut ſimilia ex eis, quæ aperiunt cum fortitudine, & ſimiliter dialacca. Et quando eſt cum oppilatione febris, tunc atriplices ſunt boni valde: quoniã ſunt aperitiui & extinctiui. [h] Et α ſimiliter radix [k] †{lactucę aſini} de qua ſumatur pondus. ʒ. ij. cũ melle. Et ſimiliter aqua cuſcute, [l] & endiuię amare cum [l] rotulis caſię fiſtulę, cum oleo amygdalino amaro, & dulci. Curationes autem icteritiæ in quibus attenditur intentio ęgritudinis ipſius, & reſolutionis eius licet in eis ſint apertio oppilationum & reliqua iuuamenta, alię ſunt potiones: & aliæ ſunt ablutiones: & alię ſunt caputpurgia. Et plurimum iuuamentum earum eſt in oculo, & facie. Et alię ſunt quę ſunt regimen commune, ſicut eſt adminiſtratio balnei frequens quoniam radix curationis eſt ſuper ipſam & ſuper id quod currit curſu eius ex adminiſtratione tinæ cum aquis fortibus. Et quando incipit mingere, mingat in tina quoniam eſt cura eius. Et qñ egreditur ex balneo, cooperiatur vt non adueniat ei frigus omnino, & dormiat coopertus. Ea vero quę ſunt pręter balneum ex illis quę adminiſtrantur vſu medicinę, ſunt quę extrahunt ex cute icteritiam. Et medicinę quæ extrahunt illud, qñq; extrahunt ipſum aut cum ſolõne ventris aut prouocatione, aut cũ ſudore, & melius vt ſit ſup exercitiũ, & laborẽ, & ſitim: & proprie qñ eſt faciens ſudare potus: & ſilr̃ poſt balneum.

A Raſ. t. 9. c. 67.
B Li. 4. F. 1. t. 2. c. 10.
C F. 14. t. 2. c. 3.
D F. 14. t. 3. c. 12.
E F. 14. t. 2. c. 6.
F † nardo
G Raſ. 190. 1.
H † Dioſc. lib. 4. c. 21. Anchuſa
Infra α
I Raſ. 18. cõti. t. 1. c. 2. 189. 1.
Supra α
K † anchuſæ.
L Raſ. li. diui. c. 64



A balneum. Et illi qui ſuæ icteritiæ curationem vult cum reſolutione, nocent frigus, & ſeptentrio, niſi velit per ea reſiſtere medicinę calidæ, & remittere eam: ſicut ſumit in potu piper: deinde poſt illud ſedet in aqua frigida. [a] Et dicitur ꝙ patientes icteritiam iuuantur per conſiderationem in rebus citrinis. Illud enim mouet naturam ad expellendum materiam citrinam totam ad cutem: quare ad iuuatur adiutorium curationis in ea. ego vero non ſum ex illis qui negem huiuſmodi curationes, ſicut ſunt plures eorum, qui philoſophantur ad eas, & ex medicinis bibitis cognitis, eſt vt in potu ſumat ſtans in tina vnc. ij. ſucci raphani cum. ʒ. 5. baurac, & vnc. i. † {telha.} Nam ipſa non morantur quin extrahant ex ea citrinitatem. Et iterum ſumatur manipulus [b] aſparagi, & pugillus ciceris, & decoquantur in vaſe vitreato cum. v. kiſt aquæ. de qua in potu ſumatur miſta cum vino ſi non eſt feb. & ſi eſt feb. potetur ſola: deinde ſedeat in tina aquæ in qua decoctus eſt capillus veneris, & egredietur ex eo citrinitas: & iterum [c] floris nitri põdus. ʒ. ij. cum vino antiquo dimittatur in nocte ſub cœlo & ſumatur in potu, & de balneatione fiat illud quod dictum eſt. Aut ſumantur in potu ſquilla aſſata cum. vi. partibus ſalis aduſti, & doſis ſit. ij. aure. in ieiuno. Aut ſumatur in potu caulis marini pon. ij. ʒ. puluerizati ſuper ouum ſorbile, & ſorbeatur. Aut corticis granatorum. ʒ. iiij. arſenici pondus. ʒ. ij ſumatur ex eis ſimul quãtum tolerat pollex, & ſumatur in potu cum tribus vnc. lactis aſinini. Aut pondus. i. ʒ. & quod eſt ſupra fœnugræci, & ſumatur in potu cum aqua & melle, & ſe- B deat in tina aquæ frigidę: aut ſumatur capillus veneris tritus, & accipiantur ex eo. ʒ. iiij. cum aqua in qua decoctum eſt aniſum. [d] Aut ſuccus acetoſæ cum aliquantulo vini: [d] aut ſtercoris canis comedẽtis oſſa alba non nigra pondus. ʒ. iiij. cum aqua mellis. [d] Aut foliorum ſiclæ exiccatæ. ʒ. vi. [e] † {cum aqua mellis:} Aut ſtercus ouium cum decoctione aut calamenthi exiccati. ʒ. iiij. cum vino permiſti, fiat illud tribus diebus: aut ciceris nigri. lib. i. capilli veneris manipulus. i. decoquantur in aqua, donec conſumatur tertia: & ſumatur ex ea in potu vnc. i. [f] Aut ſucci raphani vnc. ij. vini vnc. i. Aut ciceris nigri lib. i. carpobalſami, thuris, ſeminis fœniculi, omnium ana. pugillus. i. decoquantur in. vi. achſat aquæ donec conſumatur tertia: & ſumantur in potu ex ea vnc. ij. Et ſi non fuerit feb. potentur cum vino. [f] Aut cinnamomi quantitas quam tolerant tres digiti cum vino, & melle medietatis ſm̃ menſuram vnc. i. &. 5. aut cum aqua & vino. [g] Aut ſemina almahaleb excorticata ex corticibus ſuis, de quibus in potu ſumatur pondus. ij. ʒ. Aut rubeæ tincturæ. ʒ. i. in ouo ſorbili. [f] Aut ſumatur limaturæ cornu ceruini kirat. xviij. & ſumatur in potu cum ſyrupo farſaticum. Aut ſumatur grana pineæ, & ameos, & ſtaphiſagria, & ſumat in potu æger ex eis. Aut piperis, & [d] ſtercoris canis albi comedentis oſſa cochlearium. i. cum vino. [h] Aut α impleatur coloquinthida eiecto ex ea quod intra eſt, vino & aqua, & bibatur. Aut detur in potu de [d] felle β vrſi in vino. Aut ſumatur cornu cerui. ʒ. i. & tertia, & ſulfuris pondus duorum danic, & bibatur illud: & bibatur poſt illud vinum. Aut C ſumatur, & proprie in opoilatiua reubar. hypericon, capillis veneris, condiſi, & rubeæ tinctorum partes æquales & doſis ſit. ʒ. i. Et medicinę quidem ſingulares quę ingrediuntur in hoc cap. & ſunt aperitiuæ etiam, ſunt [i] abſinthium, aniſum, aſſarum, acorus, [k] rubea tinctorum, gentiana, xylobal. [l] agaricus, condyſi, nux cupreſſi, coſtus, vtraq; ariſtol. Et ex eis quę dicuntur, & ſunt leuia, eſt vt ſumatur in potu cerebrum alcucugi in vino puro. Aut ſumantur vitelli duorum ouorũ, & conquaſſentur in media ſcutella vini ſeu in media lib. vini, & bibantur. Et ex eis quę laudãtur vehementer eſt, vt ſumantur in potu [m] de lumbricis terrenis exiccatis, qm̃ ipſi mundificant ſtatim. & ſilr̃ fel β vrſi. Et ex eis quę experta ſunt etiam eſt, vt dentur in potu [n] †{radices acetoſæ: & ſtet in ſole, & ambulet poſt illud hora vna, donec calefiat, & ſitiat: deinde ſumat decoctionem capilli veneris, & rubeę tinctorum, & mentæ.} Et ſimiliter ſi bibatur poſt balneum. Et ex diureticis proprijs ei eſt, vt ſumatur nucis cupreſſi pondus. ʒ. ij. cum pondere. ʒ. ij. caſię ligneæ, & bibatur cum vino antiquo: deinde currat habens ipſam curſu vehementi vel cum forti conatu ad currendum: quoniam minget icteritiam totam. Et quandoque iuuantur [o] cum carne eritij propter fortitudinem ſuę prouocationis, & mundificationis, & conuenientiæ ſuæ ad hepar, & eſt cibus. Et aqua cuſcutę quando bibitur ex ea ſacraiati. i. cum ſemine apij, & zuccaro altabarzet eſt iuuatiua. [p] Et ex α ſolutiuis ꝓprijs eis eſt, vt ꝑforetur coloquinthida, & expellatur illud quod eſt in ea, & impleatur vino, & bulliat ſuper prunas, D & coletur, & bibatur. Et ex eis quę nos ꝓbauimus eſt, vt ſumatur aloes. ʒ. 5. & ſcammoneę danic. i. & ſalis naptici. ʒ. i. quarta, & rubeę tinctorum, & agarici amborum ana. ʒ. 5. fiant ex eis pilulæ, & bibantur cum aqua de ſeminibus, & medicinis quas diximus ante. Et nos iam diximus clyſteria in antidotario ad hoc capitulum. Et ex caputpurgijs ſunt ſucci, quibus fit caputpurgium ſicut ſuccus cucumeris aſinini, & ſuccus foliorum naſturtij, & ſuccus praſſii, & [q] ſuccus cyclaminis, ſicut eſt: aut cõteritur cyclamen, & infunditur in lacte mulieris in nocte: deinde exprimitur in mane, & tepeſit, & diſtillatur. Aut ſuccus radicis rathba vel faſfaſa exprimitur & bullitur cum ſambacino bullitione leui, & in ipſo fit parum galię, & fiat cum eo caputpurgium aut ſuccus radicis raphani contriti cũ folijs ſuis. Et ex ſuccis qui non ſunt caliditatis magnæ, eſt ſuccus ſiclę, & ex ſuccis frigidis eſt ſuccus ſẽperuiuę, aut ſuccus [r] †{alasfius} fluuialis: & [q] acetum ipſum quando ſugitur naribus, & retinetur hora vna infirmus in pila balnei, qm̃ eſt bona curatio, Et ſimiliter ſi infundatur in eo nigella die & nocte, deinde coletur, & fiat caputpurgium, & odoret ex ea ſola & permiſta. Et ex eis quę ſunt præter ſuccos eſt, vt ſumatur ſtaphiſagriæ quarta, ʒ. i. & teratur, et diſſoluatur cũ aqua coriandri. et olei amygdalini ana. ʒ. x. et fiat cum ea caputpurgium ipſo exiſtente in tina aut pila aquę in balneo. Et quandoque miſcentur cum ea aliquid origani ſicci, et aliquid aceti vini. In oculo vero ipſo aſſidueẽ

A F. 1. t. 4. c. 23. & F. 13. t. 3. c. 5. & F. 21. t. 1. c. 2. & c. 14. & lib. 1. F. 1. d. 4. c. 2. & Fe. 2. d. 1. c. 8. & d. 2. ſum. 1. c. 14. & Ga. lib. de mor. mani. fo. 67. d. e. b. Li. de the. ad Piſo. c. 11. e, & Raſ. 18. cõ. t. 1. c. 2. 187. 4. † vinũ decoctũ ad cõſumptionẽ duarum partium.
B Dioſ. lib. 2. c. 118.
C Act. li. 3. ſe. 1. c. 18.
D G. 9. de med. cõpo. ſm̃ loc. c. 1. b
E † myrrhæ obolos. ii. cum mulſa ie iuno.
F Pau. lib. 3. c. 50.
G Raſ. 18. cont. t. 1. c. 2. 190. 1.
H Gal. ibi. g
Infra α
Infra β
I Dioſ. lib. 3. c. 23.
K Dioſ. li. 3. c. 137.
L Dioſ. lib. 3. c. 1.
M Gal. de ther. ad Piſo. c. 9. f
Supra β
N † G. 9. de compo ſi med. ſm̃ loc. Aut Adianti, aut Menthę & Erythrodani parẽ portionẽ feruefactã in aquę hemina vna, in ſole diuti⁹ expoſita, potandato ſitibundo anhelãtiq; vt bibẽdo ludet, Sed Raſ. idẽ qđ Auicẽ. dicit. 18. conti. t. 1. c. 2. 187. 4. & Hal. li. 7. prac. c. 41. & G. ſm̃ aliam interpretationem. 9. de cõp. medi. ſm̃ loc. c. 1. b. c. aliter,
O Oppo. li. 2, c. 234. niſi ſit marinus.
Supra. α
P G. 9. de med. cõpo. ſm̃ loc. c. 1. g
Q Gal. ibi. a
R † pſylij.

ipſius ablutio cum aqua ro.& aqua coriandri,& aqua niuis. Ablutiones vero habentibus icteritiā E ſunt aquæ in quibus decoquuntur capillus veneris & ſceha,& maiorana,& polium,& chamęmilla,& alachauan.proprie,& tribuli,& anethum eſt radix in eis. Et quādoq; ponitur propter calidā icteritiam in eis acetoſitas citri,quoniam eſt vehementis abſterſionis cum ſua inciſione in omni tinctura:& quandoque aſſumuntur ex iſtis rebus emplaſtra,& aſſumuntur ex eis olea,quibus fit inunctio,ſicut oleum alachauen,& oleum chamęmillinum,& oleū anethinum, & iterum oleum achid alhaneb & oleum de lilio.[a] In icteritia vero cretica oportet, vt cum conſumitur ægritudo intendatur in ea intentio ipſius ægritudinis cum lauatiuis,& diureticis mundificatiuis, & fortaſſe non indiget ſolutione ventris:& fortaſſe ſufficit balneum ſolum. Quod ſi videris in vrinis eorum, & egeſtionibus paucitatem tincturæ,ſcias φ materia in eis eſt groſſa quare conforta illud cum quo medicas ex lauatiuis & prouocantibus ſudorem & ſimilibus. Venenoſæ autem cura eſt theriaca,& mythridatum,propterea quia reſiſtit veneno:deinde bibat aquam [b] malorum acetoſorum,[b] &aquam granatorum,[b] & ſuccum endiuiæ,[b] & portulacæ,[b] & mucilaginem pſyllij,& almirberis, & omnia in quibus eſt infrigidatio cum virtute theriacæ. Et in ipſa quidem iam expertum fuit in principio cum accidit,& proprie cum venenum eſt ebibitum, vt bibatur [b] lac aſſidue cum oleo [b] amygdalino.[c] Regimen autem ipſorum cum cibis iam docui ipſum in complexione calida, abſq; debilitate manifeſta,& ſine oppilatione. Oppilatiuam vero & debilitatiuam cognoſces per ea quæ dicta ſunt F in capitulo hepatis. Et cibus quidem ictericorum eſt ille qui eſt leuis & ſubtilis & in quo eſt apertio. Et ius piſcium confert eis,proprie cum eis quæ prouocant,& ſubtiliant de illis,quæ dicemus in fine [d] capitulorum.

A G.9.de med cō. po.ſm loc.c.1.e

B Raſ.li. diui.c.64.

C F.14.t.1.c.20.

D Cap.7.

*De cura icteritiæ nigræ & aggregationis vtriuſque icteritiæ.* Cap. 7.

IN illa quidem quæ ſplenetica eſt,conſidera an ſit illic repletio ſanguinea plurima:quare phlebotoma [e] baſilicā ſiniſtrā:& [f] ſaluatellam poſt eā:deinde occupa te cum ſplene, & rectificatione oppilationum eius,& apatum ipſius,debilitate eius. Et ſi fuerit illic cauſa multitudo melancholiæ pp illud,quod generat ipſam ex virtutibus,& cibis,ſm φ [g] dictum eſt,oportet ēt euāre eam cum eis quę ipſam euacuant. Ex illis eſt decoctio ſcolopendriæ cum elleboro dicta in antidotario: & euacuet ex ea multoties. Et decoctio epithymi ſm hunc modum.[h] Recipe myrabol.ni.& keb. amborum ana ℥.x.fumiterræ,ſcolopendriæ,polypodij,& florum capparorum oium ana.℥.v.radicum apij,& fœniculi amborum ana pugillum.i.ellebori nigri pondus.℥.ij.decoquantur in tribus lib. aquæ donec remaneat quarta:& proijciatur ſuper ea epithy.℥.v.& bulliat ebullitione leui:deinde coletur,& cōponantur cum ea hieræpicræ due tertiæ.℥.i. Et ſilr pilulæ factæ [i] de myrobal.nigris,& epithymo,& ſale indo,& agarico,& corticibus radicis capparis. Et qn̄ fit euacuatio, detur in potu lac camelarū: & ſi non reperitur,detur aqua caſei facta cum ſyru.acetoſo de ſeminibus,& ſpodio & polio. Et me G dicinæ ſubtiles quæ ſunt ex ſcolopendria & radice capparis & ſimilibus. Et aqua in qua decoquuntur folia tamariſci,& radices:& aqua foliorum capparis,& aqua foliorū raphani:& ſyr.acetoſus,& ſilr aqua ſolatri:& aqua apij,ſi fuerit caliditas,& ſyrupus acetoſus in quo decocta ſunt ſcolopēdria, & folia capparis,& fructus tamariſci,& polium. Et ſi fuerit in ſplene apa calidum, oportebit vt nō ſuperfluitas ſit in calefacientibus. Et ſi in ipſo ſunt oppilationes, tunc aperitiua fortia prædicta in [k] capitulo hepatis:iuuatiua ſunt etiam. Et ego dicam [l] in cap.oppilationis ſplenis medicinas, quæ ei propriæ ſunt. Et ſi eſt cauſa debilitas attractionis ſplenis,tunc de illis quę neceſſaria ſunt,eſt vt tu ponas ſuper ipſum ventoſas ſine inciſione. Et vt adminiſtreſ exercitiū,& emplaſtra confortantia ſplenem,ſicut illud qđ fit ex abſinthij,& cordumeni,& florū ſquinanthi,& alhaſce,& centaureę, & radicum capparis oium aā.parte.i.& ex roſ.partibus.ij.& bdellij parte.i.&.5.& ex ammoniaci parti bus.vij.& decima partis,fiat ex eo empl̄m. Et qn̄ abluit fiat cum aceto puro forti, in quo bulliant anethum,& baurac,& ſal,& ruta,& calamenthum. Et ſi fuerit in cauſa icteritiæ nigræ caliditas hepatis:curetur hepar cū extinctiuis,& ſi fuerit frigiditas,curetur cum theriaca maiore,ppie, & cum medicinis notis.& ſi fuerit cauſa in ea corpus totum,fac in primis illud quod conuenit hepati,vt pa tiantur ab eo venæ:deinde corpori. Ipſam aūt icteritiam cura cum eis,quibus curas ipſam icteritiā citrinam,& cum eis quæ de illis fortia ſunt. Et quando aggregantur ambæ icteritiæ ſimul,& eſt re- H pletio,& indiges phlebotomia, [m] phlebotoma tunc ambas manus,ſimul,aut fiat interuallum inter eas ambas diebus aliquibus. Et aggrega inter duo regimēta. Et da in potu inter ea ambo decoctio nem abſinthij,& epithymi:& aggrega aquas foliorum raphani & tamariſci,& ſalicis omnium ana ℥.i.&.5.aquæ ſolatri.℥.iij.aquæ foliorum capparis vnc.ij.aggrega & fac bullire oīa cū.℥.x.caſię fiſtu læ,& pijce ſup ea pondus duarum tertiarū vnius drachmę hierę pigrę,& pondus.ij. danic croci, & pōd.iij.kirat ſcammoneæ aſſatę in citonio & expecta duobus diebus:& poſt illud bibat aqua caſei, & ſyr.acetoſus. Cibi aūt in oibus illis,ſunt cibi,leues,noti,& piſces alradradri, & ius pullorum pinguium. Et ex oleribus endiuia,& apium,& condita proprie,& capparis cum aceto.

E Raſ. 18. conti.t. 1.c.2. 188.4.
F Pau. lib.3.c. 49.

G Cap.3.

H Ser.t.4.c.11.parum differt

I Ser.t.4.c.11. in la cte dat

K F.14.t.1.c.6.
L T.2.c.7.

M Alzar.lib.prac. t.18.c.11.

TRACTATVS II. *De reliquis diſpoſitionibus ſplenis.*

*Sermo vniuerſalis de ægritudinibus ſplenis.* Cap. 1.

SPleni [n] accidunt omnes ſpecies ægritudinum prędictarum. ſ. de ægritudinibus cōplexionis,& compoſitionis,ſicut oppilationes, & ſolutio continuitatis,& ſimilia,& apoſtemata cum ſpeciebus ſuis.[o] Et ſcias φ quando ſplen impinguatur,extenuatur corpus: quoniam debilitatur virtus hepatis vehementer cum contrarietate, quare minoratur

N Alex.lib.8.c.10.
O T.1.c.2.&lib.4. F.7.t 4.c.1.& Ga.l. de nat.fac.c.9.c.& Raſ. 14. conti.t.1. c.1.167.3.



A minoratur generatio ſang. & cum hoc ipſe attrahit de ſanguine illius infirmi rem plurimā propter magnitudinem ſui. Et penitus extenuatio ſplenis ſignificat bonitatem humorū: & pinguedo eius malitiam humorum. Et quandoq; conuertuntur ægritudines ſplenis ad febres cōmiſtas, ſicut ipſæ quādoq; generantur ab illis ægritudinibus. Ipſe enim generantur multoties ex tertiana nō pura,& ex febribus peſtilentialibus,& febr. cōmiſtis: & plurimæ [a] quidem ęgritudines ſplenis ſunt autumnales. Et [b] color habentis eas,eſt decliuis ad citrinitatem, & nigredinem. Et qn̄q; perueniunt ægritudines ſplenis ad ſtomachum,& fortaſſe addunt in appetitu eius:& quādoq; deſtruunt appetitum ipſius:& quādoq; cogunt ipſum,cum propinqua eſt digeſtio, ad euomendum rē acetoſam ex qua ebullit terra poſt nocumentum,& poſt dolorem. Et vrina ſanguinea bona eſt in fine ægritudinum ſplenis:& ſimiliter groſſa in qua eſt fęx: vniformis & in qua eſt viſcoſitas ſanguinis ſimilis ſanguiſugę,& quandoq; reſoluitur per eam feb.ex ęgritudinibus ſplenis: quare reſoluitur per eam ſplen.

A Hip 3. apho.22.
B Lib 1. F.2 d.3.c.3. & Ga.li.loc.af c.5. & lib.5.c.7.fo.34.b

*De ſignis complexionum ſplenis.* Cap. 2.

CAlidam ſignificant ſitis,& inflammatio in ſiniſtro,& corruptio virtutis eius,quæ attrahit melancholiam. Frigidam vero ſignificant debilitas attractionis eius,& caſus appetitus & turbulentia coniunctiuę oculi, & multitudo rugitus & eructuationis. Et ſignificant ſiccam durities, & macies corporis,& groſſitudo ſang.& vehementia nigredinis coloris. Et humidam,ſignificant le- B nitas lateris ſiniſtri,& mollities corporis,& nigredo trahens ad albedinem plumbeam.

*De cura.* Cap. 3.

EST proxima curationibus hepatis: & [c] indiget vt ſint medicinæ fortiores, & penetrabiliores:& ingenietur eorum penetratio cum eis,quę penetrare faciunt:& cum eis,quę obſeruant virtutē ſuper eas,vſquequo perficiant operationes ſuas. Et [d] ſcias, φ differentia inter curationes ſpleneticas & hepaticas,eſt in fortitudine,& debilitate, & labore, & facilitate. [e] Hepar enim eſt dignius vt faciliter procedatur cum eo. Et non ſit ſuperfluitas in fortificando illud quo curatur. Et non afferantur ſuper ipſum medicinę acutæ nimis, ſicut acetum forte niſi in neceſſitate. Et [f] ſplen econtrario illius eget vt adiuuētur medicinę eius cum eo, quod conſeruat virtutē earum,& cum eo,quod penetrare facit. Et ſpleni quidem ſunt medicinæ, quæ ſunt propriæ ei: ſicut cortices radicis [f] capparis, & ſicut ſcolopendria, & ammoniacū,& alliū ſylueſtre. Et qn̄q; neceſſarium faciunt ęgritudines ſplenis vt phlebotometur baſilica maior,& phlebotometur ſaphena:immo phlebotometur vtreq; [g] guidegi.

C Ga 2.art cur.ad glauc.c.5.c
D Cap.6.
E Fen.14.t.1. c. 18. & t.3.c.11.& li.1.Fé. 4.c.1.& Ga.11. met. c.15.c.& li.13.c.15.f. & 17.f
F Gal.13. metho.c. 17.f
G Cap.7.

*De apoſtematibus ſplenis calidis,duris,& duritie ipſius,quæ non eſt apoſtema.* Cap. 4.

SCias φ minorantur in ſplene euentus apoſtematum calidorum, & fixio ipſorum ſimul: immo qn̄ accidunt ſpleni apoſtemata calida,feſtināt ad duritiem:qm̄ ſanguis, qui peruenit ad eum vt nutriatur ipſo,eſt ſanguis groſſus ingrediēs ſeu congregatus in apoſtemate,quare induratur. Plura C ergo apoſtemata ſplenis ſunt dura,mollia vero ſunt in quibuſdam horis. Et plurimum,quod accidit in ipſo de apoſtemate calido eſt ſanguineum:& cholericum accidit in ipſo raro, ſicut plurimum eius,quod accidit in eo ex frigido, eſt durū, & eſt in inferiore parte ſplenis propter grauitatem materiei. Et figuræ eius ſunt quatuor rotunda,& lata,& longa groſſa,et longa ſubtilis. Phlegmaticum vero accidit raro. Et ſpleneticus quidem eſt,qui habet duritiem in ſplene ſuo:aut propter groſſitudinem ſuę ſubſtantiæ, quāuis nō perueniat ad finem ad quem peruenit apoſtema:aut propter apoſtema durum in ipſo:& primum quidem eſt leuius. Inquit Hipp.ſi ſpleneticus inuenit dolorem interiorem,eſt magis ſaluū: & illud, qm̄ cum ipſo eſt adhuc ſenſus. Et [h] dixit qn̄ accidit ei fluxus ventris cum ſanguine,eſt melius.ſ.quia ſperatur cum ipſo reſolutio materiei ſplenis eius. Si autem perſeuerauerit,adueniet ei lubricitas inteſtinorum & hydropiſis,& morietur. Et cauſa in eo eſt dominium frigiditatis ſuper complexionē. [k] Et dixit illi,qui catarrhum habet,non accidit ſplen: & in hoc eſt conſideratio. Et fortaſſe multitudo catarrhi eſt ſignificatio humiditatis complexionis eius & eſt illud proximum rationi. [l] Et in libro Hip. ille, qui habet dolorem in ſplene ſuo,& currit ex eo ſanguis rubeus,& apparent in corpore ipſius vlcera alba non lædentia, moritur in die. ij. & non cadit appetitus eius. Et [m] qn̄q; termināntur apoſtemata ſplenis fluxu ſanguinis narium etiam, & proprie ex latere ſiniſtro:& apoſtematibus apud aures difficilis ſuppurationis,et apertionis propter groſſi- D tiem materiei. Et [n] laudabilior vrina eorum,eſt groſſa ſanguinea. Et vrina in qua eſt fęx coadunata vel hypoſtaſis coadunata quandoq; ſignificat ſanitatem ſplenis,& reſolutionem eius. Et dixerunt quidam cum fuerit in vrina ſicut ſuſpenſio ſang.& febricitās habuerit ſplenem, extenuatur vel deſtruitur ſplen eius. Et [o] qn̄q; contingit in quibuſdam hominibus vt magnitudo ſplenis generetur, & remaneant ſm illud tempore longo,& ſint ſm ſalutem diſpoſitionum ſuarum apparentiū tempore vitæ ſuæ, quāuis qn̄q; accidant ex magnitudine eius nocumenta plurima etiam, ſm materiam efficientem,& ſm virtutem ſplenis. Et [p] ſcias, φ ſplen qn̄q; apoſtematur poſt apoſtema hepatis ſm ſemitam permutationis:& illud eſt melius,quam vt permutetur apoſtema ſplenis ad hepar.

H Hip.6.aph 48.
I Hip.6.apho. 43.
K Fen.5.t.1.c.11. & Raſ.10 conti.t.1.c. 1.100.3. & Haly.9. theo.c.31.
L Raſ.10.con.t.1. c.1.100.2.
M Ga.com.3. in.1. prorhet.35.c
N Raſ.100.3.
O Raſ.100.4.
P Fen 14.t.3.c.1. & Raſ.11.conti.t.1.c.1. 15.1.& Ga.com.2. in.6.de morb. vulgar.7.c
Q Ser.t.4.c.10.

*De ſignis.* Cap. 5.

COmmunicant apoſtemata ſplenis omnia in grauedine,& in magnitudine, & dolore extenſo vſq; ad diaphragma ex latere [q] ſiniſtro,& qn̄q; aſcendit vſq; ad furculam, & ad humerum ſiniſtrum per cōmunitatem furculæ. Et qn̄q; facit anhelitum duplum exiſtentē [q] ſm formam anhelitus fletus infantis,qm̄ apoſtema impedit diaphragma ad hoc, vt vadat in motu anhelitus: quare ſtat ſubito propter læſionem,deinde redit:& dum non eſt apoſtema magnum, nō comprimit diaphragma. Nā cōmunicatio ſplenis ad diaphragma eſt minor valde cōicatione hepatis ad diaphragma & minor

minor eſt cõicatione ſtomachi etiam, & etiam qm̃ ſenſus vel tactus inuenit ſplenis inflationem, & E
corpus extenuatur. Et [a] qñq; accidit ex apoſtematibus ſplenis, & proprie qñ ſunt in inferiore parte eius, vt ſubtilietur ſanguis, quoniã ſplen vehementer mundificat vel attrahit groſſitiem ſanguinis & fæcem eius. Et qñq; accidit vt calefiant pedes, & genua ipſius: & illud qm̃ ſtomachi os cõicat inferiori [a] parti ſplenis, qm̃ ex ipſa aſcendit vena expellens humorem melancholicum: cum ergo caliditas naturalis fugit, peruenit ad extremitates proximas. Et quandoq; accidit extremitati naſi eius & auriũ ipſius vt infrigidentur propter illud, quod accidit ex ſubtilitate ſanguinis & velocitate paſſionis in eis & paucitate eius etiam. Et iſta membra vehementis ſunt paſſionis ab infrigidatiuis. Et [b] apoſtema quidem differt ab inflatione per priuationem grauitatis: & ꝙ apoſtemati dolorem facit tactus & inflationem qñq; ſedat, compreſſio & remouet dolorem eius, & [b] cauſat rugitum, & eructuationem. Et cõicant apoſtemata eius calida cum accidentibus prædictis, & cum inflatione, & ſiti, & febre. Verum eius, quod eſt cholericum, eſt inflammatio vehementior, & ſitis fortior, & grauedo eius minor: & eſt dolor ad inflammationem decliuior, ꝗ ad tenſionem: & color eſt ad rubedinem tendens. Cum apoſtematibus vero duris, maligna fit anima, & commouetur triſtitia, & gueſgues in quibuſdam horis. Commiſtio vero ſenſus fortis non accidit, niſi apud multitudinem dominij ipſius: qm̃ materia melancholica mota eſt non ad partẽ capitis: quãuis iam accidat ex parte alia, & eſt per cõitatem ſplenis ad diaphragma: deinde diaphragmatis ad cerebrum. Et quãdoq; denigratur lingua ex duritie ſplenis: & ſentitur durities eius abſq; rugitu, cum premitur: niſi aggregetur ei inflatio. & non eſt cum ea feb. inſeparabilis, immo qñq; eſt non ſm ordinem. Et [c] qñq; multiplicantur cum ea vlcera crurium. Et corroduntur dẽtes, & [c] gingiuæ, propter groſſitudinem ſang. qui deſcendit in vlcera crurium: & corruptionem vaporis, qui deſcendit in omnes partes gingiuarum, & dentium. Et qñq; eſt in vlceribus crurium criſis illius. Pluribus nanq; eorum, qui ſplenem habent, cum accidunt exercitia laborioſa, attrahitur inde materia ad crura, & euadit, & egrediũtur cum ea bothor, quæ nominãtur grana albothin. Et multoties eſt vrina ſplenetici, ſicut ſani: ſed cum exercitat ſeipſum, reſoluitur melancholia eius ad vrinam, & facit ipſum habere nigredinem, quæ non erat. Et ſi in ea eſſet cauſa vniuerſalis perſeueraret etiam in hora quietis. Et phlebotomia plurima apoſtemat ſplenem. Et autumnus eſt eius inimicus. Et qñ fuerit durities poſt apoſtema calidum, antecedent accidentia calidi: deinde permutantur ad accidentia duritiei. Et [d] multoties quidem confortatur ſplen ſubito per ſeipſum, aut per illud, quod confortat ipſum, & præualet ſuper totum illud, quod eſt in ipſo de materia mala, & ſolutione educit eam fæculentam, ſicut fæx oliuarum. Et ſignificat, ꝙ eſt ex ſplene, & non ex hepate euaſio hepatis ab ægritudine. Et ꝙ ſplen tolerat ipſam, & detumitio eius propter illud, quod accidit ei ex hoc. Cum apoſtematibus autem frigidis phlegmaticis, ſunt ſigna apoſtematũ cum lenitate tactus, & cũ albedine coloris, in quo eſt parum G
nigredinis. Et [e] ſplenetici quidem vehementiorem cibi appetitum habent, ꝗ alij. [f] Sed vomitus difficilis fit in eis valde, & ſunt naturæ eorum ſtrictæ ſecundum plurimum, & indigent in vomitu, & in ſolutione ventris medicinis fortibus valde.

*De curatione apoſtematum ſplenis calidorum valde.* Cap. 6.

APproximant curationes eorum [g] curationibus ſuorum ſimilium in hepate, præter ꝙ neceſſitas ſit omnium illorum & obſeruantiæ ad latus ſtypticitatis, ſed cum cautela calefactionis vehementis: vt non feſtinet materia ad groſſitiem, & duritiem. Et cõicat in hoc hepar etiam: ambo.n. pręparata ſunt vt permutentur ex apoſtematibus calidis ad duritiem. [h] Verum oportet vt miſceatur cum eis medicinæ, in quibus ſit inciſio aliqua cum caliditate æquali: & ſtypticitas, & virtus frigiditatis ſicut alumen. Et [i] ſcias, ꝙ acetum multum ingreditur in curis ęgritudinum ſplenis omnibus. Et oportet vt adminiſtrentur omnes medicinæ in curis ipſius cum eo. Et oportet vt incipiatur in [k] primis à phlebotomia baſilicæ: deinde dantur in potu ſucci, & aquæ prædictę in ęgritudine hepatis. Et illa, quę appropriantur ſpleni plurimũ, ſunt aqua foliorum [k] kalef & aqua tamariſci & aqua foliorũ [k] algarab, & aqua portulacę, & aqua capilli veneris humidi: Et ex eis, quę conferunt in ipſo, eſt vt detur in potu pondus. ʒ.i. de ſemine portulacæ cum aceto. Ineſt enim ei proprietas in reſoluendo apoſtemata, & duritiem eius: & vt de arnogloſſa exiccata pulueris omni die ſumatur quantitas H
cochlearij vnius. Et cibus ſit ille quem diximus in capitulo hepatis. Et † {zerſechie} ineſt proprietas iuuatiua, & proprie quando frangitur cum zuccaro ſiccitas eius, & cum tereniabin.

*De curationibus duritiei ſplenis.* Cap. 7.

CVm ſcis, ꝙ cauſa in illo eſt quantitas ex ſanguine plurimo melancholico oportet vt phlebotomes baſilicam, & [l] ſaluatellam: & [m] dimittas ſaluatellam conſtringi per ſeipſam, cũ conſtringitur ante caſum virtutis. Et [n] qñq; neceſſariũ eſt tibi vt phlebotomes guidegi ſiniſtrum. Et quandoq; indiges vt conſequaris eam cum euacuatione, per ea quæ educunt melancholiam de quibus [o] dictum eſt in capitulo icteritiæ nigræ. Et oportet vt non obliuiſcaris canonis prædicti [p] in curatione duritierum de leniſicatione, quæ coniungitur omni reſolutioni vt non conuertatur in lapidẽ humor. Quod ſi expeditus fueris ab hoc aut non indigueris eo, erit tibi neceſſarium vt [q] adminiſtres medicinas abſterſiuas, inciſiuas, in quibus non eſt multitudo caliditatis. Et fortaſſe inuenies has intentiones in medicinis ſingularibus, & fortaſſe indigebis compoſitis. Et [r] medicinæ ſingulares, quæ faciunt illud ſunt medicinæ in quibus inuenis amaritudinem, & ſtypticitatem: aut caliditatem temperatam & ſtypticitatem. Et quandoq; inuenis medicinas ſingulares facientes illud cum proprie-

A Haly. 9. the. c. p.
B Ser. t. 4. c. 10.
C Paul. lib. 3 c. 49.
D Fen. 14 t. 2. c. 4. & t. 4. c. 1. F. 16. t. 1. c. 2. & Ga. 6. loc. af. c. 1. b
E Raſ. 10. conti. t. 1. c. 1. 101. 1.
F Hipp. 4. apho. 9. & Raſ. ibi.
G Cap. 5.
H Cap. 7. & Ga. 9. de medi. cõpo. ſm loc. c. 1. c. d
I Gal. ibid. d
k Ser. t. 4. c. 10.
† cibariũ factũ ex granis berberis.
L G. de curandi rõne p ſang. c. 14. g
M Raſ. 10. con. t. 1. c. 2. 103. 4. & G. 9. de admini. anat. c. 5. g
N Cap. 3. & Serap. t. 4. c. 10. & Aet. lib. 3. ſer. 2. c. 11. fol. 576.
O T. 2. c. 7.
P F. 13. t. 4. c. 8. & F. 14. t. 3. c. 12. & Raſ. 20. cõt. t. 1. c. 2. 104. 3
Q Cap. 6.
R G. 9. de med. cõ põne ſm loc. c. 1. d & 6. de ſimp. medi. facul. 48. b



A proprietatibus, quæ ſunt in eis. Quod ſi inuenis medicinam in qua ſit amaritudo tãtum, tunc permiſce eam cum aliquantulo aluminis & aceto. Alumen.n. frangit ſua virtute ſubtilitatem eius. Et [a] cauterium dictum in ægritudine ſplenis, ſuper vena, quę eſt in interiore parte brachij ſiniſtri, fiat. Et ſi non fuerit manifeſtę diſpoſitionis, tunc cum eo, quod innuimus. Et qñq; ſufficit regimen ſubtiliatiuum in ſanatione ſplenis. Et qñq; accidit vt conferat in ipſo regimẽ impinguans corpus, cum non facit accidere oppilationem, & non fuerit ingroſſans ſang. Et ſi fuerit ita, hepar vero ſit forte ſuper rectificationem eius. [b] Regimen nanq; impinguatiuum eſt ex eis, quæ humectant ſang. & rectificant ipſum, & temperant ipſum cum fractione melancholię. Et [c] qñq; peruenit durities ſplenis ad hoc, vt non ſufficiat in curatione eius adiutorium cum eis, quæ bibuntur abſq; eis, cum quibus ſit ei emplaſtrum. Et omne lac, præter lac camelarum eſt malum ſpleni. Et medicinarum ſingularium, quæ adminiſtrantur ad hanc cauſam, melior [d] eſt cortex radicis capparis, ipſe enim multoties educit vrinam, & egeſtionem ſanguineam fœculentam, & ſanat proprie qñ bibitur cum [b] ſyrupo acetoſo de ſeminibus declinante ad acetoſitatem. Et non eſt ipſe ſolus, immo ſicut [e] centaurea, & ſuccus eius, & proprie minor, & [f] radix lilij, & [g] flos ſalis, & [h] acorus cõfecta cum melle omni die cochlearium vnũ: & grana [i] alfachd & [k] ammoniacũ, & [l] camepitys, & [m] camedryos: & [n] grana alcadra cum ſyrupo acetoſo, & [o] praſſium præcipue cum aqua ferrariorum quam dicã. & ſquil-
B la eſt bona, & vltima, & melius eſt oxymel eius, & [p] ſcolopendria cum ſucco [q] tamariſci, & [r] naſturtium, & [s] nigella, & [t] agaricus ſolus cum ſyrupo acetoſo aut centaurea. Et doſis cuiuſlibet illorum ſit ab vno aur. vſq; ad. ʒ.ij. Et [u] epithymi pondus. ʒ.v. in. ʒ.i. ſyrupi acetoſi, vſq; ad. ʒ.ij. iſtud enim cum iteratur ſolutione ventris educit illud, quod eſt in ſplene, & detumere eum facit. Et [x] ammoniacum, & [y] lupini, præcipue decoctio eorum cum ſyrupo acetoſo & decoctio alſuila cũ aqua dulci, & bibatur cũ ſyrupo acetoſo, aut cũ aqua decoctionis polij: & [z] acetoſa ſylueſtris diſſoluta cũ ſyrupo acetoſo, & ſuccus ſpinæ recentis, & anethũ ſiccũ ſumatur ex eo omni die pondus. ʒ.ij. & conſequatur vrina cameli, & ſucci eupatorij pondus. ʒ.ij. cũ aqua decoctionis abſinthij. Et [a] iuuamentum cũ lacte camelino, & vrinis eorũ eſt vehemẽs valde: & aſſumat inde fortis, & debilis omnis ſm ſe. Et melius eſt illud cuius [b] camela iam paſcuit algarab & ſceha, & apiũ, & fœniculum. Et quando apparet ex potatione eius digeſtio apoſtematis, & apparet in fæce euacuatio melancholiæ, perueni poſt illud cum confortatione. Aut ſume albothin infuſum in aceto. vij. diebus: deinde accipiet ex illo albothin omni die tria cochlearia, et ſorbeat ex illo aceto ſuper ipſum. Et [c] ſumat in potu ſeminis raphani pondus. ʒ.i. & .ſ. cum aceto forti: aut decoctione foliorum nucum recentium decoctorum cum aceto ſquillæ. Aut aqua foliorum capparis cum ſyrupo acetoſo: aut de nardin. i. ſpica romana cum ſyrupo acetoſo ſquillitico. Et ex eis, quæ currunt curſu eorũ in quibus eſt proprietas, eſt [d] pon-
C dus. ʒ.ij. ſeminis portulacæ cũ aceto: Aut [e] coralli contriti valde pondus aur. i. cum aliquo ſyruporum ſpleneticorum. Aut raſura de cucurbita tenera vel humida. [d] Aut ipſa cucurbita teratur poſt exiccationem, & bibatur ex ea. ʒ.ij. pondus cum ſyrupo acetoſo. Et iterum ſemen cannæ, & ſemen cuſcutæ, & folia kalef propter ſuam amaritudinem & ſtypticitatem: & ſemẽ acetoſæ, & ſemen atriplicis, & fructus tamariſci, & folia eius & pulmonis vulpis, aut [f] hepatis ipſius pondus. ʒ.ij. in ſyrupo acetoſo, aut [g] ex ſplene æ aſini ſylueſtris, aut [g] ſplenis equi, aut pulli equi ex quocunq; illorũ fuerit pondus. ʒ.ij. exiccati. Aut accipe veſpertilionem, & decolla ipſum, & exicca ipſum, & contere eum: & accipe ex eo, quod tolerant tres digiti. Aut accipe. vij. veſpertiliones pingues, & decolla eos, et mundifica eos: et exicca eos, et pone ipſos in vaſe vitreato ſubmerſos cũ aceto forti, & obturetur cum luto et dimitte in tanur calido. Cũ ergo decocti ſunt, depone vas extractũ ex eo, vſquequo infrigidetur, deinde extrahe eos, et diſſolue digitis in aceto, et ſumatur ex eo in potu omni die pondus ʒ.ij. & hęc eſt curatio experta. Et conueniens quidem eſt, vt huiuſmodi medicinæ ſingulares dictæ prius, et poſterius bibantur cum ſyrupo et aceto. Et vt fiant ex eis emplaſtra confortantia cum aceto. Medicinæ vero compoſitæ, quæ bibũtur ſunt, ſicut ſcolopendria, & ſpodium ex quibus bibatur põdus. ʒ.ij. cum ſyrupo acetoſo. Et [h] trochiſci de capparibus, & troc. alfengiecheſt cum ſyrupo acetoſo, & troc. de reu. facti cum corticibus radicis capparis, & bibiti in aceto vehementis acetoſitatis:
D & illud cum nõ fuerit inflatio. Et [h] trochiſci de rubea, & [i] theriaca diateſſaron eſt optima valde cum non fuerit feb. Aut [k] ſume naſturtij partem. i. & nigellæ partem. 5. conficiantur cum melle deſpumato, & ſit doſis. ʒ.iij. cum aceto commiſto, aut ſuffuſ ex ariſtol. & myrobal. kebu. de quo ſumatur cochlearium. i. cum vrina cameli, & cum vrina caprarum. Et corticũ capparis. ʒ.iiij. Et ariſtol. longæ pondus. ʒ.ij. ſeminis alfengiecheſt, et piperis amborum ana. ʒ. vi. fiant ex eis trochiſci. Et ex eis quæ conferunt eſt illud, quod Recip. capilli veneris, & corticum radicis capparis, & ſeminis portulacæ, & ſeminis rutæ, & ſeminis alfengiecheſt, & haſſopi omnium ana partes æquales, & doſis ſit ʒ.iij. in ſyrupo acetoſo. Aut ſumantur radices capparis, vuæ paſſę et ſemen raparum, & hyſſopi terantur omnia & infundantur in aceto die & nocte, et decoquantur in aqua plurima, donec ad paucam redeat, & miſceatur cum ea ſyrupus acetoſus fortis de ſeminibus, & bibatur. Aut [l] in potu ſumant de aceto, in quo decocta fuerunt abel & nux cupreſſi decoctione vehementi donec remaneat parum, & bibatur ex eo illud, quod poteſt, et fiat emplaſtrum cum fæce ipſius. Aut lac camelarum ſm conditiones ſuas in potu ſumatur cum aqua foliorum algarab. Et iterum ſumantur rubeę ʒ.xij. et cortices radicũ capparis, et ariſtol. longæ, et ireos omnium ana. ʒ.ij. conterantur valde, et cõficiantur cum oxymelle acetoſo, & fiant inde trochi. ſitq; doſ. aur. i. cum aqua abſinthij et corticum radicis

A G. de iatrodue. c. 8. f
B Raſ. 10. con. t. 1. c. 102. 3.
C Ser. t. 4. c. 10.
D Gal. 7. de medi. ſimp. fac. 49. g
E Raſ. & Paul. lib. 3. c. 49.
F Dioſ. lib. 1. c. 1.
G Ga. 2. art. cur. ad glau. c. 5. d
H Dioſ. lib. 1. c. 2.
I Dioſ. lib. 1. c. 116. & Vitrice.
K Dio. lib. 3. c. 80.
L Ser. t. 4 c. 10.
M Paul. lib. 3. c. 49.
N Raſ. 102. 3.
O G. 8. de ſimplic. med. fac. fo. 59. b, & Ser. t. 4 c. 10.
P Dioſ. lib. 3. c. 128.
Q Dioſ. lib. 1. c. 99.
R Dio. li. 2. c. 147. & Raſ. 102. 5.
S Raſ. 101. 3.
T Raſ. 102. 3.
V Raſ. 103. 4. & 104. 1.
X Dioſ. lib. 3. c. 80.
Y Dioſ. lib. 2. c. 102
Z Dioſ. li. 2. c. 107.
A Raſ. 101. 2.
B Ser. t. 4. c. 10.
C Raſ. 103. 3.
D Raſ. 101. 3.
E Raſ. 103. 2. & Dio. li. 5. c. 86.
F Ga. 9. de medic. compo. ſm loc. c. 2. fol. 199. h
G Ga. ibi. fo. 198. g infra
H Li. 5. ſſ. 1. t. 2.
I Raſ. 102. 1.
k Raſ. 101. 1.
L Raſ. 104. 1.

radicis capparorum decoctorum ſimul. [a] Aut ſumantur foliorum rubi ß recentis, & corticum radi- E
cis capparis, & fructus tamariſci, & ſcolopendriæ, & ſquillæ aſſatæ, & piperis albi, partes æquales
informentut ex eis trochiſci, & ſit doſis pondus. ij. aur̄. cum ſyrupo acetoſo. [b] Aut α ſumatur ſplen
aſini ſylueſtris, & ſplen pulli equini ambo exiccati, & contriti, & bibatur ex eis aur̄. i. perueniendo
vſq; ad. ʒ. ij. cum vino permiſto. Et dicitur, ꝙ cum iſtæ medicinę in potu dantur porcellis aliquibus
diebus: non reperitur in eis ſplen. [c] Sumātur epithymum, & cortices radicū capparis partes æqua-
les: conficiantur cum melle, & bibatur ex eo circiter aur̄. v. Aut ſumantur cortices radicum cappa-
ris, & ſcolopendria, & fructus tamariſci, & cortex kalef, & rubea, & aſſarū, & acorus, decoquantur
cum aceto forti: deinde coletur, & fiat ex eo ſyrupus acetoſus mellinus, & bibatur, in cuius doſi ſit
pondus. ʒ. i. ammoniaci, eſt enim mirabile. Et ſi ſpleneticus cōqueritur de ſolutione ventris, in qua
non eſt ſang. & cum qua non eſt punctura, ſumat ſuffuf de granis granatorū tribus diebus, aut. iiij.
omni die drach. iij. aut. iiij. & faciat vt cibus eius ſit medietas eius quo conſueuit vti: ꝙ ſi fuerit ſolu-
tio ventris eius ſplenetica cauſa in eo eſt, q̄m corpus non recipit ſanguinem. Et ſcias, ꝙ res calidæ
valde non ſunt multum conuenientes ſpleni: propterea, ꝙ indurant, & exiccant, & prohibent à re-
ſolutione. Et qn̄ fuerit in vrinali caliditas, tunc melius erit etiam vt in potu ſumantur [d] trochiſci al-
mirberis, & ſimilia. Medicamen conferens duritiei chronicæ accidenti in ſplene. [e] Recip. radic. opo
pa. & ammoniaci radic. cappa. & [f] † { ſpeciei volubilis nominatæ albroconiū, } & medullæ ſquillæ F
aſſatæ, & granorum albē, & alliorum ſylueſtriū omnium ana partem. i. miſceātur omnia, ſumantur
ex eo darkimet. i. in mane cum ſyrupo acetoſo, aut aceto permiſto. Al'. Recip. medullæ alben dar-
kimet. iij. alliorum ſylueſtrium darkimet. vi. corticis radicum cap. darkimet. iij. coſti darkimet. ij.
[g] † { aſtrufiun } darkimet. vi. polij darkimet. iij. radicis plantę nominatę coroli, & eſt ſpecies illa,
quę nominatur ſachragie darkimet. ij. & exiſtimo, ꝙ hęc eſt ſpecies alſachragiat, & eſt planta hn̄s
folia ſimilia myrto, & in medio ſui habet annulum ſimilem oculo, & ſimilatur ſemperuiuę maiori:
& granorum volubilis maioris numero. xxv. ammoniaci darkimet. iiij. bazard. darkimet. i. ſemi-
nis arboris mariem vel ſeminis bachurmariem darchmet. i. aut radicis eius darkimet. iij. cordumeni
darkimet. i. &. 5. granorum ſquillę, & eſt alhonſol aſſorum darkimet. xvi. miſceantur ſimul, & ad-
miniſtrentur in ſyrupo acetoſo & ſit doſis darkimet. i. &. 5. & ſm plurimum darkimet. ij. Trochiſci
alij facientes illam operationem. Recip. ſeminis lilij darkimet. iiij. piperis albi, & ſpicæ ſyræ, & am-
moniaci omnium ana. ʒ. ij. informentur trochiſci, & adminiſtrentur ſicut illi, qui ſunt ante eos. Tro
chiſci alij conferentes ſpleneticis. [h] Recip. ammoniaci, [i] † { & ß fructus alhauſegi } omnium ana dar
kimet. viij. cortices radicis cappa. & fructus tamariſci, & piperis albi, & [k] † { ſcordeon, } & ſquillæ
mundatę aſſatę omnium ana darkimet. ij. conficiantur cum aqua, & fiant inde troc. quorum vnuſ-
quiſq; ſit darkimet vnius & doſis ſit. i. eorum cum ſyrupo mel. Al'. [h] Recip. medul'. ſquillę aſſatæ G
lib. ij. radicis alfeſire, & eſt radix vitis albæ lib. viij. piperis albi & petroſelini, & paſtinacæ ſylueſtris,
& farinæ horobi, & granorum [l] † { pineæ } omnium ana vnc. viij. lilij cœleſtis, & radicis opopa.
[m] † {              } amborum ana. ℥. iij. cōficiantur [n] † {              } Et cum adminiſtratur aliquid eorum,
tunc melius eſt vt dimittat aquam, aut minoret potum eius, vt ſit medicina ſaluans vel conſeruans
virtutem. Et non trahatur ad gibboſitatem hepatis propter adiutorium aquę plurimum. In admi-
niſtratione autem emplaſtrorū melius eſt, vt adminiſtretur ante eos balneatio longa ſm ieiunium:
& ſit ſtatio in tina. Et qn̄ egreditur æger ex ea, ſumat inciſiua acuta facientia ſitim ſicut piſces ſali-
tos, & carnem ſalitam & ſinapim, & ſahane, & ſumat in potu vinum miſtum cum aqua marina. Et
ſubtiliet regimen ſuum, & faciat illud tribus diebus, & in quarto exercitetur donec ſudet, & fre-
quens fiat anhelitus eius, & emplaſtretur: & hoc fiat ſi res fuerit fortis, & ſi fuerit debilior hac, con-
tentus ſit eo, quod eſt leuius hoc. Emplaſtrorum vero forma eſt, q̄m quandoq; fiunt ex illis ſimpli-
cibus, quę diximus. Et cum emplaſtrum fit ex ammoniaco ipſo, & ſtercore ouiū cum aceto, eſt em-
plaſtrum forte. Et ſtercus ouium aduſtum & [o] cinis [p] † { alatun } eſt emplaſtrum bonum qn̄ confi-
citur cum aceto, & fit emplaſtrum cum eo. Et ſimiliter emplaſtrum vitis albę cum aceto, aut ſulfu-
re cum aceto aut folijs tithymalli cū aceto & ruta cum aceto. Et qn̄ accipitur ſtercus vaccarū paſcen
tium, & exiccatur in primis; deinde decoquitur cū aceto, fit ex eo emplaſtrum bonum. Et qn̄q; pul H
uerizatur ſuper ſulfur citrinum. Et emplaſtratio cū flore ſalis eſt mirabilis. Et ex illis eſt fęx olei gra-
norum alben cum aceto. Et iterum alharmel cum ſemine ſuo decoquatur in aceto donec diſſolua-
tur, & fiat ex eo emplaſtrum. Et ex eis, quę ſunt propinqua æqualitati eſt [q] ſicla decocta cum ace-
to, & radices althææ decoctæ in aceto. Et ex compoſitis eſt maram baſilicon, & [r] † { maram } Gal.
& maram aluskilcus, & emplaſtrum aureū, & emplaſtrum de aloe Gal. & maram factum de radi-
ce capparis infuſa in aceto horis tot, donec lenificetur: deinde deſiccetur & teratur bene, & fiat ex
ea maram cū cera & oleo de alcanna. Aut ſumatur nigredo vaſis de ære, & fiat ex ea, & farina hor-
dei, & aceto & ſyrupo acetoſo emplaſtrum: q̄m eſt vltimum iuuamentum. Aut adminiſtretur em-
plaſtrum de ſinapi, q̄m eſt forte. Al'. reſoluens duritiem. Recip. ammoniaci, & cerę, gummę pini,
omnium ana darkimet. iij. glutinis albotin, & bdellij, & [s] † { bazard } omniū ana darkimet. vi. thu-
ris, myrrhę, olei cucumeris aſinini omnium ana darkimet. iiij. infunde diſſolubilia in aceto, & per-
miſce ea, & vtere eis. Al'. Recip. fœnugręci, & farinę orobi, amborum ana. ℥. ij. gummi albotin, &
ammoniaci amborum ana. ℥. v. radicis capparis, & granorū [t] † { alfachd, } & radicis allij ſylueſtris,
& rubeæ omnium ana darkimet. ij. cerę lib. ij. infundantur in aceto, & miſceantur in oleo antiquo,
& admi-

A Ga. 9. de med. cō poſi. ſm loc. c. 198. h & Raſ. 10. cont. t. 1. c. 2. 204. 1. *Infra* ß
B G. 9. de medi. cō po. ſm loc. 198. g. *Supra* α
C Raſ. 10. cont. t. 1. c. 2. 202. 2.
D Raſ. 203. 4.
E Aet. li. 3. ſer. 2. c. 11. fo. 576.
F † radiculę,
G † ſpēi hyſſopi
H G. 9. de medic. cōpoſi. ſm loc. c. 2. 198. h
I † foliorum rubi. *Supra.* ß
K † ſcolopendrii, aut hemionitidis,
L † cedri
M † myrrhę
N † cum vino
O Gal. 9. de medi. cōpoſi. ſm loc. c. 2. fol. 199. b
P † lapidis
Q Ga. 2. de ali. fac. c. 43. & Raſ. 203. 3.
R † vnguentum
S † galbani
T † viticis,



A & adminiſtrentur. Aut farina fœnugræci, & ſinapis, & nitrum. Aut ficus coctæ in aceto quibus ſu-
perponatur ſexta pars ammoniaci. Aut [a] ſumatur mel faui, & liniatur ſuper fruſtum cartę magnū
ad quantitatem apoſtematis & pulueri zetur ſuper ipſum ſinapis, & emplaſtretur ex eo ſplen, & di-
mittatur dum tolerat. [b] Aut ſumantur ex ficubus. x. pingues, & infundantur in aceto horis tribus,
deinde coquantur, & diſſoluantur, & colentur, & ſumatur pondus earum de ſinapi, & radice cap-
paris coniunctis, & miſceantur omnia. Et qn̄q; ponūt cum eis ammoniacū & mezerion ſm quā-
titatem neceſſitatis, & faciunt ex eis omnibus epithema, & emplaſtrum. Et [b] fœnugræcum, & cor-
dumeni, & calx, & baurach cum aceto: & ammoniacū, & ſordities aluei apum, & myrrha, & thus,
æqualiter cum aceto forti, liniantur ſuper ventrē, & ponantur ſuper ipſum, & dimittatur quouſq;
cadat per ſeipſam. Et ex eis, quæ experta ſunt, & eligit ipſum [c] Alkindus eſt, vt ſumatur ruta, & cor
tices radicis capparis, & abſinthium, & calamenthum, & origanum, & decoquantur cum aceto, &
exprimantur, & ponantur ſuper fruſta filtri, & fiat cum eis emplaſtrum, & renouetur quotieſcūq;
infrigidatur. xxi. vice in ieiunio. Et ex emplaſtris bonis, valde, eſt, vt ſumātur farinæ glandium lib. ij.
& reſoluantur ſuper prunas, & proijcias ſuper ipſas lib. i. calcis, & miſceantur, & fiat ex eis empla-
ſtrum. [d] Aut ſumatur baurach, & calx, & pyrethrum, & ſynapis, aggregentur omnia cum kitram
& liniatur, & non conueniunt cum feb. [e] Aut ſumātur pyrethri. ℥. v. & ſinapis. ʒ. xv. & de granis
B almezerion. ℥. iiij. & cordumeni. ℥. iij. & nucis aromaticæ. ℥. i. & piperis. ℥. iiij. aggregentur cū ace-
to ſquillitico: & fiat ex eis emplaſtrum ſpleni tribus horis poſtquā locus ablutus fuerit com aceto, &
nitro. Et chronico quidem fit epithema ex ammoniaci & amygdalarū amararum ana partibus. x.
& ex foliorum rutę partibus. v. fiat ex eis epithema cum aceto. Aut ſtercus caprarum, & ſynapis re-
cens confecta cum quibuſdam ſuccis iuuatiuis, & pauco aceto. Et ex embrocis eſt aqua in qua de-
cocta ſunt lupini, & ruta, & piper. Et ex emplaſtris vehementis virtutis eſt, vt ſumātur ellebori ni-
gri. ℥. iij. & ellebori albi. ℥. iiij. & ammoniaci. ℥. iij. & nitri. ℥. iij. & ſcammoneæ. vnc. ij. piperis grana
xxx. præparetur ruta cum glutino albothin taliter vt toleret permiſtionem cum iſtis, ſicut maram,
& liniatur ſuper locum poſt calefactionem eius, cum fricatione: & hoc eſt etiam ſolutiuum. Et qn̄ sed id caute
non conferunt medicinæ, oportet vt ponantur ventoſę, & ſcarificantia ſuper ipſum. Et qn̄q; opor- agendum =
tet, cum dominatur hu. melancholicus, & ſan. vt phlebotometur [a] alguidegi ſiniſtra, & fiant caute-
ria ſuper. v. loca ſplenis, aut. vi. deinde non permittantur ſanari. Quod ſi non tolerat ignem, admi-
niſtrentur cauteria ex medicinis, ſicut emplaſtrum de ficubus & ſinapi: & ſicut emplaſtra dę gum-
ma rutæ ſylueſtris, & alia. Et ſi dominatur caliditas, & non tolerat infirmus emplaſtra fortia, vapo-
retur ſplen eius cū vaporatione aceti ex lapide molendini, Aut iaceat ſupine in ieiunio, & ponatur
ſuper ſplenem ipſius fruſtum filtri infuſum in aceto calefacto, & proprie in quo decocta eſt ruta.
C Et melius illo eſt, vt ingrediatur æger ieiunus balneum, cum tolerauerit illud, & reſupinetur in eo,
& non ceſſet ponere ſuper ſplenem [f] fruſtum filtri infuſum in aceto, vice vna poſt aliam, dum to-
lerat, & iteretur ſuper ipſum diebus aliquibus, quoniā eſt curatio fortis. Et ex eis, quę approximant
huic, & conueniunt calido, eſt vt ſumatur ex ſemine endiuię, & ſemine portulacæ, & cucurbita ſic-
ca, & ſemine alfelengiemeſch, & in potu ſumantur ex illis aur̄. ij. cum ſyrupo acetoſo vehementis
acetoſitatis, deinde curetur poſt illud cum curatione filtri infuſi in aceto. Et plurimis patientibus
ſplenem cum caliditate datur in potu aqua endiuiæ cum ſyrupo acetoſo, & iteratio fiat ſuper illud.
Cibi vero ſint illi, qui ſunt leues. & pingues ex iuribus factis ex eis, quæ ſunt leuia, & ſubtilia, & ca-
lefacientia cum æqualitate, & capparis cum aceto, & grana alcadra cum aceto condita: & reliqua,
quæ ſciuiſti in locis alijs. Et oportet vt adminiſtrētur cū illis ſubtiliatiua, ſicut ſinapis, & quę ſunt il-
lis ſimilia. [g] Et potus eorū ſit aqua ferrariorū: & [h] omne in quo extinguitur ferrū ignitū multoties.

*De cura apoſtematum phlegmaticorum ſplenis.* *Cap.* 8.

CVra eius eſt illa, quæ temperata eſt ex cura duri cum euacuatione phlegmatis, & melancholię.
Phlegma enim eius melancholicum eſt: & emplaſtra accepta ex meliloto, & anetho, et calamo
aromatico, & ruta ſicca, & alijs.

*De oppilatione ſplenis.* *Cap.* 9.

D QVandoq; fit ex ventoſitate, & quandoq; fit ex apoſtemate, & fit ab humoribus, ſm ꝙ ſciuiſti:
& cum ventoſa quidē eſt extenſio vehemēs cum leuitate: & apoſtemoſa eſt cū ſignis apoſte-
matis. Et oppilationes alię ſunt cum grauedine, & non aſſociantur eis ſigna apoſtematis.

*De curationibus.* *Cap.* 10.

SVnt illæ eædem, quæ ſunt fortes ex curationibus oppilationum hepatis: & [i] iam innuimus ad
eas illic etiam.

*De ventoſitate, & inflatione in ſplene.* *Cap.* 11.

INflatio in ſplene eſt vt ſentiantur in ipſo tenſio, & durities, & eminentia, & comprimitur tendēs
ad rugitum & eructuationem, abſq; grauitate apoſtematum.

*De cura.* *Cap.* 12.

SCias, ꝙ medicinæ conuenientes duritiei ſplenis proximę ſunt in virtute curationi inflationis:
nam ipſa etiam indiget aperitiuis, abſterſiuis, reſolutiuis cum virtute ſtyptica forti, pluſq; ſit vir-
tus reſolutionis: quoniā materia eſt ventoſa leuis. Et hoc eſt diuerſum ab eo, quod eſt in apoſtemati-
bus. Et cum hoc ſunt ei medicinæ, quæ ipſi ſunt magis ſimiles, & in ipſam magis operantes, & ma-
gis conuenientes ei ſicut agnus caſtus, & cyminū, & ruta, & ſemen rutæ, & ameos: & quæ ſunt illis
ſimilia.

A Raſ. 10. cont. t. 1. c. 1. 104. 4.
B Raſ. 101. 2.
C Raſ. 101. 3.
D Raſ. 101. 2.
E Raſ. 101. 4.
F Raſ. 1. 9. c. 70.
G Li. 1. Fē. 1. d. 2. c. 13. & G. 9. de medi. cōpo. ſecūdum loc. c. 2. 199. g, & Dioſc. lib. 5. c. 46.
H Lib. 2. t. 2. c. 247.
I Fen. 14. t. 1. 2. c. 6.

ſimilia. Et [a] confert illi iuuamētum maximum poſitio vētoſarum ignitarũ ſuper ſplenē. Et [b] oportet vt famē toleret: & non ſumat cibum vna vice immo ſeparet vel partiatur quãtitate parua valde. Et [b] non bibat aquam inquãtum poteſt: immo [b] bibat vinũ antiquum ſubtile amarum parum. Et non [b] dormiat donec alleuietur venter eius. Et [b] q̃m repletio ventris eius commouet ſuper eum dolorem nocte vel die comprimat ipſum faciẽdo compreſſionem, poſt cõpreſſionem, & ingeniũ faciat ad egeſtionē, & dormiat. [b] Quod ſi illud non cõfert, fomentet ipſum. Et cum ſciueris, quod materia eſt melancholica, plurima, & inflat multitudine ſua, euacuabis. Et ex bibitis nãq; ſunt trochiſci modi huius. [c] Recip. naſturtij albi. ℥. xxx. qui teratur, & cribelletur, & cõficiatur cũ aceto vini forti, acuto, & fiant ex eo trochi. ſubtiles parui: & ponãtur vt panis in furno: aut patella vſquequo exiccentur, & nõ adurantur. Et [d] ſumantur ex eis trochiſcus pondere. ℥. xxx. ſicut panis & teratur, & cõmiſceantur cum eis granorũ alfachd, & fructus tamariſci ana. ℥. v. & ſcolopẽdriæ. ℥. vij. & informētur ex eis troc. & ſit doſis eorum. ℥. iij. cum ſyrupo acetoſo de zuccaro. Et conferunt etiam troc. de agnocaſto. Aut ſumãtur [e] †{carmazech}granorũ almaru ana. ℥. x. ſeminis endiuię, et ſeminis portulacę amborum ana. ℥. v. informētur trochiſci: & ſit doſis. ℥. iij. cũ ſyrupo acetoſo. Et q̃nq; oportet vt in potu tribuatur ex agnocaſto, et ameos, & corticibus radicis capparis, et ruta ſicca, et acoro aur̃. i. cum vino antiquo, aut decoctione medicinarum cõferentium ei. Inunctiones autem & emplaſtra ex oleis ſunt, ſicut quę fiunt ex [c] oleo de abſinthio, & oleo de nereiden, & oleo coſtino. Et ex marã F eſt maram factũ [c] ex ſulfure, & alumine, & nitro, & pice, & opopanaco. Emplaſtra vero ſunt ſicut emplaſtra dicta in capitulis præteritis, ſicut emplaſtrum de ficubus cum aceto, & cum ruta & nitro, & ſemine agnicaſti, & meliloto, & chamęmilla. Embrocę autem ſunt ſicut acetum in quo decoctę ſunt illæ medicinæ, proprie ſm ꝙ diximus ex adminiſtratione eius cũ fruſtis filtri, & proprie acetũ, in quo decocta ſunt capparis recens, & ſulfur, & fructus tamariſci, & ſcolopendria, & folia agnicaſti, & nux cupreſſi, & ruta. Et ſi voluerit, vt ſit cum fortitudine, & quod non ſit febris, ponantur in eo ammoniacum, & bdellium, & ſimilia. Et iterum calamenthum, & ruta, & [f] †{alaſnhe,}& baurac decocta in aceto cum aliquantulo aluminis. Et cibus in illa ſit ſimilis ei, qui dictus eſt in alijs.

A Raſ. 20. conti. t. 1. c. 2. 204. 4.
B Raſ. 202. 2.
C Raſ. 201. 4.
D Raſ. 201. 1.
E † fructus tamariſci
F † muſcus,

*De dolore ſplenis.* *Cap.* 13.

AVt ſit propter ventoſitatem, & inflationem: aut propter apoſtema magnum: aut propter ſolutionem continuitatis: aut propter malitiam complexionis. Et tu quidem iam ſciuiſti ſigna eorum, & curam cuiuſq; ſpeciei ipſorum. Et cum dolori non aſſociatur ſenſus, niſi in parte ſplenis, apud latus, tunc eſt ventoſitas retenta inter panniculum & ſiphac. Et ſi natura fuerit ſicca, ſoluatur, & adminiſtretur balneum. Et non fiat phlebotomia quamuis indicet eam communitas medicorum, niſi apud neceſſitatem paucam. G

## Fen. xvj. de dipoſitionibus ficteri & inteſtinorum. Et eſt quinq; tractatuum.

### TRACTATVS I. *De anatomia eorum, & ſolutione ventris.*

*De [g] anatomia.* *Cap.* 1.

CReator ſublimis propter præmiſſionē ſuę benignæ ordinationis in homine, & anteceſſionem ſuę ſcientię in cõmodis eius, creauit inteſtina eius, quæ ſunt inſtrumēta expulſionis ſuperfluitatũ ſiccarum, plurium numerorum, & inuolutionum, & reuolutionum, vt [h] ſit cibo deſcẽdenti ex ſtomacho mora cõueniens in illis inuolutionibus, et reuolutionibus: nã ſi creaſſet loco inteſtinorum inteſtinum vnũ, aut breuis quãtitatis: [i] ſepararetur cibus velociter à ventre, & [k] eſſet neceſſariũ homini hora omni ſumere cibum, ſm cõtinuationem: & ſequeretur illud cõtinuatio egerendi, & ſurgendi ad neceſſariũ: & [l] eſſet ex vno eorũ in occupatione occupante à negocio ſuo, in neceſſitatibus vitę ſuę, & [l] ex ſecundo in no- H cumento & labore & eſſet in eo appetitus cõtinuus & eſſet [l] ſimilis beſtijs. Creator igitur ſummus inteſtinorum numerum multiplicauit, & ipſorum plurima prolongauit propter hoc iuuamentũ, & multiplicauit eorum reuolutiones propter illud, & [m] propter iuuamentum aliud, & eſt ꝙ venæ continuatæ inter hepar & inter iſtrumentum digeſtionis cibi, non trahunt niſi quod ſubtile eſt ex cibo cum ſuis orificijs penetrantibus in tunicas ſtomachi, immo in tunicas inteſtinorum, & nõ trahunt niſi quod tangunt: Eius vero, quod ab eis occultatur, et ſubmergitur in profundo cibi elõgati à tactu orificiorum venarũ, attractio aut eſt impoſſibilis, aut difficilis: quare ſubtiliatus eſt creator in multiplicando inuolutiones, vt illud, quod cõtinetur occultum in parte inteſtini, redeat contangens in parte altera: & ſit poſſibile ordini alij venarum ſugere purum eius, quod euaſit ordinē primum. Et [n] numerus quidem inteſtinorum eſt ſex: Primum eorum eſt nominatum duodenum. deinde illud, quod nominatur ieiunũ: poſt inteſtinum longum, quod nominatur ſubtile, & inuolutum. deinde inteſtinum, quod nominatur monoculum: deinde inteſtinum, quod nominatur colon: deinde inteſtinum, quod nominatur rectum, & eſt ſarm vel ſargi. Et iſta oĩa ligata ſunt cũ dorſo cum ligamentis ſtringentibus ea ſm neceſſitatem ſituum ipſorum. Et [l] creauit ſuperiora ex eis ſubtilis

G Li. 13. aĩal. c. 17.
H Ga. li. 4. de v. p. c. 17. g, & li. 5. c. 10. e, oppoſitum
I Gal. 4. de v. par. c. 18. c. d
k Haly. 3. the. c. 26. & G. de anato. viu. 50. a. b
L G. de ana. vi. 50. b
M Ga. li. 4. de v. p. c. 17. g, & 18. d, & de ana. viu. 50. b
N Gal. li. 6. ana. c. 9. f, & li. de anat. vi. 50. b, & li. 5. de v. p. c. 3. e



A ſubtilis ſubſtantiæ: q̃m neceſſitas, quę in eis eſt digeſtionis, & penetrationis virtutis hepatis ad ipſa, plus eſt, quã neceſſitas in inteſtinis inferioribus. Et quoniam illud, quod ipſa continent, ſubtile eſt: & non timetur vt ſcindat ſubſtantiam inteſtini propter ſuam penetrationem in ipſo, et ſuam inceſſionem per ipſum, & non excoriat ipſum. Et [a] inferiora incipientia à monoculo ſunt groſſa, ſpiſſa, pinguia intrinſecus vt ſint reſiſtentia fæci: quæ non induratur, & reſoluitur niſi propter multitudinem illic: & ſimiliter non putrefit niſi cum incipit putrefieri in eis. Et ſuper ſuperiora quidem non eſt pinguedo. Verũtamen non vacua fuerunt in creatione ſua à glutinatione ſuperficiei ſuę intrinſecæ cum humiditate viſcoſa, mucoſa quæ eſt in eis loco pinguedinis. Et [b] inteſtinum duodenum continuatum eſt fundo ſtomachi: & habet orificium ſequens ſtomachum, & nominatur portanarius. Et hoc omnino eſt oppoſitum meri: nam ſicut meri non eſt niſi ad attrahendũ ad ſtomachum ex ſuperius, ſimiliter illud non eſt niſi ad expellendum à ſtomacho ſubtus: & [c] eſt ſtrictius quã meri. Et nõ fuit neceſſarium in creatione ipſius, vt dilataretur ſicut dilatatum eſt meri, propter duas res. quarum vna eſt, quoniam res, quæ penetrant in meri, eſt groſſior, & durior, & maioris quantitatis: & illud, quod penetrat in hoc inteſtino, eſt leuius, & planius, et ſubtilioris quantitatis propter digeſtionem ſuam in ſtomacho, & commiſtionem humiditatis aquoſę ſecum. Et ſecunda eſt, ꝙ penetranti in meri, non attribuitur [d] ex virtutibus naturalibus niſi virtus vna, quãuis voluntas adiuuet B ipſam ex parte vna, & eſt attractiua. Adiuuat ergo aperiendo viam & dilatando ipſam: penetrans autem in inteſtino primo patitur à duabus virtutibus, quarum vna eſt expulſiua, quæ eſt in ſtomacho, & [e] altera attractiua, quæ eſt in inteſtino. Et [f] adiuuat eam fæx, quæ peruenit cum ſumma cibi: & fit facilis propter illud expulſio eius in via temperatæ amplitudinis. Et [g] iſta canna diuerſificatur à meri in hoc, ꝙ meri eſt ſicut pars ſtomachi, ſimilis ei in forma compoſitionis ſuæ ex tunicis: hæc autem canna eſt ſicut res extranea adhærēs ei diuerſa in ſubſtantia tunicarum ſuarum à duabus tunicis ſtomachi: cum ſtomachus indigeat attractione forti, cuius ſimili non indiget inteſtinum: propter illud ergo vincens ſuper duas tunicas inteſtini eſt villus vadens in latitudine. Verum in inteſtino recto iam apparent villi multum longi: [h] quoniam eſt ex inteſtinis maioris operationis indigēs ad attrahendum illud, quod eſt ſupra ipſum, vt adiuuetur eis ſuper bonitatē expreſſionis, & expulſionis, & egreſſionis: nam paucos habens eſt inobediens ad expellendum, & exprimēdum: & propter illud creatũ fuit amplum magnę concauitatis. Et creatæ ſunt in inteſtino [i] duæ tunicæ propter conſeruationem in hoc, vt non adhæreat ei corruptio & putrefactio, ad quæ duo inteſtinum præparatum eſt, apud quodlibet nocumentum conſequens ipſum velociter: & propter diuerſitatem duarum operationum in duabus tunicis. Et [f] creauit hanc cannam rectæ creationis, extenſam ex ſtomacho ad inferiora, vt ſit initium expulſionis præparatum. Penetratio. n. fęcis in extenſo recto, C velociter eſt ea, quæ eſt in tortuoſo aut adhærente vel appodiato ſuper latus. Et [f] fuit hæc creatio in ipſo iterum iuuatiua intentione alia: & eſt q̃m cum ipſum incedit vel ſituatur rectum, dimittit à dextra & ſiniſtra ſua locum reliquis membris circundantibus ſtomachũ à duobus lateribus, ſicut portioni hepatis à dextra, & ſicut ſpleni à ſiniſtra, & reliquis inteſtinis. & dictum eſt duodenum: q̃m longitudo eius eſt huius quãtitatis. [k] xij. digitorum habentis ipſum. Et eius quidem amplitudo eſt amplitudo orificij eius, quod nominatur portanarius. Et pars inteſtini ſubtilis, quod ſequitur duodenum, noĩatur [l] ieiunum. Et in hac quidem parte eſt initiũ inuolutionis, & circuitionis, & tortuoſitatis: & quaſi ſint ei viæ plurimæ. & noĩatur hoc inteſtinum [m] ieiunum, q̃m ipſum inuenitur ſm plurimum inanitum, & vacuũ: & cauſa in hoc eſt connexio duarũ rerum: quarum vna eſt, [n] q̃m illud, quod attrahitur ad ipſum de multitudine chyli, velociter ſeparatur ab eo: portio nãq; eius attrahitur ad hepar, q̃m plures venarum meſaraicarum cõtinuatæ ſunt huic inteſtino, q̃m hoc inteſtinũ eſt propinquius hepati, q̃ alia inteſtina. Et non eſt in aliquo inteſtinorum de ramis meſaraicæ quantum eſt in eo, & poſt ipſum in duodeno. Et hoc inteſtinum conſtringitur, & detumeſcit, & minoratur in ægritudine valde. Et [o] portio alia abluitur ab eo, ad illud, quod eſt ſub eo de inteſtinis: q̃m cholera citrina venit ex felle ad hoc inteſtinum, & eſt pura, non permiſta quare eſt fortitudo ablutionis vehementer cõmouens virtutem expulſiuam cum mordicatione: quare propterea, ꝙ lauat D adiuuat ad expellendum ad inferiora: & propterea, ꝙ commouet vel excitat expulſionem, adiuuat ad expellendũ ad duas partes ſimul. ſ. ad hepar, & ad inferiora. Accidit ergo propter has diſpõnes, vt remaneat hæc pars inteſtini vacua, & nominatur propter illud ieiunũ. Et continuatur cum ieiuno ex inteſtinis, [p] inteſtinum longum inuolutum, reuolutum, habens reuolutionem vnam poſt aliam: & iuuamentum in inuolutione ſua, & cauſa reuolutionum in ipſo, eſt illud, quod innuimus in diſtinctionibus præcedentibus. Et [q] eſt vt ſit cibi in ipſo mora, & cum mora continuatio orificiorum venarum ſugentium poſt cõtinuationem. Et hoc inteſtinum eſt poſtremum inteſtinorum ſuperiorum, quę nominantur gracilia: & digeſtio in eis eſt pluſquam in inteſtinis inferioribus, quæ nominãtur groſſa. Summa. n. operationum inteſtinorũ inferiorum, eſt præparatio fæcis ad exeundum: quãuis etiam non euacuentur [r] à digeſtione, ſicut nõ euacuantur à venis hepatis venientibus ad ea, propter ſuctionem, & attractionem. Et continuatur cum inferiori gracili, [s] inteſtinum nominatum monoculum: & nominatur ita, [t] q̃m eſt inteſtinum, quod nõ habet niſi vnum orificium, & eſt ſicut cyſtis, ex quo recipit illud, quod ad ipſum venit deſuper. Et ex ipſo iterum educit & expellit illud, quod expellit. Et ſitus eius eſt ad poſteriora parum: & [p] eius declinatio eſt ad dextram. Et creatum quidem fuit propter iuuamenta de quibus eſt, vt fæci ſit locus in quo comprehendatur, & non

A Gal. de anato. viuo. 50. b.
B G. li. 5. de v. p. c. 3. e
C Fen. 13. t. 1. c. 1. & G. li. 4. de v. p. c. 7. h
D Li. 1. F. 1. d. 6. c. 7.
E Gal. li. 4. de v. p. c. 8. b. oppoſitum.
F G. de ana. viuo. 50. c
G Ga. li. 4. de v. p. c. 7. f
H Ga. li. 4. de v. p. c. 17. c, aliter.
I Gal. li. 5. de. v. p. c. 11. a, & li. 4. c. 17. b, & li. 3. de nat. facul. c. 11. f
K G. li. 6. lo. af. c. 3. & li. 6. ana. c. 9. f, & de ana. vi. 50. b. c
L G. li. 6. anat. c. 9. f, & li. 5. de v. p. c. 3. e
M Ga. li. 6. anato. c. 9. f
N Gal. li. 5. de v. p. c. 3. g
O Gal. ibi. c. 3. g, & de anat. viu. 50. c
P Ga. de anat. viu. 50. d
Q Gal. li. 4. de v. p. c. 17. g, & c. 5. c. 10. e
R Gal li. 4. de v. p. c. 17. e. f
S G. li. 6. ana. c. 9 f, & li. 5. de v. p. c. 3. e, & li. 6. loc. af. c. 2. h
T Ga. lib. 4. de v. p. c. 18. e

&[a] non cogat aſcellare omni hora, & in omni tempore quo peruenit ad inteſtina inferiora parum E ſtercoris, immo ſit concauitas in qua aggregetur cum ſua totalitate: deinde expellatur ab ea cum facilitate, cum completur fæx. Et de eis eſt, quoniam hoc inteſtinum eſt initium in quo cōpletur conuerſio cibi ad fæculentiam, & in eo fit præparatio cibi ad ſuctionem futuram accidentem ei ex meſaraica, licet non ſit in illo illa ſuctio dum ipſe commouetur & permutatur & ſeparatur immo non completur, niſi cum euadit ab hepate: & appropinquatur ei vt veniat ei ex eo cum vicinitate digeſtio poſt digeſtionem ſtomachi, quæ fuit cum quiete, & vicinitate & eſt aggregatus comprehenſus in re vna in qua remanet tempore longo & eſt quietus & aggregatus. Fit ergo proportio eius ad inteſtina groſſa proportio ſtomachi ad gracilia. Et propter hoc eſt neceſſarium vt approximet hepati, vt compleatur ex hepate, & fiat complementum digeſtionis: & conuertatur reſiduum eius, quod non digeritur & non eſt conueniens ſuctioni hepatis, ad melius, ad quod poſſibile eſt ipſum conuerti, cum iam fuerit inobediens in ſtomacho, & non aduenerit ei complementum digeſtionis propter multitudinem materiæ, & pręceſſionem paſſionis vel digeſtionis eius, quod fuit obediens: propterea ꝙ illud, quod eſt magis obediens, ſubmerſit illud, quod eſt inobediēs: & modo vel nunc iam denudatum eſt illud, quod eſt inobediens. Cum ergo aduenit ei virtus actiua, inuenit ipſum præparatum, & denudatum, niſi à ſuperfluitate de cuius virtute eſt vt conuertatur in fæcem: & eſt repertum in quacunq; duarum diſpoſitionum: ſed fuit in ſtomacho cum ſubmerſore alio: & in mo F noculo eſt ipſum ſubmergēs ſolum. Et illud, quod ei permiſcebatur fuit dignius, vt pateretur proprie. Et non euacuatur quidem in ſtomacho à paſſione quadam, & præparatione ad complementūm paſſionis, & digeſtionis cum relinquitur impreſſioni agentis. Et inteſtinum quidem monoculum eſt inteſtinum in quo completur digeſtio eius, quod fuit inobediens in ſtomacho, & ſuperfluit à digeſto obedienti & paucum eſt illud, quod ſubmergit ipſum, & ſeparat inter ipſum & inter virtutem agentem in chylo humido: & fit taliter vt parum virtutis rectificet ipſum, cum inuenitur ſtans, & morans in ipſo tanta quantitate qua compleatur eius digeſtio: deinde ſeparatur ab eo ad inteſtinum ex quo ſugit ſtomachus illud, quod præparatum eſt. [b] Quidam aūt dixerunt, ꝙ inteſtinum creatū eſt monoculū, vt moretur in ipſo chylus, & mundificetur ab hepate ex eo, quod remāſit in ipſo de ſubſtantia cibi integre: & putauerunt, ꝙ meſaraicæ non veniunt niſi ad monoculum. Et iſti quidem experimentatores errauerunt in hoc, & neq; ſunt iuuamenta eius niſi illa, quæ * declarauimus. Et huic [b] quidem inteſtino ſufficit orificiū vnum, cum non ſit ſitus eius ſitus ſtomachi ſm longitudinem corporis. Et [b] ex vtilitatibus monoculi, eſt, ꝙ ipſum eſt aggregatiuum ſuperfluitatum, quę ſi venirēt oēs ad reliquum inteſtinorum timeretur aduentus colicæ. Et qñ aggregantur in eo à via diuertūtur. Et [b] poſſibile eſt vt earū aggregatio expellatur à natura in ſumma vna. Aggregatum.n. velocius expellitur, q̄ diſpartitum. Et ex iuuamentis eius eſt, ꝙ ipſe eſt locus eius, quod G generatur in inteſtinis. ſ. vermium, & ſerpentum: nam raro euacuatur ex eis corpus, & in generatione ipſorum eſt iuuamentum etiam, cum ſint pauci, numero & paucę quantitatis. Et [c] hoc inteſtinum eſt dignius alijs inteſtinis, vt deſcendat in rupturā inguinis: q̄m non eſt ligatum: neq; ſtrictum cum eo, quod aduenit ei de meſaraica. Non.n. aduenit ex meſaraica res, quæ habeat magnitudinē, ſm quod dicitur. Et [d] continuatur cum monoculo ab inferiori parte eius inteſtinum noīatum colō: & eſt inteſtinū groſſum, ſpiſſum: cumq; elongatur à monoculo, declinat [e] ad partem dextram, declinatione conueniente propter propinquitatem hepatis: deinde ad partem ſiniſtram deſcendens. Cumq; opponitur lateri ſiniſtro, declinat ad dextram, & ad poſteriora deſcendens etiam. Et illic continuatur recto: & cum pertranſit ſplenem, coarctatur. Quapropter in eo, qui habet apoſtema ſplenis, prohibetur exitus ventoſitatis, dum non comprimitur ſuper ipſum. Et iuuamētum in hoc inteſtino eſt aggregatio fæcis, & expreſſio eius, & gradatio eius ad expellendum poſt complementum reſidui eius ex cibo ſi fuerit in eo. Et in hoc quidem inteſtino accidit colica ſecūdum plurimum eius. Et [f] ex ea deriuatur nomen eius, & inteſtinum rectum eſt poſtremum inteſtinorum, & continuatur cum inferiori parte colon: deinde deſcendit ex eo ſecundum rectitudinem, & continuatur cum ficteri, [g] ſuſtētatum ſuper dorſum alchati, ampliatum fortaſſe ſimile ſtomacho, & proprie eius inferius. Et iuuamentum huius inteſtini eſt expulſio fęcis ad exteriora. Et creator quidem cuius eſ- H ſentia ſublimis eſt, creauit ei quatuor lacertos, ſicut [h] ſciuiſti. Et hoc inteſtinum non fuit creatum rectum, niſi vt ſit expulſio fæcis ab eo facilior. Et [i] lacerti quidam adiuuantes ipſum ad expellendum, non ſunt in ipſo: immo ſunt illi, qui ſunt ſuper mirac. Et ſunt. viij. lacerti. Sit itaq; hæc quantitas ſufficiens de anatomia inteſtinorum, & relatione iuuamentorum eorum. Et non mouetur aliquid horum membrorum, quæ ſunt via cibi per lacertos, niſi duo extrema, ſcilicet caput & eſt meri, & guttur: & inferius, & eſt ficteris. Et [k] adueniunt inteſtinis omnibus venę, & arteriæ, et nerui, plures neruis hepatis: propterea, quia indigent ſenſu plurimo.

*De ſolutione ventris omnium modorum, & cauſis vſque ad lubricitatem omnium inteſtinorum, & cholirica paſſione, & diarrhœa, & fluxu ſanguinis ex ventre, & expulſionibus rerum ex hepate, & ſplene, & cerebro, & ex corpore, & tenaſmone.* Cap. 2.

SCias, quod omnis fluxus ventris, aut eſt ex cibarijs & cibis, & aere continente: aut ex membris. Et nos quidem loquemur primum de facto ex membris. Et [l] factus ex mēbris, aut eſt ex ſtomacho, aut ex meſaraica, aut ex hepate, aut ex ſplene, aut ex capite, aut ex inteſtinis, aut ex toto corpore. Et omnes illi cōicant in cauſis. Nam aut ſequitur illud malitiam complexionis debilitantem retentiuam

A Gal.li.4.de v.p. c.18.d
B Ga.de anat.viu. 50.d
Supra *
C Fen.21.t.1.c.1.& Ga.com.4.in.6.de mor.vul.3.g
D Gal.li.6.anat.c.9.f.& lib.6.lo.af.c.2.h
E Gal.li.4.de v.p. c.18.d,& li.6.loc.af. c.2.h
F Hal.3.theo.c.26.
G G.li.de diſſect. vuluæ.c.1.c
H Lib.1.F.1.do.5. ſum.2.c.26.
I Li.1.F.1.do.5.ſū. 2.c.22.&Ga.li.1.de ſan.tu.c.12.f
k Gal.6.de anat. admi.c.6.a
L Raſ.13.conti.t.1. c.1.150.4.



A tentiuam aut digeſtiuam aut expulſiuam, aut [a] confortatur expulſiua. Et totum illud, aut eſt propter malitiam complexionis ſingularis, aut propter malitiam complexionis cum materia confirmata vel imbibita in membris vel adherente ſuperficiei ſubſtantiæ inteſtinorum vel ſtomachi vel aliquorum eorum, aut ægritudinem officialem: ex contuſione aut vlcere aut ruptura. Et de facto ab hepate iam nos [b] expediuimus. & diximus de eo, qui fit propter complexiones eius, & apoſtemata ipſius, & oppilationes eius, & alia. Et ſimiliter diximus illum, qui eſt ex meſaraica. [c] Factus autem à cerebro eſt ille, qui fit propter catarrhum deſcendentem ab eo ad ſtomachum, & ad inteſtina, & corrumpit cibum, & facit ipſum deſcendere, & deſcendit ipſemet cum eo propter ſuam lubricitatem, & expulſionem expulſiuæ. Factus autem à ſtomacho non eſt totus indigeſtus: immo eſt digeſtus, digeſtione aliqua, & cauſa illius eſt [d] debilitas virtutis retentiuæ in ſtomacho, quare nō ſuſtinet onus cibi niſi ad tempus aliquod in quo quandoq; digeritur, & qñq; non digeritur: deinde non poteſt gradare miſſionē eius, & egreſſionem eius: & illud eſt propter debilitatem exiſtentē propter malitiam complexionis frigidæ ſm plurimum. Et eſt propter malitiam complexionis [e] calidæ & humidæ, & ſiccę. Et errauit, qui exiſtimauit, ꝙ ſit illud propter phlegma non aliud, & propter [f] complexionē frigidam & humidam, quāuis hoc ſit ſuperans: & hoc [g] eſt ducens ſua longitudine ad hydropiſim. Et eſt in ſumma difficilis curationis cū confirmatur. Et α multoties eſt à cauſa B in ipſo remanentia [h] virtutis medicinarum ſolutiuarum adhærentis ſuperficiei inteſtinorū, & ſtomachi, & orificijs venarum ſtomachi, & inteſtinorum. Et hic qñq; obſeruat periodos & multoties adducit ad abraſionē malam & vlcera. Et qñq; fit iſte ſtomachicus propter debilitatē digeſtionis: quare corrumpitur, & appetit expelli. Et qñq; fit propter lubricitatem in ſtomacho factā propter humiditates, quare non dimittit ipſum figi ea quantitate qua digeratur: & non eſt hoc in veritate egrediens ex eo, quod diximus. Sed nos appropriauimus ipſum cū voluntate in diſtinguendo ad declarandum. Et hoc plurimum, q̄m illud perducit ad hydropiſim. Et [i] Hipp. quidem laudauit in ipſo [k] eructuationem acetoſam, q̄m ſignificat viuificationem caliditatis facientis euaporare vaporem quendam, licet ſit non completa vel non perfecta poſtquā fuit mortificata. Et q̄m acetoſitas qñq; incidit & incoriat vel præparat ſtomachum, & facit acquirere retentionem, tūc laudauit per illum inquantum eſt ſignificatio, & inquantum eſt cauſa. Et [l] qñq; fit huiuſmodi lubricitas ex vlceribus in ſtomacho aut in eo, quod ipſi vicinatur: ex inteſtinis, quare cōicat ei ſtomachus in dolore, aut propter fluida vlcera, & illud in ſtomacho parum eſt. Et qñq; eſt cauſa fluxus ſtomachici & lubricatiui ſtomachus propter illud, quod ipſe comprehendit ex hum. malis effuſis ad ipſum ex corpore, quare corrumpunt cibum, quamuis ſit bonæ ſubſtātiæ: & ſit neceſſarium ei expellere ipſum vomitu, & deponere ipſum. Et ſi fuerit pars ſuperior fortior, non expellet ipſum & non educet vo- C mitu: immo cum ſolutione ventris. Et qñq; non fit ſolutio illorum humorum: propterea, ꝙ ipſi corrumpant cibum, & cogant ſtomachum ad expellendum ipſum: immo eſt in ipſo virtus quam abhorret ſtomachus: quare expellit ipſum, & quod eſt cum ipſo. Aut eſt in ipſomet virtus ſolutiua, aut lubricatiua, aut inciſiua, abraſiua: ſicut facit [m] multitudo effuſionis melancholiæ ad os ſtomachi: & fit illud cauſa fluxus ventris ſtomachici. Et β quandoq; fit propter ventoſitatem, & inflationem, quæ oriuntur: & corrumpitur digeſtio, & accidit illud, quod diximus. Et γ qñq; fit lubricitas non propter rem aliam ab ea, quæ comeditur. ſ. ex debilitate retentiuæ: aut permiſto corrumpente, [n] immo propter rem comeſtam & non propter qualitatem ſuam tantum, immo etiam propter quantitatem. Ipſum.n. quando multiplicatur vincit virtutem retentiuam, & egreditur ſicut intrauit. Et qñq; fit propterea ꝙ corrūpitur aut propter [m] multitudinē ſui, aut propter ſuā paruitatem, ſicut [o] ſciuiſti: aut [p] propter δ malitiā ſui ordinis: deinde partes cibi ſe conſequunt̄. Et qñq; eſt ſolutio ventris ſtomachica propter dolores exiſtētes in ſtomacho: aut in eo, quod ei vicinat̄: quare accidit debilitas virtutis retētiuę in ipſo. Et dolores illi in ipſo fiunt à vētoſitate, & ab apoſtematibus, et à malitia cōplexionis diuerſæ: & totū illud eſt in ipſo, aut venit ad ipſum ex eo, quod ipſi vicinatur. In facto aūt ab inteſtinis, dicamus in primis illum, qui fit ex inteſtinis. v. ſuperioribus. & dicamus, ꝙ fluxus factus ex eis, aut eſt cū excoriatione, aut eſt ſine excoriatione. Et excoriatio eſt dolor abra- D ſionis ex ſuperficie inteſtinorū intrinſeca. Et illud abradens, aut eſt materia cholerica, aut [q] ſanguinea acuta, aut virulenta, aut ſanioſa, aut fæculenta. Et procedit ab ipſis inteſtinis, aut ab eis, quæ ſupra ipſa, & peruenit ad inteſtina. Et hepaticus eſt huius generis, & iam [r] præterijt ſermo noſter in ipſo ſubtiliter pſcrutatus. Et [s] hepaticus [t] apoſtemoſus ſanior eſt, q̄ hepaticus: ex debilitate, & ſuſceptibilior curationis. Et excoriatio, & ſolutio ventris ſplenetica, aut fellina, & hepatica & oppilatiua, & illa, quæ eſt ab vlceribus in ſtomacho & meri, omnia ſunt propter illud à quo procedit materia ad inteſtina. Sed noſter ſermo non eſt nunc de illo: immo in illo, quod eſt ab ipſis inteſtinis. Et illud aut eſt propter apoſtema in inteſtinis: aut propter mordicationem cholericam: aut ſanguineam effuſum ex hepate vehementis caliditatis: aut apertionem venæ in ſuperioribus, aut inferioribus: aut propter medicinam ſolutiuam vulnerantem inteſtina, ſicut pulpa coloquinthidæ: aut ex alcola, & vlceribus cum putrefactione, & corroſione: aut vlceribus ſine putrefactione, & corroſione: aut vlceribus mundis, aut vlceribus ſordidis. Et ipſa aut ſunt in inteſtinis groſſis, & ſunt magis ſalua: aut in inteſtinis gracilibus, & [u] ſunt prauiora, & proprie cadentia in ieiuno. Videtur enim, quod non ſanetur vlcus eius, nedum quod à ruptura ſua propter [u] multitudinem venarum eius, & [u] magnitudinē earū, & [u] ſubtilitatē corporis eius & [u] curſum choleræ puræ ad ipſum

A Fē.14.t.2.c.4.& t.4.c.1.& ſen.15.t.1.c.5.& G.6.lo.aff.c.1.b,& 2.aphoriſ. 20.e
B Fē.14.t.4.c.1.
C Fen.13.t.1.c.16.& t.4.c.12.& Ga.6.apho.2.& Raſ.lib.diuiſ.c.68.& c.67.
D G.de driis ſym pto.c.4.d
E Fen.13.t.1.c.16.& 15.c.5.
F Ga.2.apho.20.e
G Fen.14.t.4.c.4.
K Fen.13.t.3.c.1.& Ga.3.de cau.ſymp.c.11.c,& Se.t.3.c.18.
Infra α
H Tra.4 c.1.& G.1.loc.af.c.4.g.h.& 11.meth.c.7.h
I Lib.6.apho.1.
K Fē.13.t.5.c.1.& c.5
L Fē.13.t.1.c.16.& t.4.c.12.& Gal.6.apho.1.h
M Raſ.lib.diuiſ.c.17.
Infra β
Infra γ
N G.3.de cau.ſym pto.c.1.27.c
O Fen.13.t.3.c.2.
P Fen.13.t.3.c.2.& Raſ.li.diui.c.67.& Ga.3.de cau.ſymp.c.11.b
Infra δ
Q Gal.3.de cau ſympt.c.4.g
R Fē.14.t.2.c.1.& 14.
S Cap.1.
T Ser.1.3.c.16.fo.34.
V G.4.meth.c.4.g

ex felle abſq; commiſtione: & quoniam maxima eſt malitia nocumenti eius: propterea, quòd proximum eſt membro regali, quod eſt hepar: nam nõ eſt ex inteſtinis aliquod propinquius ei quam ieiunum. Et medicina etiam non ſtat ſuper ipſum: immo lubricando recedit ab eo. Et vlcera quidem fiunt ex excoriatione fæcis: & ex acuitate cholerę, aut [a] ſalſedine humoris, aut vehementia fixionis eius cum ſua viſcoſitate: quare dum eradicatur vulnerat: aut propter eruptionẽ apoſtematum & reliquas euacuationes diuerſas nocentes ſuo inceſſu. Et [b] quæcunq; excoriatio melancholica eſt eueniens ſecundum ſemitam inceptionis, eſt mortalis: quoniam ſignificat cancrum putrefactum. Et [c] illa, quæ eſt in fine febrium, eſt mortalis valde: quamuis non fiat adhuc excoriatio, immo fuerit adhuc ſolutio melancholica & proprie illa, quæ ebullit ſuper terram, & habet odorem acetoſum, quamuis ſit virtus fortis adhuc: & quamuis ſit in ſanitate etiam, quoniam habens hanc ſpeciem melancholicam non ſanatur. Cum autem non eſt ei hæc proprietas, & non ebullit, neque habet odorem acetoſum, tunc eſt ſuperfluitas [d] melancholica, quam expellit natura: & ſperatur cum ea ſanitas quandoq;. Et vlcus quidem quandoq; generatur ſucceſſione apoſtematis, & fit à re excoriante vel excorticante & abradente in principio ſicut medicina ſolutiua, aut cibo viſcoſo adhærente, poſtea ſeparatur excoriando vel excorticando abradendo, aut cibo duro excoriãte ſuo inceſſu. [e] Et α quandoq; fit ab humoribus, qui ſolutione educti fuerunt: deinde vlcerauerunt. [f] Et terminus quidem temporis generationis vlceris à fluxu cholerico, eſt duæ hebdomadæ. [f] Et à baurachio, eſt menſis. [f] Et melancholico, eſt quadrageſimus dies vſq; ad plurimum illius. Et multoties quidem perforantur inteſtina habentis vlcera, & moritur ſecundum plurimum. Et quãdoq; ſunt quidam fortes: & remanent aliquo tempore: & aggregatur fæx in ventre eorum: & ſunt quaſi hydropici: deinde moriuntur. Secundum plurimum vero, cum vlcus ad hoc peruenit, vt egrediatur de ſubſtantia inteſtinorum aliquid, quantitatem habens, perducit ad putrefactionem, & ad caſum virtutis cum [g] communitate ſtomachi, & ad mortem. Quomodo enim non? cum perforentur, & proprie inteſtina ſuperiora. Et iam dixerunt quidam, quod perforata [h] ſunt quædam inteſtina inferiora: deinde pforata ſunt almirach, & venter pp apoſtema accidens in eis, in directo foraminis, & communicans illi putrefactioni, & nocumento: & perforatus eſt venter etiam illic, & egrediebatur ſtercus ex eo, & vixit homo. Et hoc quamuis ſit in ſumma poſſibilium, eſt tamen de poſſibilibus longinquis. Et [i] longinquius eo eſt, vt viuat: & fæx effundatur ad ſpatium ventris. Dixerunt [k] quidam, quando accidit vt perforentur inteſtinum, & venter in directo ieiuni, non ſedatur fames, & non figitur aliquid in ſtomacho, areſit habens illud, & inflatur venter eius, & moritur. Et ſpecies excoriationis ſunt ſanguinea, virulenta, & ſanioſa, & cholerica, & curathia, & mucoſa, & ſpumoſa, & corticalis. Et cholerica eſt ſalua, et ſuccurritur ei: & multoties fit ex ægritudinibus acutis, & febribus adurentibus, & tertianis. Et multoties eſt eis criſis. Et ſanioſa cum incipit primitiue, aut [l] eſt cauſa eius eruptio dubellati, & apoſtematum in viſceribus, quam expellit natura ad inteſtina, & eſt magis incolumis. Et iſta pars non eſt vere ſtomachica, & multoties nocet ſtomacho, & facit accidere in ipſo corruptionem in fine rei. Et multoties ſequitur ipſam fluxus ventris ſanioſus, & non retinetur: & eſt plurimum illius pus ſanioſum: & quandoque admiſcetur ei ſanguis. Quod ſi illud non eſt cauſa eius, & non eſt in membris interioribus apoſtema maturum, quod erumpatur, [m] tunc fit ex parte cancri putrefacti in inteſtinis: & non eſt ſanitas propter multitudinem eius, quod contrariatur & eſt vehementis malitiæ, & paruitatem eius, quod inuenitur de quiete, & propter difficultatem ægritudinis in ſeipſa. Virulenta autem eſt à liquefactione: aut a [n] reſudatione apoſtematis exiſtentis in via maturationis: & plurimum ipſius non eſt inteſtinalis. [o] Sanguinea autẽ alia eſt eueniens ſubito, & alia eſt eueniens paulatim. Et primæ quidem cauſa eſt apertio venarum: & ſolutio ſingularis: & cum non aſſociatur ei dolor aliquis, tunc non eſt ex inteſtinis immo ex viſceribus alijs, & proprie cũ aſſociantur cum illo ſigna alia. Et qñq; fit ex inteſtinis etiam ſine dolore, cũ eſt ſm ſemitam apertionis orificiorum venarũ eorũ ſine cauſa alia: & eſt incolumior. Et [p] cum fuerit hyems ſicca, ſeptẽtrionalis, deinde ſucceſſerit ei ver pluuioſum, meridionale, & æſtas pluuioſa, multiplicabitur fluxus ſanguinis ex ventre. Et [q] ſimiliter qñ hyems eſt auſtrina, & verbo reale paucę pluuię, & proprie in corporibus humi. & corporibus mulierum. Et qñ venit æſtas poſt ver boreale, & hyemẽ auſtrinam, multiplicantur ſolutio ventris, & excoriatio: & eſt cauſa eorũ multitudo catarrhorum. Et qñq; multiplicatur fluxus ſang. per ventrem in regionibus meridionalibus, & cũ exufflationibus auſtrinorũ, & multitudine pluuiæ: propterea, quia mouent materias, & mollificãt poros: & proprie poſt catarrhos ſalſos. [r] Fluxus autem ſang. per ventrẽ, qui eſt poſt ſolutionẽ cholericam, & excoriationẽ cholericã, & eſt cũ dolore, [s] eſt malus: & proprie qñ præcedit alcurathi: deinde venit ſanguis purus: illud. n. ſignificat, ꝙ ęgritudo profundat in corpus inteſtinorũ. [t] Sed Acurathi vero eſt ab aliqua abraſione tunicæ inteſtinorũ. [t] Sed mucoſa eſt propter humiditatem groſſam. Et qñq; accidit fluxus ventris mucoſus in febribus cõpoſitis. Et in ſpecie febrium quã [u] dicam in ſuo cap. & in febribus peſtilentialibus: & plurimũ eius, quod eſt in peſtilentialibus eſt ſpumoſus. Corticalis autem quandoq; fit ab vlceribus ſtomachi, & egreditur cum ſolutionẽ ventris, ſed non eſt illic excoriatio. Et quando eſt cum excoriatione, eſt ab ipſis tunicis inteſtinorum. Et [x] ſignificatur, ꝙ ſit de groſſis ſemper, propter groſſitudinem & in pluribus per magnitudinem: Et ꝙ ſit de ſubtilibus, per contrarium. Et cortices iſti egrediuntur apud eleuationẽ ad aſcellam: & eſt plurimum exitus eorum cum fit clyſtere lotiuũ. Inquit Hipp. Solutio

Marginalia: E; A Gal. 6. apho. 1.; B Hipp. & Gal. 4. apho. 24. & 22.; C Hipp. & Gal. 7. apho. 6.; D Fen. 14. t. 2. c. 4. & t. 4. c. 1. & Fẽ. 15. t. 2. c. 5. & G. 6. loc. affe. c. 1. a. b; E T. 4. c. 1. Supra α; F; F Raſ. 13. cont. t. 1. c. 1. 152. 4.; G Gal. 6. apho. 3.; H Li. 1. fen. 2. do. 3. c. 11. & fen. 14. t. 4. c. 5. & Ra. 13. cõt. t. 1. c. 1. 153. 4. & Gal. 6. lo. affec. c. 5. 41. c; I Raſ. 162. 3.; K Raſ. 153. 4.; G; L Raſ. lib. diuiſio. c. 67.; M G. 4. apho. 24. 2; N Fen. 14. t. 4. c. 1. & G. 13. meth. c. 18. h; O G. 3. de cau. ſym pto. c. 2. fo. 27. b. c. & Sera. t. 3. c. 26. fo. 31. 3.; P Hip. 3. aphor. 11.; Q Hip. ibi. 12.; H; R Cap. 3. & Gal. 6. lo. aff. c. 1. d. e.; S Hippo. & Ga. 4. apho. 26. & Ser. t. 3. c. 26.; T G. 4. apho. 26. & Ser. t. 3. c. 25.; V Lib. 4. fen. 1. t. 4. c. 2.; X Cap. 3. & Gal. lo. aff. c. 1. d



A Solutio ventris antiqua melancholica non ſanatur. Dixit [a] Hipp. cum eſt euacuatio ſimilis aquæ, deinde ſit ſimilis vnguento, eſt mala. Et cum accidit poſt hydropiſim ſolutio ventris & proprie hydropiſim accidentem ab apoſtemate hepatis, eſt mala: & eſt ſolutio ventris diarrhœa, tunc ſolutione educitur non aquoſitas & non abſcinditur. Inquit [b] omnis fluxus ventris poſt ægritudinẽ ſubito, eſt malus, ſignificans mortem propinquam. Inquit [c] Et qñq; fit cum hydropiſi diarrhœa, quę nõ abſcinditur, & neq; ſanatur: qm̃ non ſolutione educitur aquoſitas, immo ſolutione educitur illud, quod debilitat corpus. Et [d] qñq; perducunt excoriatio, & vlceratio inteſtinorum ad hydropiſim. Et [e] ſi aliquis habet cũ dolore ventris pungitiuo ſpaſmum, & vomitũ, & ſingultum, & conturbationem rationis ſignificat mortem. Et in lib. [f] Hipp. qui habet dyſenteriam, & apparet poſt aurem eius ſiniſtram res nigra, ſimilis herbo, & accidit cum hoc ſitis vehemens, moritur in. xx. & nõ tardatur & nõ euadit. Et ſcias, ꝙ febris difficilis eſt ſignificatio ſuper magnitudinẽ apoſtematis. Et caſus virtutis appetitiuæ ſignificat mortificationẽ virtutis, quæ eſt in ore ſtomachi. Et fluxus melancholicus in vlcere inteſtinorum totũ illud eſt malum. Illa autem, quæ fit ab inteſtinis abſq; excoriatione & ſanguine, & abſq; cauſa eorum, quæ ſunt ſuper ea cõmunicat lubricitati ſtomachicæ in cauſis. Sed quę facta eſt ex fluidis vlceribus in eis eſt pluſq; ea, quæ fit in ſtomacho, immo nõ eſt niſi in eis. Si autem fuerit alcholaia. i. ex vlcere ſimili alcolæ oris, & materia faciens eas non ceſſauerit B currere, perducit illum ad excoriationem ſanguineam proculdubio, & ad fluxum ſang. fortem, & cõmunicabit ei in cauſa adhærentia virtutis medicinæ ſolutiuæ ad orificia venarũ, quæ ſunt in eis, & ſuperficiei eorum, & facit ſolutionem. Et illa, quæ fit à debilitate inteſtinorum & ſtomachi nominatur materia ventris & plurimum cauſæ in hoc eſt debilitas & vlcera fluida. Et [g] quandoq; accidit vt congeletur aliquid huius ſang. effuſi in ventrem: & ſignificant illud, frigus extremitatum ſubito & feſtine, & inflatio ventris, & caſus pulſus, & peruentio ad ſyncopim. De ea autem, quę eſt ab inteſtino recto, & eſt inteſtinum ſextum, alia eſt, quæ eſt cum dolore & nominatur zahir: & [h] eſt dolor extenſiuus, & abraſiuus in inteſtino recto, & alia eſt, quæ eſt ſine dolore. Et cauſa alzahir: aut eſt [i] apoſtema calidum ex quo currit aliquid: aut apoſtema durum aut ventoſitas, aut [k] mollificatio lacerti: quare egreditur cum eo anus: aut tenſio accidens & chuzez vel [l] ſpaſmus: [l] quare prohibetur lacertus retentiuus in parte ani ab operatione ſua, aut ſuperfluitas ſalſa, aut baurachia, aut chymus groſſus, aut [m] cholera ingrediens, [m] aut frigus adueniens membro, [n] aut longitudo ſeſſionis ſuper durum, aut groſſitudo eius, quod egreditur de fæce & [o] durities eius, aut humor acutus, [p] aut hæmorrhois, aut fiſtula, aut rhagadia, [n] aut vlcera & corroſiones aut fæx retenta. Et plurimũ quidem fit ex humo. [q] mucoſo: & poſtquam fuerit mucoſus, fit curatiuus: deinde puncta ſang. [r] Et quandoq; egreditur cum zahir aliquid, quod eſt ſicut lapis ſecundum quòd dixerunt quidam: ſed C [s] Gal. elongauit illud. Et zahir quidem plurimum accidit habentibus phlegma [t] putridum: nam putrefactio eius relinquit veſtigia in inteſtino recto apud inceſſionem ſuam omni hora: [t] Amplius eſt viſcoſum, adhærens, nociuum. Et [p] quãdoq; cogitat æger, ꝙ in ano ſuo ſit ſal pulueriżatus propter bauracitatem eius. Et [p] zahir facilius eſt illud, quod non ſuccedit dyſenteriæ: aut quod non generatur à dyſenteria. Et quandoq; accidit vt [s] ſpaſmetur anus, & rectum, aut tendatur: quare accidit lacerto, vt non retineat illud, quod venit ad eum: ſicut [u] accidit ei, vt ſpaſmetur: & non poteſt facere deſcendere, quod ſupra ipſum eſt ad eum. Illa autem, quæ fit ab ano, ſine dolore, eſt ſanguis non aliud. Et plurimũ eius eſt ſm ſemitam, qua natura expellit ſuperfluitates ex corpore. Et coadiuuant ipſum in corpore cauſæ ſuperfluitatũ [x] ciborũ, & retentio curſus: aut inciſio membri: aut dimiſſio exercitij: aut reliqua, quę dicuntur in locis ſuis. Et iſte non oportet vt retineatur niſi timeat caſus pulſus, & virtutis. Iſtæ ergo ſunt ſpecies curſus inteſtinalis, inteſtinorum ſex. Factus aũt à toto corpore: aut eſt ſm [y] ſemitam criſis: aut fortitudinem [z] virtutis expulſiuę: aut ſm ſemitam [a] caſus virtutis retentiuæ, ſicut accidit timenti valde ex timore forti ſtatim ſupuenienti, & habẽti phthiſim in fine vitæ ſuæ: Aut ſm ſemitã liquefactionis, & incipit ſubtilis, deinde fit turbida, & fit fortis fames, & cadit virtus & appetitus, & accidunt febres: & qñq; accidunt nauſea, & difficultas vrinæ, & ventoſitas, & rugitus, & tenebroſitas coloris, & frigus extremitatum, & exiccatio linguæ. Aut D ſm ſemitam conuerſionis humorum ad corruptionem propter febres malas, & venena nocentia. Aut ſm ſemitã expulſionis repletionis vehementis, propter illud, [b] quod * ſcis ex dimiſſione euacuationis, aut retẽtione curſus cõſueti, aut abſciſione mẽbri, aut dimiſſione exercitij, aut paucitate reſolutionis ex corpore, & reliquis, quæ ſciuiſti. Aut propter cõpoſitionẽ nauſeatiuæ ſatietatis plurimæ in vicibus pluribus, aut redit ſm ſemitã ægritudinis acutæ, & eſt de ſumma cholericæ paſſionis, aut ſm ſemitã prohibitionis nutrimenti propter oppilationes in venis, & alijs. [c] Cholrica aũt paſſio eſt motus materierũ corruptarum, non digeſtarũ, ad ſeparationem ex [d] via inteſtini, redeuntium ad ipſum à corpore ſm [e] acuitatem, & laborẽ expulſiuæ: cibi nanq; cum non digeruntur bñ conuertuntur in humores non conuenientes corpori, & mouetur natura ad expellendũ eos à corpore, cũ coadunetur vel cõuertãt ſup ipſos ex partibus cũ ſpeciebus vomitus cholerici, & aquoſi, & æruginoſi qñq;, & ſpẽbus fluxus vẽtris. Et illa cholrica paſſio, cuius cauſa eſt corruptio cibi, incolumior eſt ea, cuius eſt frequentia corruptionis poſt corruptionem. Et [e] cholrica quidẽ paſſio mala incipit in primis cũ leuitate: deinde accidũt dolor, & punctura in vẽtre, & in inteſtinis, & dilataſ, & aſcẽdit ad ſtomachũ pp multitudinẽ eius, quod nocet ei ex humoribus acutis, venientibus ad ipſum. Et [f] ſm plurimũ ſunt fluxus ventris, & vomitus ſimul. Et cũ expelluntur inſequuntur

 humores

Marginalia: A 2. progno. tex. 20; B Hip. 5. apho. 14. & 6. apho. 16. Infra ε; C Fen. 14. t. 4. c. 8. & 10.; D Hip. 6. apho. 43. & fen. 14. t. 4. c. 4.; E Hip. 7. apho. 10.; F Raſ. 13. cont. t. 1. c. 1. 151. 3.; G Cap. 3. & fen. 19. t. 1. c. 19. & t. 2. c. 7. & lib. 4. fen. 6. t. 2. c. 10. & G. 6. lo. aff. c. 4. h; H G. 6. lo. aff. c. 2. f, de tineſmo.; I Ser. t. 3. 27.; K G. 3. decau. ſym pto. c. 2. fo. 27. c; Infra ζ; L Fẽ. 17. c. 15.; M Raſ. 152. 1.; N Alzar. li. pract. tr. 17. ſect. 2. c. 1.; O Halya. 9. theo. c. 16.; P Raſ. 153. 1.; Q G. 6. lo. aff. c. 2. e, & 4. apho. 26.; R T. 3. c. 6. & G. 6. lo. aff. c. 2. f; S Gal. lib. 6. lo. aff. c. 2. f; T Ga. cõmẽ. 3. in. 3. de mor. vulg. 70. h; Supra; V T. 3. c 6 bis; X Fẽ. 19. t. 3. c. 4. & fen. 13. t. 1. c. 16. & t. 5. c. 10. & G. 3. de cau. ſympt. c. 2. fo. 27. h. & loc. aff. c. 7. 35. d; Y G. 3. de ſympto. cau. c. 2. 27. h; Z Gal. 7. apho. 21.; A Gal. 7. apho. 16.; B G. 3. de cau. ſym pto. c. 2. fo. 27. h, & 5. lo. aff. c. 7. 35. d; Supra *; C Ser. t. 3. c. 19.; D G. 3. de nat. fac. c. 9. & 4. d vic. rõne in acut. 102. c.; E Gal. 1. apho. 12. d; F G. 3. de cau. ſym pto. c. 2. f

Manuscript note in right margin: A: mg. 4. ...

humores corporis propter illud, quod ſcis ex cauſis. Incipit ergo cum fluxu vētris cholerico: deinde [a] aquoſo, puro, fœtido: deinde quādoq; perducit ad fluxum ventris, [a] qui eſt ſicut lotura carnis recentis, habentem [a] odorem pinguedinis, & ad curathium: deinde perducit ad [a] mollificationem pulſus, & [a] ſpaſmum, & [a] ſudorem frigidum, & ad mortem. Et in habentibus quidem choliricam paſſionem multiplicatur ſitis: & [b] quoties bibunt aquam, calefit in ſtomacho eorum, & euomunt eam. Et tolerare ſitim confert eis. Et multoties accidit eis deſtructio pulſus, ſm ſemitam compreſſionis, & læſionis propter cauſam accidentium, ſequentium malignorum. Cum ergo quieſcūt accidentia, redit pulſus. Et [c] ille, qui conſuetus eſt incurrere cholircam paſſionem, non habet ex ea timorem, ſicut ille, qui non aſſuetus eſt ea, & [d] eſt in infantibus plus. Et cholircæ quidem paſſiones plurimum non [a] accidunt niſi in æſtate, & autumno, propter debilitatem digeſtionis in vtriſque, & [a] minoratur in hyeme, & vere. Et qnq; multiplicatur euentus cholircæ paſſionis ex potu aquæ frigidæ in ieiunio, ſequente cibum groſſum, præcipue in comeſtione granorum pineæ. Et chryſomela, & [e] melones ſunt ex eis, quæ cōmouent choliricam paſſionem. Et multoties quidem reſtringitur cholirica paſſio, & declinat materia ſubito ad membra vrinæ: & accidit ardor vrinę. Fluxus autem ventris eueniens propter prohibitionem penetrationis cibi & eſt oppilatiuus. eſt ille, qui nominatur [f] fluxus ventris factus cū periodis: Et illud eſt, qm̄ venæ oppilatæ replentur in tempore noto, & vſquequo nō tolerant, deinde euacuantur redeundo vel periodicando, & quod eſt inter vtraſq;, eſt ſicut diſpoſitio ſana. [g] Et plurimū, quod eſt inter paroxyſmos, eſt. xx. dies. Et qnq; antecedit aut tardatur propter illud, quod ſcitur de cauſis. Factum autem propter cibum iam ſemel * diximus in ſtomachico. Veruntamen non eſt malū ſi iteremus illud, & addamus declarationem. Dicamus itaq; ꝙ factus ex cibis aut eſt propter eorum paucitatem: quare corrumpuntur in ſtomacho ignito, ſicut [h] ſciuiſti: quare non recipit eos natura. & [i] expellit eos, aut propter quantitatem vel multitudinem eorum: quare facit tenſionem & nauſeatiuam ſatietatem: quare non recipiunt digeſtionem & corrumpuntur. Aut propter grauitatem eorū etiam, quare deſcēdunt, Aut propter eorum [i] mordicationem, ſicut cæpe: Aut propter virtutem [k] venenoſam, ſicut in fungis: [l] Aut propter velocitatem cōuerſionis ad corruptionem, ſicut lac: Aut propter vehementiā ſubtilitatis eorum: quare reſudant, & nō retinentur apud portanarium: Aut propter [l] ipſorum humiditatem & eorum viſcoſitatem: quare lubricantur: [m] Aut propter multitudinem motus ſuper eos: Aut propter multitudinem potus aquæ poſt ipſos: quare cauſat nauſeatiuam ſatietatē & lubricare eos facit: Aut propter multitudinem eius, quod reperitur de humoribus lubricantibus, ſicut phlegmate: & abſtergentibus, ſicut cholera: aut quia eſt cibus mendax non verus & eſt ille, qui eſt plurimæ quantitatis, & pauci nutrimenti, ſicut ſunt olera: Aut [n] propter γ ordinem neceſſario facientē lubrificationem, ſicut præmiſſio cibi lenis, facilis digeſtionis, lubricitantis, & poſtremitas cibi ſtyptici compreſſiui. Aut poſtremitas eius, qui eſt velocis conuerſionis, quare corrumpitur, & corrumpit, quod ſub eo eſt, & vocat naturam ad expellendū. Factus aūt propter [o] aerē circundantem eſt, qm̄ aer continēs calidus reſoluit: quare ſoluit. Et [p] frigus aggregat: quare conſtringit. Et auſter, & multitudo pluuiarū, & regiones meridionales, ſoluunt ventrem. Et β qnq; eſt ventoſitas cauſa fluxus ventris per id, quod corrumpit de digeſtione, & mouet de cibo. Inquit [q] Hip. altheca [r] accidit diarrhœa, plurima: per altheca intelligit illos, qui nō poſſunt proferre the: & cauſa in hoc eſt, ꝙ humiditas dominatur ſuper mēbra ipſorū neruoſa, & ſuper ſtomachos eorū cum cōitate cerebrorum eorū: aut propter cerebrū & aliud. Et iſti etiā oportet, vt ſoluantur cū facilitate. Inquit [s] Hip. qui eſt in pueritia lenis naturæ, aut duræ, eſt apud ſenectutē ecōtrario: ſed qui eſt lenis naturæ ſemper in adoleſcentia, non cōuenit ei in ſenectute aſſiduatio eius. [t] Et oīs ε fluxus ventris, qui fit poſt ægritudinem vehementem, accidens ſubito, eſt ſignificatio mortis, qm̄ ſignificat corruptionem ſubitam. Differentia inter illum, qui ex illo lubrificatiuus eſt, & inter ſtomachi lubricitatem, ſignificat digeſtio pauca, quæ eſt in cibo: cū ergo deſcendit à ſtomacho, non moratur in inteſtinis, immo procedit ad exitū. Si vero cauſa eius eſt vlcus, ſignificant ipſum excoriatio, & illud quod egreditur de ſignificationibus vlcerum. Et ſi eſt phlegma viſcoſum, ſignificat ipſum etiam phlegma, quod egreditur cum eo, & ventoſitas, & rugitus. & in phlegmate ſentitur cū lubricitate res grauans. Et in vlceratiuo per dolorem ſub loco ſtomachi, ꝙ ſi fuerit lubricitas non ab vlceribus, neq; à phlegmate: immo propter malitiam cōplexionis ſignificabit illud priuatio exitus ſignorum vlcerum, & phlegmatis. [u] Et ſingultus cum accidit habentibus fluxum ventris, & proprie habentibus zahir, eſt ſignificatio mala figuificans ſiccitatem facientem areſactionem. Et cū cibatur habens ventrem debilē, & non redit pulſus eius, tunc non cures eum. [x] Et habens ventrem moritur paulatim cum caſu pulſus eius: & fit vermiculoſus, aut formicans, & eſt cum hoc viuus, & intelligit deinde deſtruitur pulſus eius ipſo viuo, deinde moritur. Et [y] ſcias, ꝙ ille, qui egerit ſpecies diuerſas, ſcilicet cholerici & ſpumoſi turpis ſeu extranei & non debilitantur, non oportet vt ipſum cōſtringas, & perducas ipſum ad ægritudines difficiles, & apoſtemata mala pernitioſa.

*De ſignis.* Cap. 3.

Dicitur, [z] ꝙ quando fuerit vrina in febribus cholericis alba cum incolumitate ſignorum in fixione rationis, & defectu ſoda, & ſimilium, tunc caue excoriationē inteſtinorum. Amplius differentia inter celebralem, & ſtomachicum eſt, qm̄ ſtomachicus ordinem non habet, neq; horas per ſeipſum, in quibus creſcat, immo eſt ſecundum regimē: nā ſi digeſtiua eſt debilis, egreditur ſine digeſtione

Margin: E. A Ser. t.3.c.19. B Ser. & Raſ. lib. diuiſi. c.60. C Ser. & Raſ. 11. cōti. t.1.c.1. 112.3. D Raſ. 11. con. t.1. c.1. 112.3. & Ser. E Li. 2. t.2. c.89. & G. li.2 alimē. c.4.h F. F Ser. t.3.c.23. G Raſ. 13. cont. t.1. c.1.151.3. & Serap. t.3.c.23. *Supra* * H Li. 1. F.3. doc. 1. c.7. I Raſ. 150.3. k Serap. t.3.c.17. L F.13.t.3.c.2. & fē 21.t.4.c.16. & lib.4. fen. 1.t.2.t.1. & Gal. 5. apho. 64.e L Raſ. 150.3. & Ga. 3. de cau. ſympt. c.1. 27.d M Raſ. 150.4. G. N Fen. 13.t.3.c.2. & G.3. de cau. ſympt. c.1.h. *Supra* γ O T.3.c.6. P T.2.c.13. & lib.1. fen. 4.c.7. *Supra* β Q 6. apho. 31. R Lib. 4. fen. 7. t.1. c.2. S 2. apho. 20. T Hipp. 5. aph. 14. & 6. apho. 16. *Supra* ε H. V Hip. 5. apho. 4. X Raſ. 13. cont. t.1. c.1.150.4. Y Fē. 14. t.4. c.1. Z Fen. 1. t.1. c.8. & li. 1. fen. 2. d.3 ſum. 1. c.2. bis, & Gal. li. de vri. c.5. c, & cōmē. 1. in primū de morb. vulg. 71. f.



A digeſtione. Et ſi retentiua eſt debilis, egreditur velociter. Et ſi ſunt retentiua & expulſiua ſimul debilis, egreditur velociter, & nō egreditur plurimum ſubito: [a] immo frequentatur aſſellatio paulatim paulatim, & plurimū eius eſt ex frigore. Et ſi eſt debilitas in non digeſtiua, egreditur, quod egreditur nō priuatū digeſtione tota: immo egredit̄ habens digeſtionē quandā ſm tempus moræ in ſtomacho. Et cū illo, qui eſt à lubricitate humorali, egrediuntur humiditates: & cum illo quidē, ꝙ fit à lubricitate vlceroſa, aut bothoria, ſunt ſigna vlcerū ſtomachi ex vomitu corticali, & bothor in ore, & dolore. Et [b] Hip. quidē iam dixit illis, qui inteſtinorū lubricitatē habent, vomitus eſt malus, & hoc iudiciū occultā habet cauſam. Cerebralis aūt plurimum eſt [c] poſt ſomnum longū: & eſt [d] conſeruans paroxyſmos: & cum eo ſunt ſigna catarrhorum, & corruptionis complexionis cerebri. Et in [e] li. Algarib. i. Hippocratis inuēto in ſepulchro. Cum apparet in lubricitate inteſtinorum ſuper coſtas bothor albū ſimile ciceri, & prouocatur vrina, & multiplicat̄, morit̄ æger in ipſa hora. Hepatici vero ſigna iam diximus in [f] cap. ægritudinū hepatis. Et [f] ſimiliter eius, qui fit ex meſaraica. Plurimū aūt ſplenetici eſt melancholicū, & iam [g] diximus in cap. ſuo, & de eo, quod eſt ſicut fæculentum. Et iam diximus quid in illo ſit de ſignis malis & ſaluis: & diſtinximus ipſum ab hepatico. Et ſignificauimus, ꝙ ipſum eſt apud dolores eius, & diſpōnes ipſius egredientes à natura in cap. ægritudinū ſplenis, & in hoc capitulo & in [h] dictis expulſionū hepaticarum. Inteſtinalem aūt, qui B ſanguineus eſt, & qui non eſt ſanguineus, ſignificat dolor inteſtinorum, & punctura: & diuerſificatur ab hepatico per illud, quod ſcis ex hoc, ꝙ [i] ille eſt plus & habet paroxyſmos, & vices: & [i] omnis paroxyſmus eſt deterior illo, qui eſt ante ipſum, & [k] manifeſtior, & eius nocumentū in ſuperioribus corporis eſt vehementius: & ſigna corruptionis hepatis cum eo ſunt magis apparentia. Et [l] ſcias, ꝙ diſpoſitio doloris, & puncturæ, & alcurathi eſt maius ad quod redit medicus. Et ſcitur apud inuentionem eius, quod eſt ex inteſtinis proculdubio, licet cum eius priuatione qnq; ſit etiam ex inteſtinis. Et excoriationem & fluxum ſang. proprij ab inteſtinis ſignificant etiam dolor & punctura. Et quandoq; eſt fluxus ſang. ab apertione venarū, & eſt cū eo excoriatio cū exulceratio fit. Et qnq; eſt exulceratio in primis: deinde ſequitur ipſum fluxus ſang. Et ſignificant, ꝙ ipſe eſt inteſtinalis alcurathi, & abraſio. Et qnq; eſt vlcus. †{alcolaia} adhuc: [m] quare non apparet alcurathi niſi poſt horā, ſed eſt lubricitas doloroſa in loco noto: & eſt quantitas eius, quod egreditur, pauca, & cōtinuata, & longi temporis. Et exitus corticū in fluxu ſine excoriatione, ſignificat, ꝙ eſt in ſtomacho & in eo, quod ſequitur ipſum: & ſignificat ipſum dolor ſtomachi, & illud, quod [n] ſcitur in ſuo cap. Et ſcias, ꝙ alcurathi, & abraſio ſunt duæ ſignificationes vltimę ad ſignificanda vlcera. Et qn̄ ſunt cum hoc fœtidi doloris ſignificant corroſionem. Et ſi ſunt cū illo fœtore melancholicæ, timetur, ꝙ ſit cācer. Et [o] ſcitur locus vlceris, aut læſionis & principium egreſſionis ſanguinis ex loco doloris vtrum ſit C [p] ſupra vmbilicum aut ſub eo, & ex vehementia doloris: nam [q] dolor α gracilium eſt vehemēs, cōicās mēbris ſuperioribus. Et [r] ex corticibus, an ſint ſubtiles, aut groſſi: qm̄ groſſi ſemper ſunt à groſſis: & ſubtiles ſm plurimum à ſubtilibus: & magni ſunt ſm plurimum ex groſſis, & parui ſunt ex gracilibus. Et [s] ex permiſtione, qm̄ vehemens [t] permiſtio cum eo, quod egreditur, ſignificat, ꝙ vlcus eſt in ſuperioribus: & ſeparatum ab eo, ſignificat, ꝙ ipſum eſt in inferioribus. Et multoties fit in illo, qui eſt in inferioribus, & in ano, vt ſanguis eius egrediatur ante egeſtionem. Et [u] ex tpe, quod eſt inter dolorem & aſcellationem: quoniam ſi eſt tempus prolixum, tunc eſt in gracilibus. Et ex diſpoſitione eius, quod ipſi aſſociatur ex egeſtione: quoniam ſi eſt chyloſum, aut ſimile aquæ carnis, tunc eſt in gracilibus. Et [x] ex fœtore, qm̄ illud, quod deſcendit ex gracilibus, eſt magis fœtidū. Et [y] ex dolore, qm̄ dolor α eorum eſt vehementior. Et ex ſang. qui quandoq; egreditur: qm̄ eſt in gracilibus lauatiuus, non [z] permiſtus cum ipſo ſtercore. Et ſcias, ꝙ quando ægritudo eſt vlcus, & eſt chronica, & illi, quod egreditur eſt quantitas: deinde [a] non eſt dolor ſenſatus, tunc vlcus eſt plurimæ ſordis. Et differentia quidem inter vlcus ſordidum, & corroſiuum eſt, quoniam corroſiuum eſt vehementis doloris, & quod egreditur ex eo eſt vehementioris fœtoris, & eſt decliue ad nigredinem, & minus: & ex ſordido eſt virulentum, aquoſum, & eſt decliue ad albedinem, & eſt grauis odoris: Et [b] quando egreditur poſt alcurathi ſang. plurimus, ſignificat, quod vlcus profundatur, D & ęgritudo fit fortis, & finitur illud, quod eſt ſuper faciem inteſtinorum, & peruenit ad partem inteſtinorum, & multoties fiunt vlcera ſucceſſione apoſtematum antecedentium, & ſignificantur p dolores eorum, & reliqua, quæ dicta ſunt de ſignis, ſecundum ꝙ ipſa ſunt apoſtemata. Et multoties quidem fiunt vlcera propter cauſas alias ex his, quæ diximus. Quod ſi excoriatio eſt propter apertionem venarum, præcedit eam euacuatio ſang. puri, cui eſt permiſtio quædam. Et quādoq; eſt cum ea dolor, & quandoq; non eſt cum ea dolor. Et [c] qnq; ſunt cum ea periodi: ſicut fit etiam in ea, quæ non accidit ex inteſtinis, & [c] antecedunt eam ſigna repletionis. Et ſi fuerit ab hæmorrhoidibus, & rebus canceroſis in ſuperioribus inteſtinis, putrida erit, & cum ea erit ſanguis niger, & fiet paulatim cōtinua ſm repletionem corporis & eius euacuationē. Et [d] ſi fuerit ab humoribus ſalſis, & baurachijs, aut groſſis viſcoſis, ſignificabit eā euacuatio earū pręcedens: & euentus [e] vētoſitatis, & rugitus: & priuatio tincturæ in egeſtione: & illud, quod ſentitur de re eradicata ex loco: et erit dolor, quaſi inſeparabilis, [f] qui non pmutatur ad horam, & ſentitur cum ea quaſi [f] grauedo, & admiſcet̄ alcurathi phlegma. Et ſi fuerit à cholera excoriatio eius, ſignificabūt eā euacuatio ipſius pcedens, & permiſtio alcurathi ſi fuerit aut egeſtio vehemētis tincturæ. Et ſilr̄ melancholiā malā, aut ſaluā ſignificant præceſſio illorū ſignorū melancholiæ vel illius gn̄is ſeu illius ordinis melācholiæ.

Margin: A Gal. 3. de ſympt. cau. c.2. 27.d B 4. aphoriſ. 12. & Raſ. 13. con. t.1. c.1. 150.1. C Raſ. lib. diuiſi. c.67. D Fē. 13. t.1. c.22. E Raſ. 13. cont. t.1. c.1. 150.2. F Fen. 14. G Fē. 15. t.1. c.5. & 11. c.5. H Fē. 14. t.4. c.1. I Fē. 14. t.4. c.1. & Gal. 6. lo. aff. c.2. e. f K Fē. 14. t.1. c.1. L Ga. 1. lo. af. c.4. a M Gal. 6. loc. affe. c.1. d.e. & li. 1. c.2. c † et ſpecie vlceris zzis. N Fē. 13. t.4. c.13. O G. 6. lo. af. c.2. e P Raſ. lib. diuiſi. c.68. Q Raſ. 13. con. t.1. c.1. 151. *Supra* α R Cap. 2. & Gal. 1. loc. af. c.1. d S G. 6. lo. af. c.2. e, & c.4. b, & lib. 1. c.4. a T Oppoſitū quaſi ſupra. V G. 1. lo. aff. c.4. h X Raſ. 153. 2. Y Raſ. 153. 1. *Supra* α Z Oppoſitū quaſi ſupra. A Li. 4. Fē. 4. t.3. c.2. B Cap. 2. & Gal. 6. lo. af. c.2. d. e C Ser. t.3. c.26. D G. 3. apho. 12. f g E Raſ. lib. diuiſi. c.68. F Raſ. 13. cont. t.1. c.1. 154. 1.

Et permiſtio ad illud, quod egreditur acetoſa in odore bulliens ſuper terram, & cum fœculenta ni- E gra, non acetoſa in odore neq; bulliente eſt inquietudo vehemens, & quandoq; perducit ad ſyncopim. [a] Et ſcias, ꝙ ſi cauſa dyſenteriæ eſt ſtans adhuc, & egreditur cum alcurathi, verbi gratia cholera, aut melancholia, aut ſang. calidus, aut phlegma putridum, aut vitreum, aut ſtercus ſiccum, tunc ægritudo eſt in via additionis propter inſeparabilitatem cauſæ. Quod ſi abſcinditur illud, & remaneant alcurathi, & abraſio ſanguinis & ſimilia, tunc cauſa iam abſciſa eſt, & remanſit cauſatum, & impreſſio proueniens ab ea: quare oportet vt tu intēdas ipſum ſolum cum curatione. Et ſignum fluxus inteſtinalis ſanguinei mali eſt, ꝙ ipſe ſequitur excoriationem doloroſam, aut fluxū frequentem: deinde deſtruitur appetitus, & ſubuertitur anima, & perducit ad abraſionem & alcurathi, & interficit multoties. Factus autē ſubito, ſine dolore plurimo, & abſq; nocumēto ſequente ipſum in appetitu & alīs, eſt ſaluus. Et ſi eſt a groſſitudine fæcis, ſignificabit ipſum diſpoſitio fæcis, & eius euentus cum inceſſione fæcis ſuper ipſum, & ſedatio doloris, cum lenitas adeſt naturæ. β Et multoties egreditur ſuccus ſeparatus à fæce, cum ingroſſatur, & alleuiatur propter cauſam, quæ exiccat ipſam, & exiſtimatur, ꝙ ſit fluxus, quare retinetur: & in ipſo eſt mors. Et ſignum illius eſt, vt non ſit aliquid eius, cum lenitas eſt naturæ, & ſeparatio fæcis, & vt antecedat fæx: deinde egreditur poſt illud fæx ſicca. Sed diuiſio illa, quæ eſt ante ipſum eſt, ꝙ plurimum ipſius egreditur poſt fæcem, quæ excoriat. Differentiam autem, quæ eſt inter illum, qui lubricatiuus eſt, & inter lubricitatem ſtomachi: ſignificat digeſtio parua exiſtens in cibo: & qñ deſcendit a ſtomacho, nō moratur in inteſtinis: immo feſtinat ad exitum. F Si autem cauſa eius ſint vlcera, ſignificat ipſum excoriatio cum eo, quod egreditur de ſignificationibus vlcerum. Et ſi eſt illic phlegma viſcoſum ſignificant ipſum etiam [b] phlegma, quod egreditur cum eo, & ventoſitas, & rugitus. Et in phlegmatico ſentit cum lubricitate res grauans. Et in vlceroſo ſentitur dolor ſub loco ſtomachi. Et ſi eſt lubricitas non ab vlceribus, neq; a pglegmate, immo propter malitiam complexionis ſignificat illud priuatio exitus ſignorum vlcerum, & phlegmatis. Oppilatiuum autem & liquefactiuū ſignificant ſanitas inteſtinorū vel viſcerū in ſeipſis, & denudatio ipſorū a ſignificationibus facientibus fluxum ſuper ea: & inflāmatio corporis, & caliditas eius, & [c] comitantia febris minutæ, & diuerſitas coloris, & eſſentiæ, & fœtor odoris. Qui ergo eſt ex liquefactione humorum eſt virtulentus aquoſus. Et qui eſt ex liquefactione adipis, eſt virtulentus groſſus, ſicut in vlceribus cum pinguedine, & colore diuerſo: deinde fit eius eſſentia adipis abſque diuerſitate in ſubſtantia ſua, & non eſt aquoſa. Et ſimiliter eſt diſpoſitio liquefactionis carnis rubeæ, niſi quia priuatur pinguedine. Et eſt poſtremum eius fæculentis coloris. Factum vero a ſuperfluitate, & repletione, quam natura expellit ex corpore, propter illud, quod dictum eſt de cauſis euentus ſuperfluitatis & repletionis ſignificant ſuper ipſum cauſæ. Et [d] qnq; ſignificant ipſum, quod euacuatum eſt, ſanguis purus, mundus, cū multitudine, ſine do- G lore: & non facit ſequi mollificationem, & debilitatem: & habet paroxyſmos. Alzahir autem diuiſiones, ſignificat illud, quod egreditur ex eo, quod videtur. Et cauſæ repertæ ex frigore aduenientе, aut ex ſeſſione ſuper durum, aut ex hæmorrohidibus, & rhagadiis, & aliis, & quod præceſſit, ex fluxu, & excoriatione, aut non præceſſit. β Et ex eis in quibus fit error in ipſo eſt vt ſit illic fæx retenta lædens, & dolorem faciens, & mittens ſuccum, exiſtimetur, quòd eſt curſus zahir. Similiter errant cū quandoq; egreditur curathi ſicut phlegma, & exiſtimant, ꝙ ſit zahir phlegmaticum, non oportet ergo vt decipiaris in hoc: immo oportet vt attendas cauſam ex omni parte, ſecundū ꝙ ſciuiſti. Et differentia inter vlcera eius & vlcera inteſtinorum, quæ ſunt ſuper ipſum eſt, quoniam in illo, quod fluit ex recto eſt paruus fœtor, aut non eſt in eo fœtor. [e] Et quando accidit habentibus vlcera inteſtinorum, & habentibus fluxum ſang. vt coagulatur ſang. in ventre eorum, accidunt ſigna, quæ diximus in [f] capitulo cauſarum huius ægritudinis ex inflatione ventris, & frigore extremitatum ſubito, & ex caſu virtutis, & pulſus. Et cum accidit habenti hanc ægritudinem aliquid ex iſtis, tunc ſcias, ꝙ ſanguini accidit illud. Et ſcias, ꝙ cū egeſtio nigra facta ab aduſtione, tendit ad viriditatē, tunc iam natura incipit rectificare: quare fit viridis, deinde citrina, poſt ſtat. Et ſcias, ꝙ quandoque egeruntur res mucilaginoſæ vel res glandoſæ: quare exiſtimatur, ꝙ ſit abraſio humiditatis mucoſæ ſtagnantis inteſtina, & illa non eſt niſi cum punctura. illud ergo non eſt abraſio, immo ſu- H perfluitas humoris. Et [g] ſcias, ꝙ ſi quis habet fluxum ventris, & ſtringitur, & ipſe remanet ſecundum diſpoſitionem ſuam, & non aduenit ei fortitudo ſua, tunc cauſa in hoc eſt, ꝙ corpus eius non recipit cibum. Et ſcias, ꝙ in illo, qui aſcellat in die pluſq; in nocte: immo accidit ei vt aſcellet. quoties ſumpſerit appetitus eius in die, cauſa eſt debilitas ſtomachi eius. Et cum in nocte eſt plus, tunc cauſa eſt debilitas hepatis, & ꝙ remittit cibum. β Et ſcias, ꝙ multoties ſuccedit aſcellationi, per hoc, ꝙ ipſa extrahit ſubtile, & dimittit ſpiſſum, colica vehemens.

*De cura fluxus ventris abſolute.* Cap. 4.

Dico in primis, ꝙ oportet, vt iuuent ſe medici cum eo, quod dicitur in [h] capitulo ſuperfluitatis fluxus ventris ex medicinis ebibitis, & legant illud capitulum cum hoc capitulo. Amplius dico, quòd fluxus ventris prohibetur, inquantum eſt fluxus, cum [i] ſtypticitatem facientibus, & [m] ingroſſantibus materias, & facientibus α glutinationem. Et quandoq; neceſſaria ſunt narcotica. Et iterum quandoq; curatur fluxus ventris cum diureticis, & ſudorem facientibus, et dilatantibus poros, & [k] vomitum facientibus: omnia nanq; hæc mouent materiam ad contrariam partē fluxus ventris. [l] Quod ſi miſceatur fluxui ventris caliditas, ponātur cum eis infrigidantia: aut eligantur ex eis

A Cap. 7. & Gal. 1. loc. affec. c. 1. c. d.
*Infra bis* β & t. 3. c. 6.
B Raſ. lib. diuiſ. c. 67.
C Ser. t. 3. c. 26.
D Gal. 3. de ſymp. cau. c. 2. 28. b
*Supra et infra* β & t. 3. c. 6.
E Cap. 2.
F 2. & F. 5. t. 1. c. 9. & F. 19. t. 1. c. 19. & li. 4. F. 6. t. 2. c. 20. & G. 6. lo. aff. c. 4. h
G Cap. 4.
*Supra bis* β & t. 3. c. 6.
H Li. 1. Fen. 4. c. 6. & 7.
I Fen. 10. t. 3. c. 6. & Gal. 5. meth. c. 6. a
*Infra* α
k Raſ. 13. cont. t. c. 2. 159. 1.
L T. 2. c. 3. & li. 4. Fē. 1. t. 2. c. 16.



A eis infrigidantia, in quibus ſit ſtypticitas. Et adminiſtrentur dilatantia poros, & ſudorem facientia corpori exterius. [a] Si autem ei admiſceatur frigus, ponantur cum eis calefacientia, & eligantur ex eis calefacientia. Et tunc ſunt plurimum neceſſaria calefacientia, cum digeſtiua eſt debilis: deinde cum eſt oppilatio ex hu. viſcoſo, & adiuuetur cū eo, quod dicitur in [b] capitulo debilitatis digeſtionis. Et tunc plurimum ſunt neceſſaria infrigidantia, cū retentiua eſt debilis. Et [c] caliditas quandoq; adiuuat ad retinendam naturam, per hoc, ꝙ facit penetrare cibum velociter, & per hoc, ꝙ prouocationem facit, & facit ſudare. Et [d] quandoq; facit β vinum purum forte antiquum hoc. Quandoq; enim ille, qui habet fluxum ventris bibit cyathos plenos huiuſmodi vino. ſ. vnum poſt aliud ita vt ſit ſemper, quaſi ebrius, & retinetur natura eius. Et [e] ſcias, ꝙ dormire eſt ex rebus magis iuuatiuis ei, qui habet fluxum ventris. Et quando fuerit cum fluxu ventris tuſſis, dimittat illud in quo eſt γ acetoſitas vehemēs & ſtypticitas: & ſit contentus eis in quibus non eſt illud ex cibarijs, & cibis: ergo eligat frigida & facientia glutinationem. Et ſimiliter omne illud cuius ſubſtantia vel corpulentia eſt dura, & in eo eſt confortatio corporis eius, qui cibatur eo ſicut ſunt alſauich, & nocet eis, quod liquidum eſt ex ſorbitionibus & iuribus. Et ſcias, ꝙ alrobub dulcia multoties nocent, cōmouendo ſitim. Et ex retinentibus fluxum ventris, ſunt balneum, & [f] fricatio per hoc, ꝙ dilatant poros. Et [f] multoties attrahitur materia ad exteriora corporis, ex vnctionibus & fricationibus. Et ex B eis ſunt olea calida, ſicut oleū anethinū, & ſimilia. Et [g] ex retinentibus fluxum ventris, eſt poſitio ventoſarum ſuper ventrem: iam enim expertum eſt, ꝙ ventoſæ poſitæ ſuper ventrem eorum, qui habent fluxum ventris, & excoriationem, cum dimittuntur quatuor horis reſtringunt. Et [h] nos iam experti ſumus illud. Et ex retinentibus fluxum ventris ſunt emplaſtra ſuperpoſita ſtomacho, & inteſtinis, facta ex calefacientibus ſtypticis, & ex infrigidantibus ſtypticis ſm neceſſitatem. Et ex retinentibus fluxum ventris, cum cauſa eius eſt humor effuſus ad ſtomachū, & inteſtina, & faciens deſcendere cibum, & ſoluens ipſum, & euacuans eū, & cauſat euacuatio eius, ꝙ ſequantur eum humores, eſt fluxus ventris cum eſt eradicatus ille, & eſt euacuatus et alleuiatus eſt modus regiminis. [i] Cumq; adminiſtras medicinas, tunc incipe cū ſingularibus: ſi vero non valent tunc tende ad compoſita, Et [k] reſtrictiuæ quidem, aut ſunt exiccatiuæ deſiccatiuæ, aut conſtipatiuæ, aut infrigidatiuæ inſpiſſatiuæ, aut α glutinatiuæ oppilantes poros, ex quibus emanat. Et medicinæ ſingulares frigidæ abſolute, aut ſm virtutem retentiuam ſunt, ſicut [l] balauſtia, & [m] gallæ, & acatia, & roſæ, & gummi [n] arabicum, & lutū ſigillatum, & lutum armenum, & tharathith, & ſpodium, & proprie aſſatū, & proprie conditū ſeu nutritum cum camphora, & fructus [o] tamariſci, & alhauleich. i. [p] rubi, & [q] grana granatorum, & [r] ſumach, & almirberis, & [s] reubar. & ſemen [t] acetoſæ, & ſemen pſyllij aſſatum, & [u] coriandrū, & ſemē [x] arnogloſſæ, & ſuccus [y] barbæ hircinæ, & ſemen [z] roſæ bonū, & fru- C ctus [a] mori imaturi proprie ad excoriationem, & ſucci ſtyptici exiccati, & ipſorum rob. Et ſucci vel expreſſionis ſeminis [b] portulacæ bibatur. ℥. i. & confert: Et lac acetoſum decoctū in quo butyrum penitus nō eſt. Et medicinæ quidē ſingulares, calidæ & ſiccæ ſunt, ſicut [c] cyminū aſſatū, & ameos, & [d] aniſum aſſatū, & [e] cortices thuris, & [f] myrrha, & ſtorax ſicca, & [g] aldarſiſahan, et ſicut laudanū ipſum, de [h] quo in potu det pondus. ℈. i. cū decoctione vel cū decocto, & [i] caſeus δ vetus aſſatus, ꝗ accipiatur ſicut eſt: aut decoquatur in ſucco ſtyptico, ſed facit ſitim. Et melius regimen ipſius eſt, vt abluatur cum aqua & ſale aliquoties, aut decoquatur bene vt egrediatur ſal eius, deinde exiccet, Tunc enim. ℥. i. eius reſtringit, & eſt fortior omni re. Et ad pueros quidem qnq; aſſatur nux, excorticata, & teritur & datur in potu cum zuccaro frixo vel aſſato & aqua frigida quantitas auellanæ vnius. Et atramenta, & coagula conſtrictiua ſunt. Et de [k] coagulo quidem hœdi qnq; datur in potu infanti pondus quartæ. ℈. i. in aqua frigida, & magno ſupra illud vſq; ad pondus. ℈. i. Et [l] etiā coagulo leporis: nam ipſum retinet ventrem ſtatim. Et oportet vt incipiat, qui ad potandum dat coagula à danich. i. ſi vero nō confert addat ex eo vſq; ad illud. quod non pertranſeat in pondere. ℈. i. Et [m] caſeus quidem vetus cuius regimen δ præteritum eſt, cum ex eo datur in potu. ℈. i. eſt minoris nocumenti, & fortioris operationis, ꝗ coagula. Et [n] iam exiſtimauerunt quidam, ꝙ quando fruſtum [o] † {ex meſha} aduritur, donec denigretur: deinde datur in potu ex eo pondus. ℈. ſ. tunc D ſtringit ventrem. Et quidam amicus meus ex medicis, iam dixit mihi illud verum eſſe experimentum. Et [p] ſtercus canis comedentis oſſa ſolum, cum in potu ex eo datur pondus. ℈. i. & . ſ. cum decocto retinet fortiter, & proprie ſiccum acceptum in [q] menſe Iulij. Et ex eis, quæ nō pertinent ad vnā duarum extremitatum eſt [r] venter ſtruthij exiccatus: & doſis ſit. ℈. iij. exiccetur, & limetur cum lima, et detur in potu ex eo quātitas hæc illi, qui habet diarrhœam in rob myrti, aut rob de cydonijs ſm declinationē complexionis. Et iterum [s] lac caprinum decoctum donec ingroſſetur, aut decoctum cum lapidibus fluuialibus ignitis bis & ter in ipſum proiectis: & qnq; ponitur in ipſo parum rizi frixi. Et [t] iterum ε vitellus oui elixati in aceto. Et ex cōpoſitis declinantibus ad frigus ſunt [u] trochiſci de ſpodio conſtrictiui, et [x] trochiſci † {alhauleich} noiati calidicon, et troc. de luto ſigillato, et [u] trochiſci de balauſtijs, & trochiſci alſeluzaharagi, & trochiſci de [u] tarathith, & trochiſci de croco, & [u] trochiſci de opio, et trochiſci de papauere conſtrictiui, & pilulæ de opio, & pilulæ de mandragora, & [y] ſuffuf de granis granatorum, et pilulæ de ſandaracha. Et ad fluxū ſupfluū pōdus. ℥. ij. oſtracorū aduſtorū, & luti armeni mediatim. Et ſpēs aſſatorū cū luto ſigillato, & abſq; luto ſigillato. Et nō oportet vt ſit ſupfluitas in aſſatione eorū, ne remoueat eorū virtus: imo oportet vt igniatur vas, et eleuetur ab igne et dimittatur ſuper ipſum, et moueatur donec aſſentur. Et ex compoſitis

A T. 2. c. 3. & lib. 4. F. 1. t. 2. c. 16.
B 3. t. 9. F. 13.
C T. 2. c. 13.
D Fen. 2. t. 1. c. 7. & F. 13. t. 1. c. 29. & G. 5. aph. 5. & li. 7. met. c. 6. fo. 45. f. & Pau. li. 3. c. 29.
*Oppoſitum infra* β
E Li. 1. F. 2. doc. 2. ſū. 1. c. 13. & G. 2. de vic. ratione i acut. 33. c. & Raſ. 13. con. t. c. 2. 155. 3.
*Infra* γ
F Raſ. 13. cont. t. 1. c. 2. 155. 4.
F. 155. 4. & 159. 4.
G Raſ. 160. 4.
H Auic. fuiſſe me dicū Fē. 10. t. 5. c. 6.
I Ga. 2. de cōpōne phar. p gña. c. 1. g. & Ser. t. 3. c. 26.
K Ser. t. 3. c. 26.
L Dioſ. li. 1. c. 127.
*Supra* α
M Dioſ. li. 1. c. 123.
N Raſ. 160. 4.
O Dio lib. 1. c. 99.
P Dioſ. lib. 4. c. 29.
Q Dioſ. li. 1. c. 127.
R Dioſ. li. 1. c. 124.
S Dioſ. li. 3. c. 2.
T Li. 2. t. 2. c. 53. & Dio. lib. 2. c. 107.
V G. de remed. paratu facili. 156. d
X Dioſ. li. 2. c. 119.
Y Dioſ. li. 1. c. 109.
Z Gal. 8. de ſimpl. 59. g
A Dioſ. lib. 1. c. 143.
B Dioſ. lib. 2. c. 117.
C Dioſ. lib. 3. c. 57.
D Dioſ. lib. 3. c. 54.
E Raſ. 157. 1. & G. 7. de ſimp. med. facul. 54. d
F Dioſ. lib. 1. c. 67.
G Dioſ. lib. 1. c. 19
H Raſ. 156. 3.
I Li. 1. t. 2. c. 123. & Dioſ. lib. 2. c. 63. & Raſ. 156. 1.
*Infra* δ
K Li. 1. F. 3. d. 1. c. 3: & Raſ. 156. 2.
L Dio. li. 2. c. 67. & Raſ. 156. 3.
M Lib. 2. t. 2. c. 123. & Raſ. 156. 1.
*Supra* δ
N Raſ. 159. 1.
O † panni ex pilis aſinorum
P Gal. 10. de phar. ſimp. fac. 76. a
Q Dio. lib. 2. c. 72.
R G. de medi. facili. pab. c. 39. g. & Raſis. 157. 3.
S Dioſ. lib. 2. c. 62.
*Infra* ε
T Gal. 11. de medi. ſimp. fac. 81. e
V Li. 5. ſū. 1. t. 8.
X † de rubo.
Y Ser. t. 7. ſo. 93. 4.

declinantibus ad calorem, ſiue paruus ſit aut magnus, ſunt trochiſci aleſeniati, & [a] electuarium alcanzi, & electuaria, quæ dicam in antidotario: & electuarium de ſeminibus ſtypticis, et troc. de croco & troc. de karabe. Et [b] iterum ſumatur gallarum non perforatarum viridium, & corticum granatorum, & ſumach, & piperis oĩum ana. ℥.5. terantur, & conficiantur cum albo oui, & cõcauetur granatum, & proijciatur in ipſo, & oppiletur eius foramen cum pulpa, & ponatur ſuper prunas. Et ex illis eſt vt ſumatur tritici farina, & miſceatur cum aliquantulo de ameos, & fructu tamariſci, & naſturtio, diſſoluatur cum oleo omphacino, & conficiatur, & fiat panis, & exiccet̃ in furno: deinde ſumatur ex eo cõtrito pondus. ℥. x. & bibatur in aqua frigida, & pauco vino. Et huius quidem generis ex eis q̃bus curantur pueri, cũ accidit ei fluxus ventris, tempore natiuitatis dentiũ ipſorum eſt illud, quod [c] Recip. papaueris, & granorũ myrti, thuris maſculi, cyperi omniũ ana. ℥.5. terantur bene, & diſſoluantur in lacte eius, cuius lac ſugat, & detur in potu. Et huius q̃dẽ generis eſt medicamen bonũ exptum, quod [d] Recip. granorũ paſſularum exiccatorum, & bñ tritorũ donec fiãt ſicut puluis, & Recip. oſſium aduſtorum & medullæ glandiũ, & coaguli, & coriandri aſſati, & ſumach, xylocaracte ſpinæ, & ſeminis apij, & cymini infuſi in aceto, & panis azymi ſicci, et thuris & ameos partes æquales, terãtur valde, & cribelletur illud, & ponatur de coagulo minus, q̃ de alijs: aut ſit me dietas partis: deinde ſumatur ex eo omni hora nabac vna, ita vt ſit quãtitas, quæ ſumitur ĩ die ex eo ℥. xx. Et ſi fuerit de coagulo minus, q̃ pars. i. aut minus illo, & ſi fuerit coagulũ plus, tunc reſtringit naturã in die vno. Et huius quidẽ generis eſt vt [e] ſumãtur cyperi, & ſpica, & balauſtiæ, et minutum thus, & aliquantulũ gallarũ. ſ. quãtitas mediæ partis decoquatur in aqua, deinde coletur illa aqua, & puluerizetur ſuper eã de galia muſchata & xyloal. crudo bono, aliquid ſm ꝙ exigit diſpoſitio, & bibatur. Et huius generis eſt illud, quod Recip. zinzib. atrimenti [f] † {alaſachſe} ſumach partes æquales: ſumatur ex eo in ſuffuſ; pondus. ℥. ij. vſq; ad. ij. aur. Et huius generis & propinquius ad æqualitatẽ eſt, vt ſumatur capillus veneris, & ſpica aromatica, & ſemen [g] † {althil} lenis & medullę ſeu radicis althil & bedauard & radix arboris pini, & fiant ex eis trochiſci. Et ſcias, ꝙ neceſſitas ſpodij eſt ad cõſtringendum ſanguinẽ. Et neceſſitas ſeminũ eſt ad cõſtringendũ fluxũ inteſtinalẽ. Et neceſſitas pſyllij, aut arnogloſſæ aſſatæ, eſt ad puncturã. Et ſi non tunc remouent ipſum fluxũ ſauich, & proprie quorũ aſſatio iterata eſt. Et cibus ſit quem diximus. Et ouum quidẽ elixatũ iuuatiuũ eſt in fluxu ventris facto ab excoriatione inteſtinorũ, & non eſt conueniens hepatico, & ſtomachico, immo qñq; nocet: In [h] narcoticis vero eſt timor, licet quandoq; accidat vt ſint neceſſaria: nã ipſa quandoq; conferunt, inquantum ingroſſant materiã, & inquantum faciunt dormire, et deſtruunt neceſſitatem ſurgendi ad ſcellam propter ſenſationem mordicationis. Et quocunq; modo ſit, non oportet vt adminiſtrentur quãdiu ab eis excuſatio eſſe poteſt. Quod ſi neceſſaria fuerit eorũ adminiſtratio, non exhibeantur ei, cuius infrigidatur corpus, & debilitatur virtus, et apparet illud in pulſu. Si vero neceſſarium fuerit, miſceantur cum eis, quæ ſunt ſicut caſtoreum, & crocus, & ſimilia. Et iam teſtati ſumus nos vidiſſe, qui ſuppoſuit ſibi collyrium ex opio, & mortuus fuit. Et cum poſſibile eſt vt adminiſtretur in collyrio, nõ adminiſtretur in potu. Et qñ poſſibile eſt, vt adminiſtret in emplaſtris, non adminiſtretur ſuppoſitum, & factum collyrium. Et ex emplaſtris ſtupefacientibus eſt vt ſumat opij, & ſeminis hyuſquiami amborũ ana partem. i. et [i] † {gieſth albalut,} et balauſtij, et acatiæ, et thuris, et myrrhæ omnium ana partes. v. aggregentur cum ſucco hyuſquiami aut ſucco corticũ papaueris, aut decoctione eorũ, et liniatur cum eo: eſt. n. bonum. Narcoticum potandum fortis ſtypticitatis. [k] Recip. coaguli leporis pondus danich. ij. et opij tantundẽ, et gallarum, et thuris. ℥.5. fiant ex eis trochiſci, et ſit potio eorum medietas aur. i. Et [l] iterum gallarum immaturarũ pars. i. thuris, opij amborum ana pars. 5. et doſis ſit vſq; ad. ℥. i. Et [m] iterum ſeminis hyuſquiami, & opij, et papaueris, et ſpodij, et balauſtiarum, et thuris partes æquales, et doſis ſit vſq; ℥. i. Et iterũ opium, ſandaracha, et minutum thus, myrrha, crocus, dentur in potu ex eo duæ pilulæ ſicut cicer. Et conuenientius illo, eſt illud, quod [m] Recip. caſtorij, opij, ſtoracis liquidæ, ſeminis hyuſquiami, myrrhæ, croci, aſſari, thuris, ameos partes æquales conficiantur cum melle deſpumato, et ſit doſis ſicut nabac. Et iterum merdaſengi quarta. ℥. i. coaguli. ℥.5. oſſis aduſti, gallarum ana. ℥. i. opij danich. i. Et iterũ acatia, et gallarũ, & opij, gũmi oĩum ana pars. i. fiant ex eis troc. Et iterũ narcoticũ ad bibendũ cõſtringẽs in duobus diebus. [n] Rec. ameos, & ſeminis apij, & corticũ granati aceto ſi, & gallarũ, & abel partes æquales oĩum, opij partẽ. 5. terant̃ oĩa ſicut alcohol, & ſit doſis eius ex ℥. i. vſq; ad aur. i. in mane & tantũdem in ſero. Et [n] puero ex vno danich vſq; ad duos danich. Et [m] ex medicinis fluxus ventris, quæ conueniunt ei, qui cũ fluxu habet tuſſim, ſunt ſicut myrtus, & maſtix, & gũmi arabicum, & thus, & pſyllium aſſatũ, & ſpodiũ, & caſtaneæ, et nux, & auellanæ aſſatæ. Et oĩno oportet vt detur illud γ in quo non eſt acetoſitas, & ponticitas vehemens: immo oppilatio, & conglutinatio. Quod ſi non fuerit excuſatio, dentur pontica, deinde conſequenter exhibeantur electuaria leniſicantia pectus. Et multa quidem ex electuarijs factis ex papauere, & dragantho, & gũmi, & xylocaractis, & fructu myrti, & amyli aſſati, & mucilagine rerũ, quæ prius aſſantur, deinde ingenietur in extrahendo earũ mucilaginem, quæ coniungũt inter vtraſq; res. In cibis vero eorũ oportet vt non ſit mordicatio, neq; ſalſedo plurima, [o] neq; acetoſitas nociua, et moueat virtutem expulſiuam. Et hoc eſt ſicut illud, quod de lacte decocto cũ lapidibus ignitis ✻ diximus, et proprie illud in quo extinguitur ferrũ aliquoties. Et frigidius illo eſt lac acetoſum ablato butyro cum rizi, aut milio aſſatis. Et experiatur ſumma eius, quod digeritur. Cum ergo nõ digeritur aliquid, ſumatur

acceptio

Margin (left page): E A Li.5.ſũ.1.t.3. — B Gal. 9. de phar. compoſitione ſm lo. 204. b — C Raſ. 13. cont. t. 1. c. 2. 155. 4. — D Raſ. 156. 1. — F — E Raſ. 156. 2. parũ differt. — F † nigri — G † graminis — H Alex. lib. 8. c. 6. fo. 352. — G — I † corticis interioris ſubtilis glandium. — K Raſ. 155. 4. — L Raſ. 156. 3. — M Raſ. 156. 4. — H — N Raſ. 165. 3. — Supra γ — O T. 2. c. 13. Supra ✻



A acceptio minor eo. Et de lactibus decoctis fortius cõfortans eſt lac vaccinum. Et quod ex eis conuenientius eſt calefactis, eſt lac caprinum, cum hoc ꝙ ipſum eſt magis ſtypticum. Et lac acetoſum eſt melius calefactis, q̃ non acetoſum. Et ſicut medulla ſimilaginea aſſata, infrigidata, exiccata. Et ſicut panis cuius farina conficitur cum aceto & fit panis bonus, & eſt calefactis vltimus. [b] Et ſicut lẽs decocta in duabus aquis, effuſis ab ea: deinde decoquatur in tertia, donec inſpiſſetur, & aceſcat: aut non aceſcat: & ſicut cibaria [c] † {acria} vel acetoſa. Acetoſa autem ſunt ſicut illud quod fit ex ſumach, & granis granatorũ, & tortellis cum coriandro, & qñq; ponitur in eo rizi. [d] Et fabæ decoctę cum aceto ſunt bonæ eis. Et ex cibis eorum, quę comeduntur, & ſunt in ſeipſis curatio bona, eſt vt ſummatur ex ſauich hordei pugilli. ij. & ſeminis papaueris pugillus. i. & corticũ papaueris pugillus. decoquantur valde, & coletur, & ſumantur. Et ſi acetoſa fiant cum ſauich malorum acetoſorũ, aut granis granatorũ, aut ſumach, erit cõueniens. Et ſit eorũ ſal gemma, & teratur: deinde frigatur ſeu aſſetur aſſatione bona: deinde admiſceantur ei grana granatorũ, & coriandrũ, & ſumach. Et ſi non eſt caliditas vehemens permiſceatur cum eo caſeus vetus aſſatus tritus. Et oportet vt non ſumant in potu, niſi frigidum qualecunq; ſit. Frigidũ enim conſtringit & ſufficit, & [e] tepidũ reſoluit, & facit neceſſariũ ad plus niſi in cholirica paſſione, ſm ꝙ conditionatum eſt, & in oppilatiuo, & in apoſtemoſo. [f] Et carnes in quibus datur eis licentia, ſunt carnes † altaeiugi, & † alcubugi, & † aldaragi: B & aues paruæ, & alcanabir, & caro leporis, & [g] † {alcatha} & alfaſanin, & [h] † {alfuachat,} & caro [i] † {alſeudeni} proprie. Et rectius eſt vt ſint aſſatæ, cum ſeminibus conditæ, aut acetoſæ, & [f] etiam vitellus oui elixati in aceto, & almuſuſat facta ex eis, cum eis quæ ſunt ſicut grana granatorum, & paſſæ plurimorum interiorũ, & coriandrũ, & cum eis quę ſunt ſicut ſumach, & quę eis ſunt ſimilia ex fructu rubi, & capriolis vitis, & folijs acetoſæ, & folijs arnogloſſæ, & [k] caulis iteratæ decoctionis, & piſces parui decocti cum aceto. Et ex eis quæ currunt curſu aromatizantiũ eſt flos fiſtici, & flos zarur, & coriandrum, & grana myrti. Et quando non digerunt carnẽ fiant eis contritiones ex carne pullorum, & alcubugi, & ſimilium: & decoquantur fortiter, & miſceatur cum eis rizi, & milij parum: deinde colentur, & reducantur ſuper ignem, donec appropinquent coagulationi, deinde fiant acetoſę cum ſumac aut granis granatorum, & ſimilibus. Et [l] † {alchiardanach} iuuatiuum eſt eis cum non corrumpitur digeſtio valde. [m] Et oportet vt nõ ſaliatur niſi parũ, & vt fluat cum punctionibus ex eo humiditas plurima. Et pedes vehementis iuuamenti ſunt, cum decoquntur in rizi aſſato. [n] Et vitent fructus omnino, quãuis ſint ſtyptici, niſi cum ſtomachus refugit ex cibis: ſed caſtanee non nocet eis, & ſimiliter † {alcasb.} Et ſi cibus ſubtilis corrũpatur in ſtomachis eorũ cibentur cibis in quibus ſit groſſitudo, ſicut ſunt pedes cum robub ſtypticis, & ſicut ſorbitiones fortes factæ ex rizi & milio. Et qñq; iuuantur quidam cum charis facto ex ventribus animalium, & ſimilibus. C Et † {alſichbegi} facto ex bonis partibus vaccæ, comedant acetoſum ſolũ cum micis, & ſumant cum eo ſi appetunt aliquid ex eis bonis, ſm quantitatem virtutis digeſtionis. Et non ſunt ventres conuenietes vltime omnibus ſpeciebus aſcellationis. Et ex ſorbitionibus laudatis eis eſt, vt ſumatur papauer, & aſſetur plurimum: deinde fiat ex eo & ex rizi, & milio ſorbitio: &, ſi volunt, fiat acetoſa cum ſumach, & granis granatorum, & ſimilibus. Aut fiat ſorbitio ex tortellis ſiccis, & rizi, & adipe renum caprarum. [o] Aut infundatur ſumach in aqua plu. die & nocte, & bulliat leuiter, deinde coletur vehementer, poſtea ponatur in ea [p] † { darhe} & dimittatur vſquequo infundatur: deinde coquatur: poſtea fiat diſſolutio in ea manibus: deinde coletur, & proijciatur fæx: deinde ſine ceſſatione moueatur ſuper ignem cum ligno, donec redeat ad ſimilitudinem cibi: deinde cõdiatur cum ſale pauco, & ſit pinguedo eius adeps hœdi. Aut amygdalæ aſſatæ contritæ, & parum olei: & non multiplicentur in ipſa ſal, & pinguedo. Et ita ſit ſi[illegible] cibus ſit calidus, ſiue frigidus. Et ex eorũ pinguedinibus, eſt oleum omphacinum. Et oportet vt ſit [o] aqua eorum aqua plu. in ipſa [q] enim eſt ſtypticitas. Et exiſtimo, ꝙ mu[illegible] iuuamenti illius, eſt propter velocitatem ſuæ penetrationis ad hepar & velocitatem re[illegible]nis eius: quare non relinquit in chylo humiditatem. [r] Et interdicatur eis ß vinum. Si au[illegible]erit excuſatio, & fuerit virtus requirens ipſum, vt ipſo reuiuiſcat, tunc ſit [o] nigrum, ſtyptici ſaporis, parum. Et rectius quidem eſt, vt nõ comedat cibos plurimarum D ſpecierum, neq; multoties: immo oportet vt ſint contenti cibo paucæ quantitatis, & ſit vice vna. Et vt præmittant ſuper cibum illud, quod eſt magis ſtypticum. Aut ſugant ante ipſum aliquid de cydonijs, & granatis acetoſis, & non bibant ſuper illum aquam. Et ſi expectauerint, vt non bibant omnino, erit cura per ſe: & proprie cum non mouentur ad eam. Et oportet vt premantur eorum extrema ſuperiora, vt attrahatur nutrimẽtum ad ea, & vt emplaſtrentur ſtomachi eorum cum medicinis ſtypticis, retentiuis, frigidis, & calidis, & permiſtis, ſm ꝙ exigit diſpoſitio. Et oportet vt ponantur in eis ſpica, & maſtix, & myrrha, & tortellæ. Et almeiſus eſt plurimi iuuamenti, cum ponitur in medicinis. Epithema bonum quo linitur illud, quod eſt inter ſtomachum & hepar: quando cõmunicat in fluxu. Bulliantur drach. x. abſinthij cum vino, & coletur, & ponatur ſuper locũ cum panno: deinde ſumantur roſarum, & balauſtiarum, & myrti ſiccæ, & acatię, & eniſiſtides, & gallarũ partes æquales, & miſceantur cum aqua myrti, & inſpiſſent abſinthium prędictum, et emplaſtrentur cũ eo. Et ſcias ꝙ [s] theriaca eſt conferens valde omni fluxui ventris laborioſo vel laxanti & deijcienti virtutem, & cuius cauſa non eſt apoſtema, neq; febris vehemens. [t] Et conſilium quod dandum eſt illi qui non alleuiatur à debilitate ſua, & iam retẽta eius aſcellatio quam habuit, ſed corpus eius non recipit nutrimentum, eſt vt comedat aues paruas, & ariuahed. i. columbinos volare incipientes,

Margin (right page): A Raſ. 156. 4. — B Raſ. 158. 2. & 159. 4. — C † acida — D Dioſ. li. 2. c. 97. — E T. 13. t. 2. c. 4. & ſi. 4. ſ. 1. t. 1. c. 26. & G. 2. meth. c. 5 c — F Se. 1. 3. c. 26. fol. 31. — † perdicis — † coturnicis — † francolini — G † columbi — H † turturis — I † ſturni — Supra ε — K Raſ. 158. 1. — L † pullus — M Raſ. 156. 2. — N T. 2. c. 13. & Raſ. 166. 4. — † dactylus nõ bene maturus — † ius factũ ex brodio carnis cũ aceto — O Raſ. 166. 4. — P † grana ſurgi — Q Ga. 7. de medi. compo. ſm lo. c. 4. fol. 184. b — R F. 13. t. 2. c. 14. — Oppo. Supra. B — S Pau. lib. 3. c. 40. — T C. 4.

pientes,& pectora ipſorum abſq; extremitatibus eorũ oſſuoſis tardæ deſcenſionis in patella cocta. E Et facta charnanegi.i.prius elixa,& poſt aſſata. Et ſimiliter illi cuius appetitus eſt ad comedẽdum, & debilitatur eius digeſtio dentur iſtæ res. Et caro rubea,frixa cum oleo, pulueriZato deſuper cinnamomo. Et confert illud etiam in ſyrupo de cydonijs,& malis.

TRACTATVS II. *de curationibus ſpecierum ſolutionum ventris diuerſarum,prædictarum poſt complementum curæ vniuerſalis.*

*De cura fluxus hepatici.* Cap. I.

IAm [a] ſciuiſti cauſas fluxus hepatici. [a] & ſciuiſti curationem cuiuſq; cauſæ. Oportet ergo vt redeas ad illud,& cures malitiam complexionis eius, & apoſtema ipſius,& debilitatem,& oppilationem,et repletionem eius ſm vnumquodq; cum eo quod dicitur in capitulo ſuo. Nam cum tu feceris illud,tunc iam curaſti: [b] & illud quod cadit in hoc capitulo de errore eſt,vt dentur illi qui babet fluxum hepaticum oppilatiuum medicinæ conſtipatiuę,addentes in oppilatione,confortantes eam,vt conſtringant naturam:et perducit illud ad errorem maximum. Et multoties quidem linit inſipiens hepar in hac aſcellatione cum inſpiſſantibus ſanguinem,& extinguentibus hepar cum eis quæ ſunt frigida,& in hoc eſt mors,& pręparatio ad putrefactionem. Immo oportet,cum ſciueris ꝙ cauſa in ipſo eſt oppilatio in hepate, & meſaraica, vt intendas cum apertione oppilationis. [c] Et iam laudatæ fuerunt paſſę pingues in hoc capi- F tulo,ita vt quidam exiſtimauerunt, ꝙ ipſæ ſanant fluxum lotiuum difficilem. [d] Et nos quidem iam experti ſumus illud,quod fuit res non longinqua ab eo quod dixerunt. Et in inceptione aſcellationis hepaticæ melius eſt vt non approximetur panis,quoniã hepar non recipit ipſum,immo rectius eſt vt ſit contentus aqua ſauich in die bis aut ter. Quod ſi tolerat in fine ſua permiſtionem milij cum eo,decoquendo,deinde colando,ipſum faciat. Et ſi tolerat vt comedat decoctum, non colatum, nõ faciat:& in decoctione ſit ſacraiati.i.de ſauich cum.xx.ſacraiati aquæ, & decoquatur vſquequo ingroſſetur. Cumq; in vrina non fuerit varietas,non erit malũ vti adipe gallinæ. Et quando eſt aſcellatio ſanguinea hepatica,ſicut aliquod fluens vehementer,tunc non oportet vt retineatur deſubtus aliquid,vt non retineatur aliquid nocituum,& accidat per illud nocumentum: immo rectifica vel bonifica regimen & curam deſuper.

A F.14.t.4.c.1.&.2.
A Fen.14.
B Ca.10. & F.14.t.4.c.2.
C Fẽ.14.t.2.ca.3.& lib.2.t.2.cap.737.& G.8.de med. cõpo. ſm loc.c.7.f
D Auic.fuiſſe medicum.t.1.c.4.

*De cura fluxus ſtomachici,& inteſtinalis abſque excoriatione,& primo de lubricatiuo.* Cap. 2.

IAm [e] ſciuiſti qualiter curatur lubricitas ſtomachi cum ſpeciebus ſuis. Et cura lubricitatis inteſtinorum proxima eſt illi,& proportionalis ei. Et cum hoc nos afferemus potiones, & emplaſtra, & canones, digniora iſtis locis. Et canones ad eos in quibus non ſunt vlceroſi, ſunt vt permiſceas ſtyptica fortis ſtypticitatis cum medicinis calefactiuis,dando eas in potu; & ponendo in emplaſtris. Et vt vtantur medicinis, quæ adiuuant naturam, & confortant ſpiritum ſicut theriaca magna, & G homoruſia, & athanaſia. Et oportet vt adminiſtres diuretica,qm̃ ipſa ſunt fortis iuuamenti in hac ęgritudine.†{Et ſignificant ſignificationes multitudinũ} phlegmatis,labora in euacuando ipſum. Et ſi non valent medicinæ propinquæ fortitudini, & virtus eſt fortis æqualiter; tunc fortaſſe indiges eis quæ ſunt ſicut [f] elleborus. Verũ euacuatio materiei huius ægritudinis cum vomitu, eſt difficilis,& mala. Et raro euacuat vomitus phlegma deſcendẽs ad inteſtina. Et non oportet vt bibant aquam inquantum poſſibile eſt. Amplius ſi bibunt eam,non cõceditur vt bibãt eam calidam omnino. Et vinum quidem vetus ſubtile,purum parum cõfert eis. Et illud quod diuerſificatur ab illo nocet eis. Et ſi diligunt vt permutentur cibaria,fiat talis mutatio cũ eis quæ ſunt ſicut ſauich [g] †{algobere:} aut ſauich alcasb,& ſauich de ſiliquis,& ſauich de granis granatorum,& ſauich de nabac. [h] Coriandrum vero eſt fortis impreſſionis in retinendo cibum in ſtomacho. Et ex cõpoſitis bonis ad eos eſt illud,quod Recip.ſeminis arnogloſſæ,& aniſi amborum ana.ʒ.i. & corticis granatorum, & ſangu.draconis amborum ana.ʒ.5. & eſt potio vna. Et oport[illegible]batur in vino pontico. Et ſi fuerit illic feb.tunc cum aqua pluuiali,& ex compoſitis conferentibus eis eſt confectio de gallis, & confectio de thure,& confectio de ſiliquis. Et de emplaſtris cõferun[illegible]t emplaſtrum de ſemine lini cum dactylis, & confortatur cum eis quæ ſunt ſicut ſucci cydon[illegible]rum, & aluminis humidi, & altharathit,& acatiæ,& balauſtiarum,& maſticis,& roſarum,& [i] †{alhauſegi} partes æquales. H I Et qñq; fiunt ex iſtis medicinis marã cum cera, & oleo maſtichino, & oleo de cydonijs, & oleo roſarum,& ſicut emplaſtrum abrucalis,& empl̃m rubus,& empl̃m de fauſel cum fuerit caliditas. Facti autem propter vlcera inteſtinorũ cura eſt cura vlcerum,& multitudo adminiſtrationis exiccantium ſtypticorũ ex cibis frigidis ſicut eſt illud,quod fit de acreſta,& ſumach,& curetur cura dyſenterię quã [k] dicemus. Et cum cauſa colerica illic eſt illa quę effunditur,& vlcerat,tunc melius eſt vt ipſa euacuetur in ęſtate cum vomitu, & non euacues eã ex via vlcerum. Et qñ cauſa eius eſt phlegma, neceſſarium eſt tibi,vt euacues phlegma cũ clyſtere phlegmatis dictũ incapitulo ſuo: & alleuies cibum,& calefacies ipſum:& ponas ipſum ex aſſatis,et frixis factis ex carnibus leuibus,& minora potum aquę. Deinde ſi indiges fortiori illo,ſicut elleboro,tũc vtere aut albo ad ſtomachũ,aut nigro ad inteſtina inferiora:& eſt etiam cum eo quod euacuat permutans complexionem,& calefaciẽs eam.

E F.13.t.5.c.7.
† Et ſi fuerunt ſigna multitudinis
F Raſ. 13. conti.t.1.c.2.155.4.
G † meſpili
H Fẽ.13.t.5.c.12. & li.2. c.140. & Raſ. 13.cont.t.1.c.2.156.3.
I † Rhamni
k C.7.

*†De cura vlceroſi.* Cap. 3.

MEdicamen bonũ ad lubricitatem humidã, & eſt ſicut cibus. Recip. paſſas nigras, quę coquãtur, & terantur cũ ſuis interioribus,& miſceantur cũ eis cortices granatorũ, & piper album, & oleum omphacinum,et comedatur cum pane. Et oportet, vt cõmiſceantur cum eo quod in ipſo admini-



A adminiſtratur de ſtypticis frigidis,maſtix,& thus,& ſi tolerat piper, cõmiſceatur piper. Et cũ chronica fit ſolutio ventris,lubricatiua, & cõtingit vt virtus cadat, tũc neceſſarium eſt in hoc vt incipias cum æquatione complexionis,& calefactione eius. Et facias ægrum vti exercitio,quod ipſe toleret. Aut facias ipſum ingredi balneum,et premas eum compreſſione leui,et frica quod de corpore eius apparet: deinde da ei paulatim ad ſorbendum iacenti non ſtanti vel non ſedenti: immo coxa eius exiſtente altiori ad id quod ſupra ipſam eſt. Et cibetur in hoc ſitu aliquo de aqua carnis fortis cum qua miſta ſint vinum ſtypticum, & tortellæ ſiccæ. Et ſi tolerauerit virtus, & complexio eius,vt ſequatur ipſum aliquid penetrare faciens ſicut diapepereon,& diacalamẽthum, fac illud ita, vt faciat ipſum penetrare:nam cum feceris illud, attrahet hepar aliquid illius cibi, & confortabitur eo. Reliquarum autem ſpecierum fluxus ſtomachi, qui eſt infra lubricitatem vel qui non eſt lubricatiuus cura plurima ipſarum appropinquat curationi lubricatiui. In illa ergo cuius cauſa eſt cholera rub. plurima; effuſa ad ſtomachum,& inteſtina: oportet vt temperes membrum in quo generatur cholera,& à quo procedit.ſ.hepar,& fel per illud, quod ſciuiſti in [a] capitulo ſuo. Et euacues ſuperfluitatem cholericam,ſi fuerit plurima. Et †rectius illo eſt,cum vomitu,ſi poſſibile eſt, & leue: ſeu facile aut cum fluxu ventris, ſi non fuerit in virtute debilitas, & non timetur vt accidant vlcera: aut ꝙ ſint facta. Et poſt illud ſuccurre cum infrigidantibus & ſtypticitatem facientibus prædictam. [b] Et B multoties quidem ſanat hanc læſionem ſumere in potu myrobal. citrinos. Ipſi enim educunt choleram, & faciunt ſuccedere virtutem infrigidatiuam facientem ſtypticitatem. Et ex eis quæ conferunt eis eſt adminiſtratio lactis acetoſi, & proprie cum ſpodio. Et ſimiliter aqua ſauich hordei. Et ſi fuerit cauſa eius phlegma,curetur cum eis quæ educunt phlegma ex ebibitis, & clyſteribus,ſi fuerit plurimum valde: deinde curetur cum eo quod conſtipat, & calefacit calefactione temperata. Et ex eis quæ conueniunt ad illud,eſt electuarium de granis granatorũ, quod eſt cum cymino: & electuarium [c] alcanzi, & [d] trochiſci de ſpecibus. Et ſi phlegma eſt vitreum, non excuſatio eſt eorum quæ ſunt,ſicut trochiſci askiladis, & ſuffuf facti ex aniudem, & ameos, & cymino in aceto poſito, & aſſato, & ſemine lini torrefacto, & galia,& balauſtijs, & carui,& myrrha, & thure cum ſpodio ſm ꝙ tibi bene viſum fuerit de menſuratione teſtimonij. Et ſi fuerit illic phlegma & cholera ſimul, & ſignificant illa exitus eius quod egreditur,& reliqua ſigna, iuuabũtur ſi ſumpſerit myrobal.citrinorum partem.i.& naſturtij partem.5.cum quibus miſceãtur galiæ, & granorũ myrti, & ſumach, & [e] †{carmeſich} omnium ana ſextam partis illius. Et ſi fuerit cauſa melancholia effuſa ad ipſum, nos faciemus ei [f] capitulum ſingulare, quod appropriatur ei cum capitulis fluxus melancholici, & proportionabimus ipſum ad ſplenem. Sed ei qui eſt ſecundum cibaria & cibos, ſingulare etiam faciemus [g] capl̃m:& ſi non fuerit niſi debilitas fortis, & malitia complexionis, conſiderabis malitiam C complexionis per ſigna ſua. Et plurimum quidem malitiæ complexionis inteſtinorum eſt communicans malitiæ complexionis ſtomachi, & ſigna eius ſunt [h] ſigna illius. Quod ſi debilitas fuerit in digeſtiua ſola,& fuerit frigus,iuuantur cum electuario alcanzi, & iuuantur cum electuario noſtro quod eſt ſm modum hunc. Recip. xyloaloes crudi, & cymini in aceto infuſi, & aſſati, ameos carui & myrrhæ & zinzib.aſſati,& cardamomi,interiorum paſſularum tritorum,partes æquales,& fiãt ex eis ſuffuf, & doſis ſit vſq; ad drach. iij. Et ſi fuerit illic ventoſitas plurima ponamus in eo ſemen [i] †{alſaheſefram,} & ſemen rutæ. Et iterum compoſitum quorũdam plurimæ vtilitatis in hoc ca. Recip. zinzib. ſeminis fœniculi,& aniſi, & piperis longi, & cardamomi omnium ana drach.iij. & ſeminis ameos,& apij amborũ ana drach.iiij.& caſiæ,& calami aromatici,& cyperi, & xyloal.crudi omnium ana drach.iij.&.5.& galiæ drach.v.& croci drach.iiij.& gariophyl. & balauſtiarum, & blactæ bizantiæ & nucis muſchatæ omnium ana drach. iij. & ſextam, granorum myrti drach.xx. informẽtur ex eo trochiſci, & ſit doſis eorum ſm menſuram teſtificati. Et iuuant in ea trochiſci almarmacur proprie ſi fuerit virtus expulſiua debilis etiam. Et iuuant in ea emplaſtra [k] prædicta calefactiua. Et ſi fuerit cum debilitate expulſiuæ permiſce ea cum abſinthio. Quod ſi fuerit corruptio digeſtionis propter calorem, adminiſtrabis medicinas infrigidatiuas,& ſit in eis ſtypticitas aliqua,et ingroſſa cibum,& fac eum ex genere frigidorum groſſorum de quibus [l] diximus in capitulo mali- D tiæ digeſtionis. Et oportet ꝙ adiuueris cum eis quæ diximus in eodem [l] capitulo. [m] Quod ſi fuerit debilitas in retentiua propter frigus aut calorem,adminiſtrabis ſtyptica prædicta in initio [n] capituli calida aut frigida. Et ſi fuerit expulſiua etiam debilis,adminiſtrabis ſuffuf de ſcoria ferri cum nuce muſchata in ſyrupo de menta,& adminiſtrabis emplaſtra ſecundum neceſſitatem.

A F.14.t.1.c.21.
† C.13.
B Lib.1.F.4.c.23.
C Li.5.ſũ.1 t.3.c.12.
D Lib.5.ſum.2.t.6. c.3.& G.9. de medi.cõpo. ſm lo.c.5. 104.c
E †ſpẽs vel fructus tamariſci.
F 5.
G 1.
H F.13.t.1.c.18.
I †ocimum gariophyllatum.
K C.2.
L F.13.t.3.c.7.
M T.1.c.4. & li.4. F.1.t.2.c.16.
N 4.t.1.

*De cura fluxus cholerici.* Cap. 4.

IAm diximus ipſam in [o] capitulo ſtomachi: & eſt pẽdens in fine rei cum curationibus diſpoſitionum [p] hepatis,& [q] fellis,& [r] ſtomachi,generantium choleram:& oportet vt quæratur illic.

O F.13.t.5.c.7.
P F.14.
Q F.15.
R F.13.

*De cura fluxus melancholici,& eſt ſpleneticus fluxus in quo non eſt excoriatio.* Cap. 5.

OPortet vt intendas in ipſo curam ſplenis:& cauſam eius cognoſcas,et apponas per illud quod neceſſarium eſt in eo. Et ſi fuerit illic multitudo melancholię,& exuberantia virtutis,euacuabis cum decoctione epithymi,& ſimilibus. Et ſi fuerit groſſa ſicut fæx, & non fuerit ab apoſtemate,immo propter groſſitudinem melancholiæ ipſius, tunc adminiſtrabis in ipſa hoc ſolutiuum, ſi fuerit virtus fortis. [s] Recip. ſalis gemmæ partem.i. & ſpinæ ægyptiacæ partes. iij. & ellebori nigri partes.ij.decoquantur itaq; ſpina & elleborus in aqua fortiter, & diſſoluatur in ipſa ſal, & coletur, & bibat. Et hæc eſt via ſolutionis ventris eius ad mundificationem eius cum eo quod ſoluit. Et ſi

S Raſ.13.conti.t.1. c.1.159.4.

neceſſaria

neceſſaria fuerit phlebotomia, phleboroma, & conforta hepar, & conforta os ſtomachi. Et ſi cauſa E fuerit in fluxu ſtomachico melancholia propter illud quod eſſunditur ad ſtomachum ex humoribus melancholicis, pone ſuper ſplenem ventoſas retinentes illud quod fluit ex eo ad ſtomachum, et inteſtina. Et poſtea rege cum eo quod eſt ſubtile: cõfortatiuum ſicut eſt hoc compoſitum, quod eſt noſtrum. Recip. granorum granatorum. ʒ. x. been rubei torrefacti drach. i. zurumbet torrefactę. ʒ. i. carabe. ʒ. i. ſeminis rutæ, ſeminis alſaheſefrã. ʒ. i. rizi. ʒ. i. fiat ex eo ſuffuf, & ſit doſis eius. ʒ. iij. Et iterũ ſumantur grana granatorum, & paſſę nigræ, terantur cum aceto & aqua, & fiat expreſſio ab eo, & coletur, & proijciatur de ſuper ſalis parum, & origani, & intingatur cum eo. Si autem neceſſaria fuerit fortiora hoc, ſumatur thuris, cyperi, & nucis cupreſſi, & galiæ omnium ana drach. 5. & tortellarum drach. i. bibatur cum vino antiquo puro.

*De cura fluxus ſanguinis abſque excoriatione.* *Cap.* 6.

IAm [a] ſciuiſti quod hic fit ex corpore, & fit ex hepate, & ex ſtomacho, & inteſtinis ſuperioribus, & inferioribus, & fit ex ficteri, & [b] nouiſti ſigna eorum. Et qui ex eo eſt virulentus, & fœculentus, & lotiuus, cura ipſum ex parte hepatis, & rectificatione complexionis eius, & apertione oppilationis ipſius. Et regimen antecedens in curatione illius, eſt conſideratio diſpoſitionis corporis in repletione: & conſideratio cauſarum facientium eam neceſſario. Cum ergo non eſt propter ipſum dolor, & exiſtimas ꝙ eſt ex corpore, aut hepate, & non cadit propter ipſum virtus, non retineas ipſum. F Et ſi timetur ꝙ curſus eius, qñq; facit accidere excoriationem, aut facit accidere debilitatem, [c] fiat phlebotomia, & extrahatur ex contrario motus partis eius: deinde adminiſtrentur medicinæ ſtypticæ reſtringentes ſang. Et in illo qui accidit ex ruptura in venis inteſtinorum, qñq; perducit ad excoriationem feſtine. Oportet ergo vt cõuertas ſtudium ad retinendum eum, & inclinandum ad contrarium partis, ſi fuerit illic repletio vehemens, & plurima. [d] Et ſcias ꝙ potata conſtrictiua conuenientiora ſunt ei, qui eſt ex inteſtinis ſuperioribus, & quę ſequuntur ea: & quæ ſunt ſuper ea. Et clyſteria ſunt conuenientiora ei qui eſt ex inteſtinis inferioribus. Et in eo qui eſt inter illa rectius eſt vt aggregentur vtrecꝫ curationes. Et omnes medicinæ ſtypticæ, frigidę, & facientes glutinationem, prædictæ in eis quæ pręterita [e] ſunt, ſtringunt ſanguinem: præcipue quando in eis ponuntur alumen, & hæmatites tritum, ſicut puluis, & ſanguis draconis, & karabe, & corallus, & margaritæ, cum bibuntur, & fiunt ex eis clyſteria. Et quandocꝫ indiges narcoticis: & quandoque eſt tibi neceſſarium vt confortes ea cum illis, in quibus cum ſtypticitate eſt confortatio. [f] Et troc. de balauſtijs in ſumma eorum quę bibuntur, eſt virtus fortis: [g] & troc. de ſe. acetoſę: & troc. hęmatitis cum eo quod te ſcire fecimus: & ſuccus arnogloſſæ, & ſuccus foliorum pſyllij, & ſuccus barbæ hircinæ in his [h] capitulis iuuamentum conferunt: & proprie cum ponuntur in eis medicinæ ſingulares prædictæ, & troc. dicti in primis. Et iterum ſumantur malorum, & cydoniorum, & roſarum ſiccarum omnium G ana lib. 5. decoquantur in quinq; lib. aquæ donec remaneat lib. i. & . 5. deinde coletur, & proijciatur ſuper eam tantundem olei roſa. & coquatur in vaſe duplici, donec conſumatur aqua, & remaneat oleum: & oleum illud adminiſtretur in eis qui bibuntur. Clyſteria vero reſtrictiua ſunt ex iſtis ſuccis, & ex aquis in quibus decoquuntur ſtyptica nota. Et pulueriżetur ſuper ea ex eis, quæ coquuntur in eis, & ponantur in ipſis [i] pinguedines ex adipe renum caprarum, & ex oleo roſ. bono vltimo: & dicemus ea in [k] antidotario: & dicemus ea etiam in [l] capitulo excoriationis, et eligemus ex eis ſalua temperata, in quibus non ſunt medicinæ acutæ, & trochiſci acuti, & afferemus quædam hic. Clyſtere bonum ex eis quę expoſuimus. Recip. corticum granatorum, & arnogloſſę, & xylocaracte ſpinæ, & ſauich alnabac, & ſauich rizi omnium ana drach. viij. & ſumantur de gallis immaturis ij. balauſtiarum, & roſ. omnium ana drach. iiij. effundatur ſuper ea aquæ hemina vna parua. Et ſi fuerit aqua illa aqua virgæ paſtoris, erit valde bona: deinde decoquatur cum facilitate, donec remaneat fere tertia eius, & coletur. Et ſumatur aluminis drach. 5. & ſang. draconis, & acaciæ, & hæmatitis, & balauſtiarum, & ſucci barbæ hircinæ, & gummi aſſati, & ceruſſę plumbi, & oſtracorum aduſtorum, & luti, & armeni omnium ana drach. i. & olei roſ. drach. vij. & interioris adipis caprarum drach. vi. Et qui vult ponat in ipſo opij pondus danich vſcꝫ ad danich & . 5. & clyſterizetur cum eo. Et cum eo eſt intentio in clyſteri retentio ſan. non eſt neceſſe vt ingroſſetur cum facientibus glutinationem ex rizi, & milio, & ſimilibus. H Et cum eſt intentio regiminis excoriationis, aut regimen amborum ſimiliter, neceſſarium eſt illud. Et oportet vt ſtudeat ne ingrediatur in clyſteri ventoſitas. Et ex ſuppoſitorijs fortibus in hoc capitulo eſt, vt ſumantur acaciæ, & gummi arabici, & ſeminis hyuſquiami albi, & luti armeni, & karabe, & gallarum immaturarum omnium partes ęquales: contere ea, & aggrega ipſa cum medicamine decocto calido, & fac ex eis ſimilitudines glandium. In eo vero qui eſt ex ficteri, ſufficit vt adminiſtres has medicinas, ſumatur merdaſengi, & balauſtiæ & ceruſſa plumbi, & oſtraca aſſata, & adminiſtrentur ſuper locum poſt ablutionem, & mundificationem. Cum ergo feceris hoc, & augmentatur apud te ęgritudo, et non retinetur, non inuenis excuſationem, quin liges ambas manus ab aſcella, ſtringendo vehemẽter, & frica extremitates eorum vehementer, & ſedeat æger in aqua frigida ęſtate, & in aere frigido in hyeme: & da ei ad potandum aquam frigidam, & effunde ſuper eius ſorbitiones ſuccos frigidos, & infrigidatos: & ſyrupos conſtrictiuos: ſicut rob de acreſta, & rob de ribes, & ſimilia infrigidata cum niue.

A T. 1. c. 1.
B T. 1. c. 3.
C C. 11. & li. 1. fen. 4. c. 20.
D C. 7. & t. 4. c. 11. & G. 1. lo. aff. c. 4. h & lib. 6. ca. 2. e, & 4. meth. c. 7. g, & li. 13. c. 17. g
E T. 1. c. 4.
F Lib. 5. ſum. 1. t. 8.
G Ser. t. 7. c. 18.
H T. 1. c. 4. & lib. 1. t. 2. c. 114.
I Ga. 12. meth. c. 1. g. h
K Lib. 5 ſum. 2. t. 6.
L 7.

*De cura excoriationis inteſtinorum, & vlcerum.* *Cap.* 7.

OPortet vt non ſit error in excoriatione inteſtinorum. Fortaſſe enim non eſt illa, quæ indigeat

eo in



A eo in quo eſt virtus vehemens: & eſt in adminiſtratione eius in ipſa pernities. Et eſt ipſa infrigidatio vehemens: & dare melones indos, & lactucam, & portulacam ſufficiens cura. Cumq; adminiſtras clyſteria, in quibus ponuntur medicinæ cauterizatiuæ, eſt pernicioſum. [a] Et oportet vt cures ſicut ſciuiſti, quod eſt in inteſtinis ſuperioribus cum ebibitis: & quod eſt in inferioribus cum clyſteribus: & quod eſt in medio cum vtriſq; curis: deinde primum quod [b] oportet te conſiderare, eſt diſpoſitio cauſæ facientis excoriationem: & vlcera inteſtinorum, an eſt adhuc in effuſione. Et an cauſa eius antecedens ex ruptura, vel ſciſſione, aut repletione, aut apoſtemate ſit remanens aut reſecata abſciſſa iam deſtructa, & remanſit impreſſio vel veſtigium excoriationis, & vlceris. Et nos quidem iam [c] dedimus ſigna in hoc. Si ergo cauſa adhuc effundit̃ tunc regimẽ eſt in abſcindẽdo ipſam & reſecando ipſam cum eo, quod iam [d] ſciuiſti in loco ſuo. Et ſi fuerit neceſſaria euacuatio propter malitiam hu. fac eam cum timore, & cautela. Et ſtude vt ſit ſolutiuum non vehementer nociuum veſtigio, & vlceri: immo ſit ſicut mirobolanorũ. Et rectifica ipſum cum eo quod miſcetur ei ex eis quæ ſunt ſicut dragagan. & quæ ſunt ſimilia illi. [e] Quod ſi tibi poſſibile eſt, vt prohibeas ipſum à cibo duobus diebus, vt fiat corpus auarum eius quod effunditur ab eo, fac. Et cum volueris ipſum cibare ciba cum lacte decocto cum lapidibus, & decoque ſm ꝙ pręterijt in [f] caplo ſuo: & iſte cibus eſt ſm ſemitam medicinæ. Cibus vero ipſe apud neceſſitatem, & apparitionem debilitatis, eſt ille cuius B quantitas minoratur, & confortatio multiplicatur ipſius: ſicut hepar gallinæ pinguis, & parum panis de ſimila, & decliuis ad azymitatem, & capones ſeu galli caſtrati, & oua quæ aſcendunt à ſorbilibus, & deſcendunt ab aſſatis fortibus: & quandoq; iuuatur valde ex piſcibus aſſatis, calidis, & pedibus decoctis in lacte dulci. Et rizi torrefactum eſt bonum eis valde cum ſugit ipſum. Et oportet vt conſerues virtutem eius etiam cum rob fructuum: & cibi prædicti in caplo primo conferunt eis. Et ſit ſal eius ſal gemma, & ſit torrefactus. Et non oportet vt bibat vinum niſi quando non eſt caliditas: tunc enim bibat ex eo parum, quod ſit nigrum ſtypticum. Et aqua eius ſit aqua frigida. Et non eſt conueniens vt in primis incipiat cum medicinis, puris nocentibus cum qualitatibus ſuis ſtypticis, & aſperis, & excoriantibus. Et quãdo dolor fit fortior, indiges neceſſario facientibus glutinationem, vt fiat ſicut velamen tegens, & liniatur ſuper faciem infirmi. Et omnes medicinæ infrigidatiuæ, facientes ſtypticitatem, permiſtæ cum glutinatiuis ſunt iuuatiuæ, niſi accidat corroſio: fortaſſe enim tunc indigebis abſterſiuis, & cauterizatiuis permiſtis cum eis quæ exiccant ſine mordicatione. Et oportet vt detur in potu habenti excoriationem illud, quod in potu eſt ex ſeminibus & alijs, in aqua frigida, & non in aqua calida. [g] Et reubarbaro quidem ineſt proprietas mirabilis in vlceribus inteſtinorum, & in fluxu [h] †{algaras:}& proprie quando datur in potu eo quod eſt ſicut aqua arnogloſſæ cum pauco vino antiquo. Et glandes aſſatæ, & carnub virtutem habent fortem C coniunctæ, & ſeparatæ. Et ſemen roſæ eſt mirabile valde: Et nos iam experti ſumus illud, quod dixerunt quidam, quod quando in principio dyſenterię dantur gũmi arabici in potu drach. iiij. cum aqua frigida, remouetur ægritudo eius. [i] Lutum autem ſigillatum eſt iuuatiuum valde omni excoriationi: ita quod corroſioni de quo in potu datur poſt mundificationem corroſionis, & ſorditiei cum clyſteri aliquo ex clyſteribus quę diximus. Et ſimiliter cum clyſtere fit cum luto ſigillato in ſucco arnogloſſæ, & ſtella ſamius etiam & ſucco portulacæ. Et ex eis quæ etiam conferunt ad illud eſt ſuccus mori, quod non maturatur. Et ſimiliter bibat herbam caudæ equinæ vel ſuccum eius. Et ſuccus herbæ tinctorum citrinæ, & ſuccus foliorum arboris roſæ bibitus & clyſterizatus. Et dixerunt quidam in medicinis huius capituli pedem alhachach, & [k] exiſtimo quod ſit pes corui: & dicitur quod Hipp. cum dixit pes alhachach, intellexerit folia ficus. Et hoc non eſt ex eis, quæ conueniunt in hoc capitulo. Et potare coagulum leporis, & caſeum ablato ſale eius ab eo, ſm ꝙ diximus in capitulo primo, eſt vehementer iuuans eos licet vltimentur in corroſione. Et cum accidit excoriatio propter medicinã ebibitam, tunc ex rebus iuuatiuis eſt, vt fiat α clyſtere cum butyro & ſang. draconis. ſ. ponantur in drach. xxx. butyri drach. i. ſan. draconis vſq; ad drach. iij. Et ex compoſitis valentibus ad eos, ſunt trochiſci, & ſuffuf frigidi prædicti. Et ex eis quæ illis bona ſunt, eſt cum pulueriżatur ſuper panẽ, & detur in potu ex eo & bibatur poſt ipſum aqua frigida. Et ex eis quæ con- D ferunt eſt vt ſumantur cineris [l] † {aludha} partes. iiij. & gallarum partes. ij. & piperis pars. i. terantur, & cribellentur, & pulueriżetur ex eo pondus drach. i. ſuper cibum, & bibatur cum aqua frigida. [m] Et philonium eſt eis iuuatiuum etiam cum bibunt ipſum cum aqua frigida. Suppoſitoria vero, & clyſteria conuenientia ad hoc, ſunt ſicut clyſteria & ſuppoſitoria conuenientia ad fluxũ ſan. abſolute, additis in eis in principio facientibus glutinationem, ſtypticis: & in fine eius, ſi perducit ad corroſionem, mundificatiuis, & cauterizatiuis. Et vſquequo remoueatur illud, quod eſt ſuper inteſtina, & remaneant manifeſta, non oportet vt pertranſeat glutinationem facientia, & ſtyptica. Et dixerunt [n] quidam quod oportet ne acacia mittatur in clyſteri, cum non eſt in ægritudine ſang. & non eſt hoc aliquid: deinde cum mundificatur vlcus, incipiatur cum exiccatiuis, ſtypticis, glutinatiuis, & pinguibus: deinde in fine eius ſi perducit ad corroſionem, cum mundificatiuis, & cauterizatiuis. Et ſunt quidam homines qui permiſcent rem modicam de calidicon in quibuſdam ſuccis, & clyſteribus ſaluis, & conferunt ei iuuamentum maximum. Verum cum non ducit neceſſitas ad illud, quod eſt acutum, & ad illud quod eſt acetoſum, tunc melius eſt vt non adminiſtretur. Et oportet vt permutatio fiat primum ad acetoſa: deinde ad acuta. Et quando exigit neceſſitas & corroſio, tunc non cures, & etiam cum calidicon, & adminiſtra neceſſitatẽ tuam cum eo. Et quandoq;

A Ca. 6. & t. 4. c. 11. & G. 1. de lo. aff. c. 4. h
B T. 1. c. 3. & G. 1. lo. aff. c. 1. c. d
C T. 1. c. 3.
D T. 1. c. 4.
E Ser. t. 3. c. 27.
F 4.
G Sera. t. 3. c. 26. fo. 33
H † Lib. 2. t. 2. ca. 35. humiditatis mucoſæ inteſtinorum.
I Dioſ. lib. 5. c. 63.
K Oppoſitũ lib. 2. t. 2. c. 560.
Infra α
L † genus cõchilorum.
M Raſ. 13. cont. t. 1. ca. 162. 1.
N Raſ. 161. 4.

rectum

rectum eſt vt incipias cum aliquo narcoticorum, deinde adminiſtra clyſteria acuta cum non to- E
lerat ipſa infirmus. Et de iſtis acutis, & illis quæ fiunt ex arſenico, timetur denudatio cutis poſt cu-
tem, donec perforentur inteſtina. Et propter hoc oportet vt ſit feſtinatio in adminiſtrando ea, cum
ſcis ꝙ vlcus iam corruptum eſt. Et non tardatur vſq; ad horam, in qua timetur, ꝙ accidat foramen
propter dilatationem vlcerum, & profunditatem eorum. [a] Et ſcias ꝙ adeps caprarum bonum eſt
A Gal.12. meth. c. 1. g. h
ſuper totum illud, quod aggregatur ad clyſteria ex glutinatiuis: eſt enim ſuccurrens, & ſedans mor-
dicationem, & congelatur ſuper locum ęgritudinis velociter: & hoc etiam non eſt neceſſarium niſi
in principio ægritudinis. Et cum peruenit ad ſaniem, indiges mundificatiuis: deinde illis quæ ſunt
fortiora. Et indiges vt alienes pinguia & glutinatiua & ſeparantia inter medicinam & ægritudinē.
Et cum ſciueris ꝙ vlcera ſunt ſordida, tunc mundifica ea cum eis, quæ ſunt ſicut aqua mellis, & for-
tior illa, eſt aqua ſalis: & aqua in qua condiuntur oliuę ſalitę, & decoctio piſcium ſalitorum. Et ne-
ceſſarium eſt tibi in ſanie vt adminiſtres ea, quæ ſunt ſicut trochiſci de arſenico proculdubio, cum
pertranſierit ęgritudo nouitatem, & non prohibuerit ab eis prohibitor. Et ſcias quod clyſteria pin
guia, glutinatiua ſedant dolorem eius, qui habet vlcus in inteſtinis ſuis corroſiuum, ſed non ſanant,
ſed vere ſanant illa quæ remouent corroſionem cum medicinis conferentibus corroſioni: & ſunt
mundificatiua, abſterſiua cū exiccatione, & ſtypticitate: & ea ex quibus fiunt trochiſci. Et nō opor-
tet vt multiplicentur ſuper ea glutinatiua, & pinguia: & ſeparent inter ea, & inter corroſionem. Et F
valentia corroſioni quandoq; lædunt, & dolorem faciunt: ſed non reſpiciatur ad illud. Et ſcias ꝙ
quando tu mundificas cum clyſteribus acutis, oportet vt facias ſequi ea incarnatiua, aſſumpta ex
ſtypticis, & glutinatiuis: & illud cum ſciueris, ꝙ caro ſana apparet. Et quando aggregantur febris,
& debilitas, & corroſio, & fuerit caliditas, & non poteſt ęger vti eis, quæ ſunt ſicut trochiſci de ar-
ſenico ſolis, oportet vt diſſoluantur in aquis fructuum ſtypticorum frigidorum ſicut acreſta, & ſu-
mach, & ribes, & granata, & roſa, & quæ ſunt illis ſimilia: deinde exiccentur, & reiteretur ſuper eos
illud, & adminiſtretur. Et quandoq; non eſt excuſatio, quin miſceantur hyuſquiamum album, &
opium cum eis: aut pręmittantur narcotica ſuper ea: aut detur infirmo cibus paucus laudabilis. Et
maior ſumma horum troc. eſt à media drach. vſque ad drach. ij. Et quandoq; eſt rectius, vt ponas in
aquis eius infrigidantia ſtyptica: & de eis ſunt lentes, & [b] †{gieſt}glandium. Et illud adiuuat in hoc
B † cortex ſubtilis
vt accidat cortex. Et ex eis quæ fortem faciunt dolorem eius, & iuuamentum ſimul, eſt vt clyſteri-
zentur cum troc. de arſenico in aqua ſalſa, cum vehemens eſt groſſitudo saniei. Et quandoq; ſuffi-
cit febricitantibus, & debilibus, & illis quorum ſenſus fortis eſt, & non tolerant acuta clyſteria, hoc
regimen. Incipiant, & [c] clyſterizentur cum aqua mellis: deinde poſt. iiij. horas cum aqua ſalis: dein-
C Raſ.13. conti. t. 1. c. 2. 159. 4.
de detur eis in potu lutum cum aceto miſto cum aqua: ſanat enim eos. Et ex regimine in capitulo
clyſteriorum eſt, vt clyſtere fiat paulatim per vices: & cum dolor fit fortior, tunc [d] ſuccurre cum G
D Gal.12. meth. c. 1. h
oleo roſ. & clyſteriza cum eo. Clyſteria vero quę adminiſtrantur in retentione ſang. & prohibitio-
ne fluxus eius, ſunt alia, & ſunt proxima clyſteribus prohibitionis fluxus vētris. Et quandoq; fiunt
eis troc. qui adminiſtrantur in aquis eorum. Ex nos quidem dicamus nunc clyſteria, & collyria, &
troc. qui ingrediuntur in clyſteribus. Et clyſteribus itaq; leuibus in hoc, & in fluxu ventris calido
eſt, vt fiat clyſtere cum aqua arnogloſſæ ſola: aut cum aliquibus troc. quos dicā. Et fiat clyſtere cum
pane ſimilagineo, azymo, trito in ſucco. Et ex clyſteribus leuibus eſt, vt ſumantur aqua hordei, &
oleum amygdalinum, et vitellus oui, & aqua rizi decocti cum adipe renum caprarum annualium,
& colentur, & proijciatur in eo lutum ſigillatum. Et ſimiliter decoctio rizi aſſati, decocti cum adi-
pe caprarum: & quandoq; ponuntur cum eo in ipſo cortices granatorum & gallę. Et ſimiliter cly-
ſtere aquæ ſauich, & luti ſigillati. Et iterum clyſtere iuuatiuum cum eſt caliditas vehemens, ſuccus
raſuræ cucurbitę, & portulacæ arnogloſſę, & ſuccus virgę paſtoris, & grana myrti, & lentes à qui-
bus aqua bis eiecta eſt. Aggrega hos ſuccos, & commiſce cum eis oleum roſ. & cęruſſam, & lutum
armenū, & acaciam, & tuciam. Et ſi indigueris opio, pone in eis ſm neceſſitatem, & diſpoſitionem.
Deſcriptio clyſteris conueniens excoriationi etiam. Recip. cortices amygdalarum, & cortices gra-
natorum, et gallarum, et ſumach, et folia ſenticis et radicem [e] †{alienbut,}elixentur itaq; cum vino,
E † arboris ex qua fit pix.
donec inſpiſſentur, deinde colentur, & terantur aliquid trochiſci clyſteriorum, & ponantur in eo H
cum oleo myrtino. Collyriorū autem ad excoriationem, medicinarū, matres ſunt myrrha, & thus,
& crocus, & ſandaracha, & alumen, & ſtorax, & caſtoreum cum adeſt opium, & litium, et charta
combuſta, & ſang. draco. [f] & cornu ceruinum aduſtum, & chimolea, & luta quæ currunt cum ea,
F Dioſc. lib. 2. c. 50.
& clymia, & merdaſengi, & quæ ſunt ſimilia illis. Et quandoq; neceſſaria ſunt atrimenta, & viride
G Alex. lib. 8. c. 7. fol. 367.
æris. Collyrium ad excoriationem, & tenaſmonem: [g] Myrrha, & crocus, & thus, & opiū confician
tur cum albumine oui. Aliud ſandaracha, ſtorax, myrrha, crocus, opium conficiantur cum aqua
arnogloſſæ. Aliud, Opium, caſtoreum, gummi, litium, conficiantur cum ſucco arnogloſſę. Et quā-
doq; fit ex huiuſmodi medicinis maram cum oleo roſ. & ceruſſa, & adminiſtrātur ſuper pannum,
& fruſtum cotti, & ponitur in ano, ſm ꝙ ponitur in ipſo tenta, vel ſuppoſitorium, & cum imponi-
tur in eo inuoluatur tenta vel ſuppoſitorium ita vt æquetur illud, & remaneat. Troc. autem clyſte-
riorum excoriationis ſunt ſicut troc. de arſenicis ad corroſionem, & troc. ſtellæ. Et oportet vt ſer-
uentur in vinacia vuæ, vt conſeruetur in eis virtus: & trochiſci de carta cōbuſta. Deſcriptio [h] troc.
H G. 9. de compo. ſm loc. c. 5. f
cartæ combuſtæ drach. x. arſenicorum aduſtorum, & corticum ęris, & aluminis iameni, & gallarū,
& calcis, quæ non eſt extincta omnium ana drach. xij. fiant ex eis trochiſci cum ſucco arnogloſſæ,
quorum



A quorum vnuſquiſq; ponderet drach. iiij. & paruo ex eis adminiſtretur pondus drach. i. & magno
troc. i. integer. Troc. alius. Recip. ſumach, & capita granatorum, & [a] †{ſufertun,}& balauſtiarum,
A † ſemperviuū,
& grana acreſtę, & calcāthum, & colcotar, & plumbi aduſti, & antimonij omnium ana partem. i.
floris æris partem. 5. fiant ex eis troc. Troc. fortis. [b] Recip. calcem, & alkali, & acaciam, & gallas, &
B Raſ.13. conti. t. 1. c. 2. 159. 4.
arſenicū, & terantur cum aceto aliquibus diebus, & informentur troc. Et ex fortitudine eius quan-
doq; ſufficit, vt clyſterizetur cum aqua arnogloſſæ. Emplaſtra autē, & epithemata iuuatiua in hoc
ſunt emplaſtra prædicta in [c] capitulo curationis fluxus ventris abſolute. Et iam expertum eſt epi-
C 4.
thema de troc. ſtellæ cum aqua myrti, & contulit ei valde. Et quando non ceſſat dolor, tunc ſedeat
infirmus in tina, in cuius aqua decocta ſunt ſtyptica nota cū aliquantulo anethi & fœnu. & althææ.
Et ſi fortior fiat ſitis, & anguſtia in excoriatione cholerica, adminiſtra lac acetoſum decoctum, &
aquā ſauich hordei quæ vtraq; infrigidata ſint. Quod ſi dolor adeo fiat fortis donec appropinquet
ſyncopis, non erit excuſatio narcoticorum. Et ante illud clyſteriza cum adipe vaccino, cum aqua
ſauich hordei abſq; prætermiſſione. Et fortaſſe ſedabitur dolor, & abſcindetur ægritudo propter
illud, quod accidit de æquatione hu. & ſi non ſedatur, cura cum eo quod ſcis. [d] Et ſi vis, clyſteriza
D Raſ.13. con. t. 1. c. 1. 160. 1.
in huiuſmodi hora cum hoc clyſteri. ſumatur aquæ kiſch hordei, & rizi, & adeps renum caprarū,
& oleum roſ. & gūmi arabicum, & ceruſſa, & vitellus oui, conquaſſentur omnia in loco vno, &, ſi
B vis, pone in eo opium, & adminiſtra. Et ſi fuerit excoriatio phlegmatica, tunc neceſſarium erit vt
incipias in curatione eius cum eo, quod incidit & educit ipſum, & facit quieſcere ab eo: & cibetur
cum huiuſmodi, donec ſint cibi eius etiā piſces ſaliti, & ſinapis cum ſicla, & almuri, & alchuamich.
Et ſint tincturæ eius ex eis, quę ſunt ſicut grana granatorum cum paſſulis cum ſeminibus, & ſinapi
& quæ incidunt. Et quando multiplicatur cibatio ex albeſſer aſſato: cum iam ſumpſerit aliquid ex
medicinis quæ ad caliditatem decliues ſunt, ſicut alcanzi, & trion pipereon iuuatur cum eo. Et di-
xerunt quidam ꝙ quidam habēs vlcera inteſtinorum, iuuatus eſt cum [e] †{giauſir} quod omni die
E † panace
ſumebat in potu cum gūma rutę: deinde cibabatur albeſſer aſſato, fecit illud aliquibus diebus, & ſa-
natus eſt, & videtur quod ſit illud huius generis. [f] Et iam dixerunt ꝙ quidam homo fuit curās dy-
F G. 12. meth. medic. 1. a
ſenteriam antecedentem, cura mortificante, aut ſanante in die vno. [f] Cibabat hominem pane cum
cępe acuto: & minorabat potum eius in illo die: & clyſterizabat eum in mane cum aqua ſalis acuta:
deinde conſequebantur illud cum clyſteri medicinæ fortes ex clyſteribus incarnatiuis. [f] Et ſi tolera-
bat dolorem eius, cum quo curabatur, ſanabatur: & ſi non, moriebatur. Et erant clyſteria eorum ex
huiuſmodi clyſteri. Recip. ſampluci, cymini, carmeni, ſalis, foliorum †{ aldemeſt } humidorū ane-
† lauri
thi, rutæ, melliloti omnium ana ℥. i. & olei kiſt. ij. decoquantur in oleo donec conſumatur tertia, &
coletur, & adminiſtretur illud oleum clyſterizando. Et iterum confert eis clyſtere cum decoctione
C rizi. Et qñq; ponuntur in ea piſces ſaliti. Ceratum dictum in hac ſpecie ægritudinis. Recip. carnis
dactylorum pondus lib. ij. &. 5. maſticis vnc. i. & aluminis humidi vnc. vij. & aloes vnc. i. & ceræ
vnc. x. & vini, & olei roſ. quantum ſufficit. Et quandoq; ponitur in ipſo ſemen naſturtij, proprie
quando ſentitur frigus, & phlegma vitreum. Excoriationi autem melancholicæ poſt regimen me-
lancholiæ, & ſplenis, ſm ꝙ diximus in [g] loco ante hunc, & poſt rectificationem regiminis, confert
G Cap.
ſuffuſ de luto. Et conferūt ei clyſteria de rizi, & ſint in eis ſpecies aromaticæ, & ſemina calida, le-
nia, & infrigidantia ſtyptica: Et ponantur in eis oleum roſ. & vitellus oui: & eorum cibi ſint à qui-
bus bonus generatur ſang. Et cum fuerit vlcus malignum, nō erit excuſatio quin fiat clyſtere cum
aqua ſalis gemmæ, deinde ſequaris ipſum, ſi indiges eo cum illo, quod tam valde mundificat donec
appareat caro munda: deinde cura cum clyſteribus incarnatiuis. Et clyſteria lenia ad hoc ſunt ſicut
clyſtere in quo ponuntur ſpinę ęgyptiacæ partes. iiij. ellebori nigri partes. ij. decoquātur cum aqua,
& ſale gemma. Quòd ſi illud non confert, tunc adminiſtrentur troc. de arſenico. Excoriatio autem
quæ fit ex fæce, curatur cum eo quod lenit naturam: & ſint in eo lenitas, & vnctuoſitas, & glutina-
tio, & lubricitas: & præmittatur ante cibum ſicut vitellus oui ſorbilis: & ſicut ius galli decrepiti: &
ſicut iura & alfidbegi facta ex pullis teneris impinguatis. Et adminiſtrentur clyſteria lenitiua ex
ſuccis glutinatiuis lubricatiuis ſimul cum oleo roſ. & vitello oui, & ſimilibus. Et quandoq; confert
D cum prolongatur hæc excoriatio: vt ſumantur ſemen lini, & pſyllij ſemen, & ſemē maru, & ſemen
althææ: accipiatur mucilago eorum, & detur in potu ante cibum. Ipſa enim aggregat ad lubricita-
tem ſedationem doloris, & glutinationem. Et ſumere pi una ante cibum, quandoq; remouet hoc
accidens. Excoriationi vero factæ ſucceſſione potus medicinæ, conferunt medicinæ frigidæ præ-
dictæ. Et conferunt ei dragaganthum aſſatum, de quo bibantur in lacte acetoſo drach. iij. &. 5. &
Supra ℞
quod eſt ſupra. Et ℞ confert ei valde, vt fiat clyſtere cum butyro vaccino recenti bono: & quandoq;
ponitur in ipſo aliquid de ſang. draco. Et quandoq; confert ius ventrium vaccarum in aliqua ex-
coriatione & non eſt medicina completa.

*De cura fluxus ventris facti propter cibos.* *Cap.* 8.

CVra nota ad iſtos eſt, vt non prohibeatur deſcenſio eius dum nō accidit cholerica fortis ſuper-
flua: ſed ſi fuerit ex multitudine cibi minoretur ille, & adminiſtretur fames poſt illud. Et quan
do deſcenderit, ſumat aliquod ex robub ſtypticis. Et ſi acciderit debilitas, ſumat alcanzi, aut ſuffuf
de granatis. Et ſi ſentitur debilitas in ſtomacho, cum eo quod accidit de multiplicatione, & ſignifi-
cat illud id quod accidit de rugitu, & inflatione ſumat balauſtiarū, & thuris, & ameos partes æqua-
les: & conficiantur cum zibib tritis cum ſuis arillis, & comedat ex eo omni mane quantitatem nu-
cis

cis. Et iterum ſumat medicamen de acoro & alchermazech vel alchermazegi dictum in antidota- E
rio. In facto autem ex corruptione ciborum in ſeipſis, aut in eo, aut qualitatibus malis in eis, aut ve-
locitate adminiſtrationis eius in eis, oportet vt ſumat poſt eos cibos boni chymi, ſtypticos, & cure-
tur impreſſio remanens ex calore & frigore cum eo quod ſcis ex electuarijs ſtypticis frigidis aut ca-
lidis. Et ſi fuerit cauſa viſcoſitas eorum, & lubricitas ipſorum: aliena ipſa: & conuerte eos ad illud in
quo cum leuitate eſt ſtypticitas. Frigus autem eorum & caliditas ipſorum ſit, ſm ꝙ eis conuenit. Et
ſi cauſa fuerit præmiſſio lubricantis, præmittat ſtypticũ: & ſi cauſa fuerit poſtremitas eius cuius ve-
lociter fit digeſtio permutet regimen, & ſumat ſpodium cum aliquibus robub, vt rectificetur ſto-
machus ab impreſſione eius quod nocuit ipſi, & alterauit ipſi. Nam ſecundum plurimum accidit
calefactio eius, & ſi accidat raro frigiditas eius propter acetoſitatẽ cibi in diſpoſitionibus huiuſmo-
di regiminis, ſumat ſpodium cũ electuario alcanzi. Et ſi cauſa fuerit paucitas cibi, aut ſubtilitas ſub-
ſtantiæ eius, cibetur poſt ipſum carnibus groſſis moſuſat, & conditis cum ſtypticis, & cum aceto
præparatis, & piſcibus ſalitis præparatis cum aceto, & origano, & ſimilibus quantitate moderata.
Quod ſi timeatur debilitas digeſtionis cum hoc, cum ſeminibus condiantur.

*De cura fluxus cerebralis.* Cap. 9.

OPortet vt habens eum omnino [a] non dormiat ſuper collum. Et quãdo excitatur à ſomno, eſt — A Alzar. li. prac. t. 17. ſect. 1. c. 7.
ei neceſſarium vt vtatur [b] vomitu, quatenus egrediatur humor groſſus effuſus ad ſtomachũ F
ex capite, faciens fluxum: & vt adminiſtretur illud, quod diximus in [c] capitulo catarrhi, de raſione — B Raſ. 13. con. t. 1. c. 2. 156. 3.
capitis, & fricatione eius cum rebus aſperis: & ex vaporationibus capitis, & adminiſtratione rubifi- — C F. 5. t. 1. c. 13.
cantium, & cauterizantium ſuper ipſum: & ex confortatione eius, & rectificatione complexionis
eius. Et qñq; neceſſarium eſt cauterium, & non oportet vt adminiſtretur retentio eius à ſtomacho
cum medicinis ſtypticis, & magnificetur timor: immo oportet vt extrahatur illud, quod de eo ag-
gregatur ſuperius per vomitum: & illud quod deſcendit ex via inteſtinorum, & ſi non cum alio,
ſaltem cum clyſteribus: & reſtringatur illud quod de eo deſcendit ad ventrem, non cum illo quod
conſtipat: quare retineatur materia in ventre: immo cum eo, quod eſt ſimile illi, quo retinetur ex
pectore ex eis quæ diximus in ſuo capitulo: & cum eo quod docuimus te in [d] capitulo curæ catar- — D 13. F. 5. t. 1.
rhi ex abſciſſione cauſarum facientium catarrhum, & rectificatione earum.

*De cura fluxus oppilatiui.* Cap. 10.

FLuxus oppilatiuus plurimum fit cum periodis, ſiue ſit à corpore toto, aut fiat ab oppilatione in
hepate, aut inter hepar & inteſtina. [e] De errore igitur eſt vt cadat additio in oppilatione per ſty — E C. 1. & Fen. 14. t. 4. c. 2.
ptica, immo oportet vt iuuetur quod expellitur ab oppilatione cũ euacuatione. Cumq; euacuãtur
viæ ab eo, pertranſeunt medicinæ aperitiuæ ad oppilationes, vt aperiant eas. Et qñq; neceſſarium
eſt in aperiendo oppilationes, ſolutiuum fortiter attrahens materias groſſas, generantes oppilatio- G
nem, & clyſteria fortis apertionis, & attractionis. Et vomitus eſt ex rebus magis iuuatiuis ad illud:
quando cadit ſponte ſua quemadmodũ teſtatur Hip. Et rectius quidem eſt habenti hanc ægritudi-
nem, vt comedat cibum ſuum in pluribus vicibus, non in vice vna: & comedat qualibet vice quã-
titatem, quæ pertinet ei de cibo ſuo: deinde oportet vt partiatur: deinde oportet vt conſequi facias
cibum ſuum illud quod adiuuat ad penetrandum cum velocitate, & aperiat oppilationem cibo. Et
melius illis omnibus apud [f] Gal. eſt diacalamẽtum: & detur de eo ante cibum vſq; ad aur. i. Et cum — F 4. de ſan. tu. c. 7. c. d
digeritur cibus, detur etiam de eo quantitas drach. 5. Et vinum vetus, forte, ſubtile, paucum eſt bo-
num valde cum adminiſtratur poſt cibum. Et theriaca res eſt magis iuuatiua ad illud. Et quando
rectificatur digeſtio cibi, balneetur. Fricatio autem oportet, vt non ab ipſo ſeparetur ante cibum
ipſum, & poſt ipſum. Et quando debilitatur, corpus indiget fricatione vehementi cum panno aſpe
ro dorſi, & ventris. Et qñq; neceſſariũ eſt vt liniatur corpus eius pice: & medicinis rubificantibus.
Oppilationũ vero apertionem iam ſciuiſti: & oportet vt non prohibeat te macredo infirmi ab hoc.
nam cum tu curaueris eum, & aperieris oppilationes, & euacueris humores oppilatiuos, penetra-
bit cibus ad corpus eius, & non accidet diarrhœa poſt illud, & confortabitur corpus eius.

*De cura fluxus liquefactiui.* Cap. 11.

IN eis quæ ſunt ſicut hectica, & phthiſis, & quæ hac via incedunt, non ſperatur vt curetur, niſi ſi- H
cut ſperatur in curatione cauſę eius. In eo autẽ qui eſt infra illud, curetur corpus cũ infrigidatiuis
humectantibus & aeribus, & embrocis ſecundũ illud. Et extinguatur cum eis quæ ſunt, ſicut tro-
chiſci de ſpodio, & trochiſci de camphora, & cum epithematibus, & emplaſtris infrigidatis ſuper
cor, & pectus, & hepar. Et ſint cibi eius ex carnibus leuibus præparatis in ſapore vel cibario dicto
helã, & præparatis in cibario dicto charis, & in cibario dicto moſus, & caro piſcium præparata in
cibario dicto ſechbagi cum aceto, & panis ſemilagineus bene confectus, & fermentatus. Et panis
cum aſſatur. Et qñq; fit ex eo ſorbitio permiſta cum gummi, & amydo. Et ſimiliter cibus, qui fit de
acetoſa, & ſimilibus. Et non retineatur expulſio vice vna, immo retineatur gradatim cum huiuſ-
modi curationibus, & cum trochiſcis de ſpodio reſtrictiuis proprie: & cum troc. ſm hunc modum
Recip. lutum armenum, & ſpodium, & caſtaneas, & ſemen acetoſæ excorticatum, & almirberis,
& roſ. & gũmi aſſatum, & cancros aduſtos, terantur omnia, & conficiantur cum aqua cydoniorũ.

*De cura fluxus facti à ſpiſsitudina cutis.* Cap. 12.

IAm innuimus ad curam eius vbi docuimus regimen attractionis materiarum repletionalium, — G C. 6. & lib. 1. Fē. 4. c. 20.
ad exteriora corporis. [g] Et melius quidem eſt, vt extrahantur humores per phlebotomiam, &

fluxum



A fluxum ventris conuenientem, à quo iam expediti ſumus: & adminiſtrentur balnea cum aquis ape
ritiuis: & ſunt illa in quibus decocta ſunt aperitiua: & lauatiuis, aperitiuis, & mũdificatiuis. Et mul-
toties vtantur [a] tinis icteritiæ. Et ſi fuerit ſpiſſitudo vehemens, adminiſtretur fricatio cum pannis li- — A F. 13. t. 1. c. 6.
neis aſperis, & cum villis donec rubeat cutis: deinde effundatur ſuper eã aqua calida, & aquæ in qui
bus eſt virtus aperitiua eorum quæ diximus.

*De cura cholir. æ paſsionis.* i. choleræ. Cap. 13.

CHolirica paſſio habet regimen in principio, cum mouetur: & regimen in medio ſui motus: &
regimen apud commotionem ſuam malam, & inobedientiam ſuam malitioſam, & motionẽ
accidentium ſuorum timoroſorum. Cum apparent ſigna choliricæ paſſionis, & incipit eructuatio
alterari à diſpoſitione ſua, & ſentitur in ſtomacho grauitas, & in inteſtinis punctura: & quando eſt
cum ea nauſea, tunc oportet vt non ſumat ſuper illud aliquid omnino neq; poſt illud niſi cum ti-
metur caſus virtutis: tunc enim rege cum eo quod [b] dicemus. Primum igit̃ quod oportet fieri eſt, vt — B Fen. 13. t. 2. c. 6. & lib. 4. F. 1. t. 1. c. 35.
expulſio fiat per vomitum ſi fuerit cibus adhuc proximus ſuperioribus: & ſi non fuerit ita, conſe-
quenter adhibeatur aliquid, quod ipſum deponat ex eis quæ leniunt naturam. Et ſint vomitiua &
lenificantia cum mẽſura quæ extrahat illam ſuperfluitatem abſq; ꝙ extrahat ſuperflue ſuper illud,
aut rem extraneam ab ea. Et oportet vt expellant cum eo in quo non ſunt duæ malitiæ mollifica-
B tio ſtomachi, & debilitas virtutum eius, ſicut in [c] oleo ſiſamino, & oleo de oliuis, & aqua calida. Ne — C F. 13. t. 1. c. 36. & t. 1. c. 9. & lib. 2. t. 2. c. 640.
que cum illo in quo eſt glutinatio cum ipſi indigeant contrario glutinationis ſicut aqua mellis, &
ſyrupus acetoſus dulcis cum aqua calida niſi propter neceſſitatẽ: immo cũ eo [d] quod eſt ſicut aqua — D Raſ. 11. cont. t. 1. t. 1. 124. 2.
calida ſola aut cum pauco baurach: aut cum ſale naptico, [e] aut aqua calida cum cymino pauco. Et — E Ra. li. diui. c. 60.
ſimiliter ſi vomuerint per ſeipſos, & acciderit eis ſubuerſio non obediens, & nocet eis per illud etiã, — E Li. 5. de mor. vulga fol. 399. 2. & fol. 73. 2. & lib. de locis in hanc fo. 85. 1. 2. & 6. aph. 15.
tunc illic oportet vt curetur. [e] Hippo. enim dixit ꝙ [f] vomitus quandoque prohibetur vomitu: &
fluxus quandoque prohibetur fluxu: & vomitus prohibetur fluxu, & fluxus prohibetur vomitu.
Et eorum fluxus oportet vt fiat cum ſuppoſitorio leui ex tereniabin, & zuccaro, & ſale. Aut clyſte
ri leui ex aqua ſiclæ quantitate. lx. drach. & baurach pauci ſuper eam, quantitate. aure. i. & zuccari — F C. 3. & F. 13. t. 5. c. 11. & lib. 1. F. 4. c. 23. & li. 4. Fē. 1. t. 2. c. 15. & Ga. cõm. 6. in 2. Hip. de mor. vulg. 5. b. & li. de deriuatione fo. 4. c. 19. f
rub. quantitate drach. x. & olei roſ. & ſiſamini quantitate drach. vij. aut cum aliquo quod bibatur,
ſicut cyminum. Ipſum enim eſt iuuatiuum in hoc valde. Cum ergo ſciueris ꝙ materiæ in corpore
cholericę ſunt cõmouentes eam (nam ipſę quandoque ſunt de adiuuantibus ad hoc vt accidat cho
lirica paſſio,) & non eſt timor totus ex cibo, nõ inuenis excuſationem quin infrigides ſtomachum
tunc exterius cum eo, quod [g] infrigidat: & ſi non cum alio, ſaltem cum niue, poſt adiutorium eius — G Raſ. 11. cont. t. 1. c. 1. 13. 4. & li. diuiſ. c. 60.
ad vomitum, ſi declinat ad illud cum menſura tolerabili. Et in illa infrigidatione eſt ſedatio ſitis, ſi
fuerit. Cum ergo ſuperabundat vomitus, ex eis quę retinent ipſum, eſt infrigidatio ſtomachi cum
C huiuſmodi, [h] ponere ventoſas ſuper ventrem abſque inciſione: & ſi fuerit frigidum infrigidans ex — H Pau li. 3. c. 39.
ſuccis fructuum, erit etiam magis iuuatiuum. Et ſi miſceantur cum eo ſandali, [i] & camphora, & ro — I Fen. 13 t. 5. c. 12. & Raſ. 1. 9. c. 62.
ſę, & liniatur cum eis almirach erit iuuatiuum. Et quandoque neceſſarium eſt [k] ſtringere extremi- — K Fē. 13. t. 1. c. 24. & 13. c. 12. & Gal. 1 de art. cur. ad Glauc. c. 14. h. g
tates. Et ſi non fuerit caliditas fortis curetur, cum medicamine [l] de luto aneſiburni dicto in antido- — L Raſ. li. diui. c. 60
tario. Amplius oportet vt conſideres illud quod egreditur: dum enim perſeuerat exeundo chylus, — M Aet. lib. 3. ſer. 1. c. 12.
& aliquid homogeneum ei & cibus, non conceditur eius retentio omnino aliquo modorum. In ip
ſo enim eſt timor magnus. [m] Cumq; alteratur ab illo, alteratione fortaſſe mala, vel ſuperflua vel no
cente, neceſſaria eſt eius retentio. Et illud cum illud quod egreditur eſt res curathi viſcoſa, aut chole
rica, aut alia ex eis quę debilitant corpus, & imprimunt in pulſu, & faciunt eum frequentem non
ſecundum ęqualitatem & profundum vel infimum. Et faciunt apparere in corpore ſicut extenua-
tionem: & in mirach, ſicut ſpaſmum. Et fortaſſe accidunt ſicut ſitis, & feb. & ſignificant ꝙ ſolutio
ventris permutatur ad ſanitatem. Et oportet vt adiuuetur in retentione eius cum robub ſtypticis.
Et quandoque condiuntur cum eo, [n] quod α eſt ſicut menta. Et ſi euomuerint ea, reiterentur ſu- — N T. 4. c. 1. & F. 13. 13. c. 11. & li. 4. Fē. 1. t. 1. c. 15. & 55. & lib. 5. ſum. 1. t. 6. ca. 19. & Aet. lib. 3. ſer. 1. c. 12. Infra α
per eos, & dentur eis paulatim: & non oportet vt ceſſetur à dando in potu medicinas ſtypticas, &
robub ſtyptica propter cauſam vomitus eorum, immo oportet vt iterentur ſuper eos, & fiat per-
mutatio de vna medicina ad aliam: & ſint omnes ſtomachicę. Et aqua roſ. calefacta cõfortat ſtoma-
D chos eorum, & confert ęgritudinibus eorum. Et iſta robub oportet vt [o] non ſint acetoſitatis talis, — O T. 1. c. 4.
quę mordicet ſtomachum etiam: et ſint adiuuãtia ad materiam: immo ſi eſt cum eis aliquid ex hoc
frangatur cum re quę non ſit de genere eius, quod ſoluit, aut vomere facit. Et acetoſa quidem fa-
ciunt cadere in excoriationem. Et ſimiliter ea quę ſunt vehementis frigiditatis ex eis quę bibuntur
actu. Et quandoque non conueniunt eis per hoc quod percutiunt ſtomachum. Et plurimi qui-
bus iſta conueniunt ſunt illi, qui ſunt cholerici: quare oportet vt experiatur diſpoſitio qua recipiũt — P Aet. li. 3. ſer. 1. c. 12. Supra α
ea. [p] Et ſyrupus α de menta cum aqua granatorum expreſſorum cum pulpa ſua, cum aliquantu- — Q T. 1. c. 4. & Raſ. 1. 9. c. 62.
lo mentę eſt bonus eis, prohibens vomitum eorum: & ſimiliter aqua granatorum acetoſorum.
Et quandoque ponitur in ipſo aliquid de luto aromatico, quod comeditur. [q] Et cum plurimi eo-
rum bibunt aquam calidam fortiter, expanditur virtus eius ad venas, & redeunt materię expanſæ
ad venas. Et oportet vt vaces etiam ad vaporationes, & vnctiones ex oleis, in quibus ſunt con-
fortatio, & ſtypticitas, & calefactio ſubtilis ſub hypochondria: ſicut oleo de nereidem, & de lilio
narciſcino & oleum roſ. etiam, & oleum in quo bullita eſt maſtix: & eſt inunctio bona eis proprie
cuius cholirica paſſio eſt à cibis groſſis. Iuncturę vero & lacerti inungãtur cum eis quę ſunt ſicut
oleum roſ. aromatizatum: & ſicut oleum viol. cum cera pauca. Et in hyeme cum oleo de nereiden



cum

cum cera pauca. Et emplaſtrentur ſtomachi eorum cum emplaſtris ſtypticis infrigidatiuis veheme- E
tis ſtypticitatis: & ſit in eis aromaticitas ex eis quæ ſciuiſti. Et cum neceſſarium facit timor, vt prohi-
beas choliricam paſſionem, & non euacuata ſunt omnia quæ oportuit euacuari de cibo corrupto,
& humore malo: commouente vel furioſo, tunc oportet vt temperes eum adhuc cum cibis frange-
tibus ipſum: deinde euacues eum poſt aliquot dies cum eo, quod ſoluit ipſum. Cum ergo ſenſeris
ꝙ cauſa tota non eſt ex cibo, ſed eſt illic ſicut fortitudo frigoris ſtomachi, præparabis in retinēdo vo-
mitum eorum, poſtquam vomitu expulerit quantitatem, quam oportuit expelli cum ſyrupo de
menta permiſto cum mirra pauca: aut cum virtute xyloaloes, & fac vt ſint emplaſtra eorum decli-
uiora ad calefactionem: & fac vt illi ſuper quod dormiunt ex cibo permiſta ſit virtus pullorum co-
lumbarum. Et ſint cum eis ſpecies aromaticæ ſecundum quantitatem quam exiſtimas, & panis in-
fuſus in vino etiam. Cumq; feceris habentibus hoc accidens ex potatione, & emplaſtratione illud
quod diximus, tunc neceſſarium erit vt [a] ingenium inuenias in faciendo eos dormire ſuper lectos
ſtratos cum ingenijs facientibus dormire, & cum canticis vel cantilenis, & alaragiha, & compreſſio-
ne leui ſecundum quam dormiant ſuper eam: Et cum eis quæ [b] diximus in faciendo dormire illos,
ſuper quos dominantur vigiliæ. Et oportet vt ſit [c] locus eorum locus in quo non ſit lumen pluri-
mum, neque frigus. [d] Frigus nanque expellit humores eorum ad interiora. Et neceſſitas ad trahen-
dum eos ad exteriora eſt neceſſaria. Quod ſi pulſus incipit minorari, & videris aliquid de impreſſio- F
ne ſpaſmi, & ſingultus, incipies, [c] & dabis eis in potu aliquid de vino dulci odorifero, in quo eſt ſty-
pticitas cum aqua cydoniorum, [e] tortellis: aut medullam panis ſimilaginei calidi, quantum poſſibi-
le eſt. Et ſi neceſſarium eſt ꝙ ſit fortius illo, accipiatur [f] caro plurima ex carne molli, & tenera quæ
ſit ex carne auium, & arietum, & incidatur, & ponatur ſicut eſt ī vaſe, & decoquatur quouſq; emit-
tat aquoſitatem ſuam: & forſitan ad ſe redire eam faciet, deinde exprimatur fortiter, poſt decoqua-
tur illud, quod expreſſum eſt ex ea paulatim, & fiat acetoſum cum aliquo fructuum infrigidantiū.
Et meliores eis ſunt granata, & cydonia. Et ſunt ex hominibus, qui ponunt cum eo aliquid occul-
tum ex vino, & ſorbent: & ſi digitis ſoluatur in eo panis paucus, non erit in eo malum: deinde dor-
miant ſuper illud. [g] Et non eſt malum eis vti vua penſili, de qua tempus accepit, cum appetunt eā:
& ſumere ex ea parum, maſticando grana eius bene. Quod ſi non retineatur in ſtomachis eorum
aliquid de hoc, & alijs, & declinant ad vomendum, tunc pone ſuper inferiora ventrium eorum vē-
toſas magnas apud vmbilicum ſine inciſione. Quod ſi non ſteterint ſuper ipſum, tunc ſuper illud,
quod [h] eſt inter vtraſq; ſpatulas decliues ad inferiora. Et ſi poſſibile fuerit, vt ſic dormiat, erit rectū:
& ſi fuerit ipſa declinatio ad inferiora liga quod eſt ſub aſcellis, & adiutoria eius, & fac eum dormi-
re ſi poſſibile eſt: & cum excitat ipſum dolor ventoſarum, aut inſtita, tunc reitera ea ambo ſuper ip-
ſum: & non alteres ea ambo, vſquequo ſis ſecurus, vt incipiat cibus diſcedere à vomitu: aut ſedatur G
motu deſcenſionis in fluxu ventris. tunc enim ſolue quodcunq; fuerit amborum paulatim. Si au-
tem non recipiat aliquid: immo fluxu vētris educat ipſum, tunc aggrega in cibatione eius inter ſty-
ptica, & inter ea in quibus eſt ſtupefactio aliqua, ſicut amylum aſſatum quod ponatur in decoctio-
ne corticum papaueris, & ponatur ſuper ipſum galia muſchata, & non ponas in ipſa dulcedinem.
Dulcedo enim quandoque fit cauſa ad abhorrendum, & lenitatis, & fluxus, & ſolutionis naturæ.
Cum ergo dederis ei huiuſmodi, fac ipſum dormire deſuper. Quod ſi fuerit illic vomitus, conſequē-
ter adhibeas ei cochlearium. i. de ſyrupo mentæ, aut rob eius. Et ſi fuerit fluxus ventris, præmitte ſu-
per ipſum ſuctionem aquæ cydoniorum ſtypticorum, alzarur, & pirorum alſceni, & malorum al-
ſceni muzorum, & algobeira. Sitis autem eorum frangitur cum eis quæ ſunt ſicut ſauich hordei,
aut ſauich malorum cum aqua granatorum. Et oportet vt non ſeparentur ab eis odores conforta-
tiui, & experiantur ſuper eos: & omne quod mouet in eis ſubuerſionem animę permutet ad aliud.
Et quandoque abhorrent quidam eorum odorem panis: & quandoq; delectantur eo quidam eo-
rum. Et quandoque abhorrent quidam eorum odorem iuris: & quandoque delectantur eo quidā
eorum. Et ſimiliter vinum: & ſimiliter ſuffumigationes. Fructuum autem odorem plures eorum
recipiunt. Et oportet vt non cibentur aliquo, dum non verificatur eorum fames. Quod ſi famem
patiantur ante mundificationem, non cibentur: immo mittantur in balneum, & fundatur ſuper ca- H
pita eorum aqua tepida, & exeant, & non morentur. Si autem appareat ſpaſmus, adminiſtra ſuper
iuncturas cerata leuia, calida profundātia, ſitq; in hyeme cum oleo de nereiden, & de lilio: & in ęſta-
te cum oleo roſ. & viol. [g] Et ſimiliter proijce ſuper eum pannum infuſum in oleis humectantibus
lenitiuis, & in oleo de oliuis. [g] Et oportet vt intentio ſit in mandibulis, & inceſſanter mollificetur lo-
cus coniunctionis mandibulæ ſuperioris cum inferiori, & lacerti mouentes genas inferiores ad ſu-
periora cum ceratis. Et iterum cum quieſcit vehementia cholericæ paſſionis, & dormiunt, & exci-
tantur: da eis in potu aliquid de robub: [i] & fac eos ingredi balneum cum facilitate, & non multipli-
cent moram in eo: immo quantitate qua ſumant de humiditate balnei: deinde extrahe eos, & ap-
proxima eis aromatica, [i] & ciba eos cibo pauco leui boni chymi, & fac quieſcere eos: & non di-
mittas eos plurimum bibere aquæ: & ſeparent inter aquam & vinum aut comedant ſtyptica ſuper
cibum. Et præpara poſt illud in confortando ſtomachos eorum cum eis, quæ ſunt ſicut troc. de roſ.
parui & magni: & ſicut geleniabin, & ſpodium, & cum eis quæ ſunt ſicut alcanzi. Et multoties qui-
dem fit balneum cauſa ſparſionis humorum, & materiei cholericæ paſſionis, & euentus confractio-
nis in membris.

A Ae. li. 3. ſer. 1. c. 12
B Fen. 1. t. 4. c. 6. & F. 13 t. 2. c. 9. & lib. 4. F. 1. t. 2. c. 29.
C Raſ. 11. cont. t. 1. c. 2. 124. 1.
D T. 1. c. 2. & lib. 1. F. 4. c. 7.
E Raſ. li. diui. c. 60
F Lib. de vir. cor. t. 2. de carne. & Ra. lib. diui. c. 60.
G Aet. li. 3. ſe. 1. c. 11.
H Raſ. 111. 3.
I Raſ. t. 9. c. 62.

 De



A *De regimine fluxus medicinalis.* Cap. 14.

AD hoc iam ſingulare fecimus [a] capitulum, vbi diximus medicinas ſolutiuas, & vomitiuas, &
earum adminiſtrationem. Sed cum hoc nos dicemus breuiter, ꝙ ī principio ſui oportet vt cu-
retur cum lactibus & oleis, & proprie cum ingeniatur in lactibus vt ſint ſtyptica: & in oleis vt ſit in
eis aliquid ex hoc. Hoc enim temperat cauſam agentem mordicationem. Et quandoq; ſufficiunt
in principio [b] lac, & oleum, & aqua calida: & qnq; eſt ſanatio in potando iſta vna vice poſt aliā. Et
bibatur aqua calida, & proprie cum adhæret ex ſubſtātia medicinæ aliquid ſtomacho, & inteſtinis.
Ipſa enim remouet eius audaciam: deinde cum ſequitur ad illud clyſtere glutinatiuum temperans
eam: & cibus ſimiliter eſt iuuatiuus.

A Lib. 1. F. 4. c. 7.
B Raſ. 13. conti. t. 1. c. 1. 157. 1.

*De cura fluxus critici.* Cap. 15.

NOn oportet vt retineatur fluxus creticus, cum nō perducit ad timorem. Quod ſi ſuperfluat,
curetur cum propinquo illi, quo curatur cholirica paſſio: verumtamen non oportet vt cibet
aqua carnis, ſi fuerit ægritudo acuta valde: immo cibetur eo in quo eſt infrigidatio, & ingroſſatio: ſi-
cut eſt ſorbitio facta ex ſauich hordei, & ſauich malorum. Et ſi tolerat carnem, cibetur cum eis quæ
ſunt ſicut piſces recentes decocti cum granis granatorum: aut cum aqua eorum conditi cum ſemi-
nibus ſtypticis: & quæ ſunt ex coriandro in aceto poſito, & exiccato, & ſimilibus ei.

B *De tenaſmone. i. tineſmo.* Cap. 16.

PRincipium quod te oportet ſcire de diſpoſitione tenaſmon eſt an eſt tenaſmon verum, aut te-
naſmon mendoſum. Et tenaſmon quidē mendoſum eſt, vt ſit in ano fex ſicca retenta. Et qnq;
exprimitur ex ea aliquid. Et qnq; abradit inteſtinum propter laborem, qui prouenit ex motu eius:
qnq; enim eſt illud, & exiſtimatur ꝙ illic ſit tenaſmon. Si ergo eſt aliquid ex illo, oportet vt cures ip-
ſum cum clyſteribus lenibus, & cum collyrijs mordicatiuis, ꝙ ſi non agunt clyſteria lenia, acue ea
cum lenitate, & humiditate ſua, aliqua acuitate, vt extrahatur graue ex eis: deinde ſi indiges in reli-
quo humiditate, & lenitate pura, ſis contentus eis. Et qnq; indigebis, vt in potu des pilulas de bdel-
lio, aut gummi albotin, ſi fuerit illic groſſitudo materiei. Et ſi fuerit caliditas, indigebis eis quæ ſunt
ſicut caſiafiſtula, & ſyrupus viol. & ſimilia, & pilulis factis ex medulla caſiæfiſtulæ cum ſucco liqui-
ritiæ, & dragaganthо. Si autem fuerit tenaſmon purum, tunc ſi fuerit cauſa eius frigus aduenięns
ano, curabis ipſum vaporationibus cum pannis calidis, & cum furfure cum quo vaporabuntur
anus, & coxę, & pecten, & emunctoria. Et ſedeat ſuper milium & ſalē calefacta ambo in panno.
Aut vaporetur cum ſpongia, & aqua calefacta: & cum ſpongia ſicca calefacta. Et inungatur cum
cerato ex quibuſdam oleis calidis, & ſtypticis: calefiat locus eius. Et liniatur cum vino calefacto,
& oleo omphacino: aut pręcipe ei vt ingrediatur balneum calidum, & ſedeat ſuper terram calidā.
C [c] Et ſcias ꝙ frigus nocet tenaſmon in pluribus horis, & propter illud eſt calefactio ſubtilis confers
ei in pluribus diſpoſitionibus. Et ſimiliter ſunt plures ſpecies tenaſmon quibus confert vaporatio:
ſicut nocet eis infrigidatio. Et pluribus ſpeciebus eius nocet adminiſtratio ciborum qui generant
chymum groſſum & viſcoſum. Et ſi fuerit cauſa eius durities rei ſuper quam ſedit homo, mollifice-
tur cum cerato ex oleo anethino aut chamęmillino cum bdellio, & cera: aut cum oleo calido in quo
ponas ſpongiam, & approprinques loco. [d] Et ſi fuerit cauſa eius apoſtema calidum, ſtude in retinen-
do illud, quod currit ad apoſtema in via venarum, aut ex via fluxus: & rege apoſtema, & tempera
humorem calidum. Et oportet vt curetur in initio ſui cum phlebotomia, ſi neceſſarium fuerit: &
[d] cum minoratione cibi multa: immo fac eum ieiunare ſi poſſibile eſt ei illud duobus diebus. Et vt
adminiſtres ſuper eum in principio aquas & embrocas, quæ declinant ad frigus aliquod cum mol-
lificatione & prohibitione eius quod effunditur ad ipſum. [d] Et ex eis quæ conferunt ad ipſum, eſt
filtrum infuſum in aqua myrti, & roſæ cum alcanna pauca. Et fiat clyſtere etiam in primis cum eis
quæ ſunt ſicut aqua hordei, & aqua ſolatri, & aqua roſ. & oleum roſ. & albumen oui. Et ſi cauſa
fuerit fluxus, retinebis ipſum ſicut [e] ſcis. deinde embrocabis & emplaſtrabis cum mollificatiuis ex
chamæmilla, & anetho & commiſtis cum eis, quę ſcis ex ſtypticis: deinde adminiſtrabis maturatiua.
Et ſi fuerit illic collectio, adminiſtrabis aperitiua poſt digeſtionem, & iam ſciuiſti omnia illa in locis
D præteritis. Et quandoque confert clyſtere cum oleo dulci decocto cum aliquo ex ſtypticis. Et cum
tu cibas, melius quo cibas eſt lac recenter mulctum decoctum, quoniam retinet fluxum deſuper, &
lenit locum. Et ex medicinis bonis cum vis maturationem, & reſolutionem, & ſedationem dolo-
ris, eſt emplaſtrum de fœnugręco & maluis, & emplaſtrum de meliloto, & emplaſtrum de caulibus
decoctis. Quod ſi neceſſarium fuerit fortius, ponatur cum eo parum cæpe aſſatæ, & parum bdellij.
Et ex maran expertis, cum apoſtema eſt inflammatum, doloroſum, eſt vt [f] ſumatur plumbi aduſti
& lauati, & ceruſſæ plumbi factæ cum putrefactione, & merdaſengi conditi partes æquales, & con-
ficiantur cum vitello oui, & oleo roſ. Et nos probauimus ipſum, & inuenimus in fine vltimum. Et
ſi vis diſtilla ſuper ipſum aquā ſolatri, aut aquā coriandri. Et ſi vis adde in ipſo clymiam. [f] Et quan-
doq; confert eis chimolea ſola cum vitello oui, & oleo roſ. Quod ſi cauſa tenaſmon fuerit apoſte-
ma durum, curabis ipſum cum eo, quod ſcis de curatione apoſtematum durorum. Et ex eis quæ
experta ſunt in hoc, eſt vt ſumantur bdellium, & crocus, & alcāna, & alkeiri citrina ſicca, & ceruſſa
plumbi: deinde aggregentur illa omnia cum vnctuoſitate adipis gallinæ, & anatis, & medulla cru-
ris vaccarum, & proprie vituli vaccarū, permiſtis cum vitello oui, & oleo alkeiri, & fiat
ex eis maram. Si autem fuerit cauſa eius humor putrefactus, imbibitus, illic ex phlegmate aut cho-

C Hipp. & Galę. 5. apho. 22.
D Raſ. 13. cōti. t. 1. c. 1. 166. 1.
E T. 1. c. 4.
F Ser. 3. c. 27.

 lera

lera, aut fuerit phlegma viſcoſum, curabis ipſum cum ablutiõe. Et illa quæ melior eſt, eſt quæ fit cũ E
eis quæ ſunt [a] ſicut aqua oliuarum ſalitarum, cum qua fiat clyſtere mẽſura mediæ lib. ſumpta ex ea, donec egrediatur illud quod eſt illic: aut fiat clyſtere ex ſucco foliorum ſiclæ cum virtute violarum, & turbit: deinde cura ipſum cum ſedantibus dolores ex collyrijs tenaſmon. Et qñq; facit neceſſariũ phlegma potare pilulas fœtidas. Et ſi fuerit cauſa reſiduum eius quod deſcendit in hora, tunc ſi illic fuerit fluxus retinebis ipſum. Cumq; retinueris, conſiderabis: nam ſi æger tolerauerit, & non fuerit ſpes ꝙ fluxus redeat, clyſterizabis quam leuiter poteris: aut ſuppones collyrium ex violis cum pauco ſale, ſi materia fuerit cholerica, & ex medulla caſſiæfiſt. coagulata cum pauco baurac, & turbit, ſi fuerit materia phlegmatica. Et ſi non audes illud, expelle cum eo quod mollificat, & ſtupefacit, & ſedat dolorem ex embrocis, & collyrijs. Et quando difficile fit tenaſmon, & nõ eſt illic materia egrediens, & non eſt niſi eleuatio ad ſcellam frequens, cuius qñq; eſt cauſa apoſtema durum, & qñq; eſt frigus inſeparabile, tunc aſſidua vaporationem [b] eius cum lana infuſa in oleo calefacto: ſicut oleo roſ. & oleo myrtino, & viol. & chamemillino, & pauco vino: & infunde cum illo oleo anum & pectinem, & teſticulos. Quod ſi non ſedetur, [b] tunc clyſteriza ipſum cum oleo ſiſamino tepido: & retineat ipſum per horas aliquas: qm̃ ſanat eum. Et hoc quidem regimen antiqui dixerunt, & fecerũt ipſum quidam poſteriorum: & nos iam experti ſumus ipſum: & eſt vehementis iuuamenti. Si autẽ fuerit ab vlceribus, & corroſione, conſidera, & tunc ſi eſt natura ſicca, non dimittas ſiccitatem eius: F
immo ſtude in leniendo ipſam cum æquali lubricitate, vt præcipitetur egeſtio. ſiccitas enim egeſtionis in huiuſmodi ægritudine eſt mala valde: & oportet vt non cibentur amaris, neq; ſalſis valde, neque acutis, neque acetoſis valde: omnia enim illa faciũt egeſtionem mordicatiuam, & doloroſam, aut excoriatiuam. Et ad vltimum oportet vt cures ipſum curatione corroſionis inteſtinorum, & alcholæ ipſorum, confidens in collyrijs. Et ſi indigueris mundificatione, incipies, & clyſterizabis ipſum ex aqua mellis, & pauco ſale commiſto ei. Et ſi ſit clyſtere eius ſicut hoc clyſtere non facit aliquid, id eſt nõ nocet in inteſtinis: aut fac collyrium ex melle, & baurac, & adminiſtra ipſum, deinde labora in curatione vlcerũ. Et ſi fuerit ab hæmorrhoidibus, & fiſtulis, & rhagadijs, curabis cauſam cum eo quod [c] dicemus in capitulo ſuo.

A Ser.t.3.c.17.
B Raſ.13. conti. t.t. c.2.166.1.
C F.17.c.19.

*De collyrijs quæ ſupponuntur ad tenaſmonem.* Cap. 17.

COllyriorum autem, quæ ad tenaſmon ſupponũtur melius eſt, quod ex eis eſt magis ſtypticũ. Et ex eis eſt collyrium [d] Alex. notum: & ex eis eſt collyrium de ſandaracha: & collyria plurima ex eis, in quibus eſt narcoticitas quæ iam diximus in [e] curatione vlcerum. Deſcriptio collyrij ad tenaſmon. Recipe opium, caſtoreum, & thus, & crocũ, fiat ex eis collyrium, & ſupponatur. Et iterũ gallæ immaturæ, ceruſa plumbi, thus, ſang. draconis, opium. Emplã vero ſunt emplã facta ex vitello oui, & medulla ſimilaginei panis & chamæmilla: aut aqua eius expreſſa ex ea quæ humida eſt, & G
anetho ſicco, & althæa, & mucilagine ſeminis lini, & ſimilibus. Et ex bonis quibus fit emplaſtrum ano eius ſunt porri [f] †{ſcemi} decocti elixati cum butyro vaccino, & oleo roſ. & pauca cera colata. Suffumigationes autem ſunt ſuffumigationes notæ ad eos, quibus vtantur cũ dolor fit fortior, [g] ita vt ſedeant ſuper ſedem perforatam ſuper quam æquetur anus: aut ponatur ſubtus traiectorium p quod fiat ſuffumigatio. Ex illis itaq; eſt, vt fiat ſuffumigatio ex cappare vel radice capparorum, & nucleis oliuarum, & ſtercore cameli. Et ſi fiat ſuffumigatio cum plurimo [h] ſulphure ſubito iuuatur eo. Aquæ vero in quibus ſedent quidam, vt ſedetur dolor, ſunt ſicut aquæ in quibus decoquuntur maluæ, & anethum, & chamæmilla, & althæa, & melilotum. Sed vt retineatur illud, quod currit, ſunt aquæ in quibus decoquuntur ſtyptica. Et oportet vt aggregetur inter aquas ſm̃ neceſſitatem. Quod ſi anus egrediatur, lauetur, & mundetur, & reducatur: & ſedeat ille cuius eſt in aquis ſtypticis valde: aut fiat ei emplaſtrum poſt reductionem, & reuerſionem cum ſtypticis fortibus contritis: & aggregatis cum quibuſdam ſuccis ſtypticis.

D Lib.8.c.7.
E C.7.
F † Syriæ
G Ser.t.3.c.17.
H Sera.t.3.c.17. & Raſ.13. con.t.t.c.2. 166.1.

TRACTATVS III. *De inceptione ſermonis de doloribus inteſtinorum.*

*De punctione.* Cap. 1.

CAuſæ punctionis aut ſunt [i] ventoſitas coarctata, aut [i] ſuperfluitas acuta, mordicatiua, aut barauchia ſalſa mordicatiua, aut groſſa viſcoſa vel hærens quæ non expellitur, aut H
vlcus, & apoſtema, aut ſerpentes, & aſcarides. Et ex punctione eſt, quæ eſt ſm̃ ſemitã criſis: & eſt ex ſignis eius. Et omnis punctio vehemens eſt ſimilis colicæ: & cura eius, eſt cura colicæ, [k] niſi cholericæ: nam ſi ipſa curatur illa cura, eſt in ea timor magnus: immo punctio quę non eſt cum fluxu, [l] cum fortior fit, eſt colica aut iliaca. Et qñ peruenit punctio ad cuzez, & vomitum, & ſingultum, & deſtructionem rationis, ſignificat mortem.

I Ser.t.3.c.29.
K C.2.&.3.
L C.7.

*De ſignis.* Cap. 2.

VEntoſa quidem fit cum rugitu, & inflatione, & extenſione, ſine grauitate, & quiete cum exitu ventoſitatis. Factã vero ab humore cholerico ſignant ſup ipſam paucitas grauitatis cũ vehementia mordicationis inflãmatæ, & ſitis, & exitus eius in egeſtione, & eſt ſilis colicæ. [m] Et ſi curetur cura eius, erit timor maximus. Signa autẽ factæ ab humore baurachio, ſunt mordicatio cum grauitate addente, & egreſſio phlegmatis in egõne. Et ſigna factæ ab humore groſſo, viſcoſo ſunt grauitas, & adhærentia doloris in vno loco, & exitus huius generis in egeſtione. Et ſigna factæ ab vlceribus ſunt ſigna excoriationis nota. Et ſigna factę ab apoſtemate ſunt ſigna apoſtematis dicta i [n] cap. colicæ. Et ſigna factæ à vermibus ſunt ſigna vermium dicta [o] in capitulo vermium.

M C.1.&.3.
N 14.
O T.5.c.3.

De cura



A *De cura.* Cap. 3.

OPortet in omni punctione materiali propter materiam eius quę ſucceſſiue effundit vt vomat habens eam: deinde ſoluatur. Sed pũctio quæ eſt ex ventoſitate, curetur prius cum regimine conueniente, & alienatione eius ex quo generatur ventoſitas, & minoratione comeſtionis, & paucitate potus aquæ ſuper cibum, & paucitate motus ſuper cibum. Deinde ſi fuerit ventoſitas inſeparabilis, tunc oportebit vt curẽtur inteſtina cum clyſteri euacuante humorem euaporantem in eis, & adminiſtretur in eo adeps gallinæ, & oleum roſ. & cera. Aut cum eo quod bibitur, ſi fuerit ęgritudo ſuperius, ſicut alſeriaran, & electuarium de dactylis, & hiera in aqua de ſeminibus: & ſimiliter diacydoniten. Deinde ſumat ea, quæ ſunt theriaca, & ſaganea & ſimilia: & ſicut ſemina reſolutiua ventoſitatum. Deſcriptio clyſteris. Decoquantur polypodij cẽtaureę, cymini, anethi, rutę ſiccę, fœnugræci, ſeminis apij partes ęquales in aqua decoctione bona, deinde ſumatur ex ea pondus. c.3. & ponantur, & diſſoluantur in ea ſerapini, & bdellij amborum añ. 3.5. aut minus, aut plus ſm̃ neceſſitatem: & diſtillentur ſuper ea olei de nereiden. 3.x. aut olei rutæ. 3.x. & mellis. 3.x. Puluis. [a] Recip. cymini, baccarum lauri, rutæ, & ameos omniũ ana. 3.5. & penidij lapidoſi. 3.v. fiat ex eis puluis, & eſt doſis. i. Et iterum ſumantur centaureæ groſſæ pondus aur. i. cum decocto. Et ex eis quæ ſunt mirabilis iuuamenti apud [b] experimentatores eſt [c] †{chiab} porci aduratur, & ſumat ipſum in potu habens punctionem ventoſam. Aut dẽtur in potu de granis lauri ſiccis ſolis duo cochlearia. Et ex eis
B quæ conferunt ei & phlegmaticæ eſt illud, quod Recipe granorum alben & carpobal. amborum ana. 3.i. bibatur in aqua calida in mane & ſero. Et ex emplaſtris cõibus vtriſq; ſunt auellanæ aſſatæ cum corticibus ſuis, cum quibus calefactis vel actu calidis emplaſtretur locus. Et ſimiliter vaporationes cum eis quæ ſunt ſicut anethum, & ruta, & ſanſucus ſicca. Et emplaſtratio vmbilici, vel ſuminis cum granis lauri contritis confectis cum vino, aut cum aqua rutæ, & reſeruata tota nocte, iuuatiua eſt valde. Et cibus ventoſæ & phlegmaticæ fit ex eis quæ ſunt ſicut ius alcanabir, & gallorũ decrepitorum æquatum cum anetho plurimo & ſpeciebus vel pipere, & ſeminibus. Et ſit contentus iure. Et ſit panis, panis ſalitus bene confectus. Et [d] †{alkiskar} rectior eſt ei. Et vinum ſit vetus ſubtile. Et oportet vt vtantur exercitio ſubtili ante cibum. Et ericius aſſatus ſecundum ꝙ dicitur confert, punctionibus omnibus. Factæ autem ex phlegmate viſcoſo appropinquatur cura eius curæ ventoſę, niſi quia oportet vt intentio ſit in mũdificando plus, aut de ſubtus, aut deſuper. Et ex eis quæ conferunt illis in ipſa, ſi non fuerit fluxus, eſt ſuffuſamoni. Et confert ei ſumere in potu naſturtium cum paſſulis, & troc. aleſeniati. In facta autem ex phlegmate ſalſo, oportet vt incipiatur ab euacuatione eius cum clyſteribus, quæ recipiunt turbit, polypodium, in quibus ſit ęquatio aliqua cum eis quæ ſunt ſicut ſebeſten, & viol. & vt euacuetur etiam cum eis quę ſunt ſicut hiera pi
C cra, & dyacidoniten. Deinde adminiſtrentur cibi boni chymi, impinguati pinguedine boni: ſicut pinguedo facta ex carnibus arietum lactentium vel agnorum lactentium, & gallinæ, & pullorum pinguium. Et minoretur cibus cum bonificatione eius: & bibat vinum ſubtile paucum. Et ex eis quę conferunt in omni punctione frigida, eſt ſumere in potu aquã mellis cum granis [e] †{alraſad,} & aniſo, & acoro, & granis lauri, & ariſtol. & folijs lauri, & centaurea, & xylobal. & ſingulariter & compoſite. In facta autem à cholera oportet vt conſideretur, ꝙ ſi fuerit illic virtus fortis, & materia plurima, euacuetur cum eis quæ ſunt ſicut decoctio myrobal. citri. & ſicut aqua granatorum, & parum ſcammoneę, aut abſque ſcammonea: immo ſola, & ſequatur eam aqua calida. & cum eis, quæ ſunt ſicut decoctio tamarindorum, & caſiefiſt. & ſiracoſt. & quę ſunt ſimilia illis. Deinde ęquetur materia cum eis, quę ſunt ſicut ſemen pſyllij cum oleo roſ. & aqua granatorum, & ſuccus cucumeris cum oleo roſ. Et emplaſtretur venter cum emplaſtris frigidis, & ſint in eis ſolatrum, & ſuperiora vitis, & oportet vt miſceantur cum eis etiam ſicut abſinthium. Et cibi ſint illi qui fiunt de lẽtibus & de ſumach, & de ſpinachijs, & de berberis, & ſimiles illis. [f] Et oportet vt caueatur ab errore cadẽte in ea: & exiſtimatur ꝙ ſit colica, & curatur cura eius, & moritur infirmus. Verũtamen nos redibimus ad cognitionem integram eius, quo oportet, vt curetur hęc pars punctionis, cum [g] loquemur de ſpeciebus colicę cholericę. Expectetur ergo complementum eius ſermonis in eo illic. Factę autẽ
D ab vlceribus cura, eſt cura vlcerum: & iam diximus eam. Sed factę ab apoſtemate cura, eſt cura apoſtematum. Verum factę à vermibus cura, eſt cura vermium.

A Ser.t.3.c.29.
B Dioſc.lib.2.c.49
C † talus
D † panis aliqualiter furfuraceus.
E † naſturtii
F C.1.&.2.
G T.4.c.17.

*De rugitu, & egreſſione ventoſitatis abſque voluntate.* Cap. 4.

RVgitus [h] generatur ex multitudine ventoſitatis: & [h] generant ipſum cibi inflatiui: aut malitia digeſtionis propter aliquam cauſarum in malitia digeſtionis quę eſt in membris, aut eſt in cibis. Et plurimum quidem eſt in membris, & nõ fit niſi propter frigiditatem: aut propter caſum virtutis, ſicut in fine phthiſis. Et plurimum quidem fit cum lenitate naturę, & ſtimulatione neceſſitatis egeſtionis. [i] Et qñq; fit in inteſtinis ſuperioribus ſubtilibus, & eſt ſonitus eius acutus: & fit in groſſis, & eſt ſonitus eius grauior. Et qñ permiſcetur ei humiditas, eſt decliuis ad gurgulationẽ. Et quãdoq; rugitus, eſt ſignum criſis. & eſt pronoſticatio fluxus ventris, & qñq; accidit propter communitatem ſplenis. [k] Et qñq; rugitus accidit multoties patientibus mirachialem paſſionem propter oppilationes multas, propterea ꝙ inteſtina eorum infrigidantur. Et qñq; fit cum in hepate eſt debilitas. Exitus autem ventoſitatis abſq; voluntate, quandoq; fit propter mollificationem recti, & quãdoq; fit propter mollificationem ieiuni: & diſtinguitur inter vtraſq; per illud, quod videtur de paucitate ſenſus ani, aut ex ægreſſione eius.

H Haly.9.the.c.25.
I Gal.3. de ſympt. cau.c.1.17.f.g
K F.1.t.4.c.19.



De cura

*De cura.* *Cap. 5.* E

REgatur cum alienatione ciborum inflatiuorum, plurimorum, cum tolerantia famis, & confortatione digeſtionis cum eis quæ iam ſciuiſti, & reſolutione vẽtoſitatis cum medicinis quas dicemus in [a] capitulo colicæ ventoſæ. Et ex eis quæ bona ſunt in hoc in pluribus horis eſt diacyminum, & iterum diapepereon, & iterum acorus conditus. Et ſi fuerit cum fluxu, [b] tunc alcanzi. Et iterum ſumatur cymini, & ameos, & [c] †{keiſim,} & carui, omnium añ. pars. i. aniſi partes. ij. & fiãt ex eis ſuffuf cum penidijs lapidoſis pondere. ʒ. v. Et curetur exitus ventoſitatis abſq; volũtate curatione paralyſis ani, aut aſſumptione theriacæ, & olei [d] alkelkelanegi: & inungatur illud quod eſt ſupra vmbilicum cum oleo coſtino, & ſimilibus, ſi fuerit propter ieiunum.

*De colica & retentione fæcis.* *Cap. 6.*

COlica eſt ægritudo inteſtinalis doloroſa cum qua difficilis fit exitus eius quod egreditur per naturam. Et colica quidem ſm [e] veritatem eſt nomen eius in quo eſt cauſa in inteſtino groſſo colon, & quæ ſequuntur ipſum: & eſt dolor qui multiplicatur [f] in eis propter frigus eorum, & propter ſpiſſitudinem ipſorum: & propter [g] frigus eorum multiplicatur ſuper ea adeps. [h] Quod ſi eſt in inteſtinis gracilibus, tunc nomen proprium ei ſm ſcientiam veram eſt ileos. [h] Verum qñq; nominatur ileos in quibuſdam locis colica, propterea quia vehementer eſt ei ſimilis. Et cauſæ colicæ, aut cadunt proprie in colon, aut cadunt in alijs, & perueniunt ad ipſum ſm ſemitam cõitatis. F Et cauſæ eius quæ cadunt in ipſo proprie: aut ſunt malitia complexionis ſingularis [i] calida, aut frigida, aut ſicca. Et calida quidem operatur α propter vehementiã exiccationis eius, & propter vehemẽtiam conuerſionis vel directionis cibi ad hepar, & expulſionis eius ad ipſum. Et frigida congelatione ſua, aut faciendo accidere malitiam complexionis nociuam. & plurimum eius eſt in terris frigidis, & cum flat ſeptentrio. β & frigus quidem quandoque facit illud, propterea ꝙ reſtringit lacertos vẽtris, & peruenit calefactio eius ad concauitatem, & exiccat fęcem, [k] & γ ſtringit lacertum ani, & expellit fęces, & quod cum eis eſt ad ſuperiora. Et ſicca operatur propter priuationem eius, quod lubricat fæcem, & inuentionem eius quod exuccat eam, & exiccat ipſam. Malitiã autem complexionis [l] humidæ ſingularis, non ſemper eſt cauſa colicæ, niſi accidat ex ea accidens, quod ſit cauſa colicæ, frigida aut humida materialis: Aut ſunt malitia complexionis cum materia. ſ. aut cum materia calida quæ inflammat, & mordicat, & ſeparat continuitatem, & pertranſit terminum punctionis, perueniẽs ad terminum colicæ: aut frigida, & facit dolorem propter malitiam complexionis diuerſæ frigidę, aut cum eo quod accidit de ſeparatione continuitatis cum tranſitu eius quamuis fuerit illa non pura vel nõ vera colica, & qñq; facit ipſum accidere frigus propter hoc, quod generatur ab ipſo ventoſitas in corpore inteſtinorum, hora poſt horam. [m] Et qñq; eſt humor faciens hunc dolorem, aut illum, qui propinquus eſt ei, melãcholia. [n] Et qñq; eſt eius euentus cũ paroxyſmis, & apud G comeſtionem cibi. Et qñq; ſedat ipſum vomitus rei acetoſę, melancholicę: licet ſit huiuſmodi vomitus in huiuſmodi dolore ſm plurimum phlegmaticus: & generat ipſum frigus membrorũ: aut malitia digeſtionis, & cibi, & fructus, & olera. Aut eſt cauſa colicę proprie, oppilatio prohibens egeſtionem, & hu. & ventoſitates à penetratione, & ipſi expelluntur, & accidunt dolor, & extenſio maxima. Et plurimum huius oppilationis, cum non eſt apoſtema, accidit poſtq̃ repletur [o] monoculũ: δ deinde peruenit ad colon. Et hæc oppilatio, aut eſt ex apãte in inteſtino: [p] & plurimum eius eſt calidum. Aut ex hu. ε phlegmatico, viſcoſo, implente ſpatium eius, & oppilat ipſum. & [q] eſt illa quæ fit ſm plurimum: [r] & eſt illa ζ quæ iuuatur febre. Aut ex ventoſitate accidente: aut propter torſionẽ contorquentem inteſtina propter ventoſitatem torquentem, aut diſruptionem ligamenti: aut rupturam. & herniam, & [s] expulſionẽ inteſtinorum ad partes inguinum, & teſticulorũ: aut rupturã ſupra illud: aut [t] propter vermes congregatos cõprimentes, ſeu oppilãtes. [u] Aut propter fæcem ſiccam, & hęc fęx ſicca eſt, qm̃ ipſa eſt fęx ciborũ ſiccorũ: aut quia remanet tp̃e longo, & ſiccaĩ. [x] Et eſt cauſa remanentię eius, debilitas expulſiuę in inteſtinis: & multoties eſt hęc remanentia propter potum rei narcoticę ſtupefacientis virtutes operantes in fęce: & cum hoc congelantis etiam, aut ꝓpter debilitatem virtutis exprimentis q̃ eſt in lacertis ventris, ſicut accidit ei qui multiplicat coitũ. [x] Aut propter deſtructionem ſenſus inteſtini. [y] Aut paruitatẽ effuſionis cholerę expellẽtis, lauantis. H Aut qm̃ meſaraica exuccat ex ea humiditatẽ plurimam. Aut pp ꝓuocationẽ ſudoris ſuperflui: aut exercitia facientia ſudare. [z] Aut propter vehemẽtiam raritatis corporis propter cõplexionem quę eſt in ipſo: quare p̃paratur ad attractionem aeris continentis calidi: & pp hoc eſt balneatio cũ aqua calida ex eis, quæ retinent naturã. [a] Aut pp aerem, ex calefactione cuius cõſequiĩ, vt attrahat humiditates, & ſi fuerit abſq; raritate. Aut pp raritatem fiſtuloſam. Et qñq; fit propter artem facientem neceſſarium tactum caliditatis, ſicut vitrearia, & ferraria, & fuſoria. α Aut [b] propter cõplexionem in vẽtre ipſo calidã valde, exiccantẽ caliditate ſua, aut eſt [c] cauſa in illa caliditate in paucis diſpõnibus [d] multitudo cholerę acutę effuſę ad ventrẽ adurentis fęcẽ, cum inuenit eã p̃paratam propter paruitatem ſuã: aut pp ſiccitatem ſubſtantię ſuę. Et hoc eſt ſm minus, ſed ſm plm̃ ipſa ſoluit naturam. Et cum accidit hęc colica quę eſt ſm minus vel raro, nocet inteſtino, & dolorem facit vehementem intolerabilem. Et qñq; eſt cauſa illius caliditatis [e] vehementia β frigoris aeris exterioris, quare coarctat caliditatem interius, & cũ hoc ꝓuocat vrinã, & [f] conſtringit γ anũ: quare impellit fęcem ad ſuperiora: aut propter complexionem ſiccam in inteſtinis, & ventre: quare exiccaĩ fęx: aut propter tenaſmon & apoſtema rectũ: quare retinetur fęx. [g] Et exiſtimauerunt quidam ꝙ qñque lapideſcit illud, quod

retentum

A T.4.c.3.
B Li.5.sũ.1.t.3.c.13.
C † liguſticum
D Li.5.ſum.1.t.10.c.19.
E Hal.9.the.c.27.
F Ga.6.loc.af.c.2.h.a
G Ser.t.3.c.26.
H G.6.lo.aff.c.2.a
H T.4.c.30.
I Raſ.21.cont.t.1.c.1.205.3.
*Infra* α
*Infra* β
k T.1.c.2.
*Infra* γ
L F.1.t.2.c.1.& li.1.F.2.d.2.ſũ.1.c.19.& G.li.2.de medic.cõpo.ſm loc.c.1.h
M F.13.t.2.c.1.
N F.1.t.4.c.19.& F.13.t.2.c.1.
O Raſ.21.con.t.1.c.1.206.1.
*Infra* δ
P C.14.
*Infra* ε
Q Raſ.li.diui.c.69.
R G.6.aph.44.e
*Infra* ζ
S Fen.22.t.1.c.2.& Raſ.21.cont.t.1.c.1.206.1.
T T.5.c.1.
V G.3.de ſymp.cã.c.2.h
X Gal.ibi.c.2.27 d
Y Fen.15.t.1.c.3.& li.1.F.1.d.4.c.1.& li.13.de aïal.c.2.& G.2.aph.20.g
Z Raſ.li.diui.c.69
A T.1.c.2.& Ra.li.diui.c.69.
*Supra* α
B Raſ.li.diui.c.69.
C F.15.t.1.c.3.
D Raſ.21.cont.t.1.c.1.206.3.& 205.4.
*Supra* β
E T.1.c.2.
*Supra* γ
F T.1.c.2.& Ga.3.de ſymp.cã.c.2.h
G T.1.c.2.& Gal.6.lo.aff.c.2.f



A retentum eſt in inteſtinis, & egrediĩ lapis. Illa aũt q̃ eſt per cõitatem, eſt ſicut ſi accidat ĩ hepate, [a] aut in veſica, aut in [b] renibus, aut in [c] ſplene apã: & cõicet ei inteſtinum per hoc, qđ coarctat illud apã de ſubſtantia eius, & conſtipat ipſum, & oppilat illud. Et ſicut ſi cõicet renibus in doloribus lapidis, & debiliteĩ operatio eius in expulſione humorum: quare retineñ in ipſo, & accidit colica p cõitatem lapidis: quamuis dolor lapidis ſit ex eis, quæ ſimilanĩ dolori colicæ, & occultaĩ niſi illi, qui prouiſionem hẽt. Et nos [d] dicemus differentiam inter vtraſq; cum ſignis. Et qñq; accidunt [e] colica, & ileos ſm ſemitam accidentiæ ægritudinũ [f] peſtilentialiũ, aduenientium, & perueniunt de regione ad regionem, & de hoĩe ad hoĩem. Et iam retulit illud quidã medicus de antiquis: & dixit, [g] †{ꝙ perueniebat quidam eorũ ad ϰ epilepſiam: & erat epilepſia mortalis: & θ qdã ad dislocationem inteſtini colon, & mollificationẽ eius cũ ĩcolumitate [h] ſenſus eius, & ſperabaĩ cũ hmõi euaſio. Et erat plm̃ eius ileos, & lædebaĩ colõ ſm ſemitã permutationis ſilis criſi. Inquit, & quidam medici curabant eos cura mirabili. ip B ſi nanq; cibabãt eos lactuca, & endiuia, & carnibus piſcium groſſis: & carne carentis vel nõ habentis vngulã duram in pedibus, & oĩbus illis infrigidatis, & aqua frigida, & acetoſis: & ſanabant eos cum hoc, ita, ꝙ ſanabant oẽs qui nõ ceciderant in epilepſiam, & paralyſim prædictam. Et ſanabant quoſdam eorum in q̃bus erat inceptio epilepſiæ.} Et qñq; accidit colica habentibus [i] tetanũ: quare deficiunt in expellẽdo fęcẽ, & hu. ab inteſtinis ſuperioribus, ſicut ipſi deficiunt in retinendo qđ eſt in inferioribus. Et qñq; eſt frigus cõpl'onum eorum cã colicę. [k] Et ε plm̃ quidem accidit colica à phlegmate groſſo: deinde à ventoſitate forti facta, & penetrante in tunicis inteſtinorum, & villis eorum: & pp ſeparationem continuitatis eorum. [l] Ventoſitas. n. ſpargiĩ in ſtõ pp amplitudinẽ ſtomachi, & pp caliditatem ſtomachi, & propinquitatem mẽbrorum calidorũ ad ipſum: & ſpargiĩ ex [m] inteſtinis ſuperioribus pp gracilitatem inteſtinorum ſuperiorum: & retineĩ in inteſtinis alijs: pp contrarium illius ex frigore eorum, & conſtrictione ipſorum, & multitudine reuolutionis in ipſis, & ſpiſſitudine tunicarum eorum. Et colica vẽtoſa quamuis non ſit euacuata ex materia, quæ ſit materia ventoſitatis, tñ nõ comparaĩ illi materiei: qm̃ materia ſola non oppillat viam ei quod egrediĩ, & neq; facit dolorẽ p ſe: immo p illud quod accidit ab ea. Et phlegma facit dolorem p ſe, & oppilat per ſe: reliquę aũt diuiſiones minus illis. Et ex C eis quæ præparant inteſtina ad colicam: & ꝓprie ventoſam, eſt [n] vinum plurimę commiſtionis, & [o] olera, & proprie cucurbita, & [p] fructus recentes, & proprie vua & [q] potus aquę ſuper eos: & motus ſuper eos, & coitus, & [r] retentio ventoſitatis volentis egredi, & aduentus frigoris vehementis ad inteſtinum, & infrigidantis ipſum, & inſpiſſantis illud. Et ex eis quæ præparant inteſtina ad fęcalẽ eſt comeſtio ouorum aſſorum, & pirorum, & [s] cydoniorum ſtypticorũ, & [t] †{alfethit,} & ſauich, & milij, & rizi, & quæ ſunt ſimilia illis. [u] Et iterum retentio egeſtionis volentis egredi qñq; facit cadere in ipſam: & coitus plurimus: & proprie ſuper cibum groſſum. Et oĩs colica ex humore groſſo aut ex fęcibus eſt, qm̃ impleĩ δ monoculum prius ſm plm̃ ex materia ſua, deinde ꝑuenit ad alia. Et dum non eũatur materia quæ eſt in monoculo, non accidit complemẽtum ſanitatis. Et qñq; eſt colica veniens deſup. & quotieſcunq; fit clyſtere aut euaporatio ſeu fomentatio deſcẽdit materia, quare duplicaĩ dolor. [x] Et ζ febris quidẽ eſt iuuatiua in oĩbus doloribus colicę, cuius cauſa eſt ventoſitas groſſa, aut phlegma: aut malitia compl'onis frigidæ: & eſt ex rebus velocius ſanantibus ventoſam. [y] Et colica quidẽ multoties ꝑmutatur ad θ paralyſim, & creticatur p eam: & illud qñ expelliĩ materia ſubtilis ad extremitates, & imbibunt eã lacerti. [z] Et qñq; ſilr̃ criticatur per dolores iũcturarum. Et qñq; ꝑmutatur ad dolorẽ dorſi phlegmatica, aut ſanguinea, ad quã cõfert phlebotomia: propterea ꝙ maturant caliditas doloroſa & medicinæ colicæ materias crudas. Et qñ permutaĩ ad varietatẽ D melancholicam, & melancholiam, & ϰ epilepſiã, eſt malum. Et qñq; perducit [a] ad hydropiſim per illud quod corrumpit de complexione hepatis. [b] Et qñ inuenit colica dolores articulorum, & ſilia non apparent illi dolores tribus de cauſis: [c] qm̃ dolor fortior impedit nos à debiliori: & qm̃ materiæ ſunt conuerſæ ad latus doloris inteſtinalis: & qm̃ dolor, & fames, & vigiliæ reſoluũt ſuperfluitates. Et qñ prolongatur retentio fęcis, inflatur venter, & interficit. Et qñ fortia fiunt membra colicę, & non recipiunt ſuperfluitates, tunc multoties aſcendũt ſuperfluitates, & infirmatur caput. [d] Et multoties accidit colica poſt ſolutiones quibus poſtponitur groſſum. Et multoties curatio colicę & pũctionis ſubleuat ſingultum, vel facit accidere ſingultum.

G † Paul.lib.3.c.43.
Ex qua pleriq; in morbum comitialẽ, Alii in artuũ reſolutionẽ ſeu ſu incolumi, nonnulli in vtraq; ſunt prolapſi: ac eorũ qui ĩ comitialẽ morbũ inciderunt, plures interiere, Ex illis vero qui in reſolutione, plures euaſerunt, tanq̃ in criſi, cã aliorsũ ex loco quẽ infeſtauerat, cõuerſa. Sic igiĩ laborantes, Medicus quidã in Italia curauit victus quadã rõne infideli refrigerante, & maxime temeraria lactucas. n. nõ coctas refrigerantesq; ipſis porrigebat, intibũq; ſilr̃ ſupra ſatietatẽ comedẽdũ, itẽ vuas, mala, piſces dura carne p̃ditos, oĩaq; cruſtacea q̃ vocant græce oſtracoderma, pedes bubulos, bulbos & ſimilia, non ſolũ facultate, ſed & tactu frigida, vinũ raro præbebat, cum aũt dabat frigida miſcebat, ipſamq; frigidã vel ẽt poſcam frigidam exhibebat, ab oĩ alio calido & medio cibo abſtinens, Atque plurimos, ſic præter oĩum opinionem perſanauit, immo nõnullos qui iam in morbum comitialem vel reſolutionem prolapſi erant, propemodum ſanitati reſtituit.

*De ſignis colicæ abſolute.* *Cap. 7.*

ACcidentia quidem colicę veræ, cuius nõ declaraĩ confirmatio, ſunt qm̃ minoraĩ illud qđ egrediĩ de fęce, & expelliĩ paroxyſmus egõnis, [e] & minoraĩ appetitus, [f] immo remoueĩ oĩno: & abhorret habẽs eam vnctuoſa, & dulcia: ſed [g] declinat declinatione parua ad acetoſa, aut acuta, aut ſalſa: & eſt decliuis ad ſubuerſionem, & nauſeã, & proprie cum recipit vnctuoſum: & olfacit odorem vnctuoſi, & dulcis: & debilitaĩ digõ eius valde: & inuenit omni hora pũctionem: & declinat ad potandum aquã declinatione plurima, & inuenit dolorẽ in cruribus ſuis, & in dorſo ſuo: deinde fiunt

A F.19.t.1.c.9.& 12.
B F.18.t.2.c.2.
C F.15.t.2.c.5.
D C.10.
E Paul.lib.3.c.43.
F T.4.c.30.
*Infra* ϰ
*Infra* θ
H F.1.c.2.
I F.1.c.9.
K Ra.lib.diui.c.69.
*Supra* ε
L Raſ.21.cont.t.1.c.1.207.1.
M Ga.6.lo.af.c.2.h.a
N C.11.& Raſ.21.cont.t.1.c.1.208.1.
O C.12.
P Raſ.li.diui.c.69.
Q F.13.t.5.c.1.
R F.13.t.1.c.36.
S Lib.2.t.2.c.152.
T † panis non bene decocti
V Fẽ.13.t.1.c.36.& Galen.3.de ſympt.cau.c.2.g.h
*Supra.* δ
X Idẽ ſupra, & Fẽ.14.t.2.c.9.& Gal.6.aph.44.& 7.52.& 2.aph.26. licet non adequatur.
*Supra* ζ
Y F.2.c.2.
*Supra* θ
Z Fen.22.t.2.c.5.& Raſ.21.conti.t.1.c.1.206.3.& Haly.lib.9.the.c.27.
*Supra* ϰ
A F.14.t.4.c.4.
B Raſ.21.cont.t.1.c.1.205.3.
C Hip.2.aph.46.
D T.1.c.3.
E Raſ.21.conti.t.1.c.1.206.1.
F G.2.lo.af.c.5.g
G Fẽ.13.t.1.c.17.& t.1.c.10.

cum ea fortia accidentia:& fit ipſa fortis,& retinetur natura:& [a] forſitan non egredit̃,nec ẽt ventoſitas penitus.Et qñq; retinetur ẽt eructuatio.[b] & fit fortis punctio:& fit quaſi perforetur venter eius [c] terebello:aut quaſi ſit abſconſa in inteſtinis eius [d] acus,ſtans:& quoties mouetur,dolet:& fit fortis ſitis,& non ſatiatur habens eam,licet bibat plm:[e] qm̃ quod bibitur,nõ penetrat ad hepar,ꝓpter oppilationes accidentes in orificijs meſaraicarum,quæ ſequuntur ventrem.[f] Et qñq; multiplicatur in quibuſdam eorum horripilatio ſeu rigor abſq; cauſa.Et ſi ingenietur in extrahendo aliquid de vẽtre habentis colicam,egrediuntur humiditates,& ſquibalæ,ſicut ſtercora ouium, vel ſicut ſtercora caprarum,magnæ,& paruæ,[g] & res natans in aquam,& frequens fit vomitus cholericus, & phlegmaticus,& incipit ſm plm phlegmaticus,deinde cholericus,deinde qñq; euomit rem porralem, & vt ærugo æris,& qñq; euomit rem de genere melancholiæ inciſam vel diuiſam in partibus.Humores enim qñq; corrumpuntur,& aduruntur ex dolore,& vigilijs, & medicinis calidis. Et vomitus quidem non fit frequens,niſi propter cõitatem ſtomachi ad inteſtina,& propter multitudinem materiei,& penuriam viæ ad inferiora,& [h] qm̃ via choleræ ad inteſtina ſm plm conſtringitur, quare expellitur ad ſuperiora:& propter hoc rubet vrina in ipſa,propter cõuerſionem choleræ ad renes, cum non inuenit viam ad fel plenum pp illud quod eſt coram eo de oppilatione,[i] & qm̃ dolor rubificat aquam,& qm̃ renes communicant in dolore.Et propter illud [k] retinetur vrina etiam qñq;.Et qñq; eſt vrina in principio eius ſm colorẽ aquæ ciceris,& aquæ caſei.[l] Et qñq; aſſociatur ei tremor cordis maximus:& indiget pectus eius retentione cum manu. Et quandoq; peruenit res ad ſudorem frigidum,& ſincopim. E F

aquã i. vrinam

*De ſignis ſaluis colicæ.* *Cap.* 8.

MAgis incolumis colica eſt illa,in qua retentio nõ eſt vehemens,[m] eſt dolor mutabilis.Et qñq; alleuiat̃ plm,q̃uis redeat poſt eã.Et inuenit habẽs eã pp exitum ventoſitatis,& egõnis, & adminiſtrationem clyſteriorum,quietem,ſicut eius contraria eſt prauior vel difficilior colica.

*De ſignis malis in colica* *Cap.* 9.

FOrtitudo doloris,& quod [n] vomitus conſequitur vomitum,& ſudor frigidus: & frigus extremitatum propter vehementiam doloris ventris,& declinationem ſan.& ſpiritus ad ipſum.[o]Et qñ peruenit ad ſingultum quorum vnus ſequitur alium, [p] & ad turbationem rationis, & ſpaſmũ, & retentionem eius quod egreditur:& non egreditur ſaltem cum ingenio,eſt mortalis.[q] Et in extraneis ſignis eſt,cum apparet in eo qui habet dolorem ventris,veſtigium in ſupercilio, & bothor nigrum ſicut faba,& vlceratur,& remanet vſq; ad diem ſecundum aut plus,quoniam moritur. Et huic quidem homini aduenit ſubet,& multitudo ſomni in principio ægritudinis ſuæ. Et bonitas anhelitus tunc parum ſignificat ſuper euaſionem,quomodo ergo erit eius malitia?

*De differentia quæ eſt inter colicam & lapidem renum.* *Cap.* 10. G

QVandoq; accidunt in lapide renum accidentia colicæ prędicta: qm̃ colon ipſum cõmunicat renibus,quare accidit ei dolor,qui eſt ei proprius:& accidunt ei accidentia ſua,quæ ſimilãtur illi dolori.Verum differentia inter eas qñq; eſt ex diſpoſitione [r] doloris, & ex parte eorũ quæ aſſociantur proprie,& ex parte eius quod conuenit,& eius qd' non conuenit: & ex parte eius ꝙ egreditur,& ex parte vltimitatis accidentium, & ex parte cauſarum & ſignificationum antecedentium.Diſpoſitio aũt doloris diuerſificatur in eis quantitate,& loco,& tempore,& motu.Quãtitate vero qm̃ ille qui eſt lapidis eſt paruus,quaſi [s] ſit acus:[t] & colicus eſt magnus.Loco aũt qm̃ colicus incipit ab inferiore parte dextri lateris,& tendit ad ſuperiorem ſiniſtri.Et qñ confirmatur dilatatur in dextra & in ſiniſtra.[u] Et ſm quoſdam non incipit colica à ſiniſtra:ſed illud non eſt verum. Et nos iam experti ſumus contrarium illius:& eſt ad anteriora & verſus [x] pectinem decliuior, q̃ ſit ad poſteriora.Et renalis incipit à ſuperioribus,& deſcendit paulatim vſq; ad locum vbi confirmatur:& eſt decliuior ad poſteriora.Tempore vero qm̃ [y] renalis fit fortis in hora vacuitatis: & colicus alleuiatur in ea,& fit fortis cum ſumitur aliquid.[z] Et colicus incipit ſubito,& in tempore breui, & lapidoſus paulatim,& fortis fit in fine ſuo.Et ſi eſt renalis fit prius dolor in dorſo: & difficultas ĩ vrina:deinde ſigna in quibus cõicatur colica:& in colica ſunt illa ſigna:deinde dolor.[a] Motu autẽ qm̃ colicus ad partes mouetur plures:& renalis figitur.Ex parte autem vicinantium proprie, qm̃ tremor multiplicatur in renibus ambobus,& non pertinet colico.Differentia autem accepta ex eo qd' conuenit,& non conuenit,eſt [b] qm̃ clyſteria,& exitus ventoſitatis,& fæcis alleuiant dolorem colicæ,& non alleuiant dolorem renum alleuiatione de qua ſit curãdum in pluribus diſpoſitionibus. [c] Et lapidem frangentes medicinæ alleuiant dolorem renum,& non alleuiant dolorem colicæ. Ex parte autem eius quod egreditur eſt,quoniam cum renali fortaſſe non eſt retentio rei,quæ qñ egreditur,eſt ſicut ſtercus,& ſquibale,[d] & ſicut ſtercus vaccinum,& natat. Et quandoq; non eſt retẽtio omnino,neq; rugitus & alia,& colicus non euacuatur ex his.Ex parte autem vltimæ cõſecutionis accidentium eſt,qm̃ dolor crurium, & dorſi,& tremor in renali eſt plus,ſed caſus [e] appetitus, & vomitus cholericus,& phlegmaticus,& paruitas digeſtionis,& vehementia doloris, & perductio ad ſyncopim,& ſudor frigidus,& iuuamentum cum vomitu in renali ſunt minus.Ex parte autẽ cauſarum,& ſignificationum antecedentium eſt,qm̃ [f] frequentia nauſeatiuæ ſatietatis, & aſſumptio ciborum malorum,& viciſſitudo punctionis,& rugitus,& retentio fęcis ſunt præcedentes in colica. Et vrina arenoſa,et humoroſa vel filoſa eſt præcedens in renali:[g]et primo vel prius eſt in renali vrina ſubtilis:deinde humoroſa groſſa,deinde arenoſa. H

De

A Raſ.21.cont.t.1. c.206.4.& G,6.lo. af.c.2.g
B C.1.
C G.2.lo.af.c.5.d.e
D Oppo.c.10.
E F.13.t.2.c.20.
F Raſ.21.conti.t.1. c.1.206.4.
G G.6.lo. af.c.2.g
H Lib.1.F.2.doc.3. ſum.2.c.2.
I C.11.& li.1.Fẽ.2. do.3.ſum.2.c.2.
k Fẽ.19.t.2.c.6.& Raſ.t.10.c.30.
L F.11.t.2.c.1.
M C.12.
N Raſ.21.con.t.1. c.1.206.2.
O T.4.c.30.
P T.4.c.1.
Q Raſ.21.cont.t.1. c.1.205.3.
R G.li.2.loc.af.c. 5.e,& lib.6.c.2 g.h
S Oppo.c.7.
T G.6.lo.af.c.2.g
V G.6.lo.af.c.2.f
X Raſ.21.cont.t.1. c.1.206.3.
Y Raſ.23.cõti.t.3. c.1.fo.251.2.& oppo.Fẽ.18.t.2.c.17.& Hipp.com.1.in.6. de mor.vulg.6.c
Z Raſ.21.cont.t.1. c.1.fol.206.4.
A G.6.lo.af.c.2.g &c.3.c.
B G.6.lo.af.c 2.g
C G.ibi.c.3.b.c
D G.6.lo.af.c.2.g &lib.2.c.5.f
E Ga.6.lo.af.c.2.f g,& Ser.t.3.c.32.
F Ga.2.lo.af.c.5.g & Raſ.21.cont.t.1. c.1.205.1.2.
G Serap.t.3.c.32.& G.6.loc.af.c.2.g



A

*De ſignis diſtinctionis colicæ,& primo de ſignis phlegmaticæ.* *Cap.* 11.

QVandoq; ſignificant colicam phlegmaticam, anteceſſio cauſarum generatiuarum phlegmatis [a] ex ſatietate nauſeatiua.Et ex ſpeciebus ciborum,& ætas,& regio,& hora,& reliqua,quę ſciuiſti. Et ſignificant ipſam exitus phlegmatis in fæce ante colicam. & cum ea cum fit clyſtere. Et frigiditas inferiorum,& grauitas ſenſata.Et vehementia retentionis multa:quare nõ egreditur aliquid de fæce,aut humore,aut ventoſitate.Si autem egreditur eſt res inflata ſicut ſtercus vaccinum,ſicut egreditur in ventoſa,ſed in ventoſa eſt leuior, & fit dolor prolixus in ſpatio longo. Et non oportet vt decipiatur aliquis per id,quod forte fit de ſiti,& inflammatione,et [b] rubedine aquę, & exiſtimet,ꝙ ægritudo ſit calida.Illud nanq; commune eſt omnibus.

i. vrine

*De ſignis colicæ ventoſæ.* *Cap.* 12.

ANteceſſio cauſarum ſuarum notarum [c] ex multitudine potus aquæ frigidæ, & potus [d] vini commiſti,& [d] olera inflatiua,& fructus,& quod affuit cibus non digeſtus, & [e] rugitus, & retentio fecum in inteſtinis, & [f] extenſio, & ſciſſio vel diſſolutio vel diſruptio vehemens quaſi [g] perforẽtur inteſtina terebello, & quaſi occultetur in inteſtino acus:& [h] hoc qñq; fit in phlegmatica, cũ retinetur ventoſitas,aut generat ipſam,ſed eſt in ventoſa fortius: & [i] non ſentitur in ea grauitas vehemens.Et in ventoſa quidem præcedunt quandoq; rugitus plurimi:& vẽtoſitates quãdoq; quieſcunt,& [k] non rugit tunc,& [k] non egreditur, & fortaſſe non accidit,vt rugiat: niſi cum fit vaporatio,& compreſſio,& qñq; figitur dolor,& non permutatur.Et qñq; cognoſcitur inflatio cum manu,Et ſm plurimum [l] iuuatur compreſſione.Et qñq; iuuat vaporatio eius, & [m] qñq; non iuuat:& illud cum fuerit materia faciens ventoſitatem firma vel ſtabilis, tunc quoties inuenerit caliditatem, & calefactionem faciet ventoſitatem. Et qñq; ſignificat ipſam fæx [n] ſimilis fæci vaccinæ, quæ natat ſuper aquam,propter multitudinem eius, quod in ipſa eſt de ventoſitate. Et [o] quandoq; eſt venter cum ea lenis:& quandoq; eſt fluxus,& egrediuntur humores: & non iuuatur eo propter retentionem ventoſitatis groſſæ in tunicis. Et [p] illa in qua eſt permutatio doloris eſt incolumior. Et illa in qua eſt inflatio ventris ſicut tympani eſt mala. B

*De ſignis eius,qui fit ex fæce.* *Cap.* 13.

SIgna eius, quæ fit ex fæce ſunt anteceſſio rerum, quæ ſunt retentio fęcis ante euentum doloris cum tempore,& eſt illic grauitas valde vehemens. Et ſentitur quaſi inteſtinũ ſcindatur à ſeipſo. Et [q] quando fit tenaſmon,non egreditur aliquid, ſed qñq; egreditur res viſcoſa quare ingroſſatur. Verum illam, quæ fit ex fæce cholerica ſignificat tinctura fæcis, & multitudo eius, quod egreditur de cholera:& aduſtio, & inflammatio,& mordicatio, & nocumentum præteritũ cum fluxu cholerę,& exiccatio linguæ.Et fęculentam factam à raritate corporis ſignificat [r] præceſſiio paruitatis fęcis,& lenitas vel mollities corporis,& velocitas lædendi ex calore,& frigore extrinſeco. Et fęculentam factam à caliditate ventris,& ſiccitate eius,inuẽtio inflammationis in mirach,& [r] ſiccitas in mirach,& exiccatio eius & fœtor egeſtionis, & eius nigredo ad rubedinem quandam decliuis.Et [r] fęculentam quidem factam à reſolutione aeris, & exercitio, & ſudore, & reliquis, ſignificat prę miſſio [r] paruitatis fęcis cum concurſu cauſarum prædictarum. Et ſigna factę ex retentione cholerę effuſę ad inteſtinum,ſunt [s] grauitas,& [s] inflatio ventris & [s] albedo coloris egeſtionis, & [t] difficultas [t] egreſſionis eius cum [t] dolore extenſiuo fæcis: & compreſſione facta ex ea tantum: & quandoq; aſſociatur ei icteritia. Et ſigna retentionis factę propter frigus hepatis,aut alius, eſt vt non ſit fœtor,& ſit color decliuis ad viriditatem. Et ſigna factæ ex melãcholia [r] ſunt acetoſitas eructuationis,& nigredo egeſtionis,& [r] inflatio ventris cum [u] † {paruitate} doloris. C

*De ſignis colicæ apoſtemoſæ.* *Cap.* 14.

SIgna autem factæ ab apoſtemate calido,ſunt dolor tenſiuus,fixus in loco vno, cum grauitate,et [x] pulſatione,& [x] inflammatione,& [y] febris acuta,& [y] ſitis vehemens,& rubedo in colore,et inflatio in oculis,& [y] retentio vrinæ:& eſt ſignum forte, & lædi [y] cum fluxu. Et quandoq; eſt iſte dolor cum lenitate naturæ: & quandoque perducit ad frigus extremitatum cum calore vehementi in ventre:& quandoque rubet id,quod ei opponitur de ventre.Et ſi fuerit apoſtema cholericũ, erunt tenſio,& [x] pulſatio,& grauitas minus,& febris,& inflammatio,et mordicatio vehementius.Signa autem factæ ex apoſtemate frigido,phlegmatico,& [z] eſt parum,ſunt vt ſit dolor continuus paucus apparens in loco vno, & proprie cum deſcendit aliquid ex eis, quę deſcendunt ex ventre. Et inuenitur cum manu inflatio cũ lenitate,& eſt forma eius forma [a] † {arme threlin.} Et iam præmiſſum eſt,quod fecit illud ex aſſumptione generum lactis,& piſcium,& carnium groſſarum,et fructuum, & olerum frigidorum,& humidorum:& eſt ſperma frigidum ſubtile,eſt.n.ſignum conueniens ad hoc,& egeſtio eſt phlegmatica. D

*De ſignis factæ ex torſione,& ruptura.* *Cap.* 15.

ET ſigna factę ex torſione,ſunt euentus eius ſubito, poſt motum laborioſum, aut ſaltum vehementem,aut caſum,aut percuſſionem,aut curſum,aut luctationem,aut tolerantiam ponderis, aut rupturam,aut ventoſitas vehemens:& eſt dolor eius ſimilis non incipiens, deinde addens paulatim.Et ſignificat rupturam illam,quæ fit ex ruptura.

*De ſignis reliquarum ſpecierum colicæ leuis à frigore & calore,aut debilitate ſenſus,aut vermibus.* *Cap.* 16.

ET ſigna factæ à frigore inteſtinorum ſunt paruitas ſitis, & apparitio egeſtionis & eius inflatio:& ſenſibilitas frigoris in inteſtinis, & leuitas doloris. Et qñq; eſt ſperma cum ea frigidum.

Et ſigna

A Raſ.li.diui.c.69
B Cap.7.& li.1.Fẽ. 2.d.3.ſum.2.c.2.
C Idem quaſi Fen 13.t.2.c.1.
D Cap.6.
E Raſ.t.9.c.71.
F Raſ.21 cont.t.1. c.1.208.1.
G Li.1.F.2.d.2.ſũ. 2.c.20.
H Haly.li.9.theo. c.27.
I Raſ.21.conti.t.1. c.1.206.2.
K Raſ.li.diui.c.69.
L G.12.meth.c 8.e
M T.4.c.2.& Gal. ibi.c.8.d.e
N Li.1.F.2.d.3.ſũ. 2.c.13.& Hal.lib.9. theo.c.27.
O Raſ.21.conti.t. 1.c.1.208.1.
P Cap.8.
Q T.1.ca.3.ter repetit.
R Raſ.li.diui.c.69
S Fen.15.t.1.c.4.& Ra.li.diui.c.69.
T Fen.15.t.1.c.3.& Raſ.ibidem.
V† prauitate
X Raſ.li.diui.c.69.
Y Pau.li.3.c.43.
Z Cap.6.
A† ſimilis chachexiæ.

Et ſigna factæ ex cholera, ſunt cauſę antecedentes, & ętas, & regio, & forma, & tempus: & alia eorum, quę inuenit de mordicatione vehementi, & inflammatione, & aduſtione, & nocumento à clyſteribus acutis, & [a] nocumento ab eo, quod ſolutione educit, & deſcendere facit choleram. & [b] noceri fame, & iuuari à temperatis infrigidantibus, & [b] euacuatione choleræ ſi non fuerit materia imbibita, & commotio de tertio in tertium. Et quandoq; aſſociatur ei feb. & fortaſſe non aſſociatur ei: & non eſt febr. eius ſicut feb. apoſtemoſę in magnitudine accidentium. Et [c] quandoq; aſſociatur ei dolor in pectine quaſi punctura cultelli, & nō eſt ventoſitas. Et ſigna factæ ex debilitate expulſiuæ ſunt, vt iam anteceſſerit eam lenitas naturę, & neceſſitas ſurgendi ad ſcellam frequenter, ſed paululum. Et anteceſſio cauſarum eius ex eis, quę debilitant vel deſtruunt virtutem aut ex calore & frigore adueniente aut ex aſſumptione vel comeſtione. Et multoties accidit ventri, vt ſit lenis aut temperatus: aut ſit quantitas egeſtionis, & qualitas eius ſecundum curſum naturalem: ſed eſt neceſſarium ad hoc vt egrediatur fęx, vt inſtrumento, aut ſuppoſitorio. Et quādoq; eſt illud propter fiſtulam. Et ſigna eius, quę eſt ex debilitate ſenſus, ſunt vt illud, quod ſumitur faciens declinare egeſtionem cum qualitate ad mordicationem non percipiatur in aſcellatione: & hoc eſt ſicut porrum, & cæpe, & caſeus, & fœnugræcum: & iterum vt ſuppoſitoriorum acutorum non ſentiatur nocumentum cum ſupponuntur. Et venter inflatur ex eis, quæ ſumuntur, & retinentur: & nō dolet dolore de quo ſit curandum. Et quandoq; accidit vt ſit illic fiſtula, corrumpens ſenſum. Et ſigna factæ ex vermibus ſunt ſigna vermium: & [d] anteceſſio exitus eorum.

E

F

A Ga. 12. meth. c. 7. h. a

B Ga. 1. loc. af. c. 4. g

C Raſ. 21. con. t. 1. c. 1. 205. 4.

D Raſ ibi. 207. 4. & 208. 1.

## TRACTATVS IIII. *De cura colicæ, & locutione in ileos & rebus particularibus ægritudinum inteſtinorum & diſpoſitionum eorum.*

### *De canonibus curationis colicæ.* Cap. 1.

OPortet vt colicæ regimen non pretermittatur nam cū apparent ſigna inceptionis eius, oportet vt interdicatur repletio, & acceleretur mundificatio eius, ꝙ eſt ſecundū ipſam. Et ſi fuerit poſt cibum quem comedit expellat ipſum vomitu ſtatim, & euomat cum eo, quod oportet de humoribus, donec mundificetur vel ſanetur. Et vomitus quidem qñq; abſcindit materiam colicę humidam, & cholericā. Quod ſi ſuperfluat retineatur cum retinentibus vomitum. Et ex eis, quæ bona ſunt, & experta in hoc, eſt vt ponatur in ſyrupo [e] de menta facto ex aqua granatorum aliqnid de cymino, & ſumach. Et [f] ex eis in quibus non eſt conuenientia, eſt vt feſtinatio ſit in dando in potu ſolutiuum deſuper, qm̄ fortaſſe eſt oppilatio fortis, & humores & ſquibalę ſunt plurimæ & cum peruenit ad ipſam humor deſuper, fortaſſe non inuenit penetrationem, & perducit regimen ad timorem maximum. Et [g] illud, quod in primis neceſſarium eſt, eſt vt incipiat, & ſorbeat lenientia lubricatiua, ſicut ius galli vetuſti, quod narrabo in eis, quæ [h] ſunt poſt: & iam narrauimus illud in areolis [i] medicinarum ſingularium. Deinde adminiſtretur clyſtere lenitiuum. G Quod ſi fuerit illic febris, permutetur aqua galli: & loco eius ſit aqua hordei, vt incipiant humores & ſquibalæ deſubtus deſcendere paulatim. Cumq; ſentitur, ꝙ ſquibalæ, & humores groſſi valde iam egrediuntur, & oportet vt in potu detur aliquid deſuper, fiat. Et ſi poſſibile eſt vt mundificatio fiat deſuper cum vomitu frequenti, fiat. Et non ſit vehementia neceſſitatis dandi in potu deſuper, niſi qñ ſunt principium materiei ſtomachus, & inteſtina ſuperiora, & ſcitur, ꝙ ſtomachus eſt debilis, & hum. multitudo: & inuenitur repletio ſupra vmbilicum, & grauitas illic. omnia. n. iſta exigunt vt fiat fluxus deſuper. Et ſimiliter ſi accidat colica poſt excoriationem, tunc cura facta deſuper eſt melior, & iſta ſpecies colicæ eſt illa cuius principium eſt ex ſtomacho, & ſuperioribus: & ſi fuerit materia confirmata, deinde ipſa mandat ad inteſtinum læſum materiam poſt materiam: & quoties peruenit ad ipſum redit dolor: tunc neceſſaria erit mundificatio incipiens. Cum ergo bibitur ſolutiuum, aut extrahit eam, & ſanat ex ea, aut deponit ipſam ad inferiora ad locum vnum: mundificet ergo ipſam clyſtere vnum aut minor numerus eo, qui neceſſarius eſt ante illud. Et qñ non oportet dare in potu medicinam deſuper propter neceſſitatem manifeſtam, tunc non oportet vt in potu ſumatur deſuper omnino aliquid, & ſit contentus clyſteri. Et illud, quoniam ſecundum plurimum cauſa colicę eſt hu. groſſus viſcoſus adhęrens adhęrentia quę non egreditur integre per euacuantia: Cumq; bibitur medicina deſuper, euacuat nō ab vno quoq; H duorum. ſ. ſtomacho, & inteſtinis tantum, immo ex aliјs locis, à quibus euacuatio omnino non eſt neceſſaria: & illud facit acquirere debilitatem proculdubio. Cum ergo hoc ſit, deinde ſit neceſſe mundificare inteſtinum, exigens clyſteria plurima, & euacuationes frequentes, & debilitatur virtus valde: tunc melius eſt vt ſit contentus quantum poſſibile eſt clyſteribus, & eis, quæ currunt curſu eorum. Ipſa. n. dum inueniunt in inteſtinis humorem, non attrahunt ex locis aliјs, & nō euacuant ex reliquis membris plurimum. Et ſi itereť clyſtere multoties ſecundū neceſſitatem humoris generatiui doloris, non erit tantum timoris in ipſo, quantum eſt cum fit euacuatio deſuper per medicinas attrahentes ex corpore toto. Et cum clyſtere non educit aliquid, & materia non maturatur, tunc expecta, & non clyſterizetur, & proprie cum clyſteribus acutis: hora nanque eorum eſt poſt maturationem, quāuis ex clyſteribus acutis timeatur cordi, & cerebro. Et multoties quidem fit clyſtere, & non ſoluit: immo facit ſodam: et commotionem vel agitationem: quare oportet tunc vt adiuuetur deſuper. Et qñq; eſt ſolutio deſuper. ſ. cum vomitu, & oppilatio deſubtus: quare neceſſarium eſt vt inſpiſſetur vel ingroſſetur illud, quod eſt ſuperius cum ſtypticis ita vt fiat genus vnum: deinde euacuetur. Et oportet vt leniatur clyſtere cum fuerit illic febris, & multiplicetur eius oleum,

vt frangat

E T. 2. c. 13. & Fē. 13. t. 5. c. 12. & li. 4. Fē. 1. t. 2. c. 15. & lib. 5. ſū. 1. t. 6. c. 19. & Ser. t. 3. c. 31. & Raſ. 21. conti. t. 1. c. 2. 212. 1.

F Cap. 2. & li. 1. Fē. 4. c. 5. & Raſ. ibidē.

G Cap. 2. & lib. 1. Fen. 4. c. 5.

H Cap. 21.

I Li. 2. t. 2. c. 145. & 296.



A vt frangat ſalſedinem ſalis de quo fortaſſe neceſſarium eſt vſq; ad. ʒ. ij. &. 5. Et cum clyſtere non facit deſcendere aliquid, tunc detur in potu hiera picra cum melle fermentata vel pręparata aut ſicca. Et ſimiliter poſt aſſumat alſeriarā & electuarium de dactylis. Et non oportet vt confortetur hiera eorum cum agarico, qm̄ eſt profundans, ſtans in viſceribus. Et oportet vt non fiat clyſtere, dum in ſtomacho eſt aliquid, & attrahatur crudum ad inferiora. Et oportet vt non continuentur clyſteria: immo interueniat inter ea ſpatium. Et cholericę quidem colicę paroxyſmo ſuccurritur vel occurritur cum pilulis aureis. Et [a] quandoq; accidit vt medicinę attrahentes ex corpore attrahant ad inteſtina humores malos alios: & qñq; attrahunt humores excoriantes: quare aggregātur excoriatio, & colica ſimul: & hoc eſt ex nocumentis mortalibus. Et quod deterius in potu ſumitur in colica de ſolutiuis eſt, vt ſit magnę quantitatis, ex qua fugiat ſumens, & non remaneat in ſtomacho: immo pilulas de hiera, & omne, quod eſt minoris quantitatis, & magis aromatici odoris, eſt melius ſumere in potu. Et oportet vt intentio in capite ſit vehemens valde, ita vt non recipiat vapores eius, quod retinetur in ventre, & vapores medicinarum acutarum, quas adminiſtrare neceſſe eſt in pluribus horis in ægritudinibus colicis. [b] Quandoq; enim perducit illud ad varietatem, & cōmiſtionem rationis: & eſt cauendum in colica, & eſt ex eis quorum cauſa generatur nocumentum, vt non ſit poſſibile medico vt ſciat formam diſpoſitionis ęgri: quare non poteſt tunc ſcire, quod neceſſariū eſt in B curatione. Et hęc intentio completur cum aromaticis frigidis, & cum oleis frigidis, & reliquis, & quæ innuimus in infrigidatione complexionis capitis. Et qñq; accidit vt ſit neceſſitas calefaciendi inteſtina, compar neceſſitati infrigidationis hepatis: quare cuſtodiatur illud cum emplaſtris infrigidantibus hepar, & ſimilibus: & cuſtodiatur pars hepatis ab emplaſtris ventris, & inunctionibus eius calidis. Et ſimiliter eſt diſpoſitio cordis. Et conuenientior infrigidatio eius eſt cum ſuccis frigidis cum camphora, & ſandal. Et oportet tunc vt ponatur inter partes inteſtinorum, & inter partes cordis & hepatis aliquid, quod diſtinguat, ex panno & fermento ſeu paſta & ſimilibus, prohibens ne currat, quod proprium eſt vni eorum ad aliud. Et ſitis multiplicatur in eis: & non oportet vt bibatur niſi parum, aut toleretur. Cumq; illud fuerit permiſtum cum iuleb, erit magis iuuatiuum ſiti: propterea, ꝙ corpus diligit rem dulcem, & facit ipſam penetrare.

A T. 1. c. 2. & Gal. 11. meth. c. 7. h, & 1. loc. af. c. 4. g. h

B T. 3. c. 9. & Fē. 13. 11. c. 36. & Gal. 3. de ſympt. cau. c. 2. h

### *De cura colicæ frigidæ.* Cap. 2.

COlicæ autem frigidæ regimen ſm̄ ſemitam canonis eſt, vt non feſtinetur in ea ſtupefactione. feſtinantes [c] enim ſedare dolorem cum narcoticis componunt rem maximi timoris. Adminiſtratio enim narcoticorum non eſt curatio vera in aliquo: & illud ideo, qm̄ curatio vera eſt inciſio cauſæ: & ſtupefactio eſt confortatio cauſę, & deſtruitur ſenſus per eam. Et illud ideo, quoniā ſi cauſa eſt hu. groſſus, fit fortior, & frigidior, aut ipſa complexio frigida fit frigidior: aut ventoſitas ſpiſſa C fit ſpiſſior: aut [d] vehementia ſpiſſitudinis corporis inteſtini, vnde non reſoluitur ex eo, quod in ipſo retentum eſt, & fit vehementius ſpiſſa: & dolor redit poſt diem vnum, aut duos, aut tres fortior, ꝙ̃ fuit: quare non oportet vt in ea elaboretur quantum poſſibile eſt: & dum inuenitur ab ea excuſatio, & deuiatio: immo elaboretur in elongando cauſam incidendo eam & reſoluendo eam, & dilatando poros in quibus retinetur ſua viſcoſitate: & quod plus facit [e] hęc ſunt medicinæ ſubtiliatiuæ non vehementis calefactionis. [f] Vehemens nanq; calefactio cum materiæ ſubito accidit, non eſt ſecuritas quin illud, quod cōmouetur & excitatur de ventoſitate, & quod reſoluitur & euaporatur ex materia, ſit pluſꝙ̃ illud, quod reſoluitur de ventoſitate: immo oportet vt ſit quantitas eius, quātitas quæ faciat in ventoſitate reſolutionem fortem, & in materia humida ſubtiliationem, & maturationem, non reſolutionem fortem. Et [d] propter hoc qñq; ſufficit abſtinere à cibo & potu diebus aliquibus. Et propter illud fomentatio qñq; commouet dolorem vehemētem. Quare neceſſarium eſt tunc aut dimittere euaporationem, aut multiplicare, & iterare ipſam, vt reſoluat illud, quod primo commouit de ventoſitate: deinde cum adminiſtras clyſteria euacuantia tunc oportet ſi [g] fæx ſit retenta, vt non [h] incipiatur niſi cum eo in quo eſt lubricatio fæcis, propter mucilagines, quæ ſunt in ipſo, & oleis, & medicinis, quę ſunt ad fæces. Et ſunt illæ, quę conueniunt curationi colicæ factæ ex fęce pura, hæc qñ eſt ventoſa: deinde poſt illud redeatur ad clyſteria euacuantia phlegma, ſi fue- D rit phlegmatica: aut reſoluentia ventoſitatem & euacuantia ipſam, ſi fuerit ventoſa. Et oportet vt ſcias, ꝙ qñq; euacuatum eſt totū, quod eſt ex humoribus, & remanet res parua, quæ eſt illud, quod aſſociatur parti doloris: & eſt faciens dolorem: oportet ergo ne dicatur, ꝙ curatio non eſt iuuatiua: immo euacuetur illud etiam cum clyſteribus. Et qñq; eſt illud ventoſitas ſola quam ſignificant ſignificationes ventoſitatis. Quare oportet vt adminiſtretur clyſtere, quod confortatiuum eſt membri, & reſolutiuū ventoſitatis cum calefactione ſubtili. Et fortaſſe ſufficit tunc bibere confectionem fortem calidam, ſicut theriacam, & ſimilia. Et [i] qñq; ſufficit ponere ventoſas cum igne ſuper locum doloris: Et qñq; ſufficit ſemina potare reſolutiua ventoſitatis. Et qñq; ſufficit bibere vinum calefactum. Et qñq; ſufficiunt emplaſtra reſolutiua: & fortiora eis [k] ſunt rubificantia facta ex ſinapi. Ipſa enim quandoq; reſoluunt, & qñq; attrahunt materiā ad lacertos ventris. Et aqua thermarū in dolore vehementi, quando cū ea fit balneatio, iuuat valde. Et aqua de ſale ammoniaco eſt mirabilis in hoc abſolute: & ſi non aliter, ſaltem bibita ſi toleratur eius potatio. Et ſimiliter tina facta ex aqua in qua decoctæ ſunt medicinæ reſolutiuæ ſubtiliatiuæ. Et quandoq; ſufficit fricatio ventris ſubtilis, cū fricatione forti crurium. Et [l] qñq; commouet dolorem potus aquæ frigidæ: eſt enim nocibilior res in hac ęgritudine cum pauca intentione in ſedatione ſitis. Et vinum durum parum eſt melius ea: et

calidum

C Li. 1. F. 4. c. 30. & Ga. 11. meth. c. 8. c. d

D Gal. 11. metho. c. 8. c. d

E Sera. t. 3. c. 32. & Gal ibi. c. 8. e

F T. 3. c. 12. & Gal. 11. meth. c. 8. d. e

G Raſ. 21. cont. t. 1. c. 1. 208. 4.

H Cap. 1. & lib. 1. F. 4. c. 5.

I Li. 1. F. 4. c. 21.

K Raſ. 209. 3.

L Raſ. 216. 4.

calidum eſt magis ſedatiuum doloris. Et nocibilior res iſtis eſt frigus, & aer frigidus:quemadmodũ E res magis iuuatiua eis eſt calor & aer calidus, & aqua calida. Et ſi cauſa fuerit frigus inteſtinorum, et fuerit mirac gracile, feſtinabit habenti ipſum colica omni hora. Quare oportet vt calefiat vẽter eius ſemper, & expellatur ab eo frigus cum eis, quę cooperiunt ex pellibus: & ſtringatur ſuper eum ex eis: & vnctiones ex oleis calidis, & embrocæ quas dicemus ſunt in ea iuuatiuæ. Et qñq; neceſſariæ ſunt vaporationes. Et qñq; neceſſarium eſt vt ponantur in oleis calidis caſtoreum & euphorbium. Et omnis colicę frigidæ cuius cauſa eſt illud, quod diximus de effuſione ſeu de portatione rei ad locum læſum, quare accidit tunc dolor: cura eſt euacuatio ſubtilis, ſeparata, frequens, niſi ſciatur, quod illic ſit materia plurima. tunc enim euacuatio facienda eſt. In [a] ea autem, quæ eſt ſecundum ſemitam effuſionis, & generationis conueniens eſt, vt in potu detur cum paroxyſmus eſt doloris, & in nocte vehementię eius aliquid, ſicut pilu. de aloe, & pilu. de hiera, & pilu. compoſitæ de pulpa coloquinthidæ, & ſcammonea, & ſerapino, & aloe. Sumatur in potu ex quibuſcunq; earum fuerit ex aur̃. 5. vſq; ad. ij. tertias aur̃. Iſta enim cum aſſiduantur aliquibus diebus, & rectificatur cibus, ſanant.

A Gal. 12. meth. c. 7. g. h

*De canonibus proprijs colicæ ventoſæ, quæ eſt ex eis, quæ ſunt inter colicam frigidam.* Cap. 3.

OPortet vt adminiſtrentur clyſteria, & ſuppoſitoria, & emplaſtra, quę dicemus. Et interdicatur cibus omnino, & ſi non plus, ſaltem duobus diebus, vel tribus. [b] Et dormiat quantum poſſibile eſt ei. Et ſtudeat in eradicatione materiei ventoſitatis, cũ clyſteribus abſterſiuis, & in calefactio- F ne membri intrinſece, & deforis ſecundum modum quem diximus ante. Si autem non timetur, ꝙ illic ſit humor, tunc calefac, quod vis, & vapora, quod vis. Et [c] ſtude etiam in poſitione ventoſarum cum igne, abſq; inciſione. Cumq; natura fuerit obediens, tunc iuuetur fricando ſuauiter locum doloris, & inungendo cum eis, quæ ſunt ſicut oleum ſambacinum, & oleum de nereidẽ, & oleum de alben calefacta, & vaporando cum milio, & ſale calefacto, ſecundum quantitatem quam vides conuenientiorem. Et experire figuram dormiẽdi: ſcilicet reſupinationem, & dormiendi ſuper vẽtrem, quæ earum ſit conuenientior, & magis expellens ventoſitatem. Et ex eis, quæ bibita conferunt, eſt vt in potu [d] detur carui, & ſemen rutæ in aquis de ſeminibus: aut in vino antiquo, aut in aqua mellis, aut cum penidijs. Et [e] quandoq; datur in potu philonium in hac hora, & euadere facit.

B Raſ. 21. cont. t. 1. c. 2. 209. 3.
C Raſ. ibi. 215. 4.
D Raſ. 216. 2.
E Raſ. 213. 3.

*De compoſitione ſolutiuorum eius, qui habet frigidam colicam ex ventoſitate, aut materia phlegmatica, & de quibus fiunt clyſteria.* Cap. 4.

COmpoſitio clyſteris educentis phlegma & fæcem. Recip. tribulorum, polypodij, fœnugræci, cartami: ſebeſtem partes æquales, turbit pondus. ʒ. ij. & pulpæ coloquinthidę ſanæ, non contritæ aur̃. 5. ficus. x. numero, ſeminis lini, ſeminis apij, aniſi, centaureæ minoris, granorũ kerua contuſorum, & violarum oĩum ana. ʒ. v. & rutæ. M. i. foliorũ caulium. M. i. decoquantur in aqua plurima ſuauiter, donec redeat ad paucam, & confricentur manibus, & colentur: & ſumantur ex ea cir- G citer. ʒ. c. et diſſoluantur in ea caſię fiſtulę. ʒ. vij. & zuccari rubei. ʒ. vij. ſerapini, bdellij amborum ana ʒ. i. baurac aur̃. i. olei ſiſamini. ʒ. xv. & clyſterizetur cum ea. Et quandoq; ponitur in ea aliquid de felle tauri. Et clyſtere educens phlegma viſcoſum ſumatur commiſtio illius clyſteris, & ponatur in ea de pulpa coloquinthidæ pluſquã illud, & ſumantur granorum alkerua. ʒ. v. fiat emulſio vel expreſſio ipſorum in aqua lebleb, & effundatur ſuper illud à quo colatur clyſtere primũ, & ponatur in ipſo loco caſiæ fiſt. & zuccari pondus. ʒ. xv. mellis, & ſit oleum eius oleum cartami, & ponatur in ipſo tantũ de opoponaco, quantum eſt ſerapinũ. ſ. pondus. ʒ. i. & adminiſtretur. Et qñq; ponitur in ea oleum de kerua. Et multoties quidem ſunt contenti decoctione ſeminum & haſce, & origanĩ, & hyſſopi, & cymini, & petroſel. & ſe. rutæ, & polypodij, & centaureæ, & calamenti, & aniudẽ: deinde addatur in ea ſuccus cucumeris aſinini prope vel circa. ʒ. 5. & fiat clyſtere cum ea, aut decoquantur cum ea cucumeris aſinini radices, & aliquid de pulpa coloquinthidæ, & diſſoluatur in ea ſerapini, & opopanacis, et bdellij oĩum ana pondus. ʒ. i. & fiat cum ea clyſtere. Et multoties quidem decoquuntur iſtæ medicinæ in oleo: aut in oleo calido & cum eis fit clyſtere. Et multoties quidem fit clyſtere cum ſyrupis acetoſis inciſiuis. Compoſitio ſyrupi acetoſi cum quo clyſterizantur habentes colicam. Recip. aceti kiſt. i. & mellis kiſt. i. pulpę coloquin. aur̃. iij. & piperis. ℥. i. zinzib. ℥. ij. & ſeminis rutæ hortulanæ, & amomi, & keiſim, & aniſi, & epithymi oĩum ana aur̃. iiij. cymini carme- H ni aur̃. ij. ſeminis anethi aur̃. ij. & polipodij. ℥. i. contundantur illa omnia, & decoquantur in aceto & melle donec remaneat medietas: deinde coletur, & fiat clyſtere cum eo. Et qñq; ponuntur in ipſo aniudẽ & amylum, ſed nos innuimus ad huiuſmodi regimen. Deſcriptio clyſteris doloris ſedatiui quorundam antiquorum bon̄. Recip. aloes, & caſtorei, & ſtoracis, et glutinis alimbat, omnium ana ℥. i. ſucci buchor mariẽ recentis. ℥. ij. opij. ℥. i. & . 5. reſeruetur, & adminiſtretur cũ neceſſitas eſt ex eo quantitas fabę: & ponatur in quibuſdã clyſteribus. Et qñq; ponitur in quibuſdam oleis & pinguedinibus diſſolutis, & clyſterizatur cum eis. Et qñq; clyſterizatur cum clyſteri forti cum fæx eſt inobediens cum phlegmatibus vehementis viſcoſitatis vltima in virtute, & in inobedientia. Quare oportet vt fiat clyſtere cum aqua alaſnã humidę de qua ſumatur lib. 5. cum. ℥. i. olei ſiſamini, & ʒ. v. baurac. [e] Et fortius hoc eſt vt ſumantur [f] { } alſcebrã & folia almezerion, & cordumeni excorticatum, & buchormarien, & artanita, [g] † { } & cortices coloquinthidæ, & eius pulpa, & cucumer aſininus, & turbit, & polypodium. & coquantur omnia in aqua ſm deſcriptionẽ qua eſt in ſuo ſimili: & proijciantur ſuper eorum decoctionem oleum de kerua, & mel, & fel [h] † {vaccinum, } & clyſterizetur cum ea: & ponantur iſtæ medicinæ in oleo calido, & fiat clyſtere cum eis.

E Raſ. 21. conti. t. 1. c. 2. 210. 4.
F † ſemina
G † & meliloti
H † taurinum

Et cum



A Et cum clyſtere fit ex oleo cucumeris aſinini quandoq; extrahitur phlegma viſcoſum, cum mora fit ſuper clyſtere horis aliquibus. Et ſimiliter oleum de raphano, & oleum alkelkelangi. Et quandoq; eſt neceſſarium cum vehementia eſt doloris vt ponantur in his clyſteribus, aſſa, & ammoniacum, & fimus columbinus proprie cum eis, quę calefaciunt membrum: & euphorbium in quibuſdam horis, & fit clyſtere quandoq; cum kitran conquaſſato in aqua mellis plurimorum alefiniati, & ſedatur dolor. Et ſuccus buchormariẽ eſt mirabilis valde. Et quandoq; neceſſaria ſunt ſcammonea, & euphorbium, & alia, Et laudauerunt quidam medicamẽ nominatum daneb alfar, id eſt medicamen caudæ muris, ꝙ cum ponitur in clyſteri fit eo iuuamentũ. Et quandoq; fit clyſtere ex pondere. ʒ. ij. caſtorei cum oleo. Et iterum ſumatur picis quantitas. iij. ʒ. ſuper quam fundatur vini, & olei rutacei, & butyri omnium ana ſacraiati. i. & aminiſtrentur. Et quandoq; ponuntur in clyſteribus fortibus folia fici & cortex arboris eius.

*De compoſitione medicinarum bibitarum ſoluentium phlegma, de pilulis fortis iuuamenti.* Cap. 5.

A Li. 5. F. 1. t. 9.

DE illis ſunt pilulæ aſcebram cum ſerapino. Et iterum pilulæ de ſerapino cum ſecacul, & [a] pilulæ de ſerapino cum harmel. Et iterum ſumantur turbit, & aloes ſuccotrenſis, & pulpæ coloquinthidę partes ęquales, ſcammoneę tertia partis. conficiantur cum melle diſpumato: & informentur ex eis pilulæ. Pilulæ bonæ ad phlegma. Recip. pulpæ coloquinthidæ danich. i. & turbit. ʒ. i. B & ſucci cucumeris aſinini danich. 5. & caſtorei danich. i. zinzib. danich. i. hieræ picrę pondus. ij. tertiarum drah. i. Et ſi fiant fortes cum ſcammo. erit bonum. Reliqua autem ſolutiua ſunt, ſicut electuarium eleſchof & electuarium de dactylis & ſeriaran, & picra confortata cum pulpa coloquinthidæ: & ſit cum ea oleum de kerua, & ſicut diacydonitem. Et quãdo permiſcetur fæx, & phlegma ſimul, & ſi fuerit fæx plurima ſquibaloſa non obediens, requirit neceſſitas adminiſtrationem ſolutiuorum fortium de quibus ſunt pilul. huiuſmodi. [b] Recip. euphor. & granorũ almezerion mundatorum, & ſcammoneæ partes ęquales, & ſit doſis earum drach. i. Solutiuum aliud forte. [c] Recip. caſitium. i. fimi columbini, & M. i. anethi, & durach. i. & vas paruũ aquę, & decoquantur vſque ad medietatem: & dentur in potu ex ea. ℥. ij. & eſt vehementis fortitudinis, & vehementis timoris. Et omnium lacticiniorum lac reſoluit colicam: ſicut alhaya, & ſicut alſcebrã & ſimilia: & nominantur grana eius grana aldarath, & ſicut ſpecies lacticiniorum ſuper quam ſit auricula muris ſimilis maioranę magnorum foliorum: & cum ea curatur punctura ſcorpionum, & habet lac plurimum: & iam diximus eam in medicinis ſingularibus.

B Raſ. 21. conti. t. 1. c. 2. 109. 2.
C Raſ. ibi. 210. 4.

*De ſuppoſitorijs fortibus, educentibus fæcem plurimam cum phlegmate viſcoſo.* Cap. 6.

DE eis eſt, vt quæratur [d] ſal petroſus, & ſupponatur ex eo glans. i. Et oportet vt ſit longitudo eius. vi. digitorum, & ex eis eſt glans magna facta ex ſtercore muris, & fiat tenta ex raphano, C & liniatur cum melle, & ſupponatur. [e] Aut glans ex melle permiſto cum pulpa coloquinthidæ: & [e] glans ex cucumere aſinino, & pulpa coloquin. & felle vaccino, & nitro, & melle. Aut pulpa coloquinthidæ cum penidijs lapidoſis ſolis, & [f] iterum pulpa coloquinthidæ, & [f] ſarcocol. cũ penidijs. Et iterum mel. & tereniabin, & pulpę coloquin. & ſalis naptici partes æquales. Et iterum res cõis phlegmaticæ, & ei quæ fit ex fæce, & ventoſę. Recip. pulpę coloquin caſtorei amborum ana quantum eſt nucleus oliuę, & kitrã cochlearia. ij. adminiſtretur cum aliquantulo melle, et ſucco buchormariẽ. Et eſt forte valde, quod neceſſarium eſt cum nihil valet. Et multoties quidem neceſſarium eſt cum nihil valet, adminiſtrare ſcammoneam, & ſemen vrticæ, imnio euphorbium.

D Raſ. 21. con. t. 1. c. 2. 108. 4.
E Raſ. ibi. 209. 2.
F Raſ. 214. 3.

*De compoſitione clyſteriorum ad ventoſitatem.* Cap. 7.

CLyſtere bonum. Recip. alhaſce, hyſſopi, rutæ ſiccæ, origani, & ſuaſera & acori, & ſeminis rutæ, ſe. agni caſti, granorum alkerua tritorum: chamæmillę, tribulorum, centaureę, anethi, ſeminum trium, & aniudẽ, & petroſelini partes æquales decoquantur in ſucco rutæ, & calamenthi decoctione vehementi in ſucco plurimo donec redeat ad parum: deinde ſumantur olei pars. i. & ſucci decocti partes. ij. decoquantur donec remaneat oleum ſolum, deinde ſumatur ex eo quantitas clyſteris. i. & ponantur in ipſo adeps anatis & caprarum, & aliquantulum opopanacis & ſerapini, & fiat cum eo clyſtere. Et ſi accipiatur ſuccus ipſe, & diſſoluantur in ipſo gummæ prędictę cum D adipibus ſuis, & ponatur in ipſo pondus drach. x. mellis, & fiat cum eo clyſtere, erit iuuatiuum. Et intromiſſio caſtorei, & aſſæ in clyſteribus eorum, eſt iuuatiua valde. Et quandoq; fit clyſtere ex põdere drach. xx. olei in quo diſſolutum eſt pondus drach. x. ſtoracis liquidę, & eſt iuuatiuũ. Et quandoq; fit clyſtere ex baurach plurimæ reſoluto in ſucco rutæ. Et ſit ſumma eius vltima vſq; ad drach. x. & ſalis vſq; ad. ʒ. xv. Et quandoq; clyſterizantur cum oleo rutaceo, & oleo de nereidem, & oleo chamęmelino, & oleo raphanino, & oleo de kerua.

*De compoſitione ſuppoſitoriorum ad ventoſam.* Cap. 8.

C [g] Onteratur ruta cum aqua mellis, donec fiat ſicut illud, de quo fiat linimentum: & ponatur cum ea quantum eſt ipſius medietas de cymino: & quantum eſt quarta pars eius de nitro, & ſumatur ex ea glans, cuius longitudo ſit. vi. digitorum: & iterum ſuppoſitorium, quod fit ex ſemine rutæ cum caſtoreo, cum melle, & felle vaccino, & baurach, de vnoquoque quorum ſit. 5. aur̃. Et iterum ſerapinum, & bdellium, & baurach, & coloquinthida, & althæa, fiat ex eis glans.

G Raſ. 21. cont. t. 1. c. 2. 111. 2.

*De clyſterijs & ſuppoſitorijs habentium frigus inteſtinorum abſque materia.* Cap. 9.

CLyſteria vero eius, qui habet colicam ex complexione frigida ſine materia & ſuppoſitoria eius, ſunt ſicut clyſteria habentium colicam ventoſam, & ſuppoſitoria eorum. Et qñq; iuuat

eos

eos alkitram ſolum, cum fit clyſtere cum eo pōdere. ʒ. ij. in oleo. Et ſimiliter iuuat eos fimus colum- E binus ſolus, cum ex eo fit clyſtere in ſucco calamenthi, & oleo de kerua.

*De tina, & balneis, & embrocis.* Cap. 10.

TIna vehementis iuuamenti eſt in doloribus colicæ. Et proprie cum eſt plena aqua, in qua decoctæ ſunt medicinæ colicæ. Ipſa enim ſua caliditate acquiſita ab igne, & virtute ſua acquiſita à medicinis reſoluit cauſam apoſtematis, & humiditate ſua cū caliditate mollificat membrū. Quare alleuiat carminationem cauſæ facientis dolorem, & mollificat lacertum ani. Et illud eſt ex eis, quæ iuuant ad expulſionem retenti: veruntamen tina facit accidere anguſtiā, & ſyncopim propter hoc ꝙ mollificat de virtute. Quare oportet vt vtatur ea debilis ſm cautelam, & ſint ei proximę, cum ea vtitur, ea quæ cōfortant virtutem de odoribus fructuum, & aromatū, & †{alkiardanegi,} & panis calidi, & ea, quę delectant eum in quibus quieſcat, & ſtudeat, vt non cooperiat aqua pectus eius, & cor ipſius. Et [a] aquæ quidem thermarum vehementer conferunt colicæ frigidæ, cum ſedent in eis: ſicut melius eſt eis vt non approximent aquis dulcibus. [b] Cumq; aliquod vaſorum impletur aquis thermarum, aut aquis in quibus decoctæ ſunt medicinę colicæ, & in fundo eius ſeparantur foramina plurima, quæ forſitan non ſentiuntur propter ſuam ſtricturam, & reſupinatur æger: & eleuatur vas ab eo vſq; ad quantitatem ſtaturæ, & dimittitur ita, vt diſtillent ex eo ſuper ventrem ipſius ſtillę frequentes, eſt valde vehementis iuuamenti. F

† pullus vel caro auis prius elixata, poſtea aſſata.
A Raſ. 21. cont. t. 1. c. 2. 209. 2.
B Raſ. ibi. 209. 1. & 213. 3.

*Sermo de qualitate clyſteriorum, & inſtrumento eorum.* Cap. 11.

MElior quidem cannæ clyſteris figura quam antiqui dixerunt eſt vt ſit circulatio vel concauitas cannæ eius diuiſa per tertiam & duas tertias, & ſit poſitum inter vtranq; intermedians de corpore de quo facta eſt canna: et ſit conſolidatum cum canna conſolidatione vehementi: & fiat intermedians inter partes eius diuerſas. Et ſit vter decenter aptatus vel ligatus in orificio partis, quæ duarum partium maior eſt, & ſit orificium partis minoris apertum. Et quando vter decenter aptatus eſt ſuper vtranq; partem cannæ obtura caput vel orificium partis minoris cum ligamento forti, vt non ingrediatur ipſam aer, et ſit ei ſub vtre in loco, qui nō ingreditur anum, meatus per quem egrediatur ventoſitas. Cum. n. adminiſtratur hoc clyſtere, & commouetur cum fortitudine vētoſitas retrocedit ventoſitas & egreditur ex parte, qua non ingreditur clyſtere, quare remanet clyſtere remanentia vel mora bona: qm̃ ventoſitas eſt illa per quam fit retroceſſus ad exteriora, & facit neceſſitatem ſurgendi ad ſcellam cum velocitate. Amplius oportet vt conſideres ſi dolor eſt decliuis ad partem dorſi, clyſteriza ægro reſupino. Et hoc eſt melius ei cui colica eſt cum communitate renum. Et ſi eſt decliuis ad anteriora, clyſteriza eo iacente ſuper ventrē. Et omnino clyſtere, quod fit iacenti ſuper ventrem magis facit peruenire enema ad inuolutiones inteſtinorum. Et qn̄q; fit clyſtere alicui iacenti ſuper ſiniſtrum. Et eleuatur qn̄q; ancha cum puluinari, & ſubleuatur pes dexter G ponendo ipſum ſuper pectus, & deponitur ſiniſter in plano: cum ergo clyſterizatus eſt, redeat ſuper dorſum ſuum. Et ſimiliter omnis qui clyſterizatur. Et ex hoībus eſt aliquis, qui nō indiget hoc. Et ex hoībus eſt, cui rectius eſt vt intromittat annularem in anum ſuū multoties, qui iam ſit inunctus cum cerato, donec dilatetur, & decenter aptet in eo cannam. Et de hoībus eſt, qui non indiget hoc. Cum ergo vis clyſterizare, fac quod tibi videtur ex hoc, deinde inunge cannam, & anum cum cerato, & impelle ipſam in eo impulſione non inueniente prohibitionem ab inteſtinis, immo cum hoc non pertranſeat inteſtinum rectum: & cum accidit huiuſmodi non ingreditur clyſtere: cum ergo ęquatur canna in loco ſuo effunde enema in vtrem, deinde exprime ipſum vtriſq; manibus tuis expreſſione bona continua, quę non ſit cum labore: nam multoties impellitur enema in hmōi, vſq; ad longinquum, vltra locum neceſſitatis. Et rectius quidem eſt in hmōi: & cum fit impulſio enematis ad ſuperiora, vt trahantur capilli capitis, & effundatur aqua frigida ſuper faciem, & adiuuetur ad attrahendum enema ad inferiora. Et ſcias, ꝙ qn̄ enema adminiſtratur, & non deſcendit, non eſt excuſatio, quin adminiſtrentur ſuppoſitoria, vt deponant ipſum cum ęgritudine: & cum hoc non oportet, vt ſit impulſio enematis cum illa facilitate, & non conſequatur enema locum neceſſitatis. Cumq; enema ſtimulat, & facit anguſtiam, & declinant ad egrediendum, non prohibeas ab hoc, immo reitera ipſum ſtatim, ſicut eſt. Et oportet ne æger clyſterizetur, donec ſternutat, aut tuſſit. Et H ſcias, quod enematis æqualis quantitatis iuuamentum, non conſequitur inteſtina ſuperiora. Et qn̄ eſt plurimum multiplicatur nocumentum eius, & timetur ex nocumento ipſius. Et ſpiſſum adhæret, & efficit nocumentum plurimum, & ſubtile non confert: & eſt in iudicio paucitatis.

*De cura facta ab apoſtemate frigido.* Cap. 12.

IN facta quidem ab apoſtemate frigido, & eſt parum valde, ex curationibus bonis eſt, vt [c] ſumātur olei laurini & olei de oliuis, & adipis anſeris, partes æquales, eſt enim mirabile: Et conferunt ei emplaſtra facta ex abrotano, & anetho, & ſquinantho, & meliloto, & reliquis medicinis quibus curantur apoſtemata frigida ex eis, quæ ſciuiſti in omni loco. Et ex eis, quæ conferunt ei valde, eſt emplaſtrum de abrotano, factum cum bitumine iudaico.

C Cap. 19. & Raſ. 21. cont. t. 1. c. 2. 213. 4

*De regimine dandi in potu oleum de kerua in curatione colicæ frigidæ, eis qui conſueuerunt.* Cap. 13.

OLeum [d] de kerua eſt ex rebus magis iuuatiuis eis, cum menſuratur ſm neceſſitatem in hora ſua, & cum ſeminibus: ipſum. n. non datur in potu, niſi poquā mundificatum eſt corpus cum eis, quæ ſunt ſicut pilulæ de ſerapino, aut aliæ. Et datur in potu die primo, pondus. ij. aur̄. in die ſecūdo additur medietas aurei, & ſimiliter additur in omni die aur̄. medius, vſq; ad ſeptimū: deinde non malum

D Raſ. 21. conti. t. 1. c. 2. 210. 4.



A malum eſt, vt dimittatur paulatim donec iam peruentum ſit ad. ij. aur̄. & eſt ei, vt ſtet apud. vij. Et quoties effunditur ſuper ſemina miſceatur cum eis vehementer cum inſtrumento miſcendi. Et eſt neceſſarium in omni die potationis eius, vt tardetur cibus per ſpatiū, quod eſt inter ſex horas vſq; [a] circiter. x. horas, & vſquequo non ſentiatur in eructuatione odor eius, deinde cibetur ſuper ipſum cum alesfidabegi: & ſi appetit acetoſitatem, tunc cum zehirbeget: & potus eius ſit aqua mellis. Et [a] oportet vt conſeruet dentes ſuos poſt potum eius, ita vt fricet eos cum ſale aſſato, deinde ſequatur ipſum oleum roſ. purum cum quo fricentur. Cumq; expeditus fueris ab adminiſtratione eius, bibatur poſt ipſum hiera picra confortata cum pulpa coloquin. & ſimilibus: aut non confortata ſi non eſt illud neceſſarium. Et [a] hiera quidem picra expellit nocumentum eius à capite, & oculo.

A Raſ. 21. cont. t. 1. c. 2. 110. 4.

*Modus medicinarum conferentium habentibus colicam frigidam ſecundum ſemitam digeſtionis & rectificationis, & proprietatis non ſecundum ſemitam euacuationis.* Cap. 14.

IStæ medicinę ſunt potationes, & emplaſtra, & vaporationes, & vnctiones. Et ingenia alia. Et ex eis, quę bibuntur eſt allium: [b] allio enim ineſt proprietas bona in ſedando dolores colicæ frigidę, cum hoc, quod non ineſt ei vis faciendi ſitim, ſicut cæpę. Et qn̄q; ſumit ex eo colicus, cum ſentit initium colicę: & dimittit cibū omnino, et vltimat ſe in exercitio, et non comedit aliquid, immo firmatur & expectat ſuper potum vini puri & confert, & ſanatur. Et ex ebibitis ſedantibus dolores, eſt vt B ī potu dētur abſinthij, & cymini partes ęquales. Aut detur in potu herba opopanacis ſola, aut cum cymino. Aut ſumantur aniſi, & piperis, & caſtorei partes æquales, de quibus in potu detur. ʒ. i. &. 5. Aut detur in potu ſagzenea, diacyminum, & theriaca ſi non fuerit in hoc prohibitorium prēſens. Et caſtoreo in colica ineſt operatio mirabilis. Et ex eis, quæ experta ſunt eſt vt in potu dentur radicis lilij. ʒ. iiij. in aqua decoctionis praſſii, aut in aqua caſei, & lilij ipſius hęc quantitas. Et iterum dentur in potu naſturtij. ʒ. v. in aqua penidij petroſi: &. ℥. i. olei ſiſamini. [c] Et iterū corticis [d] †{algarab} ʒ. iiij. zinziberis. ʒ. iij. & nucis, & dactylorū, amborū ana. ʒ. vi. cū aquæ dulcis kiſt. i. terantur medicinæ, & decoquātur in aqua, donec remaneat tertia, & fiat motus eius cum ramis rutæ: & dentur in potu omni die. ℥. ij. Et [e] ſumantur etiā cortices algarab, & radices eius & rami rutę, & zinziberis, et decoquātur in aqua, quę ſit quadrupla eorū donec remaneat tertia, & detur in potu ex ea omni die pondus. ℥. ij. fiat illud tribus diebus, & dimittatur tribus diebus. Et oportet qn̄ in potu datur aqua mellis, vt ſit vehementis decoctionis: debilis. n. decoctionis facit poſſidere inflationē. Et illud cui ineſt operatio proueniēs à proprietate ſua, [f] eſt ius [g] †{alhudud,} & corpus eius. Et [h] iterum lumbrici terreni exiccati, ſunt iuuatiui, ſm quod dicitur in doloribus colicę. [i] Stercus aūt aldib, quod fit ex oſſibus, quę comedit: & eius ſignū eſt vt ſit album in quo color alius nō permiſcetur, & proprie illud, quod eijcit ſuper ſpinas, eſt res magis iuuatiua: & datur in potu in vino: aut in aqua mellis, aut lābi- C tur in melle lambitionibus: poſtquā cum eo cōficitur ſm deſcriptionē: aut fit aromaticū cum ſale, & pipere, aut cū aliqua ſpērum. Et ſi inuenitur in ſtercore eius os, ſicut eſt, eſt mirabile etiā. Et dicitur, ꝙ eius ſuſpenſio eſt iuuatiua, nedū potus eius. Et pręcipiunt, vt ſuſpendat̄ in pelle nemer, aut cerui, aut lana arietis, quā cepit aldib, & euaſit ab eo. Et [k] Gal. quidē teſtatur iuuamētum eius ſuſpenſi: & ſi non in alio, ſaltem in argento. Et dictum eſt, ꝙ corpus inteſtinis aldib, cum exiccatur, & teritur, eſt magis vltimū in iuuamento, ꝙ ſtercus eius, & illud quidē non eſt longinquum. Et ex eis, quæ currunt hoc curſu, ſunt ſcorpiones aſſati: ipſi nanq; vehemēter valent colicę. Et oportet vt experiatur illud, ſuper colicam veram, ita vt non ſit experimentum eius ſuper colicam mendoſam. Et eſt vltimum ad lapidem renū per ſe, & in colica per accidens. Et ex eis, quæ laudantur in doloribus colicę, & vehementia doloris, eſt, vt in potu [l] detur cornu cerui aduſtum: & dicunt, ꝙ ſedat dolorē ſtatim.

B G. 12. meth. c. 8. c
C G. 9. de med. cō po. ſm lo. c. 4. 202. e
D † ſalicis
E Ga. ibidem. c
F Raſ. 21. conti. t. 1. c. 2. 209. 1.
G † vpupæ,
H Raſ. ibi. 213. 3.
I Gal. 10. de ſimpl. medi. fac. fo. 76. c. d
K 10. de ſimp. medi. fac. fo. 76. d, & de tacanta. fol. 182. b, & Raſ. 21. con. t. 1. c. 2. 111. 3.
L Raſ. 214. 3. & 216. 4.

*De emplaſtris colicæ frigidæ.* Cap. 15.

EMplaſtra vero alia ſunt emplaſtra in quibus eſt ſolutio aliqua, ſicut emplaſtrū factum ex pulpa coloquinthidæ, cū medulla cartami: & emplaſtrum factum ex felle vaccino, & pulpa coloquinthidæ, & ſimilibus. Et alia ſunt emplaſtra quibus non intenditur ſolutio, ſicut emplaſtratio ex ſemi. vrticę cum medulla cartami. Et emplaſtratio ex ſeminibus, & herbis prædictis, quę ponuntur in clyſteribus. Et fiunt eis emplaſtra ex granis lauri, ſolummodo. Deſcriptio emplaſtri. Recip. ceræ D carmet. viij. glutinis alimbat carmet. vi. turbit carmet. iij. ſtaphyſagrię carmet. i. &. 5. pyrethri, ſampſuci, baccarum lauri, ſemi. vrticę, lupinorum ſiccorum, pulpę coloquinthidæ omniū ana carmet. i. &. 5. ſcammoneæ. ℥. i. & carmet. iij. fellis tauri quantum ſufficit olei laurini quantū ſufficit: fiat ex eis linimentum ſpiſſum. Et iterum ellebori, ſe. vrticæ, abſinthij omnium ana pars. i. fellis tauri, cerę, amborum ana pars. 5. adipis anſeris partes. iij. liniatur ab vmbilico vſq; ad radicem virgę. & ſi ponatur in ipſo [m] †{maudana} eſt melius. Et quandoq; additur in ipſo cortex æris.

M † cataputia

*De vaporationibus colicæ frigidæ.* Cap. 16.

VAporationes quidē ſunt ſicut milium, aut panicum aſſatum: aut factū ex ſeminibus, & herbis pręedictis in ca. clyſteriorum, contritis, calefactis, confectis, aut infuſis in oleo calefacto. Ex vnctionibus vero eſt oleum cucu. aſinini, & ex eis eſt oleum ſinapis. Et ex eis eſt quodcunq; oleū vis ex oleis calidis, poſtquam in ipſo ponuntur caſtoreum, & euphorbium ſecundum neceſſitatem.

*De cura colicæ cholericæ.* Cap. 17.

HAec ſecundum veritatē oportet, vt numeretur de [n] capitulo punctionis, verum nos procedimus ſm conſuetudinem in ipſa, & quoniam eſt ex ſumma dolorum huius inteſtini. Et quādoq; quidē erratur in curatione eius maximo errorē: & adminiſtrantur ſubtiliatiua, & calefactiua. Et

N T. 1. c. 1. 2. 3. Ga. 12. meth. c. 7. a

Et leuior hac eſt in qua eſt humor effuſus in ſpatio inteſtini: & non cũ illa inbibitione totali. Quare E
ſufficit in curatione eius æquatio cõplexionis, & humorum, & adminiſtratio ciborum frigidorum
[a] humectatiuorum, aut prunorũ perforatorum cum acu, infuſorum in iuleb de quibus ſumantur A Raſ.i.diui.c.69.
xx. numero. Et ſilr ſoluitur materia cum eis, quæ ſunt, ſicut infuſio [a] prunorũ cum [a] chryſomelis: &
ſicut cum aqua granatorũ: & ſicut cum tereniabin, & ſiracoſt: & ſicut cum pauca ſcammonea cum
iuleb: & ſicut cum violis, & ſyrupo eius: & troc. ipſius, & rob eius. Et qñq; ſufficit laborare in ipſa,
vt ſumatur expreſſio cartami cum lacte fici. Aut ſumatur oleũ de aqua ante cibũ: aut ſumatur ſicla
decocta cum oleo, & almuri. Et qñq; requirit neceſſitas, vt adminiſtretur clyſtere ex aqua volubilis
cum baurach, & violis conditis oleo viol. aut aqua hordei cũ oleo viol. & baurach. ſed humor imbi
bitus indiget eo, quod eſt ſicut hiera picra. ipſa. n. eſt medicina magis iuuatiua ei: & ſcammonea cũ
pilulis de aloe. Et ex clyſteribus clyſtere modi huius. Recip. tribulorũ. ʒ. xxx. & foliorũ ſiclæ. M. i. &
violarum. ʒ. vij. & fœnugræci, & cartami, & radicis fœniculi, & granorũ melonis contritorum, om-
nium ana. ʒ v. & ſeueſtẽ. xxx. numero, & tereniabin pondus. ʒ. xxx. caſię fiſtulę. ʒ. x. decoquãtur om
nia ſm q̃ conuenit in ſimili eius. & coletur & ponatur ſuper eã almuri. ʒ. xij. & zuccari rubei. ʒ. xij.
& aloes aur. i. & baurach aur. i. & adminiſtretur. Et conuenit in hoc capitulo etiã dare in potu ſter-
cus aldib, & ponere ipſum in clyſteribus. [b] Et narcotica ſunt conuenientia in hoc loco, quoniã ipſa B Raſ.21 conti.t.1. c.2.216.3.
cum ſedatione doloris. quandoq; ſedant acuitatem materiæ facientis dolorem, & rectificant ipſam. F

*De cura colicæ factæ ex retentione choleræ.* Cap. 18.

CVra eius eſt, vt aperias vias choleræ cum eis, quæ ſcis de illis, aliquid, quę innuimus in [c] capitu- C F.15.t.1.c.6.
lo icteritiæ: deinde adminiſtra res in quibus eſt abſterſio, & penetratio [d] ſicut medullam carta- D Ra.lib.diui.c.69.
mi cum ficubus: & ſicut confectio galangę, & quandoq; ſufficit in ea pręmiſſio ſiclæ elixatæ, & con
ditæ cum oleo aquæ, & [d] almuri, & [d] ſinapis ſuper cibum.

*De cura colicæ apoſtemoſæ calidæ & frigidæ.* Cap. 19.

IN facta quidem ab apoſtemate calido oportet vt euacuetur [e] ſang. per phlebotomiam baſilicę, ſi E Paul.lib.3.c.43.
ætas, & diſpoſitio, & virtus, & reliqua neceſſaria conſentiunt in ea, aut faciunt eam neceſſariam.
Et ſi fuerit apoſtema vehementis magnitudinis, & peruenit ad hoc vt cõicent ei renes, & [e] retinea-
tur vrina, oportebit vt fiat phlebotomia ex ſaphena etiam poſt baſilicam: & incipiatur in curatio-
ne eius in primis ab acceptis frigidis humidis: ſicut aqua citrolorum, & mucilagine pſyllij, & quæ
ſunt ſimilia illis, præter cucurbitam: ineſt. n. ei proprietas mala in ęgritudinibus inteſtinorum. Et ex
illis eſt, vt ſumatur ſe. pſyllij. ʒ. iiij. & olei roſ. boni. ℥. i. & conquaſſentur cum. ℥. ij. aquę, & bibantur,
vt leniatur natura. Aut aqua granatorum duorum: aut aquæ foliorum althææ: & aqua endiuiæ, &
aqua ſolatri, Et quandoq; ponuntur in hmõi ſiracoſt, & caſia fiſtula & bibuntur. Et cum neceſſaria
ſunt in hmõi diſpõne clyſteria, clyſterizetur ex aqua hordei cum aliquantulo caſiæ fiſtulæ, & ſira- G
coſt. Et ſi in aqua hordei decoctę fuerint ſeueſtẽ & viol. erit magis conueniens. Et ſi permiſceatur
cum aqua hordei, aqua ſolatri, & alkekengi, erit vehementius cõueniens. Et nos diligimus ad eam
enemata cum lacte aſinino in quo diſſoluta eſt caſia fiſtula: & eſt oleum eius oleũ amygd. & oleum
ſiſaminum. Et qñq; inuenis materiam cholericam & acuitatem plurimam, quare indiges tunc vt
ſoluas cum eis, quę ſunt ſicut ſcãmonea, & aloes ſm ſingularitatem: deinde perueni ad infrigidan-
dum, & humectandum, & cura ſit ſm apoſtema vt ſit illud magis conferens, & magis iuuans. Et
qñ pertranſit hęc infirmitas hunc locum, & apparet lenitas pauca: tunc neceſſarium eſt vt ponas in
clyſteribus aquam hordei, folia althææ, & ſemen lini, & aliquid de virtute fœnugræci, & chamęmil
lam, & anethum, & caules: aut ſuccos eorum: aut olea eorum: & pone in ea triplicatum ſucci vuę, &
caſię fiſtulæ. Et ſimiliter pone in eo, quod bibit, ad ſoluendum zuc. ru. & pone cibum eorum aquã
ciceris decoctam cum hordeo excoriato, & detur eis etiam in potu aqua fœniculi. Emplaſtra vero
ſm horam ſint ex ipſis, ex quibus fiunt clyſteria ſm illam horam. Incipe igitur in primis cum empla
ſtris infrigidantibus, & ſit in eis lenificatio quędam, ſicut ſunt violæ, & ſicut ſemen lini: deinde de-
clina ad lenificatiua plus, ſicut eſt chamæmilla. Et vnguenta compoſita ex eis, quæ ſunt, ſicut oleum
roſ. cũ oleo chamęmillino, & maſtice, & adipibus. Cũ ergo ſubleuatur, paulatim ponantur in eis gũ
ma albotim, & fœnugręcum, & pix. Ex curationibus vero bonis factę ab apoſtemate frigido, & eſt H
parum valde, eſt [f] vt ſumatur olei laur. pars. i. de oliuis pars. i. & adipis anſeris æqualiter pars. i. F Ca.c.11. & Ra.21. cõt.t.1.c.2.213.3.
eſt enim mirabile. Et iuuant emplaſtra facta ex abrotano, & anetho, & ſquinantho, & meliloto, &
reliquis medicinis, quibus curantur apoſtemata frigida de illis, quæ ſciuiſti in omni loco. Et ex eis,
quæ valde conferunt ipſi, eſt emplaſtrum de abrotano factum cum aſpalto.

*De cura colicæ melancholicæ.* Cap. 20.

OPortet vt euacues melancholiam cum eis, quę ſunt ſicut [g] decoctio epithymi, & pilulæ de la- G Raſ.li.diui.c.69.
zulo, & ſimilia: deinde ſequere cum pilulis de aſcebram, & ſerapino. Et ſi neceſſaria ſunt cly-
ſteria, ponantur in eis polypodium, & epithymum & ſtichados, & ponatur in clyſteribus, & ſup-
poſitorijs lapis lazuli contritus ſicut puluis, aut lapis armenus. Et quandoq; ponitur in eis clyſtere
cortic. rad. mori: & emplaſtretur venter eius, & euaporetur cum eis, quæ ſunt ſicut grana nigellæ,
& alharmel, & origanum, & chamæmilla decocta in aceto.

*De cura colicæ factæ ex fæce.* Cap. 21.

IN facta quidem propter cibos, ſi poſſibile eſt vt euomat reſiduum eorum in ſtomacho, faciat
Et declinetur cum cibo ad lubricatiua frigida, & calida: aut temperata ſecundum neceſſitatem.
Et lubri-



A Li.2.t.2.c.142. & c.139. & G.li.3. ſim. c.15.b A Et lubricantia ſunt ſicut iura pinguia: & proprie ius [a] galli decrepiti, qui fatigetur currendo donec
cadat: & non remaneat in eo fortitudo, deinde decoletur, & incidatur, & frangantur ſup ipſum oſſa
eius, & decoquanť in aqua plurima valde, cũ ſale, & anetho, & polypodio, quouſq; diſſoluatur in
aqua, & remaneat aqua fortis, & ſorbeat illud. Et qñq; ponitur in ipſo oleũ de cartamo: & ſicut ius
de ſpinachijs, cum pullis pinguibus: & ſicut ius de prunis, & alia. Et hæc lubricantia, aut educũt eã,
aut leniunt ipſam, & currunt inter ipſam & corpus inteſtinorũ, & ſeparant inter ea, & præparant
fæcem ad lubricitatem. Cum ergo bibitur ſolutiuum, aut adminiſtratur clyſtere, alleuiatur exitus fę
cis ex eo. Et adminiſtrentur clyſteria leuia pdicta in cholerica. Et clyſtere ex ſucco ſiclæ, & violarũ
B Raſ.t.9.c.71. contritarum, & almuri, & oleo ſiſamino, & baurach, ſm q̃ docui ipſum. Et clyſtere ita factũ. [b] Re
cip. ſiclæ. M. i. & furfuris pugillum. i. & ficus. x. numero, aquæ lib. vij. & ponatur in ipſo althææ albę
aliquid, & decoquantur donec redeat ad lib. i. & coletur & proijciantur ſuper ipſam zuccari ru. ʒ.
x. & baurach aur. i. & almuri. ʒ. 5. & olei ſiſamini. ʒ. 5. & clyſterizetur cum ea. Et iteretur clyſtere ip-
ſum donec egrediantur oẽs ſquibalæ, & clyſtere fiat ſicut hoc clyſtere. Recip. tribulorum, & poly-
podij, & anethi, & cartami contriti omniũ ana. ʒ. x. & pruna. x. numero, & ficus. x. numero, & viol.
M. i. & turbit pondus. ʒ. ij. & ſe. lini, & ſe. apij amborum ana. ʒ. iij. & tereniabin, & tamarindorum
amborum ana. ʒ. xxx. & ſiracoſt, & caſiæ fiſtulæ amborum ana. ʒ. xij. & ramorum ſiclæ, & ramorũ
B caulium, amborum ana. M. i. decoquantur ſicut conuenit, & ponatur ſuper decoctionem eorũ co-
latam muri & zuccari ru. amborum ana. ʒ. xv. & baurach aur. i. & olei ſiſamini aur. x. & fiat clyſtere
cum ea. Quod ſi res fuerit vehemens, & cum hmõi clyſteribus non iuuatur, adminiſtrentur clyſte-
ria fortia prædicta in cap. cholicæ phlegmaticæ narrata: qm̃ ipſa ſunt cõferentia phlegmaticæ, factę
† culcaſſia. cum fęce plurima: & ex eis eſt clyſtere de †{aluſnẽ.} Ea aũt quæ bibuntur ſunt, ſicut electuarium de
dactylis, & electuarium ſeriarã, & electuarium alaſcof, & diacydonitẽ. Et iſta quidẽ non adminiſtrã
tur, niſi poſtq̃ non inueniuntur lubricantia prædicta in cap. colicæ cholericæ fore plurimi iuuamẽ
ti. Et ex eis quæ ſunt inter virtutes duas, eſt vt ſumatur zuccari ru. & penidij reſoluta in tanto oleo
ſiſamino quantum ipſa ſunt, & bibatur. Et ſimiliter decoctio ficuum cum ſeueſtẽ, quæ bibatur cũ
triplicato. Quod ſi non conferunt ipſa, neq; quæ diximus de electuarijs prædictis, tunc nõ eſt excu-
ſatio pilularum, & potionum fortium in cap. colicæ phlegmaticæ, narratę ad hoc, q̃ ipſa ſunt vehe-
mentis iuuamenti, ad retentionem vehementem phlegmatis, & fæcis plurimæ. Et ex bonis, & forti
bus in hoc, eſt vt decoquãtur paſſæ, & ſeueſtẽ, & caſia fiſtula, ſicut facit illud neceſſarium diſpoſitio,
& coletur aquoſitas eius, & ponatur in ea hieræ picræ pondus aur. i. cum aliquantulo olei de ker-
ua, & iterum ſumatur hierę picræ pondus. ʒ. ij. cum pondere. ʒ. vij. olei de kerua, & bibatur in deco
C Raſ.21.cont.t.1. c.2.210.4. ctione anethi. [c] Et iterum ille qui vtitur multa comeſtione piſcium frigidorum, & ouorum elixato
C rum ſuperflue recipiat in modum ſuffuſ rem plurimam ſalis: & bibat ſuper ipſum aquæ calidę quã
titatem, quam poteſt: deinde exercitetur, & commoueatur labore aliquo, & fortaſſe ſoluet eũ. Qđ ſi
cauſa fuerit vehementia raritatis corporis, & ſudor aut caliditas ventris: aut ſiccitas oportebit vt ad
miniſtrentur curationes faciles prædictæ in capitulo colicæ cholericæ. Et eſt neceſſarium illis, & eis
qui ſunt ante eos, vt ſumant ante cibum lubricantia, ſicut pruna, & ſicla condita cum oleo dulci, &
almuri, & ſiracoſt, & ouis ſorbilibus, & vua, et ficubus, et chryſomelis: & ſumat almuri in ieiunio,
aut oliuas aquæ in ieiunio. Et multiplicentur in cibo ſuo pinguia: & ſorbeant ante cibum decoctio
D Raſ.li.diui.c.69 nes caulium decoctorum in carne agni pinguis, aut gallinæ pinguis. [d] Et ſi raritas fuerit in corpore
ſuperflua, inſpiſſa ipſum cum oleo roſ. & myrtino in vnguẽto, & in cerato poſitis. Et minora à bal
E Raſ.li.diui.c.69. neatione, cum adminiſtratione reliqui regiminis prędicti, & ponatur balneatio eius cum aqua fri-
gida. [e] Et ſi fuerit cauſa multitudo prouocationis vrinæ, extrahe fæcẽ cum eis quæ ſcis: deinde mul-
tiplicetur in accipiendo ea, quæ ſunt ſicut dactyli, & paſſæ dulces, & humidæ, & penidij, & omnia
quę minorant vrinam, & leniunt naturam.

*De cura colicæ frigidæ factæ ex debilitate expulſiuæ.* Cap. 22.

F Lib.5.ſũ.1.t.2. G Li.5.ſum.1.t.1. IN hoc modo conferunt adminiſtratio confortantium, & theriaca, & mithridatum, [f] & theodori
con, [g] & ſagzenea, [g] & diamarte, & adminiſtretur in ſolutione eius quod eſt ſicut hiera picra cũ
D aqua ſpecierum, & oleo de kerua, & oportet vt ſit cibus eius de cibis bonis, ſicut ſunt aleſfidabegi,
et alzirbegi cum carnibus leuibus laudabilibus.

*De cura colicæ factæ ex debilitate ſenſus, & eius ablatione.* Cap. 23.

H Lib.5.ſum.1.t.2. HVic generi confert ſumere ea, quæ ſunt ſicut [h] logodion, et ſicut anacardina, et alkandicõ, et
theriaca, et mithridatum. Et ex potibus ſicut alcadicõ, et almeſuſen, et vinũ purum: et ex oleis
I Li.5.ſum.1.t.10. bibendo et clyſterizando oleum alkelkelangi, et oleum [i] alkerua, et oleum de coſto proprie, et alki
tran in oleo, et pix in oleo, ſecundum quod ſciuiſti in locis pręteritis.

*De cura colicæ factæ ex torſione.* Cap. 24.

MElior cura eius eſt, vt ſedeat vel iaceat in loco accommodato, et fricetur venter eius cum ta-
ctu ſubtili, ęquali preparante inteſtina eius ad locum: et ſimiliter inungatur dorſum eius, et
ſtringantur crura eius fortiter valde.

*De cura colicæ factæ a vermibus.* Cap. 25.

K T.5.c.8. OPortet vt ſcias illud ex ſermone [k] noſtro in vermibus, et curationibus eorum. Quod ſi fuerit
ſuper vmbilicum, tunc adminiſtrentur ea quæ bibũtur: et ſi fuerit apud vmbilicum, et ſub eo
tunc fiant clyſteria dicta illic.

*De cura colicæ factæ ex ruptura* Cap. 26. E

CVra colicæ ex ruptura eſt rectificatio rupturæ. deinde regatur colica ipſa, ſi non remouetur ꝑ rectificationem rupturæ.

*De regimine narcoticorum* Cap. 27.

Caue a narcoticis; venena sunt

IAm diximus ĩ libro vĩ qualitatem neceſſitatis alienationis narcoticorum. Qđ ſi fortis fiat neceſſitas, & non ſit eorum excuſatio, tunc conuenientius eorum eſt philonium, & cõfectiones, quas ego dicã in [a] antidotario, & oẽ narcoticum in quo recipiť caſtoreum. Et ex eis ſunt trochiſci aſtare quorũ deſcriptio Recip. croci, ſtoracis liquidæ, zinzib. piperis longi, ſe. hyuſquiami albi, oĩum ana ℈.i. opij, caſtorei amborũ ana. ℈.iiij. fiant ex eis pilulæ paruæ, & ſit doſis earũ ex duabus. iij. ℈. vſq; ad ℈.i. Medicamen bonũ. Recip. radicis pæoniæ, & croci, cordumeni, cyperi, oĩum ana. ℥.ij. foliorũ mẽtæ ſiccæ; coſti, myrrhæ, piperis longi, amomi, ſpicæ indæ, oĩum ana vnc. iij. ſe. apij, aniuden, zinzib. caſiæ, carpobalſami oĩum añ. vnc. iiij. opij, ſe. hyuſquiami, corticis mandragoræ oĩum añ. vnc. i. mellis quantum ſufficit, adminiſtreť poſt ſex menſes. Et iterum adminiſtrentur quędam clyſteria nota, temperata, & ponatur in eis caſtorei. ℈.ß. & opij quantitas fabæ, & minus. Et quandoq; poniť opiũ & ſimilia in oleis clyſteris, ad colicam. Et quandoq; ponũtur cum hoc ſerapinum, & aſſa & oleum balſami, & aliquid muſchi. Et quãdoq; fit tenta linita ex opio, & caſtoreo diſſolutis in oleo de ſeminibus, & ſubmergitur in eis, & mittitur in anum: & ponitur ei fimbria fili, & dimittitur extra, & in funditur omni hora: & renouatur ſupra ipſum medicina. F

A Li.5.ſũ.1.t.1.

*De cibatione colicorum.* Cap. 28.

QVod oẽs habentes colicam cibo indigeant lubrificatiuo, lenitiuo, eſt res in qua non eſt dubitatio. Sed & ꝙ cõfortatiuo aliquo egeant, eſt res, quæ eſt apud debilitatẽ apparentẽ, ꝑꝑ vehementiam doloris, & multitudinẽ euacuationis. Et cõfortantia quidem ſunt aquæ carnis de coctæ fortiter, & vitellus oui ſorbilis, & medulla panis diſſoluta in iure, & vino. Quod autem dimiſſio cibi penitus ſit iuuatiua colicæ phlegmaticæ, & ventoſæ, & alijs, eſt res currẽs curſu canonis. Et q̃nq; neceſſariũ eſt vt ponanť turbit, & ſcammonea in iure eorũ, & in pane ipſorum. Et oportet vt [b] ſit panis eorũ furfuraceus fermentatus non azymus. Et ſit ſpongioſus vel mollis nõ dẽſus vel durus. Et conferunt pluribus eorũ, aut non nocent, ficus, & paſſę, & [c] †{algiemiz,}& muſa, & dactyli recentes oĩa iſta cũ ſunt dulcia, & melon vehementis dulcedinis, & vehementis maturitatis. Amplius cibi apoſę, & cholericę, ſunt lubricatiua frigida, ſicut aqua hordei, & ius de lentibus, & alſfida begi, & ius de ſpinachijs, ſi non timeť inflatio ſpinachiarum: & ferculum, qđ fit de prunis, & ſilia. Ius aũt galli decrepiti, & alcanabir & [d] †{alfrach}eſt cõe ei, quę fit ex fęce: & frigidę cum ſpeciebus ſuis. Et non dať licentia in carne galli decrepiti. In carne aũt [e] †{alcanabir} quidam licentiã non dãt ꝑpter illud, quod timent de retentione, quia ex carne ipſius extracta eſt virtus in elixatione. Et quidam, ſicut Rufus & Gal. in libris ſuis, & ꝑprie in [f] lib. de theriaca, dicunt, ꝙ caro eius iuuatiua eſt et aſſata, & caro [g] †{alhudub,} ſimiliter. Et acceptio almuri anabati ante cibum ſeptẽ ſorbitionibus, eſt iuuatiua in omni in qua non eſt caliditas maxima. Et ſimiliter ſorbilia iuuãt eos. Amplius quod proprium eſt colicę frigidę, eſt aſſumere almuri, & allia in cibario eorum: & condire cibaria eorum cum [h] porris, & ſale, & condire cum ſpeciebus, quę ſunt cinnamomum, & zinzib. & origanum, & cyminum, & vrtica, & cartami. Et oportet vt ſumantur aleſfidabegi cum ſpuma ſinapis: & ſit ſal eorum ex ſale gemma cum ſeminibus commiſto cũ cartamo, & nigella, & cymino, & aniſo. Et alienent omnia olera, [i] niſi rutam, & ſiclam. Et in menta eſt inflatio etiam. Et ex potibus eorum, eſt vinum odoriferum purum: & ſyrupus de melle cum ſpeciebus. G

B Alex. lib. 10. ca. 1.
C † ficus pharaonis,
D † pulli
E † galeritę
F Cap. 9. g
G † vpupæ,
H Alex. lib. 10. c. 1. 455.
I Cap. 29.

*De his quæ nocent colicis.* Cap. 29.

REs quę colicis nocent, alię ſunt cibi: & alię ſunt operationes: cibi vero ſunt omne groſſum, & viſcoſum ex carne ſylueſtri, ita ꝙ leporum, & gazellarum, & vaccarum, & algiazor idest piſces magni proprie ſiue ſint recentes, ſiue ſaliti: & omne frixum ex carnibus: & omne aſſatum quocunque modo ſit: & [k] omnes ventres animalium, immo omnia corpora carnium, niſi illa, quę excepimus ante. Et nocet eis cibi ex ſimila & panis azymus: & nocent eis [l] †{alſechbagi,}& almedire, & [m] †{alkiſchie}& albheth, & allauzinie & [n] †{alchataif.} Et ſimiliter [o] †{alchaſchenanegiat} omnes nocent & [p] †{alfatit,} & [q] †{alzalabia} & lacticinia, & caſeus antiquus, & recens: H & omne in quo eſt inflatio ex cibis. Et olera omnia, pręter illud, quod diximus de his, quę ſunt ſicut [r] ſicla, & ruta, & menta nocet eis cum inflatione ſua. Et ſimiliter eruca, & tarcon nocet eis etiam: & ſicut oliuę, & omnes fructus, niſi chryſomela, & pruna cholericę & calidę, et factę ex fęce propter caliditatem et non alij. Et melon dulcis ante cibum in diſpoſitione ſanitatis eſt non nociuus plurimis colicorum. Cucurbita autem proprie, et alcheta, idest cucumer longus et alchayar, idest cucumer communis, et alcheted, idest cucumer rotundus, et citonia et album caulium et album raparum et alcanabit, et pira, et poma, et proprie acetoſa, et ſtyptica, et zarur, et algobera et condiſi recentes, et mora ſcemi: et almirberis, et ſumach, et acreſta, et ribes, et quę fiũt ex eis: et quę ſunt ſimilia illis, colico non eſt via vtendi illis. Et ſimiliter nocent eis nuces, et amygdalę humidę valde, et fabę humidę. Et de granatis dulcia ſunt minoris nocumenti, quàm acetoſa. Actiones vero quas ipſum oportet vitare ſunt ſicut retentio ventoſitatis, et retentio egeſtionis. et ſomnus ſuper egeſtionem in ventre, et proprie ſiccam: immo oportet vt commoueat ſeipſum apud omnem ſomnum ad euacuandum. Et ſcias, ꝙ retentio ventoſitatis multoties facit accidere colicam:

k Raſ. 21. conti. t. 1. c. 2. 214. 3.
L † cibaria cũ carne elixa cum aqua & aceto,
M † cibaria ex kiſch
N † panis decoct' in patella abſque vnctuoſo aliquo
O † cibaria ex paſta
P † panis durus in fuſus in aqua,
Q † cibus ex paſta molli
R Cap. 28.



A colicam: propterea, ꝙ ſubleuat eam, & exprimit ipſam, ita vt aggregetur res vna: & ꝙ facit accidere debilitatem in inteſtinis. Et q̃nq; illud perducit ad hydropiſim. Et q̃nq; generat tenebroſitatem viſus & vertiginem, & epilepſiam. Et q̃nq; retinetur in iuncturis, & facit accidere ſpaſmũ. Et motus ſuper cibum eſt malus eis. Et potus aquę frigidæ, & potus plurimus ſuper cibum.

*De ileos & [a] eſt ſimilis colicæ cum accidit in gracilibus.* vel de Volulo. Cap. 30.

ILeos accidit ex oĩbus cauſis, ex quibus accidit colica: & oportet vt reditio fiat cum cauſis ſuis, & accidentibus ſuis, & cura curatione ad illud, quod dictum eſt in [b] capitulo colicæ. Et [c] q̃nq; accidit propter potationem venenorum facientium ileos. Et q̃nq; accidit propter vehementiam virtutis inteſtinorum retentiuæ: quare comprehendit illud, quod eſt in eis, & retinet ipſum. Et ex eis quibus differt à colica in iudicijs ſuis, eſt ꝙ multoties fit à malitia complexionis ſingularis, pluſq; fiat ab ea colica. Et plurimum eius eſt ex complexione frigida: & [d] proprie cum accidit vt ſtomachus ſit calidus valde: tunc. n. obtorquet inteſtinum, & oppilat ventoſitatem, & phlegma. Et q̃nq; eſt cauſa potus aquæ frigidæ, non ſm neceſſitatem eius, & ventoſus ex eo eſt, cum caſu oppilationis, pluſq; ſit dolor eius cum inciſione tunicarum: immo eſt totum nocumentum eius ex illo. Et hoc diuerſificatur ab eo, quod eſt in colica. Et apoſtemoſus plus multiplicatur in eo, quã colica: & eſt malus valde. Et [e] multiplicatur in eo, qui eſt ex ruptura, & fæce, vehementia doloris valde. Et multoties per-
B mutatur colica ad ileos: & hæc eſt res quaſi facta ſm maiorem partem. Et plurimum illum quem occidit ileos, occidit in. vij. [e] Et ipſe quidem vadit de quibuſdam ad quoſdam permutatione, quę fit in aere peſtilentioſo, & de terra ad terram permutatione ęgritudinum venientium. Inquit [f] Hipp. cum accidit in colica à qua Deus tueatur nos, vomitus, & [g] ſingultus, & commiſtio rationis, & ſpaſmus, tunc totum illud eſt ſignificatio mala. Hæc nanq; accidentia accidunt cum communitate ſtomachi, & communitate cerebri. Inquit [h] Hip. cum accidit ex diſtillatione vrinæ ileos, moritur ille cuius eſt in. vij. niſi accidat feb. & currat cum ea ſudor plurimus. Sed [i] Ga. ignorauit cauſam in hoc. Et ille, qui ex eo phlegmaticus eſt, & ventoſus, iuuatur cum feb. etiam. Et q̃n fortis fit frequẽtia vomitus maligni, & alcuzez, & ſingultus, eſt mortalis. Et [k] bonitas vrinæ in hac ægritudine non eſt plurimę ſignificationis ſecundum bonitatem: qualiter ergo malitia eius? Et [l] deterior ileos eſt ille, in quo expellitur ſtercus ad ſuperiora, & nominatur fœtidus. [m] Deinde ille ĩ quo eſt ſudor fœtidus, habens fœtorem ſtercoris. Deinde ille in quo eſt anhelitus fœtidus: deinde ille in quo eſt eructuatio fœtida: deinde ille, in quo eſt inferior ventoſitas fœtida.

A T.3.c.6.
B Fen. 16. t. 3. c. 6.
C Aet. li. 3. ſe. 1. c. 28.
D Raſ. 21. cont. t. 1. c. 1. 206. 4.
E T.3.c.6.
F Lib. 7. aph. 10.
G T.3.c.9.
H Li. 6. aphor. 44.
I Lib. 6. aph. 44. d
k Raſ. 21. con. t. 1. c. 1. 205. 3. & G. commẽ. 1. i. 3 de morb. vulg. 6. h. a
L Serap. t. 3. c. 31. & Gal. cõ. 3. in primũ porrhet. 66. f
M G. cõ. 3. in. 1. porrhet. 66. f
N Ga. com 2. in. 3. de morb. vul. 6. a
O Raſ. 21. cont. t. 1. c. 1. 207. 4.
P Raſ. ibi. 205. 2.
Q Ga. li. 7. aph. 10.
R G. cõme 2. in. 3. de morb. vulg. 7. a

*De ſignis.* Cap. 31.

SIgna ileos ſunt, [n] vt ſit dolor ſupra vmbilicum, & [n] non egrediatur aliquid omnino deſubtus: & non fiat iuuamentum magnum cum clyſteri, quemadmodum dixit [o] Hipp. Et q̃nq; expellitur
C fæx ad ſuperiora, & [n] euomitur fæx, & vermes, & aſcarides: & fœtet os eius, & ipſius eructuatio: immo q̃nq; fœtet totum corpus, & hæc ſignificatio non diuerſificatur: & [p] retentio exitus fęcis eſt inſeparabilis ab ęgritudine. [q] Magnitudo autem diſpoſitionis vomitus ſtercoris inſeparabilis, nõ magnificatur, niſi cum eſt timor. Sed motus vomitus, & ſubuerſio hic ſunt pluſq; in colica: q̃m hoc eſt in inteſtino propinquior ſtomacho, quã ipſa. Et ſimiliter accidentia triſtitiæ & anguſtię, & tremor cordis, & ſyncopis, & vigiliæ, & [r] frigus extremitatum. Iſta enim in ileos ſunt plus, quam ſint in colica. Et eſt grauitas in phlegmatico, & in eo, qui factus eſt ex fæce fortior, ꝙ ſit in colica: q̃m ipſe eſt in membro vehementioris altitudinis, & maioris corporis, & minoris quietis ſuper corpus. Et quãdoq; apparet in ipſo inflatio oculi plus quam ĩ colica. Amplius ſigna digeſtionum eius ſicut ſigna digeſtionum colicæ ſunt cum ſignis ileos ex loco doloris, & motu eius, & paucitate iuuamenti eius cum clyſteribus. Verum factum ex venenis ſignificant accidentia ſignificationum aliarũ ante eius fortitudinem: nam ille cuius cauſa eſt venenum, quandoq; perducit ad debilitatem, & mollificationem, & tremorem cordis in principio, cum accidit anteq; fortis fiat & magnificetur dolor eius. Et ſignificant ipſam vt non cognoſcatur cauſa alia manifeſta. Et factum ex virtute inteſtinorum retentiua ſignificant ipſum vehementia duritiei fęcis & velocitas vomitus fæcis, & non erit illic feb. neq; caſus virtutis vehemens.

D *De cura.* Cap. 32.

CVra ileos appropinquat curis colicę: verum eſt fortior: & illud, quod bibitur magis iuuatiuũ eſt in eo. Et eſt neceſſarium ẽt clyſtere in ipſo: nam cum bibitur deſuper, & conſequenter adhibetur clyſtere ab inferioribus, eſt adiutorium bonũ bibito. Et æquale eſt ſiue præmittatur ſiue poſt ponatur ſm neceſſitatem. ſed quodcunq; eorum pręmittať, oportet vt ponatur aliud debilius. Et [s] multoties ſedat dolorem eius ſorbitio aquæ calidę aut applicatio eius ad ipſum cum propinquitate, reſoluendo illud, quod nocet in eo. Et [t] quibuſdam videtur, ꝙ rectius eſt vt ęqueť inteſtinum in primis cum poſitione follis vel inſtrumenti inſuflãtis cum facilitate: deinde clyſterizetur, ita vt perueniat enema ad locum longinquum, applicatione facili. Et phlebotomia hic eſt magis neceſſaria: nam ſi fuerit, apoſtema, nõ erit eius excuſatio. & ſi fuerit dolor fortis ex quo timeať apoſtema: oportebit ꝓſeruari ab ipſo cum ea. ſ. phlebotomia. Et ex hoc q̃nq; accidit ſeparatio malorum humorũ in corpore ꝑꝑ retentionem eorũ ab expulſione vel à loco expulſionis, ita vt tendať corpus. Et q̃n ſpargunť humores mali in corpore, & difficilis fit exitus eorũ cum fluxu ventris: tunc eſt phlebotomia ex neceſſarijs. Et fricatio extremitatum ẽt eſt ex eis, quę prohibẽt materiam facientem dolorem cũ profundatione ſua, trahendo ipſam materiam à ꝓfundo. Et forſitan eſt adminiſtratio lubrificatiuorum

S Raſ. 21. cont. t. 1. c. 1. 208. 4.
T Raſ. ibi. 209. 1.

rum declinantium ad caliditatem, & mucilaginum calidarum cum oleo de kerua, iuuatiua in plurimis ileos, niſi in cholerico & apoſtemoſo vehementis caliditatis. & ſimiliter decoctio anethi cum ſale, & oleo decoctis cum eo. & ſimiliter inunctio corporis cum oleo calefacto. Et curetur ille, qui phlegmaticus eſt cum eis, quæ dicta ſunt in colica ex ebibitis. & cũ eis, quæ ſunt ſicut pilulæ de aloe, & pilulæ de ſerapino, & pilulæ de picra: & omnia illa cum oleo de kerua, & clyſteribus ęqualibus trahentibus ad inferiora. Et ventoſus curatur cum eis, quæ ſunt ſicut illa, quæ dicta ſunt illic, ex ebibitis conferentibus ad ventoſitatem, & clyſteribus vt ponatur clyſtere adiutorium ei, quod bibitur, & cum ventoſis pluribus poſitis in ſuperioribus ventris. Et quandoq; neceſſarium eſt vt [a] ſcarificetur locus, qui vicinatur dolori. quandoq; n. trahitur materia ad mirach. Et complexionalis purus curatur cum eis, quæ ſcis de permutatione complexionis, & euacuatione humoris, ſm quod dictũ eſt in capitulo colicæ materialis. Et apoſtemoſus calidus cũ eis, quæ ſunt ſicut ea, quæ deſcripſimus in colica. Et apoſtemoſus frigidus curatur cum eis, quæ ſunt ſicut illa, quæ dicta ſunt in colica. Et cõuenientius illorum eſt potus olei de kerua in aqua de radicibus, aut cum caſſiafiſtula, & reliquę curationes notæ. Et iterum ex duabus ſpicis, & anethi, & baccarum lauri, & ſeminis lini, & fœnugræci, & ſe. althææ, & ſe. maru. omnium ana aur. i. radicum trium omnium ana aur. vij. & ficus. v. ſeueſten. x. decoquantur: & dentur in potu cum oleo de kerua, & amygdalarum amararum. Et cholericus curatur cum eis quibus curatur ſimile eius de colica. Et ille, qui fit ex torſione curatur cum eis, quæ dicta ſunt in colica. Et [b] qui fit ex ruptura curatur cum ſituatione proportionata reducendo vel reponendo illud, quod eſt expulſum in ruptura, & oppilatione vel conſtrictione eius. Et ille, qui eſt ex vehementia virtutis inteſtinorum curatur cum lubrificatiuis pinguibus, & iuribus gallinarum pinguium, & pullorum & arietum, quorum iura pinguia ſumantur alasfidbegi, & zirbagi. Et proprie quando ponuntur in eis anethum, & radices porri nabati, & oleum amygdalinum. Et adminiſtretur poſt illud clyſtere humidum lene ſubtilis caliditatis. Et factus ex fæce curatur ĩ primis cum clyſteri leui: deinde gradatim peruenitur ad forte: & ſuccedit illi potus ſolutiuorum ꝓpriorum fæci, vt deponatur illud, quod remanſit. Et [b] in venenoſi curatione incipiatur à vomitu, ſicut cum aqua calida, & oleo ſiſamino. Et quandoq; eſt neceſſarium vt ponatur in eo, quod vomere facit, virtus turbit: aut ſe. raphani. Et poſt illud detur in potu theriaca magna, & albezar, & quæ ſunt ſimilia illis, & ponatur potus aquæ zuccari, & cibus ipſius iura pinguia. Et cum continuatur vel ꝓlongatur ſuper eos vomitus: & non recipiunt cibum: ſumant in potu medicamẽ prædictum in huiuſmodi diſpoſitione colicæ. Et quandoq; retinętur vomitus ipſorum, & retinetur cibus in ventribus eorum ſi tribuatur vel ſumatur panis infuſus in aqua calida feruente, & eius, qui accidit ex cibis ponticis, & ſtypticis, & viſcoſis, cura propinqua eſt curæ ſui relatiui ex colica, niſi quia magis iuuatiua in eo ſunt ea, quæ bibuntur, & ſorbentur.

E F G (marginal section letters)

A Pau. li. 3. c. 44.

B Raſ. 21. conti. t. 1. c. 2. 209. 3.

*De tarditate aſcellationis, & velocitate eius.* — *Cap. 33.*

ILlud pendet, aut à cibo, vt ſit ſtypticus, aut põticus groſſus, aut viſcoſus, aut ſit lenis viſcoſus, fluidus, aut ex virtute. Nam ſi virtus expulſiua fuerit fortis, expellet: & ſi fuerit debilis, non expellet. Et ſi virtus lacertorum ventris fuerit fortis, mundificabit: & ſi non eſt fortis, non mundificat & retinet. Et virtus ſenſibilis inteſtinorum, ſi eſt fortis indicat aſcellationem: & ſi non eſt fortis non indicat. Et virtus complexionis, nam frigida & calida ambę retinent: & tu cognoſcis regimen ſecundũ cognitionem tuam cauſę.

*De multitudine ſtercoris, & paucitate eius.* — *Cap. 34.*

ISta duo pendent ex cibo qualitatiue, & quantitatiue: & ex diſpoſitione eius, quod expellitur ad hepar. cibi nanq; plurimi humidi ſuper quem bibitur, egeſtio plurima eſt: & eius contrarij, egeſtio pauca. Et qñ ſubtile eius expellitur ad hepar expulſione vehemẽti minoratur egeſtio: & qñ nõ expellitur, multiplicatur: & tu cognoſcis ex eis, quæ pręterita ſunt, reſiſtentiam vel curationem amborum ſuperfluentium ſecundum contrarietatem cauſę tibi cognitam.

TRACTATVS V. *De vermibus.* — *Cap. 1.*

CVm aderit [c] materia, & veſtitur complexione aliqua, tribuitur ei magis conueniens, quod ipſa poteſt tolerare ex figuris & formis & non prohibetur eius pręparatio à ꝑfectione naturali, quę meretur: vel conuenit ei ex artifice potẽte: & propter hoc creati ſunt vermes, & muſcę, & quę curſu eorum currunt ex materijs putridis & humidis: quoniam illæ materię magis conueniens, quod poſſunt ſuſcipere ex formis eſt vita vel forma vermicularis aut vita vel forma muſcę. Et illud melius eſt quam vt ipſę remaneant ſm putrefactionem puram. Et eſt cum hoc, ꝙ ipſa poſſident ſuper putrefactiones ſparſas in mũdo, & cibantur eis propter proportionem vel ſimilitudinẽ & aſſumunt eas ab habitationibus hoĩum, & ab aere continente eos. Et vermes quidẽ ventris ſunt huius generis. Et [d] non eſt eorũ generatio ex oĩ humore: ipſi. n. non generanť à cholera ru. neq; nigra: qm̃ vna earum eſt vehementis caliditatis: quare non generať ex ea vermis humidus, immo eſt cõtraria complexioni eius: & altera eſt frigida & ſicca longinqua à proportionalitate vitę: ſuper ſanguinẽ vero dñatur & ineſt cuſtodia: & mẽbra vehementer indigent eo: & eſt ꝓportionalis carni hoĩs, & oſſibus eius, non vermi, & [e] nõ eſt etiam ex eis, quæ effunduntur ad inteſtina, & remanẽt in eis, & gñatur ex eis vermis. Neq; etiam forma vermis, & color eius ſignat, ꝙ ipſe ſit ex materia ſanguinea: immo materia vermium eſt phlegma, qñ caleſit, & putreſit, & multiplicatur in inteſtinis, & remanet in eis. Et tu quidem ſcis cauſas multitudinis

H (marginal section letter)

C Sera. t. 3. c. 30.

D Paul. lib. 4 c. 57. & Ser. ibi.

E Ser. t. 3. c. 30. & Halya. 9. the. c. 28.





A dinis generationis phlegmatis. ſ. ex ſatietate nauſeatiua, & comeſtis, & debilitate digeſtionis, ꝓpter quamcunq; cauſam fuerit, & ex complexione membrorum frigida. [a] Et ex cibis, quæ generant ipſum, ſunt cibi lenes viſcoſi: ſicut [b] triticum, & faſeoli, & fabæ, & ex receptione pulueris farinæ, & ex comeſtione carnis crudæ, & lactis, & olerum, & fructuum humidorum & rerum vnctuoſarum, & [a] ablutione cum aqua calida poſt cibum: & [c] ſimiliter balneatio poſt comeſtionem, & coitus poſt repletionem. Et ſpecies vermium ſunt [d] quatuor [e] Longi, magni, & rotundi, & lati, & ſunt cucurbitini vel aſcarides & parui, & non diuerſificatur eorum generatio, niſi ſecundum diuerſitatem illius ex quo generantur, & diuerſitatem illius in quo generantur. [f] Diuerſitas autem eius ex quo generantur eſt, qm̃ quidam eorum generantur ab humiditate, ſuper quam non dominantur diuiſio, & ſeparatio ex parte attractionis hepatis. & ex parte vehementię putrefactionis. Et [f] quidam generãtur ab humiditate, quam ſeparauit, & minorauit, & paruam fecit attractio hepatis continua, & putrefactio, & multitudo penetrationis vel inceſſus fæcis. Et cum generantur, adiuuat ad hoc vt ipſi remaneant parui, ꝙ fæx extrahit eos anteq̃ magnificentur, propter vicinitatem eorum ad exitum breuem. Et [f] quidam generantur ab humiditate inter duas humiditates media. Et illi, qui fiunt ex humiditate in inteſtinis ſuperioribus, ſunt propter humiditatem dictam ĩ primis. & qui ſunt ex humiditate in inteſtino recto, ſunt propter humiditatem dictam ſecundo, & qui ſunt in monoculo & B inteſtino colon, ſunt propter humiditatem dictam tertio: & longi ſunt propter primam: & quandoq; perueniunt ad ſummam, quæ eſt vltra cubitum. Et rotundi, & lati ſunt propter tertiam, quãuis generentur etiam in inteſtinis ſuperioribus: & proprie groſſi, & maximi eorum. Et fortaſſe nõ generantur niſi in colon, & monoculo: deinde ſparguntur ex latere ad ſtomachum: & ex latere ad anum, & parui ſunt propter ſecundam. Et [f] iſti lati, & rotundi ſunt, quaſi generentur ex ipſis viſcoſitatibus fixis in ſuperficie inteſtini, quas comprehendit panniculus mucoſus, velans eas quaſi ipſi generentur ex eo, & in ipſo putreſiant. Et [g] de eis minus nociui ſunt parui, quoniam ſunt parui: & quoniam ſunt elongati à principijs: & quoniam ſunt apti ad expellendum cum fęce forti ſpiſſa: verum ipſi ſi magnificantur, & accidat eis vt remaneant ſpatio aliquantulo, & magnificantur in eo, tunc ſunt deteriores omnibus: quoniam ipſi ſunt ex deteriori materia, deinde longi: nam ipſi non ſunt in malitia latorum: qm̃ materia eorum. ſ. latorum eſt vehementioris putrefactionis. Et [f] lati, & parui plurimi exitus ſunt ex ano propter vicinitatem ani, & debilitatem: quare non poſſunt figi in inteſtino fixione longorum. Et ſicut longi ſunt vehementioris fixionis, ſic parui ſunt vehementioris expulſionis. Et cum habentibus vermes adeſt fe. accidentia ſunt fortia, & maligna: qm̃ feb. conſumit cibum eorum: quare mouentur ad quærendum ipſum, & figũtur in inteſtinis: & qm̃ feb. nocet eis in ſubſtantia ipſorum, & affligit eos. Et qñq; feb. addit in natura eorum putrefactionem, & C acuitatem, & afflictionem. Et qm̃ cholera cum effunditur ad eos in feb. lædit eos. Cum ergo inuoluuntur in inteſtinis, & mordicant ea nocent vehementer. Et [h] iam retulerunt quidam, ꝙ viderunt eos perforaſſe ventrem, & exiuiſſe ex eo: & illud apud me maximum eſt. Et [i] ſimiliter eleuantur ex eis vapores mali ad cerebrum, & nocent ei: & quandoq; eſt retentio eorum in inteſtinis. Et quod ipſi faciunt accidere de putrefactione eſt cauſa feb. Et non eſt eorum diſpoſitio in hoc, ꝙ per ipſos ſit iuuamentum in mundificatione inteſtinorum, iuuamentum, quod fit per vermes, & ſimilia eorum, in mundificatione putrefactionis mundi: quoniam in inteſtinis eſt mundatorium expulſiuũ ex natura. & quoniam proportio vermium ad putrefactionem in inteſtinis & ad totum corpus hominis eſt maior proportione ab expulſione natura: maior eſt proportione muſcarum & ſimilium ad aerem mundi, & terram eius. Et qm̃ ex iſtis generantur nocumenta alia ex hoc, ꝙ rapiunt de cibo neceſſario corpori, & ex contrarietate motus eorum. Et ex hoc, ꝙ faciũt accidere colicam: & ex contrarietate qualitatis ſuper quam figitur complexio corporis, & alijs. Et qñq; generantur ꝓpter vermes, & ſerpentes, epilepſia, & [k] colica. Et qñq; generatur fames canina: propterea, quia vehemẽter rapiunt cibum. Et qñq; generant boliſmum, & caſum appetitus ex ore ſtomachi, propter aſcenſionem ſuam ad ipſum, & fœtorem ipſorum peruenientem ad ipſum. Et qñq; ſequitur vtraſq; diſpoſitiones tremor cordis maximus: & plurimum generantur in ætate infantiæ, & pubertatis, & in D fine adoleſcentiæ. Et [l] aſcarides ſm plurimum generantur in eis, qui ſeparantur ab ætate infantiæ. Sed rotundorum plurimum eſt in infantibus, deinde in adoleſcentibus, & minoratur in ſenibus, cũ tamen illud totum fit. Et [m] ipſi quidem generantur in autumno plurimum, q̃ in reliquis temporibus, propter præmiſſionem aſſumptionis fructuum, & ſimilium, & putrefactionem. Et [m] ipſi commouentur in ſero, & plurimum in hora ſomni. Et labor quidem, & exercitium vehemens qñq; ſolutione educit vermes. Et [m] cum egrediuntur vermes habentium feb. acutas viui, non ſunt vehementis malitiæ: nam ſignificant ſanitatem virtutis, & potentiam expulſionis, & proprie poſt declinationem. Et [m] ſi ęgrediuntur mortui, ſunt ſignum malum. Et [m] ad ſummum eorum exitus in febribus cum egeſtione, non eſt ſignificatio bona: & proprie ante declinationem: [m] verum eorũ exitus cum vita eſt melior, vel minus mala. [m] Verum eorum exitus non in diſpoſitione feb. qñ cũ eis eſt ſanguis, eſt malus: & indicat nocumentum in corpore, & in inteſtinis. [m] ſed eorum exitus cũ vomitu ſignificat humores malos in ſtomacho.

A Raſ. 25. cont. t. 1. c. 1. 280. 4.

B Li. 2. t. 2. c. 245. & Aet. lib. 3. ſer. 1. c. 39.

C Aet. li. 3. ſe. 1. c. 39.

D Pau. lib. 4. c. 57. & Sera. t. 3. c. 30. eſſe ſtes & Haly. 9. the. c. 28. & Gal. introd. fo. 57. f

E Ga. 1. lo. af. c. 5. c, quòd generentur ĩ inteſtinis.

F Ser. t. 3. c 30.

G Ser. & Aeti. li. 3. ſer. 1. c. 39.

H Raſ. 25. cont. t. 1. c. 2. 281. 2. & Pau. li. 4. c. 57.

I Raſ. 25. conti. t. 1. c. 1. 280. 3.

K T. 3. c. 6.

L G. 3. apho. 26. f

M Raſ. 25. cont. t. 1. c. 1. 280. 2.

*De ſignis.* — *Cap. 2.*

SIgna quidem cõia ſunt, [n] curſus ſaliuæ, & humiditas labiorum in nocte, & eorum exiccatio in die: propterea, ꝙ caliditas expanditur in die: & coarctatur in nocte. cum ergo ſpargitur caliditas,

N Alzar. lib. prac. t. 17. ſect. 2. c. 9.

ditas, attrahitur humiditas cum ea: quare vermes incurrunt famem, & attrahunt à ſtomacho: quare E exiccatur ſuperficies continua ei ex ſuperficie oris & labij. Et adiuuat eum ad exiccandum labium aer exterior: quare laborat infirmus in humectãdo labium ſuum cum lingua ſua. Et [a] qñq; accidit habentibus vermes rixa, & horribilitas locutionis, & quaſi ipſe ſit in forma irati malorum morum. Et qñq; perducunt ad alienationem propter illud, quod eleuatur de vaporibus malis: & [b] accidunt eis accidentia karabitus, [b] niſi q non colligunt pilos, & [b] non patiuntur ſodam, & nõ patiuntur tinnitum auris. Et [c] accidit eis ſtridor dẽtium, & proprie in nocte. Et ſunt in pluribus horis, [d] quaſi maſticent aliquid, & quaſi appetant extrahere linguam. Et accidunt eis [d] ſaltus in ſomno, & [a] tremor, & clamor in ipſo, & agitatio formæ, & [d] ira aduerſus illum, qui euigilat eos: & accidunt eis ſuper cibum [d] nauſea, & triſtitia, & interſecatur vox eorum, & debilitatur pulſus ipſorum, & apud cõmotionem vel excitationem eſt, quaſi proſtratus, & eſt eorum egeſtio, vt plurimum liquida vel humida. [e] Caſus aũt appetitus, & eius vehemẽtia eſt, ſm q diximus in [f] cap. cauſarum. Et qñq; accidit eis ſitis, cum qua non ſatiantur: & ſilr qñq; accidunt eis ægritudines quas diximus [g] illic. Et qñ [h] fortes fiunt dolor, & ægritudo, cadunt, aut ſpaſmantur, aut torquentur ac ſi eſſent epileptici. Et qñq; accidit eis in hmôi hora, vt euomant eos: & diuerſificantur colores eorum, & [d] color oculorum ipſorũ: & qñq; remouetur color facierum eorum, & oculorum ipſorum. Et qñq; redit, & quandoq; inflãtur, aut tumeſcunt, aut α tenduntur ventres eorum, ſicut [a] hydropicorum: & quaſi venter eorum F ſit durus. Et qñq; [i] apoſtemantur teſticuli eorum, & emittunt ſudorem frigidum cum fœtore vehementi. De ſignis autem digeſtionis eorum quædam ſunt cõis digeſtionis, & eſt exitus illius ſpeciei, quæ egreditur: deinde longos ſignificant commotio oris ſtomachi, & mordicatio ipſius cum punctione eius, quod ſequitur ipſum, & [a] difficultas tranſglutiendi, & caſus appetitus ſm plurimum, & abominatio cibi, & ſingultus. Et qñq; nocent pulmoni & cordi propter vicinitatem ſuam, quare accidunt [a] tuſſis ſicca, & tremor cordis, & diuerſitas pulſus, & ſunt ſomnus, & excitatio non ſm ordinem: & eſt pigritia, & abominatio motus, & intuitus, & palpitatio, & [d] apertio oculi: immo declinat ad clauſionem oculi. Et [d] accidit oculis eorum vt rubeant quandoq;, deinde alia vice obfuſcentur. [a] Et quandoq; α tenduntur ventres eorum, & fiunt ſicut hydropici. Et qñq; accidit ei fluxus vẽtris. Cum latis autem, & rotundis [k] appetitus ſm plurimum multiplicatur: quoniam ſecundũ plurimum elongantur à ſtomacho, quare non nocent in eo, & [k] rapiunt cibum, & mouentur in tempore famis motu nocente mordicante debilitante virtutem, & mollificante, incidẽte in eo, quod ſequitur vmbilicum. [l] Paruos autem ſignificat pruritus ani, & inſeparabilitas cõmotionis apud ipſum. Et quandoq; adeo fit fortis, donec accidit ſyncopis: & inuenit habens eos, cum aggregantur in inteſtino ſuo, grauitatem ſub hypochondrijs ſuis, & dorſo. Et ex eis, quæ conferunt iſtis omnibus eſt vt ſorbeant aliquid aceti in tempore ſomni. G

*De cura.* Cap. 3.

INtentio, quæ attenditur in curationibus vermium, eſt [m] vt prohibeantur à materia generãte eos ex commeſtis prædictis, & vt mundificetur phlegma aggregatum in inteſtinis ex quo generantur: & vt interficiantur cum medicinis, quæ ſunt venena in comparatione ad eos. & ſunt amari ſaporis, de quibus quædam ſunt calidę & quædam frigidæ, quas dicemus: & medicinæ, quæ operantur cum proprietate: deinde fluxu ventris educantur poſt interfectionem, cum non expellit eos natura per ſe. [n] Non. n. oportet vt prolongetur eorum ſtatio in ventre poſt mortem, & putrefactionẽ vel fœtorem, & inferat vapor eorum nocumentum venenoſum. Et medicinæ quidẽ calidæ ad gradum peruenientes tertium ſunt conuenientiores in regimine eorum hora omni, niſi illic ſit feb. aut apoſtema qñ res calidę amarę contrariant complexionibus ipſorum cum caliditate & contrariantur qualitatibus quas ipſi diligunt. ſ. vnctuoſo & dulci. Et inuenit ex ebibitis, & enematibus, quæ aggregant tria iuuamenta. Suppoſitoria vero melius eſt vt ipſa extrahant, q̃ vt ipſa interficiant: niſi illis, qui ſunt in inteſtino recto ex paruis vermibus. & qñq; fiunt ex genere vnctuoſi dulcis, vt trahat ad ipſa vermis: propterea, quia diligunt ea, & egrediuntur cum eis cum extrahuntur. Et melius quidem curantur cum ebibitis hora vacuitatis ventris. Et cum mittuntur venena interficiẽtia eos in lacte, & in carnem ſuper prunas aſſatam, & ſimilibus, ſunt ipſi ad ſumendum ex eo diligẽtes ma H gis: & eſt illud magis interficiens eos. Et [o] qñq; ſumit in potu habẽs vermes, ſicut lac duobus diebus deinde potat in die tertio in lacte medicinam interficientem eos: Et qñq; ſugit ante eam carnem ſup prunas aſſatam. Cumq; inuenit odorem eius peruenit ad ſugendũ illud, quod deſcẽdit ad ipſum: & qñ ſequuntur illud medicinæ, ſunt magis interficientes eos. [p] Et qñ tu adminiſtras clyſteria venenoſa interficientia eos, tunc melius eſt vt linias ſtomachũ cum ſtypticis, & proprie in quibus eſt virtus interfectiua vermium, ſicut ſumach, & tarathit, & acatia diſſoluta ĩ vino. Et ſilr capparis, & anethũ in vino. Et ſi non tolerant ſtypticitatem horum, tunc lutum ſigillatum in vino. Et [q] cum bibuntur medicinæ facientes ad vermes, tunc oportebit vt ſtringantur nares vehementer, & nõ multiplicetur extractio anhelitus, & intromiſſio eius, quantum poſſibile eſt: nam rectius eſt vt non permiſceatur cum anhelitu aliquid de odore earum. Et de curatione cõtinua cum curatione vermiũ, eſt rectificatio appetitus cum cadit. Et quandoque inuenitur in emplaſtris, & eis, quæ bibuntur, quod aggregat ad confortationem appetitus, & interfectionem, & extractionem eorum: ſicut aloe cum abſinthio, ebibitis pilulis factis ex eis: & linimento facto ex eis: & ſimiliter aloe cum rob acetoſis. Et quandoq; aggregatur cum vermibus fluxus ventris: quare neceſſarium eſt vt interficiantur tantum:

A Aet.li.3.ſe.1.c.39.
B Raſ.25.cont.t.1. c.1.280.1.
C Raſ.& Fẽ.7.t.1. c.20.
D Pau.lib.4.c.57.
E Fen.13.t.2.c.7.
F 1.
G Cap.1.
H Raſ.280.4.
Infra α
I Raſ.280.3.
Supra α
K Gal.de ther. ad piſo.c.15.a
L Serap.t.3.c.30.& Aet.lib.3.ſer.1.c.41.
M Serap.t.3.c.30.
N Aet.li.3.ſe.1.c.39
O Raſ.25.cont.t.1. c.2.281.1.
P Raſ.281.3.
Q Raſ.281.2.



A tantum: motus nanq; naturæ extrahit eos. Et qñq; diſpoſitio exigit vt interficiantur cum ſtypticis amaris, vt aggregentur mors eorum, & retentio naturæ. ſ. qñ aggregantur vermes, & fluxus ventris, & timet caſus virtutis, & proprie cum emplaſtris ſtypticis in quibus eſt interfectio aliqua vermium: vt non cadat virtus: deinde vt ipſi egrediantur poſt illud, aut per expulſionem naturæ, aut p medicinam bibitam aut ſuppoſitam. Et qñq; ſunt cum eis apoſtemata in viſceribus, & eſt neceſſarium regimen ſubtile. Et medicinæ, quæ interficiunt [a] aſcarides, fortiores ſunt eis, quę interficiunt longos: & illæ, quæ interficiunt aſcarides, & rotundos, interficiunt etiam longos: & cauſa in hoc eſt, q aſcarides ſunt remotiores ab eis, quæ bibuntur, & ſunt magis ſubmerſi in humiditatibus velantibus vel continentibus eos: & qñq; ſunt in cyſti. Et qñ ipſi generati ſunt à materia groſſa, & groſſiore & ſpiſſiore, & propinquiore ad complexionem calidam, & magis ſimili ei, quod eſt venenum: quare non patitur à ſuo ſimili, dum non ſuperfluat.

*De medicinis calidis interficientibus vermes, & proprie longos.* Cap. 4.

SIngulares quidem ſunt, ſicut [b] praſſiũ, & [c] cordumeni: de quibus ſumat aurri. & [d] ſceha, & [e] lupini amari, & caſia, & [f] calamenthũ, & ſuccus eius, & [b] grana [f] †{aldeemeſt,} & [g] coſtus amarus, & [h] epithymũ, & cartamũ, & [i] menta, & [k] cambil, & [k] cyminum, & [b] camepityos, & cẽtaurea, & petrolegium, & [l] allium proprie. Et qñq; interficit aſcarides ſemen fœniculi, & myrtus, & origanum, & B faufel, & [m] abſinthiũ, & [n] ſemen cauliũ, & cortices algarab, & radix enulæ exiccata, de qua bibantur ℥. iij. & cyminum aſſatũ, & [h] abrotanũ, & aniſum, & ſemẽ apij, & [o] naſturtiũ forte eſt in cap. ſuo, & [p] nigella. Et ſemen atriplicis ſolutione educit eos cum mortificatione, & ſilr volubilis, & [k] polypodium. Et melius quo educit fluxu ventris poſt mortificationẽ eſt aloe. Et qñ homo bibit de oleo potionem, & ſuperfluit quantitatem, q̃ poſſis eſt in bibendo ipſum, interficit eos, & extrahit ipſos: & [q] proprie oleum omphacinum, & ipſum interficit latos ẽt, & interficit pp ſuam amaritudinem, & lubricat pp viſcoſitatem ſui. Quod ſi non fuerit poſſe bibere ipſum vice vna, bibat ipſum vtẽdo potu poſt potum, ſumendo ex eo cochlearia duo. Et ſilr grana nil interficiunt ſerpentes, extrahendo eos: & qñq; conferunt in latis. De compoſitis vero, quæ interficiunt eos, ſunt quę ſunt [r] ſicut theriaca magna. Et illę, quæ aggregant interfectionem, & extractionem, ſunt ſicut hiera picra. Et ſicut ſi ſumat ſceha, & abſinthium amborum ana. ʒ. i. & tertia pulpæ coloquinthidæ pondus quartę. ʒ. i. & ſalis indi danich. i. & ſumat in potu. Et quandoq; interficit eos potare cyminum, & nitrum, mediatim, & ex omnibus pondus duorum aur. & [s] iterum nitri, piperis cordumeni partes æquales: & doſis eius ſit vſque ad. ʒ. i. & . 5. Et [t] iterum piper, & grana lauri, cyminum indum, maſtix, conficiantur cum melle: & ſit doſis eius in mane cochlearium. i. & in hora dormiendi tantũdem: [t] aut enulę, & ſceha, & piperis, & [u] †{ſiracha} partes æquales, ſumantur in potu ex. i. 3. & . 5. vſq; ad. ʒ. iij. Et pilulę de abſinthio educunt longos: lati autem indigent fortiori hoc. C

*De medicinis, quæ magis proprie ſunt aſcaridum.* Cap. 5.

SVnt kitran adminiſtratum in clyſteribus, & epithematibus, & [x] †{albrench vel alberengi} & medulla eius & [x] †{allirachs,} & [x] coſtus amarus, & cortex radicis mori, & ſuccus eius, & cambil, & pulpa coloquinthidæ, & aloes, & [y] †{alſangiar} mirabile eſt in latis: & cortex albelengi ex arboribus: & exiſtimo, q eſt ſpẽs ſeder & azadaracht. Et ex eis, quę extrahunt vermes ſine nocumento eſt, vt bibantur. ʒ. iij. [x] ſucci enulę recentis: eſt enim mirabile valde. Et antiqui quidem dixerunt, q †{alarbian} extrahit aſcarides. Et [z] ex medicinis mirabilibus in omnibus ſpẽbus vermium ſunt pili animalis nominati [a] †{harimun.} Et [b] alcalcadis eſt ex eis, quæ interficiunt eos cum iuuamento, ſi fuerit illic fluxus vẽtris: & iam diximus ad eos in antidotario decoctionem eius, & centaureę. Et [c] iterum bibat lac mulctum tribus diebus in mane: et cœnet ſuper ipſum aleſfidabegi: deinde ſumantur. vij. aur. brengi kebuli vel brench kebuli et ſirachs. ʒ. iij. et cambil. ʒ. iiij. et terantur et ſoluãtur in aceto acetoſo: aut in ſyrupo acetoſo, et maſticetur ſeu ſugatur aliquid de carne aſſata ſup prunas vt delectentur vermes: deinde bibatur ex eo quantitas quam neceſſariam faciunt exiſtimatio, et experimentum. Medicinæ autem frigidæ, et paucæ caliditatis ſunt, ſicut ſemen [d] coriandri, cũ bibitur tribus diebus cum [e] †{rob:} et ſemen apij: eſt. n. forte valde interficiẽs oẽm vermem, et ſumat D cum ſyrupo acetoſo, aut lacte acetoſo: aut bibatur decoctio eius: et faufel, et [f] folia perſici, et α ſuccus eorum, et ſpina ægyptiaca, et ſunt abſq; plurima caliditate. Et rubus, et [x] decoctio corticis arboris granati acetoſi, et muzi decoquantur in aqua nocte tota: deinde coletur, et bibatur, et ſilr aqua in qua decoquitur radix eius. Et [g] ſuccus arnogloſſæ conuenit ei, qui habet vermes, et fluxum vẽtris ſimul: aut arnogloſſa ſicca. Et [h] iterum ſumach diſſolutum in aqua eſt mirabile, et hypoquiſtidos lutum ſigillatum cum vino ſunt etiam mirabilia: et magra mirabilis eſt etiam, et ſemen [i] portulacæ cũ ex eo multum ſumitur interficit eos: et ſilr β endiuia amara et apium aceto cõditum. Et dicit, q melon interficit eos, et ſolutione educit ipſos, et tribuli propinqui ſunt iſtis medicinis: et cõſequitur ex virtute harum, q ipſæ trahunt latos etiam. ſ. illa, quæ ſunt ſicut ſemen alkaleſ, et α ſuccus perſici, et coriandrum, et β endiuia amara, et polium, et reliqua. et iſta aut bibũtur cum lacte abſque butyro, aut cum aqua calida, aut ſyrupo acetoſo.

*De regimine vermium paruorum.* Cap. 6.

QVandoque interficiunt eos ſuppoſitio ſalis, et clyſterizatio cum aqua calida, et eradicant materiam eorum. & fortius hoc eſt clyſtere in quo recipiunt centaurea, cartamum, hyſſopus, rubea, et pulpa coloquinthidæ, quod adminiſtretur calidum. Et fortius illo eſt ſuppoſitorium

A Ser.t.3.c.30. vermes parui circa rectum,
B Pau.lib.4.c.57.
C Dioſ.lib.1.c.5.
D Dioſ.lib.3.c.24.
E Dioſ.lib.2.c.102
F Dioſ.li.3.c.34.
F † lauri,
G Dioſ. lib. 1. c.15.
H Raſ.25. conti.t.1. c.281.3.
I Dio.lib.3.c.33.
K Ser.t.3.c.30.
L Dio.lib.2.c.145.
M Dioſ. lib.3.c.23.
N Dio.li.2.c.113.
O Dioſ.li.2.c.147.
P Dioſ.lib.3. c. 75.
Q Raſ.281.2.
R Gal.de ther. ad Piſo.c.15.a.
S Paul.lib. 4. c.57. fo.243.26.
T Pau.ibi. 243. 27.
V † radicis
X Ser.t.3.c.30.
† ſemen
† radix filicis
Y † anchuſa
† aial aquaticum.
Z Paul.li.4.c.58.
A † ichneumonis.
B Raſ.25. conti.t.1. c.281.2.
C Raſ.ibi.281.2.
D Dioſ.lib.3.c. 60. & Raſ.282.2.
E † paſſo
F Galẽ.7. de med. ſimp.fa.56.a.
Infra α
G Paul.lib.4.c.57.
H Raſ.281.4.
I Dioſ.lib.2.c.117.
Infra β
Supra α
Supra β

ſitorium de alkitran & clyſtere cum eo, & proprie [a] cum oleo de chryſomelis amaro, aut medulla E perſicorum amara: & ſint iam decoctæ in ipſo medicinæ interficientes: & qñq; [b] clyſterizaẽ et cum kitran. Et ex eis qbus fit ſuppoſitoriũ ſunt artanit a, & buchormariẽ, & cortices radicis ſceha. Et ex eis, quæ colligunt hos paruos, eſt vt mittaẽ in anum [c] caro pinguis ſalita, & ſit iam ſup eã ligata fimbria fili. Ipſi nanq; aggreganẽ ſup eam: propterea, quia diligunt eã: deinde extrahatur poſt expectationem horæ vnius ſup eam quantum poſſibile eſt, & extrahaẽ, & itereẽ vſquequo mundificetur.

*De clyſteribus eorum, qui habent vermes.* Cap. 7.

CLyſterizentur cum decoctionibus medicinarum prædictarum ad eos, & qñq; ponuntur in eis ſolutiua ſicut pulpa coloquinthidæ, & turbit, & aloe, & cucumer aſininus ſm virtutem, & horam. Et [d] eſt conueniens vt adminiſtretur in clyſteribus eorum alkitran: nam confert iuuamentum maximum, & cuſtodiatur tunc anus, ne proueniat tenaſmon cum ſuppoſitorijs facientibus ad tenaſmon: & ſtomachus vt non debilitetur cum potibus, & emplaſtris facientibus ad ſtomachũ. Et iam ſciuiſti oĩa illa. Et qñq; confert clyſtere cum aquis ſalſis, & aquis ſalitis cum nitro, & ſimilibus, proprie cum kitran. Et qñq; ponuntur in clyſteribus eorum ſuccus foliorum perſici: & [e] decoctio radicum mori, & [e] corticum granatorum, & proprie cum fuerit caliditas.

*De emplaſtris habentium vermes.* Cap. 8.

EMplaſtra ẽt aſſumunẽ ex medicinis ſimilibus iſtis, & confortanẽ cũ eis, q̃ ſunt ſicut pulpa coloquinthidæ, & fel vaccinũ, & ſuccus cucu. aſinini: & cũ eis, q̃ ſunt ſicut kitrã, & aloe. Et qñq; fit empl̃m cũ aloe, & abſinthio: aut cũ aloe, & rob cydoniorũ, & rob malorũ: & interficit, & excitat appetitum. & qñ aggreganẽ oĩa eſt rectius. Emplaſtrum bonũ. [f] Teraẽ nigella cum aqua coloquinthidæ humidæ, aut decoctione pulpæ eius, & liniatur ſup ventrẽ, & vmbilicũ. Et [g] dicit, ꝙ medulla cerui, qñ emplaſtraẽ cum ea vmbilicus, confert ad illud. Et ſilr̃ olea medicinarum prædictarum, cũ eis linitur, iuuant: & oleum chamæmillinum, & abſinthium proprie.

*De cibatione eorum.* Cap. 9.

CIbus quidem, qui neceſſarius eſt eis ſm oppoſitionem cauſæ, oportet vt ſit calidus, & ſiccus, in quo non ſit viſcoſitas, & ſit in eo abſterſio aliqua, quę abſtergat eos & extrahat ipſos. Et ingrediuntur in cibis eorum aqua ciceris, & folia caulis, & carnes columbarum etiam ſunt iuuatiuæ eis: & potus aquæ ſalſæ confert eis omnibus. Et cum ſunt fluxus ventris, & caliditas, cibamus cum ſorbitionibus acetoſis cum ſumach factis: qm̃ eſt interficiens reſtrictiuum: & ſilr̃ aqua [h] granatorũ acetoſorum. Et qñ debilitat fluxus ventris, neceſſaria ſunt, quæ nutriunt cum fortitudine. Quod ſi nõ digerantur, ponantur ex genere ſorbitionum, & aquarum carnium. [i] Hora autem, & ordo ſunt, qm̃ oportet, vt ipſi non egeant cibo, quare excitentur vel commoueantur, & mordicẽt ſtomachũ: & fortaſſe faciunt cadere virtutem appetitiuam: immo cibentur ante motum eorum in hora quie- G tis, & vt ſeparetur cibus eorum, & cibentur cibo pauco. Et cum timetur fluxus, adminiſtrenẽ ſuper ventrem emplaſtra ſtyptica ex eis, quæ ſcis. Verum in habentibus paruos vermes, melius eſt vt eorum cibi ſint ex genere illorum, qui ſunt boni chymi, & velocis digeſtionis: nam virtus eorum ſecũdum ſemitam oppoſitionis non peruenit ad eos omnino. Et cum ſunt boni chymi omnino, minoratur chymus corruptus, qui eſt materia eorum.

*De cura caſus, & contuſionis ſuper ventrem.* Cap. 10.

REctius in oĩbus illis eſt, vt extrahaẽ ſanguis ſi poſ eſt, & detur in potu poſt illud, thuris, & ſanguĩs draconis, & luti armeni, karabe oĩum ana. ʒ.i. cum triplicato ſubtili. Et ſi fuerit ſputum ſang. aut fluxus eius p anum, aut vomitus ipſius, ponaẽ ĩ ipſa kirat. i. opij. Et poſt hoc oportet vt tu conſideres illud, quod diximus in [k] capitulo de contuſionibus in libro, qui eſt poſt iſtum.

A Raſ.t.9.c.79.
B Cap.7. & Aet.li.3.ſe.1.c.41.
C Aet.lib.3.ſer.1.c.41.
D Cap.6. & Aet.li.3.ſe.1.c.41.
E Sera.t.3.c.30.
F Raſ.25.cont.t.1.c.2.282.2.
G Ae.li.3.ſe.1 c.39. & Paul. lib. 4. c.57.
H Pau.li.4.c.58.
I Raſ.25. conti.t.1.c.2.281.3. & Pau.lib. 4. c.58.
K Li.4.F.4.t.2.c.6.

## Fen.xvij.de ægritudinibus ani, & eſt tractatus vnus.

*Sermo vniuerſalis de ægritudinibus ani.* Cap. 1.

SCias quod ægritudines [l] ani ſunt difficiles ad ſanandum, pp ea, q̃ aggregãtur H in eo: [l] qm̃ eſt callis: & qa eſt inuerſum penetrãs ab inferiori vſq; ſuperius: & [l] quia eſt vehementis ſenſus: & quia eſt poſitus in inferiori. [l] Quia ergo eſt callis, peruenit ad eum fæx in oĩ hora, & mouet ipſum, & addit in dolore eius, & priuat eum à quiete cum qua compleẽ receptio iuuamenti medicinarum: & cum qua natura facit rectificationẽ vel cum qua natura cõfirmaẽ in rectificatione. Et [l] qa eſt inuerſus difficilis fit adhærentia medicinarum ad ipſum. Et [l] qm̃ eſt vehemẽtis ſenſus, multiplicatur dolor eius: & multitudo doloris attrahit. Et qm̃ eſt poſitus in inferiori, facilis fit deſcenſus ſupfluitatum ad ipſum: & proprie cum obedit ad receptionem earum, debilitas, quæ eſt cum eo ex nocumento, quod eſt in ipſo.

*De hæmorrhoidibus.* Cap. 2.

SCias, [m] ꝙ multoties exiſtimat aliquis, ꝙ habeat hæmorrhoidas, & non habet niſi vlcera in recto, & in eis, quæ ſunt ſupra ipſum: oportet ergo vt conſideretur illud. Et [n] hæmorrhoides quidem diuiduntur per ſpecies diuiſionis famoſæ in verrucales, & ſunt deteriores earum: & in vueas, & in morales. Et verrucales ſunt ſimiles verrucis paruis. Et vueę ſunt latæ rotundæ purpurei coloris,

L G.9.de med.cõpo.ſm loc.c.6.e
M Ra.24.con.t.1.c.2.263.2.
N Ser.t.3.c.28.



A loris, aut ad purpureitatẽ decliues. Et morales ſunt molles ſanguineæ. Et ſunt de hæmorrhoidibus hæmorrhoides quæ ſunt. q. veſicę. Et diuiduntur hæmorrhoides diuiſione alia, in exterius natas, & profundas, & ſunt deteriores earum, [a] & proprię illæ quę tendunt ad partem virgæ: quãdoq; enim ſtringunt vrinam cum apoſtematione. Et natæ exterius apparentes ſunt vnæ trium. De profundis autem quędam ſunt ſanguineæ, & quędam ſunt non ſanguineę, & diuiduntur hęmorrhoides etiã [b] in apertas fluentes. & currit quandoq; res plurima propter apertionem venarum plurimarum: [b] & in ſurdas cæcas. de quibus nil currit. [c] Et plurimum quidem generantur hæmorrhoides ex melancholia, & ſan. melancholico. [d] Et parum generantur à phlegmate, & cum generantur ab eo generantur, quaſi ipſæ [e] ſint veſicæ ventrium piſcium. Et verrucales ſunt propinquiores ad hoc vt fiant ex pura melancholia. Et morales ad ſan. Et vueæ inter iſtas & illas. Et non eſt poſſibile vt accidant hæmorrhoides niſi aperiantur orificia venarum in ano, ſm ꝙ dixit [f] Gal. & propter hoc multiplicantur cum vento auſtrino, & in regione auſtrina. [g] Et nõ oportet ꝙ in hęmorrhoidibus apertis currẽtibus ſang. fluxus retineatur donec perueniat ad debilitatem & mollificationem genuum, & † {comprehenſionem caſacan,} & videatur ſang. non niger: [h] & melius eſt vt fluat paulatim & non ſubito. Et cum in mulieribus declinat ſang. hęmorrhoidarũ ad matricem, & egreditur in menſtruis, iuuantur eo. Et oportet vt fiat etiã illud arte, et prouocentur menſtrua earũ. Et plurimis qui- B dem habentibus hęmorrhoidas [i] adeſt color proprius eis, & eſt citrinitas declinans ad viriditatẽ. Et multoties accidit habentibus hæmorrhoidas fluxus ſang. narium, & remouentur hæmorrhoides.

*De cura.* Cap. 3.

OPortet vt inceptione rectificetur corpus, & euacuetur ſang. malus ita vt [k] phlebotometur ſaphena, & vena quæ eſt à poſteriori parte calcanei, & vena [l] † {almabad} eſt fortior vtriſq; earum. Et ventoſatio eius quod eſt inter duas anchas confert ad eas, & ad humores melancholicos. Et curetur hepar, aut ſplen ſi oportuerit propter ſocietatẽ eius, quod generatur ex eo de ſan. malo. Amplius ſi non fuerit dolor, neq; apoſtema, neq; inflatio, non erit tunc plurima neceſſitas curationis earum: nam earum curatio quandoq; perducit ad fiſtulam, & ad rhagadias. Amplius ſtudium impendatur in lenificatione naturę, vt non noceat durities fęcis ano, & magnificetur labor. Et melius eſt vt ſit illud cum ſolutiuis, & lenitiuis, quę ſunt ex medicinis, ex quibus iuuamentum affertur hęmorrhoidibus, [m] ſicut pilulę de bdellio, & pilulę de alfeluzaharagi, & pilulę [n] † {aldadi,} & pilulæ quas [o] dicam. Et oportet vt ſtudium impendatur in aperiendo ſurdas, & faciendo vt currat ſang. ex eis, quantum poſſibile eſt, vſquequo debilitet: & egrediatur ſan. rubeus, clarus, in quo non ſit nigredo. Quod ſi non ſufficit, ſit regimen eius cum inciſione hæmorrhoidarum, & deiectione earum, incidendo, aut exiccando eas, aut adurendo ipſas cum eis quæ faciunt illud. [p] Et ſcias ꝙ in C ſanguine qui currit ab hæmorrhoidibus, & ex ano, eſt ſecuritas ab herpete heſthiomeno, & mania, & melancholia, & epilepſia melancholica, & eryſipila: & ab illis quæ ſunt ſicut miliaris, & cancro, & excoriatione, & ſcabie, & morphea vel impetigine, & lepra, & pleureſi, & peripneumonia, & phreneſi. Et quando retinetur ſan. ex eis conſuetus, timetur aliqua harum ægritudinum, & timetur hydropiſis propter illud quod accidit in hepate de apoſtemate malo, & duro, & corruptione complexionis, & timetur phthiſis, & dolores pulmonis propter expulſionem ſanguinis mali ad ipſum. Et quãdo curſus facit accidere ſyncopim, ſumatur ſauich hordei cum ſpodio, & luto, armeno, & detur in potu paulatim paulatim. Et medicinę quidem quę ad hęmorrhoidas conueniunt, aliæ ſunt aperientes eas: alię conſolidantes: & alię ſunt conſtringentes ſang. & aliæ ſunt incidentes eas: & aliæ ſunt ſedatiuę doloris. Et ſunt, aut quę bibuntur, aut ſuppoſitoria, aut epithemata, et emplaſtra, & linimenta, aut pulueres, aut ſuffumigationes: aut aquę in quibus ſedet, infirmus, aut reſtrictiua. Et omnia illa, aut ſunt ſingularia, aut compoſita. Et ſcias ꝙ pilularum de bdellio iuuamẽtum in hęmorrhoidibus habentibus periodos, apparens eſt eis: & non ſunt multi iuuamenti in eis, quæ ſunt fixę, non habentes periodos: Et quando aggregantur rhagadię, & apoſtema, curetur in primis apoſtema, deinde hæmorrhoides. Et oleum de chryſomelis in quo reſolutum eſt bdellium, valet ad hæmorrhoidas, & rhagadias.

D *De regimine inciſionis hæmorrhoidarum, & aduſtionis earum.* Cap. 4.

CAſus hæmorrhoidarum quãdoq; fit cum inciſione, & qñq; fit cum medicinis acutis. Cum ergo ſunt hæmorrhoides plures numero, non oportet vt incidantur omnes ſimul, immo oportet vt audiatur præceptum [q] Hipp. & dimittatur vna ex eis, deinde curentur: immo rectius eſt vt curentur incidendo vnam poſt vnã, ſi toleratur illud: & in fine rei dimittatur vna ex qua currat ſanguis corruptus cuius exitus ex ea conſuetus eſt in natura. [r] Et illud inciſum ſi fuerit apparens erit eius regimen facilius: & ſi fuerit profundum, erit regimen ipſius difficilius: & in apparente rectius eſt [s] vt ligetur radix eius cum filo ſetæ, aut lino, aut pilo forti, & dimittatur: tunc ſi ceciderit per illud, bonum erit: & ſi non, experiantur ſuper illud medicinæ facientes eas cadere: & ſi non, incidatur: [t] profunda vero indiget vt extrahatur, deinde incidatur: Extractio quidem qñq; fit cum inſtrumento, ſicut ventoſa cum igne. Et quocunq; modo fit, ponatur ſuper anum, donec egrediatur. deinde retineatur cum inſtrumento extractionis. Et ſi timetur velocitas reditionis, dimittatur ventoſa vna hora, donec tumefiat locus, & non redeat. Et quandoq; ligatur velociter cum filo ligatione apoſtemante, & remanet hæmorrhois exterius. & quandoq; fit cum medicinis extrahentibus, ſicut vt [u] ſumatur ſuccus centaureę, & [x] † {anethi humidi,} & ſtaphiſagria, & conficianẽ illa omnia cum

A Ser.t.3.c.28.
B Aet.l.4.ſer.2.c.5
C G.3 apho.30.f & Raſ.263.1.
D Raſ.263.1.
E Raſ.24.cont.t.1 c.1.263.1.
F 6.apho.12.
G Raſ.l.diui.c.98
† tremorẽ cordis
H Raſ.263.a
I Li.1.F.2.do.3.c.3.
K Lib.1.F. 4.c.20. & Ga.de ſang. miſſione.c.19.h
L † ſub genu
M Ser.t.3.c.28. & Raſ.24. cont. t.1.c. 2.267.2.
N † grani ſimilis hordeo.
O C.7.
P Fẽ.1.t.4.c.15. & li.1.Fen.2.d.1.c.8. & lib.4.F.2.t.1.c.2. & Hip.de mor.vulg. comm.3. in. 6.t.37.
Q 6.apho 12.
R Raſ.24.cont.t.1 c.2.270.3.
S G.cõ.4. de vict. rõne.123.f & Raſ. 267.1.
T Raſ.267.1.
V Raſ.24.con.t.1 c.2.270.4. & Ga.9. de medi.cõpo. ſm loc.c.7.b
X † aluminis

cum melle,et liniatur cum eis anus, & ſupponantur in panno. Ipſa enim commouent egeſtionem, E & perducunt ad hoc, vt appareat anus, & faciant ipſum exire. Aut [a] adminiſtretur nitrũ,& fel tauri,aut adminiſtrentur [b] piper,& nitrum:aut aggregetur ad illud quod eſt ex illis ſuccus buchormarien,aut ſtaphiſagriæ. [c] Et ex bonis eſt phlebotomia baſilicę, ante inciſionem, & ligationẽ. Et cum voluerit abſcindere,retineat illud quod abſcindit ex eo, quod apparet, aut quod factũ eſt apparens cum inſtrumento extrahendi:& trahat ipſum ad ſeipſum: deinde incidat illud ex radice ipſius cum acutiore re,& penetrabiliore re.Et non oportet vt pertranſeat radicem eius,et incidat aliquid ex eo quod eſt infra ipſum,& perducat ad nocumenta, & apoſtemata, & dolores magnos. Et qñq; perducit ad difficultatem vrinæ,& retentionem egeſtionis.Et dimittatur ſang. fluere vſquequo timeatur debilitas: deinde retineatur ſang. cum reſtrictiuis quæ dicemus. Et ſi non fluat ſang. plurimus, phlebotoma ex baſilica.Quod ſi toleretur vt ſang.educatur cum aperitiuis prędictis, & fluat ſang. ex eis,erit rectum,ſi non timeatur caſus virtutis ex dolore. Et qñq; ſufficit in hoc quod eſt ſicut ſuccus cæpe.Et ſi voluerit incidere cum ligamento, liget paruam ex radice ſua, & magnam ex medietate ſua:aut ſm diuiſionem aliam,& ſuccurrat vt non apoſtemetur, & doleat. [d] Et illud et vt deſuper ponatur cæpe elixatum:aut porrum decoctum confectum cum butyro. [e] Et ſedeat ille qui curatur in aquis ſtypticis [f] decoctis in†{cũcum}in aceto,& aqua,in qua decoctę ſunt gallę, [g] & cortices granatorum. Deinde curetur cum his,quæ faciunt naſci carnem ex marã, vt nõ apoſtemetur. F Et intentio in ligatione eſt pręparatio ad penetrandum virtutem medicinarum, facientium cadere hæmorrhoidalium in ea.Et cum vides ãnum apoſtemari,& dolorem incurrere vehementem ex huiuſmodi curis:tunc neceſſarium eſt vt [f] ſuffumiges cum bdellio, & adipe gibbi cameli:& emplaſtres cum emplaſtris prędictis:aut emplaſtres cum pane hauari, & vitello oui,& pauco opio,et encathiſma vel ſeſſio in vino †{aldadi} eſt mirabilis iuuamenti, et ſedat dolorem inciſionis,et ſimilia. Et encathiſma in aquis,in quibus decocta ſunt leniſicatiua:& embroca cũ eis, & ſunt aquæ in quibus decoctę ſunt ſemen lini, & althæa,& ſemen eius,& caulis, & illis ſimilia. Et ex eis quæ propria ſunt apoſtematibus ani ex hęmorrhoidibus ſunt ceruſſæ plumbi vnc. iij. ſuculus vnc. i.lithargyrij vnc.ij. maſticis drach.iij.aggregentur cum ſucco hyuſquiami.Et oportet vt liniatur natura,& non dimittatur fæx indurari in ano.Et curetur retentio vrinæ,ſi acciderit leniſicando apoſtema, quãuis oporteat,vt prohibeatur ab introitu loci vbi fæces egeruntur die & nocte,& proprie, poſt fluxum ſanguinis fortem.Cum autem nõ vult vt fiat inciſio hæmorrhoidarum cum inſtrumento aut ligatione,immo cum medicina, puluerizetur ſuper eam medicina acuta,quoniam ipſa corrodet eam, & mundificabit ipſam,& apparebit caro ſana. [h] Si autem doleat,ſedeat in aquis ſtypticis,& curetur ante illud cum butyro plurimo poſito ſuper eam: deinde curetur cum eis quæ ſunt ſicut maran de ceruſſa & lithargyrio,& maran facto ex eis,& ex aquis ſolatri, & alkekengi, & coriandri. Et qñq; G vna vice, & neceſſarium eſt adminiſtrare medicamen acutum: ꝙ ſi dolor intenditur,curetur curatione præcedenti,deinde reiteretur, & in fine rei denigratur, & cadit. Et medicamen quidem acutum eſt [i] †{dichbardich}&{alfelfediũ,}& quę ſunt ſimilia illis.Et quãdo denigratur,elixetur caulis cum oleo, & ponatur deſuper, & ſedabitur dolor: deinde iteretur donec cadat. Si autem ſuper moralem,& eas quæ ipſi ſunt ſimiles, puluerizentur atrimenta, exiccabunt eas, & deijcient eas, & quandoq; inciduntur etiam.Et phlebotomia, & fluxus ventris neceſſaria ſunt in eis: & puluerizationes,& ſuffumigationes,& epithemata magis operantur in eis.

*De regimine apertionis hæmorrhoidarum cæcarum:& prouocatione ſanguinis earum.* Cap. 5.

OPortet in primis vt leniantur cum balneationibus, & fiat iuuamentũ ad apertionem earum cum phlebotomia ſaphenę,& venę † {almabit:}& vnctionibus ex eis,quæ ſunt ſicut oleum de medulla vel nucleo perſicorum,& de medulla chryſomelorũ amara, & pinguedo gibbi cameli, & medulla cerui,& bdellium, & alia ſingulariter,& compoſitæ:deinde adminiſtretur ſuper eas ſuccus [k] cæpe fortis: & quandoq; ponitur in eis ſuccus buchormarien: & quandoq; ponitur cum hoc aliquid de lacticinijs, & de ſtaphiſagria, & ſtercore columbino, quoniam ipſum aperit proculdubio.Et quandoq; conficitur cum felle bouis, & galbanum eſt ex eis quę ingrediuntur in hoc capitulo.Et ſimiliter folia rutę, & oleum alachoẽ ipſum prouocat ſang. & amplificat poros. [l] Et medi- H camen de myrobalanis cum ſeminibus ſubtiliatiuis,cum iuuamento ſuo in hæmorrhoidibus prouocat ſang.ſ.ſang.hæmorrhoidarum propter illud quod in eo eſt de ſeminibus ſubtiliatiuis. Et ex eis quæ prouocant ſanguinem retentum eſt vt ſumatur [m] pulpa coloquinthidæ. ℥. iij. & amygdal. amarum.℥.iiij.fiant ex eis licinia longa,& retineantur in ano,& permutentur omni hora:et ſint.v. licinia in.v.horis. [m] Cumq; dolor ſit fortior, ponatur in ano licinium ex oleo roſ. & phlebotometur ſaphena.Et quandoq; aperiuntur ex ſeipſis.

*Sermo de medicinis hæmorrhoidalibus ſuffumigationibus & puluerizationibus.* Cap. 6.

REctius eſt vt liniatur ante puluerizationes fortes cum ſarcocolla diſſoluta in aqua. Et ſi tolerauerit dolorem,liniatur intus anus cum [n] pſylotrõ balnei, & oleo pauco,deinde abluatur cũ vino ſtyptico,deinde puluerizetur puluis ſuper hæmorrhoidas.ſ.cortices æris contriti ſolius, & cũ plumbo aduſto. Et iterum arſenicum, & cantharides, & ſal ammoniacus puluerizentur ſuper eas: & ſuccurratur cum eo cuius præterijt relatio ex butyro, & ſimilibus. Et fortius iſtis eſt, vt ſint confecta cum vrina infantis: & hoc currit curſu medicaminis acuti. Quæ autem ſunt conuenientiora illo, et leuiora, ſunt ſicut cinis nucis cupreſſi lauatus cum vino: & cinis corticis oui, et cinis oſſium

dactylo

A Raſ.24.con.t.1. c.2.270.4.
B Aet.li 4. ſe.2.c.6. 6.& Ga.9. de med. cõpoſi.ſm lo.c.7.b
C Oppo.Raſ.268. 2. idem vero Raſ. lib.diui.c.96.
D Raſ.170.3. & 267.2.
E Raſ.24.cont.t.1. c.2.270.3.
F Raſ.267.2.
† vaſe æreo
G Raſ.267.3.
† granis ſilis hordeo
H Raſ.24.con.t.1. c.2.270.3.
I Raſ.24. cont.t.1. c.2.267.2.
† compoſitũ cauſticum.
† ſub genu
K Dioſ.lib.2.c.144
L C.7.
M Raſ.24.cont.t.1. c.2.268.2.
N Dio.lib.



A dactylorum,& lupini ſicci amari & aduſti:& ſimiliter oſſa dactylorũ aduſta. Et ex eis quæ currunt curſu proprietatum eſt, vt ſumatur [a] caput piſcis ſaliti,& exiccetur approximando igni, & miſceatur cum tanto caſei veteris quantum ipſum eſt,et puluerizetur ſuper circulũ.Et ſimiliter cinis caudæ piſcis ſaliti.Et nigella eſt ex pulueribus bonis mirabilis iuuamenti. Et de eis ſunt ſuffumigationes,& eorum fortior eſt [b] anacardus ſolus,aut cum reliquis medicinis, & cum arſenico proprie. Et arſenicum ſolum:& ſulfur,ſolum reliquę autem medicinę ſunt ſicut radix†{aniudẽ,}& rad.oleandri,& alinſtirgat,& ra.lilij,& rad.cappa.& radix apij,& rad.coloquinthidę,& radix alharmel,et venę tinctorum,& ſemen porri,et ſinapis,& α ſtercus cameli,& alkali.& aluſnẽ,& galbanum,& ſarcocolla,adminiſtrentur iſtæ medicinę ſingulariter,& aggregatim,& ponatur aliquid de anacardo, & conficiantur cum oleo de iaſmin,et fiant inde troc.et ſeruentur vt fiant cum eis ſuffumigatio. Et ex eis quę conferunt in eis ſunt aluſnẽ,et galbanum,et ſarcocolla.Et α ſtercus cameli eſt iuuatiuum. [c] Et qñq; ſufficit ſuffumigatio facta cum tamariſco multoties continue. Suffumigatio compoſita. [b] Recip.ra.capp.& ra.apij.& foliorum oleandri,et radicis ſpinæ alhagi,& mharut, & radicis lilij,et anacardi omnium partes æquales: & fiant ex eis auellanæ cum oleo ſambacino, & adminiſtrentur ſuffumigando. Et dixerunt quidam ꝙ ſuffumigatio cum folijs myrti iuuatiua eſt valde: et ſimiliter cum cute nigra alſanach cum ſale ammoniaco. Et hęc ſuffumigatio qñq; fit cum traiectorio inge- B nioſe poſito in ano,ab extremitate,& ſuffumigatur in ipſo: & qñq; fit cũ vaſe perforato ſuper quẽ ſedetur.Et conuenientior pruna vel ignis ad ipſum eſt pruna vel ignis factus [d] ex ſtercore cameli.

*De liquidis quæ ponuntur ſuper eas,& quibus embrocantur.* Cap. 7.

DE [e] eis ſunt fortes acutæ, ſicut aquę in quibus decoquuntur calx viua,et alkali,et arſenicum, & reiteretur illud,deinde conficiantur vel miſceantur cum eis calx,& alkali.Et aquæ aluminoſæ bibitæ,et in ablutione adminiſtratæ ſunt ex eis quæ retinent curſum earum. Epithema. [f] Sumatur coloquinthida humida,& ſcindatur in quatuor partes, et ponatur in vaſe,et fundatur ſuper ipſam vrinæ cameli paſcentis & proprie arabici ſubmergendo ipſam, & ponatur in ſole æſtiuo: et reſtauretur cum vrina, quoties minuitur: eſt enim vehementis iuuamenti, et deijcit eas proculdubio.Et quandoq; fit linimentum cum myrrha aliquoties: nam ipſa corrodit hæmorrhoidas, et deſtruit eas omnino. Et in aqua ſiliquæ humidæ ſubmergatur lana,& ponatur ſuper hæmorrhoidas, qm̃ per eam deſtruuntur omnino. Et ſi fiat fricatio cum ea ſemper, faciet illud ſicut ſit in verrucis: [g] et ſimiliter cucumer capparis humidus. Et vnctiones. Butyrum vetus, [h] et oleum de nucleis chryſomelorum, [h] et oleum de nucleis perſicorum,et pinguedo gibbi cameli,et oleum alkeiri,et oleum de alcanna, in licinijs,et ſuppoſitorijs.Submergatur cottum in melle,et puluerizetur ſuper ipſum nigella aduſta, & adminiſtretur. Et qñq; fit licinium aduſtum factum ex vtroq; arſenico & ſimili- C bus. Et poſſibile quidem eſt vt ex medicinis puluerizabilibus adminiſtrentur licinia cum melle, et eſt ex eis q̃ ſunt mirabilia:ſed ſunt difficilia. Et acuta eſt vt incidatur radix dragõtheę in fruſta parua, et infundatur in vino nocte et die, deinde retineatur quantum poſſibile eſt. Et quidam exiſtimauerunt de nenufare,ꝙ quando fit ex eo tenta confert, & exiſtimo ꝙ ſedat dolorem. Et de eis quæ bibuntur ſunt pilulæ de bdellio ſm deſcriptionem notam, & illę quę ſunt cum cucurbita, & illæ quæ ſunt cum alhuda.Et ex eis ſunt pilulæ dadi. [i] Et earum deſcriptio eſt hæc. myrobalanorum,& belliricorum, & ſeremblegi, et emblicorum partes ęquales, & dabi baſſari partes. v. diſſoluantur cum oleo de chryſomelis: donec ſubmergantur: & conficiantur cum melle: & ſit earum doſis ex ij.drach. vſq; ad aur.iij.Et pilulæ de ſandaracha:& deſcriptio earũ eſt hæc.ſandarachæ, corticis ouorum,†{ſytharagi}ſem.porri partes ęquales,ſalis ammoniaci pars.5. ſcorię ferri partes quatuor:fiãt ex eis pilulæ ſicut nabac:& doſis earum ſit in mane.vi.pilularum vſq; ad.vij.pilulas, & commouet coitum.Et iterum. [h] Recip.myrobala.nigrorũ,et belliricorum et emblicorum ana drach.x. [k] †{cucurij}aduſtæ drach.vij.karabe drach.iij.vitrioli drach.ij.bdellij drach.xx.infundantur in aqua porri,et fiant ex eis pilulę,et adminiſtrentur. Et ex eis quæ experta ſunt eſt illud quod [h] Recip. ſquammæ ferri,& ſe.porri, et ſe.ameos,omnium ana drac.i.fructus capparis ſicci drach.iij.doſis eius ſit pugillus cum aqua porri. [h] Et iterum ſumantur myrobalanorum nigrorum frixorum cum butyro D vaccino,& ſemine fœniculi,omnium aũ. partes ęquales, naſturtij partes duas:potio vel doſis ex eo eſt cochlearium.i.omni die cum vino. [h] Et iterum ſumantur myrobal.nigri frixi cum butyro vaccino cum aqua porri,et oleo de nucibus,et tryphera minori,et tryphera ſcorię ferri, [h] et iterum ſcorię ferri cribellatæ tritæ drach.iij.cum drach.ij.naſturtij albi. detur in potu ex eo in ieiunio in drach. i.aquæ porri,et pondere drach.ij.olei de nucibus. Et iterum ſumatur ariſtol.longa, & pyrethrum, et tribuli,et amygd.amaræ,& ameos.& proijciatur deſuper pugillus farinę hordei, et conficiantur cum aqua porri,et oleo de chryſomelis.Et iterum ſumantur abel noui mundati drach. x. et infundatur in aqua porri aliquibus diebus,& exiccetur in vmbra, & teratur, et addantur ei ſe.alharmel, et aniudẽ carmeni,et naſturtij albi,et fœnugræ. et ameos,omnium ana drach. viij.ferueant naſturtium, et alharmel cum oleo de nucibus, et oleo de chryſomelis, et terantur reliqua remanentia, et aggregentur omnia in vaſe vitreato,aut ſcutella vitreata,et potio ſit ex vno aur. vſq; ad.ij.aur. [f] Et ex eis quæ electa ſunt, & experta, eſt vt in potu ſumatur galbani ſicci pondus drach. ij. cum aqua: nam ipſum remouet eas.Et ſi in potu ſumatur tribus vicibus,non redibunt. Et ſerapinũ, et ſtorax ſunt ex ſumma bibitorũ,quæ bibuntur ad hæmorrhoidas, et ſi natura eſt lenis confert [l] ſuffuf myrobal.cũ ſeminibus,& ipſum prouocat ſang. et ex illis quę conferunt eis eſt aſſiduatio comeſtionis

radicis

A Raſ.24.cont.t.1. c.2.170.4.
B Ser.t.3.c.28.
† laſerpitii.
Infra α
Supra α
C Raſ.24. conti.t. 1.c.2.168.2.
D Raſ.269.3.
E Raſ.24.con.t.1. c.2.168.1.
F Raſ.269.4.
G Raſ.267.2.
H Ser.t.3.c.28.
I Raſ.269.2.
† lepidii
K † limaciæ
L C.5.

radicis alluſ cum melle: tryphera autem cum ſcoria ſtringit ſang. & confert hæmorrhoidibus. E

*De ſedantibus dolorem hæmorrhoidarum.* Cap. 8.

SVmantur ſerapini, & bdellij ſubalbidi ana drach. ij. ſtoracis, drach. i. opij drach. ſ. olei de nucleis chryſomelorum drach. i. & ſ. diſſoluantur gummæ in eo, & ponatur deſuper pondus drach. ſ. de caſtoreo, & iterum nenufaris exiccati pars. i. althææ pars. ſ. & iterum meliloti, lentium excorticatarum ambarum ana pars. i. coniungantur cum vitello oui, & oleo roſ. Et iterum folia althææ, & melilotum confecta cum vitello oui, & oleo roſ. Et quando ponuntur ſuper eas [a] diachylon cum oleo roſ. & aliquantulo croci, & opij, & rob, ſunt iuuatiua. Et adeps anatis eſt vehementis iuuamenti. Et iterum [b] cancer fluuialis [c] hyſſopus humida, adeps renum caprarum, cera alba. Et iterum propriè cum apoſtematur, conuenit vt ſumantur chamæmilla, & melilotum, & parum croci, & terantur & conficiantur cum mucilagine ſe. lini, et triplicato. Et addatur ad hoc capitulum illud quod dicemus in capitulo ficteris. Ipſum enim confert, & ſedat dolores inciſionis & ligationis, & apoſtematis.

A Raſ. 14. cont. t. t. c. 2. 267. 2.
B Dio. li. 2. c. 9.
C Dioſ. lib. 2. c. 66.

*De reſtrictiuis curſus hæmorrhoidarum.* Cap. 9.

DE illis ſunt ea, quæ reſtringunt curſum inciſionis: & ſunt fortiora, & melius eſt vt ſint cauterizantia. Et de illis ſunt ea, quæ retinent curſum apertionis. Et illa quæ retinent ſanguinem inciſionis ſunt atrimenta. Et iterum quæ ſunt, ſicut puluerizatio ex aloe, & thure & ſang. draconis, et F balauſtijs, & ſief memithę, & ſimilibus, puluerizetur, et ligetur ligatura forti. Et iterum pili leporis, aut tela aranea cum albumine oui, & inuoluatur puluere [d] Galeni, & ligetur vſquequo ſigilletur. Et quæ ex eis fortia ſunt, ſunt ſicut alcolcotar cum acacia, & gallis: deinde ligetur fortiter. Quod ſi nihil confert cauterizetur cum cotto ſubmerſo in oleo calido feruente, & retinebitur ſang. deinde pulverizentur deſuper reſtrictiua: & in hoc eſt timor ſpaſmi. Ea vero quæ ſunt infra illa, ſunt ſtyptica nota, & aquæ in quibus decoquuntur ſtyptica. Aut vinum ſtypticum in quo decoquuntur cortices granatorum, & gallæ. [e] Et ex eis quæ bibuntur ad illud eſt tryphera minor in qua poſita eſt ſcoria ferri infuſa in aceto hebdomada vna, à qua coletur acetum, et frixetur ipſa in ſartagine frixione aſſante, deinde teratur ſicut puluis ſubtiliſſimus.

D 5. meth. ca. 4. h & Raſ. 24. cōt. t. t. c. 2. 270. 4.
E Raſ. 24. con. t. t. c. 2. 267. 4.

*De cibatione habentium hæmorrhoidas.* Cap. 10.

OPortet vt alienent [f] à ſe omne groſſum ex carnibus, & res denſas, & omne adurens ſang. ex †{altuabel,}& ſeminibus: niſi ſecundum quantitatem iuuamenti. Et oportet vt comedat ea, quorum digeſtio eſt velox. Et fiat cibus eorum bonus ex carnibus, & vitellis ouorum, & alesfidabegi pinguibus, & algiudabat, & zirbagiat, & aqua ciceris, & ſiſaminum dulce eis confert. Et nux inda cum penidijs confert eis. Quod ſi fuerit illic ſolutio, & curſus ſuperfluus ſang. confert cibus factus ex rizo, & cibus factus ex granatis cum paſſis. Et eorum olea ſint oleum de nucibus, & oleum G de nuce indica, & oleum amygdalinum, & oleum de nucleis chryſomelorum, & pinguedo gibbi cameli, & adipes laudabiles: & †{alhagie}ex vitellis ouorum, & ex porris, et pauco cæpe: et penidij, [g] & ficus ſunt meliores eis quàm dactyli.

F Raſ. li. diui. c. 96.
† ſemina calida
† fatalca
G Raſ. 24. cont. t. t. c. 2. 269. 2.

*De apoſtematibus calidis in ficteri & eryſipila in eo incipientibus, & factis poſt dolores hæmorrhoidarum & inciſione earum.* Cap. 11.

APoſtemata ficteris accidunt ſecundum minus incipientia, & ſecundum plurimum fiunt ſucceſſione rhagadiarum, & pruritus, & ſucceſſione oppilationum orificiorum hæmorrhoidarum, & ſucceſſione curationum hęmorrhoidarum cum inciſione, & medicinarum acutarum. Et cum apoſtemata collectionē faciunt, & fiunt exituræ, timetur ſuper ea, ꝙ fiant fiſtulę: α propter hoc ergo ante maturationem aperiūtur. Et oportet vt adminiſtretur phlebotomia in principio horum apoſtematum: qn̄q; enim ſedat dolorem ſola. [h] Et adminiſtretur ſuper eam †{marā}de ceruſſa: aut liniantur cum albumine oui trito, cum oleo roſ. in mortario plumbi, aut ſtanni, donec in ipſo denigretur. Aut ſumatur merdaſengi partes. v. amyli octo ceruſſæ. ʒ. ij. ceræ nouæ. ʒ. iij. butyri. ʒ. ij. pinguedinis anatis. ʒ. i. olei ſiſami. quantum ſufficit, ponatur cum eis aliquid de triplicato & vino. Et adeps anatis eſt vehementis iuuamenti. [i] Et ſimiliter panis coctus cum aqua cum fit ex eo emplaſtrum cum vitellis, & oleo roſ. [k] Aut panis mundi. lib. i. croci. ʒ. i. opij. ʒ. ſ. adminiſtrentur in rob. Et H ſimiliter emplaſtrum factum de kekengi, eſt bonum val. [l] Et ſimiliter emplaſtrum factū de vitellis ouorum aſſatorum qui terantur in vino ſtyptico, deinde miſceantur cum cera, & oleo roſ. Et quādo pertranſeunt initium, & non ſunt ab inciſione: adminiſtretur ſuper eas diachylō conquaſſatum cum oleo roſ. aut parum emplaſtri baſilicon cum vitellis oui ſorbilis. [m] Et iterum cæpe, & porri elixati cum chamæmilla, aut marā ceruſſæ cum ammoniaco. Et ſi fortis fiat dolor, tūc folia hyuſquiami viridis exprimantur, & ſumantur ex aqua earum aliquid, & miſceatur cum aqua etiam: deinde infundatur in ea panis, & adiungatur ei vitelli oui non coagulati aſſatione vel coctura vehementi & oleum roſ. & fiat ex eo maran. Et iterum quandoq; confert vaporatio æqualis, & ſeſſio in aquis in quibus decocta ſunt ea quæ ſedant dolorem ſicut ſemen lini, & althæa, & ſemen althææ, & maluæ, & additur ſuper ea mucilago frumenti contuſi, cocti ſicut puls, & oportet vt redeamus [n] ad capitulum tenaſmon. In eo nanq; eſt cura bona ad hoc capitulum. Et cum ſunt iſta apoſtemata propinqui temporis in ano ex genere eorum quæ aggregant materiam, [o] tunc α cito perge ad perforandum ante maturationem, vt non extendatur materia ad profundum, & fiat fiſtula: & iam narratur [p] hoc regimen ab Hippocrate.

Infra α
H Pau. lib. 3. c. 59. 173. 3.
† vnguentum
I Raſ. 263. 4.
K Aet. lib. 4. ſer. 2. c. 2.
L Raſ. 24. cont. t. i. c. 2. 269. 2.
M Raſ. 24 cont. t. i. c. 2. 267. 4.
N T. 2. c. 16. & 17
O Pau li. 3. c. 59.
Supra α
P Raſ. 24. cōn. t. t. c. 2. 269. 1.





A *De rhagadijs ani. vel Rimis.* Cap. 12.

RHagadiæ in ano quandoq; fiunt propter ſiccitatem, & caliditatem accidentes ei: & finditur à fęce ſicca, & à qualibet cauſa. Et quandoque fiunt propter vehementiam doloris. Et quandoq; fiunt propter apoſtema calidum. Et quandoq; fiunt propter groſſitudinem fæcis vehementem, [a] & ſiccitatem ipſius: [b] Et fiunt propter hęmorrhoidas quæ finduntur: Et fiunt propter fortitudinem expulſionis ſang. ad orificia venarum ani.

A Alzar. lib. prac. t. 17. ſec. 2. c. 6.
B Aet. li. 4. ſer. 2. c. 3.

*De cura rhagadiarum.* Cap. 13.

QVædam medicinæ rhagadiarum ſunt incarnatiuæ exiccatiuæ, & quædam ſunt lenitiuę, humectantes, & quædam curatiuæ apoſtematis: & quædam ſunt incedentes inceſſu proprietatis: aut propinquæ eis. Incarnatiuæ autem ſtypticæ exiccatiuæ ſunt, ſicut gallæ non perforatæ quæ bene in aqua decoquuntur, & pauco vino pontico, & adminiſtretur ex eis epithema. Et fortius illo eſt vt ſumatur zangiefer, & balauſtia, & ceruſſa, & merdaſengi, & plumbum aduſtum, & ſcoria argenti, & clymia, & adminiſtrentur cum oleo roſ. & cera pauca. Et iterum marā de ceruſſa notum: aut ceruſſa, & ſtannum aduſtum, & oleum roſ. & albugo oui, & ſcoria plumbi, & ſemen roſę. & terantur & adminiſtrentur in maran, & ſicca, & adhęrentia. Et iterum alcannę ſumatur pars. i. & cerę albę partes. iij. diſſoluatur cera cū oleo roſ. & miſceantur: & ſimiliter alkeiri exic- B cata. Et ex eis quæ currunt curſu proprietatum ſunt cinis oſtracorum, & amyli æquali menſura, & foliorum oliuę medietas vnius, & cum eis liniatur. Et ex medicinis iuuatiuis etiam eſt illa, quę Recip. lithargyrij, & ceruſſę, & fricationis plumbi, & olei hyuſquiami albi, & cerę partes ęquales, olei roſacei quantum ſufficit. [c] Et iterum adeps anatis, & thus, & medulla oſſium cerui, & ſemen roſæ, & tucia, & clymia abluta, & ceruſſa plumbi, & ſtannum aduſtum ablutum, & [d] †{ } & opium, et hyſſopus humida, & ſuccus endiuiæ, & ſuccus ſolatri, & oleum roſ. & cerę parum, fiat ex eis ceratum. Et in hoc quidem cum rectificatione vulneris eſt prohibitio apoſtematis, & rectificatio eius, & expulſio doloris. Et ex eis in quibus ſedetur eſt aqua cucume. in qua feruēt ſolatrum, & lentes, & roſę, & hordeum excorticatum. Et quando non eſt pruritus confert chimolea cū oleo myrtino. Et ex eis quę ſunt fortis iuuamenti eſt vt ſumatur olei ſiſamini, & thuris puri, & hęmatitis, & aluminis rotundi omnium ana pondus drac. ij. & croci, & myrrhę amborum ana drac. i. glutinis alimbat, & cerę amborum ana drach. xxij. aggregentur cum vino, & oleo roſ. Et ex medicinis huius capituli ſunt medicinæ conferentes cum ęquatione, & lenificatione facta cum adipibus & pinguedinibus, & mucilaginibus, et ſuccis, & oleis, & glutinationem facientibus, ſicut amylum, & puluis molendini, & dragagāthum, & ſimilia. Et aggregetur ad illas curatio rhagadiarum. De illa eſt hęc deſcriptio. [e] Recip. hyſſopum humidam, medullam vituli, amylum ablutum, adipē ana- C tis, aut gallinę & oleū roſ. Et ex illa eſt vt ſumatur medulla cruris vaccini, & fermentū, & amylum, & liniatur, & iterū maran. Recip. bdellij, gibbi cameli, & farinę hordei partes ęquales medullę cruris cerui, & adipis cerui omnium ana. ʒ. i. mumię. ʒ. ſ. olei ſiſamini. ʒ. ij. amyli, dragaganthi omnium ana. ʒ. i. & aggregentur cum oleo ſiſamino, & olea iuuatiua rhagadijs, in quibus non eſt caliditas plurima, & apoſtema, immo ſiccitas ſunt ſicut oleū alkeiri, & oleum de lilio, et oleū de nucleis chryſomelorum, & oleū de nucleis perſicorum, & diſſoluatur in eis bdelliū. Et confert eis ſuffumigatio cum bdellio confecto cum adipe. Apoſtemoſas autē iam ſciuiſti eas, & confert in eis chimolia cum oleo myrtino, & ſeſſio in ſtypticis, & oleo omphacino. Et iterū decoquantur gallę cum vino, et fiat ex eis emplaſtrum. In rhagadijs autem hęmorrhoſaicis eſt neceſſarium vt ſuper eas adminiſtretur maran, & adminiſtrentur ea quę bibuntur. Et adminiſtrentur pilulæ de bdellio cum ſerapino, quę bibātur in nocte & in die. Et qn̄ currit ex rhagadijs aliquid, ſumatur cottū & ſubmergatur in aqua aluminis, & exiccetur, & abſtergatur cum eo anus, & deuitentur ſtyptica exiccantia egeſtionem.

C Raſ. 24. con. t. i. c. 2. 170. 4. & 267. 1.
D † cerebri gruis.
E Raſ. 267. 1.

*De cibatione habentium rhagadias.* Cap. 14.

OPortet vt ipſi deuitent acetoſa, et ſtyptica exiccantia naturam. Et ſint cibi eorum aleſfidabegi, & ea quę fiunt ex ſpinachijs, & molochia vel maluis, & pinguedo gibbi cameli, & adeps gallinæ & anatis. Et conferunt eis caules conditi in iure carnium pinguium, & vitelli ouorum ſorbi- D lium, & propriè ante alios cibos, & fritalea de vitellis ouorū, & de porris, & cępe cum butyro vaccino non vehementis coagulationis, & nux indica, & amygdalę, & penidij conferunt eis. Et via cibationis eorum eſt via cibationis habentium hæmorrhoidas.

*De mollificatione ani.* Cap. 15.

QVandoq; fit ex complexione paralytica, aut frigore infra illam. Et complexio quidē paralytica, quandoq; eſt ex humiditate ſubtili imbibita ſm plurimum. Et quandoq; ex humiditate quę eſt decliuis ad caliditatem: et eſt eius caliditas cauſa imbibitionis eius, & cognoſcitur illa caliditas per tactum. [f] Et quandoq; fit propter fiſtulas, & ligationem hęmorrhoidę: aut inciſionem eius, cum lacerto aduenit nocumētum commune. [f] Et quandoq; fit propter caſum ſuper dorſum: aut percuſſionem nocentem principijs neruorum aut rumpentem eos, & hoc fit ſubito, [f] & nō eſt ei curatio. Complexionalis vero accidit paulatim, & recipit curationem. [f] Et accidit ex mollificatione ani exitus fæcis inuoluntariè. Et qn̄q; eſt illic tenſio ad exteriora ſimilis mollificationi, propter illud quod ſequitur ipſam de exitu fæcis inuolūtariè. Et multoties ſequitur colica, propter illud quod aduenit lacerto conſtrictiuo de tenſione, & ſcitur per tactum duritiei. Et qn̄q; eſt mollificatio cum ſenſu, & quandoq; eſt cum deſtructione ſenſus: & illa quæ eſt cum ſenſu, eſt incolumior

F Raſ. li. diui. c. 99.

*De cura.* Cap. 16. E

SI fuerit cauſa eius frigus vehemens cum materia, aut abſq; materia, [a] ſedeat in aquis cucume. in quibus ſunt cocta ſauina, & coſtus, & nux cupreſſi, & ſpica, et aliquid de mora, et de ſquinātho. Et ſi indiget fortiore illo, clyſterizetur cum medicina nominata euphorbium: & adminiſtrentur ſuper ipſum ea quæ ſunt ſicut oleum coſtinum, & alia. Et ſi fuerit materia mollificans humiditas in qua ſit caliditas aliqua, quod ſcitur per tactum, fac ſedere ipſum in aquis ſtypticis fortibus, decliuibus ad frigus: & permiſce cum eis calefactiua etiam ſtyptica, & ſi illic exiſtimaueris tenſionem eſſe, tunc adminiſtra mollificātia, leniſicantia ex oleis, & adipibus, & aliis. Et in fine illius, oportet vt adminiſtres mordicantia & commouentia in quibus eſt ſubtiliatio, & reſolutio ad excitandam virtutem: & euacuandam materiam, ſicut aqua ſalſa, & aqua ſalita, & coloquinthida. Et attende ea quæ dicuntur in capitulo: quod eſt poſt illud, & eſt de egreſſione ani.

A Ra.lib.diui.c.90.

*De egreſſione ani.* Cap. 17.

QVandoque fit propter vehementiam mollificationis lacerti conſtringentis anum, educentis ipſum ad ſuperiora: & quandoq; fit propter apoſtemata inuerſantia ipſum. Et curatio quidē redeuntis facilior eſt curatione apoſtemoſi qui non redit: & cura vniuſcuiuſq; nota eſt. Et rectius quidem eſt vt curetur cum eo quo curatur, & reducatur, & ſtringatur. Quod ſi nō reducatur, adminiſtrentur mollificantia. Et oportet vt dicamus medicinas conſtringentes anū, conſtipantes ipſum: nam plurimum neceſſaria ſunt ea quæ ſunt huiuſmodi: nam cum adminiſtrātur, & reducitur anus poſt eas, ſi fuerit reducibilis, & reſtringitur, iuuat. F Ex eis itaq; ſunt aquę in quibus ſedeſ, & quibus fit embroca, & in quibus decoctę ſunt medicinę ſtypticę. Et conuenientior illarum eſt vt ſit illa aqua, vinum ſtypticum. Et de illis eſt vt ſumantur roſæ, & lentes, & ſolatrum, & ſumach, & decoquātur in aqua, et adminiſtrētur. Et iſta iuuant etiam cum illic eſt apoſtema. Et ex eis ſunt pulueres, de quibus cū non eſt caliditas vehemens eſt, vt ſumātur corticum arboris albotin. ʒ. viij. nucis cupreſſi pondus. ʒ. ij. ceruſſæ. ʒ. i. madefiat illud quod egreditur cum vino ſtyptico, et abluatur cum eo, & pulueriżetur hoc ſuper ipſum. [b] Et iterū minuti thuris, & merdaſengi amborum ana. ʒ. viij. nucis cupreſſi ſiccę, & ceruſſę plumbi aſſumptæ per fricationem plumbi eiuſdem ſuper aliud cum vino ſtyptico amborum ana. ʒ. ij. & pulueriżetur, [b] & iterum ſcoriæ plumbi, & ſumach ana. ʒ. iiij. myrrhæ. ʒ. i. ſe. roſ. ʒ. iiij. Et iterum etiam abluatur, & inungatur cum oleo roſ. puro & bono, & ſumatur alumen, & gallę, & antimonium, & ceruſſa plumbi, & pulueriżentur ſuper ipſum, & reducatur ſi reducibilis eſt, & ſtringatur. Quod ſi anus non reducitur, & nō redit propter apoſtema magnum, tunc melius eſt vt regatur apoſtema, et mollificetur illud quod eminet per ſeſſionem in aqua calida, in qua decocta ſunt ſedantia dolorem, & mollificantia apoſtema de eis quæ iam dicta ſunt in capitulo ſuo: & inungatur poſt illud cum oleo anethino, & oleo chamæmelino: nam ſi lenitur & G redit, tunc curetur cum eis quæ dicta ſunt. Et ex eis quę conferunt in hac hora, ſunt ſedantia dolorē prædicta, & proprie nenuſar prędictum in quo ſunt lentes.

B Paul.lib.3.c.59. 174.22.

*De fiſtulis in ano.* Cap. 18.

QVandoq; generantur iſtæ [c] fiſtulæ ab exituris in ano, & corpore eius, & quandoq; generātur ab hæmorroidibus corroſiuis: & de fiſtulis ani quædam non ſunt penetrantes, & ſunt incolumiores: & quędā ſunt penetrantes, & ſunt deteriores. [d] Et illæ quæ ſunt propinquæ, †{althaharizi,} & introitui ſunt incolumiores: qm̄ ſi incidātur, non aduenit lacerto toti nocumentum, immo parti eius, & in reliquo eſt eius operatio ex retentione. [e] Elongatę autem cum inciduntur, & cum eſt curatio inciditur lacertus retentiuus totus, aut plurimum eius: & deſtruitur tota retentio, & perducit ad egreſſionem ſtercoris inuoluntarie. Et quandoque ſunt continuæ cum venis, & neruis: & eſt in eis timor. Et ſcitur differentia inter penetrantes, & non penetrantes, [f] per α intromiſſionem tētæ in fiſtulam, & digiti in ano, quo ſentitur vltimus ſtatus caſus tentæ: quare ſciuntur penetrantes, & non penetrantes. Et penetrātes quandoq; ſignificat exitus ſtercoris ex eis. Et ſcitur an inciſio adueniat lacerto toti, aut parti eius cum regimine quod [f] quidam primorum antiquorū dixerunt, & imitati ſunt ipſum [g] quidam poſteriorū. Et illud eſt, vt intromittatur α digitus in ano, & tenta in fiſtula, & præcipiatur infirmo vt ſtringat anum, & trahat ipſum ad ſuperiora, & ſentitur H illud quod conſtringitur, & illud quod egreditur de lacerto, & quanta ſit latitudo eius, quæ eſt in longitudine corporis. Et quantum ſit inter extremitatem tentæ, & inter ſuperius latitudinis eius quæ eſt in longitudine corporis, an ſit parum, aut plurimum. Et penetrantes quandoq; habent orificium vnum. Et quandoq; habent orificia plura.

C Pau.lib.6.c.77.
D Raſ.li.diui.c.97. † circulo ani
E Raſ.t.9.c. 80. & 24.con.t.1.c.2.268.3
F Pau.lib.6.c.78. *Infra* α
G Haly.9.pract.c. 60. & Raſ.24.cont. t.1.c.2.268.3. *Supra* α

*De curatione.* Cap. 19.

EX non penetrantibus quidem, ſi non fuerit nocumentum curſus plurimi, & fœtor ſuperfluus, non erit malum dimittere eas, & ſi fuerint nocentes, experiatur ſuper [h] eas collyrium algarab, & quę procedunt curſu eius ex medicinis fiſtularum. Et ſi rectificauerit eas, aut minorauerit corruptionem earum, erit bene. Et ſi non, adminiſtretur medicamen acutum, vt conſumant quod apparet de fiſtula, & eſt caro mortua, & appareat caro ſana. Et ſuccurritur dolori cum butyro, ſuperpoſito, & oleo roſ. deinde incarnatur vulnus cum medicinis, & cum marā incarnatiuis, & proprie marā alraſul, ipſum enim ſanat ipſum. Quod ſi fuerit etiam fiſtula, non curetur cum eis adhuc quæ incidunt cum aduſtione, & feſtinatione, ſed cū facilitate, & in ſpatio. Et ex eis quæ ipſas incarnant eſt [i] marā nigrum. Penetrantium autem curatio eſt inciſio, & conſideretur in inciſione illud quod

H Raſ.t.9.c.30.
I Raſ.24.conti.t.1. c.1.263.3.

diximus



A Paul.lib.6.c.78. & Raſ.24.cont.t.1. c.2.268.3.

A diximus. Et ex bona inciſione eius eſt, vt incidatur [a] cum pilis tortis ſubtilibus, aut cum ſeta torta cum quibus ſtringatur, & dimittatur. Et quando perducit ad dolorem vehementem, & timetur quod accidat ſpaſmus, aut aliud accidens malum, auferatur ab ea filum, & curetur cum eis, quæ ſedant: deinde iteretur conſtrictio cum eo.

*De pruritu in ano.* Cap. 20.

QVandoq; fit propter vermes paruos generatos in eo. Et quandoq; fit propter hu. ſalſos, & cholericos mordicantes ipſum. Et quandoq; fit propter vlcera ſanioſa in ipſo.

*De curatione.* Cap. 21

FActus quidem à vermibus, [b] curatur curatione vermium. Et factus ab vlceribus, curetur [c] curatione vlcerum: Sed facti ab hu. retentis in eo, ſi fuerint venientes deſuper, curatio eſt rectificatio cibi, & euacuatio hu. Et ſi fuerint retenti illic, eſt euacuatio cum collyriis ſcitis narratis in eis, quę mundificant inteſtinum rectum ex hu. phlegmatico, et cholerico. Et iam dictum eſt [d] in capitulo tenaſmō. Et curatur cum ſuppoſitoriis temperatis, & cum ſuppoſitoriis ſtupefacientibus. Et vnctio vel linitio cum aceto vini iuuatiuum eſt valde. Et ſimiliter ventoſæ ſuper [e] †{alhoſos.}

B F.16.t.5.c.6.
C C.22.& lib.1.F. 4.c.28. & li.4. F.4. 3.c.1.
D F.16.t.2.c.17.
E † cocygem

*Vlcera ani.* Cap. 22.

B CVrentur cum exiccatiuis fortibus, prædictis [f] in capitulo excoriationis, & ſi ſit dolor vehemēs valde ſtupefac ſenſum loci doloris. Et conferunt eis almaram nigrum, & almaram de viride æris, & ponatur totum in lana ſuper caput tentæ.

F Fē.16.t.2.ca.7.

## Fen.xviij. de dipoſitionibus renum, cuius ſunt duo tractatus.

### TRACTATVS I. *de vniuerſalibus iudiciis renum, & de lapidibus eorum.*

[g] *De anatomia renum.* Cap. 1.

G Li.13.aſal.c.21.

CReati [h] ſunt renes ad hoc, vt ſit inſtrumentū mundans ſang. ex aquoſitate ſuperflua quæ erat neceſſaria ei propter neceſſitatem quā [i] declarauimus. Et illa quidē neceſſitas [k] deſtruitur cum digeſtus eſt ſang. & pręparatus, vt penetret in corpus. Et tu iā [l] ſciuiſti iſta. Et ꝓpterea ꝙ hæc aquoſitas valde plurima fuit, fuit neceſſarium vt crearetur mēbrum mundificans ipſam, et attrahēs eam ad ſe, aut mēbrum magnum, aut duo membra paria. & ſi eſſet magnū, vnum coarctaret, & comprimeret. Loco igitur vnius creata [m] ſunt duo. Et in dualitate eorū eſt iuuamentū quod notum eſt in creatione mēbrorum parium: & duarum C diuiſionū, & diuiſionum pluriū. vna. ſ. vt cū nocumentū acciderit vni eorū, ſtet ſecundū cum parte operationis, aut cum plurimo eius. Et ſubtiliatum eſt ad cōdenſandum ſubſtantiā eorū, & ad faciendā eam ſolidam propter iuuamēta: Quorum vnū eſt, vt ſuccurratur cum ſoliditate paruitati quantitatis. [n] Et ſecundū eſt, vt ſint prohibiti ab attractione rei non ſubtilis exuccando ipſam. [o] Et tertiū eſt, vt ſint fortis ſubſtātiæ, nō velociter patiētes ab eo à quo implentur omni hora ex aquoſitate acuta, cui aſſociatur hu. acuti in pluribus horis. Quia igitur creati ſunt ita, facilitatur penetratio ſubtilis in meatibus eorū. Et dilatatus eſt locus eorū propter illud, quod poſitum eſt illic de viſceribus. [p] Et poſitus eſt ren dexter ſupra ſiniſtrum, vt ſit magis propinquus hepati: & magis trahēs ab ipſo, quātum poſſibile eſt, ita vt fortaſſe tangat ipſum, immo tangat additamentum quod ſequitur ipſum. [q] Et poſitus eſt ſiniſter deſcēdens: qm̄ cōpreſſio fit in latere ſiniſtro à ſplene, & vt illud quod attrahitur ex aquoſitate, non attrahatur inter diuiſiones æquales, immo attrahatur ad propinquius in primis, & ad longinquius ſecūdo. [r] Et ipſi quidem cum duobus cornibus vel extremitatibus cū concauo ipſorum, & gibboſitate ipſorum vicinātur oſſi ipſius dorſi. Et poſita eſt in interiore parte cuiuſq; eorum concauitas à qua attrahitur ad ipſum aquoſitas ex ſuperiore, quod aduenit ei: & in ipſa vadit, deinde trahitur ab ipſa ex interiore parte eius ad veſicam in poris vritidibus à quibus ſe- D paratur paulatim paulatim, poſtq; mundificat ren illud qđ aſſociatur illi aquoſitati de ſuperfluitate ſang. purificatione meliore, & magis vltima, quæ poſſibilis eſt: [s] quare nutritur ab eo quod de ipſo purificatum eſt, & expellit ſuperfluitatē. Aquoſitas enim non peruenit ad renes exiſtens in vltimo clarificationis, & ſeparationis: immo peruenit ad eos remanēte ſanguineitate in ipſa, quaſi ipſa ſit lauatura carnis ablutione vltima, & propter hoc [t] quando debilitantur renes, non purificatur: quare egreditur aquoſitas aſſociata ſibi ſanguineitate. [u] Et ſimiliter cum hepar eſt debile, & non diſcernit aquoſitatē à ſanguineitate, ſeparatiōe qua oportet, & quātitate qua oportet, & regimine quo oportet, tūc penetrat cū aquoſitate ſanguineitas plus ꝙ neceſſe ſit penetrare, quare ſuperfluit illud quod aſſociatur ei de ſanguinetate menſuram quo indigent renes in nutrimento ſui: Et eſt illud quod egreditur ex illo in vrina lotiū etiā ſimile loturę, quę egreditur cum renes debiles ſunt in nutriēdo ſe. [x] Et renibus quidem aduenit neruus paruus, ex quo creantur panniculi eorum, [y] & aduenit eis vena ex latere hepatis: [z] Et aduenit eis arteria quātitatē habēs ex arteria, quæ aduenit hepati.

H G.lib.4. de v.p. c.6.d, & li.5.c.5.h
I Lib.1.F.1.d.4.c.1.
K Gal.li.4. de v.p. c.6.d
L Li.1.F.1. do. 4.c. 1.&.2.
M Ga.li.5. de v.p. c.6.d.e
N Ga.li.5. de v.p. c.6.f.g, & 7.h
O Ga.2. de art. cur. ad glauc.c.102.f
P Ga.li.5. de v. p.c. 6.d, &.5.a, & lib.6. anat.c.13.c, & li.14. de v.p.c.7.f
Q G.lib.5. de v. p. c.6.de
R Raſ.t.1.c.20.
S Ga.lib.5. de v.p. c.6.f.g
T C.11.
V Fē.14.t.2.c.2. & li.1.F.2.d.3.ſū.2.c.2.
X Ga.lib.5. de v.p. c.10.f
Y Lib.1.F.1.d.5.ſū. 5.c.5 & G.li. de diſſect.vena.c.8.b
Z Lib.1.F.1.doc.5. ſum.4.c.5.aliter

*De ægritudinibus renum.* Cap. 2.

ACcidunt eis [a] ægritudines complexionis, & accidunt eis ægritudines compoſitionis in paruitate quātitatis, & magnitudine eius, & ex [a] oppilatione: de cuius ſumma [b] eſt lapis. Et ægritudines

A Alzar.lib. prac. t.10.c.1.
B Raſ li. diui.c.70.

dines ſolutionis continuitatis, ſicut [a] vlcera, & corroſio, & abſciſſio venarum, & earum apertio. & E totum illud accidit, aut in ipſis, aut in meatibus qui ſunt inter eos, & inter alia: & illud parum fit. Quod ſi accidat in illis meatibus oppilatio ex ſan. aut humore, aut lapide, cõicat rem in curatione. Et quando multiplicãtur ægritudines in renibus, debilitatur hepar ita, vt perueniat res [a] ad hydropiſim ſiue renes ſint calidi, ſiue frigidi. Cumq; vides habentẽ dolores in renibus mingere vrinã viſcoſam, & glutinoſam, tunc ſcias ꝙ illud addit in doloribus eorũ propter illud quod attrahũt de materijs malis, & generat q̃nq; lapidẽ. Et reſoluuntur eorum ægritudines per vrinã groſſam reſidentem. [b] Et multoties quidem facit incurrere ſtrictura lumbaris dolorem, & calidatem in renibus.

A Alzar. lib. prac. t.20. c.1.

B T.2. c.1.

*De ſignis quibus ſignificantur diſpoſitiones renum.* *Cap.* 3.

SIgnificatur ex vrina in quantitate, & ſubtilitate ſua, & colore ſuo, & hora ſua, & ex eo quod admiſcetur ei, & ex diſpõne ſitis: & ex diſpõne deſiderij coitus: & ex diſpõne dorſi, & doloribus: eius: & ex diſpõne crurium: & ex ipſo dolore, & ex tactu: & ex eo quod cõuenit, & quod non conuenit. Et ægritudinibus quidem renum aſſociatur paucitas vrinæ: Et diſtinguit hepatis ægritudines quę eis ſimilantur, ꝙ appetitus nõ omnino proſtratus eſt. Et ille qui mingit vrinam in qua eſt ſpuma plurima, & fortis, tunc in renibus eius eſt ægritudo, & ſimiliter eſt in illo qui habet ſedimen carnoſum, & capilloſum, & orobinum digeſtum, qm̃ digeſtio eſt ante renes. veruntamen digeſtio cum eſt vehemens valde, & cum ea permiſtio ex rebus alijs, arbitrare ꝙ ægritudo eſt in veſica: & ſi F fuerit digeſtio infra illã vel minor illa, tũc eſt in renibus, & ſi nõ vides digeſtionẽ, tũc iudica ꝙ principiũ ægritudinis eſt in hepate: qm̃ digeſtio quidẽ fit propter cauſam ſuperiorũ, & ſi non eſſet ſanitas eorum, non fieret digeſtio. & ſi non eſſet nocumentum in eis, non eſſet defectus digeſtionis.

*De ſignis caliditatis renum.* *Cap.* 4.

SIgnificatur caliditas renum ex tinctura, vrinæ ſicut [c] ſua rubedine, & ſua citrinitate: deinde ex [c] priuatione pinguedinis totius corporis: & ex caliditate tactus, & ex veloci acceſſu apoſtematum: calidorum: & ſicut diabetes calida, & multo deſiderio coeundi, & ſiti nimia.

C Alzar. lib. prac. t.20. c.2.

*De cura.* *Cap.* 5.

CVra eorum eſt [d] exhibitio lactis aſinæ in potu: & caprarum nutritarum in domo cũ herbis frigidis, & exhibitio lactis vaccini, de quo extractum eſt butyrum, niſi timeatur vitium lapidis: qui ſi timeatur, exhibeatur aqua lactis de quo extractũ eſt butyrum, qm̃ ipſa eſt vehementis extinctionis renũ, & ſimiliter omnes ſucci, & mucilagines quas ſciuiſti. Et cum clyſterizabis cum eis, erit melius. Et q̃nq; clyſterizatur cum aqua frigida, & oleum ſeminum cucumeris lõgi, & erit bonum. Et ſimiliter emplaſtra facta ex illis & vnctiones ex oleis frigidis. Et camphora eſt vtilis valde in cura caliditatis renũ. Et in ſumma ſitis in hac cõplõne fit frequẽs, & nõ cõuenit ꝓhibitio aquę frigidæ.

D Alzar. lib. prac. t.20. c.2.

*De ſignis frigiditatis renum.* *Cap.* 6. G

SIgnificatur frigiditas renum [e] ex diſcoloratione vrinæ, & totius corporis, [e] & paucitate deſiderij coitus. [e] Et ex debilitate dorſi, & eſt dorſum eius ſicut dorſum ſenis. Et his quidem ſuperueniunt ægritudines frigidæ, & nocentur à frigidis.

E Alzar lib. prac. t.20. c.2.

*De cura.* *Cap.* 7.

IVuamentum illius eſt [f] clyſtere ex oleis calidis, & adipibus calidis, & butyro vaccino, & oleo ſiſamino, & oleo nucum, & alkekengi, & amygdalarum amararum, & cartami, & cum aqua fœnugręci, & anethi, & brodio capitum arietum, & columborum, & alijs, & ꝙ vngatur ab extra cum adipe vulpino, & adipe † {aldabha, & oleo laurino, & oleo nucum, & fiſticorũ, & oleo coſtino proprie. Et quandoq; permiſcentur aquę eorum cum oleo ſecundum quantitatem ſufficientem ad clyſtere faciendum. Et ſumantur iterum emplaſtra medicinarũ calidarum, ſumma quarum eſt aggregata: Et cyminum eſt iuuatiuum valde in cura frigiditatis renum, & proprie illud in quo contritio permiſcentium ipſum eſt plurima, & clyſtere cum oleo coſtino eſt forte valde: & ſequens illud eſt oleum habalchadara, [g] id eſt oleum grani viridis, & oleum fiſtici: [h] & adeps caudæ arietum quando fit clyſtere cum eo, eſt vltimum in calefaciendo renes, & confortando.

F Alzar. lib. prac. t.20. c.2.

† aĩal medium inter lupum & canẽ.

G Raſ. 23. conti. t.3. c.2. 256.3. & 255.4.

H Ra. ibi. & 255.4

*De extenuatione, & arefactione renum.* *Cap.* 8.

QVandoq; accidit renibus extenuatio, & arefactio quæ dicitur debul, & diminuitur pinguedo H ipſorum, immo qua doq; nõ remanet pinguedo ipſorum propter malam complexionem, & nimium coitum: & euacuationem.

*De ſignis.* *Cap.* 9.

SIgna ſunt caſus appetitus [i] coitus, [i] & albedo vrinæ, & frequenter vrinare, [i] & debilitas dorſi: [i] & dolor lenis in illo: [i] & quandoq; erit cum illo extenũatio corporis.

I Raſ. li. diui. c.70.

*De cura.* *Cap.* 10.

IVuamentum eorum eſt [k] comedere medullas cum zuccaro: ſicut medullas amygdalarum, et nucis indę, et auellanarum, et fiſticorum, et papauer, et cicera, et fabæ, et faſeoli conferunt, et pinguedines ſicut pinguedines gallinarum, et anſerum, et renum hœdorum, vel caprarum, et panis impinguatus vel vnctuoſus calidus. Et miſceantur cum iſtis medicinæ diureticæ, et ſpecies aromaticæ cõfortatiuæ, vt ſint diuretica perducentia vel facientia peruenire, ſcilicet ad renes, et ſpecies aromaticæ commoueant virtutem. Et quandoq; miſcentur cum illis ſicut alhach. i. lacha, & illud in quo eſt viſcoſitas vnctuoſa, vt confortetur ſubſtantia carnis: Et iuuat potus lactis vaccini, & lactis decocti cum ſua tertia aut quarta de tereniabin. Et quando conteruntur vel minutim inciduntur renes,

K Ra. li. diui. c.79.





A & coquuntur & aromatizantur & ponitur ſuper eos, quod impinguat & confortat ex ſeminibus & ſpeciebus aromaticis, erit iuuatiuum. & iuuant eos clyſteria facta ex carnibus agnorum vel arietum & columbinorum & capitum caſtratorum, cum oleis odorem habentibus aromaticum. Et olea medullarum, quæ dicta ſunt: & adipes caudæ arietum proprie. Et ſi ponãtur in eo renes pingues erit iuuatiuum. & quæ ſunt ei ſimilia. Clyſtere bonum. Capita agnorum pinguium ponantur in olla cum aquæ kiſt. i. & .5. & claudatur cum luto forti: & ponatur in furno ſpatio. xxiiij. horarum quouſq; ſeparetur caro ab oſſibus per ſe, & miſceatur cum eo butyrum, & † {zambac, } et parum ſucci porrorum, & cum decoquuntur cum illo columbini & tribulus, & † {mugat, } & fœnugræcum, & ſemen papaueris contritum & virtus ſeu aliquid cæpe eſt melius. Et cum neceſſarium fuerit plus calefacere, ponatur in eo oleum alkerua, & oleum coſti. Et ſi ęquale volueris facere, ponatur oleum cartami. Et iterum ſi fiat clyſtere cum lacte recenter mulcto calido ſicut mulgetur, confert valde: & ſi eſt neceſſaria calefactio ad ignem parum fiat. Nos iam dicemus in antidotario clyſteria alia & electuaria ex medullis.

† Oleum de lilio.

† Radix quædam.

*De debilitate renum.* *Cap.* 11.

DEbilitas renum fit cauſa complexionis alicuius: cuius deterior eſt illa, quæ confirmata eſt: & fit q̃nq; propter extenuationem. Et [a] q̃nq; fit propter dilatationem meatuum, et eorũ aper-B tionem, & relaxationem, quam eorũ acquiſiuit eſſentia. Et eſt debilitas propria eis ambobus: & eſt illa, cauſa cuius deficiunt in colanda aquoſitate ab eo, quod ei aſſociatur vſq; ad renes. Et quãdoq; ſunt venæ incolumes, & quandoq; non ſunt: & cauſa illius eſt ſicut multitudo coitus: & ſicut multitudo diureticorum, & multitudo vrinæ: & ſtatio in equis: & ipſorum equitatio abſq; gradatione, & conſuetudine: & propter omnem laborem aduenientem renibus, & propter percuſſionem. Et huius quidem generis eſt ſtatio plurima & itineratio longa præcipue pedibus.

A Cap. 2.

*De ſignis.* *Cap.* 12.

ILlam quæ eſt cauſa complexionis, ſignificant ſigna cõplexionis. Et quæ eſt cauſa extenuationis, ſignificant ſigna extenuationis. Et cum illa, quæ eſt propter dilatationem meatuum, & relaxationem carnis eorum [b] non eſt dolor niſi q̃nq;: & minoratur cum ea appetitus cibi, & eſt vrina ante digeſtionem & aduentum ad venas, ſm plurimũ aquoſa. Cum aũt cibus peruenit ad venas, tunc ſm plurimum fit exitus ſang. & humiditatum groſſarũ cum vrina. Et [c] eſt plurimum vrinæ eius ſicut lotura carnis recentis groſſæ: quoniam ipſe nutritur cum eo, quod currit ad ipſum. & nõ diſcernitur groſſum à ſubtili. Et [b] accidit multoties, vt ſubſideat ſanguineitas: & ſupernatet res ſimilis ſpumæ maris. Et illud eſt quando venæ ſunt incolumes. [b] Cum ergo venæ nõ ſunt incolumes, non ſequeſtratur aliquid, immo remanet vrina cum diſpoſitione ſua propter debilitatẽ digeſtio-C nis. Et comitantur quidem debilitatem renum quocunq; modo ſit, & extenuationem eorũ, paucitas vrinæ, & [c] defectus in coitu, & debilitas viſus, & dolor capitis.

B Ser. t.4. c.16.

C Raſ. li. diui. c.70.

*De cura.* *Cap.* 13.

CVratio eius, quæ ex complexione, eſt cura complexionis in permutatione ſui, & euacuatione materiei ſi eſt. Et eius, quæ eſt cauſa extenuationis, cura eſt cura extenuatiõis. Et in ea, quæ eſt cauſa dilatationis, & eſt debilitas vera, oportet vt intentio ſit ꝓhibendi cauſas dilatationis & ſolidandi vel inſpiſſandi, & confortandi. Et prohibitio quidem cauſarum dilatationis, eſt dimiſſio motus, & [d] coitus, & odire balneationem plurimam, & declinare ad [d] quietem. & [d] tranquillitatẽ, & [d] abhorrere diuretica. Solidatio vero fit cum glutinatiuis, & [d] ſtypticis, viſcoſis. Ex cibis quidem ſicut ſauic & alcasb & zarur, & cydonijs, & cibo facto ex granatis cum interioribus paſſularum, & cum adipe caprarum. Et almoſuſſat & alchariſſat factis ex eis, quæ ſunt ſicut grana granatorum, & ſucci acetoſi, & muzi, & acetum bonum cum coriandro, & ea, quæ ſimilia ſunt eis. Et ex potibus vinum de cibibo vel vua paſſa acetoſa, ex medicinis vero ſunt, ſicut ſucci ſtyptici permiſti cum bolo armeno, & gummi, & emplaſtra facta ex ſauic, et casb, et cydonijs, et roſis, et eis, quæ currunt curſu eorum, et vnguentis prædictis ad debilitatem hepatis et ſtomachi Confortantia autem ſunt et cibi, et clyſteria, et confectiones impinguatiuæ dictæ in [e] capitulo extenuationis: et opor-D tet vt addantur in eis ſtyptica: et ponantur in clyſteribus prædictis ſicut casb et cydonia: et adminiſtrentur in eis lac camelinum, et ouinum: nam ipſa confortant renes, et aggregant eos, et ſolidãt etiam. Et [d] lacti quidem ouino non eſt compar in ægritudinibus renum propter debilitatem: et proprie quando miſcetur cum eo, quod eſt ſicut bolum armenum. Et comedere renes cum reliquis cibis, et permiſcere cum eis iuuantia, eſt multi iuuamenti.

D Ser. t.4. c.16.

E Lib.4. F.7. t.4. c.1.

*De ventoſitate renum.* *Cap.* 14.

GEneratur in renibus ventoſitas groſſa, extendens eos. Et ſignificant, ꝙ eſt ventoſitas dolor, et [f] tenſio abſque grauedine, et [f] non ſunt ſigna lapidis. Et fit in eis mutatio quædam, quæ minoratur cum eſt vacuitas, et ſecundum digeſtionem bonam.

F Alzar. lib. pract. t.4. c.8.

*De cura.* *Cap.* 15.

OPortet vt abſtineat à cibis inflatiuis: et bibat diuretica reſoluentia ventoſitates, ſicut ſemina et [g] ſemen rutæ, et [h] † {alfachdi} in aqua mellis, aut in iuleb ſecundum diſpoſitionem. Et emplaſtretur cum eis, quæ ſunt ſicut cyminum, et chamæmilla, et [i] anethum, et ruta ſicca. et vaporetur cum eis. Et inungatur cum coſtino, et ſambacino, et ſimilibus.

G T.2. c.19.
H † viticis
I Alzar. lib. pract. t.10. c.8.

*De dolore renum & cura.* Cap. 16. E

Fit ex apoſtemate, aut ventoſitate, aut lapide, aut debilitate, aut vlcere: & quandoq; ſequūtur dolores eorum, debilitas digeſtionis, & caſus appetitus, et nauſea. Et tu quidem iam ſciuiſti ſigna diuiſionum prædictarum, & curationes earū. Cumq; dolor fit vehemens, tunc ſupereſt tibi vti eis, quę ſunt ſicut philonium, & troc. ſtellæ: & ea, quæ tramite iſto procedunt tādiu, donec ſedetur dolor: deinde curetur. Et tinæ vehementer conferunt ei quando decoquuntur in eis medicinæ lenitiuæ, & doloris ſedatiuæ, ſm ꝙ diximus in capitulis antecedentibus. Et ſcias, ꝙ pilulæ de ſeminibus ſunt ex eis à quibus non eſt excuſatio in curatione renum & veſicæ, pręcipue habentium vlcera. [a] verū vti ſeminibus cum dolore, timoroſum eſt propter illud, quod facit deſcendere, & ſtudium in abſtinendo iterum à narcoticis eſt magis neceſſariū: ſit ergo contentus aqua tepida, & ſedatione abſq; longitudine in adminiſtratione perducente ad ſtuporem & attractionem.

A Fē.19.t.1.c.27.

TRACTATVS II. *De apoſtematibus renum & ſolutione continuitatis.*

*De apoſtematibus calidis in renibus, & du bellati.* Cap. 1.

Apoſtemata calida in renibus diuerſificatur in materia: quædam enim eorum fiunt ex ſang. groſſo, & quædam eorum fiunt ex ſang. ſubtili colerico. Et diuerſificantur cauſa ſuorum locorum: [b] fiunt enim quædam ipſorum in corpore renis: & [b] quædā accidunt ad latus concauitatis: & [b] quædam ipſorum ad latus panniculi velantis eos. Et [b] iterum quædam eorum tendunt ad partem meatus porri vritidis: & quædā ad partem inteſtinorum, & quædam ipſorum declinant ad partem dorſi, & quædā ad partes meatus, qui eſt ad ſuperiora. Et iterum quandoq; ſunt in vnoquoq; duorum renū, & quandoq; ſunt in rene vno. Et rurſus quandoq; faciunt collectionem: & quandoq; nō faciunt collectionē. Et cū collectionem faciunt: aut rumpuntur, quando [c] rumpuntur, ad partem veſicæ, & eſt melius oibus: aut ad inteſtina, expulſione facta à natura ab eis ad inteſtina, ſicut expellit materiam [d] pleureſis in oſſa lateris ad illud, quod apparet de corpore. Et quandoq; fit ſecundū ſemitam reditionis ad hepar, deinde ad meſaraicam, deinde ad inteſtina. Et [e] expulſio, quæ fit ad inteſtina, qualitercunq; fit, eſt mala valde: [e] aut expellit ad ſpatium concauitatis, & loca vacua: & indiget aptione cū ferro educente illud. [c] Aut nō rumpunt, & remanēt in eis: & hæc etiā curant cū aptione. [f] Et oia α quidē renū apata velocia ſunt ad hoc, vt in lapide cōuertantur: & qūo non cū ipſa ſunt cauſa lapidis: & [g] cū apoſtema calidū eſt in rene: & illud non fit vacuū à ſe. deinde accidat [h] cōmiſtio rōnis: tunc illud eſt pp cauſam cōitatis velaminis pp magnitudinē apatis: & eſt mortale. & proprie qn̄ [g] aſſociantur ei ſignificationes malæ. Quod ſi aſſociantur ei ſignificationes bonæ, tunc expectatur ruptura ad ſalutem. Et fortaſſe egreditur in huiuſmodi de pinguedine renis aliquid. Et [i] fortaſſe egreditur ſicut pilus rubeus in lōgitudine vnius palmi, & plus. Et cauſæ quidē apatis renū, ſunt [k] repletio in toto corpore, aut in mēbris cōicātibus eis, [k] aut pp quantitatē ſang. [k] aut qualitatē eius, aut excoriationē lapidis, & dolorē vel nocumētū pcuſſionis, aut retentionē vrinæ apud renes extendentē & alia huiuſmodi nanq; apoſtemat renes. [l] Et α apatibus quidē calidis in renibus velociter aduenit induratio: & tunc apparent ſigna indurationis. Et [m] facit quādoq; incurrere apata cingere vel ſtringere dorſum in medio cū alhemaniat. i. cum cingulo in quo occultum ſit & abſconſum aurum vel argentum monetatum.

B Alzar. lib. pract. t.20.c.3.
F
C Aeti. lib.3. ſer.3. c.18. & Se. t.4.c.13
D Fē.10.t.4.c.1.
E Ser.t.4.c.13.
F Ser.t.4. c.12.
*Infra* α
G Raſ.23. con.t.4. c.1.247.4.
H Cap.2.&Fē.1. t.2. c.1. & li.1. Fē.2. do.1.c.8.
I Ga.6.lo.aſſ.c.3.e.
G K Alex. lib.9.c.5.
L Raſ.248.3.
*Supra* α
M T.1.c.2.

*De ſignis.* Cap. 2.

Signum apoſtematis calidi in renibus [n] eſt fe. inſeparabilis, quæ habet remiſſiones, & cōmotiones inordinatas quaſi ſint principia quartanæ. Et pulſus nō habet minorationē in inceptione paroxyſmorum eius, quam habet in inceptione reliquarū fe. Et eſt fe. eius [o] cum frigore extremitatū, proprie [p] † {manuū,} & pedum. Et fit illic horripilatio cōmiſcens inflammationem. [q] Et ſenſibilitas extenſionis, & grauitatis apud partem renis ſemper. Et nocumentum ab omni diuretico, amaro & acuto, ſalſo, & acetoſo: & inflāmatio ſm materiam. Et dolor, qui commouetur, et ſedatur & proprie ſi fuerit aldubellati. Et [r] dolor, qui magis quietus eſt, eſt cum fit apoſtema in corpore renis. [s] Cum autem eſt apud panniculum, & apud ſuſpenſorium, magnificatur dolor, & fit fortis, & prohibet [s] erectionem, & tuſſim, & [s] ſternutationē, & difficilis fit ſituatio eius in qua apoſtema non firmatur vel non accōmodatur ſuper locū ſuum vel ſuper ſitum accōmodatū facientē quieſcere & ſedare dolorē. Et [s] quando reſupinatur eſt dolor leuior & talis ſituatio eſt eis leuior, quā ſit cū iacet ſuper ventrem: propterea, quia ſuſpendit renem. Et quādoq; fit fortis feb. huius ægritudinis propter magnitudinē apoſtematis, & [t] perducit ad cōmiſtionem ſenſus propter cōmunitatē velaminis, & ad vomitum choleræ propter cōmunitatem ſtomachi ad hepar. Et quandoq; peruenit dolor ad faciē & ad oculos, & [u] retinet ventrē: propterea, ꝙ coarctat materiam in inteſtinis. [s] Vrina vero eſt alba, deinde fit citrina ignea, non permiſta: deinde fit rubea. Et [x] quando aqua perſeuerat alba, indicat duritiem futuram, aut conuerſionem aldubellati. Et ad vltimum quando vrina in hac ægritudine eſt alba, viſcoſa, & perſeuerat ſm hoc, eſt ſignificatio mala. Et [x] quando incipit aqua reſidere reſidentia laudabili, tunc obedit apoſtemata digeſtioni abſque conuerſione ad rem aliam. Et qn̄ pertranſit apoſtema dies primos, & remanet vrina clara, tenuis, tunc apoſtema eſt in via faciendi collectionem, aut in via indurationis. Et ſcitur ꝙ apoſtema eſt in corpore renis, aut prope panniculum, ſecundum ꝙ diximus in eis. quæ præterierūt. Et [y] ſcitur, ꝙ apoſtema eſt in rene dextro, aut ſiniſtro: qm̄ iacere ſuper latus eius facilius eſt, ꝙ iacere ſuper oppoſitum ſibi, propter ſuſpenſionē ſuam. Et [z] iterum, quia ſi protenditur dolor ad partes hepatis, tunc apoſtema eſt in dextro: & [z] ſi extenditur

N Aet. lib.3. ſer.3. c.16.
O Aet. & li 4.F.1. t.4.c.14
P† Aet.& Ser.t.4. c.12. ſurarum.
Q G.2. lo.aſſ.c.4.b
R Ga.6.apho.5.h, & Raſ.23.cont.t.3. c.1.248.3.
S Ser.t.4.c.12.
H
T Cap.1.
V Fē.16.t.3.c.6.
X Raſ.23.cont.t.3. c.1.248.3.
Y Raſ.248.1.
Z Aet.& Ser.



A extenditur ad partem veſicæ, tunc apoſtema eſt in ſiniſtro: & ſi ſunt ſigna oīa ſimul, tūc apoſtema eſt in ambobus ſimul. Cumq; apoſtema fit aldubellati, magnificat grauitas valde, & [a] ſentitur grauitas, quaſi ſphæra grauata in vētre, & accidit inflatio in locis vacuis: & accidētia fiunt fortia, & ſentitur punctura vehemēs in ventre. Sed in apoſtemate dextri ſentit punctura in latere dextro apud hepar. Cumq; apoſtema eſt in ſiniſtro, tūc ſentit ſupra inguina duo: & magnificat dolor in lacerto dorſi in quolibet illorū. Et [b] qn̄ maturatur, alleuiat fe. & augmētatur horripilatio, et ingroſſat vrina, & multiplicat in ea ſedimen bonū. Et qn̄ rūpit apoſtema, remouentur fe. & rigor oino. Et ſi ſanies eſt alba, lenis, nō fetida, et egreditur cū vrina, tunc adeo bonū eſt, ꝙ melius eſſe nō pōt. Et ſimiliter ſi eſt ſan. & pus album. Et id quod eſt diuerſum ab hoc, eſt deterius ſm diuerſitatem ſui.

A G.6.lo.aſſ.c.3.d, & Ser.t.4.c.13.
B Gal. & Hipp.2. apho.47. & Serap. t.4.c.13.

*De cura.* Cap. 3.

Initium curationis eſt abſciſſio cauſæ per [c] phlebotomiam ex baſilica, ſi ſan. eſt vincens. Et quandoq; eſt tibi neceſſarium vt conſequaris id, faciendo phlebotomiam [d] ex curuatura poplitis: & ſi non apparet vena illa, tunc fiat [d] ex ſaphena. Et per ſolutionem ventris etiam, ſi ſunt cum ſan. illic hu. acuti, calidi cum clyſteribus lenibus, factis de mucilaginibus, quantum poſſibile eſt, & illud, quod melius ſoluit [e] eſt aqua caſei, & caſia fiſtula. Et in aqua quidem caſei eſt declinatio materiei ad inteſtina, & ablutio, & abſterſio, & infrigidatio, & maturatio, & rectificatio in vlceribus. Et in caſia fiſtula eſt ſolutio & maturatio cum facilitate. Et aqua zuccari, & melius plurimæ commiſtionis: eſt huius ordinis. Et ſi eſt poſſibile vt hu. temperetur, deinde ſolutione educatur poſt, eſt melius. Et α oportet ne ſolutio ſit laborioſa neq; fortis, & magnificetur nocumentum propter hu. plurimum effuſum ad inteſtina vicina renibus. Et [f] aqua quidem hordei eſt ex eis quibus eſt adhærendum in ea. Et [g] oportet, vt nullo modo prouoces, & non des in potu ſemina, neq; pilulas, quæ ex eis fiunt, & proprie corpore non mundificato: humores enim effunduntur tunc ad renes. [f] ita β vt cum verificatur maturatio, tunc prouoces. Et [f] propter illud oportet vt prohibeas potum aquę quantum poſſibile eſt. ſ. in hora ſimili huic horæ: quouſq; mundificetur, quāuis ipſius aquæ exhibitio ſit ſm aliquem modum curatio: nam etſi aqua ſit cōueniens: propterea, quia infrigidat, & humectat apoſtemata calida, verūtamen cum eſt taliter, ꝙ multiplicat prouocationem & coarctat cum ſubſtātia eius, quod effunditur ad latus apoſtematis ſubſtantiam apoſtematis, nocet propter cauſam motus eius, & nocumentum eſt ſupra eius iuuamentum cauſa qualitatis ſuæ. Et cum hoc aſſociantur cū ea ipſi humores ad renes, quorum deſcenſus ad eos fit facilis cum inceſſu vel ex aſſociatione aquæ. Quod ſi neceſſaria fuerit, tunc oportet vt in potu detur aqua dulcis frigida ſugendo ipſam paulatim paulatim. Et oportet ne ita ſit frigida, vt prohibeat maturationem. Et abſtineat à carne, & dulcibus. Aqua vero calida nocet eis. Et ſimiliter omne calidū actu, quod fortis eſt caliditatis. Et pœnitus aqua plurima non euacuatur, quin laborare faciat renes ſuo inceſſu, & motu. Et [f] non eſt vlceribus, & apoſtematibus aliquid congruum ſicut quies. Et [h] balnea quidem non cōueniunt eis: niſi poſt declinationem apoſtematū calidorū. Et oportet vt adminiſtretur in primis ex eis quæ bibuntur, & ex epithematibus, & clyſteribus, & alijs illud, quod eſt iuuatiuum: deinde admiſceatur ei de eis, quæ ſunt abſterſiua, mollificantia, & maturātia aliquid ſm magnitudinem apoſtematis, & eius paruitatem. Deinde adminiſtrentur abſterſiua, & mollificatiua, & [h] oportet vt eligantur de abſterſiuis, & mollificatiuis ea in quibus non exiſtat mordicatio. Si vero neceſſaria ſunt fortiora mordicationem habentia, propter magnitudinē apoſtematis, tunc rectius eſt vt in eis vincat, quod mordicationem non habet. Et ſimiliter, ſi eſt illic hu. acutus euacuetur. Et oportet vt frangatur cum cibis, qui ſunt de genere ſorbitionum, conuenientibus renibus, & apoſtematibus: veruntamen ſint de ſumma eorum, quæ mordicationem non habent: qm̄ ipſi eis nutriuntur. [f] Et oportet vt cognoſcatur diſpoſitio hu. in ſubtilitate, groſſitudine ſua, & in ſubſtantia ſua, an ſint de genere corrupti, aut ſani, aut humoris alterius: & in ſua ſumma, an ſit multus, aut paucus: ita vt opponatur illi cum qualitate medicinæ, aut cum quantitate eius. Et cum potes curare cum eo, quod eſt minoris acuitatis, nō intendas ad aliud, quod ſit acutius. β Cumq; apoſtema integre maturatur, cuius cognitio eſt in vrina, tunc in potu dentur diuretica, ſicut ſemina, & pilulæ eorum in aqua hordei, & ſimilibus, & ante illud non dentur in potu diuretica, & proprie quando hu. corporis ſunt mali. Et quandoq; facit accidere ſumere in potu illa grauitatem: ſed non cures inde, qm̄ potare illa adiuuat remouēdo illud. Et prima quidē quibus fit curatio in rectificatione apoſtematis, & in ſolutione hu. mali, ſunt clyſteria, abſq; potionibus vel præter potiones: clyſteria enim ſunt magis peruenientia ad iſta cum fixione virtutis ſuæ: & cum hoc ipſa non faciunt deſcendere aliquid deſuper, ſicut deſcendere faciunt ea, quæ bibuntur, & proprie ſolutiua: & oportet vt ſit clyſtere lene prædictū in capitulo colicæ, vt ſit clyſtere facile, [i] non coarctans, neq; horribile, & faciat leſionē, & noceat. Et [k] caſiafi. quidē eſt res congrua in curationibus renum: nam cum ipſa ponitur in clyſteribus, [k] & eis, quæ bibūtur euacuat ſine labore: & maturat apoſtema. Et iterum cum ſcis, ꝙ corpus eſt mundum, & apoſtema eſt paruum, tunc fortaſſe ſufficit tibi dare in potu [l] aquam mellis, aut aquā zuccari plurimæ commiſtionis: nā abſterſio ambarum, & earū inciſio, & ſubtiliatio fortaſſe reſoluet ipſum ſine mordicatione. Et res iuuatiuæ in principio, ſunt aqua hordei cum oleo roſ. aut oleo aliquo: & ſuccus ſalicis & ſucci frigidi: & emplaſtra cū extinctiuis, & [k] ſumere in potu mucilaginem pſyllij. Et quandoq; datur in potu lac. & ſi eſt inflammatio, oportet vt ſit lac ſecundū ꝙ narrauimus. Et poſt illud tūc adminiſtra clyſteria ex althæa, & maluis, & ſemine lini cū aliquo frigidorū, & oleo roſ. Et oportet vt adminiſtres

C Raſ.23. con.t.3. c.252.4.
D Raſ.255.1. & G. 13.meth. c.11.b
E Raſ.254.2.
B
*Infra* α
F Ser.t.4.c.12.
G G.13.meth.c.11.b
*Infra* β
C
H Alex. lib.9.c.5.
*Supra* β
D
I Aeti.li.3.ſer.3.c.16
k Raſ.253.1.
l Raſ.256.2.

adminiſtres emplaſtra ex farina hordei,& ſint cum ea violæ,& fabæ.Et in fine dimitte frigida,& ad E de fœnugræc.& chamæmillam,& ſimilia,& ſit oleum ſiſami,& oleũ de cartamo. Et emplaſtretur de foris cum eo,quod eſt maturatiuum,& vehementioris calefactionis.Et [a] ex illo eſt vt fomentetur cũ panno lanæ infuſo in oleis calefactis,& illis in quibus eſt virtus anethi,& althææ.Et ſumantur emplaſtra ex farina tritici,& aqua mellis decocti,& ex folijs fœnugræci,& caulis,& radice lilij, & anetho,& althæa,& chamæmilla permiſtis vel confricatis cum oleo ſiſamino, & tibi ineſt vt tu ponas in iſtis emplaſtris violas & adipes lenificantes.Et fortaſſe neceſſariũ eſt cauſa doloris, vt ponatur in eis aliquid de [b] papauere,& [b] cortices mandragoræ ſunt conuenientes ad illud. Et illud, quod fit ex apoſtemate propter lapidẽ,oportet vt regatur regimine huius loci cũ eo, quod dicemus.Regimen autem doloris cum cõmouetur,& proprie apud veſicam propter magnitudinem lapidis in ea:aut propter aſperitatẽ eius excoriantẽ cũ bal.& tina. Qñq; ſuperfluit,& mollificat, & redit dolor vehemens poſt horam.Et embrocæ factæ ex chamæmilla,& meliloto,& althæa, & ex furfure,ſunt iuuatiuæ valde.Et ſi eſt illic retentio aliqua naturæ,tunc illud,quod rectius eſt, eſt extractio fæcis cum collyrio,aut clyſtere non magno,quod coarctet,aut dolorem faciat:immo collyriũ eſt magis dilectum.Et in lenificatione naturæ eſt alleuiatio plurima ſedatio doloris. Et α nõ eſt via ad adminiſtrandum ſolutiuum:qm̃ dolorem facit,& nocet per id, quod deſcendere facit deſuper.Clyſtere autem cum in eo ponuntur adipes,& vnctuoſa, & virtutes mollificatiuæ & virtutes F infrigidatiuæ facit cũ ſolutione lenificationem,& frangit dolorem.Et ex emplaſtris fortibus in maturando aldubellati accidente in renibus ſunt ficus elixatæ cum aqua mellis.& ſi neceſſarium eſt vt confortetur cum mezereon & ireos,fiat.Et [c] ex potionibus expertis eſt illud,quod recipit,ſeminis lini pondus.ij.aureæ amyli aureæ.i.& eſt duæ doſis.Et quando completur maturatio, tunc adminiſtrentur diuretica,quæ bibantur,& ex quibus fiat clyſtere.Et ex emplaſtris quidẽ, eſt emplaſtrũ factũ ex camepityos,& polio,& petroſelino,& ſummitate ſquinanthi,& ſpica.Et oportet vt attendas diſpoſitionem doloris & ſedes inquietudinem,quæ fit ex eo cum ſedatiuis,quæ diximus multoties. Et qñq; eſt clyſtere extrahens fæces, ſedans dolorem,per hoc, q facit deſcendere illud, quod comprimebat:propterea, q lenit.Et ſi non facit illud,neceſſarium eſt vt alleuietur,ſicut cum phlebotomia,& ventoſis poſitis cum facilitate inter chatim,& dorſum:deinde fiat ſcalpellatio, & vaporetur locus cum lana infuſa in oleo calido in quo decocta ſunt, ſicut althæa,& abrotanum,& chamæmilla.Et vt emplaſtretur cum eis,quæ ſunt ſicut ſemen lini & ſimilia. Et quandoque neceſſarium eſt tibi vt fortifices emplaſtra cum eis,quæ ſunt,ſicut polium,& olibanum,& herbus,& cera & oleum de lilio.Et quandoq; eſt tibi neceſſarium vt ponas medicamen penetratiuum ita, vt ponas ventoſas, & ſcalpelles leuiter:deinde vapores cum vaporatione prædicta. & fortaſſe neceſſarium eſt tibi vt tribuas in potu ſemina diuretica frigida cum paucis calidorum ſubtilium,& aliquo G narcoticorum ſicut aniſum cum herbo,& opio,& ſicut philonium.Ipſum.n.eſt melius medicamẽ in huiuſmodi loco.Cura autem proprie aldubellati,cum ſcieris, q neceſſarium eſt vt collectionẽ faciat,eſt quoniam oportet vt tu adiuues cum maturatiuis,quæ diximus: & addas in eis virtutẽ cũ eis,quæ ſunt ſicut [d] gluten albotim,& vrtica,& abſinthium,et ireos,& [e] farina herbi.Et quandoq; ponuntur in eis ea,quæ ſunt [f] ſicut radix vitis albæ,& [f] mezerion,& [e] fimus columbinus.Et [g] qñq; ſufficit in ea decoctio ficuum cum melle.Et oportet vt vtaris in clyſteribus, & in potibus eis, quæ maturant cũ fortitudine, & adminiſtres vaporationes prædictas confortatas cum eis quibus oportet eas confortari. Et multoties quidem eſt cauſa tarditatis maturationis malitia complexionis calidæ inflammantis.Cumq; æquatur fit maturatio, & illud fit cum eis, quæ ſunt ſicut genera lactis ebibita, & clyſterizata. Et redi tu ad maturationem faciendam ſuper res frigidas natura, & calidas per accidens, ſicut eſt aqua calida, in qua fiat encathiſma, tunc ſi non rumpitur, adminiſtra rupturam facientia, & clyſteria acuta vſquequo peruenias ad illud in quo [h] ponuntur elleborus, & cucumer aſininus & allia. Et illud, quod exterius apparet, rege cum vaporationibus, & emplaſtis deforis:& adhibe diuretica fortia,ſicut eſt [i] acorus, & [i] ſemen agni caſti habentia proprietatem in hoc.Et [k] de rumpentibus bonis eſt cinnamomum & naſturtium, & cum rumpitur adminiſtra illud, quod prouocat cum fortitudine vt mundificetur: deinde adminiſtra ea, quæ incarnant de medicinis præparatis ad vlcera renum: & ego dicam ea. H

*De apoſtemate phlegmatico in rene.* Cap. 4.

IPſum prouenit à cauſis facientibus prouenire phlegma.

*De ſignis.* Cap. 5.

SVnt [l] grauitas,& [l] tenſio,& minoratio in operationibus renum: & [l] non eſt hic inflammatio. Et quandoq; eſt cum eo tumefactio in facie,& oculis,& in reliquo corpore.Et eſt ſperma valde humidum,frigidum,tenue cum defectu lignorum,quæ ſunt propria duro.

*De cura.* Cap. 6.

EST cum emplaſtris calefacientibus,& cum diureticis,mundificatiuis.Et oportet vt ponatur in ea fiducia plurima in lauro,& folijs eius, & oleo ipſius, & in ruta,& huiuſmodi adminiſtrentur etiam in clyſteribus & emplaſtris & potionibus.

*De apoſtemate duro in renibus.* Cap. 7.

QVandoq; eſt incipiens,& plurimum eius eſt poſt apoſtema calidum.Et [m] cauſa eius eſt multitudo materiæ melancholicæ currentis ad ipſum:aut eſt lapideitas apoſtematis calidi ꝓpter

frigus

A Aet. lib.3.ſer.4. c.16.
B Raſ.23.cont.t.4. c.2.254.1.
Supra α
C Raſ.ibi.256.2.
D Raſ.256.4.& Aeti.li.3.ſer.3.c.18.
E Raſ.256.4.
F Raſ.254.2.
G Raſ.254.4.& Ser.t.4.c.13.
H Raſ.23.con.t.3. c.2.256.3.& Aet.li.3.ſer.3.c.18.
I Raſ.254.2.
k Raſ.253.1.
L Raſ.23.con.t.3 c.1.247.4
M Alzar.li.pract. t.40.c.5.



A frigus,quod conuertit ipſum in lapidem,aut calorem ingroſſantem ipſum: quæ ambo ſunt cauſa in hoc ne proueniat maturatio. Maturatio.n.eſt ſequens caliditatem tendentem ad æqualitatem.

*De ſignis.* Cap. 8.

SIgnificat, q apoſtema durum eſt in renibus,grauitas vehemens,cũ qua [a] non eſt dolor, de quo ſit curandum,niſi in facto poſt apoſtema calidũ.In ipſo.n.qñq; cõmouet dolor.& de ſignis duri eſt ſubtiliatio vel extenuatio alhachiũ.i. partiũ ſupiorũ ancharũ & ſtupor earũ ambarũ.Et [a] qñq; ſtupeſcunt ambo crura, verũtamen ipſa ambo nõ euacuant à debilitate,& accidit in oĩbus iſtis mẽbris inferioribus arefactio,& extenuatio.Et vrina eſt [b] ſubtilis,pauca in quãtitate:ꝓpterea, quia ipſi ambo parũ aquoſitatis attrahunt,propter debilitatẽ virtutis,& debilitatẽ expulſionis eorũ amborum:& eſt priuata digõne tenuis:& cauſa in hoc eſt oppilatio.ipſa.n.prohibet,quod turbidũ eſt penetrare,& plurimũ eius,quod tenue eſt:immo oppilatio qñq; difficultat vel retinet vrinã:& debilitas prohibet virtutẽ digerere.Et [a] qñq; prouenit ex ea inflatio vel tumefactio ſimilis cachexiæ. Et multoties [c] perducit ad hydropiſim,propter oppilationem viæ aquoſitatis ſang.& reditionem eius ad corpus.Et propter illud oportet in huiuſmodi ægritudine,vt aſſidue fiat eius prouocatio.

*De cura.* Cap. 9.

B COnſidera radices, quæ ſunt in curationibus duritiei hepatis, & medicinas: nam illæ eædem ſunt via curationis duritiei renum. Quod ſi neceſſaria eſt phlebotomia propter multitudinẽ ſang.melancholici,fiat.Et confert ei qñq; potare ſemina in quibus eſt lenificatio,& reſolutio: ſicut ſe. [d] almaru,& [d] ſe.lini,& [d] ſe.althææ,& [d] fœnugræcum,& cartamum,de quibus fiant puluereſ,& miſceantur cum eis diuretica ſm̃ neceſſitatem.& non ſit ſuperfluitas in diureticis,quamobrem retineatur groſſum,& conuertatur in lapidem:immo cõſidera vrinam eius:& quoties ingroſſatur, prouoca cum æqualitate,et quoties ſtat,matura.Et de ſignis maturitatis,eſt q multiplicatur vrina. Et conferunt ei inunctiones,& vaporationes cum eis,quæ ſunt ſicut oleum de coſto,& oleum nardinum,& ſambacinum,& oleum chamæmillinum,& oleum anethinum, & oleum laurinum.Et de emplaſtris ſunt emplaſtra facta [e] ex α chamæmilla,& [e] meliloto, [e] ſemine lini.Et qñq; neceſſaria ſunt ea, quæ ſunt ſicut [e] bdelliũ,& [e] ammoniacum,& ſerapinũ,& adeps vrſi,& adeps leonis,& medulla vaccina,& ceruina,& alia de quibus fiant emplaſtra,& vnguẽta,& adminiſtrentur.Et quandoq; neceſſarium eſt vt diſſoluantur ea,quę ſunt ſicut [e] bdelliũ,& [e] ammoniacũ in decoctione diureticorũ; & [f] ſiſt α chamæmilla,& [f] tribuli,& [f] melilotum,& polypodium:& detur ex eis in potu.

*De vlceribus renum.* Cap. 10.

CAuſæ vlcerum ſunt ipſæmet cauſæ reliquorũ vlcerum:& ſunt cauſæ ſeparationis continuitatis, deinde apertio.Et illud qñq; fit à ſciſſura venæ,& eruptione eius,& ipſius inciſione propter C cauſas notas:in ſimili eius & qñq; fiunt propter aldubellati,quod erumpitur,& fiunt propter lapidem,qui egreditur. Et qñq; fiunt propter [g] humores cholericos aut baurachios excoriantes, aut viſcoſos excoriationem facientes per eradicationem ſuam ex adhærentia ſua cum labore. [h] Et vlcera quidem renum ſunt minoris malitiæ, q̃ vlcera veſicę,& q̃ vlcera meatuum exiſtentium inter vtrunq;,& diſpoſitio vlcerum meatuum eſt inter duas diſpoſitiones.Et [i] cauſa in hoc eſt, q vlcera membri neruoſi difficilioris ſunt ſanationis, q̃ vlcera membri carnoſi.Et plurimum quidem accidunt vlcera in meatibus propter præſentiam materiæ cholericæ excoriationem facientis, aut propter lapidem facientem accidere excoriationẽ.Et qñq; fiunt iſta vlcera corroſiua,& quandoq; non fiunt.Et [k] multoties quidem proueniunt ex vlceribus renum fiſtulæ,quæ nullo modo ſanantur,quãuis ſint de illis, quæ ceſſant à curſu ſuo cum mundificatione corporis, & currant cum eſt eius repletio.Ex illa vero,quę eſt bonæ ſaniei non prouenit magnus timor,neq; etiam timetur ex ea dilatatio & corroſio.Illa autem,quæ eſt malæ ſaniei,facit accidere dilatationem, & corroſionem & perducit ad perditionem.Et [l] ille cuius rem diſrumpitur, moritur.Et multoties eſt caput apoſtematis decliue ad exteriora,quare rumpitur ad exteriora.

*De ſignis.* Cap. 11.

D SIgna vlcerum renum ſunt, q egrediuntur in vrina [m] ſanies,& partes [m] capillares,et [m] fruſta rubea carnoſa.Et in [m] locis renum qñq; ſentit habẽs ea dolorem,et qñq; antecedit ea mictus ſan. aut aldubellati renum,aut dolor [n] ex eradicatione lapidis.Et qñq; ſignificat ipſam percuſſio eueniens aut caſus. Cum apertione autem non fit dolor, et ſignificant ipſam aſſiduatio mictus ſang. paulatim. [o] Mictus.n.ſan.cum eſt ex eruptione aldubellati, aut fixura venæ deſuper poſſibile eſt vt ſit aſſiduus duobus diebus aut tribus:ſi autem illud ꝓlongat, tunc fit ꝓpter apertionẽ,aut ꝑ vlcus in renibus,aut veſica:nam cum prolongatur, et eſt illic alteratio coloris,aut cõmiſtio virus, tũc nõ eſt niſi vlcus in renibus,aut veſica.Et ille mictus ſan.debilitat,qm̃ quãuis illud,quod de eo prouenit omni hora ſit parum,tñ frequẽtia perducit ad hoc vt euacuetur ſumma plurima.Et differentia quidem inter vlcera renum,et veſicæ,eſt q vlcera renum ſunt cum facilitate vrinę, et vlcera veſicæ ſunt [p] cum difficultate vrinæ.Et cortices in vlceribus renum ſunt rubei. et in vlceribus veſicæ ſunt albi, aut magni groſſi, ſi ſunt in veſica ipſa: aut parui tenues, ſi ſunt in meatibus.Et [q] cognoſcitur etiam differentia per locum doloris:nam locus doloris in eis diuerſificatur: [n] dolor enim ex vlceribus renum eſt in ſuperiori, et in parte poſteriori. et ille, qui eſt ex vlcere [q] veſicæ eſt inferius in parte anteriori.Et cum eſt ex vlceribus meatuum, eſt in [n] medio: et in vlceribus virgæ dolor eſt poſt omnia,et quandoq; difficilis fit dolor in vlceribus meatuum, et eſt ei commotio omni

A Paul.lib.3.c.46. 157.18.
B Pau.& Ser.t.4. c.15.
C Raſ.23.con.t.3. c.1.249.4.
D Cap.19.quaſi in fine.
E Cap.19. Infra α
Supra α
F Cap.19.in fine.
G Paul.lib.3.c.45.
H Cap.11.
I Fẽ.19.t.1.c.14.& Ser.t.4.c.14.
K Aet.lib.3.ſer.3. c.18.
L Raſ.23 cont.t.3. c.1.249.1.
M Gal.li.6.lo.aff. c.3.d.
N Paul.lib.3.c.45.
O Ga.4.apho.75.
P Sera.t.4.c.14.& Paul.lib.3.c.45.
Q Ser.t.4.c.14.



hora

hora ſicut parturientis. Et ſignificatur qñq; differentia quæſita cum fortitudine doloris ex hoc ꝙ E
dolor [b] in vlceribus veſicæ eſt difficilior: qm̃ membrũ eſt neruoſum fortis ſenſus, & mictus ſan. fre
quens, [c] quãuis ſit de ſignificationibus vtriuſq; rei, eſt [d] tamen in veſica minoris quantitatis, & mi-
noris permiſtionis cum vrina. Et quando mingunt patientes vlcera renum, & veſicæ ſang. poſt
mictum ſaniei, tunc ſignificatur inde corroſio. Et [e] ſignificatur quãdoq; difficultas vlcerum in re-
nibus, & malignitas eorum per paucitatem receptionis rectificationis, & longitudinem temporis,
& multitudinem fæcis, & colorem malũ viridẽ in eo, quod mingitur, & vehementiã fœtoris eius.

*De cura.* *Cap.* 12.

PRimum quod neceſſarium eſt intendendum in curatione vlcerum renũ, & veſicæ, eſt æqua-
tio hu. & declinatio eorum ab amaritudine, et bauracitate ad dulcedinem, vt non faciat veni-
re vulnus poſt vulnus: & dimiſſio oĩs acuti, & amari, & ſalſi, & acetoſi, & minoratio potus aquæ,
vt minoretur neceſſitas mingẽdi, & minoretur motus renum ab eo, quod prouenit ad eos, & eorũ
raſio per illud. Canon enim curationis vlcerum eſt quies. Et ex eis, quæ æquant hu. eſt phleboto-
mia, ſi eſt neceſſaria: & ſolutio ſubtilis, & tenuis ſine labore penitus, & ſine ſolutione hu. acutorum
ſubito in vice vna. Huiuſmodi enim expellatur à corpore expulſione ſubtili cum declinatione ad
partem, quæ eſt alia à parte renum: et dum non adminiſtras ſolutiuum choleræ eſt melius niſi pro-
pter neceſſitatem: & melius quidem eſt vt æques materiam, & educas illam poſt illud proprie vo- F
mitu. [e] Vomitus nanq; eſt melius quo renum vlcera curantur: propterea, ꝙ mundificat, & euacu-
at, & propter hoc, ꝙ attrahit hu. à contrario partis renum. Et [f] quandoq; eſt vſus vomitus frequẽs
ſufficiens curatio ad illud, excuſans ab alio. Et melius quidem eſt vt prouoces prius cũ ſeminibus,
deinde permuteris ad vomitum. Et [f] oportet vt vomitus fiat ſuper cibum cum eo, quod facilem ef
ficiat, ſicut [f] melon, & eius [f] ſemen, & proprie ſemen eius cum vino dulci: & cum eo, quod eſt ſicut
ſyrupus acetoſus cum aqua calida. Et oportet vt non fiat cõmotio vehemens cum laboret. Et ex
eis quidẽ, quæ hu. temperant, eſt ſumere angurias magnas dulces & cucumeres lõgos arcuatos, &
alkekengi, & papauer. Et de radicibus quas te oportet conſiderare, eſt vt cum dolor fit fortis, cure
tur dolor prius, deinde vlcus. Et cum vlcus eſt recẽs, & in hora qua rumpitur apoſtema, eſt eius cu
ratio facilior. Et fortaſſe ſufficiunt pilulæ de amylo cum ſyrupo viol. Cum autem chronicũ fit, res
fit difficilis, et [f] oportet vt properes ĩmundificando in leui quidem cũ diureticis leuibus, ſicut eſt ſe-
men alkekengi, & [f] althææ, vſq; ad acceptionem [f] fœniculi: & in malo quidem, & maligno cum
eis, quæ ſunt ſicut [f] capillus veneris: cum æqualitate ipſius & [f] ireos, & [f] praſſium, & [f] farina herbi.
Et eſt neceſſariũ vt aggreges inter potationẽ, & emplaſtrationem, cũ ægritudo eſt maligna: & for-
taſſe conferunt in ea [f] hyſſopus, & ruta, & ſimilia. Quod ſi mundificatio facta fuerit adminiſtra ſi-
gillantia, vt nõ eueniat corroſio. Et [f] oportet vt quieti adhæreant, & non laborent, quantũ eis poſ- G
ſibile eſt: ĩmo oportet vt ſint contenti de exercitio, fricatione extremitatũ: & pro euacuatione quã
facit exercitium, vaporatione ſicca: ita ut non cõcedas eis inceſſionem, & alia: & proprie cũ aſſueti
fuerint exercitio: deinde cum ſanantur gradatim exercitio vtantur leui, vſquequo redeant ad con-
ſuetudinẽ in motu ſuo. In [f] cura vero ipſius vlceris, oportet vt in primis dimittatur coitus. Coitus
nanq; nociuus eſt illis valde. Et non multiplicetur motus & exercitiũ, & ſufficiat fricatio: qm̃ ipſa
eſt iuuatiua, & attractiua ſan. ad corpus. Ipſorum vero regimen cum medicinis, oportet vt ſit cum
exiccatiuis, abſterſiuis ſine mordicatione. Quod ſi vlcus non fuerit cum illa malitia, ſufficiat illud,
quod eſt temperatum in abſterſione & exiccatione. Et ſi eſt malignum, eſt neceſſarium illud, quod
fortius mundificat, & lauat ſordes, & quod eſt vehementioris exiccationis, vt prohibeat ſordes: &
poſt illud, quod eſt vehementioris ſtypticitatis & prohibitionis vt prohibeat effuſionem hu. malo
rum. Et cum mundificatur, & exiccatur, & auertuntur ab eo materię, eſt ſanatio. Et oportet vt cõ-
miſceas cum medicinis vlcerũ omnibus glutinationẽ facientia, ſicut ſunt amylum, & dragaganthũ
& frigidæ gummæ. nam glutinatio eſt ex eis, quæ ponũt vlcera munita ab excoriatione eorũ, quæ
trãſeunt ſuper ea. Et quæ de eis eſt vnctuoſa ſicut lacca facit carnem membri. Et per illud ex quo
nutritur fiat ſpiſſum cõnexum præparatum conſolidationi. Et [f] oportet etiam vt miſceantur cum
eis diuretica, & medicinæ ſubtiliatiuæ: vt faciant peruenire ad ipſa medicinas rectificantes, & ſigil- H
lãtes: licet ipſæ in ſeipſis noceãt & commoueant. Et [f] quandoq; neceſſarium eſt vt miſceãtur cũ eis
narcotica ex papauere & hyuſquiamo & mãdragora, & opio, & alſucharan, & illud propter ſeda
tionem doloris, & exiccationem, & repercuſſionem. Cumq; ſcis, ꝙ in vlceribus eſt ſordes, tunc da
in potu abſterſiuum, in quo eſt fortitudo prouocationis, ſicut aqua zuccari, & aqua mellis cũ qui-
buſdã ſeminibus, donec prouocet, & lauet. deinde conſequenter adhibe exiccatiua. Et medicinæ
ebibitæ quibus curatur, quod non eſt malignum valde de vlceribus renũ, ſunt ſicut ſemen althææ,
& ſemen almaru, & radices eorum cum aqua mellis, & ſemen alkekengi, & aquæ vuæ vulpis, &
proprie montanæ, & iterum ſemen cucumeris, & bolum armenum cum iuleb, & [g] capillus vene-
ris cum aqua mellis. Et radici liquiritiæ ineſt exiccatio, & mundificatio, & maturatio, & glutina-
tio. Et [h] iterum ſeminis lini, & dragaganthi ana pars. i. [i] † {amyli} partes. ij. cum aqua mellis, Et
iterum grana pini, & ſemen citruli ſumantur: de quibus puluis factus quantum palma plena eſt
ſumatur. Et [k] iterum de ſemine papaueris torrefacti, & contriti ſumantur drach. i. &. 5. cum aqua,
in qua bullita ſint ſquinanthum, & radix liquiritiæ. Et fortius eis, quæ diximus eſt petroſelinum,
aut daucum cum uino odorifero, & pauco boli armeni. Et quandoque iuuatur ſumendo in potu
bdellij

A Raſ. 23. con. t. 3. c. 1. 248. 4.
B Cap. 10. & Sera. t. 4. c. 14.
C Ser. t. 4. c. 14.
D G. 6. lo. af. c. 4 b
E Fẽ. 13. t. 5. c. 8. & Ser. t. 4. c. 14.
F Ser. t. 4. c. 14.
G Raſ. 23. con. t. 3. c. 1. 253. 4.
H Paul. li. 3. c. 45. 156. 7.
I † ſeminis cucumeris
K Paul. ibi. 156. 12.



A bdellij diſſoluti cum gumma albotin, & terræ ſigillatæ partes æquales: & ſit doſis perueniens ad au
re. i. in vino dulci. [a] Et iterũ farina herbi eſt fortis mundificationis & exiccationis ſimul. Cumq; cũ
ea aggregentur ea, quæ ſunt ſicut terra ſigillata, & acatia, & ſuccus barbæ hircinæ, completur iuua
mẽtum eius. Et ireos etiam eſt forte cum quo fiat hæc operatio, & ſimilia. Compoſita autem ſunt
ſicut illud, quod fit ex ſeminibus cucumeris excorticati grana. xxxv. & ex granis pini. xij. & gra-
nis amygdalæ. v. numero, & ex croco, quod fit æquale ponderi eorum, & bibatur in ieiunio. Et ſi
caliditas eſt vehemens, loco granorum pini ponantur grana cucumeris, & [b] iterum de granis pi-
ni. xx. grana, & de granis cucumeris longi. xl. grana, amyli drach. ij. 5. bibatur cum lib. i. &. 5. aquæ,
in qua bullita ſint ſpicæ celticæ, & ſeminis apij amborũ ana drach. viij. vſquequo redierit ad quar-
tam. Et [c] iterum terræ ſigillatæ, & ſang. draconis. & thuris, & amyli, & ſeminis melonis, & ſeminis
apij, & ſeminis cucumeris longi, & ſeminis cucurbitæ, & ſucci liquiritiæ, & laccæ, & reubarbari
& medullæ pini magnæ, & papaueris, & ſeminis hyuſquiami partes æquales, in potu dentur, ſe-
cundum quòd exigit illud, quod eſt præſens cum rob. Et [d] iterum de granis pini magnæ. xxx. nu-
mero amygdalæ excorticatæ grana. xx. dactylorum carnoſorum nu. xv. dactyli [e] † {dragagãthi}
aure. iiij. ſucci liquiritiæ auræ. iiij. croci aure. i. ſexta [f] † { } conficiantur cum rob, & admini-
ſtrenẽ. Cumq; dolor fit fortior, oportet vt à curatione vlceris ſeparatio fiat, & curetur cum huiuſ-
B modi medicamine, [g] Recip. ſe. hyuſquiami albi. ʒ. i. ſextam, opij kirat. i. ſe. citroli, ſe. lactucæ ambo-
rum ana. ʒ. i. ſe. portulacæ. ʒ. i. ipſum enim ſedat dolorem in diſpoſitione. Et quando dolor eſt par-
uus ſedat ipſum potus lactis loco aquæ: & potare ſyrupum viol. & de fortibus ſunt troc. alkenken
gi, & [a] troc. Aſclepiadis, & [a] troc. Diaſcoridis: & ſuffuf de lacca, & reubarbarum, & ſemen alkeken
gi montani. Et ſuffuf chamædryos eſt fortis valde. Et [a] multoties conferunt clyſteria dyſenterica ſe
cundum ſemitam vicinitatis. Et [a] quandoq; adminiſtra emplaſtra huius generis ponendo ſuper
dorſum. & apud ſtricturam medij, & loca vacua, ſicut illud, quod fit de farina herbi decocta cũ vi-
no & melle. Et [h] iterum, quod fit de roſis ſiccis, & lentibus, & melle, & granis myrti, & emplaſtreẽ
cum eo: & hoc quidem prohibet profundationẽ & dilationem. Et de vnctionibus ſunt, ſicut oleũ
de alcanna, & oleum arboris maſticis, & oleum de cydonijs, cum quibus quãdoq; miſcetur, quod
eſt ſicut ſtorax. Et quandoq; eſt neceſſarium illud, quod eſt ſicut adeps anatis ad lenificandum. Fi-
ſtulæ vero curationem non habent niſi exiccationem, & prohibitionem corruptionis. Exiccatio
quidem fit cum aſſiduatione mundificationis corporis, & cautela à repletione ſecundum qualita-
tem, & quantitatem: & hoc quidem ſufficit in curatione eius, quæ non eſt maligna. maligna ve-
ro oportet vt curetur cum hoc, & cum eis, quæ ſunt fortiora eo, ſicut ſunt emplaſtra, & potatio-
nes prohibentia putrefactionem: ſicut ſunt ſtyptica nota cum abſterſione, cum quibus non eſt
C mordicatio & mundificatione. Cibus autem oportet vt ſit cibus boni chymi ex carnibus auium
qua ſcis, & de piſcibus alradradi, & oleribus boni chymi, frigidis, ſicut ſunt [a] atriplices, & olus iame
num. Et dum vlcera permament mala, oportet vt dentur aſſata, & meliora eis ſunt carnes volati-
lium & paruarum auium montanarum aſſatarum, & ſicut vitelli ouorum ſorbilium. & grada-
tim perueniatur ad gallinam pinguem, & tri. & genera lactis cõferunt eis quando ea digeruntur.
Quod ergo eſt ſicut lac aſininum, & lac equinum etiam, & lac camelinũ confert eis: qm̃ lac rectifi-
cat materias vlcerum, & lauat ea, & glutinat ea cum ſua caſeitate. Et quod eſt ſicut lac vaccinũ, &
ouinum aggregat ad illud additionem in confortatione membri et nutritionem eius. Veruntamẽ
lac aſininum, & caprinum iuuatiuum eſt ex parte rectificationis complexionis, & ablutionis, &
ex parte proprietatis eſt magis iuuatiuum, q̃ illa duo: et proprie animalis nutriti in domo, cum eis,
quæ conueniunt vlceribns, quorum diſpoſitiones cognoſcuntur. Et oportet vt miſceatur cum la
cte eorum, et cibis ipſorum, quæ ipſi ſumunt aliquid ex medicinis rectificãtibus vlcera, [a] ſicut eſt
dragaganthum, ſumptis in potu his generibus lactis poſt mundificationem, et amylum, et gum-
mi. Et exiccatiua etiam, et aliquid de diureticis, et ſeminibus notis. Et quando bibit lac, non come-
datur poſt ipſum aliquid, donec deſcendat: et [a] ſi eius tardatur deſcenſio, miſceatur cũ eo aliquid
ſalis: et quandoq; ponuntur in eo ſal, et mel. Et lac conueniens eſt ei loco aquæ, et cibi ſimul. Et
D cum minoratur pus, eſt iuuatiuum lac ouinum per hoc quòd ſigillat, et glutinationem facit, et con
fortat. Et eſt ei vt bibat genera lactis, cum ſitis adeſt. Olera autem, [a] fructus, quæ ei conueniunt,
ſunt [a] melones, et cucumeres, et [a] pira, et [a] zarur, et granata dulcia, et [a] cydonia. Et cibi ſicci ad quos
ſit permutatio, ſunt ſicut [a] amygdalæ, et proprie torrefactæ, et [a] fiſtici, et [a] auellanæ, et [a] grana pini
proprie, et [a] alcasb. Et [a] dimittant ficus ſiccas, quoniam malæ ſunt ad vlcera, abſtergentes ea: et
inducentes in ipſis pruritum et excitationem ſeu deteriorationem: et in ipſis eſt lacticinium occul
tum, et oportet vt deuitet omne acetoſum fortis acetoſitatis, et omne acutum, et omne ſalſum, et
omne, quod eſt vehementis dulcedinis.

*De ſcabie renum & meatuum.* *Cap.* 13.

DE genere vlcerum eorum eſt ſcabies: et cauſæ eius ſecundum plurimum ſunt bothor, quæ
apparent ſuper eos ex [i] humoribus cholericis, et baurachijs: deinde vlcerantur.

*De ſignis.* *Cap.* 14.

SVnt cum ſignis vlcerum in exitu eius, quod egreditur cum commotione, et pruritu in loco
renum, cui admiſcetur punctura. Et quandoq; magnificatur cum ea dolor: et illud, quod egre
ditur de ea, quæ fit in meatibus, panniculoſum eſt.

A Ser. t. 4. c. 14.
B Ga. 10. de phar. compoſitione ſm lo. c. 1. b.
C Raſ. 23. con. t. 3. c. 1. 254. 1.
D Ga. 10. de phar. compoſitione ſm loc. c. 1. a
E † tragacanthę
F † myrrhæ tantundem.
G Raſ. 23. con. t. 3. c. 1. 254. 3.
H Raſ. 255. 3.
I Alzar. lib. pract. t. 16. c. 7.

*De cura.* Cap. 15. B

Confert ei phlebotomia baſilicæ,ſi eſt corpus totum plenum:& maius iuuamen ei in omni diſpoſitione eſt [a] phlebotomia ſaphenæ, & [a] ventoſatio ſub loco renũ,& adminiſtratio mundificationis & corporis ſemper, & proprie cum vomitu.Et pilulæ factæ ex ſeminibus cum bolo armeno & ſucco liquiritiæ æquis partibus.Et cibus ſit,qui bene digeritur, & eſt boni chymi, ſicut vitelli ouorũ:& quæ infrigidant & humectant,ſicut pulli cum atriplicibus,& olus iamenum, & cucurbita,& ſpinachia,& fructus humidi,& proprie granata dulcia & olera humida.Et cura ſcabiei meatuum eſt inter curã ſcabiei renũ,& curã ſcabiei veſicæ:quare in eis ambabus ſimul conſidera.

A Alzar.lib.prac. t.20.c. 7.

*De lapide renum.* Cap. 16.

Communicant renes & veſica in cauſa generationis lapidis,& illud eſt, qm̄ lapidis generatio non compleretur niſi ex materia patiente,& virtute agente: [b] Materia vero eſt humiditas viſcoſa,groſſa,phlegmatis,aut ſaniei, [c] aut ſang.aggregati in apoſtemate.& hoc eſt raro.[b] Virtus vero agens eſt caliditas egreſſa ab æqualitate.Et materia quidem.ij.habet cauſas,quarũ vna eſt materia materiæ,& ſecunda eſt retẽtor materiæ.Materia vero materiæ ſunt cibi groſſi ex generibus [d] lactis,& proprie ſpiſſis:& [d] caſeus,& proprie humidus:& carnes groſſæ ſicut [e] carnes auiũ paluſtriũ, & magni corporis,& caro camelina,& [e] vaccina,& hircina,& [e] quæ de ſylueſtribus groſſa eſt, & [f] piſces groſſi,& cibi de patellis omnes:& panis viſcoſus,& [e] crudus,& [e] azymus: & [g] tri. & grana F chiſch & albeth & cibaria [f] de ſimila,& hauari viſcoſis,& dulcia viſcoſa,& fructus crudi,& difficilis digeſtiõis,& illi, ꝗ gn̄ant humorẽviſcoſum,ſicut [h] mala immatura,et ſicut [h] caro citri & pirorũ, & pſica immatura.Et [i] ex aquis,turbidæ aquæ nõ famoſæ vel non vſitatæ diuerſæ.& vina [k] nigra, groſſa: & proprie qñ digeſtio eſt debilis, propter debilitatem virtutis digeſtiuæ,aut pp multitudinem eius,quod ſumitur,& deſtruit virtutem:aut propter malitiam ordinis,& exercitij ſuper repletionem,Et [l] qñq; eſt materia ſanies vlcerum in eis,aut in alijs. [m] Retentor autem materiei eſt debilitas expulſiuæ in renibus,propter complexionem:aut apoſtema calidum,& eryſipilam,et vlcera in renibus:& retinentur in eis ſuperfluitates & reſidẽtiæ omnis aquoſitatis,quę prouenit ad eos:Aut vehementia caliditatis in eis,quæ conuertit in arenam ſuperfluitates, & facit eas lapides antequam expellantur: & attrahit eas ad eos ante digeſtionem integram in ſuperioribus corporis. Et hæc caliditas aut eſt inſeparabilis:aut accidens propter laborem: aut acceptionem calefacientis: aut propter oppilationem ſuperfluitatum aggregatarum,aut frigus conſtringens:aut apoſtemata oppilãtia calida:& hoc eſt plurimum aut frigida & dura:aut cõmunitate membrorũ propinquorũ ſicut inteſtinorum & aliorum,cum comprimunt renes & faciunt accidere in eis oppilationem. Et iſtæ res omnes etiam inueniuntur in veſica cauſa lapidis quãuis [n] differant vtriq; lapides. eſt enim ille, qui in renibus eſt,lenior parumper,& minor,& magis decliuis [o] ad rubedinem: & [p] ille, qui eſt in G veſica eſt durior, & maior valde, & magis decliuis ad puluerulentiam vel fuſcedinem & ad cinereitatem, & [q] ad albedinẽ: licet quandoq; generetur in ea lapis,qui minutatim frangitur.Et [r] iterũ qm̄ lapis renũ generat ſm plurimũ,& nõ adhuc mingitur,vrina,et eſt ſedimenvrinæ retentũ cũ ea: & lapis [s] veſicæ coagulatur vel induratur ſm plurimum poſt ſeparationẽ vrinæ:& eſt fæx ſeu turbulentum ſanguinis, vel vrinæ, quæ non aſſociatur ei, ſed poſtponitur ab ea. [t] Et ille cui plurimum aduenit lapis renum,eſt pinguis:& ille cui plurimum aduenit lapis veſicæ,eſt extenuatus.Et [u] ſenibus plurimũ aduenit lapis renum,quam lapis veſicæ: [x] et infantium,et eorũ,qui illos ſequuntur,eſt è conuerſo.Et [y] plurimum huius ſit inter infantiam,& pubertatis initium:& illud ideo,qm̄ virtus expulſiua in infantibus,& adoleſcentibus eſt fortis; quare expellit à ſuperioribus membris ad illa,quæ ſunt inferius. [z] In ſenibus vero virtutes renum ipſorum debilitantur valde. Et iterum quoniam infantium, & adoleſcentium ſubtiliores ſunt hu.& propter hoc penetrant in renibus eorum:et ſenum hu.ſunt groſſiores,quare nõ penetrant in renibus eorum.Et [a] ꝙ plurimum generatur lapis in infantibus,eſt propter ingluuiem eorum, et motum ipſorum ſuper repletionem: et quia potant lac, et propter conſtrictionem meatus veſicæ eorum: et in ſenibus propter debilitatẽ digeſtionis ipſorum.Et propter hoc iudicauit [b] Hip.ꝙ ipſe in ſenibus non ſanatur.Et omnisvrina in qua eſt hu.plurimus,eſt dignior vt ex ea generetur lapis:et eſt illa ex qua cum dimittitur vel reſidet,generatur ſal:et eſt eius ſal plurimus. [c] Sal autem generatur ab aquoſitate in qua eſt terreſtreitas plurima,quam aduſſit caliditas.Et [d] vrina quidem infantium pluris eſt ſalis quam vrina ſenũ: non quoniam terreſtreitas eius ſit plurima,immo qm̄ caliditas in eis eſt plus,et terreitas eius in aduſtione eſt vehementior.Et propter hoc vrinæ eorum ſunt turbidæ,propter multitudinem permiſtionis ipſorum,et propter raritatem corporum eorum:quare ſoluitur ab eis plurimum aquoſitatis cum reſolutione occulta.Et [e] dignior puerorum vt in eo generetur lapis,eſt ille,qui eſt ſiccæ naturæ ſm plurimum, et calidi ſtomachi.Et non exiccatur ſm plurimũ natura,niſi propter attractionem humiditatum ad ipſius hepar,deinde membra vrinæ ipſius.Et qñ eſt illic caliditas,eſt cauſa efficiens præſens,Et ad vltimum ſiccitas naturæ facit vrinam groſſiorem,et plurimam. Et [f] in illo, in quo eſt ſedimen arenoſum,in vrina non aggregatur lapis,qm̄ materia non eſt retenta.Et exiſtimo etiam ꝙ non ſit multa vel magna,quoniam ſi eſſet multa vel magna,dignius eſſet, quod generaretur ab ea lapis magnus durus,niſi eſſet ꝙ eſſet plurima:ſed mollis ſuſpiciens comminutionem, et ſi non,eſt propter illud quo multiplicatur eius ſeparatio invrina.Et cũ forma ſit hæc,ſcias,quod materia neq; propter cauſam in ſeipſa,neq; propter vehementiam caliditatis eius eſt materia, quæ

conuertatur

B G. de renum af. dig.c.2. c.
C Gal.7.de medi. cõp.per gñа.c.9. h
D G.cõmẽ.3 in.6. de morb. vulg.15.e
E Ser.t.4.c.20.
F Raſ. 23. cõti.t.3. c.1.252.3.
G Raſ. ibi 252.2.
H Ra.252.3.& Ser.
I Raſ.252. 4.
K Raſ. 252. 4. & Serap.
L G. cõmẽ.1.in.6. de mor.vulg 6.f.
M Gal. de renum af.dign. c.2.d
N Fẽ.19. t.1.c.5.& Ser.t. 4.c.19.& Ga. de renum affe.dig. c.3.b
O Raſ.251.1.
P Ser.t.4.c.19.
Q Raſ. 252. 2.
R G.cõmẽ.3.in.6. de morb vulg.15.c
S Fẽ, 19. t.1.6.5.& Gal ibi.
T Fẽ. 19,t.1.c,5.& Ra.252.2. & 260.3.
V Hipp. & Gal.3. apho.31.
X Fẽ.19.t.1. c.5.& Hip.& Ga.3. aphoriſ 26.
Y Gal, commẽ.3. in.6.de morb.vul. 15.d.& Haly. lib.9. theo.c.34.
Z G.cõmẽ.3. in.6. de morb,vulg.15.d
H A Gal.ibi.15.e
B Li.6. apho.6.
C Li.1. Fẽ.1. do.4. c.1.& li.4. Fẽ.1.t.2. c. 40. & Raſ.251.1.
D Raſ.23. cõti.t.3. c.1.250.3.
E Raſ.252.4
F Oppoſi. c.17.& oppoſi.li.1.F.2.do. 3.ſũ.2.c.6.& Hipp. & G.4. aphp. 79.



A conuertatur in lapidem lapidatione quæ non recipit comminutionem. Et ſignificat fortitudinem expulſiuę.Et huiuſmodi iudicium plurimũ non eſt neceſſarium. [a] Et ſcias ꝙ parum accidit puellis, & mulieribus proprie lapis in veſica,qm̄ meatus veſicæ earum ad exteriora eſt breuior,& latior,& paucorum anfractuum:& in breui facilitas eſt expulſionis quæ non eſt in longo. [b] Et de habẽtibus lapidem ſunt,quibus fiunt paroxyſmi generandi lapidem, & mingendi eum. [c] Et quando aggregatur,& exiſtimatur ꝙ egrediatur cum vrina, aduenit eis ſicut colica. Et ſpatiũ in hoc eſt diuerſum inter menſem, & vſq; ad annum. Et ille qui conſueuit tolerare lapidem magnum, alleuiatur per alios dolores veſicæ:& ſignificat illud quod membrum non eſt ſuſcipiens apoſtemationem velociter,cum non apoſtematur per huiuſmodi,neq; per dolorem clamoſum,cum tolerat dolorem lapidis cum magno lapide:& vnuſquiſq; amborum ſi ſingulare fiat,apoſtemat.Et ſcias ꝙ lapis renum, & veſicæ eſt ex eis quæ hæreditantur.

A Raſ.251.1.& Halya.lib.9.theo. c.34.& Ser.t.4.c.19
B Raſ.251.1. & 257.1.
C Raſ.257.3.

*De ſignis.* Cap. 17.

Signorum autem lapidis qui eſt in renibus primum eſt vrina: & eſt ꝙ vrina in primis eſt groſſa, deinde incipit conuerti ad tenuitatem, & attenuatur propter retentionem turbidi in renibus, tunc exiſtima eius generationem,quãuis qñq; mingatur in principio rei tenuis: Et eſſentia eius in principio rei groſſa eſt magis ſignificatiua ſanitatis virtutis, & dilatationis meatuum. Et qñꝙ eſt B cum eo ſedimen plurimum ſimile ſedimini,quod eſt in ægritudinibus hepatis infirmi. [d] Et quanto plus eſt vrina vehementius clara,& magis aſſidue clara,& paucioris ſediminis,ſignificat ꝙ lapis eſt durior. [d] Et dicitur ꝙ quando ſani,et proprie ſenes mingunt vrinam nigram cum dolore,aut abſq; dolore,indicat ꝙ lapis completur in veſica: [e] Et confirmatur ſignificatio in omnibus illis ſi vides arenam reſidentem. Et eſt arena illa tendens ad rubedinem & citrinitatem. [f] Et fortificatur illa ſi inuenitur grauitas in chatin, & dolor quaſi ſit retentum aliquid cum mouetur ſuper eum, ſentitur quod vicinatur alchatin, & ipſum ſignificat magis fortitudinẽ virtutis, & amplitudinem meatuũ. Et vehementior dolor qui ſit propter lapidem renum,cum in primis generatur, eſt quia cõſtringit vel coarctat locum.Et apud motum,& inceſſionem in meatibus,et proprie in meatibus verſus veſicam, & quandoq; ſit dolor apud id quod mouetur ſuper eos. In diſpoſitione vero congelationis eius,& quietis eius,& quietis patientis ipſum,cum non eſt repletio vehemens,coarctans, commouens lapidem,inuenitur ſenſatio grauitatis tantum. [g] Et repletio cibi facit ipſum vehementius excitare dolores:& proprie quando deſcendit cibus ad inteſtina vicina ei: cum autem euacuantur, & expellũtur ſuperfluitates ex inteſtinis,dolores ſunt quietiores. Signa vero motus lapidis, ſunt permutatio doloris,et eius vehemẽtia, & deſcenſio eius ex alchatim vſq; ad inguina, & poros vritides tranſeuntes ſuper emunctoria:& tunc iam peruenit lapis ad meatum prope veſicam, & cum ſedaC tur ille dolor,tunc iam peruenit in veſicam.

D Raſ.23.cont.t.3. c.1.251.3.
E Ca.16. oppo. & G.l.1.lo.af.c.5 c,& de ren.af.c.3.g
F Raſ.li.diui.c.70.
G Hipp.cõ.1.in 6, de morb.vulg.6.c, & Raſ.23. cont.t.3. c.1.fo.251.2.& Opp. F.16.t.3.c.10.

*De curatione.* Cap. 18.

Dicamus hic curationes,quę ſunt lapidis renum proprie,& cõmunes ei cum lapide veſicæ: deinde faciamus ad lapidem veſicę capitulum ſingulare, & curationes ſingulares proprias. Intentiones quidẽ quas medici in curatione lapidis intendunt, [h] ſunt abſciſſio materiei eius: [h] & prohibitio generationis ipſius cum abſciſſione cauſæ, & rectificationis eius: Deinde cõminutio ipſius & fractio eius:& cõmotio ipſius, & eradicatio eius ex ſuo ſuſpenſorio cum medicinis quę illud efficiunt:Deinde eius extractio:& ſubtilis operatio in ipſo, & ordine eius. Et illud cõpletur cum medicinis prouocatiuis,aut cum adiuuãtibus deforis. Deinde eſt regimen ſedans illud, quod ſequitur inde de doloribus: & rectificatio eius quod accidit in eis de vlceribus: [i] Et ſunt quidam qui laborãt extrahere ipſum per inciſionem ilij,& per dorſum,ſed eſt magnus timor in eo,& operatio eius,qui rationem non habet. [h] Materiei autem abſciſſio pręparatur in primis cum euacuatione eius per ſolutionem ventris, [h] aut per vomitum:deinde abſtinendo à cibis groſſis,& aquis turbidis, æquando quod comeditur,& confortando ſtomachũ,& faciendo vt digeſtio ſit bona. Et cum exercitio temperato in tempore vacuitatis,& fricatione eius & prohibitione cõſtrictionis medij dorſi, & leniendo naturam,vt declinent hum.groſſi ad latus fæcis:& non fiat ex fęce coarctatio renum,& conſtriD ctio. Et ex eis quæ conferunt adhæc, eſt aſſiduatio prouocationis cum eis, quæ lauant veſicam ex ſeminibus diureticis:& de illis quæ bona ſunt apud illud, eſt aqua ciceris:& [k] † {arſeſ, } & aqua foliorũ raphani,& raphanus ipſe proprie ſubtilis,humidus. Et cum ſuperuenit ei ſpatium dierũ, adminiſtretur diureticum forte. [l] In pueris vero prohibet generationẽ lapidis, ſumere in potu vinum album ſubtile permiſtum. Et iuuatur à clyſteribus lenibus temperatis per illud, quod educunt de fæce,& leniunt naturam. Et per illud quod ponitur in eis de medicinis lapidis: quare peruenit vel perducitur virtus earum ex proximo ſeu velociter. [m] Et ex prohibitiuis generationis eius, eſt vomitus poſt cibum, & multus vſus eius: Ipſe enim expellit ſuperfluitates groſſas per viam contrariam viæ, cuius motus eſt ad renes: & facit latus renum mundum & vacuum. Et balneum,& tina fortaſſe perducunt ad lubricitatem eius: & quandoꝙ extrahunt materias ad illud quod de corpore apparet,& auertunt eas à renibus. [n] Et quando multus vſus eſt eorum,mollificant virtutem,& debilitant virtutem renum.Et ſimiliter ſi adminiſtrentur in hora, in qua non ſunt neceſſariæ lenificatio,& ſedatio doloris.Faciunt enim renes ſuſceptibiles materierum effuſarum ad eos propter mollificationem ipſorũ.Et dormire ſuper dorſum eſt ex eis quæ lapidi conferunt.Medicinæ vero comminuentes cum ſunt ſm plurimum medicinæ amaræ, quæ non ſunt valde vehementis caliditatis,

& ad-

H Ser.t.4.c.20.
I Raſ.23.conti.t.3. c.2.258.1. &, 261.4. & Ser.
K † ſpecies cardi
L Raſ.23.cont.t.3. c.2.257.3.
M G.li. de ren.af. 5.f,& Act.li.3.ſer.3. c.6.& Ser.t.4.c,20.
N Cap.19.& G.de ren.af.c.8.d

& addant in cauſam: & omne cuius inciſio eſt vehementior, & cuius caliditas eſt minor, eſt melius. **E** Et oportet vt illæ quę ſunt lapidis veſicę ſint vehementius calidæ, quã illæ quæ ſunt lapidis renum. Et eſt hoc genus medicinarum aliud quarũ operatio nõ proportionatur ad calidum, & frigidum, immo non faciunt illud quod efficiunt, niſi cũ proprietate. Et medicinarum comminuẽtium quædam ſunt, quæ non ſunt cum illa ſuperfluitate in virtute, & natura earum eſt ad cõminuendum lapidem paruum.[a] Et illarum quę non ſunt cum vehementia, quædam ſunt quæ ſunt vehementis virtutis ſ̃m lapidem renum, ſed ſunt paruæ virtutis ſecundum lapidem veſicę: aut non habent virtutem ad illum, ſicut [a] lapis iudaicus. Et quędam earum ſunt, quę ſunt fortes ſ̃m lapidem renum, & operantur in lapidem veſicę. Et quędã ſunt fortes vehementes in vtriſq; lapidibus ſimul: ſicut auis, quæ nominatur [b] † {altragulidos,} & ſicut cinis ſcorpionum. Et cum componuntur ex medicinis ad lapidem medicinę, oportet vt adiungantur eis ſpecies medicinarum, quę eas adiuuent ad operãdum quod efficiunt, de quibus ſunt medicinę fortis prouocationis: quę extrahant vrinam groſſam vt extrahatur illud quod eradicatur de lapide, & comminuitur. Et de illis ſunt medicinæ in quibus eſt tepefactio motus aliarum medicinarum, & mora vt perficiatur cum mora ipſarũ integritas ſuæ operationis. Et iſtę medicinę ſunt non velocis penetrationis propter pinguedinem in eis, & viſcoſitatem: & ſunt cum hoc facientes digeſtionem: ſicut gumma pini. Et de illis ſunt medicinę velocis penetrationis, & mundificationis, ſicut piper, & alia: Et medicinę confortantes membrum apud di **F** uerſitatem impreſſionum in eo, & motũ ſuper ipſum: Et ſunt medicinæ albezahartice, & ſicut ſpica, & caſia lignea, & aliæ. Et de illis ſunt medicinæ in quibus eſt ſtypticitas ſubtilis: ſicut ſunt robub fructuum vt conſeruent virtutem membri. Et quandoq; miſcentur cum iſtis medicinis medicinæ ſedantes dolores cum proprietate, aut ſtupefactione. Cumq; componimus medicinam ſecundum hanc formam, [c] operatur virtus naturalis in eis: quare vtitur eis quæ ad lapidem ſunt apud lapidẽ, & dimittit vel relinquit prouocantia, & directiua ad membrum cum iam applicauerit ſecum medicinis lapidis apud lapidem, poſtquam vſa fuerit prouocatiuis ad hoc vt perueniret illæ quæ ſunt ad lapidem ad locum lapidis: & tunc vtitur permanentibus, & his quæ faciunt morari illic, vt permaneant medicinę lapidis: & facit ipſas morari, vt operationem ſuam efficiant, & tamen moueãt ipſas penetrantia, & prouocantia à loco quo indigent vt ſtent in eo tempore vt faciant operationem ſuã cum eo quod dimiſit virtus operatiua vel propter illud quod dimiſit virtus operatiua, & iam ante illud vſa fuerit illis facientibus penetrare, vt feſtinaret medicinas lapidis verſus lapidem antequam paterentur à natura paſſione debilitante virtutem cum qua operationem faciunt in lapide. & cum vſa fuerit medicinis comminuentibus lapidem, & commouentibus, & fecerit operationem earum, dimittit medicinas permanentes, & morari facientes, & feſtinat, & accelerare facit prouocantia, & penetrantia. Cum autem fortificatur dolor, adminiſtra ſtupefacientia ſecundũ ꝙ eſt regula cognita **G** in compoſitione medicinarum. Et quandoq; aggregãtur in vna medicina ſingulari plures harum proprietatũ. Nunc quidem numeremus medicinas comminuentes lapidem & extrahentes ipſum.

*De medicinis comminuentibus lapidem.* *Cap.* 19.

ET ſunt ſicut coſti radix, & [d] radix rubi, & [e] bdellium, & radix [f] † {alrathbe,} & [g] cortices α radicum aldemeſt, [h] & cicer nigrum, & proprie aqua eius, & ſemen [i] althææ, et fructus, [k] † {alkaraſiæ,} & gummi alzarur: & in alzarur eſt virtus in hoc: & [l] tribuli, & ra. eorum ſunt boni ad illud: & radix [m] alcannę, et ſquilla, et [n] acetum eius, et oxymel ipſius, et apium montanum, et calamenthum, & abſinthium, et caſia, et radix [m] citroli campeſtris: et xylobal. & carpobal. et opobal. et oleum balſami. & exiſtimo ꝙ ſit forte valde: & ſemen [i] maluæ campeſtris, [o] & cardus, & aqua radicis eius: & ſcolopendria, [p] & capillus veneris, de quo ſumatur pondus drach. ij. in aqua raphani: et apium, & radix [q] althil, & ſemen folij, [m] & virga paſtoris et proprie roma. [r] & cyminum campeſtre, & radix [m] pentaphyllon, et aqua eius, [m] et chamępityos, [s] et polium, et radix [n] aſparagi, et ſemen [m] cyperi ęgyptiaci, & α cortic. radicum lauri, [t] & ſemen raphani, [u] & ſcordeon, & extremitates vitis albę, & ruta agreſtis. [x] Et iterum baurac armeni de quo ſumitur pondus aur̃. v. & cõficiatur cum melle, & potetur in aqua raphani tribus diebus, & iterum ſotiræ aur̃. i. cum aqua tepida. [y] Et dixerunt quidam ꝙ ſi ſumantur ſeptuaginta grana piperis, et optime terantur, et fiant ex eis. vij. trochiſci, & de- **H** tur in potu omni die troc. vnus, minget lapidẽ: & in fiſticis eſt virtus qua cõminuitur lapis renum: Et de fortibus ſ̃m lapidem renum, ſunt lapis iudaicus, et pulegium, et chamępityos. Et de fortibus abſolute ſunt cinis ſcorpionum, et oleum in quo ponũtur ſcorpiones ſtans ſub ſole, linitũ iniectum per ſyringam in lapide veſicæ. [z] Cineris autem ſcorpionum regimen melius eſt, vt linias vas ſimile vrinali ſpiſſum cum luto ſapientiæ, deinde ponas in ipſo ſcorpiones, & dimittantur in furno calido nocte vna aut minus, ita vt non perueniant ad ſummum in aduſtione, & in mane remoueantur. Et vitrũ eſt melius q̃ teſta exuccans, & accipiens virtutem. [a] Et cinis leporis decollati ſ̃m hunc modum eſt fortis, de quo ſumatur in potu pondus drach. ij. [b] Et ex eis quę ſunt vehementis iuuamenti & reſolutionis, eſt [c] † {alierha} à quo caput eius ſit acceptum, & extrema ipſius exiccata in ſole in vaſe æneo. [d] Et iterum lumbrici terreſtres exiccati. Et iterum vitrum attritione factum, vt atomi, qui in ſolis apparent radio. [e] Et iterũ cinis vitri, et illud melius fit ſi igniatur ſuper cochleariũ ferreum, & tritum cribelletur: deinde ponatur ſuper aquã fabarum, & oſtendetur vel ſeparetur in ea quod de eo calcinatur, & iterum reliquum inflãmetur donec pulerizetur totum: deinde teratur puluis ſicut atomi, qui ſunt in radio ſolis: [f] & datur de eo in potu aur̃. i. in. xij. aur̃. aquæ calidæ.

& illud

A G. 9. de ſimplic. med. fac. 67. f
B † troglo dytes.
C Fẽ. 11. t. 1. c. 6. & li. 2. t. 1. c. 4. & lib. 4. F. 1. t. 4. c. 19. & li. 5. c. 2. & G. 2. aph. 16. h
D G. 6. ſimp. 44. g
E Dioſ. l. 1. c. 69.
F † ſpecies triſodij
G Dioſ. lib. 1. c. 90. & Gal. 6. ſimpl. fol. 46. b
Infra α
H G. 1. alimẽ. c. 22.
I G 6 ſimp. fo. 46. f
k † G. 7. ſimp. 51. a ceraſiorum
L Dioſ. lib. 4. c. 13. & G. 8. ſimp. 62. f
M Sera. t. 4. c. 21.
N G. d̃ ren. af. c. 8. d
O G d̃ ren. aff. c. 5. f
P Dioſ. li. 4. c. 120.
Q G. de ren. aff. c. 8. d, & 6. ſimp. 41. c, & Ser. t. 4. c. 21.
R Dioſ. li. 3. c. 58.
S G. 3. de med cõpo. ſ̃m loc. c. 1. b
Supra α
T Raſ. 259. 1.
V G. d̃ ren. af. c. 8. e
X Raſ. 23. cont. t. 3. c. 2. 261. 3.
Y Raſ. ibi. 261. 2.
Z Lib. 5. ſum. 2. t. 6. c. de Lapide renũ, & Raſ. l. diui. c. 75.
A Aet. l. 3. ſer. 3. c. 11 & G. d̃ ren. af. c 5. h
B Raſ. 258. 1. & 259. 4.
C † cicindela quę nocte lucet.
D Raſ. 23. conti. t. 3. c. 2. 260. 4.
E G. de ren. aff. c. 8. d, & Ser.
F Raſ. 258. 1.



**A** & illud melius eſt quod eſt de vitro albo claro. Et de illis quæ valde fortia ſunt, eſt [a] lapis qui in ſpõgia inuenitur. Et iterũ [b] ſan. hirci exiccatus: et ille [c] melior eſt qui ſumitur in hac hora, in qua coloratur vua. Quęre ergo ollam nouã, & ablue eã aqua, ita vt remoueatur quod de ea eſt de natura cinereitatis, & ſalſedinis: & ſi fuerit lapidea, erit melior: deinde decolla hircũ, qui habeat quatuor annos ſuper illã ollã: & dimitte primum ſan. eius et vltimũ currere, & aſſumme medium tm̃. [c] deinde dimitte donec coaguletur: deinde incide ipſum in fruſta parua. de quibus facies troc. quos ponas ſuper rete, aut pãnum mundum: & ſparge eos ad ſolem ſub cœlo, & ſub pãno ſerico defendente eos à puluere: & dimitte eos tãdiu, donec eorum exiccatio vehemẽs fiat in loco ad quem ros nullo modo pertingat: et conſerua troc. & cum volueris eos in potu tribuere, dabis de eis in potu cochlearium vnũ in vino dulci in hora quietis doloris: aut in aqua apij montani, et videbis rem mirabilem. Et de eis quę fortia ſunt, eſt cinis corticum ouorum gallinę, poſtquã euacuata ſunt à pullis. [d] Et de eis quę ſunt vehementis fortitudinis, & meliora omnium, eſt auis quæ græce nominatur [e] † { tragulidos: } & auis eſt de genere paruarum, minor omnibus auibus, excepta aue regia: et color corporis eius eſt inter viridem, & cinericium, [f] † {& citrinum, & ſuper alas eius ſunt pennę aureę, & ſuper caudam ipſius ſunt alba puncta, et plurimum apparitionis eius eſt in hyeme, et apud piſcinas, et apud parietes, & ipſius volatui apud parietes non eſt fixio, immo volat parum, & cãtat, & garrit ſemper, et mo **B** uet caudam.} Et ipſa comedatur cruda ſicut eſt, quod melius eſt: & comeditur elixata, & aſſata. Et ſalitur, & reſeruatur vt caro ſalita. [g] Et qñq; aduritur ſicut eſt, in furno, qui non ſit cum illa caliditate. ſ. cum quãtitate qua non dominetur ei aduſtio, & deſtruatur virtus, & ſit in vitreato vaſe, & ſ̃m modum qui dictus eſt ad ſcorpiones, & alia: & quãdoq; aduritur in olla lapidea: aut [h] † {burnia,} & ſtringitur caput eius. Et cum pertrãſit terminum aſſationis, tendens ad aduſtionem aliquã, tunc retrahe vel accipe. Et qñq; aromatizatur illud quod de ea ſalitũ eſt, & aſſatum cum pipere, et folio indo, & ſimilibus: & bibatur tritum eius quod eſt ſalitũ aut aduſtum cum vino puro aut cum melle: aut cum chãdicum. Et ſimiliter vnaquæq; harum medicinarum. Et exiſtimãt quidam ꝙ hæc auis ſit auis ſpinæ, ſed hæc eſt auis quæ nominatur frãcigine [i] ſafurion, de qua non ſcio an ſit illa, aut alia. Et exiſtimãt ꝙ quãdo exiccatur & bibitur paulatim extrahit lapidem ex omni loco. [k] Et dixerunt quidã ꝙ lapis ipſe extrahit lapidem. [l] Et β iterum fimus colũbinus, & fimus galli. Et exiſtimãt Hunain, [m] & Alkindus, ꝙ quãdo ſumitur in potu in corpore magno de eo pondus drach. ij. & in corpore paruo pondus drach. 5. & quantum ipſum eſt zuccari tabarzet, extrahit omnem lapidem. Et qñq; ponuntur cum eo piper, & ſale, & proprie in decoctione pulegij. Et iterum ſcarabei exiccati. Et exiſtimant [n] quidam ꝙ ſuffumigatio eius, quod eſt ſub virga, cum ſpina eritij, facit mingere lapidem: & hoc eſt de illis quæ ego non verifico. [k] Medicinæ vero quæ cum iſtis permiſcentur phar- **C** macijs, ad penetrandum ſunt, ſicut piper, & calamenthum, & cinnamomum: & iſtæ cum hoc ſunt iuuatiuę in capitulo motionis lapidis. Medicinæ autem quę cum iſtis commiſcentur vt prouocent cum virtute, & extrahant ſuperfluitates groſſas, ſunt ſicut [k] ſemina cognita, & proprie [k] apij montani, & ſicut [k] daucum, & [k] meu, & [k] fu, & [k] aſſarum, & [k] acorus, & [k] ameos, & [k] keiſim, et [k] ſiſeleos, & [k] ſemen agnicaſti, & [k] ſquinãthum, & [k] cordumeni. Et fortaſſe quidã [o] homines dicunt bonum eſſe vti cantharidibus. Et iſtæ quidem medicinæ cum vehementia prouocationis ſuę non ſunt priuatæ impreſſione in lapide. [k] medicinæ vero quę permiſcentur ad tardandum paulatine ſunt ſicut gummæ. Et qñq; ſunt in ſe ipſis operãtes in lapidem, ſicut gumma albeſfaigi. i. [k] polypodij, & gumma nucis. Medicinæ vero doloris ſedatiuę ſunt, ſicut ſemen lini, & mucilago eius, & ſicut nuces, & auellanæ: & grana pini maiora, & ſemen althææ: & habent ordinem etiam ad medicinas lapidis, & conuenientiam ad corpus renum. Et ex narcoticis eſt illud quod ſciuimus. Medicinæ autem confortatiuæ, ſunt ſicut been, & zarumbet, & lilium ſiccum, & ſemen agnicaſti: & iterum ſicut roſa, & balauſtiæ, & ſquinanthum. & ſandali. Medicinæ vero compoſitę ad lapidem ſunt, ſicut [p] mithridatum: ipſum nãq; fortis operationis eſt in lapide renum: et ſicut [p] ſagzenea: et ſicut confectio de ſcorpionibus cognita ad renes, & veſicam. [q] Et iterum medicamen factum cum ſang. hirci, quod [q] nominatur manus dei propter ſuam nobilitatem. Et medicamen theſaurizatum dictum factum cum **D** oleo balſami, quod eſt mirabile. Et ſicut medicamen forte, quod experti ſumus. Recipiens cineris vitri, & cineris ſcorpionum: & cineris radicum caulium nabati, & cineris lepo. & lapidis ſpongiæ, & ſangui. hirci exiccati contriti: et cineris corticum oui de quo pullus egreſſus eſt, et lapidis iudaici, et gummi nucis, et acori partes æquales: et petroſelini, dauci, pulegij, gummi arabici, et ſeminis althææ, et piperis, omnium ana partem vnam & 5. cum melle conficiatur et reſeruetur: cuius doſis ſit vſq; ad aur̃. ij. et ſupra, cum aqua tribulorum decoctorum cum ciceribus nigris. Et hoc etiã conueniens eſt ei qui in veſica eſt. Et iterum cinis radicum caulium nabathi, et cinis ouorum de quibus ſunt egreſſi pulli, et raſuræ vel fricaturæ lapidis iudaici maſculi & fœminæ aggregentur, et detur in potu ex eo quantitate vnius cochlearij in vino aut aqua tribulorum, et eſt etiam conueniens ad lapidem veſicæ, extrahens ipſum ſimilem luto albo. Et iterum ex eis quæ ſunt fortia aggregata eſt illud quod recepit [k] ſem. melonis, et vitri aduſti, et calt. i. almes indi ſeu milij ſolis partes æquales, ſumatur cum aqua ciceris. [l] Et β iterum fimi columbini, & fimi galli, detur aliquid cum aqua raphani, aut cum vino, aut cum aqua calida. eſt enim aggregatiuum. Et de illis quę ſunt aggregatiua eſt, vt ſumatur [k] condyſi pondus drach. i. fimi colũbini drach. i. ſcarabei drach. i. duodecima, terantur, & dentur cum vino. [k] Et iterum lapis ſpongię, ſcolopendriæ, capilli veneris, ſeminis althææ, petro

ſelini,

A Li. 2. t. 2. c. 396. & 602. & G. 9. ſimpli. fol. 67. c
B G. de ren. af. c. 5. h
C Aet. l. 3. ſer. 3. c. 12
D Pau. li. 3. c. 45. & G. de ren. af. c. 5. h
E † troglodytes
F † tenui roſtro, in muris maxime, & ſepibus degens, & Aet. li. 3. ſer. 3. c. 11
G Aet. ibi.
H † vaſe terreo vitriato
I L. 2. t. 2. c. 632.
K Ser. t. 4. c. 21.
L Halya. 7. pract. c. 42.
Infra β
M Raſ. 260. 4.
N Raſ. 259. 4.
O Raſ. 259. 4. & Serap. t. 4. c. 21.
P Raſ. 260. 3.
Q Ae. li. 3. ſer 3. c. 12
Supra β

ſelini, ęqualiter: & ſit doſis quantum neceſſe eſt in aqua apij, aut aqua radi. aut aqua tribulorum, aut E aqua raphani. Et iterũ de eis quę ſunt aggregatiua, eſt illud, quod [a] Recip. granorũ fructus balſami calamenthi cãpeſtris ſicci, lapidis ſpõgię, ſemi. maluæ, & albedarũgi ſicci partes ęquales, terantur, & dentur ex eo omni die cochleariũ vnũ cũ vino permiſto, quaſi. ℥. iiij. Et de illis quę propriora ſunt ei qui eſt in renibus eſt illud quod Recip. miſuſen ſumurion amborum añ. põdus. ʒ. ij. piperis. ʒ. iiij. cuius doſis ſit ſm quãtitatem, quę exiſtimaĩ cũ oxymelle ſquillitico. Et iterum rutę cãpeſtris, maluæ cãpeſtris, rad. apij partes ęquales, de qbus ſumatur quantitas duorũ cochleariorũ, quę coquaĩ in vino, & coleĩ, & bibatur. Et iterũ radix pẽtaphyllon cũ ſyrupo acetoſo mellino, aut aqua mellis. [b] Et iterũ ſe. raphani, & [c] †{alchalt} ęqualiter detur ex eo ſicut auellana cũ oleo iaſmino. & iterũ medicamen expertũ [d] ſe. melonis ſe. althęæ, & cartami, & croci, & alchalt. i. mel indũ ſumaĩ in potu vna vice poſt aliã. Et iterum granorũ [e] † { almhaleb } excorticatorũ tritorũ auĩ. ij. croci auĩ. i. ariſtolochię, auĩ. 5. conficiantur cũ melle, cuius doſis ſit. ʒ. iiij. Et iterum cordumeni pondus. ij. ʒ. cortic. radic. lauri quantum ipſum, & iterum ſemen alharmel, bdellium ſumantur, de quibus fiant pilulæ: & ſumatur de eis omni die pondus. ʒ. i. cum aqua calida, & cum aqua foliorum raphani, aut enulæ humidę, aut cum aqua oliuarum. Medicamen vltimũ ſedans dolorem, & extrahens lapidem. Recip. [f] †{ſumurion, & eſt apium campeſtre, & dicitur apium perſicum,} ℥. i. cyperi ęgyptiaci, ſpicę aromaticę, ſe. papaueris albi, cinnamomi, caſiæ, piperis alb. ſemi. baucíæ, [g] † {                } acori omnium F ana vnc. [h] † { .i. & } 5. lapidis iudaici, [i] †{                } lapidis delati de regione macedoniæ, ana vnc. 5. conficiantur cum melle, de quo ſumatur ad magnitudinẽ auellanæ cum vino. Medicamen conferens generationi lapidis. Recip. [k] † { ſameriuma } pulegij, ſemi. althææ omnium ana drach. i. ſemi. cucume. hortulani, ſeminis melonis, dragaganthi omnium ana drach. 5. miſceantur omnia, & ſumantur: ſitq́ꝫ doſis eius pondus drach. ij. cum vino ſubtili permiſto. Aliud. Recip. lapidis inuenti in ſpongia, radicis tribuli, ſe. baucię, omnium ana drach. ij. ſe. cucu. hortulani, ſeminis melonis, ſeminis althææ, amyli omnium ana pondus drach. ij. ſeminis fœniculi, aniſi polij, omnium ana drach. iij. Et quandoqꝫ dantur eis in potu aquę, in quibus decoquantur medicinę lapidis ipſum cõminuentes ſicut aquæ in quibus decoquuntur chamæpityos, & polium, & calamẽthum, & ſiſeleos, & radix tribuli, & fructus eius, & ſcolopendria, & radix maluæ, & capillus veneris, & virga paſtoris, & radic. althil: & radix eupatorij, & ſemen althææ, & [l] † {ſameriuma,} & ſuaſera, & pulegium, & alia cum diureticis. Et quando adminiſtratur in diebus ſanitatis, prohibet generationem lapidis etiam. Et ex decoctionibus quibus iuuamentum confertur lapidi renum, cum eorum adminiſtratio aſſiduatur in horis paroxyſmi, eſt vt decoquantur folia maluæ campeſtris, & ponantur in decoctione eius butyrum, & mel: de qua ſumatur in potu res plurima, lubricat enim lapidẽ, & prouocat vrinã, & lenit iter vel vias eius, & extrahit eum cum facilitate. [m] Et Rufus quidem di- G xit ꝙ plurima balneatio in thermis ſulfureis frangit lapidem. Et hoc fortaſſe facit peruenire ad hoc, ꝙ quędã aquę calidę, quę quandoqꝫ vlcerant cutem, quando ponuntur in eis medicinæ lapidis, & ſubmergitur in eis pannus, dum ſunt calidę, & ponitur ſuper locum lapidis, reſoluit ipſum. Et ego iam expertus ſum res huius generis. In regimine autem pręparationis lapidis ad hoc vt eradicetur, & patiatur à medicinis cum facilitate lubricitatis, & exitus, oportet vt adminiſtrentur olea mollificantia, inungendo cum fricatione. Et ſimiliter emplaſtra, & embrocationes, & cerata mollificantia, & balnea, [n] & tinæ cum quantitate, quæ non mollificent virtutem ſuperflue, & debilitetur expulſiua: & qñqꝫ currit propter illud ad membrum additio materiei. Et tũc bibitur medicamen ad eradicationem lapidis, vt fiat facilis ſuper ipſum eradicatio & extractio. Et oportet vt miſceantur cum mollificantibus confortantia, ſm canonem notum: & proprie cum non eſt in confortantibus plurima contrarietas ad intentionem, quę eſt in reſolutione: [b] & illa ſunt ſicut oleum de lilio, & oleum de ſpica, & oleum de alcanna, & corpora eorum etiam: & oleum alkeiri aggregat intentiones plurimas. Deinde [o] †{ſtringantur} mediũ, & hypochondria, & pecten, vt dilatentur meatus deſuper, aut fricentur cum manu. deinde detur in potu medicamẽ comminutiuum. & ſi fuerit ſumptum in potu, tunc conuenit vt adhibeantur diuretica. Et non eſt malũ vt bibatur etiam quod eſt ſicut [p] caſia fiſtula cum oleo amygdalino, & cum ſucco viſcoſo, qui ſit de ſuccis diureticis, in quibus ſunt vi- H ſcoſitas, & lubricitas cum oleo amygdalino. Et ex eis quæ conferunt poſt mollificationem, aut cum excuſatio eſt à mollificatione propter illud cum ſcis ꝙ lapis eſt ſuſpenſus motus, ſunt vaporationes cum ſpongia, & ſimilibus ſibi, infuſa in aqua & oleo, & cum panno, aut furfure: Aut emplaſtra calefacta, & vnctiones cum oleis calidis calefactiuis, ſicut oleo rutino, aut cum oleo, & caſtoreo. [b] Et eſt neceſſarium, vt conſeruetur calefactio emplaſtrorũ. [b] Quod ſi neceſſaria ſunt fortiora illis, ponantur ventoſæ vacuæ infra lapidem, & locum doloris, vt attrahat ipſum: deinde deponatur ab illo loco ad illum, qui eſt ſub eo ad inferiora, & ſuſpendatur ibi. [b] Et ſimiliter ſm gradationẽ deſcendant à loco renum ſm obliquationem duorum pororum vritidum ad inferiora. Cumq́ꝫ deſcendit ad veſicam, ſedatur dolor. Et qñqꝫ exercitium & motus, [p] & æquitatio ſuper animal quod ſaltando vel trotando incedit, ſufficiunt. [p] Et ſimiliter deſcenſus per gradus, & proprię poſtquã adminiſtratæ fuerint inunctiones. Cumq́ꝫ deſcendit ex veſica ad meatum virgæ, tunc fortaſſe facit dolorem: & tunc oportet vt regatur regimine illius loci cũ eis quæ dicemus. Regimen autem doloris, quando cõmouetur, & proprie apud virgam propter magnitudinem lapidis, aut propter dẽtes in ipſo, & fracturam raſcationis, & aſperitatem excoriantem, qñqꝫ poſſibile eſt vt ſit cum balneo, & tina,

Cum

A Ga. 10. de phar. cõpo. ſm loc. c. 1. e

B Ser. t. 4. c. 21.
C † piſum
D Raſ. 257. 4

E † Ser. t. 4. c. 21. fructuum ſimiliũ oſſi cerariorum

F † G. 10. đ phar. cõpo. ſm loc. c. 1. f ſeminis ſmyrnij.
G † thuris nõ ſecti, ſeminis apij, croci, ſtyracis, iridis, amygdalarum amararum.
H †———
I † Syriaci, fœminæ, aut maſculi, myrrhę mineæ ſextantem.
k † calamenthũ

L † calamenthũ

M Raſ. 23. cõti. t. 3. c. 2. 259. 3. & 261. 2

N Cap. 18.

O † Ser. t. 4. c. 21. ponantnr vbi eſt
P Raſ. li. diui. c. 70.



A Cum autem ſuperfluunt, & mollificant, redit dolor vehemens poſt horam. Et embrocę de chamęmilla, & meliloto, & althæa, & furfure bonæ ſunt & iuuatiuæ. Et ſi fuerit conſtrictio aliqua naturę, tunc de rectioribus rebus eſt, extrahere fæcem cum ſuppoſitorio, aut cũ clyſteri non magno, quod coarctet, & dolorem faciat: immo ſuppoſitorium amabilius eſt mihi. [a] Et in lenificatione naturę eſt alleuiatio plurima, & ſedatio doloris. Et non eſt ſemita ad adminiſtrandum catharticũ. ipſum enim lædit, & nocet per illud, quod deſcendere facit deſuper. Clyſtere autem, cum in eo ponuntur adipes, & vnctuoſa, & virtutes mollificantes, & virtutes diureticæ, facit cum ſolutione ventris lenitatem, & frangit dolorem, & adiuuat ad extractionem lapidis. Et qñqꝫ dolor fortis ſedatur, quando curatur cum eis quę diximus: deinde cum curatur lapis, multiplicatur. Quare rectius eſt vt abſtineatur à medicinis fortiter mouentibus, & adminiſtrentur clyſteria leuia, lenificantia: & inunctiones, quę comprimendo, & fricando fiunt: et cerataria mollificãtia, lubrificantia. Et quandoqꝫ iuuãt in hac hora adminiſtratio vomitus: & illud eſt de eis quæ minorant materias cõprimentes lapidem: ſed fortaſſe nocet per illud, ꝙ attrahit lapidem ad ſuperiora. Et ſi fuerit dolor de illis quæ non tepeſcunt prorſus: tunc neceſſarium erit dare in potu illud quod ſtuporem facit. [b] Et iterum philoniũ, & medicina mandragorata, & theriaca quæ nõ eſt antiqua: immo ad nouitatem decliuis, & in qua eſt virtus opij remanens: ipſa enim pluribus confert modis. Confert nãqꝫ ex parte theriacitatis, &
B ex parte prouocationis, & cõminuit lapidem, & ex parte ſtupefactionis doloris, & qñqꝫ adiuuat in dolore ventoſitas in renibus coarctãs etiam lapidem. Et cognoſcitur per ſigna ventoſitatis renum, aut ventoſitas in inteſtinis comprimens ipſum: & cognoſcitur per ſigna ſua, quare oportet tunc vt intendatur ad ea quæ frangunt ventoſitatem, [b] ſicut ruta, & [c] ſemẽ eius, & ſemen apij, [b] & aniſum, [b] & ameos, [b] & carui, [b] & nigella dando in potu in eis, quæ ſunt ſicut aqua mellis, aut emplaſtrãdo, aut faciendo ex eis ceratũ cum oleo aliquo: & vtendo eo in clyſteri. [a] Et ſi fuerit lapis propter apoſtema calidum, curetur curatione apoſtematis renum in primis. Et ſufficienter ea quæ ſcis de embrocis, & emplaſtris, & cerataríjs infrigidantibus, quę pręterierunt tibi in cap. pluribus, aſperſo ſuper eo modico aceto, donec penetrent: & ſimiliter fiat clyſtere cum iſtis ſuccis, & cum oleo roſ. cum eis. Et ſi indigent phlebotomia, fiat. [d] Et ſi fuerit propter apoſtema durũ, tunc adhibeantur ea quæ ſunt ſicut mucilagines calidæ, vt mucilago [d] ſeminis lini, [d] & fœnugræci, [d] & althææ, [d] & ſe. almaru permiſtę cum eis, quę infrigidant: et ſimiliter [d] chamęmilla, [d] & melilotum, [d] & tribuli, et anethum. Et iſta adminiſtrantur bibita, & adminiſtrãtur clyſterizata, & adminiſtrantur epithemata. Et quando adminiſtrantur epithemata, oportet vt ponantur in eis, quę ſunt ſicut gumma pini, [e] & ſerapinum, [e] & ammoniacum, [f] & ſtorax, [f] & caſtoreum, & ſicut [f] myrrha. Et iterum olea calida cum cõfortantibus aliquibus. Et de vnguẽtis, vnguentum [a] diachylon, & vnguentum de adipibus, & alia:
C & cum videris digeſtionem, prouocabis tunc. Cibi autẽ lapidem patientium ſunt illi, qui contrarij ſunt cibis nocentibus eis: & carnes auium aſſatæ habentium colorem cineritium, & auium in domibus habitantium, & columbini diſſoluti cum decoctione, non nocent eis: & ſimiliter quę de carnibus ſunt ſubtilia: Et cancri aſſati caro confert eis. Et oportet vt in cibis eorum ponantur capita cardi, & aſparagi, & proprie campeſtris, & aqua ciceris cum oleo, & oleo cartami.

## Fen. xix. de dipoſitionibus veſicæ, & vrinæ: duos comprehendens tractatus.

### TRACTATVS I. *De diſpoſitionibus veſicæ.*

*De anatomia veſicæ.* *Cap. I.*

QVemadmodum Deus excelſus creauit fęci vas aggregans cõprehendens totum, vſquequo aggregatur: deinde expellit totũ ſimul, per quod fit excuſatio ab aſcellatiõe continua hora poſt horã ſicut [h] ſciuiſti: ſimiliter præparauit excelſus, et creauit ei, qđ de ſuperfluitate aquoſitatis attrahiĩ digne excuti et expelli, [i] capacitatẽ & ſacculum
D comprehendentẽ totalitatem eius, aut plurimum eius, donec ſurgat ad extrahẽdam ipſam ſemel, et non ſit neceſſariũ expellere ipſam continue, ſicut accidit patientibus diſtillationem vrinę, & capacitas illa eſt veſica. Et creata eſt neruoſa ex neruis ligamenti, vt ſit vehemẽtioris fortitudinis, et ſit cũ fortitudine ſuſceptibilis extenſionis dilatabilis fortis ſubſtantiæ, vt impleatur aquoſitate. Cumq́ꝫ repletur, euacuatur quod in ea eſt cum volũtate, ad quã requirit neceſſitas. Et in collo eius eſt carnoſitas cum qua fit ſenſatio vicina lacerto. Et ipſa quidẽ habet [k] tunicã vnam cõtextam ex ſpeciebus villorum tribus niſi in loco vbi pori vritides ingrediuntur eam, qm̃ illic corpus duas habet tunicas: quarum interior in profundo eſt duplex ad extrinſecam: qm̃ ipſa obuiat aquoſitati acutę. [l] Et ſubtiliatus eſt creator ſapienter in attrahendo aquoſitatẽ ad eam, & in extrahendo aquoſitatem ab ipſa, quare peruenire fecit ad ipſam duos poros vritides ex renibus. Et cũ ad ipſam peruenerunt, ſeparauit veſicę duos annulos, quos facit incedere inter duas tunicas, incipientes in primis penetrare in tunicam primam, perforantes eam: deinde habentes inceſſum habentem quantitatem inter duas tunicas, deinde ſubmerguntur in tunica interiore diſrumpentes vtranqꝫ earum ad concauitatem veſicæ, & effunditur in ea ſuperfluitas aquoſa, ita vt quando repletur aquaſitate, & fuerit repleta complete tunc cooperiat tunica interior tunicam exteriorem expulſa ad ipſam ab

interiori

A Ser. t. 4. c. 20.

B Sera. t. 4. c. 21.

C T. 1. c. 15.

D Cap. 9.

E Cap. 9. & Sera. t. 4. c. 20.
F Ser. ibi.

G Li. 13. aĩal. c. 20.

H F. 16. t. 1. c. 1.

I Ga. 5. de v. p. c. 5. h

k Ga. li. 5. de v. p. c. 11. h, & lib. 3. de nat. facul. c. 11. e

L Ga. li. 5. de v. p. c. 13. c, & lib. 1. natu. fac. c. 13. f

interiori parte,& à concauo vel profundo taliter vt exiſtimetur.q.tunica vna, & non ſit in eis pene E
tratio:& propter illud non redit aquoſitas,& vrina,cum figitur veſica ad poſteriora, & ad duos po
ros vritides: [a] Deinde creauit ei Deus cuius virtus eſt ſublimis, collum expellens aquoſitatem ad virgam,anfractuoſum,plures habens anfractus,propter quos non mundificatur ab aquoſitate integre expulſa,proprie in maſculis.In eis nãq; [b] tres habet anfractus. [c] Et in mulieribus habet anfractum vnum propter propinquitatem veſicarum earum cum matricibus ipſarũ. [d] Et principium colli munitum eſt cum lacerto circundante ipſum ſicut ſuffocatorium,& expreſſorium,ita vt prohibeat exitum aquoſitatis ab ea,niſi cum voluntate mollificante illum lacertum adiutum cum lacerto ventris ſm ꝙ ſciuiſti in loco ſuo:niſi illi lacerto adueniat nocumentum, aut lacerto ventris. Et continuatur vnicuiq; [e] laterum eius neruus quantitatem habens, [f] & venę quiete, [g] & pulſatiles,& multiplicati ſunt nerui eius, vt ipſa ſentiat illud cui innititur,& ad quod extenditur plurimum.

A Gal.li.5.de v.p.c.16.e
B Ga.ꝙ duos.5.de v.p.c.16.g
C Ga.ibi.& lib.de diſſectione vuluę.c
D G.li.6.loc.af.c.4.e,& li.1.de ſanit.tuen.c.12.g,& lib.4.de v.p.c.19.e
E Lib.1.F.1.doc.5.ſum.3.c.6.
F Lib.1.Fē.1.do.5.ſum.5.c.5.
G Lib.1.Fē.1.do.5.ſum.4.c.5.

*De ægritudinibus veſicæ,& cura eius.* Cap. 2.

ACcidunt iterum in veſica ægritudines complexionis cum materia, & abſq; materia, & apoſtemata,& oppilatio,& ex eis eſt lapis.Et inueniuntur in ea ægritudines quantitatis in paruitate,& magnitudine.Et accidunt ei ægritudines ſitus ex eminentia, & dislocatione. Et accidunt ei ægritudines ſolutionis ſingularis per apertionem, & inciſionem, & vlcera. Et quandoq; communicant veſicæ membra regalia,& nobilia,ſicut cerebrum:ipſum enim fit doloroſum cum ea, & ad- F
uenit ei [h] vertigo. Et quandoq; peruenit ad [i] ſirſen cauſa cõmunitatis ægritudinum veſicæ calidarum.Et ſicut hepati iterum.multoties enim accidit [k] hydropiſis propter frigus veſicæ.Et ægritudines quidem veſicæ multiplicantur in hyeme. Et curantur iterum ſicut curantur illæ quæ ſunt renum, [l] & cum medicinis fortioribus, & magis remanentibus: & ſunt potiones,& iniectiones,& vnctiones,& emplaſtra quibus emplaſtrentur duo emunctoria, & ſub vmbilico: & in duabus cõmiſſuris ſingularibus.Et dolores veſicæ multiplicantur in aeribus, & in regionibus, [m] & ventis ſeptentrionalibus,& in temporibus frigidis.

H F.1.t.5.c.1.
I F.1.t.3.c.1.
K F.14.t.4.c.4.
L Ser.t.4.c.21.
M Lib.1.F.2.do.2.ſum.1.c.10.

*De his quæ calefaciunt veſicam.* Cap. 3.

DIuretica calida omnia calefaciunt veſicam,& vnctiones, & iniectiones ex oleis calidis, & gũmis calidis,ſicut oleum coſtinũ,et nardinum, & de ben,et vaporationes, & emplaſtra ex medicinis prædictis in capitulo renum calidis,de quibus fiat emplaſtrum vbi ſcis.

*De his quæ infrigidant veſicam.* Cap. 4.

INfrigidant eam potus lactis vel emulſionis ſeminum portulacæ & cucumeris,& cucur.et potus ſpodij camphorati cum aqua frigida.Et ex epithematibus ſandali, & camphora,& ſauſel cum lacte acetoſo,de quo butyrum eſt extractum,& ſimiliter mucilagines,& ſucci frigidi, & olea frigida ſicut ole.de ſe.cucurbitæ,& ole.roſ.bonum,& ole.de papauere, & ole.de ſe. lactucæ cum campho- G
ra,& ſimilibus,& iniectiones proprie,& lac aſini iuuatiuum eſt valde.

*De lapide veſicæ & ſignis eius.* Cap. 5.

OPortet vt tu conſideres illud quod diximus de lapide renũ: deinde permuteris ad conſiderandum hoc capitulum.Et tu quidem iam [n] ſciuiſti illic differentiam inter lapidem veſicæ, & lapidem renum,in qualitate, & quantitate ex capitulo lapidis renum. [o] Differũt enim vtriq; lapides: at ille qui eſt in renibus, eſt lenior parum,& minor, & magis trahens ad rubedinem:& ille qui eſt in veſica eſt durior,maior valde,& magis decliuis ad ſoliditatẽ, & cinereitatem, & albedinem:licet generetur,in ea lapis,qui cõminuitur: [p] & lapis quidem veſicæ ſequeſtratur vel coagulatur ſm plurimum poſt ſeparationem vrinæ. [n] Et ille cui plurimum aduenit lapis veſicæ, eſt extenuatus: & in renibus eſt econuerſo. [q] Et infantibus quidem, & qui eos ſequuntur,aduenit lapis in veſica. Et dicam hic quod vrina in lapide veſicæ eſt decliuis ad albedinem: & ſedimen non eſt rubeum, ſed eſt ad albedinem tendens,aut cinereitatem:& quandoq; eſt vrina groſſa, oleagineæ fæcis,& ſm plurimum eſt ſubtilis, & proprie in principio. [r] Et non eſt dolor lapidis veſicæ, ſicut dolor lapidis renũ: qm̃ ille qui eſt veſicę,tenetur in ſpatio:nõ coarctans neq; coarctatus niſi cum lapis retinet vrinam, qm̃ eius dolor vehemens fit, & quando ipſe cadit in meatu. Et aſperitas in lapide veſicæ plurima eſt, qm̃ eſt in ſpatio in quo poſſibile eſt vt ſtet ſuper eũ illud, quod ipſum exaſperat: & propter hoc H
eſt maior,quoniã eius locus latior eſt. Et accidit qñq; vt ſint in veſica vna, duo lapides,& plures illis,excoriantes,& multiplicatur comminutio arenoſa ex eis. Et eſt qñq; cum arenoſitate fæx furfurea propter abraſionem ſuperficiei eius à lapide aſpero. [s] Et in lapide quidem veſicę eſt aſſiduatio [t] pruritus,& doloris in virga,& in radice eius, & in pectine communicatione virgæ ad veſicam,& habens eum multiplicat confricationem virgæ ſuæ,proprie cum eſt puer, & aſſidua fit ei [t] erectio. Et [u] qñq; perducit illud ad exitum ani,& ad retentionem egeſtionum,& difficultatem vrinæ. cum hoc,ꝙ illud quod egreditur,egreditur cum fortitudine propter compreſſionem eius à ſtricto,& ab exprimente grauante poſt ipſum. Et qñq; mingit in fine eius vrinam ſine voluntate. [u] Et quoties euacuatur ex vrina quam mingit deſiderat mingere ſtatim: & agens illud eſt lapis expulſione qua expellitur vrina aggregata. [x] Et multoties mingitur ſanguis propter raſcationem lapidis, proprie quando eſt aſper, magnus,& multoties pungit: [y] Cum ergo reſupinatur lapidoſus,& eleuãtur anchæ eius, & concutitur,remouetur lapis à meatu. Et quando tunc fit compreſſio ſuper pectinem, eijcitur vrina: & hæc eſt ſignificatio fortis ſuper lapidem. Et qñq; alleuiat illud incuruatio lapidoſi ſuper genua ſua,& aggregatio membrorum ſuorum ad inuicem. Et qñq; alleuiatur per intromiſ- ſionem

N F.18.t.2.c.16.
O F.18.t.2.c.16.& G.de ren.af.c.3.b
P Fen.18.t.2.c.16.& Gal.com.3.in.6.de mor.vul.15.c
Q F.18.t.2.c.16.& Paul.lib.3.c.45.& lib.6.c.60.
R Ser.t.4.c.21.
S Pau.li.3.c.45.& lib.6.c.60.
T Ga.1.loc.af.c.1.fol.3.a
V Raſ.23.cont.t.3.c.1.252.3.
X G.1.lo.af.c.5.f
Y G.6.lo.aff.c.4.h & lib.1.c.1.a

in ziuitate Alhama anno Di 1705 mense 9 DD luisa de Guzman posa fuit dolores magnos inuios eficinales syring, quibus Medicus ordinarius hallucinatus, mea petiuit dictamen, me existente in lecto, et bene perpensa a me narratione in vesica, dixi quod te... et ego causam nescio si tali consilio adjutus, chirurgum vocauit ut illam examinaret pastum, quo facto dixit existere in vesica lapidem ad magnitudinem medietatis oui figura plana mortua fuit ... nescio si a lapide si a tumore duro vesice



A ſionem digiti in anum, & remotionem lapidis ſm huiuſmodi præparationem. Et qñq; alleuiatur illud per figuras alias compreſſionis,& expreſſionis,et reſupinationis,& incuruationis quas experimentũ inuenit. [a] Cum ergo non confert illud,adminiſtretur alchatatir: vt expellatur lapis,cumq; eſt ibi aliquid obuians [b] † {alchatatir,} & expellitur, & eijcitur vrina tunc eſt ſignificatio fortis. Et ſimiliter ſi difficilis fiat eius intromiſſio, tunc melius eſt vt non laboretur cum conamine. Et qñq; ſignificat alchatatir per illud quod aſſociat ei materiã ex qua generaẽ lapis. [c] Et lapis quidẽ paruus magis retinet vrinam,quã magnus,qm̃ figitur in meatu: magnus vero remoueẽ à meatu velociter. Et ſcias quod lapis veſice multiplicatur in regionibus ſeptentrionalibus,& proprie in infantibus.

A Ga.1.loc.af.c.1.a
B † ſyringę
C Raſ.23.cont.t.3.c.1.251.3.

*De curationibus lapidis veſicæ.* Cap. 6.

LApis [d] veſicæ indiget medicinis fortioribus, qm̃ ipſa eſt frigidior, & quia eſt longinquior, & qm̃ lapis eius eſt vehementius confirmatus ex vehementia coagulationis: & medicinæ eius ſunt medicinæ fortes prædictæ in curatione lapidis renum. Et eis quidem conferunt ſagzenea, & mithridatum: & cum lapis eſt paruus,aut lenis,athanaſia. [d] Et conferunt ei ſcolopendriæ pondus ℥.i.& mahaleb excorticatę. ℥.5. Syrupus iuuatiuus eis. [d] Recip.milij ſol.triti.ʒ.xv.capilli veneris.ʒ.vij.ſcolopendrię.ʒ.viij.tribulorum.ʒ.x.dauci,petroſelini.ʒ.iiij. ficus albas.vij.numero: decoquãtur cum.iiij.lib.aquę donec remaneat lib.i.& bibatur poſt exitũ de balneo,cuius doſis ſit lib.5.Et opor-
B tet vt tinę,quę in ea adminiſtrantur,ſint fortiores:& ponãtur in eis cum medicinis notis medicinæ, quæ ſunt ſicut fol.agnicaſti,& capillus veneris, & folium,& [e] † {alſuaſera,} & roſa eius, & aliquid habens ſtypticitatem,vt non ſuperfluat mollificatio: Et ponantur in eorum vnctionibus galbanũ, & pix,& ammoniacum,& euphorbium.Et melius eorum eſt emplaſtrum de bdellio de mecha.Et melius eorum oleorum eſt ole. de ſcorpionibus,emplaſtratum,& diſtillatum,aut iniectum,cũ quo miſceatur aliquid confortatiuum.Et medicinę quidem emplaſtrorum eorum ſunt radix ſcolopendriæ,& radix althil,& polium,& folium,& althæa,& capillus veneris: & ponantur in eis illa, quæ ſunt ſicut folia virgæ paſtoris,& auis prædicta in capitulo lapidis renum:& quę diximus cum ea de ordinibus eius valde cõferunt ei.Et de eis quæ ſunt propria illis in curis ipſorum,eſt vt vtantur medicinis lapidis in iniectione,& iuuantur eis vehemẽter. Et quando vrinę fit difficultas, & retinetur cauſa lapidis veſicæ,& non eſt ſemita ad ſcindendum propter aliquid, quod prohibet, aut propter timorem: [f] tunc de hominibus eſt aliquis, qui ingeniatur:& in eo quod eſt inter anum,& teſticulos, ſciſſuram efficit paruam: & ponit in ea cannulam, vt egrediatur, ex ea vrina, & remoueatur mors quamuis vita ſit non tranquilla,& cum non proſperant medicinæ,& volueris ſcindere, oportet vt eligas ſciſſioni illum qui cognoſcit anatomiam veſicę,& cognoſcit locum colli eius,cui continuantur vaſa ſpermatis,& cognoſcit locũ arteriæ, & locum carnoſum veſicæ, & caueat illud quod opor-
C tet ipſum cauere:quare non accidit nocumentum in generatione, aut fluxus ſang.aut fiſtula, quæ non conſolidatur:& oportet vt vaporet inteſtina,& veſicam ante illud reſupinus.

D Ser.t.4.c.21.
E † artemiſia
F Raſ.23.conti.t.3.c.2.261.4.

*De regimine quod in ipſo præcipitur.* Cap. 7.

ESt [g] vt pręparetur ſedes, & ſedeat æger ſuper eam, & ſit pręſens miniſter, & intromittat manus ſuas ſub genibns eius: deinde præparetur ad ſcindendum: & oportet vt antecedat ſenſatio lapidis,& faciat ipſum peruenire in locum quem ſcindere oportet:& [h] † { } illud faciat intromittendo digitum medium in ano virorum, & virginum, & mulierum corruptarum in orificio matricis,donec inueniat lapidem,et comprimat manu alia deſuper,deſcendendo ex mirach & vmbilico donec deſcendat lapis ad locum propinquum ori veſicę, & ſtudeat vt expellatur lapis taliter vt remoueatur [i] à cõmiſſura quantitate grani hordei. Et caue ne ſcindas ſuper commiſſurã, qm̃ eſt malum: commiſſura enim ſm veritatem eſt locus mortalis:et oportet vt non cadat in expulſione abbreuiatio, vel defectus: qm̃ euenit tunc ſciſſura lata, quæ non ſanatur. Cumq; expellis,& vides ſciſſuram non penetrantem, tunc perfora ſi tua operatio huius quantitatis non perducit ad dolorem vehementem,& torſionem colli,& caſum virtutis, & deſtructionem motus,& ſermonis, & mollificationem palpebrarum,& oculi: ſi autem perduxerit ad illud, tunc non perfores ipſum: nam ſi ipſum perforaueris,morietur illico. [k] Amplius fac ſuper ipſum ſciſſuram tendẽtem ad trãſ-
D uerſum parumper,cum ingenio bono, quod non contingat neruum,ſtudendo vt cadat ſciſſura in collo veſicæ:nam ſi ceciderit in corpore veſicę,non conſolidabitur omnino: & ſtude quantum potes, vt ſciſſio minoretur: [l] nam ſi lapis fuerit paruus, fortaſſe expelletur cum expreſſione. Magnus vero indiget ſciſſione ampla,& fortaſſe indiget extrahẽte quod ipſum extrahat. [m] Et qñq; eſt lapis magnus valde: quare non eſt poſſibile vt ſcindatur propter magnitudinem ſuam: quare oportet tunc vt comprehendatur cum tenalijs,& rumpatur paulatim,& aſſumatur quod frangitur,& non remaneat in veſica aliquid omnino,nam ſi remanſerit, magnificabitur & fiet magnum. Et multoties accidit vt perueniat lapis ad collum veſicæ, & quod ſequitur virgam, & tunc oportet vt ſine ceſſatione inungatur pecten,& fiat compreſſio ſuper ipſum. [n] Et ſit tecum adiutor, ita vt quando figitur lapis in loco, ſcindas ſubtus eũ, & extrahatur. [o] Et fortaſſe erit rectius, vt ligetur poſt ipſum ad anteriora cum filo ita vt non redeat. [o] Et ſi penetrat ad locum propinquum capiti virgæ, non oportet vt laboretur ad extrahendum eum ex ipſo. Illud enim facit fortaſſe accidere vulnus quod non conſolidabitur,immo oportebit vt æquetur, aut ſtringatur quod eſt poſt ipſum, & ſcindatur ſubtus caput virgę, vt egrediatur. Cũ ergo feceris in lapide omnia quę dicta ſunt in caplo de illo,& extraxeris ipſum,fortaſſe accidet ex cõpreſſione ventris cũ fortitudine,& ex dolore ſciſſionis,apo- ſtema:

G Paul.lib.6.c.60.& Raſ.23.conti.t.3.c.2.258.2.
H † ſi nõ ſentiat
I Raſ.259.4.
K Raſ.& Pau.
L Raſ.260.4.
M Raſ.258.3.& 260.4.
N Pau.lib.6.c.60.
O Paul.& Raſ.260.4.

ſtema: & eſt res timoroſa. Et ex eis quæ non permittunt euenire illud, eſt vt iam clyſterizes ægrum, & extrahas fæcem eius: deinde des ei in potu poſt illud aliquid leniens naturam: & non cibes eum niſi re parua & lenificante. [a] Si autem indigueris phlebotomia, vt præſeruetur, fac: quod ſi volueris vt vehementius præſeruetur, & apparent ſigna apoſtematis, [b] & dolor ſit vehemẽs valde, tunc oportet vt ſedeat æger in tina, aut pelui aquæ in qua decocta ſunt lenificantia: ſicut molochia, & ſemen lini, & althæa, & furfur: & cum illa aqua ſit commiſtum oleum plurimum, & conquaſſatum, cũ ea: & ſit illa aqua tepida. Cumq; extraxeris eum de tina, inunges membrum cum oleis lenificantibus, ſicut eſt oleum chamæmillinum, & anethinum. & pones ſuper vulnus [c] butyrum tepidum, & ſundes in ipſum. Et pone ſuper ipſum cottum infuſum [d] in oleo roſ. & pauco aceto: deinde adminiſtra medicinas conſolidatiuas. [d] Si autem magnificatur apoſtema aſſidue, fac eum ſedere in tina prædicta in decoctione fœnugræci, & ſem. lini. Et ſi dolor fiat fortior, [e] fac eum ſedere in die ſecundo, & in die tertio in qua, & oleo tepidis. Ille autem quem ſciſſura, & vulnus nõ ita dolere faciunt vt inde ſit curandum, ſoluitur in [e] die tertio. Et oportet vt aſſiduet calefactionem [f] veſicæ cum oleo de ruta. cum enim calefit, eſt rectioris diſpoſitionis, & minoris doloris, & minoris vrinæ. [f] Et vrina quidem lædit valde perforatos: & propter illud oportet vt ſumat in potu aquam paulatim: & quoties mingunt, oportet vt ſit [d] miniſter conſeruans manu ſua locum ligamenti, & comprimat eum, vt non infundat vrina locum ſciſſum. Amplius nõ poteſt eſſe, quin aut non currat de ſang. quantitas quæ neceſſaria eſt. & eſt illic timor apoſtematis, & corruptionis membri, & proprie cum alteratur color eius ad corruptionem à rubedine: aut vt currat, & ſuperfluat, & timeatur fluxus ſang. Et primum quidem oportet vt curetur quã primum vides ſignum prædictum, immo incidatur vel ſcalpelletur illico vt currat ſang. [g] & vt ponatur deſuper emplaſtrũ ex aceto & ſale in panno lini, tãdiu donec prohibeat corruptionem. In ſecundo autem quod eſt, vt timeatur fluxus ſang. eſt rectius vt [g] ſedeat in aquis ſtypticis cognitis, & ponatur ſuper locum [h] thus, & attrimẽtum trita: & ſupra ipſa cottum, & ſupra illa cottum aliud magnũ madefactum [i] aceto, & aqua: & ſi ſcieueris quod vena magna, aut arteria inciſa ſit, rege in curatione eius cũ conſtrictione. Et ſi ſang. inobediens eſt, & non ceſſat, & nõ ſanatur, tum fac [i] eum ſedere in aceto forti. Et fortaſſe indiges vt phlebotomes eum vt attrahatur ſang. Et fortaſſe neceſſarium eſt tibi vt ponas ſuper pectinẽ & inguina, narcotica. Et ex eis quæ accidunt ex ſciſſura, & curſu ſang. eſt vt currat fruſtum ſang. ad veſicam, & coaguletur ſuper orificium eius, quare fit difficultas vrinæ, & tunc neceſſarium eſt, vt intromittatur digitus in foramine, & auferatur nocumentũ ab orificio veſicæ, & collo eius, & extrahatur: & curetur [d] locus cum aceto & aqua donec roſoluatur ſanguis congelatus, & extrahatur. Et ex eis quę accidunt ex illo, eſt abſciſſio generationis. [e] Signa autem mala, quæ cum accidunt expectat medicus mortem, ſunt: vt ſi fortis fiat dolor ſub vmbilico, & infrigidentur extrema, & acuatur fe. & accidant rigor, & caſus virtutis, & appetitus. [e] Amplius cum additur vehementia doloris loci perforati, & accidit ſingultus, & mouetur venter motu extraneo, tunc iam appropinquat mors. [e] Signa autem ægri bona, ſunt ſalus rationis, & ſanitas appetitus, & vt ſit color, & forma ſani valde.

E — A Raſ.258.4. — B Raſ.258.3.& 260.4.& 261.1. — C Paul.lib.6.c.60. — D Raſ.258.4. & 261.1. — E Raſ.261.1. — F Raſ. 261.1. & 258.4. — F — G Raſ.23.conti.t.3.c.2.258.4.& 261.1. — H Raſ.258.4.& Paul.lib.6.c.60. — I Pau.ibi. — G

*De apoſtematibus calidis in veſica.* Cap. 8.

Accidit, quãuis non plurimum, apoſtema calidum in veſica ex materia ſang. & cholerica, aut compoſita: & eſt ægritudo mala. Et multoties accidit illud, & proprie in infantibus, cauſa lapidis & doloroſitate eius, & quia ipſe ſcalpellat vel excoriat veſicam.

*De ſignis.* Cap. 9.

Significant quod apoſtema eſt in veſica calidum, [k] febris, [l] & retentio vrinæ, aut difficultas eius, aut diſtillatio ipſius, & retentio quidem eſt cũ iacent, & non poſſunt eijcere aliquid de ea niſi ſtantes. Et quandoq; [m] eſt retentio ſtercoris, [n] & inflatio pectinis, & ilij cum dolore pungitiuo, et pulſatione. Et quandoq; apparet rubedo exterius, & ſignificant ipſam ex tranquillitate infirmi quã inuenit ex vaporatione. Et de accidentibus quæ cum ipſo accidunt, ſunt [o] ſitis vehemens, [p] & vomitus choleræ puræ, [o] & aſthma, [o] et frigus extremitatum, [o] et nõ exiſtimatur quòd calefiant, [p] et alienatio, [q] & nigredo linguæ, [q] & noceri ab omni acuto diuretico, & proprie cum ſunt hum. corporis calidi. Significant ergo ipſum ętas, et cauſę præteritæ, et pręſentes de illis quas ſcis. [r] Et deterius eſt illud cum quo continuatur caliditas fe. acutæ: & vehemens fit retentio vrinæ, & ſtercoris, et fortis fit dolor, et in vrina non eſt digeſtio: et eſt mortale. Et hoc plus eſt cum fit aldubellati. [s] Cum autem apparet in vrina fæx ſubſidens, alba, lenis, tunc eſt maioris ſpei. Cum dubellati verò apparet de horripilationibus diuerſis, & fe. permiſtis illud quod diximus in aldubellati renum. Et ſimiliter ſignificat maturitatem eius lenitas. et ſedatio accidentium, et digeſtio vrinæ, et ſedimen eius. Et ſignificat eius eruptionem vrina habens admiſtum pus. [t] Si autem ſigna maturitatis non apparuerint, non rumpetur, moritur in hebdomada. Et plurimæ exituræ veſicæ fiunt verſus collum eius: & quandoq; declinant ad partes alias: & quandoq; aperiuntur ad partem veſicæ interiorem: et quandoq; aperiuntur ad partem aliam.

K Pau.lib.3.c.45. 155.2. — L Pau.ibi. — M C.12.& F.16.t.3.c.6.& Aet. — N Aet.li.3.ſe.3.c.26 — O Ser.t.4.c.12. — P Aet.& Paul. — Q Raſ.li.diui.c.77. — R Hip.2.pg.71.72. — H — S Hip.2. prog.72. — T Hip.2. prog. 73.

*De curationibus apoſtematum veſicæ.* Cap. 10.

Oportet in primis vt ex [u] baſilica ſiniſtra fiat phlebotomia ſecundũ virtutẽ: eſt enim prima curationum eius, & melior earum. Et feſtina ſi illic fuerit caliditas valde vehemens ad emplaſtra apocruſtica ſpatio breui: et non ſuperfluas in eis, neq; prolongeris. Illud nãq; nociuum eſt, & indurat apoſtema velociter; [u] immo ſi inceperis à mollificatiuis cũ nõ fuerit aliquid quod ab illo prohibeat

V Raſ. 23. con. t.3.c.2.253.2.



A beat ex ſenſu vehementi erit melius, quoniam membrum eſt neruoſum. Et propter hoc vehemẽs fit tranquillitas ægri ex vaporationibus factis cum ſpongijs, & lana infuſis in aqua in qua decocta ſunt lenitiua, reſolutiua, & veſicis in quibus ſufflatum eſt, plenis aqua calida, & oleis lenitiuis, ſubtiliatiuis, & propinquis eis quæ iam ſciuiſti in ca. curationis renum. Et cum hoc te ſubtilia vt inijcias ſi tolerat, per ſyringam in primis quod ſit ſicut mucilago pſyllij in lacte aſinæ: aut aqua hordei in lacte aſi. quoniam eſt magis ſalua. Et poſt illud lac aſi. & adeps, & poſt illud caſiã fiſtulam in lacte mulieris, ſm ordinem quem ſcis ſm horas apoſtematis. Et quandoq; cõfert clyſterizatio facta cum eis ſm ſuos ordines. Et de emplaſtris bonis poſt principium inceptionis eſt illud quod fit cum pane ex ſimila & ſiſamo excorticato cum lacte, & oleo viol. & oleo chamæmillino & ſimilibus. Et iterum rape elixatæ ſunt bonæ valde: & iterum alrathbe. i. † {faſfaſa} elixata, emplaſtrata, & vaporata. Qđ ſi hebdomadam pertranſeat, & approximet ſtatus, tunc adhibeantur farina fabarum, & ſemẽ lini, & chamæmilla cum triplicato. [a] Et cum declinat fiat phlebotomia ſaphenæ, & dilatate in adminiſtratione reſoluentium, quæ ſint ex emplaſtris & vnguentis prædictis in ca. renũ. Et qñq; eges emplaſtro ex hyſſopo, & caſtoreo, & cera, & proprie poſt narcotica. Et ſcias quod aſſiduatio ſeſſionis eorum in tina eſt valde iuuatiua, ita quod qñ aduenit eis vrina, tunc rectius eſt vt mingant in ea. Et aquæ tinarum eorum meliores ſunt illæ in quibus eſt mollificatio de illis quæ iam ſciuiſti multoties. Et qñq; ponuntur in eis † {aldarſyſahã,} & cyperi, & cordumeni, & ſpica, & amomum, & ſquinanthũ cum fœnug. & ſe. lini, & ſedant dolorem & apoſtema. Et iſtę aquæ mollificatiuę quas multoties ſciuiſti, ſunt ſicut decoctio ſe. lini, & fœnug. [b] Et iterũ aqua in qua decoquunt rapæ, & † {alhaſcech,} & caules. Et curatio quidem aldubellati eius, eſt proxima curationi aldubellati renum: immo neceſſarium eſt vt ſint medicinæ eius fortiores: & quidam laudauerunt papaue. al. põdus. ʒ. ij. & ʒ. quod detur in potu in decoctione ſpicæ, & ſquinanthi, & proprie qñ ſunt difficultates vrinę, & dolor. Et cum vehemens ſit dolor, & timetur mors. non eſt excuſatio à narcoticis linitis, & ſuppoſitis linimẽta vero ſint ſicut linimentum [c] factum ex hyuſquiamo albo, & mandragora, & papauere confectis cum oleo: aut ſumatur quarta. ʒ. i. opij, & diſſoluatur in oleo viol. cum pauco croco, & imbibatur pannus, & ſupponatur in ano. fortaſſe enim inueniet per illud tranquillitatem, & dormiet. Et qñq; adminiſtratur de eo aliquid in ſyringa ſi tolerat. Et epithema de opio exterius factum eſt fortis ſtupefactionis. Potiones vero, & reliqua curatio, ſunt curatio ſirſen, [d] & birſen.

† ſpẽs trifolii — A Raſ. 23. cont. t.1. c.2.53.2. — † aſpalathum — B — B Raſ.253.3. — † tribulus — C Raſ.257.1. — D Raſ.li.diui.c.77

*De apoſtemate duro veſicæ.* Cap. 11.

Apoſtema durum in veſica accidit à cauſis ſimilibus cauſis apoſtematis duri in renibus: & [e] plurimum eius fit ſucceſſione calidi, [e] & ſucceſſione percuſſionis, aut caſus, & quandoque fit ſucceſſione ſciſſuræ.

E Raſ.li. diui.c.77.

C

*De ſignis.* Cap. 12.

Signa cum eo fit [f] difficultas vrinæ & egeſtionis ſimul: aut accidunt ex ea accidentia duritiei renũ ex ſenſatione grauitatis, & ſtupefactionis in cruribus, & agitatione diuerſa, & debilitate, & peruentione ad hydropiſim, quamuis ſit infra nocumentum duritiei renum: & inter ea quidem diſcernitur per locum in quo accidit grauitas, & illud cui accidit cauſa in primis.

F C.9.& Ra.li.diui.c.77.

*De cura.* Cap. 13.

Curationes ſunt eædem quæ ſunt duritiei renũ ex inunctione facta cũ oleis calidis, & vaporatione cũ eis, & dare in potu aquas in qbus decocta ſunt ſemina diuretica cũ melle, & [g] caſiafiſt. & adminiſtratio tinarum ſm illum modum, & ſm gradationes illic prædictas: & ex eis quę ꝑpria ſunt, eſt vt adminiſtrentur illa olea, & gummæ cum ſyringa. ſ. eiectorio vrinæ ſi poſſibile eſt.

G Raſ.li.diui.c.77.

*De vlceribus veſicæ.* Cap. 14.

Qvandoq; fiunt à cauſis vlcerum notis quas iam narrauimus in [h] cap. vlcerum renũ. Et plurimum accidunt vlcera veſicæ ex excoriatione lapidis aut excoriatione hum. colerici, & qñq; fiunt propter apoſtema: eruptum aut bothor quæ vlcerantur: Et in eo cui [i] aſſidue fit vrina acuta, ſuccedunt vulnera, & vlcera: [k] & ſunt difficiliora plurimum q̃ vlcera renum: qm̃ ſunt vlcera membri neruoſi. [l] Et ille cuius veſica dirumpitur, moritur ſecundum plurimum. Quod ſi ſcindatur, non incarnatur niſi [m] cadat in parte partis carnoſę.

H 10.F.18.t.2. — I G.li.6.lo. af.c.3.e — K Fẽ.18.t.2.c.10. & Ser.t.4.c 14. — L Hip.li.6.aph.18. — M Ga.li.6. aph.18. — N 11.t.2.F.18. — O Raſ.23.conti.t.3. c.1.248.3. — D

*De ſignis.* Cap. 15.

Iam diximus in [n] ca. vlcerum renum differentiam inter duo vlcera. Et diximus quod [o] vlcera veſicę faciunt difficultatem vrinæ, & retinent eam: [o] & quod dolor eorum eſt in loco pectinis, & ilij, & quod egrediuntur cum eis cortices albi, aut groſſi, magni, ſi ſunt in veſica: aut tenues, parui, ſi ſunt i meatibus. Et alia quæ oportet te ſcire illic. Et ſigna in quo eſt corroſio, ſicut illa quæ dicta ſunt in [n] cap. renum. Et ſignum [p] commune in vlceribus renum & veſicæ, eſt mictus ſan. & ſaniei paulatim, & non ſubito: deinde diſtinguuntur ꝑ ea, quibus differũt. Et ſigna quidem apertionis & ſciſſionis, & & corroſionis, & ſimilium, vna ſunt in ambobus ſimul.

P Hip.li.4.aphor. 75.& 81.

*De curatione.* Cap. 16.

Oportet vt ipſi deuitent cibaria acuta, & ſalſa, & acetoſa, & vehementis dulcedinis cõuertibilia, ad cholerã, & ſumant cibos inſipidos chymi boni: & illos, qui faciunt glutinationem. Et exercitium quidem nocet eis ꝑꝑ ea, quia facit deſcendere, & inflãmat: ſi aũt non facit illud, tunc eſt iuuatiuũ ꝑpterea quod confortat mẽbrum: experiatur ergo paulatim paulatim: & conſidera in canonibus dictis in [q] ca. vlcerũ renũ: & permuta pl'm eorum ad hunc locum: & ſimiliter conſidera in eo quod

Q 11.t.2.F.18.

ſcripſimus de potu generum [a] lactis, qm̃ ipſa ſunt ſm conditiones ꝑdictas iuuatiua vlcerū meatuū E vrinæ, ꝓcipue [b] lac equarū. Et ſcias ꝙ præſeruatio in curatione earū, eſt, vt adminiſtretur in primis mundificatio cū aqua mellis & zuccari decocta cū diureticis ebibita, aut iniecta: deinde cõſequenter adhibeantur reliquæ medicinæ. Et ſi fuerit ſanies, quæ mingitur plurima, oportet vt iniiciatur aqua quæ colata fuerit à cinere arboris fici: aut cinere arboris quærcus, aut cinere arboris ſceha, donec mūdificeť vltimæ. Medicinæ vero quæ ad ipſam bibunť, ſunt ſicut [c] †{alaſiius} cū oleo roſ. & ſicut lac aſi. & capri. et equarū vel camelarū poteť ſm aſſiduationē dierū, cū quantitate digõnis cuius plurimū ſit quantitas. iij. ℥. Et iam quidē ſciuiſti ſtyptica frigida, et troc. papaueris, et troc. alkekengi pōdus auř. i. cū aqua frigida. Et de vnguētis bonis, quibus fit inunctio eſt, vt ſumať ſtoracis liquidæ pondus. ʒ. i. & pinguedinis anſeris ex tribus vſq; ad iiij. & ceræ albæ pondus. ij. ſextariorū, & cū eo fiat empl'm. Et vnguentū iuuatiuū, et proprie cū eſt corroſio eſt illud quod. [a] Recip. dactylos, & paſſas, & gallas, & acaciā, & alumen, & hypoquiſtidos. Et qñq; ponunť cum eis hyſſopus et ſtorax. Et qñq; adminiſtratur ante illud vnguētum in eo, in quo non eſt corroſio, cera, adeps anatis, & oleum roſ. Et adminiſtrētur exiccatiua potando & iniiciendo. Et qñq; adminiſtrātur de iſtis eiſdem clyſteria, & adminiſtrantur [a] ægro ſuper genua recuruo. Et cum non conferunt ea quæ bibuntur, & proprie in eo quod eſt propinquius meatui, et cū quo eſt corroſio, tunc curationes eius ſunt iniectiones cum incarnatiuis diſſolutis in lacte mulieris: de quorum ſumma ſunt troc. de char F tis, & troc. andrulis cum aliquanto merdaſengi, et ceruſſæ, & amyli, et calcis ablutę. Deſcriptio cõpetens ei. Recip. terræ ſigillatæ, chimoleæ, cornu ceruini valde aduſti partes æquales, lapidis hæmatitis & aluminis omnium ana tertiam partis, opij mediam partem ſextæ partis, & vnguenti de ceruſſa partes. iij. ſarcocollæ partem. 5. myrrhæ, thuris amborum ana. ij. tertias partes: aggregentur omnia cum aliquanto oleo roſ. & cera, & adminiſtrentur in ſyringa. Et qñq; additur in ea ariſtol'. ro. pars. i. Et leuius illo eſt illud quod [d] fit ex ſarcocolla, & amylo, & ceruſſa, quod cū lacte iniiciatur. Si autē cõforteť cū plumbo aduſto, & thure, tunc eſt fortius. Troc. expertus. Recip. eiuſiſtides, terram ſigil. karabæ, corallum, amylum, ſe. citro. ſe. althææ, ſe. melonis excorticatum, ſe. apij, daucū, petroſelinum, & troc. alkekengi. Medicamen bonū. Recip. ſe. cucume. ſe. melonis, ſe. cucur. excor. omnium ana drach. v. amyli. drach. iiij. ſucci liquiritiæ drach. viij. ſe. portulacæ drach. iij. &. 5. et amygdalarum dulcium excor. auellanarū aſſatarum ambarum ana drach. iiij. granorū pini drach. iij. &. 5. ſe. apij, dauci, ſe. erucæ, granorum [e] †{mahaleb} excor. omnium ana drach. iij. draga. gūmi amygdalæ, ſe. hyuſquiami al. opij ana drach. ij. ciceris ni. drach. x. croci. drach. v. conficiantur cum rob. & informētur troc. drach. ij. & bibatur cum aqua raphani, & aqua apij, & aqua ciceris nigri: & proprie poſt mundificationem vlceris. Et oportet vt minoretur potus aquæ: Et quando dolor fit vehemētior, iniiciatur in ea collyrium al'. quod eſt ad oculos cū lacte mulieris. Et iterum ſemen G papaueris, & opium, & adeps gallinæ, clyſterizentur aut ſupponantur, aut iniiciantur.

*De ſcabiæ veſicæ.* Cap. 17.

SCitur ſcabies veſicæ ex [f] vſtione vrinæ, & fœtore eius, & dolore vehementi cū [g] pruritu, et [h] ſedimine furfureo: & qñq; [h] currunt ſm aſſiduationem humiditates: [i] & qñq; currit ſanguis.

*De cura.* Cap. 18.

OPortet vt adminiſtrentur abſterſiua, mundificatiua, quæ ſunt de exiccatius abſq; mordicatione: et ſint illa penitus fortiora, quã ea quæ ſunt in reliquis vlceribus. Et adminiſtrentur medicinæ ſcabiei renū iniectæ in eam, & bibitæ. Et bibantur etiam glutinantia infrigidantia, ſicut mucilago pſyllij, & ſe. cydoniorū cum oleo amygdalarū & cõferūt cibi inſipidi chymi viſcoſi, ſicut ſunt pedes [k] & iura pinguia cū oleo [k] amygdalino, & [k] aqua hordei, & [l] frumentū coctū cū carne auiū, & genera lactis, ſicut [l] lac aſi. & capri. & ouinū, & vaccinū: & aſſiduatio mundificationis corporis.

*De congelatione ſang. in veſica.* Cap. 19.

SIgnificant ipſam ꝙ accidit anguſtia, & approximatio vel ꝓpinquitas [m] ſyncopis, & frigus [n] extremitatū, & paruitas anhelitus, [n] & pulſus cum frequētia, & ſudor frigidus, & nauſea. Et qñq; eſt cum ea [o] rigor cum anteceſſione mictus ſanguinis, aut percuſſionis, aut caſus ſuper veſicam.

*De cura.* Cap. 20. H

CVra illius eſt, [p] cura lapidis. & qñq; ſufficit laborare vel procurare vt bibat ſyrupū acetoſum, & vt euomat cum eo eſt cõueniens, & proprie ſquillitico: et proprie cum aliquantulo cineris ligni fici: aut in quo decocta ſunt inciſiua, & medicinæ lapidis. Et qñq; iniiciuntur in veſica [p] coagulum leporis, & medicinæ ad lapidē. [p] Et fit vt ſedeat in tina, in qua decoctæ ſunt herbæ quæ ſunt ad lapidem. Et de illis quæ laudantur ad ipſam eſt ſumere in potu de [p] carpobal'. pondus drach. ij. aut tantūdem [p] ligni pæoniæ, aut [p] granorū pæoniæ, & proprie cum aqua ligni eius: aut tantūdem de [q] blacte byzantie: [q] aut auř. i. de cordumeni cū aqua calida: aut cum aceto vini, & oleo omphacino. Et oxymel acetoſum ſquilliticum à me magis diligitur quã acetum. In aceto enim eſt inciſio, & mel reſoluit, & abſtergit. Et iterum ſauinæ, & aſſæ fœtidæ, & ammoniaci, et rubeæ tincturæ partes ſumantur æquales, & fiant ex eis pilulæ ſimiles auellanis, de quibus quatuor pilulæ in potu ſumantur cum aqua de radicibus: & iniiciātur in iniectorijs: [p] Aut agaricum, [p] aut ſiſeleos, aut duos aure. aſſe. [p] aut ariſtol'. lon. Et de habentibus proprietatem ſunt [p] hepar aſini, [p] & fel teſtudinis, [r] coagulum leporis, & proprie in aqua ligni vitis, & abrotanum in hoc eſt iuuatiuum. et lac ficus exiccatum cum de eo iniicitur aliquid paruum, & adminiſtratur de embroca ponderis drach. Et de

exiccato

A Aeti. lib. 3. ſer. 3. c. 29. fol 625.
B Alzar. lib. pract. t. 21. c. 4.
C † pſyllium vel eius ſemen
D Raſ. 23. con. t. 3. c. 2. 253. 2.
E † fructus ſimilis oſſi ceraſiorū.
F Raſ. lib. diuiſi. c. 76.
G Aeti. lib. 3. ſer. 3. c. 22.
H Hip. & Cal. 4. aphor. 77.
I Raſ. 23. conti. t. 3. c. 1. 248. 2.
K Raſ. li. diui. c. 76
L Alexã. lib. 9. c. 7.
M T. 2. c. 7. & F. 16. t. 1. c. 2. & c. 3. & lib. 4. F. 6. t. 2. c. 20. & G. 6. lo. af. c. 4. h
N Raſ. 239. 4.
O Aeti. lib. 3. ſer. 3. c. 27.
P Raſ. 23. cont. t. 2. c. 2. 242. 4.
Q Raſ. 242. 3. 4.
R Dioſ. li. 2. c. 67.



A exiccato iterum cum aliqua de aquis. Et ſimiliter embroca ex pondere aurei coaguli leporis. Aquæ vero in quibus potantur medicinæ iſtæ, ſunt ſicut aqua ciceris ni. & aqua tribulorū, [a] & aqua cineris ligni fici: & aqua cineris ligni vitis, & ligni abrotani, & decoctio abrotani cum ruta.

*De dislocatione veſicæ, & mollificatione eius.* Cap. 21.

SCitur dislocatio eius ex remotione ipſius à loco ſuo. Et ſcitur mollificatio eius propter exitum vrinæ abſq; voluntate. Et dislocatio quidē fit cauſa humiditatis, & cauſa ventoſitatis, [b] & cauſa percuſſionis ſuper dorſum, aut propter caſum. Et mollificatio fit propter cauſas mollificationis notas. [c] Et ſequitur mollificationem, & dislocationem quandoq; difficultas vrinæ, & quandoq; inuoluntaria emiſſio vrinę, ſecundum illud quod accidit lacerto de tenſione & dilatatione.

*De cura eius.* Cap. 22.

FActę quidem à percuſſione, & caſu, curatio eſt difficilis: & fit cum reditione & ſtrictura cum medicinis calefacientibus exiccatiuis, quas dicemus. Factæ autem à cõplexione paralytica, confert euacuatio materierum phlegmaticarum ſubtilium, & prohibitio ab eo quod generat eas. Et regimen habentium paralyſim in eo quod comeditur, & bibitur, & motu, & alijs. [d] Et confert ei vomitus ſi ſit cum elleboro al'. Quod ſi vrina egrediatur abſq; voluntate, oportet vt adminiſtres ſtypticitatem vehementius facientia, & non mollificent plurimum, immo aggregent inter reſolutio-
B nem, & conſtrictionem, & ſm comparationem curationū paralyſis. Et ſumat omne quod ingroſſat aquoſitatem, & impinguat eam, & generat ſan. laudabilem, & calidum, groſſum ſicut [e] †{alſeludegi.} Sed ſi vrina eſt cum diſpoſitione ſua, aut ad difficultatem decliuis, tunc audacia ad mollificātia cum quantitate aliqua, cū reſolutione bona, & inciſione vltima, eſt audacia neceſſaria. Et de potibus conferentibus omnibus ſpeciebus eius, epilepticis, aut paralyticis ſunt theriaca, et mithridatū, & ſagzenea, & humoruſia, & diacurcuma, & [f] †{chuchi vel chuſi:} & iterum flos alachoen & cyperi, & thus ſimul, & ſingulariter, & almaaleb. & iterum decoctio ſe. rutæ humidæ, aut flos eius decoctus in ruta, & iterum [d] agnuſcaſtus, & ſemen eius, [d] & opopanacum, [d] & cyminum. Et quandoq; confert, et proprie ei cum qua eſt difficultas, vt bibat ex corticibus melonis ſicci pugillum vnū cum zuccaro. Et de eis quæ currunt curſu eius, & quæ proportionantur ad proprietates, ſunt teſticuli leporis ſicci, qui cum vino odorifero bibantur: aut [g] guttur galli aduratur, & detur in potu in ieiunio in aqua tepida. Medicinæ autem quæ iniiciuntur, ſunt ſicut [d] oleum de ruta, & oleum coſtinum, & oleum laurinum, & oleum nardinum, & oleum ſambucinū, & oleum cucume. aſi. & oleū de pino cum quibus permiſta ſint ea quę ſunt ſicut [h] caſtoreum, & ſicut [h] aſſa, & [h] galbanum, & [h] opopanacum. Et iſta iterum conueniunt ſi ſunt iūcta ſuper pectinem, & mirach, & proprie oleū [i] †{fatalie} permiſtum cum ſeminibus odoriferis. Emplaſtra vero ſint ex medicinis calidis, & in
C quibus eſt ſtypticitas aliqua, ſicut cyperi, cinnamomum, bdellium, ſpica, et macis cum chamæmilla, & ſceha, & mel. [k] Et quandoq; curatur etiam cum clyſteribus calefacientibus, factis ex centaurea, & coloquinthida, & alkerua, & alijs cum oleis calidis prædictis. [d] Et natatio in aqua calida maris, & balneatio in aquis thermarum ſunt iuuatiuæ valde ad illud.

*De doloribus veſicæ.* Cap. 23.

FIunt ex cauſa malitiæ complexionis diuerſæ, & ex lapide, & vlceribus, & ex ſcabie, & apoſtematibus, & ventoſitate. Et iam ſciuiſti omne ca. & curationum eius, & multoties fit ex ſignificatione criſis expectatæ cum vrina. Et dolores quidem veſicæ multiplicantur, cum ſufflat ſeptentrio, cū in veſica eſt dolor. [l] Et dicitur ꝙ quando apparet in habente ipſum ſub aſcella eius ſiniſtra apoſtema, ſicut cydonium, & accidit illud in die ſeptimo, moritur in quintodecimo die: & proprie ſi accidit ei profundus ſomnus.

*De debilitate veſicæ.* Cap. 24.

DEbilitas veſicæ quandoq; accidit etiam ex parte complexionis, cuius plurimum eſt frigus, & ex parte apoſtematis duri, & mollificationis & dislocationis. Et ſigna omnia ſunt manifeſta, Et curationes eius ſunt notæ. Et cum debilitatur veſica, non tolerat vrinam plurimam, & deſiderat euacuare eam. Et quandoq; debilitatur lacertus eius in adiuuando ad euacuandum, ſoluendo
D ſeipſum, & eſt ex aggregatione duarum rerum diſtillatio non ordinata vel non copioſa.

*De ventoſitate in veſica.* Cap. 25.

QVandoq; eſt retenta, & quandoq; eſt permutabilis: & cauſa in hoc ſunt cibi inflatiui, aut multitudo humiditatis in veſica cum debilitate caliditatis.

*De ſignis.* Cap. 26.

SIgnum ventoſitatis, eſt tenſio ſine grauitate, & proprie cum permutatur.

*De cura.* Cap. 27.

MAgis iuuatiua curationum eius poſt abſtinentiam ab inflatiuis, & à malitia digeſtionis, eſt vt bibat oleum de kerua cum aqua radicum, & liniat pectinem cum oleis aromaticis reſoluentibus, & gummis calidis, & emplaſtretur cum ruta, & calamentho, & anetho cum re forti de caſtoreo, & aſſa, aut muſcho: & iniiciantur iſta olea cum aliquantulo caſtorei in virgam, aut iniiciantur in ipſam ſuccus rutæ cum muſcho: aut oleum de ben cum muſcho, & gallia in oleo ſambucino. Et recordare eius quod dictum eſt [m] in cap. renum, quod renes, & veſica quando ſunt doloroſi, ægri non appropinquent pilulis de ſeminibus, & augmentetur in renibus, & veſica dolor, neq; ſtupefacientia, immo aqua tepida per quantitatem qua non attrahat, neq; ſtupefaciat aliquid.

AVICENNA &&. ij Tractatus

A Dioſ. lib. 1. c. 145
B Raſ. 23. cont. t. 3. c. 1. 250. 3.
C Pau. lib. 3. c. 45. 158.
D Raſ. 23. cont. t. 3. c. 1. 257. 2.
E † confectio ex multis
F † electuarium ad tuſſim.
G Paul. lib. 3. c. 45. 158. 28.
H Raſ. & Pau. li. 104. 37.
I † grani rutæ ſylueſtris vel aliud
K Raſ. & Pau. lib. 3. c. 18. 104. 39.
L Raſ. 23 cont. t. 3. c. 1. 248. 1.
M 16. t. 1. F. 18.

TRACTATVS II. *de nocumentis quæ accidunt vrinæ.*

*De qualitate exitus vrinæ naturalis.* Cap. 1.

VEſica expellit vrinam, [a] quoniam conſtringit ſuper eã ex omnibus lateribus, & comprimit eam, & dilatat lacertum ſuum, quod eſt ſuper ipſius orificium, & cum compreſſione vel expreſſione lacerti mirach.

A Gal.5. de v.p.c. 16.f

*De nocumentis vrinæ.* Cap. 2.

ISta ſunt ardor vrinæ, & difficultas vrinę, & retentio eius, & inuoluntaria ipſius emiſſio: de cuius ſumma ſunt multitudo eius, & paucitas eius, & ipſius diſtillatio & diabetes eſt de ſumma multitudinis eius.

*De ardore vrinæ.* Cap. 3.

CAuſæ ardoris vrinæ ſunt, aut acuitas vrinæ, & eius bauracitas propter [b] cauſam cõplexionalẽ: aut cauſa defectus eius quod præparatũ eſt ad temperandã ipſam, [c] & eſt humiditas pparata in carnibus glandoſis, quæ ſunt illic. ipſa enim currit ſuper meatũ, & glutinoſum eũ facit, & permiſcetur vrinæ etiã, & ęquat eam: cum ergo finitur, deficit loco glutinatio, & vrinę viſcoſitas et ęquatio: quare accidit ardor. [d] Et ex illis quę finiunt eã eſt multitudo coitus. Iſtę enim humiditates qñq; egrediuntur cum coitu, & per vicinitatem ſpermatis exitu plurimo. Et iterũ ægritudines aliquantes corpus, aut vlcera quæ ſunt in meatibus vrinæ, propinqua virgæ, & ſcabies, quare fit ardor: Et F ſignum quidem prioris, eſt acuitas vrinæ, & vt non ſit ſanies. Et ſignum ſecundi eſt ſan. mictus & ſaniei. Et multoties pducit [e] primũ ad ſecundũ, ſm q ſciuiſti in eis quæ [f] præterita ſunt. Primũ igitur eſt ſicut antecedens ſecũdi, ſicut fluxus ventris cholericus, eſt quaſi antecedens vlcerum inteſtinorũ.

B G.3 apho.16.d
C Ga.14. de v.p.c. 11.c
D Ral.23. cont.t. 2.c.1.239.3.
E Raſ.t.9.c.76.
F T.1.c.14.

*De curationibus.* Cap. 4.

SI eſt cum ſang. & ſanie, tunc eius cura, eſt cura vlcerum veſicæ, & partium eius, & illud iam [g] dictum eſt. Deſcriptio competens ad illud. [h] Fiant troc. ſecundum hunc modum. ſumatur ſe. melonis, citro. granorum cucur. omnium ana pondus. ℨ.xx. thuris, gummi, ſang. draco. omnium ana ℨ.x. opij. ℨ.iij. ſe. apij drach.i. dentur in potu cum ſyrupo de papauere, ſitq; doſis drach. ij. poſtquam de eis facti fuerint troc. Et ſi non fuerint vlcera, neq; ſanies, tunc melior cura eius erit diuertere vrinam cum euacuatione ſuperfluitatum facta cum ſolutione ſubtili ſm q ſciuiſti [i] in capitulo ægritudinis veſicæ: & vomitus, & cibi humectantes, infrigidantes, ex cibarijs, & oleribus, et fructibus, et [k] deuitatio omnis ſaliti, & acuti, & vehementis dulcedinis, & dimiſſio laboris, & coitus. Et de eis quæ conferunt eſt potus mucilaginum, & iniectio earũ, ſicut eſt mucilago ſeminis almaru, [k] & mucilago pſyllij, & mucila. ſeminis cydoniorum, & aliquid de papauere, & ſemina diuretica frigida. & detur in potu totum illud cum aqua frigida. Et adminiſtretur kiſch hordei, [k] & aqua eius iterum, et [k] oua ſorbilia, & cibus factus [k] ex cucur. & cibus factus ex mes, aut cum eis quæ ſunt ſicut [k] oleum G amygdalinum: aut cum pullis, [k] & gallina pingui. [l] Et ſi cauſa in eo eſt exiccatio accidens glandulis: tunc cura eius eſt humectatio corporis eius, & dimiſſio eius quod exiccat ex coitu, & alijs. Et de iniectionibus vſitatis in hoc, eſt mucilago ſe. almaru, [m] & mucilago pſyllij, [m] & mucilago ſe. cydoniorum, & gummi, & ceruſſa, & albugo oui recentis, & lac mulieris, & inijciatur in eam. Et de expertis eſt. Recip. lapidis hæmatitis. ℨ.vi. lactis mulieris fœmellam lactantis. ℥.i. tere terenda, & ſimul miſce, & per foramen virgæ per ſyringam mitte. Et quandoq; ſufficit in aſſiduatione iniectionis lactis lac aſini. & mulieris lactantis puellam, & lac caprinum. Et quandoq; ponitur in eo aliquid ex mucilaginibus frigidis, [m] & aliquid ſief albi. Et quandoq; ſufficit iniectio albuminis oui ſolum, aut cum aliquo ex prædictis, & cum oleo roſ. Et qñq; ponuntur in eo ſtupefacientia. Nam ſi dolor eſt vehemens, et proprie cum mingitur ſanies, tunc non eſt excuſatio quin ponatur in eo quod inijcitur, aliquid de ſtupefacientibus, & ſm deſcriptiones prædictas in [g] cap. vlcerum. Deſcriptio bona. Recip. cortices papaueris, et amylum, & ſuccum liquiritiæ, & ſumatur ex eis quod inijciatur: & ſi indigeat confortatione, ponatur in eo aliquid opij, & ſemi. hyuſquiami albi.

G T.1.c.16.
H Raſ.t.9.c.77.
I 2.t.1.
K Raſ.l. diui.c.74
L Raſ.23. con.t.2. c.1.239.3.
M Raſ.242.1.

*De paucitate vrinæ.* Cap. 5.

FIt propter paucitatem potus, aut multitudinem reſolutionis, aut multitudinem fluxus ventris aut propter debilitatem renũ in attrahendo, aut hepatis in diſcernendo & mittẽdo aquoſitatẽ, H ſicut in cachexia & hydropiſi. Et ſcias q acetoſa nocent eis, & coitus addit in ęgritudine ipſorum.

*De difficultate vrinæ & eius retentione.* Dyſuria iſchuria. Cap. 6.

DIfficultas vrinæ, aut fit propter cauſam in veſica ipſa [n] ex debilitate, & ſequitur complexionẽ malam, & proprie frigidam, ſicut accidit in multitudine [o] flatus ſeptẽtrionis, [p] aut apoſtema [o] aut alia: quare non bonificatur apud expulſionem dominium ſuper vrinam vt extrahat eam exprimendo, ſm q ſe habet res naturalis. Et fortaſſe eſt cauſa in ea frigus, aut calor de foris, aut percuſſio, [q] aut retentio vrinæ plurimæ: aut fit propter cauſam in meatu, qui eſt collum veſicæ & meatus virgæ: aut fit propter cauſam in virtute: aut propter cauſam in inſtrumento, quod eſt lacertus: aut propter cauſam mẽbri mittẽtis: aut propter cauſam in vrina. Et cauſa quidẽ in meatu: aut eſt principalis, et per ſe, aut per cõitatem. prima autẽ et principalis eſt oppilatio in ipſomet: aut oppilatio per cõitatẽ. Et oppilatio in ipſo: aut [r] eſt cauſa apatis calidi aut duri in ipſo: aut rei groſſæ [r] ſicut humiditatis: aut ſanguinis inuiſcati vel cõgelati aut [r] ſaniei. Et multoties quidẽ fit [r] ſanies cã oppilatiõis, aut [r] lapis, aut vẽtoſitas repugnãs, [s] aut veruca [s] aut incarnatio vlceris, aut pp cõſtrictionẽ ex frigore, aut pp cõſtrictionẽ ex calore vehemẽti, [t] ſicut accidit in fe. aduretibus, & in ęgritudinibus liqfactionis: & qñq;

N G li.3. de cã ſimpto.c.2.28.c
O Hipp. & Ga.3. apho.5.
P G.7.apho.48.
Q Gal.6. loc.af.c.4.h
R G.l.1 lo. af.c.1.a &.3 de cau. ſympt. c.2.28.d, &.6.lo.af.c.4.h
S G.l.1.lo.af.c.1.a
T G.3. de cã ſym. c.2.28.d



A & qñq; fit cauſa vlceris: et qñq; fit cauſa tenſionis quæ accidit ei vehementis oppilationis, [a] ſicut accidit ex difficultate vrinæ, et retentione eius illi, qui ſuperfluit in retinendo vrinam: quare vehemẽter repletur veſica, et cooperitur meatus. [b] Et retentio quidem fit in nocte propter ſomnum, & in die propter [c] occupationem. Et ille in quo fit oppilatio ſm cõitatem, eſt ſicut [d] ſi ſit in inteſtino, & matrice, [e] et in vmbilico apoſtema calidum, aut durum: aut ſunt in eo fęx ſicca, aut phlegma plurimum extẽſiuum, aut ventoſitas repugnãs, aut extendens, [f] aut apoſtema in ano incipiẽs, aut cauſa teneſmon, aut inciſio hæmorrhoidarũ, aut fiſtularũ, aut dolor hæmorrhoidarũ, aut rhagadię doloroſę: aut ſicut ſi ſit in partibus inferioribus dorſi apoſtema, aut torſio. [g] Et ſicut ſi accidat teſticulo eleuari ad mirach, quare cõprimat meatum, & attrahat ipſum ad ſuperiora, & cõſtringat ipſum, & difficilem faciat exitum vrinæ, & dolorem faciat, & egrediatur paulatim. Et qñq; eſt cauſa [h] vrinæ difficultatem faciens, & retinẽs, dolor propter vlcera in meatu ſine oppilatione, & ſine apoſtemate: quare quoties vult mingere, dolet: quare non exprimit mictor veſicã ſuam cum lacerto ventris, fugiens à dolore: & proprie quando eſt cum hoc in lacerto debilitas, aut ſpaſmus, & quæ ſunt his ſimilia. [h] Et cum ſtudet in ſeipſo, mingit vrinam ſuam naturalem in quantitate, & qualitate, & ſedatur dolor. Et ſimiliter cum fit compreſſio. [h] Et qñq; habens hoc eſt cum difficultate vrinæ, patiens diſtillationẽ eius, quaſi cum egreditur paulatim, alleuiatur dolor, & toleratur. Cauſa autem in vir-

B tutem, aut eſt in virtute ſenſibili, aut motiua, aut in naturali. Et facta cauſa virtutis ſenſibilis eſt, vt iã ſit [i] ingreſſum ſenſum veſicæ, aut lacerti eius nocumentũ. quare non ſuſcipiat ab expulſiua expulſionem fortem, aut expulſionẽ omnino, aut ſit ingreſſum principium hoc nocumẽtum, ſicut quod accidit in karabito, & lethargia de obliuione, & paruitate ſenſus. Et facta cauſa virtutis motiuæ eſt, vt non ſit lacerto vt ſoluat ſeipſum, & moueatur à ſua conſtrictione, ad dilatationem ſuam, exiſtẽs auarus à ſua conſtrictione: & vt ſit lacertus ventris non obediens virtuti ſuæ ad hoc vt exprimat quod eſt in veſica propter debilitatẽ virtutis: aut propter diſpoſitionem in eo de tenſione, & ſimilibus. Et facta cauſa virtutis naturalis, eſt ſicut debilitetur virtus expulſiua propter malitiã complexionis diuerſæ calidæ, & eſt ſm minus: [k] & frigidæ, [k] & eſt ſm plurimum. aut cum materia, ſicut eſt calida cum acuitate vrinæ: & frigida cum humectantibus, mollificantibus, aut extendentibus. [l] Et quandoq; eſt cauſa huius debilitatis accidentis electio naturæ in retinendo, quare debilitatur virtus expulſiua. Facta autem propter cauſam in lacerto, aut eſt nocumentum complexionale, aut apoſtema, aut nocumentum nerui ex ſpaſmo, [m] aut mollificatione, & deſtructione virtutis motus propter percuſſionem, aut caſum, aut alia, aut in ipſo, aut in principio eius ex ramis nerui, aut nucha, aut cerebro. Cauſa vero membri mittentis facta, eſt vt ſit in renibus apoſtema calidum, aut durum, aut lapis, aut debilitas attractionis eorum deſuper, aut debilitas expulſionis ipſorum ad infe-

C riora: aut ſit hepar impotens ad ſequeſtrandum aquoſitatem, & mittat eam ad diſpoſitiones hydropicas. Et hæc quidem diuiſio exponetur tibi, ſi poſuerimus ipſam [n] ca. ſingulare, aut poſuerimus ipſam de genere paucitatis vrinę. Facta autem cauſa vrinæ, eſt vt ſit calida vel acuta faciens dolorẽ. [o] Et expertum quidem eſt in pluribus hominibus, & dictum eſt, qui habet difficultatem vrinę, & aduenit poſt ipſam teneſmon, moritur in ſeptimo niſi accidat feb. & prouocationem plurimam faciat. [p] Et ſcias quod quandoq; accidit poſt ardorem vrinæ, & remotionem eius, exiccatio in glãdula ſuper quam lubricat vrina, & perducit ad difficultatem vrinę, & retentionem eius: quare oportet vt adminiſtretur humectatio, vt non accidat illud.

A Ga.1.lo.af.c.1.h
B Ga.li.6.loc.af.c. 4.g, & li.5.c.7.35.h
C G.ibi.
D F.16.t.3.c.7.
E Raſ.23. cõti.t.2. c.1.239.1.
F Raſ 239.4.
G Raſ.24. cont.t. 1.c.1.262.1.
H Raſ.23. cont.t. 1.c.1.239.2.
I Ga.6.lo.af.c.4.f
k G.6.lo.af.c.4.d
L G.6.lo.af.c.4.g
M Gal.6.lo.af.c.4 g.h
N F.14.t.4.c.3.
O Hip.6.aph.44. & Raſ.23. conti.t.2. c1.140.2.
P G.l.14.de v.p.c. 11.c,d

*De ſignis.* Cap. 7.

SIgna quidem eius cuius cauſa eſt frigus complexionis, eſt albedo vrinę cum groſſitudine, aut tenuitate: & multitudo neceſſitatis ſurgendi ad mingendum ante illud, & multitudo balneationis, & ſenſibilitas frigoris, & vacuitas à reliquis ſignis. Signum vero eius cuius cauſa eſt caliditas, eſt acuitas vrinę, & inflãmatio quę ſenſu percipiuntur. Et ſi cauſa eſt conſtrictio à frigore, ſignificat iuuamentũ proueniens ex mollificatione. Et ſi eſt à liquefactione, & fe. adurentibus, ſignificat ipſam iuuamentum humectationis. Et iterum de ſignis eius eſt, q parum non egreditur, & multum eſt facilioris exitus: propterea q humectat madefaciendo meatum, & dilatãdo ipſum. Signa autem eius

D quę eſt cauſa apoſtematis in veſica, aut membris ei vicinis, aut exituræ, iam ſciuiſti in illis quę præterierunt. & nos determinauimus vnicuiq; eorum [q] cap. ſingulare per ſe. Amplius de differẽtia inter difficultatem factam ab apoſtemate, & factam ab alijs, eſt q apoſtemoſa accidit paulatim, nõ ſubito, niſi ſit res magna valde. [r] Et ſcitur q illa quæ fit ab oppilatione apud veſicam propter ęgritudinem in ea, aut coarctationem eius cum plenitudine veſicę, & eius inflatione, & tenſione eius. Et illa quę eſt cauſa membri mittentis, eſt vt non ſit in veſica repletio & inflatio. Et omnes ſpecies oppilationis quę accidunt in veſica ex ipſa, aut ex coarctatione, ſunt cum dolore. Et cognoſcitur apoſtema oppilans per illud quod [s] ſciuiſti. Et cognoſcitur res oppilans abſq; apate, per ſyringam, & illud quod ipſa extrahit de ſan. aut humore, aut p illud quod ſtat in facie eius. & non dimittat ipſam penetrare ex veruca, aut lapide, aut incarnatiõe. Et lapis quidẽ ſcitur per ſigna eius: & propterea q ſyringa tangit rem durã valde. [t] Et ſang. quidẽ, aut humor cognoſcitur iterũ per vrinã præteritam. [u] Et ſang. ipſe qñq; cognoſcitur per ſigna cõgelationis ſan. in veſica, et ex citrinitate coloris, & paruitate pulſus, & anhelitus, & frequentia amborũ, & ſudore frigido, & febre, & rigore, & nauſea: & eſt malus à quo parũ fit euaſio. Et hu. quidem groſſus cognoſcitur iterũ ex grauitate ſenſata, ſi eſt ei ſumma de qua ſit curandum: & ſi egreditur in vrina humor groſſus crudus. Illius autem quæ eſt à

Q T.1.c.9.& 12.
R G.1.lo.af.c.1.a
S T.1.c.9.&.10.& G.1.lo.af.c.1.a,b
T G.6.lo.af.c.4.a
V T.1.c.19. & G.6. lo.af.c.4.h

frigore conſtringente, aut frigore ſolidum faciente, cauſæ propinquæ, & antecedentes ſunt ſignificationes: & ſignum eius quę fit ex ventoſitate, eſt tenſio ſine grauitate: & quãq; eſt cum permutatione: & quãq; eſt retenta in veſica. Et ſignum eius quæ fit ex debilitate ſenſus, eſt vt non ſentiat mordicationem vrinæ. Et ſignum eius quę fit ex debilitate expulſiuæ, eſt vt compreſſio educat vrinam cũ facilitate. Et ſignum mollificationis lacerti, eſt debilitas prouocationis abſq; impetuoſo exitu vrinę, & vt ſentiat ꝙ res intrinſeca non eſt obediens expreſſioni: a & compreſſio educit eam. Et ſignum ſpaſmi lacerti, eſt vt parũ quod egreditur, egrediatur exitu impetuoſo. Et factã propter debilitatem renum, ſignificat illud quod b præterijt de ſignis eius. Et ſimiliter factã cauſa lapidis, & apoſtematis ipſius. Et ad vltimum ſi grauitas, & dolor ſunt ex parte renũ, tunc ægritudo eſt illic. Et ſi ſunt ſigna apoſtematis tunc in ipſa eſt apoſtema. Et ſi eſt illic grauitas vehemens valde, tunc illic eſt vrina retenta. Et ſi eſt minor illa, tunc illic eſt humiditas oppilans cum apoſtemate, aut abſq; apoſtemate. Si autem non eſt grauitas, ſed dolor extenſiuus, tunc eſt ventoſitas in renibus. Et cum eſt venter lenis, & non ſunt ſigna oppilationis renum & veſicæ, & debilitatis veſicæ, & aliorum inuenta, tunc cauſa eſt debilitas attractionis renum, aut expulſiuę hepatis. Et factam ex debilitate attractionis renum & expulſiuæ hepatis ſignificãt diſpoſitiones hydropicæ. c Et ſignum factæ cauſa doloris accidentis ex vlcere, aut acuitate vrinæ, eſt quod tolerantia doloris educit vrinam, & ſedat dolorem: & ſimiliter expulſio vrinæ cum conamine, & tolerantia doloris: Et eſt vlceroſa vel facta ab vlceribus cum ſignis vlcerum. Et ſigna factæ ab exiccatione humoroſitatis in membris glandoſis, ſunt anteceſſio cauſarum eius d prædictarum: & ꝙ humectatio facit effluere vrinam.

E F

A Raſ.li.diui.c.71.
B F.18.t.1.c.11.
C Raſ.23.cont.t.2 c.1.239.2.
D Cap.3.

*De cura nocumenti vrinæ.* Cap. 8.

SI cauſa eſt humor, aut ſanies, tunc oportet vt curetur cum aperitiuis, & diureticis fortibus, quæ ſciuiſti: ſi non timetur quod res ſit maior, quam iuuet in ea diureticum: deinde cum adminiſtratur, faciat deſcendere materiam aliam ad veſicam, & augmentet dolorem & tenſionem, & non extrahat aliquid. Et aqua raphani fortem habet impreſſionem in hoc cap. & tantum valet ꝙ oportet vt ipſa comedatur cum pane tanquam ſit condimentum cibi. Et ſimiliter aqua ciceris ni. Diuretica vero ſunt ſicut e petroſelinum, f & ammoniacũ, g & daucum, h & myrrha, i & rubea, & amomũ, k & coſtus, l & ſiſeleos, m & acorus: n & anethũ, & ſemen eius: & totum illud in aqua raphani decoctũ: aut aqua ciceris nigri, aut in aqua alhaſcech: aut in ſucco apij, & fœniculi proprie campeſtris. Et oxymel ſquilliticum eſt iuuatiuum valde, & theriaca, & mithridatum ſunt vehementis iuuamenti, & diacurcuma, & homoruſia, & o †{diachebed}regum. p Infantibus autem dentur illa lactantibus eos: aut dentur iſta in lacte matrũ. Confectio diuretici fortis. q Recip. ſauinæ, aſſari, amomi, ameos, petro.ſe. apij, rubeæ tincturę, amygdalę amarę, ſpicæ, omnium ana. ʒ.xx. ſeminis melonis. ʒ.x. corporum cantharidarũ abſciſis capitibus, & alis. ʒ.i. reſoluatur ammoniacũ cum triplicato ſubtili. & G fiant ex eis pilulę vt auellanæ, de quibus ſumantur vſq; ad. ʒ.iij. Et iterum medicamen de ſauina, & aſſa prædictum r in cap. congelationis ſang. in veſica bibitum, & iniectum. Et quãq; componuntur medicinæ in quibus ponuntur caſtoreum, & euphorbium, & zinzib. & piper longum, & oleum balſami: & quãq; ponuntur in eis opium, & ſemen hyuſquiami albi cauſa doloris: & tu videbis eas in antidotario. Et omnes medicinę quę conferunt ad lapidẽ, conferunt ad hoc: & ad plures ſpecies ſimiliter à calore & frigore, poſtq̃ nõ fuerit ſan. aut vlcus: & ſunt ſicut cinis ſcorpionũ, & lapis ſpõgiæ, & cinis vitri. Et de illis quę proprietatem quãdam habent ſm ꝙ dicitur, eſt veſica danulę exiccata, de qua. ʒ.iij. in vino odorifero bibantur. Et iterum cancri fluuialis aduſti pondus. ʒ.ij. bibatur, & proprie à pueris. Et iam s diximus medicinas alĩs in curatione eius, cuius cauſa eſt frigus veſicę: & oportet vt legantur iterum in hoc loco. Facta autem cauſa congelationis ſanguinis coagulati, curetur cum eo quod dictum eſt t in capitulo congelationis ſanguinis in veſica. Et quãq; adminiſtrãtur emplaſtra ex iſtis medicinis cum aqua raphani. Et quãq; linitur cum theriaca, & maſtice, & homoruſia, & diacurcuma, & diakebed regum. Et quãq; neceſſariæ ſunt embrocæ fortes acceptæ ex eis, quæ ſunt ſicut harmel, & pulegium cum fimo columbino: & iterum ex baurach, & pyrethro, & ſinapi. u Emplaſtrum expertũ bonũ. Recip. baccarum lauri, & anethi, amomi, meliloti, farinę ciceris nig. chamæmillæ omnium ana. ʒ.x. dauci, ſe. raphani, ſe. apij hortulani & montani omnium H ana. ʒ.vij. fiat ex eis emplaſtrum cum oleo balſami: aut cum oleo lilij, conficiantur cum aqua caulis nabathi. Confectio vnguenti boni. Recip. ſeraphini, bdellij, opopanacis, acori partes æquales, de quibus fiat vnguentum cum adipe anatis, & cera citrina, & oleo de lilio. Et de iniectionibus, eſt iniectio facta ex galbano, ſtorace, opopanaco, & pipere: & quãdoq; ponitur in ea aſſa. Et ſi cauſa fuerit lapis, curetur lapis vbicunq; fuerit. & ſi cauſa fuerit verruca, aut caro orta, aut incarnatio, tunc curatio erit cum tinis mollificantibus, & oleis mollificatiuis ſcitis in capitulo veſicæ. & abſtinentia ab acetoſis, & ſtypticis: & fortaſſe proderit, & fortaſſe non proderit. Et ſi cauſa fuerit apoſtema curetur apoſtema, & mollificetur, & liniatur, & adminiſtrentur facientia ſudare, in balneo aquæ: & lenientia, ex quibus fiat emplaſtrum: & iniecta, & ſuppoſita in ano: & minoret potum aquę, & dimittat diuretica, & prohibeatur cibus ſaltẽ duobus diebus. Et cum lenitas eſt apoſtematis, iam deſcendit vrina cum compreſſione, & expreſſione poſt multitudinem mollificationis lenificationis, & caul. & althæa, & cæpe, & porri decocti elixatione, iuuãtes in hoc capitulo plurimum, cum fit cum eis emplaſtrum. x Et phlebotomia baſilicæ eſt de illis quæ magis neceſſe eſt præmittere, deinde ex ſaphena: quãq; enim prouocatur cũ ea vrina. Et cum cauſa fuerit frigus & ſtypticitas, curetur curatione

E Dioſ.li.3.c.65.
F Dioſ.li.3.c.80.
G Dioſ.lib.3.c.67.
H Raſ.23.cont.t.2 c.2.243.4.
I Dioſ.lib.3 c.117.
K Dioſ.l.1.c.15.
L Dioſ.lib.3 c.51.
M Dioſ.l.1.c.2.
N Dioſ.li.3.c.56.
O † confectio
P Raſ.23. con.t.2. c.2.243.1.
Q Raſ.t.9.c.73. parum differt.
R.20.t.1.
S T.1.c.3.
T T.1.c.10.
V Raſ.23. cõt.t.2. c.2.244.4. & Ser.t. 4.c.18.
X Fẽ.21.t.4.c.12.& Raſ.23.cont.t.1.c.2 244.3.



A tione malitiæ complexionis frigidæ. Et ſi fuerit calor, curetur cũ oleis temperatis, & frigidis in quibus eſt lenificatio, & mollificatio, ſicut oleum viol. & oleum de cucur. permiſtum cum oleo anethino, & chamæmillino. Et ſi fuerit illic ſiccitas etiam, adminiſtrentur tinę, & olea mollificantia, et cibi humectantes, regimen conualeſcentium, & balneum. Et ſi cauſa fuerit paralyſis, curetur cura eius. Quod ſi cauſa fuerit ſpaſmus lacerti, curetur curatione ſpaſmi prędicti in capĩo ſuo. Et ſi cauſa fuerit complexio frigida, curetur cum oleis calidis, & confectionibus calidis quæ ſciuiſti. Et de illis quę conferunt ad illud, & ad paralyſim, eſt vt ſumatur fimi columbini ſylueſtris pondus. ʒ.i. & bibatur cum vrina pueri, & prouocat vrinam. Et ſtercus muris pondere aur. i. in aqua decoctionis anethi. Et quãq; iniicitur a mumia: aut pondus. ʒ.i. ſtomachi b †{alrachame} cum eadem menſura ſalis indi cum aqua calida. Et confert ei potus olei nardini cum aqua calida, & tertia. ʒ.i. aſſæ in lacte aſini: & hoc etiam confert ei quæ eſt ex hu. groſſo. Facta autem à calore, curatur cum ſeminibus frigidis: & ſemen lactucæ bibitur cũ vino permiſto, & aqua granati acetoſi. Sed ſi fuerit à caſu, aut percuſſione iam apoſtema faciente, aut non apoſtemante, immo remouente aliquid, tunc curatio eſt phlebotomia in primis, & vnctiones temperatæ, & tinę, & ſtudere in hoc vt mingat. Quod ſi minxerit ſang. plurimum, tunc retinebis eum cum troc. de karabe, qui artificioſe fiunt cum gumma nuc. Et ſi timeatur ꝙ accidat ſanguinis coagulatio, tunc cura ipſum cura ſanguinis coagulati. Quod ſi ſanguis B coagulatus fecerit oppilationẽ, tunc curetur oppilatio facta ex ſanguine coagulato. Et iam dictũ eſt illud. Quod ſi cauſa fuerit ventoſitas, curetur cura ventoſitatis veſicę. Facta vero cauſa doloris prohibentis curatur cum adminiſtratione ſtupefacientium, in iniectione: deinde cum conatu vel ſtudio egreſſionis vrinę. Et poſt illud adminiſtretur cura vlceris, aut cura æquationis vrinæ acutæ cũ cibis, & herbis prædictis. Et quãq; iniiciunt glutinationem facientia ſeparantia inter acuitatẽ vrinę, & inter ſuperficiem meatus ſenſibilem. In facta autem propter debilitatem ſenſus, curetur principium, ſi fuerit ęgritudo procedens à principio, aut ipſe lacertus, & veſica, cum medicinis habẽtibus virtutem albezahar, quæ ſunt theriaca, & mithridatum, & vnctiones, & iniectiones cõuenientes ſpiritibus ſicut oleũ iaſminum, & oleum de lilio, & oleum narciſinũ, & oleum de croco, & oleum de balſamo proprie. Et adminiſtretur emplaſtra ex folijs arborum fructuum, et olerum dilectorũ ſpiritui animali, ſicut folia malorum, & menta, & ruta: & admiſceantur cum eis medicinæ expergefacientes valde, ſicut ſemen alharmel, & ſemen rutæ montanæ: deinde emplaſtretur cum eis pecten. Et ſi fuerit propter debilitatẽ expulſiuæ, altera complexionem dominantem, & ægritudinem debilitantem cum eo quod ſcis, & cura. Et illius quidem plurimũ eſt ex frigore: & eius curatio eſt cum eo in quo eſt calefactio, & ſtypticitas: & proprie quod dictum eſt in debilitate ſenſus. Et ſi cauſa fuerit longitudo retentionis, tunc eius cura iterum eſt cum tinis mollificantibus lenientibus, factis ex ſemine lini, C & fœnugræco, & cartamo, & alrathbe, & emplaſtris factis ex iſtis: Deinde vtere eis quæ ſunt vehementis prouocationis, & ſyringa, & oleũ balſami: & quę ſunt ei comparia ſunt maximi iuuamenti hic. In facta autem cauſa renum, & hepatis, & inteſtinorum, & dorſi, oportet vt intendatur intentio illorum membrorum: tunc ſi curatio valet in eis, bene eſt: & ſi non, non valebit. Et cum hoc neceſſarium eſt adminiſtrare mollificantia ex tinis, & emplaſtris, & iniectionibus. Et neceſſaria eſt adminiſtratio diureticorum, niſi timeatur ꝙ ipſa faciant deſcendere materiam plurimam. Et ſcias ꝙ lac eſt res magis conueniens eis, cum non eſt fe. Et omni hora in qua dandæ ſunt pilulæ ſimiles auellanis de ſeminibus, & non eſt fe. tunc conſilium meum eſt vt cum lacte in potu ſumantur.

A Raſ.243.1.
B † auis

*De rememoratione rerum facientium mingere conferentium in pluribus diſpoſitionibus.* Cap. 9.

DIxerunt quidam, ꝙ quando c fimus columbinus cum mumia iniicitur, facit mingere: Et iterũ illud quod dictum eſt in cap. curationis oppilationis groſſæ, & quod dictum eſt in curatione eius, quæ eſt ex frigore. d Et dixerunt quidam, & eſt de illis quæ iam e experti ſumus, & profuit, fiat ſuppoſitorium de ſale tabarzet, & ſupponatur in ano. prouocabit enim vrinam, & ſoluet vẽtrem: e Et dixerunt ſi intromittatur in caput virgæ pediculus: aut f ſumatur †{alcarad} qđ cadit de lecto: et forſitan eſt illud quod nominatur g †{ſiſeſtis, & aligil,} & immittatur in caput virgæ, prouocat vrinam. Et ſimiliter ſi liniantur ſuper eam allea, aut cæpe prouocatur: e & ponatur in capite virgæ fi- D lum vel villus croci. Et quando non eſt apoſtema, ſed eſt oppilatio qualitercunq; fit, h confert iniectio olei in quo ſub ſole morante poſiti fuerunt ſcorpiones albi, qui non ſunt mali valde, cum ſyringa argenti. Aut adiuuetur cum inſufflatione facta per catatir. & ipſius adminiſtratio in vngẽdo, & in iniectione. Et qñ non conferunt medicinæ, nõ eſt excuſatio ingenij alterius, & adminiſtrationis alcatatir, & inſtrumenti quo mingitur. i Et caue ne adminiſtres ea cum apoſtema eſt in veſica, aut in coarctante eam proxime. Intromiſſio nãq; eorum apoſtemat, & addit in dolore. Et ſyringarum melior, eſt illa quę eſt ex lenioribus corporibus, & magis ſuſceptibilibus flexionis: & iam inueniuntur ad hoc pelles quorũdam animaliũ maritimorũ, & quædã coria animaliũ ſylueſtrium, cũ aliquo modo præparatur: deinde fit eis inſtrumentũ, & conglutinatur glutine caſei: & quãq; fit ex plumbo & ſtãno, & eſt bonũ etiam. & ſi eſt vehementis lenitatis fiat forte cum pauca re proiecta ſup ipſum ex maſſacuinia, & marchaſita: aut cum multitudine liquefactionis, & fuſionis, & proiectionis ſanguinis hirci ſuperipſum. hircinus enim ſan. eſt fortis in his cap. & cum hoc ſtringit plumbũ: & tunc oportet vt ſit caput eius durũ rotũdum. d & fiat in ipſo foramina plura numero, ita vt cum retinet aliquod eorũ aliquid arenæ, aut ſan. aut hu. groſſi, ſit ei quod iniicitur de medicina aut prouocatur de vrina, penetratio alia: & nõ egeat extractione, & intromiſſione frequẽti: & aliqñ fit ex argento:

C Raſ.23.cont.t.2 c.1.243.1.
D Raſ.243.3.
E Fẽ.1 t.5.c.12. & F.10.t.5.c.5. & F.6 lib.4.t.5.c.3. & in li. de viri. cor. t.2.c.4. Auicẽnã fuiſſe medicum.
† .i.cimex
F Dio.li.2.c.32.3.
G † L.2.t.2.c.277 cimices
H Raſ.243.2.
I Paul. lib.. c.45. 158.11.

& reliquis corporibus. Et qñq; præparatur totum illud ad clyſterizãdum aliquid illi. Et qñq; præ- E paratur ad extrahendũ aliquid cum eo. Et ſuper os illius quod pręparatur ad hoc, vt cum eo clyſterizatio fiat, ſuper illius extremitatem apertam ſolutam, ligatur aliquid quod eſt ſicut vagina parua, aut veſica cõfricata firma: & funditur in id medicamen: deinde impellitur ſm ꝙ impellitur enema: & eſt poſſibile vt fiat ſicut fit clyſtere electum quod diximus in [a] cap. colicę. Et ſi præparatur ad hoc (A Fẽ.16.t.4.c.11.) vt per ipſum educatur vrina, tunc neceſſe eſt, vt currat curſu attrahentium propter cauſam conuerſionis cauſa caſus vacuitatis. Et illud eſt, qm̃ impletur re aliqua: deinde extrahitur illa res ab eo cum fortitudine, quare extrahitur poſt ipſam vrina prouocata, aut aliud: Aut ingenioſe ſtatuitur in eo, aut ſupra ipſum aliquid exprimens de aere quantitatem aliquam. Cum ergo extrahitur, & aeri nõ eſt introitus, oportet neceſſario vt extrahatur vrina prouocata, aut aliud: & illud quod implet illam vacuitatẽ intrinſecam, [b] aut eſt lana ordinatorum filorum ligato medio totius cum filis, ita vt cũ im- (B Pau. lib. 6. c. 59.) pellitur à duabus extremitatibus ſuis in ſpatium & concauitatem impulſione leui: deinde extrahitur filum, egrediatur lana, & ſequatur ipſam illud quod ſequitur: Aut fit colũna ſeu aliquid perpẽdiculariter penetrãs in ea, aut aliquid in ea penetrans ita accõmodate, & adæquate, ꝙ nihil mediet inter ea: & ſuper illud applicetur manicus ſeu res ſibi continuata cum qua manibus fiat apprehenſio, & cum qua moueatur. Harum vero medicinarum adminiſtratio melior eſt, [c] vt ſedeat æger ſu- (C Paul. lib. & Raſ. 23. cont. t. 2. c. 2. 245. 2. & 245. 2.) per extremitatem caudæ ſuæ, & comprimat anum ſuſtentatum retro, & eleuet genua ſua parum F vſq; ſupra inguina, cum apertione inter ea, præcedente balneatione eius cum tinis mollificantibus, & ipſius emplaſtratione cum vnguentis, & emplaſtris mollificantibus: deinde intromittatur ſyringa tanta quantitate, quę ſit in menſura longitudinis virgæ. Et melius quidẽ eſt vt ſit illud quo educitur vrina omnis hominis ſm longitudinem virgæ eius, & eius amplitudinẽ, & ipſius ſtricturam. Et tu iam præceſſiſti, et liniſti ſyringam cum ceratis: & proprie cum ſunt ex oleis proportionalibus intentioni: cum ergo æquatur in ipſa quantitas ſicut quantitas eius eleuetur vel præparetur virga eleuatione æquali, ſicut ſtãs vel erecta cum declinatione ad partes vmbilici: deinde ingenietur cum facilitate in impulſione ſyringæ in meatu veſicę quãtitate vnius nodi, aut duorum nodorum: & illic peruenit ad vacuitatẽ veſicæ, & ſedatur cũ ea dolor, aut minoratur, aut ſentitur ꝙ eius penetratio iam peruenit ad mouendum aliquid. & ad vltimum eſt penetratio ſenſata: deinde redeat virga ad partem inferiorẽ ad ſuam diſpõnem primã in præparatione ſua, aut vehemẽtius inferius. Cũ igitur feceris illud, extrahe aliquid ſi uis, & impelle aliquid per clyſtere, ſi vis impellere illud. Et ad vltimũ oportet vt ſtudeas ne excoriationẽ faciat, & ſit ſecundum tarditatem & facilitatem, nõ cum dolore.

*De diſtillatione vrinæ.* Stranguria. i. ſtillicidio vrinæ. Cap. 10.

AVt fit propter cauſam in vrina, aut propter cauſam in inſtrumẽtis vrinæ, aut lacertis eius, aut in corpore ipſius veſicæ, aut propter cauſam in principijs. Et cauſa quidem in vrina, [d] aut eſt G (D G. 7. apho. 48. h & 3. aphor. 16 d) acuitas, aut multitudo eius. Et fit acuitas quæ eſt cauſa diſtillationis eius, aut propter illud quod diximus in cap. difficultatis vrinæ, [e] ex hoc ꝙ fit eius miſſio doloroſa propter acuitatem in ea fortẽ, & (E Ga. 6. lo. af. c. 2. b) aggregationem eius, & grauitatem ipſius intolerabilẽ: quare fit ei diſpoſitio inter retentionem, & miſſionem quę eſt diſtillatio. aut qm̃ omne paruũ eius propter vehementiam nocumenti cum ſua acuitate exquirit expulſionem. quare expellit ipſum expulſiua, quamuis fiat abſq; voluntate, & eſt acuitas eius, aut propter cibos, & medicinas, & laborem, & coitũ, & alia: aut propter complexionẽ membrorũ quæ ſunt eius principia ſicut hepar & venæ eius & renes propter eorũ complexionem ſimplicem, aut cum materia ſaniei, aut abſq; ſanie: [f] Aut in toto corpore eſt ſuperfluitas acuta: quare (F G. 6. lo. af. c. 4. d) expellit eam natura. [e] Multitudo vero quæ eſt cauſa diſtillationis eius, fit propter ipſius grauitatẽ: & quia ipſa cõprimit lacertũ ad apertionem paruam, quãuis voluntas non vocet ad illud. [g] Aut eſt (G Ser. t. 4. c. 18.) cauſa propria in lacerto, & in principio eius, ſicut eſt mollificatio ſingularis aut cũ ſtupore, et deſtructione ſenſus: ſicut accidit etiam ano: [h] Aut propter apoſtema, aut propter malitiam cõplexionis, (H Haly. 9. the. c. 35.) debilitantẽ incipientem in eo: aut procedentẽ in ipſum in principio ſuo, cuius plurimũ eſt à frigore: & propter illud qñ aliquis vehemẽter infrigidatur, tunc vrinæ eius diſtillatio multiplicatur. Et qñ accidit ei debilitas, debilitatur eius conſtrictio ſuper meatum. Et cum hoc debilitatur ſolutio ſui ipſius, & proprie cum cõicat ei lacertus ventris in debilitate. Facta autẽ cauſa veſicæ, [i] aut eſt debi- H (I G. 7. aph. 48.) litas in ipſa ex malitia cõplexionis frigidæ: [g] & eſt illud quod eſt plurimũ: & illud eſt ſicut diximus in eo qui infrigidatur vehementer, & diſtillat vrina eius. Et illa complexio, & hæc debilitas generant diſtillationem vrinæ duobus modis, quorũ vnus eſt propterea, ꝙ debilitatur ei retentiua: quare nõ valet retinere omne parum comprehẽſum donec aggregetur plurimũ: quare permittitur ab ea vt currat, licet non adſit voluntas. Et ſecundus eſt propterea ꝙ debilitatur ei expulſiua, quare nõ exprimit vrinã niſi parũ, & eſt ex diſtillatione permiſta difficultati. Et qñq; fit hæc debilitas in ſeipſa. (k Aet. li. 3. ſer. 3. c. 19) Et qñq; fit propter cõitatem membrorũ, quę ſunt ſupra eam, [k] cauſa apoſtematũ, & aldubelet, & apertionis in renibus: & quæ ſunt ſuper eos, quibus cõicat veſica, & læditur per id quod currit ad eam. [k] Et qñq; eſt vlcus in veſica, & ſcabies: quare non valet retinere vrinam propter dolorem. Et qñq; fit diſtillatio propter oppilationẽ meatus veſicæ [h] ex apoſtemate in ipſo, aut in matrice, & inteſtino & dorſo, aut lapide, aut oppilatione alia: Et cum non eſt oppilatio completa, poſſibile eſt naturæ, vt ingenietur, & extrahat vrinã paulatim. Et qñq; fit cauſa doloris veſicæ propter [l] vlcera in (L G. l. 3. aph. 16. d, & 7. apho. 48. a) ea ſm quod diximus in [m] capitulo difficultatis vrinæ. De diſtillatione igitur vrinæ eſt, cum qua eſt (M 6.) difficultas: & de ea eſt cum qua non eſt difficultas: & de difficultate vrinę eſt, cum qua eſt ardor, &

dolor:



A dolor: & de ea eſt cum qua non eſt illud. Et videtur, ꝙ fiat plurimũ diſtillationis vrinæ propter cauſas inuoluntarij exitus: & propter cauſas difficultatis, & propter cauſas ardoris.

*De ſignis.* Cap. 11.

APoſtematũ quidẽ, & oppilationis, & cauſarũ materialiũ, & dolorũ, & aliorũ pluriũ capitulorum, & diuiſionũ iam ſciuiſti ſigna. & ſciuiſti ſignũ cõplonis calidę ex colore vrinæ, & inflãmatione loci, & anteceſſione cauſarũ. & ſignũ cõplonis frigidæ ex colore vrinæ, & inuẽtione frigoris, & anteceſſione cauſarũ. Et ſigna cõia iterũ nota ſunt, & nõ oportet vt prolongẽ ſermonẽ in eis.

*De curatione.* Cap. 12.

IAm ſciuiſti iterum curationem oĩs cap. in ſe ſingularem purã. Verũ hæc ægritudo plurimũ accidit cauſa frigoris, & cauſa paralyſis: & plurimũ curationis eius eſt curatio calefaciens conſtringens. Et omnis, qui deficit in tolerantia vrinę, iuuatur à medicinis deſideriũ coeundi faciẽtibus. Et de medicinis ebibitis facientibus ad illud, ſunt theriaca, & mithridatũ, & [a] hiera Galeni, & [a] anacar- (A Ser. t. 4. c. 18.) dinum, & tryphera maior, & electuarium de thure, & [a] tryphera minor confortata cum anacardino, aut [a] ſagzenea, commiſtis cum ea aliquibus ſtypticitatẽ facientibus & confortantibus, ſicut ſunt grana myrti, & gieſt glãdium, & quæ ſunt illis ſimilia. Et iterum naſturtium iuuatiuum eſt, et adminiſtratio alliorum eſt iuuatiua. prouocant. n. vrinã abſciſſam, & reducunt eã ad illud, quod neceſſa- B rium eſt. Et de expertis ſunt pilulæ alhaſce cũ pyrethro. Et de eis, quæ experti ſumus, eſt vt ſumatur myrob. kebulorum torrefactorũ pars. i. & been albi pars. 5. & calamẽthi ſicci, & granorũ myrti, & ſandarachæ, & myrrhæ, & olibani, & cyperi. & mac. omniũ añ. ij. partis. i. & gariophyllorũ pars. 5. enulæ exiccatę, & granorũ almahaleb partes. ij. & conficiantur cum melle emblicorũ, et reſeruetur, & bibatur. Confectio fortis. Myrobal'ni. & kebulorum, & galię oĩum ana pondus. ʒ. v. myrrhę, et caſtorei amborum ana. ʒ. i. & .5. karabe, & cyperi amborum ana põdus. ʒ. ij. & .5. olibani, & granorũ almahaleb amborum ana. ʒ. x. conficiatur totum cum melle. & ſumatur ex eo ſm aſſiduationẽ pondus aur. i. Et [b] iterũ cymini, centaureæ, & origani omnium ana põdus. ʒ. ij. cum aqua calida. Et [a] ite- (B Raſ. 23. cont. t. 2. c. 1. 245. 2.) rum granorũ myrti, & glandium, & cortic. thuris, & cymini carmeni omniũ ana pars. i. & doſis eſt ʒ. iij. cum vino antiquo. Et iterum myrobal'. kebul. bellir. et emblico. torrefactorũ omniũ ana. ʒ. vij. corticis thuris. ʒ. v. granorum myrti. ʒ. x. madefiat quoties exiccatur cum aqua, in qua extinctum eſt ferrum ignitũ multoties, deinde cõficiatur cum rob myrti. Confectio alia. Recip. granorũ myrti partem. i. laudani quartã partis. i. dactyli [c] †{heirũ} partes. ij. conficiantur cum eo, & ſit doſis eius (C † magni bene maturi) aur. vij. [d] Aut foliorum myrti, & foliorum alcannæ, & myrrhæ, & thuris, & balauſtiæ, & glãdium (D Alzar. lib. prac. t. 1. c. 8. parũ dĩt. & Ser. t. 4. c. 18.) omnium ęqualiter, bibaf quantum neceſſe eſt cum vino. Et iterum cõfectio iuuatiua & cõueniens mictui in lecto. [a] Recip. vniuſcuiuſq; myrob. kebul'. & bellirico. & emblicorũ ana. ʒ. x. glandiũ inſu- C ſarum in aceto die & nocte, torrefactarum poſt, & ſandarachæ, & cyperi, thuris maſculi, enulæ ſiccæ, ſtora. ſiccæ, & coralli, omniũ ana. ʒ. v. myrrhę. ʒ. iij. cõficiantur cum melle. Et iterum medicamen forte. [a] Recip. caſtorei, & myrrhæ, & alhaſce, & gieſt glandium, & pyrethri omniũ ana partes ęquales conficiãtur cum aqua myrti humidę, & ſit doſis. ʒ. i. apud horam ſomni. Aut bibat thuris & olei de alcanna amborum ana. ʒ. i. Et de curationibus leuibus, eſt vt bibat de ſemine alchacule. i. cardamomi pondus aur. i. Et farina glandium iuuatiua eſt, & proprie qñ infunduntur glandes in aceto ſquillitico die & nocte, deinde friguntur ſuper teſtã, & bibitur ex ea. Et vltimum, quod ſumitur, eſt põdus. ʒ. x. Et iterum α ficus madefactę cum oleo, & iterum cyperi, & thuris partes æquales, de quo (Infra α) bibatur omni mane in ieiunio aur. i. Et [e] iterum nigellę & ſe. rutæ partes æquales, & ſit doſis vſq; ad (E Raſ. 247. 2.) ʒ. ij. Et enula eſt cõpetens medicina. Et oleum de kerua iterum bibitum, & inunctum. Et [f] cõfert ei (F Raſ. 246. 3.) mellis aſſumptio ſm aſſiduationẽ. Et ad ſenes quidẽ eſt medicamen iuuatiuũ, qd' Recip. caſtoreum, & opiũ, & ſemẽ hyuſqami albi, & ſe. rute: bibaf ex eo aur. i. cũ. ℥. vini. Et qñ ſupponiſ mumia diſſoluta in ſambaco in ano, & diſtillatur in virgã, facit tolerare vrinã. Et α ſilr̃ comeſtio ficuum cũ oleo. (Supra α)

*De inuoluntario exitu vrinæ.* Cap. 13.

EſT vt egrediatur abſq; volũtate. Et plurimum eius fit propter ſuperfluitatem frigoris, & [g] mol- (G G. 6. lo. af. c. 4. e) lificationem lacerti, & debilitatem accidẽtem ei, & veſicæ, ſicut accidit in fine ęgritudinum. Et D qñq; fit propter multiplicationẽ diureticorum & ex eis eſt vinum ſubtile & proprie apud dilatationem meatuum in renibus, & fortitudinẽ virtutis attractiuæ. Et qñq; fit propter caliditatem plurimã attrahentem ad veſicam reſudationem à corpore. Et [h] de cauſis eius eſt remotio ſpondylium, (H G. 6. lo. af. c. 4. f) quare accidit nocumentum in lacerto, & non põt conſtringere eam. Et quandoq; eſt inuoluntaria egreſſio vrinæ non propter cauſam in veſica, & lacerto, et vrina, immo propter coarctationem cõprimentem omni hora, & exprimit: quare egreditur vrina, [i] ſicut aduenit prægnantibus, et illis in (I Raſ. 23. cont. t. 2. c. 1. 241. 3.) quorum ventribus eſt fæx plurima, et hñtibus apoſtemata magna in mẽbris ſupra veſicã. nõ ergo indiges poſt illud, quod declaratum eſt, vt cognoſcas ſigna: & ſcire ea facile fit ex eis, q̃ præterierunt.

*De cura.* Cap. 14.

ILli qui eſt ex caliditate, & eſt raro, cõferunt medicinæ infrigidantes ſtypticæ. Et de illis eſt [k] †{ſufſuf} iſtius deſcriptionis. (K † puluis) [l] Recip. coriandri ſicci, roſ. rubearum amborũ ana. ʒ. v. ſpodij. ʒ. x. ſeminis lactucę & ſeminis portulacę amborum ana. ʒ. xv. boli ar. ʒ. v. balauſtię. ʒ. i. cãphorę. ʒ. 5. gummi (L Raſ. 1. 9. c. 78.) pondus. ʒ. ij. conficiantur cum aqua granati acetoſi. Et [m] iterum karabe, & boli armeni, & myrob. (M Raſ. l. diui. c. 72.) ni. et medullę glandium, et lentium excorticatarum omnium ana pondus. ʒ. ij. coriandri torrefacti, in aceto poſiti. ʒ. i. & ſit doſis ſuffuf eius. ʒ. iij. et curatur cura diabetis. Et abſcinditur ſitis per illud,

quod

quod tenetur in ore ex [a] †{maſal},& ſumac,& nucleo tamarindi,& granis granati.Frigido autem E curationes prædictæ in [b] capitullo diſtillationis,& iterũ cyperi,& acori, enulæ ſiccæ,medullæ glandium oium ana.ʒ.ij.myrrhæ.ʒ.iij.& eſt ſuffuſ. Et [c] diacyminũ eſt valde iuuatiuum proprie, qñ eius ſpecies valde teruntur.Et diacyminum iterum confert ad illud epithematum.Et ad vltimum eſt iuuatiuum ei, quod eſt in membris vrinæ, ex frigore vehementi. Et [d] ex eis, quæ conferunt eſt ſumere in potu.ʒ.iiij.thuris:retinent.n.inuoluntariam vrinæ emiſſionẽ. [e] Aut pondus. ʒ.ij.mahaleb. Et olea calida diſruptis in eis muſcho,& aſſa,& caſtoreo, & euphorbio,& ſimilibus. Cõfectio clyſteris boni.Recip.haſech.i.tribulorum lib.i.cyperi pondus:ʒ.x.mahaleb pondus.ʒ.x.decoquantur in.iiij.lib.aquę cum facilitate, poſtquã infuſa ſunt die & nocte:cumq; ex aqua remanſerit quantitas lib.i.coletur,& fundatur ſuper eam quantum eſt ipſius medietas olei ſiſamini,& decoquatur, & adminiſtretur oleum in clyſteri. Aut ſumatur aquæ pars.i.& olei laurini & de ben,& auellanarum,& fiſticorum,& granorum viridiũ,& almahaleb partes ęquales, queadmodum exiſtimatio facit illud neceſſariũ:& diſrumpatur in eis virtus muſchi,& clyſterizetur cũ eis.Et oleũ de ben eſt forte valde.

*De mictu in lecto.* Cap. 15.

CAuſa eius eſt mollificatio lacerti: & qñq; adiuuat eam acuitas vrinæ: & pueros quidem adiuuat ad illud profunditas in ſomno. Cum ergo mouetur expellunt eam natura, & occulta voluntas ſimilis voluntati animę ante ipſorum euigilationem.Cum ergo fortes fiunt, & fuerint adul- F ti ſeu augmentati alleuiatur ſomnus & mẽbrum mollificatũ augmentatũ fuerit, tunc nõ mingunt.

*De cura.* Cap. 16.

CVra eorum eſt cura eius,qui habet mollificationem veſicæ,& diſtillationẽ vrinę, & inuoluntariam ipſius emiſſionem,& proprie medicamen de myrob.cum enula & ſtorace. Et de vnguentis oleum de ben eſt vltimum.Et cũ hoc oportet,vt dormiant & alleuietur cibus vt alleuietur eorum ſomnus:& nõ bibant aquam plurimam:& cõmoueant ſeipſos ad mingendum. Et fortaſſe eſt aliquis eorum,qui imaginatur,ꝙ quotieſcunq; exquirit virtus expulſiua & ſenſitiua vrinare,& ipſe ſit dormiens,ꝙ conueniens ſit locus ad hoc, vt in eo mingatur: & ꝙ ſit ad illud conſuetus, & ſi locus ille fuerit inuentus,& currit curſu latrinæ & curſu cloacæ & tecturæ,vel tentorij tegentis, ingenietur ita vt alteretur fabricatio eius,& fabricetur in ipſo oratorium,& fabricentur habitationes aliæ,& figatur illud in imaginatione ſua,quod locus eſt alteratus ab eo, quod fuit,tunc abſtinet ſeu auara fit virtus voluntaria ab illa liberalitate in vrinatione facili non ſenſata: & accidit ei in ſomnis vt ſtet ſtatione aliqua cum inobedientia virtutis expulſiuæ:quare nõ moratur quin excitetur.Et de illis quidẽ,quæ experta ſunt ad illos,eſt id,quod Recip.glandiũ,thuris,myrrhæ oĩum partes æquales,quę oĩa decoquantur cũ vino quãtitatis.℥.iij.vſquequo redeat.℥.i.& coleť,& potetur cum pondere.ʒ. i. olei myrtini. Et exiſtimauerunt quidam, ꝙ qñ exiccantur renes leporis,& ſumitur de eis G pars.i.& ſe.anethi pars.i.& pyrethri,& ſe.apij amborũ ana pars.5.& eſt doſis eorum pődus. ʒ. ij.& 5.in. ℥.i. aquæ frigidæ, eſt valde iuuatiuum ad illud. Et [f] confert et cerebrum leporis nutritum cum vino. Et conferunt ei troc. facti ex maſſa in qua poſita eſt virtus fimi columbi, cum aqua frigida: ſunt.n.vltimi: Aut myrrha cum vino ſuper ieiunium & eſt ſanitas eius. Et [g] quandoq; conferunt ei clyſteria cum medicinis retinentibus vrinam,& iniectio earum in veſica.

*De diabete.* Cap. 17.

EST vt egrediatur aqua ſicut bibitur in [h] tempore breui.Et [h] proportio quidem huius ęgritudinis ad ebibita,& ad membra ſua,eſt proportio lubricitatis ſtomachi,& inteſtinorũ ad comeſta: & ſunt eis in gręco alia nomina,ꝗ diabetes.dicitur qñq; dipſacos,& cadumis:et nominatur arabice circuitus,& [i] †{aldulab,}& lubricitas renum. Et [k] dixerũt quidam hoc accidens accidit ſubito,qm eſt res naturalis non cum voluntate facta:& lubricitas inteſtinorum paulatim:quoniam illic eſt ſenſus,& voluntas: & iſte ſermo eſt non conueniens. Et habens quidem eam ęgritudinem ſitit:quare bibit,& non ſatiatur immo mingit,ſicut bibit,non valens retinere penitus.Et cauſa quidẽ diabetis eſt diſpoſitio renum,aut propter debilitatem accidentem,& dilatationem, & apertionem orificiorum meatus,quare non adunatur tanta hora,qua figatur aquoſitas in ren ibus. Et quãdoq; fit illud ex [l] frigore dominante corpori aut renibus. Et quãdoq; facit illud potus aquæ frigidæ, aut obſeſſio H vehemens frigoris in totum penetrantis, [m] aut propter vehementiam attractiuæ propter virtutem calidam innaturalem cum materia, aut abſq; materia: & eſt illud, quod eſt plurimum: quare renes attrahunt ab hepate vltra,ꝗ illud,quod tolerant:quare expellũt illud. Amplius attrahunt ab hepate,& hepar ab eis,quę ſunt ante ipſum:non ergo ceſſat illic attractio continua aquoſitatis, & expulſio.Et tu ſcis,ꝙ quando expellitur illud,quod currit,quandoq; perducit ad liquefactionẽ & ad hecticam propter multitudinem attractionis humiditatis ex corpore.& quia prohibetur ab eo,quod oportet ipſum recipere de ſuperfluitate humiditatis per potum aquæ.Et tu quidem ſcis,& cognoſcis ſigna eorum,quæ dicta ſunt,& lecta vſq; ad hanc horam.

*De cura.* Cap. 18.

DIabetes quidem cum accidit,plurimum accidit ex caliditate ignea, quapropter plurimum curationis eius eſt infrigidatio, & humectatio cum fructibus, & oleribus, & robub frigidis de illis,quę non prouocant:ſicut ſunt lactuca,& papauer: & quieſcere in aere frigido humido, & [n] ſedere in tina aquę frigidę tandiu,donec vehementer infrigidetur, & ſedetur ſitis eius,& infrigidentur renes,& fortes fiant lacerti eorum. Et cõfert in ea odorare camphoram & nenufar & ſimilia de redolen-

A † lacte cũ aceto
B 12.
C Raſ.23.cont.t. c.2.245.3.
D Raſ.246.3.
E Raſ.246.1.
F Aet.l.3.ſer.3.c.23
G Raſ.23.cont.t.a c.2.246.2.
H G.6.loc.af.c.3.& &.1.de criſi.c.12.h
I † rota, qua hauritur aqua,
K G.6.lo.af.c.3.h,a
L Raſ.23.conti.t.a c.1.241.3.
M Sera.t.4.c.17.
N Raſ.23.cont.t.a c.2.245.2.



A redolentibus frigidis.Et de illis, quæ valent ad hoc eſt dormire, & occupatio ſeu diuerſio imaginationis à ſiti.Et regimen ſitis eſt regimen antecedens:quare oportet vt intendatur ad eam,& ꝙ exhibeatur in potu quantitas ſuperflua aquæ.Et [a] melius illo eſt,vt ſumat in potu aquã frigidam valde, deinde euomat eã,et iteretur iſtud in eo.Et oportet vt cõuertatur aquoſitas à renibus cum vomitu, & ſudore forti.Et ſtupefactio partis alchatim eſt ex eis, quę conferunt per dormitationẽ virtutis ab inobedientia vrinæ,& defectu eius ab attractione iterũ. Et de illis, quæ oportet ipſum deuitare,eſt labor dorſi,& aſſumptio diureticorũ.Et lenificatio quidem naturæ confert eis,& ſi nõ cum alijs,ſaltem cum clyſteribus temperatis. plures nãq; eorum exiſtunt ſiccæ naturę. Et [a] qñq; indigent phlebotomia in principijs ægritudinis.Et de ebibitis iuuatiuis eſt lac de quo extrahitur butyrum,acetoſum, infrigidatum. & de ipſo melius eſt illud, quod eſt magis ſpiſſum,& proprie,quod eſt ex lacte ouino.Et aqua cucurbitæ aſſatæ,& ſuccus cucumeris cũ pſyl. & aqua granati acetoſi, & aqua mori,& aqua prunorum,& ſimilia horũ:Et ſint potus huius generis,& eorum fractio cũ aqua quantum poſſibile eſt:Et rob mentæ confert eis valde,& aqua roſ. immo ſucci roſ.in hora eius conferũt eis & ſedant ſitim eorũ & doſis eius eſt quantitas duarum cotylarum.Et iterũ aqua diſtillata ex [b] lacte vaccino ſubtracto butyro:aut [b] lacte ouino acetoſo extracto buty. confert eis & ſedat ſitim eorũ:& ex eis,quæ iuuãt eos,ſm [c] ꝙ dicitur eſt vt infundãtur tria oua in aceto die ac nocte,deinde ſor- B beantur.Et de illis,quæ nos experti ſumus ad eos, eſt vt fiat focha ex farina hordei & aqua lactis acetoſi,de quo extractũ eſt butyrum,colata,poſt inſpiſſationẽ lactis acetoſi reiteretur factio focha multoties ex eo & coletur,deinde adminiſtretur focha ex farina hordei,& quoties reiteratur hoc eſt magis frigidum,& bibatur infrigidatum.Et de medicinis expertis ſunt troc.de balauſtijs ſm hunc modum. [d] Recip.acaciæ pondus.ʒ.ij.roſ.ʒ.iij.e †{ }gummi.ʒ.i.dragaganthi.ʒ.5.bibatur cũ mucilagine pſyllij,& aqua frigida,et cum aqua cucur.Et iterũ [d] troc.de ſpodio cum aqua cuc. aut cum aqua grana. Et iterũ ſumatur ſpodij, & terræ ſigillatæ,& cancro. fluuialium adustorũ ablutorum, omniũ ana pars.i.& laccę tertia partis.i.& ſeminis papaue.& ſe.lactucæ amborũ ana pars.i.&.5.aggregentur cũ mucilagine pſyllij,& informentur inde troc.& doſis eius ſit ſicut vides. Et de emplaſtris;illa quæ fiunt ex medicinis, in quibus eſt infrigidatio & cõſtrictio. Deſcriptio emplaſtri. [d] Recip.ſauich, & capreolos vitis ſi inueniãtur,& de oleo malorũ & cydo. & zarur aliquid aggregetur ad illa.Et ſilr roſæ recẽtes,& ribes,& agreſta,& virga pa.& cortic. granatorũ,permiſceatur omnia permiſtiõe emplaſtri,& adminiſtrenť.Et de epithematibus,illud quod [d] Recip.aca.ʒ.iiij.thuris.ʒ.ij. ſucci barbæ hircinæ,& laudani,& ramik omniũ ana:ʒ.ij.gallarũ.ʒ.i.terantur, & conficianť cũ aqua myrti humidæ,& liniatur cũ eo.Et de clyſteribus fortibus in hac ægritudine, eſt clyſtere bonũ factũ cum lacte de quo extractũ eſt butyrũ,& cum ſuccis frigidis ſtypticis prędictis in emplaſtris.Et qñq; C fit enema cũ lacte recẽter mulcto,& oleo de cucurbita,& oleo amygdalino. [f] Cibi autẽ eorum ſunt illi,qui non ſunt velocis conuerſionis propter ſuã ſubtilitatem ad cholerã: aut propter ſuam ſubtilitatem & paucitatẽ,ita ꝙ fiant vapor,& reſoluãtur, & exiccent egeſtionẽ. Et eius quidem exiccatio qñq; fit per cõuerſionẽ aquoſitatis ab inteſtinis ad renes,immo ſi eſt ſubtilis, reſoluiť aquoſitas eius, ita ꝙ non aggregatur ex eo plurimum vrinę:& eſt aſſociatus lenitati naturę,quare eſt bonus. Nam melior res diſpõis ciborum quos ſumere præcipiuntur, eſt vt ſint tales, quatenus comitetur eos lenitas naturæ,& cõfractio ſitis.Et de illis,quæ ipſis cõferunt ſunt [d] ſorbitiones de cãdaruſio, & aqua kiſch hordei,& almoſuſat & alhelemat.Et qñq; ponitur cum eis,quod prohibet conſtrictionẽ naturæ: & aleſfidbegiat plurimæ pinguedinis cũ carnibus animaliũ iuuenum & gallinę pinguis.Et de pedibus,pedes vaccini,& piſces recentes cũ acetoſis præparati aut non præparati cum acetoſis,ſi ſecuritas adeſt de eorũ ſiti.Et lac ouinum decoctum cũ aqua,donec aqua conſumatur: & aliquid de lacte,omnia illa conferũt eis.Et oportet vt à fructibus cuſtodiãtur,in quibus eſt infrigidatio,& ſtypticitas cum prouocatione ſicut ſunt cydonia.Factũ autẽ à frigiditate, qui cũ hoc nõ euacuatur à ſiti,& cuius præſentia non accidit nobis,retulit [g] quidã ſapientum antiquorũ, & dixerũt; oportet vt ſit ſubtilitas ad ſedandã ſitim eius:deinde ſoluatur cũ clyſteribus leuibus aliquoties, poſtea ſoluatur cum pilulis de aloe.xi.numero:quarum vnaquęq; ſit ſicut cicer:deinde dimitte eũ tribus diebus, & D iteretur regimẽ:deinde fac eum vomere ſuper cibũ cum raphano:& quæ ſunt eis ſimilia:deinde caleſiat corpus eius cũ vẽtoſis:& ponãtur ſuper ipſum euaporationes,& ſuffumigationes,& proprie extremitates eius.Et qñq; neceſſe eſt tibi vt vtaris ſuper ipſum medicinis rubificãtibus: deinde quieſcat aliquibus diebus:deinde exercitetur cũ equitatione æquali, & temperata fricatione, & proprie in extremitatibus eius:& in fine eius præcipiatur vti balneo calido & bibat vinum odoriferum.

*De multitudine vrinæ.* Cap. 19.

MVltitudo vrinæ eſt ſm modos,de quibus eſt ille,qui fit ſm ſemitam diabetis, & nõ iſtius cum quo eſt ſitis tñ,immo illius eũ quo eſt ſitis,quę non ſatiatur,& egrediť aqua ſicut bibitur. Et de illis eſt cum quo eſt ſitis,& non ſunt diſpõnes diabetis, & eius virtus. Et de illis eſt cum quo non eſt ſitis,de qua ſit curãdum.Et ſi eſt ardor & acuitas eius,tunc cauſa in ipſo eſt acuitas vrinæ,aut vlcera ſicut ſciuiſti:& ſi non eſt,tunc ſunt illic cauſæ inuoluntariæ emiſſionis vrinæ. Et frigus prouocat multoties:propterea,ꝙ conſtringit,& propterea quod calefacit ventrẽ. Et [h] illius quidem vrina minoratur,cuius egeſtio multiplicat, & ſubtiliatur:& illius cuius ſiccať egeſtio,multiplicatur vrina. Etiam cognouiſti ea,quæ continuantur in hoc cum illis,quę prętererunt:& iam quidem prętereijt curatio oĩum illorum:& dicam hic iterũ curationes eius,quę eſt ex frigore. Dico ergo,ꝙ oẽs medicinæ,

A Aet.l.3.ſer.3.c.1.
B Raſ.23. cont.t. 2.c.2.146.4.
C Raſ.246.3.
D Ser.t.4.c.17.
E † balauſtij
F Sera.t.4.c.17. & Pau.li.3.157.30.
G Raſ.23.conti.t. 2.c.2.247.1.accepit à Raſi vſq; ad calcẽ huius capitis.
H Hipp.4.aph.81.

çinę, quæ ſunt ad coitum calefaciẽtes, iuuatiuę ſunt ei, qui habet multitudinem vrinę ex frigore: & [a] ſorbere oua ſorbilia in ieiunio iuuatiuum eſt: & ſumere genara lactis cocta. Et ex eis, q̃ ipſis cõferunt iterum eſt decoctio granorũ myrti, & pirorum ſiccorum, & dactylorum bene maturorũ dulcium oĩ die. ʒ. ij. in ieiunio. Et myrrha eſt de medicinis bonis: et ſilr̃ almahaleb: & ſilr̃ cyperi, et thus, & ſilr̃ galãga, & ſilr̃ ſcoria ferri, & coriandrũ. Deſcriptio medicaminis. Recip. caſto. & coſti, & myrrhæ, & haſce, & cuppularum glandium, & pyrethri oĩum ana partes ęquales: fiãt ex eis pilulæ cum aqua myrti humidæ, & potus eius apud ſomnum ſit. ʒ. i. Clyſtere ad illud bonũ, & confortat renes. Recip. ſuccum tribulorũ decoctum donec fiat fortis & medullã arietum & teſticulos eorum, et adipem renis caprini, tollantur, & reſoluantur omnia iſta ęqualiter, & aggregẽtur, & ſumatur de lacte recenter mulcto, & butyri, et adipis gibbi cameli, & olei ab alcadra partes ęquales, quorum ſumma ſit ſimilis ei quam ſumpſiſti in primis, & conquaſſentur adinuicem, et fiat cum eis clyſtere.

E

A Raſ. 23 cont. t. 2. c. 2. 246. 3.

*De mictu ſanguinis & ſaniei, & vrina ſimili loturæ carnis, & capillorum, & de vrinis extraneis, quæ ſunt ſimiles illis.* Cap. 20.

SAnguis quidẽ purus, qui mingitur, aut eſt ſang. procedens ex mẽbris, quę ſunt ſupra renes, & veſicã, ſicut eſt [b] hepar: aut ex corpore toto [c] propter repletionẽ puram ſuperfluam, quare ſeparatur cõtinuitas venarum ſm ſpẽs tres notas, aut dimiſſionẽ conſuetudinis, aut abſciſſionem membri, & reliqua, quę ſciuiſti, aut ſm modum criſis, & mundificationem ſuperfluitatum, aut obuiationem [c] percuſſiuã, & ſaltum, & [c] caſum, & percuſſionẽ commouentẽ ſang. & ſimiliter oẽ, quod currit curſu eorum: & hoc ſm minus, aut eſt in partibus mẽbrorum vrinæ propter inciſionẽ venę, aut apertionẽ eius, aut ipſius ſciſſionem propter [d] percuſſionẽ, aut [d] caſum, aut vẽtoſitatem, aut frigus ſcindens cum inſpiſſatione: aut propter corroſionẽ. & qñq; eſt generatio illius à tetano & ſpaſmo fortibus. Et qñq; eſt ſpẽs vrinæ ſaguineæ: propterea, q liquefit carnoſitas rediens in ſang. aut propter vehementiam tenuitatis ſang. in corpore. Hoc. n. cum accidit, cum fortitudine renes attrahunt ſang. plurimũ, & ſunt primo duæ intentiones in facilitate curſus ſan. qm̃ currit curſu ſuperfluitatis, & qm̃ non eſt ei ſpiſſitudo propter quam ſit inobediens curſui. Et ſecundo, eſt intentio vna, et cum renes attrahunt cum fortitudine, expellunt illud ad veſicam. [e] Mictus vero ſang. ſimilis loturę carnis fit, aut propter debilitatẽ digeſtionis, & diſcretionem in renibus: aut propter debilitatem earum in hepate. Mictus vero ſan. permiſti cum humoribus groſſis, fit plurimum propter debilitatem renum. Et ſimiliter mictus rei ſimilis capillis: nam fortaſſe eſt cauſa eius debilitas digeſtionis renum, & fortaſſe eſt cauſa eius debilitas digeſtionis venarum. Et [f] qñq; eſt longa valde, quaſi duabus palmis. Et qñq; eſt ad albedinẽ decliuis, & qñq; ad rubedinem, & non prolongatur niſi cauſa ſuæ generationis in inuolutionibus venarũ, renum, aut aliorũ. Et ex cibis groſſis, & gñibus lactis, & granis ſicut fabis, & ſimilibus: & non eſt in eius mictu de timore, ſm q teretur cor per exitum eius, et facit timere. Mictus aũt puris, et mictus ſang. permiſti puri qñq; fit propter eruptionem aldubellet in mẽbris ſuperioribus, pulmonis, & pectoris, & hepatis, quẽadmodum [g] ſciuiſti totũ in loco ſuo: aut propter apoſtema eruptum in mẽbris vrinæ: aut propter vlcera in eis habentia pruritum: aut non habẽtia pruritũ. [h] Vrinæ vero groſſæ minguntur, aut cauſa mũdificationis, & criſis, & expulſionis qua ſequiť alleuiatio. Et qñq; fiunt ꝓpter multitudinẽ hu. groſſorũ, propter debilitatẽ digeſtionis. Vrinę vero pingues, facilis exitus, ſignãt liquefactionẽ adipis. Et oportet vt redeamus in [i] caplo diſtinctionis ad ſermonẽ noſtrũ in vrina. Inquit [k] Hipp. cũ mingitur ſan. ſine dolore, & eſt paucus: in horis quibuſdã non eſt malũ in eo. Cum aũt perſeuerat, tunc fortaſſe accidet feb. & mictus puris.

F G

B Alzar. lib. pract. t. 21. c. 12.
C G. 6. lo. af. c. 3. d
D G. 4. apho. 78. g
E G. 6. lo. af. c. 3. e, f
F L. 1. F. 2. d. 3 ſum. 2. c. 6. & G. 6. lo. af. c. 3. d, & 4. aph. 76. c
G F. 10 t. 4. c. 7. & 11. & G. 6. lo. af. c. 4. c
H Ga. 4. aph. 69.
I F. 2. d. 3. ſum. 2. c. 7
k Raſ. 23. cont. t. 2. c. 1. 239. 2.

*De ſignis.* Cap. 21.

MIctum ſang. puri. qui eſt propter repletionem, & cauſas compares ei, ſignificãt cauſę ſuæ, & ſigna cauſarum eius de illis, quę ſciuiſti. Et ille, qui eſt propter apertionem venarum, fit ſine dolore: & eſt mundus ſyncerus. Verum ſangui. apertionis fit paulatim: & ſanguinis eruptionis & ſciſſionis fit plurimus, & non eſt in veſica quidẽ apertio & [l] eruptio cum qua currat ſanguis plurimus ſicut fit in renibus. Veſicę enim aduenit aquoſitas colata: ſanguinem vero nutrimenti recipit ex venis paruis, in quibus venit ad eam nutrimentum tantum, quare non eſt in ea ſanguis exuberans: & ad renes quidem venit ſanguis plurimus cũ aquoſitate: colatur ergo apud eos aquoſitas: & aduenïunt ei venæ magnæ, ex quibus membra alia nutrimentum ſumunt, quare eſt ſang. illorum plus, quam ille quo indigent: quare eſt plurimus. Et venę eorum ſunt non fortes, & neq; ſunt boni ſitus æqualis. Venę vero veſicę ſunt conſeruatę: non expoſitę ſciſſioni, & eruptioni cum ſitu ſuo. Et ſang. quidem vlcerum eſt cum dolore quodã. Et ſi eſt corroſio eſt paulatim, ad nigredinem decliuis. Et qñq; eſt cum eo fœtor: & fit plurimũ eius poſt ægritudines, & multoties ſunt cũ eo cortices, & ſanies, & pus, & intermediat vel interponitur ad illud exitus ſangui. puri ſicut [m] ſciuiſti ex ſignis vlcerum, & ſignis eius, quod egreditur ex eis. Significant vero liquefactiuum liquefactio: & quod illud quod mingitur de ſang. eſt tenue, ſicut adurẽs, & ſicut reſudãs ex chubab. i. ex carne inciſa, quæ aſſatur ſuper prunas. Illum autẽ, qui eſt propter tenuitatem ſang. corporis, ſignificat illud, quod egreditur ex phlebotomia exiſtens valde tenue: & nõ aſſociatur aliud ſignum. [n] Locus autẽ ſaniei, & ſanguinis cognoſcitur per dolorẽ ſi fuerit dolor: & cognoſcitur per ſigna ęgritudinum in quibuſcunq; mẽbris exiſtãt, ſicut per ſigna apoſtematis, aut aldubellati, aut vlceris, aut repletionis, & [o] cognoſcitur ex via cõmiſtionis: nã quanto magis eſt altior, tãto eſt vehemẽtioris permiſtionis: cum vrina, & quanto plus eſt inferior, tanto eſt vehementioris ſeparationis illo. Et illum quidem, qui fit

H

L L. 1. Fẽ. 2. doct. 3. ſũ. 2. c. 6. & Gale. 4. apho. 78.
M T. 1. c. 15.
N G. 6. loc. af. c. 4. a, b
O G. 6. lo. af. c. 4. b



A qui fit propter cauſas vicinas virgæ, antecedit vrina, & elongatus à virga poſtponitur ab vrina, aut permiſcetur ei vehementer. [a] Similis autẽ loturæ carnis eſt ſignificatiuus debilitatis renum, aut hepatis. Illa quidem, quæ eſt ex renibus, eſt vehementioris albedinis, & ad groſſitudinẽ declinans. Et hepatica eſt magis trahens ad rubedinẽ, & ſubtilior & ſimilior ſanguini. Et ſignificať ſuper apoſtemoſum ex hac & ex vrina ſaniei cũ ſignis apoſtematis notis ſm mẽbrum vnumquodq;, & cũ continuitate febris. Et ille, qui eſt purulentus vel ſanioſus egrediens ab apoſtemate erupto eſt plurimus ſubito, & non ꝓducit ad excoriationẽ, & vlcerationem, & nocumentum: & ille, qui eſt ex vlceribus eſt paucus, & cũ interuallo, & qñq; corrumpit inceſſum ſuum et facit in eo ſaniem. Et cum illa, quę de iſtis expulſionibus eſt cretica, eſt alleuiatio & fortitudo, & eſt ſubito. Et illa, quæ fit cauſa repletionis, aut cauſa dimiſſionis exercitij, aut abſciſſionis membri, quandoq; habet periodos.

A Gal. 6. lo. af. c. 3.

*De curatione.* Cap. 22.

FActi quidem à repletione, & quę cum ea dicuntur, iam [b] ſciuiſti curationes in principijs vniuerſalibus, & quæ ſunt poſtea. De facto vero ab vlceribus iam ſciuiſti, quod curatio eius eſt curatio vlcerum, & corroſionis. Et iam oſtendi tibi omnia illa in loco ſuo. Et cura debilitatis digeſtionis in renibus, & hepate, & liquefactionis, & tenuitatis humorum, totum eſt ex illis, quæ ſciuiſti. Et ſcias, quod cretici, & eius, qui eſt ſecundum ſemitã expulſionis, non eſt retẽtio neceſſaria. Cum ergo indiges phlebotomia, tũc magis confert ſaphenę, quã baſilicę. Et ſubtilia cibum poſt phlebotomiam. Et non approximes ſtypticis ſicut eſt cibus factus cum ſumach, niſi poſtq̃ vrina ſignificat mundificationem. Styptica. n. congelant ſanguinem coagulatum, & conſtringunt, quare qñq; reuertitur aquoſitas ad poſteriora, & in eo eſt timor, & ſimiliter acetoſa. Mictus autẽ capillorum indiget vt in ipſo adminiſtrentur ſubtiliatiua, inciſiua, ex diureticis, & medicinis ad lapidem. & vt ſit cibus humectans humectatione naturali. Et curatio quam nunc oportet me dicere eſt curatio mictus ſang. qui eſt cauſa ſeparationis continuitatis in venis. Et curationes quidem cõmunes inter illum, qui eſt cauſa veſicæ, & renum, ſunt infrigidatio, & conſtrictio cum medicinis, quarum plures diximus in capitulo fluxus ſangui. menſtrui, cum diureticis, vt faciant penetrare medicinas, & vt tu antecedas cum attractione ſangui. ad contrarium cum ventoſis, & phlebotomia ſubtili pauca ex baſilica, & acceptione ciborum ingroſſantium ſangui. & infrigidantium ipſum, & [c] quiete, & tranquillitate, & cõſtrictione membrorum extremorum. Et [c] oportet vt dimittat coitum oĩno. Et oportet vt adminiſtres tinas in quibus decocta ſunt ſtyptica, & ex lentibus excorticatis, & ex corticibus granatorum, & cydonijs, & piris, & gallis, & virga paſtoris, & ſimilibus. Et de medicinis fortibus in retentione eius ſunt haſech. i. tribuli, & ſerratura ligni alnabac, & radix centaureæ maioris, & grana pæoniæ. Et de epithematibus radix rubi, & charnub nabathi et charnub ſpinæ, & ſumach, & radix pruni ſylueſtris, & cortices granatorum, de quibus fiat epithema, cum aqua ribes, aut agreſtæ, & ſucco roſ. Et ſemperuiua ſola eſt epithema bonum, & proprie radix eius cum dragaganthe; & aliquo ſuccorum ſtypticorum. Et ex linimentis in dorſo, & pectine ſunt myrrha, & attrimentum, & gallæ, & chartæ combuſtæ, & acacia. Et de illis, quæ bibuntur eſt troch. balauſtiarum cum ſanguine draco. amborum ana drach. i. Et de fortibus, & quæ neceſſaria ſunt in mictu ſangui. ex veſica facto, eſt trochiſ. huiuſmodi. Recip. aluminis iameni, & balauſtiarum, & ſangui. draco. oĩum ana. ʒ. i. dragaganthi. ʒ. ij. & gummi. ʒ. 5. detur in potu in vino pontico, & ſucco portulacæ. & quod eſt ſub illo, & magis incolume eſt illud, quod Recip. dragaganthi, & ſe. papa. & terræ ſigillatæ, & ſucci barbæ hircinæ, & gũmi prunorum ni. & karabe, oĩum partes æquales, & doſis eius ſit à duabus. ʒ. vſq; ad iij. Et iterum radicis ſemperuiuæ, & karabe amborum ana pars. i. hæmatitis pars. 5. aluminis iameni ſexta partis vnius, boli arme. pars. i. & . 5. & doſis eius eſt vſq; ad aureum medium in quibuſdam ſuccis ſtypticis: & qñq; ponuntur in eis ſtupefacientia, ſicut eſt hæc deſcriptio. Recip. croci, & granorum alharmel, & granorũ maluæ ſylueſtris, & opij omnium ana. ʒ. ij. amygdalas mundatas. iij. & . 5. numero, de quo ſumatur ad grani pineæ maioris quantitatem. Et iterum corticis radicum mãdragoræ aſſati, et aniſi aſſati, & granorũ pini aſſatorum omnium ana. ʒ. iij. papaueris nigri. ʒ. xij. conficiantur cum vino, de quo ſumatur pondus. ʒ. ij. Et iterum ſuffuf cornu ceruini aduſti, & dragaganthi partes ſumantur æquales, & fiat ſuffuf cum rob myrti. Et iterum medicamẽ, quod antiqui laudauerunt eſt, ſeminis almugath mundati grana triginta, grana pini duodecim numero, amygdalę amaræ excorticatæ. vij. numero, ſeminis maluæ. ʒ. iij. ſit doſis eius. ʒ. i. in ieiunio. Illud vero, quod veſicæ proprium eſt, vt ponantur medicinæ, quæ ebibuntur fortiores, & diuretica in ea fortiora iterum. Et de illis quibus iuuamentum fit iterum, eſt vt emplaſtretur cum ſpongia infuſa in aceto, quæ ponatur in omnibus lateribus eius, & in duobus emũctorijs, & alijs. Et vt adminiſtrentur medicinæ in ea iniectæ cum ſuccis, ſicut eſt ſuccus arnogloſſę, & ſuccus [d] † {albathbar:} & ſuccus portulacæ. Et de medicinis trochiſcus aluminis prędicti, & trochiſcus de ſtupefacientibus prędictus. Et cornu cerui aduſtum, & karabe, et hæmatites, et gummi, et gallę, et ſuccus barbæ hircinæ, & balauſtiæ, & aliquantulum aluminis, & plumbum aduſtum ablutum. & virtus ſtupefacientium opiatorum, et quę cum hyuſquiamo ſunt confecta. Et [e] de regimine retentionis curſu ſanguinis veſicę, eſt poſitio ventoſarum ſuper ilia, et anchas, et pectinem: illud enim retinet ſanguinem. Deinde adhibeatur regimen eius cuius eſt ſanguis coagulatus, ſecundũ q dictum eſt. Et de cibis eſt panis tritus in lacte, et ex quo butyrum eſt extractum, et cibus conditus cum granatis, et cibus factus cum ſumach. Et ſi virtus fuerit debilis, confortetur cum iure ſtypticorum confortato cum carne confrita:

B C D

B Lib. 1. F. 4. c. 10.
C Raſ. 23. cont. t. 2. c. 1. 247. 1.
D † polygoni
E Raſ. 23. con. t. 2. c. 1. 241. 1.

trita:& cibetur cum aleſſidabegi,& excubegi, & perdicibus maſculis,& turturibus cum aceto conditis,& cum aqua acreſtæ,& granorum granatorum,& lacte decocto,& ſimilibus illis. Et ſi nõ fuerit excuſatio à vino propter caſum virtutis,aut vehementiam deſiderij, tunc detur ponticum groſſum nigrum. Cumq; ſanatur ille, qui mingit ſanguinem aut ſaniem, tunc bibat illud, quod eſt permiſtum, vt abſtergat,& prouocet:& non retineatur vrina omnino,& redeat ægritudo. E

## Fen.xx.de dipoſitionibus generationis maſculorũ,quę eſt duorum tractatuum.

### TRACTATVS I. *De vniuerſalibus & appetitu coeundi.*

*De anatomia* [a] *teſticulorum & vaſorum ſpermatis.* *Cap.* 1.

SVblimis Deus creauit duos teſticulos,ſicut [b] ſciuiſti, qui ſunt membra principalia in quibus generatur ſperma ex humiditate delata ad eos in venis, quæ eſt quaſi ſuperfluitas cibi quarti in corpore toto. Et [c] eſt ſan.magis digeſtus,& magis ſubtilis. Commouetur.n.in eis per ſpiritum:& in meatibus,qui veniunt ad duo oua de venis pulſatilibus,& quietis plurimum ramificatis ex vena pulſatili, & vena quieta, quæ ſunt F
duæ radices,ramificatione plurimorũ anfractuum,& inuolutionũ:& ramorum,ita vt ſit inciſio tua in vna illarum venarum ſimilis inciſioni factæ in pluribus venis propter multitudinẽ orificiorum quæ apparẽt:deinde effunditur ab eis in vaſis ſpermatis, [d] quæ dicemus,ad virgam, & proijcitur in commiſtione cum muliere, quæ eſt coitus naturalis,ad matricẽ, cui obuiat matricis orificium cum apertione,& attractione vltima cũ conueniunt duæ expulſiones ſimul.Et teſticuli quidẽ duo creati ſunt.Et eſt ſubſtantia oui ex membro [e] glandoſo,albæ carnis,quę eſt res magis ſimilis carni mamillæ:& aſſimilat ſangui. qui effunditur in ipſo cum colore ſuo, quare albificatur:& proprie propter illud,quod cõmouetur in ipſo de aereitate,& propter ſpũm. Et meatus quidem in quo veniunt venæ ad teſticulos,eſt ex [f] ſiphac maiore,quod eſt ſuper pectinẽ.Sed pãniculi,qui tegit arterias, & venas venientes ad teſticulos, origo eſt ex ſiphac maiore,ſicut [g] ſciuiſti in loco ſuo. Et ſiſi continuatur etiam cum pãniculo nuchę,& deſcendit ſuper illud, quod deſcendit de venis, & ſuſpẽſorijs in partibus inguinum ad duos teſticulos:quare generatur ex eo [h] † {barbachi} penetrans:& panniculus tegẽs illud,quod penetrat in barbaki inguinis generatur etiã ex eo. Et tu iam ſciuiſti in [i] anatomia venarum,quod ad ouum ſiniſtrum venit vena alia ab illa,quę venit ad dextrum cum nutrimento. Et quod illa,quæ venit ad dextrum,effundit ad ipſum ſang. magis digeſtum, & magis mundificatum ab aquoſitate.Et [k] ouum quidẽ dextrum in pluribus hominibus,eſt fortius quã ſiniſtrum,niſi G
in illo,qui eſt in iudicio alhaſer.i.in iudicio illorum quorum pars ſiniſtra eſt fortior & agilior. Vaſa autem ſpermatis incipiunt,ſicut barbaki,exiſtente in vnoquoq; ouo barbaki vno, quaſi ipſe ſit ſeparatus ex eo,non ab ipſo generatus,licet ſit contangens adhærens. Et dilataſ vnũquodq; eorum, prope ouum dilatatione,quæ habet quantitatem ſenſatam:deinde incipit conſtringi, quãuis dilatetur proprie in mulieribus vice altera apud finem ſuũ.Et iſta vaſa aſcendunt in primis, deinde declinant ad collum veſicæ ſub meatu vrinæ. [l] Virga vero eſt membrum inſtrumentale, generatum ex membris ſingularibus,ligamentalibus,& neruoſis,& venoſis, & carnoſis. Et principium originis eius eſt corpus [m] ortum ex oſſe pectinis,ligamentale, plurimæ concauitatis,latæ quãuis ſit generatũ in pluribus diſpõnibus coopertum. Et ideo,quod ipſum repletur [n] ventoſitate: fit erectio. Et currunt ſub hoc corpore arteriæ plures,dilatatæ ſupra hoc, quod conuenit quantitati huius membri. Et aduenient ei nerui ex ſpondylibus caudę,licet nõ ſint ſubmerſi ſubmerſione plurima in ſubſtãtia eius.Et ipſi nõ ſunt niſi nerui quorum ſubſtãtia eſt ligamentalis, priuati ſenſu.Et nerui ex quibus erigitur apud G.alij ſunt à neruis mollificatiuis,ex quibus mollificatur.Et tu quidẽ iam [o] ſciuiſti lacertos proprios virgę in ca.lacertorum.Et in virga ſunt meatus tres.ſ. meatus vrinę,& meatus ſpermatis,& meatus alguadi.Et ſcias,q; virgę aduenit virtus erectionis,et ventoſitas à corde:& aduenit ei ſenſus ex cerebro & nucha:& aduenit ei ſangu.ęqualis, & deſiderium ex hepate. Et deſide H
rium naturale qñq; fit ei propter communitatem renũ,& apud me principium eius eſt ex corde.

*De cauſis erectionis.* *Cap.* 2.

ERectio accidit propter tenſionẽ nerui concaui,& quę ſequuntur eum latitudinaliter, & lõgitudinaliter propter illud,quod effundit ad ipſam [p] de ventoſitate forti, quã defert ſpũs deſideratiuus,ſpiſſus cũ quo incedit ſang. plurimus,& ſpũs groſſus. Et propter illud accidit cum ſomnus eſt,ex [q] calefactione arteriarũ,quæ ſunt in membris ſpermatis, & attractione vẽtoſitatis,& ſpũs,& ſang.ad ipſam,vt erigaſ.Et de illis,quę adiuuãt ad hãc erectionẽ, eſt omne in quo eſt humiditas extranea pręparata ad hoc, vt cõuertatur in ventoſitatem, pręparatione non facili:& nõ põt digeſtio prima cõuertere eã in ventoſitatem,& finire illud, quod ex ea cõuertit in ventoſitatẽ,& reſoluere ipſam reſolutione veloci:immo figitur vel moraſ vſq; ad digeſtionem tertiã: Illic. n. inflaſ, & [r] vſus coitus confortat hoc mẽbrum,& facit ipſum lacertoſum,& ingroſſat ipſum:& dimiſſio eius liquefacit,& arefacit.Operatio nãq; queadmodum dixit [s] Hip.ingroſſat, & operationis eius dimiſſio liquefacit.Et [t] cauſa quidem deſiderij,& motus eius aut eſt meditatiua,aut eſt propter multitudinem [v] ventoſitatis in ſang.ex quo gñatur ſperma,& ex quo nutritur inſtrumentũ virgę:quare inflatur, & eri

A Li.15.aïal.c.1.
B Li.1. F.1.d.5.c.1. & G.li.14.de v.p.c. 13.b,& lib.1.de ſeie c.16.a
C Gal li.9.de v.p. c.4.e,& li.14.c.10. g,& li.16.c.10.e, & li.1.de ſeie.c.12.f
D Ga.li.14. de v.p. c.10.h
E G.li.de diſſectl. vuluæ.c.9.c,& li.1. de ſeie.c.17.f,& li. 14.de v.p.c.10.g
F F.13.t.1.c.1.
G F.1 d.5:c.1.
H † pãniculus tegẽs vaſa ſpermatis
I Li.1.F.1.d.5.ſum. 4.c.5. & ſũ.5.c.5. & G.li.14.de v.p.c.7.f
k G.l.14.de v.p.c. 7 g
L G.l.15. de v.p.c. 1.&.2.&.3.& l.6.lo. af c.6.h
M G.l.15.de v.p.c. 2.g
N G.li.de motib. manifeſtis. fo.68.a & li.6.lo.af.c.6.h,e
O L.1.Fẽ.1.doct.5. ſũ.5.c.25.
P Ca.15.
Q Ga.li.6. loc. af. c.6.fo.41.e
R F.21.t.1.c.1. & Ga.6.lo.af.c. 6. fo. 48.g,h
S de chirurgię officina 534.2.
T G.de moti.m1. 67.d,g,h
V Ga.6.lo. af.c.6. fo.47.h



A & erigitur,& fit propter illud, quod mouetur ex deſiderio propter præparationem membri ad illud:& qm tenſio facit accidere mordicationem. Et iterum cum congregatur ſperma in membris coitus, & multiplicatur inquirit ſeparationem ex ipſis & mouentur materiæ in ipſis. Et qñq; fit erectio propter mordicationem materiæ ſtantis in [a] glandulis poſitis in duobus lateribus orificij veſicæ: aut materiei tenuis ſubtilis venientis ad eam ex renibus, ſicut fit propter motum ſpermatis ipſius,cum acuitur,& multiplicatur & mordicat,& tenſionem facit.

*De cauſis ſpermatis.* *Cap.* 3.

SPerma [b] eſt ſuperfluitas digeſtionis quartæ, quæ fit cũ diſpertitur cibus in mẽbris reſudando à venis, tertia digõne iam expleta. Et eſt de ſumma humiditatis proximæ tẽpori coagulationis, ex qua nutriuntur membra radicalia vtpote venæ, & arteriæ, & ſimilia illis. Et qñq; reperiſ de ea plurimũ ſparſum in venis,ad quod iam pceſſit digeſtio quarta, & remanſit vt nutriãſ ipſo venæ: aut puenit ad mẽbra homogenea, & nutriuntur cũ ea pter quod neceſſaria ſit magna alteratio illius:& propter illud prouenit ſperma ex eo ad ipſos. [c] Et apud [d] Gal. quidem, & medicos maſculo & fœminæ ſimul ſunt duo ſemina,de quibus ambobus dicitur nomen ſpermatis, non cõitate nois tm̃,ſed vniuoce.Et in vnoquoq; duorum ſe.eſt virtus formandi, & virtus recipiendi formã ſimul. Verũ ſemen maſculinũ eſt fortius in virtute à qua eſt inceptio formationis iuſſu Dei. Et ſe.fœmini
B num eſt plurimũ in virtute à qua eſt principiũ recipiendi formã. Et ſperma quidẽ maſculi expellit prope matricem et:quare deglutit ipſum os mricis attractione vehementi.Et ſperma qdem mulieris expellit ab interiori matricis ex vaſis & venis ad locũ cõceptionis. Sapiẽtum vero philoſophorum cũ intentio cõprehenditur,eſt cõcluſio,q; [e] in ſpermate maſculi eſt principium formationis:& q; in ſpermate fœminæ eſt principiũ recipiendi formã in re propria ipſius. Virtus. n. formatiua in ſpermate maſculi intẽdit in formando ad ſimilitudinẽ eius à quo ſeparatum eſt, niſi ſit aliqd, quod impediat, & phibeat. Et virtus informatiua in ſpermate mulieris intẽdit in recipiendo formam,ad hoc quod recipiat eã ſm ſimilitudinẽ eius à quo ſeparatum eſt. Et nomen quidẽ ſpermatis cum de eis duobus dicit,eſt per cõitatem nois, vt cõponatur intẽtio aggregans rem diſtinctã in intentione. Nã in intẽtione qua noiatur expulſio viri ſpermatica, non noiatur expulſio fœminæ ſpermatica. Et vere quidem.Nã ſperma viri eſt calidum,digeſtum,ſpiſſum.Et ſperma fœminæ eſt genus ſang. mẽſtrui,digeſtum parumper,& cõuerſum parum: & nõ elongat à ſanguineitate elõgatione ſpermatis viri. Et,ppter hoc aſſimilauerunt ipſum philoſophi antecedentes menſtruo. Et dixerunt, q; ſperma maſculi qñ permiſceſ, operaſ cum virtute. & non eſt corpulentiæ eius plurimus introitus in fortificando vel gñando corpulentiã corporis infantis. Illud.n. eſt ſpermatis mulieris & ſangui. menſtrui.Immo plurimum ſtudij ſui vel intẽtionis eius eſt in corpulentia ſpũs infantis: & [f] non eſt
C niſi ſicut coagulum agẽs in lacte. Sperma aũt mulieris eſt fundamentum corpulentiæ corporis infantis.Et vnũquodq; amborum exuberare facit, quod gñat ſang.calidum & humidũ, & ſpirituoſum.Cognitio vero certitudinis vnius harũ duarum intẽtionum ptinet ad ſciam naturalem: & nõ nocet medico ignorantia eius. Et nos qdem iam expoſuimus diſpõnem in ea in libris nrĩs radicalibus.Et [g] Hip. quidem dixit in ſuis intẽtionibus, q; plurimum materiei ſpermatis eſt ex cerebro: & q; deſcendit ex duabus venis, quæ ſunt poſt ambas aures. Et propter hoc [h] abſcidit pblebotomia ambarum gñationem,& facit incurrere ſterilitatem. Et eſt ſang. earum lacteus & contiguatæ ſunt nuchæ.vt non elongentur à cerebro:& quæ ei ſimilantur ſpatio longo, quare alterarẽtur cõplexio illius ſang.& conuertetur, imo perueniunt ad nuchã, deinde ad renes, poſtea ad venas,q̃ veniunt ad teſticulos.Et [i] Gal. qdem non ſciuit an faciat incurrere inciſio harum duarum venarum, ſterilitatẽ,an non, Mihi vero vr̃,q; non oportet vt ſit ſperma ex cerebro ſolo,quãuis eius fermentum ex cerebro ſit.Et eſt verum,quod dixit [k] Hip.de eſſe duarum venarũ:imo oportet vt ſit ei ex oĩ membro principali fons, & vt ſit ex mẽbris alijs reſudatio ẽt ad iſtas radices. Et,ppter illud eſt [l] aſſimilatio.Et propter hoc gñatur ex mẽbro diminuto mẽbrum diminutum, licet illud non fiat dum non ſunt adhuc venæ dilatatæ cum pubertate, & nõ excitaſ appetitus vltimus cum digõne cõpleta. Et ſperma qñq; expellit ventoſitas permiſta ei: & neceſſe eſt vt præcedat exitus eius exitum illius.

D *De ſignis complexionis calidæ membrorum ſpermaticorum.* *Cap.* 4.

SIgna complexionis calidæ ſunt apparitio venarum in virga,& pelle teſticulorum, & groſſitudo eius, & aſperitas ipſius, & [m] velocitas ortus pilorum ſuper pectinem, & quę ſequuntur ipſum,& aſperitas,& multitudo, & ſpiſſitudo ipſorum, & velocitas [m] aladarach.i.velocitas euentus ad hoc,q; poſſit coire, ſeu velocitas pubertatis. Et qui vult cognoſcere cõplexionem ſui ſpermatis rectificet regimẽ,deinde attendat colorẽ ſui ſpermatis. Signa complõnis frigidæ, ſunt cõtraria illis ſignis. Signa complexionis humidæ ſunt ſubtilitas ſpermatis,& [m] multitudo eius, & debilitas erectionis.Signa cõplexionis ſiccæ,ſunt contraria illis ſignis,et qñq; egreditur ſperma in ipſa filoſum.

*De ſignis complexionis calidæ & ſiccæ.* *Cap.* 5.

SVnt [n] ſpiſſitudo ſubſtãtię ſpermatis,& anteceſſio deſiderij coitus & eius expulſio apud quemlibet amplexum vel coitum, & [n] quod impræguat plurimum, & efficit maſculum, & eſt deſiderium vehemens, & velox, & eius erectio eſt fortis: [n] veruntamen abſcinditur à coitu iterum velociter,quod ſi ſuperfluat caliditas & ſiccitas, erit parum aquæ, & parum deſcenſionis cum velocitate erectionis. [n] Pili vero, qui ſunt ſuper pectinem, & anchas, & qui ſunt inter eas, ſunt in calida & ſicca plures ſpiſſi.

A Gal.14. de v. p. c.9,& c.11,b
B Li.15. de aïalib. 4.
C Lib.1.F.1.do.5. c.
D 1. de ſemine, c.1,d,e
E 15. aïali. c. 3. & G.de ſemine.c.1.
F li.1. F.1.d.5.c.1. & Ariſt.1. de gñoneaïal.c.4.
G De aere, aqua &loc.c.11.h
H Fẽ.21.t.1.c.8.
I lib.1.F. 4. c.10.
K Lib. de aere, & aqua,& loc.c.11.h.
L Ariſt.1.de gene. aïal.c.17.
M Gal. art.medi. c.45.
N Ga. art. medic. c.46.

*De ſignis complexionis calidæ & humidæ.* Cap. 6 E

EST pluris ſpermatis quam calida & ſicca, ſed [a] eſt pauciorum pilorum, & minus imprægnans, & [a] vehementioris fortitudinis ſuper coitum plurimum, & non eſt pluris deſiderij, & erectionis, & [a] lęditur à dimiſſione coitus ſuperflua, & [a] eſt plurimæ pollutionis, & velocis deſcenſionis.

*De ſignis complexionis frigidæ & humidæ.* Cap. 7.

SVnt paucitas vel priuatio pilorum circa partes pectinis, & [b] tarditas deſiderij coitus, & [b] tenuitas ſpermatis, & [b] paucitas imprægnationis, & tarditas ortus pilorum, & paucitas eorum.

*De ſignis complexionis frigidæ & ſiccæ eorum.* Cap. 8.

SVnt [c] groſſitudo ſpermatis, & [c] paucitas eius, & eſt diuerſa à calida & humida in modis oībus.

*De ſignis complexionum innaturalium.* Cap. 9.

SVnt accidētia ſigna, q̄ accidunt naturę dū non fuerint prius: & ſigñat earū diſtinctionē ſenſus.

*De iuuamentis coitus.* Cap. 10.

COitus bonus eſt ille, qui fit in hora quā ſuperfluitatum ſequitur euacuatio: et [d] alleuiat corpus, & pręparat corpus ad augmentū ſicut cū de cibo poſtremo ſumitur aliquid, quaſi delegatum mouetur natura vt reſtauret motu forti, quē ſequitur impreſſio fortis, & adiuuat eā illud, quod eſt in huiuſmodi de cōſecutione. Et qñq; ſequitur ipſum expulſio cogitationis dominantis. & [e] acquiſitio audacię: & [f] edomatio irę ſuperfluę: & acquiſitio grauitatis. Et [g] ipſe quidem confert melancholię, & pluribus ęgritudinibus choleræ nigrę: propterea, ꝙ lętificat, & propterea ꝙ expellit fumū F ſpermatis aggregatū à parte cerebri, & cordis. Et cōfert doloribus renum repletorū, & [h] ægritudinibus phlegmatis omnibus, proprie in eo cuius caliditas innata eſt fortis, quā non diminuit exitus ſpermatis: & propter hoc requirit appetitus cibū. Et qñq; abſcindit materias apatum accidentium in partibus inguinum, & teſticulorū. Et oēm cui adueniunt apud dimiſſionē coitus & conſtrictionē ſeu conculcationē ſpermatis, tenebroſitas viſus, & vertigo, & grauitas capitis, & dolores emunctoriorum, & ancharum, & apata eorum coitus, qui tpatus eſt, ſanat. Et plurimorū quorum complexio requirit coitū, cum ipſum dimittunt, infrigidatur corpus, & malignę fiunt diſpōnes eorum. & cadit appetitus cibi, ita vt ipſum etiā non recipiat, & expellat eum vomitu. Et [i] oēm in cuius corpore eſt vapor fumoſus, plurimus coitus alleuiat ab ipſo, & confert ei: & remouetur ab eo, quod timet de nocumēto coarctationis vaporis fumoſi. Et [k] qñq; accidit viro ex dimiſſione coitus, & abūdantia ſpermatis, & frigore eius, et conuerſione ipſius ad venenoſitatem, vt mittat ſperma ad cor et cerebrum vaporem malum venenoſum, ſicut accidit mulieribus ex coarctatione ſpermatis pręfocatio matricis, & minores diſpoſitiones illius nocumenti: & antequam ſpargatur vel augmentetur venenoſitas, ſunt grauitas corporis, & frigiditas eius, & difficultas motuum.

*De nocumento coitus, & diſpoſitionibus eius, & malitia figurarum.* Cap. 11. G

COitus [l] euacuat de ſubſtātia cibi poſtremi, quare debilitatem affert, cuius ſimile aliæ non afferunt euacuationes: & euacuat de ſubſtantia ſpūs rem plurimā, propter delectationem, & propter illud, qui plus delectātur, plus ſunt cadentes in debilitatē. Et coitus quidem velociter facit peruenire illum, qui plurimū eo vtitur ad infrigidationē ſui corporis et exiccationem eius & reſolutionem caliditatis innatę, et mortificationē virtutis, & pręparat ipſum in primis ad caliditatem fumoſam extraneā, adeo donec multiplicētur ſuper ipſum pili: deinde ſuccedunt ei infrigidatio cōpleta, & [m] debilitas ſenſuum viſus, & auditus, & accidunt cruribus eius tepor, & dolor: quare non forſitā ſuſtinet onus ſui corpis. Et [n] qñq; ſimilat̄ diſpoſitio eius epilepſię occultę propter illud. Et qñq; ſuperat ſup ipſum cholera, deinde melancholia, & accidit ei vertigo à debilitate. Et [o] vr̄ ei, quod fit inceſſus formicarum in mēbris ſuis incipiens à capite ſuo vſq; ad finē dorſi. Et [o] accidit ei tinnitus. Et [o] multoties accidunt ei fe. acutæ adurentes cū quibus moriuntur. Et qñq; adueniunt ei [p] tremor, & debilitas neruorū, & vigiliæ, & prominētia oculorum ad exteriora etiā, ſicut accidit in ſeparatione animę à corpore: & accidit ei caluitiū & ęgritudines frigidę, & dolor dorſi, & renū & veſicę. Dorſum vero igneſcit prius, quare attrahit materiā doloris ad ipſum, & reſtringitur eorum natura. Et [q] qñq; facit incurrere colicā: & facit accidere eis fœtorē, & [r] fœtet eorum os, & [r] carnes gingiuarum. Et [s] in illis in quorū corpore ſunt humores mali, cholerici, mouetur poſt coitū [t] horripilatio. Et [u] in H cuius corpore ſunt humores putridi, procedit poſt coitum ex eo odor fœtidus. Et ei, qui eſt debilis digōnis, accidit poſt coitum rugitus. Et de hoībus eſt, qui eſt paſſus cōplexionem malā, & dimiſſio coitus contriſtat plurimū, & grauat corpus eius, & caput ipſius, et rixatur, et multiplicatur pollutio ipſius: & ſi eſt ei obediēs, debilitatur ſtomachus eius, & deſiccatur. Et de hoībus dignior alienatione coitus eſt ille, cui aduenit poſt ipſum tremor, aut frigus, aut conſtrictio anhelitus occulta, & pulſus cordis, & profunditas oculorum, & deſtructio appetitus cibi: & cuius pectus eſt infirmum, aut debile, eſt debilis ſtomachi. [x] Dimiſſio. n. coitus eſt conuenientior res ei, qui habet ſtomachum debilē. Et deuitent ipſum de mulieribus illæ, quę abortū patiuntur. [y] Et in coitu quidē ſunt figurę malæ, ſicut ſi aſcendat mulier ſuper virū. Figura. n. in coitu illa eſt mala, ex qua timet̄ [y] ramex, et [y] inflatio, & vlcera virgæ & [y] veſicæ, propter laborē eiectionis ſpermatis: & dubitatur ſi currat aliquid in virgam ex parte mulieris. Et ſcias, ꝙ retentio ſpermatis & prętermiſſio eius eſt mala valde. Et [z] qñq; perducit ad occultationē vnius duorum ouorū. Et [a] oportet ne coitus fiat neceſſitate fęcis, aut mingēdi mota: neq; cum exercitio & motu, aut poſt paſſionē aīalem fortem. Et [b] coitus quidē cum infantibus eſt fœdus apud multitudinē gentiū, & prohibitus in lege. Et eſt ex parte nocibilior, & ex

parte

A G. art. med. c. 47
B G. art med. c. 48
C G. art. med. c. 49
D G. art. medic. c. 86. e, f, et Paul. li. 1. c. 35.
E Raſ. 24. con. t. 3. c. 1. 274. 2.
F Paul. lib. 1. c 35.
G Pau. lib. 1. c. 35. & oppoſ. F. 1. t. 4. c. 20
H Ga. com. 5. in. 6 de morb. vul. 23. f & Paul. lib. 1. c. 35. & Halya. 5. the. c. 36. fo. 39. 2
I G. cōmē. 5. in. 6. de morb. vul. 26. b
k Ga. 6. loc. affe. c. 5. f, g, & Raſ. 24. cō. t. 3. c. 1. 274. 1.
L Ga. 1. de ſemine c. 16. d
M Fen. 3. t. 1. c. 5. & Raſ. 24. con. t. 3. c. 1 274. 2. & 273. 3. & 4. & 275. 3. & 2.
N Ga. cōm. 1. in. 3. de morb. vulga. 4. fo. 130. d
O Raſ. 24. conti. t. 3. c. 1. 273. 4.
P Raſ. 275. 1. & G. cōm. 1. in 3. de mor. vulg. 2. d
Q Raſ. 24. cont. t. c. 275. 4.
R Aet. l. 1. ſer. 3. c. 8.
S Raſ. 274. 2.
T Fē. 1. t. 2. c. 10. & lib. 4. Fē. 7. t. 3. c. 7.
V Raſ. ibi. & Halya. 5. theo. c. 36. fo. 39. 2
X F. 13. t. 1. c. 36. & G. cōmen. 1. in. 3. de morb. vul. 130. c, & Raſ. 274. 1
Y Raſ. 275. 1
Z Haly. 5. the. c. 36
A Raſ. ibi. 275. 2.
B Raſ. 277. 3. 4.



A parte minus nociuus. & ex parte quidē, [a] quia natura indiget in ipſo motu plurimo vt educat ſperma, eſt nocibilior, [b] ſed ex parte alia qm̄ ſperma non expellitur cū eo expulſione plurima, ſicut fit in mulieribus, eſt minoris nocumēti. Et comitatur ipſum in iudicio eius actus coitus abſq; vulua.

*De horis coitus.* Cap. 12.

OPortet [c] ne coitus fiat ſuper repletione: prohibet. n. digeſtionem, & facit cadere in ægritudines, quas efficit motus ſuper repletionē caſu velociori, et difficiliori vel fortiori: & [c] ſi accidat alicui illud, tūc oportet vt moueat̄ poſt ipſum paulatim vt deſcēdat cibus in ſtomacho & nō natet, deinde dormiat quantū poteſt. Et non coeat aliquis, cū adeſt vacuitas iterū. hoc. n. eſt nocibilius & oneroſius naturæ, & magis minuens calorem innatum, & magis attrahens liquefactionē, & hecticam, & areſactionē: immo oportet vt fiat cū cibus deſcendit à ſtomacho, et cōpletur digeſtio prima & ſecunda, & media eſt diſpoſitio in digōne tertia: & hoc diuerſificat̄ in hoībus. non ergo audiendus eſt ſermo eius, qui dicit, oportet vt fiat illud poſt cōplementū digeſtionis ex omni modo. Illa. n. hora eſt hora vacuitatis, immo in hora cum corpus incipit ſugere, et in omnibus membris ſunt reliquiæ cibi in via digeſtionis. [d] Nā de hominibus eſt, qui eſt in huiuſmodi diſpoſitione in principijs noctis, quare fit illa conuenientior horarū coitus ei ex iſtis modis prædictis: & ex parte alia, & eſt, ꝙ ſomnus longus ſuccedit ei, & accreſcit cum eo virtus, & figitur aqua in matrice propter ſomnum B mulieris. [e] Et oportet ne coitus fiat niſi à deſiderio ſano, quod nō excitat aſpectus, aut intuitus, aut pruritus, aut ardor: ſed commouet ipſum multitudo ſpermatis ex repletione: & adiuuat totū illud ſanitas virtutis. Et [d] oportet vt vitetur coitus poſt ſatietatem nauſeatiuā, & poſt euacuationes fortes ex vomitu, & fluxu ventris, & cholirica paſſione, & diarrhœa facta ſubito, & [e] motus corporeos & animales, & apud motum vrinæ, & ſtercoris, & [f] phlebotomiam. [g] Diarrhœam vero antiquam qñq; alleuiat ſua exiccatione, & trahēdo materias ad partem aliam à parte inteſtinorum. Et oportet vt deuitetur [h] in tempore, & regione calidis. Et [i] deuitet ipſum vir corpore ſuo iam calefacto, aut infrigidato, licet poſt calefactionem ſit incolumior, ꝙ̄ poſt infrigidationem: et ſimiliter poſt humiditatem melior, ꝙ̄ poſt ſiccitatem. Et [l] melior horarum corporibus temperatis eſt hora, quæ iam eſt experta, ꝙ quando quis vtitur eo in ipſa poſt tempus dimiſſionis coitus inuenit leuitatem, & alleuiatur anhelitus, & bonus fit ſenſus.

*De ſpermate generante, & non generante.* Cap. 13.

SPerma [k] ebrij, & [l] decrepiti, & infantis, & multi coitus non generat. Et ſperma habentis mēbra læſa raro generat ſanū. Et cum prolongatur virga valde, prolōgatur ſpatiū motus ſpermatis: quare venit ad matricem calore eius innato iam fracto, non ergo generat ſecundum plurimum.

*De ſignis eius qui coiuit.* Cap. 14.

C VRina [m] eius eſt habens filos, & ramos permiſtos adinuicem.

*De diminutione coitus.* Cap. 15.

CAuſa aut eſt in virga ipſa, aut in mēbris ſpermatis, aut in mēbris prīcipalibus, & quæ ſequuntur ea, aut in membro medio inter principalia & mēbra coitus, aut cauſa membrorū vicinorum propria eis: aut propter paucitatem inflationis in inferioribus corporis: aut paucitatem eius in corpore toto. Facta autem cauſa virgæ ipſius eſt propter malitiā complexionis in ipſa, & [n] mollificationem ſuperfluam. Sed facta cauſa teſticulorum, & vaſorum ſpermatis: [o] aut eſt propter malitiam complexionis frigidæ ſingularis ſuperfluæ, [n] aut cū ſiccitate: & eſt deterior, aut eſt dominans ſiccitas ſola. Et [n] qñq; eſt propter paruitatem motus ſpermatis, & defectū eius à mordicatione excitante, [p] ita vt quandoq; fit in quibuſdam ſperma plurimum, & cum coeunt nō deſcendit propter congelationem ſuam, & poluuntur cum hoc in nocte, qm̄ vaſa ſpermatis calefiunt in eis in nocte: quare calefit ſperma, & ſubtiliatur. Facta autem cauſa membrorum principalium, aut eſt ex parte cordis: quare abſcinditur materia ſpiritus, & vētoſitatis facientis erigere, aut ex parte hepatis, quare abſcinditur materia ſpermatis: aut ex parte cerebri, quare abſcinditur materia virtutis ſenſibilis: aut ex parte renum, & frigore ipſorum & extenuatione ipſorum, & ægritudinibus eorum notis, & complexionibus eorum: aut ex parte ſtomachi propter malitiam digeſtionis: & totum illud aut D eſt cauſa debilitatis principij, aut cauſa oppilationū meatuū inter membra coitus. Et [q] multoties quidem eſt debilitas facta cauſa cerebri ſequens caſum, aut percuſſionē. Cauſa vero, quæ eſt ſecundū inferiora, eſt vt ſit aut caliditas, aut frigiditas valde, aut ſiccitas complexionis, & priuetur in eis inflatio. Et [n] inflatio quidē eſt bonus adiutor ita, vt in illo in cuius ventre multiplicat̄ inflatio abſq; ſuperfluitate doloroſa, erigatur. Et [r] habentes choleram nigram ſunt plurimæ erectionis propter multitudinem inflationis ipſorum. Cauſa autem in vicinātibus eſt, ſicut illud, quod accidit ei cuius hæmorrhoides inciduntur, & habentibus anum doloroſum: nocet enim illud neruis cōmunibus inter anum & lacertos eius & virgam. Et ex eis, quæ debilitant coitum, & virtutem eius ſunt res meditatiuæ, ſicut horribilitas coeundi, [n] aut verecundia eius, aut anteceſſio intellectus ad cor, ꝙ ſit debilis in coitu & deficiat: & proprie cum illud aliqua hora acciderit, tūc quoties euenit reiteratio, aſſimilatur illud in mente. Et [n] fit cauſa in illo quandoq; dimiſſio coitus, & ꝙ anima obliuiſcitur eius, & conſtrictio membrorum ab eo, & paucitas præparationis naturæ in generatione ſpermatis: ſicut non eſt ſolicita in generando lac in mamilla remouentis filium à lacte. Et [s] ſcias, ꝙ erectionis cauſa eſt ventoſitas procedens à ſpermate, aut non à ſpermate. Et [t] frigus, & calor ſimul ſunt contraria ventoſitati: nam frigus eius prohibet generationem: & calor reſoluit materiam eius: &

A Raſ. 24. con. t. 3. c. 1. 277. 3.
B Raſ. ibi, 277. 4.
C Raſ. 24. con. t. 3. c. 1. 274. 4.
D Paul. lib. 1 c. 35.
E Halya. 5. theo. c. 36.
F Raſ. t. 4. c. 17.
G Paul. lib. 3. c. 35.
H Raſ. 24. con. t. 3. c. 1. 275. 3.
I Gal. art. medic. c. 86. f
K Gal. 11. de. v. p. c. 10. b.
L Aeti. li. 4. ſer. 4. c. 26.
M Li. 1. F. 2. do. 3. ſū. 2 c. 3. & c. 10. & Raſ. 31. conti. t. 9. 460. 1.
N Raſ. li. diuiſio. c. 79.
O Hipp. & Gal. 5. apho. 62. f, g
P Cap. 16. & Raſ. lib. diuiſi. c. 79.
Q Raſ. 24. cōt. t. 3. c. 1. 275. 4.
R Cap. 25. & Ariſt. 4. proble. 31.
S Cap. 2.
T Fē. 13. t. 5. c. 1.

non eſt, quod ipſam generet, ſicut humiditas tẽperata, & caliditas, quæ ſit ſm ipſius quantitatẽ. Et E de illis, quæ adiuuãt in hoc, eſt [a] equitare equos ſm intentionẽ eius, qui cõſueuit, & cuius renes, & quæ eis vicinanť ſunt humida, aut cũ hoc ſunt frigida. Illi vero, qui renũ cõplexionẽ ſiccam & calidam habet, & non vſus eſt ea etiam cum æqualitate, eſt nociua, & facit incurrere ſterilitatem.

A Raſ.24.con.t.3. c.2.275.4.

*De ſignis.* Cap. 16.

FActa aũt, ꝑpter mollificationẽ virgæ, aut frigus cõplexionis nerui, cognoſcitur ex hoc, ꝙ [b] nõ fit erectio. Et nõ cõtrahitur in aqua frigida. Et qñq; eſt ſperma exuberans facilis egreſſionis. Et qñq; deſcendit ſine erectione. Et qñq; eſt cum ea extenuatio corporis, & debilitas eius, & nõ eſt in deſiderio diminutio. Facta vero cauſa teſticulorum, & membrorũ ſpermatis, ſi fuerit difficultas eius propter frigus eorum, ſignificat difficultas exitus ſpermatis non ex paucitate, & frigiditas tactus. Quod ſi fuerit propter ſiccitatem eorum, & paucitatem ſpermatis, [b] tunc ſperma erit paucũ, difficilis deſcenſionis: & plurimũ eius eſt cũ extenuatione corporis, & paucitate carnis, & ſanguinis. Et eſt humectatio ex eis, quæ conferunt ei: ſcilicet ex balneationibus, & cibis. In facta aũt cauſa membrorum præpoſitorum ſupra membra coitus, ſicut ex hepate, & renibus, minoratur appetitus: immo non eſt digeſtio, neq; appetitus, neq; generatio ſang. ſm ꝙ oportet. Et ſi fuerit ex corde, minorabitur erectio. & qñq; erit deſcenſio ſine erectione, & erit pulſus debilis, lenis, et caliditas corporis diminuta. Et ſi fuerit ex cerebro, minorabitur ſenſus motus ſpermatis, & non erit commotio F requirens coitum cum eo, quod excitat, & ſignificabunt ipſam diſpoſitiones ſenſus: & oculi proprie qñ eſt poſt percuſſionem: aut caſum aduenientem cerebro. Et cuilibet cuius [c] hepar & [d] cor & [e] cerebrũ eſt debile ſunt ſigna iam ꝑterita. Et renibus in ægritudinibus ſuis ſunt [f] ſigna: cognoſcantur ergo illic. [b] Factæ vero propter paruitatem inflationis in inferioribus ſigna ſunt, qm̃ vides virtutes membrorũ ſaluas, & vides debilitatẽ in erectione tm̃, cũ virtute cordis & hepatis & renum, et deſiderio, & aqua: & qñ adminiſtrantur inflatiua, iuuatur eis. Factæ vero cauſa paruitatis motus [b] ſpermatis, & paruitatis mordicationis eius, ſignum eſt, ꝙ egreditur apud coitum res plurima congelata, & plurimum illius ſequitur complexionem frigidam. Et [g] qñq; contingit vt ſit ſperma plurimum, ſed ſit quietum congelatum, ſm ꝙ diximus. Et [h] pinguis quidẽ magis defectus eſt à coitu, quàm extenuatus. Et ei, qui vult coitus [i] multitudinem, conuenit vt minoret ſudorem, & balneationem facientem ſudare, & dimittat phlebotomiam quantum poteſt, & vtatur inunctione pedum cum oleis calidis. Illud enim confortat renes, & vaſa ſpermatis.

B Raſ.lib.diuiſio. c.79.

C Fen.14. t.2. c.2.
D Fen.11.t.2.c.2.
E Fen prima
F Fen. 18. t.1.c.5.

G Cap.15. & Raſ.
H Aeti.li 4.ſer.4. c.26.& Raſ.24.cõt. t.3.c.1.274.3.4.
I Raſ.24.cont.t.3. c.2.275.3.

*Curationes.* Cap. 17.

CVm ergo cognoueris, ꝙ cauſa eſt in membris principalibus, tũc neceſſariũ eſt, vt intendas in curatione eorũ. Et ſi cauſa eſt frigus eorum, quod eſt plurimum, tunc nõ eſt aliquid, quod ſit ſicut mithridatum, qm̃ eſt fortius medicamẽ ad illud, & in oĩ defectu à coitu propter frigus in quo G cunq; mẽbro ſit, aut propter debilitatem in hepate, tunc dentur, quæ ſunt ſicut medicamẽ de [k] curcuma, & [k] homoruſia, et ſazanea. Et ſi eſt propter malitiã digõnis ſtomachi, conforta ſtomachum. Et ſi cauſa eſt in renibus, cura renes in primis cũ cura, quæ eſt eorum, cuius plurimum eſt cũ calefactione: nã calefactio dorſi & renũ iuuatiua eſt in erectione. Cum ergo feceris illud, cura cũ reſidua curatione, & odoribus bonis. Et [l] caputpurgia odorifera, humectatiua, cõferunt cordi, & cerebro etiã, & [m] cordi medicamen [n] de muſcho, & theriaca, & mithridatũ. Et ſi fuerit cauſa paucitas inflationis in inferioribus, tunc ſi fuerit cauſa eius vehemẽs frigus, quod eſt cum eis, adminiſtra fricationẽ ſubtilem & vnctiones quas dicã, & adminiſtra cinnamomũ plurimũ: & adminiſtra grana in cibis, ſicut [o] fabas, & faſeolos, & cicer, & cepas cum [o] ſale in quo aliquid cadit [*] altit. Et ſi cauſa fuerit in paucitate inflationis calor, adminiſtra infrigidationem, & æquationem cum tinis & vnctionibus, & epithematibus, & cibis, & ſumantur ea in quibus eſt infrigidatio & inflatio, ſicut pira, & mora ſcenia, & fabæ, & lac nouiter mulctum, & almaſet.i.lac coagulatum dulce. Et ſi cauſa fuerit debilitas corporis, [o] confortetur corpus cũ cibis confortantibus, ſicut ſunt aleſfidabegi, & ea, quæ præparata ſunt in patellis, & aſſata, & [p] † {alchiebabat} & [q] † {alherays,} & oua ſorbilia, & rapæ, & lac, & butyrum, & panis ſimilæ, & medullæ fructuũ, ſicut medulla amygdalæ, & nucis, et medulla nucis indicæ, & fiſticorum, & pinearum & granorũ viridium, & quæ ſunt ſimilia iſtis, aromati- H zata cum ſpeciebus & ſeminibus, & permiſta cũ cepæ, & menta, & porris, & fœnugræco, & andacocha, & eruca. Et ſilr̃ cõfortetur corpus cũ balneationibus neceſſarijs, & inũctionibus confortantibus, vt eſt oleũ de lilio, & oleũ de ben. Et ſi neceſſaria eſt ſuperflua calefactio, ponantur in eis muſchus, & caſtoreum, & alia. Quod ſi cauſa fuerit frigus membrorũ ſpermatis, curetur cũ medicinis calefacientibus, quas dicemus, & cũ vnctionibus vel linimentis calefacientibus. Et ſi fuerit cauſa cũ hoc ſiccitas, adiuueť cũ humectãtibus calidis, ex illis, q̃ comeduntť. Et ſi cauſa fuerit calor mẽbrorũ ſpermatis cũ ſuperfluitate, cõfert oẽ infrigidatiuũ, humectatiuũ cum æqualitate, ſicut almaſet.i.lac coagulatũ dulce, & lac in quo decocta eſt portulaca. Et ſi fuerit ſiccitas, tũc humectatio æqualis cũ balneatiõibus, & vitellis ouorũ ſorbiliũ, & lacte dulci decocto: & qñq; ponitur in ipſo quinta eius de tereniabin, et cibis ꝑparatis vt aleſfidabegi, & humectatione cũ oleis frigidis, vſq; ad oleũ de lactucis, & cucurbita. Et ſi cã fuerit ſiccitas, humecteť corpus cũ cibis, & gñibus lactis, & balneationibus, & vino ſubtili, & ſorbitionibus leuibus ex granis vel nucleis, & cum lætitia & tranqllitate vel ocio. Et ſi fuerit cã frigus neruorũ virgę, et eorũ mollificatio, curetur cũ cura, quæ eſt mollificatiõis & frigoris, ſicut quæ dicta ſunt in [r] cap. veſicæ. Et oportet vt deuitetur coitus poſt eũones, & labo-

K Raſ.24. con.t.3. c.2.279.1.

L Raſ.275.4.
M Raſ.279.1.
N Cap.18.

O Raſ. lib. diuiſ. c.72.

P † carnes aſſatę ſuper prunas,
Q † ferculum ex frumento.

R Fẽ.19.t.1.c. 22.





A rem, & apertionem exiturarum, & motus animales. Illud .n. debilitat coitum, & vt alienet coitum frequentem plurimũ, ꝙ ſi illud accidat ei, retineatur vel abſtineatur tp̃e aliquo. [a] Multitudo nãq; coitus qñq; abſcindit coitum. Et vt deuitet ſatietatem nauſeatiuam, ꝙ ſi accidat, alleuietur cibus, & fiat vt digeſtio bona ſit, & cõfortetur ſtomachus. & oportet vt minoretur potus aquæ: [b] multitudo enim potus aquæ eſt res nocibilior. & deuitet oẽ reſolutiuũ vẽtoſitatis, exiccatiuũ calore ſuo, ſicut ruta, & ſanſucus & harmel, & † {almarmacora,} & cyminum, & ſemen agni caſti, et oẽ exiccatiuum cũ frigiditate, ſicut lentes, & xylocaracte, & milium. & acetoſa, & ſtyptica propter exiccationem ſuam: & oẽ infrigidatiuum vehementis infrigidationis, ſicut narcotica, et ſicut [a] canphora, & pſyllium, & nenufar, & roſæ. Et ſemen papaueris, quãuis ſit in eo parum ſtupefactionis, tamen vnctuoſitate eius & cõmotione ventoſitatis quam ipſum cõmouet valet in hoc, & additur ſuper ipſum. Et [c] oportet vt deuitetur coitus menſtruatæ, & coitus [c] vetulæ, & ægræ, & coitus illius, quæ non coierit iam longo tempore, & coitus virginis. Totum .n. illud debilitat virtutem membrorũ coitus proprie. Et oportet vt referantur ei hiſtoriæ coeuntium, & libri deſcribentes de diſpoſitione coitus, & figuris ipſius: & cogitet in eis cum dimiſſione coitus omnino, etiam vſquequo cõfortet: & approximet iſtis deficiens à coitu propter dimiſſionem & continentiam animæ. Et oportet quidem vt iſti gradatim perueniant ad eum, & vtantur vnctionibus, & fricationibus, quas dice- B mus, & coram ipſis fiat rememoratio cauſarum coitus, & referantur, quæ continuantur eis, & reſpiciant ad coitum animalium. Regiminis vero appropriati nomini coitus plurimum eſt tendens ad calefactionem, & humectationem, & inflationem & calefactionem dorſi, & renum cũ eis, quæ illud efficiunt ex euaporationibus, & inunctionibus ſicut oleum de ben, & oleum de granis cotti calefactum. Ea vero, quæ ſumuntur appropriata nomine, ꝙ ipſa valentia ſint ad coitum, ſunt medicinæ conferentes frigori neruorum inunctæ, & bibitæ: & medicinæ in quibns eſt inflatio in digeſtione ſecunda, & tertia, & earum inflatio eſt cum humiditate extranea cum qua inflant. Et medicinæ, quæ agunt cum proprietate, & cibi, ex quibus generatur ſanguis calidus & humidus, abundans, & in eis cum hoc ſunt inflatio, & viſcoſitas, & ſpiſſitudo, ſicut cicer, & faſeoli, & cibi quos [d] dicam: & melior adminiſtratio eorum eſt vt ſit poſt balneum humidum, & inunctionem cum oleo ſambacino, & de lilio, & narciſino, aut ſimilibus. Et [e] ſorbeant oua ſorbilia ante cibum puluerizato deſuper ſale ſtinchi, aut quæ ſunt ſicut ipſe. Cumq; comedit cibos ad coitum, bibat poſt illud vinum odoriferum parumper: deinde pergat ad lectum ſuum, & abluat pedes ſuos aqua calida, & vtatur vnctionibus, & linimentis facientibus erectionem. Et nos dicemus nunc has medicinas, & cibos, & procedemus etiam ad loca eorum in eis, quæ cõueniunt diuiſionibus debilitatiuis coitus. Et ſcias, ꝙ plurimum fundamenti huius curationis eſt ſuper cibos: & ex eis prouenit exuberatio C materiei, & viuificatio virtutis. Et oportet vt conſideret ille, qui in coitu eſt cupidus, cum multum vtitur medicinis ad coitum corpus ſuum, ꝙ ſi videat febrem, & inflammationem, & repletionem fiat phlebotomia, & temperet naturam: deinde iteret ea, quæ ſunt ad coitum. Et non oportet vt ad ſummum perueniat in calefaciendo, & perducat ad deſiccationem. Et cum vtitur medicinis, & cibis ad coitum, tunc conſequenter ſumat cyathum plenum vino odorifero.

A Raſ.24.con.t.3. c.2.275.4.
B Fen.21.t.1.c.8.& Hip.de aere & aqs c.2.g,& Ra.24.cõ. t.3.c.2. 275.4.
† Herba ſancti Ioannis.

C Raſ.ibi.276.2.

D Cap.21. & 22.
E Raſ.279.1.
F Dioſ.li.2.c. 103. & Raſ.24.con.t.3. c.2.277.2.
G Dio.lib.4.c.79.
H Dio.li.2. c.134.
I Gal.6.de ſimpli. med.fac.46.a.b
k Dio.li.3.c.33.
L Raſ.24.con.t.3. c.2.277.3.
M Dio.lib.2.c.95.
N Dio.li.2. c.147.
O † ſeminis grana ti ſylueſtris,
P † fructus.i. dolcegini,
Q Raſ.277.2.
R G.de ſuc. bo.& vit.c.7.d.& Paul. li.1.c.35.
† cortex groſſus cinamomi.
S † folia oliuę idq.
T Raſ.t.3.c.39.
V Dioſ.lib.1.c.76.
X † ſeminis grana ti ſylueſtris,
Y Dioſ.li.2.c.158.
Z Ser.de ſimplic. c.113.
A Dioſ.lib.1.c.15.
B Dio.lib.3.c.122.
C Raſ.277.2.
D Raſ.276.1.
E † animal ſimile lacerto
*Infra* α
F Dio.lib.2.c.58.
G Raſ.278.1.
H † gallus
I † Piſces barbati
k † piſcis marin⁹,
L † piſces abſque ſquamis
M Cap.21.
N Aeti.lib.3.ſer.3. c.35.
O Cap.21.& Raſ. 278.2.
P Cap.21.
Q Raſ.ibi.276.1.

*De medecinis ſingularibus ad coitum.* Cap. 18.

SEmina quidem vt ſemen [f] raparum, & caulis, & [g] vrticæ, & lupini, & [h] eruca, & [i] bautiæ, et mẽtaſtrum hortulanum, quod eſt [k] menta, & ſemen aſparagi, & ſe.raphani, & ſemẽ alrathbe.i.faſfaſa, & ſemẽ melonis, & ſemẽ [l] apij, & petroſelini, & cordumeni & pipera.ſ.albũ & nigrũ, & piper longũ, & ſemen helbua.i.ſemen cardamomi minoris, & ſiſamum, & [m] ſemẽ lini, et grana alraſed.i. [n] naſturtij, & grana de ben, & oleũ eius, et grana [o] † {alkalkal, et grana [p] † {alzelẽ,} et [q] fœnugræcũ et proprie decoctum cũ melle: deinde exiccatũ. Grana vero ſunt ſicut [r] cicer, et [r] fabę, et faſeoli, et quæ ſunt eis ſimilia. Cortices aũt, et herbæ, ſunt ſicut † {cinnamũ} et cinnamomũ. et macis, et alhaſcech.i.tribuli et [s] † {thaliſfar.} Medullæ vero ſunt ſicut grana pineæ, et [t] lingua auium, et [u] grana viridia, et grana [x] † {alkilkil,} et fiſtici, et auellanæ. Gũmæ aũt ſunt ſicut dragaganthum, et aſſa, qm̃ eſt calida inflatiua valde: nã cum infrigidatus bibit de aſſa aure.i.cũ vino, magnificatur eius iuua- D mentum. Radices vero, et ligna ſunt, ſicut [y] radices alluf, et [z] been, et zedoaria, et [a] coſtus dulcis, et [b] teſticulus vulpis, Nã ipſe eſt fortis in erectione, et [c] aſparagi, et [c] radix cardi, et [d] cepæ, et proprie aſſatum, et ſquilla aſſata, et ſecacul, et zinzib. et proprie ambo cõdita, et galanga, et pyrethrũ, et radix haſcech, et aſſarũ, et buzeidẽ, et almugat, et hermodactyli, et alhabe barbariæ proprie: ipſi .n. cõmouẽt, ſicut caliditas vini in toto corpore, et cyperi etiã bibiti et vncti. Animalia aũt ſunt ſicut [e] † {dab et alurel,} α et [f] ſtinchus, et proprie radix caudæ eius, et eius ſumẽ, et renes ipſius, et ſal ipſius. [g] Sumatur [h] † {alurel} in diebus veris, et decoletur, et mundenť viſcera eius, et impleať ſale, et ſuſpendať in vmbra, donec exicceť. cumq; feceris illud, tũc accipe ſalẽ eius, et proijce corpus ipſius, et ſufficiet tibi de ſale eius res parua, & minus q̃ de ſale ſtinchi: et [i] † {algeri} et [k] † {almermaigi,} et [l] † {al chuſegi} de his, quæ oriuntur in aqua et piſces calidi, et lac camelinũ de quo bibať.xx. diebus omni die quantitas, quæ digeratur, et nõ grauet, et piſces parui fluuiales exiccati, et ſit doſis.ʒ.vij. et [m] oua piſciũ, et oua gallinæ, propriæ [n] oua perdicis, et oua columbæ, et oua paruarum auium: et oĩa [o] cerebella & proprie [p] columbinorũ et paſſerum, et anatis, et pullorum, et arietis cũ ſale: et de illis, quæ currunt curſu proprietatũ, eſt vt [q] ſumatur veretrum tauri, et exiccetur, deinde teratur, et puluerizetur de eo res modica ſuper oua ſorbilia, et ſorbeatur. Et iterum res mirabilis de animalibus eſt.

Sumatur coagulum filij cameli maſculi, parui exiccatum, & ſumatur de eo ante neceſſitatẽ.xij.ho E ris quãtitas ciceris diſſoluti in duabus tertijs lib.aquæ, & bibaẽ: ꝙ ſi lædit, abluatur cũ aqua frigida, & iterum de melle decocto ſumatur aqua mellis abſq; ſpeciebus, & bibatur cum oleis, & ſi eſt in ea parum croci eſt bona. [a] Aquæ vero ſunt ſicut aqua ferrea, mineralis & aqua in qua extinctum eſt ferrũ, & vinum nouũ, antiquum vero ſubtiliat vaporẽ, & reſoluit eum, & nocet. De fructibus vero, [b] vua dulcis eſt bona ad coitum & proprie, quæ recens eſt, qm̃ replet ſanguinem humiditate & ventoſitate cum caliditate, & ſpiſſitudine cibi. Olera vero & quæ ſunt eis ſimilia eſt [c] † {alhaſech,} & proprie aqua eius cum melle decocto, donec ſit ſpiſſum ſicut loch. Et iterum erucha, & proprie cũ bibitur omni mane ex ſucco eius cum lib. vini potentis: deinde fit cibatio ex eis, quæ conueniũt, qm̃ eſt præſentis iuuamenti. Medicinarum vero compoſitarum ebibitarum caput eſt [d] mithridatum: & iterum diamuſchum ei, quæ eſt ex debilitate cordis. Et iterum tres aurei de electuario [e] de ſeminibus cũ.℥.i.aquæ erucæ humidæ. Et α de eis eſt medicamen de ſtincho notum. Et iterum ſemen erucæ campeſtris pondus.ʒ.iij.cum butyro vaccino. Et medicamẽ de haſeeb: Et medicamen ex duobus tuderi, & medicamen almehedi: & [f] iterum ſal ſtinchi: & ſemen erucæ tritum, et pulueriżatum ſuper vitellum oui. Et [g] iterum teſticulus galli exiccatus cum ęquali menſura ſalis ſtinchi, cuius doſis ſit omni die.ʒ.ij. Et [h] iterum ſemen erucæ, & ſe. raphani, & ſe.melonis oĩum ana pars vna bibatur cũ lacte recenter mulcto. Et [i] iterum ſumantur granorum pini, & ſe.apij montani, & F raſuræ virgæ cerui exiccatæ & glutinis alimbat partes æquales, cõmiſceantur cum melle: & ſumaẽ de eo aure.i. Et iterum ſumatur ſecacul, & ſe.erucæ, & † {altuderian,} & zinzib. & piperis longi omnium ana pondus.ʒ.ij.linguæ auis, & cerebellorũ paſſerũ, & thuris oĩum ana.ʒ.i.inuoluaẽ totũ cũ oleo de nuce indica, & conficiatur cũ melle, & penidijs, & adminiſtretur. Et ille quidẽ in quo ſuperfluit frigus, iuuatur valde ſumendo in potu cõfectio naſturtij cũ pyrethro, & iterũ opopanacis pondus.ʒ.iij.diſſoluatur in vnc.decoctionis ſanſuci, & bibatur illud in tribus diebus. Et iterũ zinzib.partes.iij.piperis longi pars.i.conficiatur cum melle, & detur de eo aure.i.cũ aqua calida. Et [h] iterum ſe.aſparagi, ſecacul, zinzib.omnium ana.ʒ.v.tuderi rubei, & albi amborũ ana pondus.ʒ.ij. been al.& ru.amborũ ana.ʒ.iij.ſe.ſulæ, & ſeminis raphani, & ſeminis erucæ, & ſeminis vrticæ omnium ana.ʒ.iij.ſquillæ aſſatæ, ſuminis ſtinchi amborũ ana ʒ.iij.linguæ auis.ʒ.ij.zuccari.ʒ.xl.ſitq; doſis.ʒ.iiij.cum vino tribus diebus: & ſit cibus, qui eſt ad coitum. Et iterum medicamẽ de eis, quę ſunt nobis, fortia valde. Recip.aſſæ & ſeminis erucæ, & cardamomi, & ſe.bauciæ, & linguæ auis & cordumeni omnium ana partem vnam, & buzeidẽ, & piperis amborũ ana partes.iij.muſchi.vi.partis vnius: inuoluatur cum oleo pineæ minoris, & conficiantur cum melle. Medicamen vehementis virtutis. [k] Recip.mellis anacardi, & mellis apum, & butyri vaccini partes æquales, & ferueant, deinde bibatur de eo, quod bibitor tolerauit in vino: eſt enim mirabile. Et de medicinis bonis, quæ nõ G ſunt vehementis caliditatis ſuperflue, eſt vt ſumantur dactyli, & fœnugræcum, et decoquantur donec decocta ſint, deinde ſumantur dactyli, & extrahantur ab eis oſſa: deinde exiccentur, et terantur, & conficiantur cum melle: & ſit doſis eius quãtum eſt auellana, & bibatur poſt ipſum vinum. Et [l] iterum infundantur.5.lib.granorum viridium, & lib.i.dactylorum tritorum & infundatur in duabus lib.lactis ouini: deinde comedatur, quod infuſum eſt, & bibatur ſuper ipſum lac duobus diebus. Et de medicinis bonis eſt confectio de medullis cuius deſcriptio [m] Recip.amygdalarũ & auellanarum excorticatarum, fiſticorum, & † {neregil} excorticatorum contritorum, et granorũ pini, & granorum alkilkil, & granorum † {alzelem,} & granorum viridium partes æquales, & neremiſch, & piperis longi, & zinzib.omnium ana partes.x.& plus parum, terantur omnia, & conficiantur cum penidijs, de quo ſumatur omni die quantum eſt ouum vnum.

A Cap.24.& Raſ. 276.3.
B Paul. lib. 1.c.35.
C † tribulus,
D Cap.17.
E Raſ.24.con.t.3. c.2.278.2.
*Supra* α
F Ser.t.5.c.14.fo. 56.3.
G Aeti.lib.3.ſer.3. c.35.
H Ser.t.5.c.14.
I Raſ.24.con.t.3. c.2.279.4.& Aeti. li.3.ſer.3.c.35.
† duorum tuderi.
K. Raſ.24.con.t.3. c.2.276.2.
L Raſ.277.4.
M Raſ.277.1.
† Nucis indicę.
† dulcegini.

*De inunctionibus, & iniectionibus, quæ fiunt ad anum, & pectinem, & teſticulos, & virgam* [n] † *{alhagian,} & quæ ſequuntur ea.* *Cap.* 19.

P[o]Yrethri.ʒ.5.miſceatur cum ſambaco bono. Et [a] qñq; miſcetur cum eo euphorbium & muſchus: & inungantur cum eo virga, & [o] † {alhagian,} & quæ ſequuntur ea: Aut pyrethrum, & quantum eſt medietas eius de muſcho ſumantur, & diſſoluatur aure.vnus de eis ambobus ſimul cum.℥.i.olei ſambacini. Et iterum ſinapis cum oleo alrazaki. Et ſimiliter ſemen [p] vrticæ cum H oleo alrazaki. Et [q] iterum aſſa cum oleo ſambacino eſt inunctio fortis. Et [p] iterum ſe. almezerion cum oleo calido. Et [r] iterum baurach cum melle colato. Et [s] fel taurinum cum melle colato. Et iterum medicamen bonum, ſumatur [p] de cæpe narciſci res parua cum oleo ſambacino, & fricatio fiat cum eo. Aut grana [t] † {nil,} & pyrethrum ſumatur æqualiter cum oleo aliquo: Aut [p] ſtaphiſagria cum oleo calido. Et iterum aſſa cum melle. Et iterum cyperi ipſi & fiat linimentum cum eis. [u] Aut ſumantur cẽtaurea, & pix, & ceratũ cũ oleo de lilio, & oleo de keiri, & cera, & maſtice, & cypero, liniantur cũ eo virga, & partes eius. Et omnia olea prædicta in caplõ de clyſteribus ſunt mirabilis iuuamenti, cũ adminiſtranẽ inũcta, & proprie oleũ de granis cotti: & oleũ cyperi proprie: & [x] adeps leonis eſt vehementis iuuamenti in huiuſmodi. Vnguentum Rufi. [y] Recip.myrrhæ, & ſulfuris non extincti, & granorum cartami omnium ana drach.ij.pyrethri, danich.iij. piperis grana.xxx. cordumeni grana.xx.terantur cum drach.ij. [z] † {cepæ optimæ,} cepæ ſquillę contritione optima: & ſi teratur vnumquodq; per ſe, erit melius: deinde [y] commiſceantur cum cerato, & terantur donec fiant in ſpiſſitudine mellis, & inungatur cum eo alchatim & alhagian, & aſſa in virga erectionem facit, & ſtimulat, ꝙ ſi timeatur caliditas eius vehemens, diſſoluatur in oleo violato.

N † locũ ĩter anũ & teſticulum.
O Raſ.24.con.t.3. c.2.276.1.
O † locus ĩter anũ & teſticulos,
P Raſ 276.3.
Q Raſ.24.con.t.3. c.2.279.4.&.276.3.
R Raſ.277.4.
S Raſ.278.3.
T † glaſti.
V Raſ.24.con.t.3. c.2.276.3.& 279.1.
X Raſ.279.1.& Aeti. li.3.ſer.3.c.35.
Y Raſ.277.2.
Z †———



De ſup-



A *De ſuppoſitorijs.* *Cap.* 20.

FIat ſuppoſitorium ex adipe anatis, & granis cotti, & pyrethro in oleo de nuce indica. Et [a] dicitur, ꝙ ſi ſupponatur collyrium ex adipe aſini eſt mirabile. Et iterũ ſuppoſitoriũ ex vnguento picis, quod dictũ eſt. Clyſteria vero aſſumuntur ex iure capitum, & pullorũ columbinorũ cũ vitellis ouorum, & teſticuli arietũ boni ſunt qñ in clyſterijs ponuntur. Et eſt eis iuuamentũ in confortando cerebrũ, & corpus. Et olea ipſorũ ſeu vnctuoſitas ipſorũ ſit alalie.i.pinguedo caudæ caſtrati & oleũ nucum, & ſiſaminũ, & butyrum vaccinũ, & oleũ de fiſticis, & de auellanis, et oleum de nuce indica, & de almahaleb, & oleum de granis cotti eſt mirabile valde, & calefactis oleum de haſcech, & oleum de papauere, & oleum de granis cucurbitæ, & granis melonis, & ſimilia illis. Clyſtere ad eos. Sumatur brodij capitum, & pullorum columbarũ decoctorũ cũ mugat, & buzeidẽ, & ſecacul in furno in nocte, decoctione valde forti, pars.i.& proijciatur ſuper eã lactis pars.5.& butyri partis.vi.& olei de mahaleb, & olei nucis indicæ amborum ana tertia ſeptimæ partis, & de adipe renum ſtinchi, & lacerti etiam, quodcunq; præſens eſt: & ſint ſicut ſemina cõdientia, & fiat cũ clyſtere. Confectio clyſteris. Recip.haſcech recentis quinta partis vnius, fœnugræci pugillus vnus, & ſemen rapæ, & ſemen bauciæ, & erucæ, & ſemen aſparagi, & medullam ſpinalem hirci, & teſticulos eius contritos, & cerebrũ ipſius, & fundantur deſup duæ lib.aquæ, & duæ lib.lactis dulcis, & deco-B quantur donec ingroſſetur, & fiat clyſtere ex.℥.iiij.eius cũ.℥.i.olei de botim, & reiteretur tribus diebus ſup ieiuniũ poſt aſcellationẽ. [b] Clyſtere aliud, ſumatur. [c] † {alie} & incidaẽ in partes latas ſubtiles, & ponatur in inciſionibus eius pondus. ʒ.5.caſtorei contriti, diuiſi in eis æqualiter & ponatur, alie ſub re graui tribus diebus, deinde incidaẽ, et liqueſiat cũ eo, qđ eſt in ipſa de caſtoreo, et ſumatur pinguedo eius, vel vnctuoſitas illa diſſoluta, & reſeruẽ, & ſumaẽ de illa pinguedine ſacraiati, & de butyro vaccino.℥.5.et de aq̃ porri media ſacraiati, & de decoctiõe fœnugræci media ſacraiati: et clyſterizetur cum eo à veſperis vſq; ad tres horas noctis, deinde iteretur cum eſt hora dormiendi: & dormiat ſuper ipſum: & fiat illud tribus diebus. [d] Clyſtere forte.caput arietis, & tres aut quatuor teſticulorum eius, & fruſtum [e] † {alaliæ,} & cicer cõtuſum decoquantur in furno, & ſumantur aqua eorum, & vnctuoſitas ipſorum etiam, poſt decoctionem vehementem, & [d] ponatur etiam deſuper oleum de nucibus, aut oleum de granis viridibus, aut aliquid de adipe ſtinchi, & fiat clyſtere cum eo, & clyſteria alia, quæ ſunt ſcripta in antidotario.

A Raſ.24.con.t.3. c.2.279.2.3.
B Raſ.278.3.
C † ſcincus
D Raſ.278.4.
E † ſcinci,

*De cibis puris.* *Cap.* 21.

MEliores cibi ſunt, qui fiunt ex carne hœdi pinguis, maſculi, & carne arietis caſtrati, & cicere, & cæpe abſq; frixione carnis. frixio nanq; prohibet confortationem carnis, & multitudinẽ nutrimenti eius. Et [f] † {almugamat} etiam facta acetoſa ſi non cum alio, ſaltem cum almuri, ſunt C bona, & ſimiliter gallinæ, & pulli colũbini pingues, & proprie [g] † {algiudebat,} & oua ſorbilia, proprie pulueriżata cum cinnamomo, & pipere, galanga, & ſale ſtinchi, & [h] oua piſcium, & [i] caro piſciũ calida. Et ſi fuerit illic frigus, reſiſte cum zinzib. & pipere, & macropipere, & cinnamomo, & ſimilibus. Et cibus de rapis, & cibus de caulibus, & cibus de baucijs, & proprie de baucijs poſtq̃ bene decocta eſt caro earum. Et de illis quibus fit iuuamentũ, ſunt [h] cerebella paſſerũ & columborum, & butyrum: & ſilr̃ cibus dictus alheriſe et [k] † {algiudabegi} et cibus præparatus cum cymino et [l] rizi cum lacte, et caro cum lacte ouino, et cadit in oleribus eorum aſparagus et eruca, et porri, et capita cardorum, et menta proprie: ipſa.n.confortat membra ſpermatis valde, et eius vſus fortitudinem facit ſuper ſperma, quare forte, fit deſiderium, et andacocha et [m] fœnugræcũ. Et algiudabegi bonis eſt illud, quod eſt cum croco et ſimilia cum lacte, et aqua nucis indicæ. Et [n] quidam dixerunt, ille qui aſſiduat comeſtionem paſſerum, et bibit ſuper eam lac loco aquæ, ſine ceſſatione eſt erectus, et multi ſpermatis, aut frigatur cępa cum butyro donec rubea fiat, et diſſoluatur in decoctione, et frangantur ſuper eam oua. Calefacto autem conueniunt ea, quæ ſunt, ſicut lac coagulatum et lac, et [o] piſces aſſati calidi, et melones, et cucumer longus arcuatus, et cucumeres, et cucurbita, et fructus, et olera humida omnia, ita quòd [p] lactuca, et ita ꝙ ſemen portulacæ addit in ſpermate eius. Et albumen oui eſt eis plurimi iuuamenti etiam, multiplicans ſperma, et cerebella anima-D lium, et medullæ eorum, et [q] cancri fluuiales: omnia iſta conferunt eis.

F † caro aſſata ĩ vaſe ſuffocato cũ aliquo liquore
G † cibarium ex amylo vel oriza cũ lacte aut zuccaro.
H Cap.18.
I Raſ.24.cont.t.3. c.2.276.2.
k † ferculũ ex frumento fracto.
L Raſ.276.3.
M Raſ.277.2.
N Raſ.276.2.
O Raſ.276.4.
P Oppoſitũ.c.27.
Q Raſ.277.3.

*De cibis in quibus eſt ſimilitudo cum medicinis.* *Cap.* 22.

DE illis eſt vt ſumatur [r] lactis lib.i.et proijciatur deſuper tereniabin pondus.ʒ.xl. temperatis. ſ. corporibus: et decoquantur donec ſpiſſetur, et bibatur quantitas cadi vnius omni die: et eſt temperatum calefactis. Infrigidatis vero eſt neceſſariũ vt [r] teratur eis põdus.ʒ.x.cinnamomi vehemẽter, et miſceatur cum lib.lactis, et cõquaſſetur, et bibat ex eo cadũ vnũ in ieiunio, aut ſuper cibũ loco aquæ: et non bibat ſuper ipſum aquã: et proprie cum eſt eius cibus ex [s] † {thabahegiat} et adipe ouino. Et qñq; iuuatur eo ille in quo ſunt frigus et ſiccitas ſimul. Et de illis eſt vt ſumatur butyri vaccini, et lactis vaccini, et olei de fiſticis omnium ana meluchuzi.i.vas paruũ decoquanẽ omnia donec remaneat tertia, et bibantur de eo in mane cochlearia duo cũ aliquantulo vini. Et iterũ penidiorũ lib.i.ſucci cępe lib.i.lactis dulcis lib.i.coquatur totũ donec ingroſſetur, et inſpiſſetur, et ſumaẽ de eo omni die in mane quantitas.℥.i. Et iterum ſumatur cicer nigrum magnum, et infundatur in aqua erucæ donec intumeſcat parumper: deinde exiccetur in vmbra: poſtea teratur cum penidijs, et conficiatur, et ſit doſis quantitas nucis in mane, et quãtitas auellanæ apud horã ſomni, et bibatur deſup cadus, et infundaẽ in aqua alhaſce, et nutriatur in ipſa in ſole cũ cautela inceſſanter imbibẽdo ipſum,

R Raſ.24.con.t.3. c.2.276.1.
S † cibaria ex carne cum qua eſt q̃d acetoſum vel ſalſum.

ipſum, quoties exiccatur: deinde excoquatur & refuetur, & fiat ex eo ſorbitio cũ lacte dulci & peni E
diijs. Et [a] iterũ ſumantur. iij. lib. lactis dulcis, & proijciatur in ipſo. 5. lib. tereniabin, & lib. 5. granorũ
viridiũ tritorũ, & bulliant: deinde manibus confricentur bene, & coletur, & ſumatur de eo. 5. lib. &
proijciatur in eo. 5. lib. galangę, & bibatur de eo cũ quantitate [b] †{aliſtimbre} diebus aliquibus: eſt
enim mirabile. Et iterũ ſumatur [c] aqua cæpe, & quantũ eſt ipſa mellis, & decoquatur donec rema-
neat mel: de quo bibatur cochleariũ vnũ, aut duo cũ vadit dormitũ cũ aqua calida. Et iterũ ſumatur
farina, & miſceatur cũ aqua dulci, ſicut ſorbitio. Deinde exprimatur ab eo expreſſione aliqua, &
decoquatur cũ lacte plurimo, & addatur lacti aqua nucis indicæ, & impinguetur adipe anatis, &
fiat ex ea ſicut illud, quod fit de frumento cocto vt puls. Et iterũ vitelli ouorũ ſorbilium ſumantur,
& pulucrizentur deſuper [d] †{altit,} & ſal ſtinchi, & ſunt fortes: & proprie poſt balneationẽ, et fiat
fricatio cũ {ſambacino,} & de lilio. Et iterũ ſumanť vitelli ouorũ, & conquaſſentur ad inuicem, &
concedi poteſt vt ſint cum albugine ſua, deinde ponatur ſuper eos quantũ eſt quarta eorũ de ſuc-
co cæpe contritæ, & fiant ſorbitiones, & ſorbeant cũ aliquo de ſalibus, & ſeminibus prædictis. Et
iterũ ſumanť bauciæ, & cæpe, & rapæ, & in minutas reducantur partes, & decoquantur cũ fabis, et
ciceribus, & melle cũ carne molli bona, & pulucrizentur ſeminibus calidis. Et iterũ ſumantur fa-
bæ, & cicer, & faſeoli & infundantur in aqua: deinde incidatur caro ouina ſicut præparatur [e] †{tha
bahegi,} & fiat ex ea ordo vnus, & de cepis, & granis ordo alius; & pulucrizetur ſuper vnũquẽq; F
ordinẽ ſal ſtinchi, & parũ altit, & parũ cinnamomi, & gariophyllorũ: poſtea ſpargendo cerebella
paſſerum & columbarum fiat ordo alius, & fiat ſimiliter, & ſit ordo groſſior ordo carnis inciſæ in
partes: deinde effundatur deſuper aqua bautiæ ſola aut aliquid aquæ, & coquatur in vaſe cooperto
vel ſuffocato donec complete coquatur, & comedatur ex huiuſmodi cibo. Et iterum ſuman-
tur cerebella. xxx. {paruarum auium,} & dimittantur in vaſe vitreo, vt deſcendat aquoſitas eius,
& fiat taliter, ꝙ conficiatur, & proijciatur deſuper quantum ipſa ſunt de adipe renũ caprarum
hora qua decolantur, & pulucrizentur cũ pipere, & gariophy. & zinzib. & fiant inde pilulæ vt
auellanæ, & comedat de eis vnam poſt aliam in diſpoſitione qua vult coire. hagie. i. fritalea ſeu or-
toclea bona noſtra, Sumatur de cerebellis paſſerũ, & columbarũ. xxx. numero, & de vitellis ouorũ
paſſerum. xx. numero, & vitelli ouorum gallinæ. xij. et de aqua carnis ouinæ tritæ bene decoctæ et
expreſſę ſcutella parua & de aqua cæpe expreſſæ. ℥. iij. & de aqua bauciæ. ℥. v. & de ſale & de ſpecie
bus, {quæ cibis ad condiendũ admiſcentur} quãtum neceſſe eſt, & de butyro pondus. ʒ. l. et fiat ex
eis fritalea vel ortoclea, & comedatur & bibatur deſuper apud digeſtionem eius vinum forte cali-
dum ad dulcedinem decliue. Modus confectionis eis. [f] Sumantur pinearum mundatarũ partes
duæ, & ſe. erucæ, & ſe. melonum ana pars. i. & frigantur cum butyro, & proijciatur deſuper pa-
rum piperis, & cinnamomi: deinde proijciatur deſuper de melle quantũ ſufficit, & fiat inde con- G
fectio. Aliter. [f] Sumatur cicer, & infundatur in aqua, aut in aqua erucæ, aut in aqua alhaſech do-
nec inflетur: deinde frigatur cum butyro vaccino leuiter ita, vt non aduratur, & de granis pini mi
noris quantum eſt ipſum, & proiiciatur deſuper mel, & ſumatur aqua, & conficiantur, & mi-
ſceantur cum pauco maſtice, & cinnamomo, & deponatur ab igne, & incidatur inciſione qua
inciduntur aliæ confectiones. [g] Aliud. Ingroſſetur mel decoquendo, & ſternantur deſuper gra
na pini maioris, & ſemen bauciæ, & piper longum, & ſecacul, & cinnamomum, & ſemen eru-
cæ, & fiat ex eis electuarium, quòd ſi horribile ſit ei ſemen erucæ, & eruca, ponantur loco eius
grana viridia, & parum muſchi.

*De potu dulci eorum.* *Cap.* 23.

POtus dulces ſunt illi, qui fiunt de cibib veræ dulcedinis: & illi in quibus eſt groſſitudo aliqua
omnes conueniunt eis. Confectio potus ad eos conuenientis. Sumatur eruca, & rapæ, & fi-
cus & decoquantur cum aqua, & coletur aqua eorũ, & ſumatur infuſio cibib decoctarum colata,
& miſceantur omnia ſecundum æqualitatem, & augmentetur dulcedo eius cum penidiis, & fiat
inde vinum, & dimittatur donec finem perfectionis conſequatur.

*Potus alius noſter.* *Cap.* 24.

SVmatur alhaſech, & eruca, & bauciæ, & rapæ, & decoquantur in aqua vehemẽter, & coletur H
aqua eorum, & ponatur in vnaquaq; parte aquæ ſexta pars penidiorum & zuccari rubei, &
quarta, & ſexta ficuum, & medietas, & ſexta partis cibib vel paſſarum [h] †{thabihabi} bonæ dulce
dinis, & ſexta ſeptimæ nucis indicæ contritæ, & fiat inde vinum de paſſis donec ad finem perfectio
nis perueniat. Al'. noſtrum. Sumatur ſuccus vuæ, & ponatur in omni parte. x. minarum eius tertia
mina de hac medicina: Seminis erucæ, & ſe. bauciæ, & raparum, & buzeiden, et ſe. aſparagi, et lin-
guæ auis, et granorum alkikil, et lhabe barbariæ et ſe. erucæ, et vtriuſque been omniũ partes æqua
les: terantur, et ponantur in panno, et ligentur in eo molliter, et ponantur cum ſucco in vaſe, et mo
ueantur omni hora. Potus alius. [i] Decoquantur bauciæ et ficus in aqua plurima, et colentur, et de-
coquantur in aqua eorum paſſæ enucleatæ, et coletur, et proiiciantur deſuper penidii, et dimitta-
tur donec ferueat. Et [k] aqua ferrea, et aqua in qua extinguitur ferrum, eſt confortatiua.

*De multitudine deſiderij.* *Cap.* 25.

MVltitudo deſiderii qñ eſt cũ fortitudine corporis et ſanguineitate, et ſanitate complexionis,
et adoleſcentia ætatis, et potẽtia ſup coitum abſq; ſucceſſione debilitatis, non eſt neceſſariũ
vt occupatio ſit in regimine eius, et fractione ipſius. Fractio nanq; eius atterit complexionem, et
deſtruit

A Raſ. 24. con. t. 3. c. 2. 278. 1.
B † eſt aſſimilatio nutrimenti
C Raſ. 277. 1.
D † aſſa, † Oleo de ieſmino.
E † cibaria ꝑparata cũ carne ex quibus quodã eſt acetoſum quodam ſalſum.
† paſſerum.
† calidis.
F Serap. t. 5. c. 14.
G Raſ. 277. 1.
H † eſt regio
I Sera. t. 5. c. 14.
k Cap. 18. & Raſ. 24. cõ. t. 3. c. 2. 276. 4.



A deſtruit virtutẽ niſi ſit ꝑꝑ ve hementẽ neceſſitatẽ. Et ſcias, ꝙ gñatio ſpermatis confortat corpus &
cor. Et paruitas gñationis eius corrumpit colorẽ, & debilitat memoriã, & intellectũ: ꝙ ſi adueniat
ei raritas corporis, & facilitas ſudoris, adminiſtreť exercitiũ [a] †{alaſtadad,} & balneentur ſi eis poſ-
ſibile eſt, cũ aqua frigida, & nõ oportet vt frangatur de deſiderio aliquid, niſi de illo, qui eſt propter
ſuperfluitatem repletionis ex caliditate & humiditate: temperatur. n. cum euacuatione. In illa aũt
cuius cauſa eſt, aut acuitas ſpermatis, aut eius multitudo cum debilitate corporis, propter fortitudi-
nem vaſorum ſpermatis, & quia attrahunt materiã ſpermatis ad ſe, quanuis ſit in corpore indigen
tia virtutis, ſicut accidit vt creentur quædam membra fortiora alijs, quare ſuccedit ei inde leuitas,
aut propter pruritum eius, & bothor in vaſis ſpermatis: & ſicut accidit mulieribus pruritus in ore
matricis, quare non quieſcit in eis deſideriũ coitus, aut propter multitudinẽ inflationis: & propter
hoc quandoq; accidit ex rugitu, qui non facit dolorem, erectio vehemens, et [b] fit fortis erectio ha
bentium melancholiam. Et [c] virorum quidem deſideriũ forte fit in regionibus, & aeribus, & tem-
poribus frigidis: propterea, quod aggregatur illud ex virtutibus eorum. Et diſpoſitio mulierũ eſt
è contrario: propterea, ꝙ ſpargit illud de virtutibus earum congelatis. Et de illis earum ſunt, quæ
ſunt frigidæ valde. Et [d] dormire ſuper dorſum eſt de facientibus erectionem.

*De ſignis.* *Cap.* 26.

B SIgnũ ſanitatis corporis, & ſignum repletionis non ſunt tibi occulta, & [e] ſignũ acuitatis ſperma
tis eſt, ꝙ egreditur [e] velociter cum [e] acuitate, & aduſtione, & facit accidere in [e] vrina aduſtionẽ,
& ſequitur ipſum [e] debilitas. Et ſignum multitudinis ſpermatis ſolius eſt, vt non ſit in corpore de
diſpoſitionibus virtutis, & multitudinis ſanguinis aliquid de quo ſit curandum, & fortaſſe eſt cum
ea debilitas. Veruntamen ſperma multiplicatur, & [e] pollutio fit frequẽs, & quod egreditur eſt plu
rimum, & debilitat corpus. Signum pruritus eſt vt coitus addat in deſiderio. Et quandoq; eſt deſi-
deriũ plurimum, & ſequitur coitum dolor. Et ſignum inflationis eſt vehementia erectionis, et an-
teceſſio acceptionis inflatiuorum, & complexio inflatiua ſicut melancholica.

*De curis.* *Cap.* 27.

ILlius quę eſt à repletione calida curatio eſt [f] phlebotomia, & [f] alleuiatio cibi, & aſſumptio infri-
gidantium. Et [f] illius, quæ eſt à repletione humida curatio eſt quã dicemus ex calidis exiccanti-
bus ſperma cum medicinis ad coitũ, vt perueniant medicinæ ad vaſa. Et illius, quæ eſt ex acuitate
ſpermatis, curatio eſt æquatio humorũ, & ipſorum infrigidatio per acceptionem eorum, quę ſunt
ſicut [g] lactuca, & [h] portulaca, & ſemen earũ, & endiuia, & [i] cucurbita, & [i] cucumeres, & fructus, &
coriandrum humidum, & emplaſtratio cum eis, quæ ſunt ſicut [k] nenufar, & muſchus, & cerata fa-
cta ex oleis frigidis, & cum ſucco cannæ humidæ, & camphora bibita & linita, & [l] adminiſtratio la
C minæ plumbi ſuper dorſum, & potus aquæ frigidæ, & dormire ſuper ſtratum lineum, & quæ ſi-
milantur ei, & cibus de lentibus & portulaca. Et illi cuius fortis eſt digeſtiua cibus ex vẽtribus præ
paratis cum aceto. Et illius, quæ eſt ex multitudine gñationis ſpermatis curatio etiam eſt infrigida-
tio vaſorum ſpermatis cum infrigidatiuis, quæ diximus. Et illius, quæ eſt ex fortitudine pruritus
& bothor, curatio eſt phlebotomia, & eductio materiei calidæ ſolutione ventris, & æquatio com-
plexionis, & epithemata infrigidantia prædicta, & fortaſſe indiget narcoticis. & epithemata cũ eis,
quæ ſunt ſicut hyuſquiamum, album & folia hyuſquiami nigri & infuſio in aqua frigida valde. Et
illius, quæ eſt ex inflatiuis curatio ſunt infrigidantia, cum eſt caliditas vehemens, donec extingua-
tur caliditas inflatiua, & exiccatiua cum fortitudine, & reſolutiua ventoſitatũ, ſi eſt cum frigiditate
vehementi, & euacuatio choleræ nigræ eorum ſi ſunt melancholici.

*De exiccatiuis frigidis ſpermatis.* *Cap.* 28.

LEntes, & aqua earum & proprie decoctarum cum ſemine canabis, licet ſemen canabis ſit ca-
lidum, & [m] nenufar, & coriandrum, & ſemen [n] portulacæ, & ſuccus cãnæ humidæ, & aqua la
ctis de quo extractum eſt butyrum vehementis acetoſitatis, & farina glandium, & acetum, & ſe-
men [o] canabis, & ſemen [p] lactucæ. Et fortaſſe abſcindit ſperma qñ multum vtitur aliquis eo. Et ex
oleis oleum [q] †{ } minorat ſperma. Et emplaſtratio cum muſco aquæ & herba alſucharan. i.
D [r] cicuta, & hyuſquiamo albo, & reliqua, quæ ponuntur ſuper teſticulos, & anum. Et ſilr linimentũ
cum ceruſſa abluta, & merdaſengi, & chimolea, & aceto. [s] Et iterum compoſitum infrigidatiuũ,
ſemen lactucæ, & ſemen hyuſquiami albi, & ſemen citroli, & ſemen endiuiæ, & pſyllium nõ tritũ,
& coriandrum ſiccum, & nenufar exiccatum terantur oĩa niſi pſyllium, & fiat ex eis ſuffuf. Et de
eis, quæ experti ſunt [t] experimentatores, eſt ꝙ inceſſus nudis pedibus deijcit deſiderium coitus.

*De exiccatiuis ſpermatis calidis.* *Cap.* 29.

NIgella torrefacta & non torrefacta, & ſemen rutæ, & ſemen agni caſti, & calamenthum, &
euphorbium, & andacocha, & maru album, & cyminum. Et de cõpoſitis dyacyminum, eſt
exiccatiuum ſpermatis valde: & ſi patiens eſt calefactus ſumat ipſum in potu cum aceto. Compo-
ſitum aliud. Pinearum excorticatarum frixarum, & bdellij amborum ana. ʒ. x. balauſtiarum, & ro
ſarum amborum ana. ʒ, v. ſemen rutæ. ʒ. vij. ſe. agni caſti. ʒ. v. terantur, & cribellentur, & intentio
in pineis eſt vt perducant reliquas medicinas, & friguntur vt frangatur de fortitudine earũ quam
habent ſuper coitum: & iterum anethi pondus. ʒ. iij. ſemen lactucæ, & ſe. portulacæ amborũ ana.
ʒ. iiij. bibatur cum aqua lentium. Et iterum ſe. rutæ, & caſtorei, & ſe. hyuſquiami albi omniũ partes
æquales, cuius doſis ſit. ʒ. i. cum vino cõmiſto. Et [u] iterum ſe. rutæ, aniſi amborum ana. ʒ. i. caſtorei,

 hyuſquiami

A † ꝑcedẽs exercitium forte.
B Cap. 15. & Ariſt. 4. proble. 31.
C Raſ. 24. con. t. 3. c. 1. 274. 3.
D Gal. 6. loc. affe. c. 6. h. a
E Raſ. lib. diuiſi. c. 80.
F Raſ. lib. diuiſio. c. 80.
G Oppoſi. c. 21. & Dio. li. 2. c. 129.
H Dioſ. li. 2. c. 117.
I Raſ. 24. con. t. 3. c. 2. 275. 3.
K Raſ. ibi. & Dio. lib. 3. c. 126.
L Cap. 33. & Ga. 6. de ſan. tuen. c. 14. g
M Dioſ. li. 3. c. 126.
N Dio. lib. 2. c. 117.
O Dioſ. li. 3. c. 141.
P Dio. lib. 2. c. 129.
Q † oliuę
R Dioſ. li. 4. c. 67.
S Raſ. 24. con. t. 1. c. 2. 165. 4.
T Ariſt. 4. ꝑble 5. & Raſ. 24. con. t. 3. c. 1. 273. 3.
V Ser. t. 5. c. 13. & Raſ. 24. cont. t. 1. c. 2. 266. 3.

hyuſquiami albi, amborū ana. ʒ. ij. roſ. ru. & balauſtiarum amborū ana. ʒ. iij. terantur & cribellenť, & ſit doſis. ʒ. ij. cum aqua frigida, aut vino permiſto. Et [a] iterū radicis lilij pondus. ʒ. ij. ſe. rutæ. ʒ. iij. balauſtiarū. ʒ. v. ſumatur de eo pondus. ʒ. ij. cum aqua lactis aceroſi de quo extractum eſt butyrū. Et iterum ſemen lactucæ. ʒ. iij. ʒ. ſem'. rutę. ʒ. ij. ʒ. bibatur ex eo pōdus. ʒ. ij. cum oxymelle. Et iterum ſe. lactucæ. ʒ. iij. & ʒ. ſe. rutæ. ʒ. i. balauſtiarum pondus. ʒ. ij. ſe. agni caſti. ʒ. i. & eſt doſis vna. Et iterū compoſitum calidum. [b] Radicis cannæ ſiccæ, & ozimi montani, & myrrhæ oīum ana, ʒ. ij. euphor bij. ʒ. ʒ. ſemen rutæ, & [c] †{alhaza. i. zuſare,} & agnicaſti, & ſanſuci aggregentur omnia: & ſit doſis eius pondus. ʒ. i. Et iterum radicis plantæ nominatę [d] teſticulus canis, & ſe. [d] canabis campeſtris, amborum ana aure. viij. ſe. [d] agnicaſti torrefacti aure. ij. ſeminis caulis aquæ aure. i. & ſit doſis, quod bibitur de toto aure. i. cum vino nigro ſtyptico, iam laudauerunt ipſum antiqui. E

A Raſ. 24. con. t. 1. c. 2. 266. 3.
B Raſ. 265. 4.
C † foliorum eius,
D Alex. li. 9. c. 9.

*De multitudine exuberationis ſpermatis, & humoris, qui præcedit coitum, & humoris, qui præcedit vrinam vel qui egreditur poſt ipſam.* *Cap.* 30.

CAuſa in hoc, aut eſt in ſpermate, aut in vaſis ſpermatis, aut in renibus, aut in lacertis cōſeruantibus ipſum, aut in principijs. Et cauſa, q̃ eſt in ſpermate, aut eſt multitudo eius [e] propter paucitatē coitus, & multitudinē acceptionis gñantium ſperma: quare cū multiplicatur, & grauantur eo vaſa ſpermatis, indigent motu expellente ipſum ex vaſis cum cōpreſſione eorum ſup ipſum: & perducit illud ad apertionē meatus, qui eſt expellens ſuperfluitatem: [e] Aut ꝓpter ſuā tenuitatem: F quare reſudat, ſicut reſudat oē tenue: [e] Aut propter ſuā acuitatem, & mordicationē: quare mordicat, & eſt neceſſariū naturæ expellere ipſum. Et cauſa, q̃ eſt in vaſis ſpermatis, [f] aut eſt debilitas retētiuę propter malitiam cōplexionis, aut ꝓpter vehementiā virtutis expulſiuæ, aut propter ęgritudinē officialem ex ſpaſmo, aut tetano, q̃ neceſſario facit motus extraneos, quare moueť expulſiua propter illud. & expellit ſperma, ſicut ipſa expellit nociuum aliquod, quēadmodū accidit vomitus cū aliquid nocet ſtomacho, & apud abominationem cibi. Et [g] ad vltimū ſpaſmus ipſe exprimit, & exprimēs eſt ejciens. Et ſcias, ꝙ ſpaſmus membrorum ſpermatis facit fluere. Et ſpaſmus lacerti ani eſt retentiuus, qm̄ lacertus ani eſt creatus ad retinendū, & ille ad exprimendū. Aut eſt mollificatio in eis, quare non retineť propter dilatationem accidentē in meatibus. Cauſa vero in lacerto cōſeruatiuo eſt ſpaſmus iterum aut mollificatio. Sed cauſa in renibus eſt, qm̄ quādoqȝ accidit adipi eorū liquefactio ex vehementia deſiderij coitus, aut multitudine coitus, quare egreditur ex coeuntibus poſt vrinam etiā ex ea res plurima adhærens pāno. ſ. camiſiæ, & eſt mala deſtruēs virtutem, & corpus. Cauſa aūt in principijs eſt ſicut ſi multiplicetur cogitatio in coitu, & auditus ſuorū uerborū: aut accidat ei, qui deſiderat in natura coitū ſimilem illi, quare moueņť mēbra ſpermatis ad operationem ſuam aliquo modo motu debili, & emittit humiditatem ſaliualem: aut forti, & deſcendit ſperma. Et accidit qñqȝ mulieribus emiſſio humiditatis ſaliualis propter mollificationem oris ma- G tricis, & debilitatem vaſorum ſpermatis earum etiam propter has cauſas prædictas.

E Raſ. 24. con. t. 1. c. 1. 262. 3.
F G. 3. de ſympto. cau. c. 4. h
G Gal. 14. de v. p. c. 10. a

*De ſignis.* *Cap.* 31.

ILlam in qua eſt cauſa ſpermatis multitudo, non ſequunť debilitas, & diminutio cū multitudine coitus, niſi ſit corpus debile, & vaſa ſpermatis fortia. tūc. n. ſignificat illud multitudo eius, quod egreditur, & eius æqualitas cum debilitate adueniente corpori ex eo. Et illam, quæ eſt propter tenuitatem eius, ſignificat tenuitas ſpermatis cum præſentia. Et [h] illa, quæ eſt propter acuitatem, & mordicationem eius, ſentitur ipſa in egreſſione, & quandoque eſt cum ea ardor vrinæ, & eſt color eius ad citrinitatem decliuis, & ſignificant ipſam cauſæ præteritæ ex cibis, & motibus. Et [i] illius, quæ eſt cauſa debilitatis in inſtrumētis, & in virtute ſua retentiua, ſignū eſt, ꝙ deſcēdit ſine erectione. Et ſimiliter ſi eſt illic mollificatio. Et cum illa, quæ eſt ex ſpaſmo eſt erectio. Et ſimiliter eſt illa, quæ eſt à vehementia virtutis expulſiuæ. Amplius mollificationi & ſpaſmo adſunt ſigna.

H Alex. lib. 9. c. 9.
I Ga. 3. de ſympto. cau. c. 4. h

*De cura.* *Cap.* 32.

MInoretur cibus, & fiat euacuatio, & adminiſtrenť ea, [k] quæ diximus de illis, quæ exiccāt ſperma, & minorāt ipſum, & quæ diximus de illis, quæ tēperant acuitatem, & iam diximus curam ſpaſmi et mollificationis, & [m] tu ſciuiſti eam. Aequatio aūt tenuitatis eius eſt cum eis in quibus eſt ſtypticitas, & calefactio, permiſtis cū exiccatiuis, & [n] iam ſciuiſti ea. Et ex cibis ingroſſatiuis ſunt H ſicut albede. i. ferculū de rizo ſicut puls, & triticū decoctum vt puls. Cōfortatio aūt retentiuæ fit cū facientibus ſtypticitatē, quæ tu iam ſciuiſti potando & liniendo. Virtutis vero expulſiuæ ſedatio fit cū infrigidantibus, & ſtupefacientibus parūper. Et menta quidē eſt pharmacum nobile [o] in ingroſſando ſperma, & confortando vaſa eius ad retinendū ipſum. Et in libris quorundam ſunt compoſita retinentia exuberationem: ſed timeo ex plurimis eorum, quod addant in ſpermate.

K Cap. 28.
L Fen. 2. c. 7.
M Fen. 2. c. 4.
N Cap. 28. & 29.
O Li. 2. t. 2. c. 488.

*De multitudine pollutionis.* *Cap.* 33.

CAuſæ eius ſunt cauſæ exuberationis & motus ſpermatis: & qñqȝ nō mouetur niſi apud ſomnum, & proprie cum dormit aliquis ſupra ceruicem, et ſm̄ modum quem iam peregimus de cauſa eius. Et eius cura eſt illa cura. Et [p] ſtricturæ laminæ plumbi ſuper dorſum eſt impreſſio magna: verum quandoque nocet renibus: quare oportet vt attendatur hoc in eo iterum: Et ſimiliter ſternere in lecto infrigidantia, & [q] dormire ſuper folia ſalicis, & ſimilia.

P Cap. 27. & lib. 2. t. 2. c. 11. & Ga. 6. de ſan. tu. c. 14. g. & 9. de ſimpl. medi. facul. 70. ſ.
Q Raſ. 24. con. t. 1. c. 2. 267. 1.

*De paucitate ſpermatis & exitu eius filoſo.* *Cap.* 34.

FIt ꝓpter cās, quæ cōtrariæ ſunt cauſis exuberationis, & multiplicať in laborātibus, & exercitantibus. Et curatio eius eſt [r] curatio paucitatis coitus: & cura exitus filoſi, eſt illud, qđ humectat. De regi-

R Cap. 17.



E *De regimine eius quem lædit coitus, & dimiſſio eius.* *Cp.* 35.

OPortet vt huiuſmodi homo perueniat ad confortandum ſtomachum ſuum: & ad hoc vt eius digeſtio bona fiat cum eis quæ bibuntur, & epithematibus, & emplaſtris prædictis in capitulo ſtomachi, vt contingat per id ſuccurſus debilitatis accidentis per id quod euenit ex coitu propter neceſſitatem, & cum medicinis quæ ſunt ad cor vtiles. Et adminiſtrentur ſuper mēbra coitus medicinæ infrigidantes, minorantes ſperma de illis quas dicemus. [a] Et bibāt infrigidantia contraria ſpermati: & adminiſtrentur in ſtratibus, & in vnctionibus ea, quę adminiſtrantur habentibus priapiſmum: & dimittant omnia, quę generant ſperma: & [a] aſſiduent exercitium ſuperiorū partium corporum ſuorum, ſicut eſt percuſſio altabtab, & ſulegian, & eleuatio lapidis: & oportet vt gradatim perueniant in minoratione coitus: & quando coeunt in principio noctis, dimittant ipſum vno die, aut duobus diebus vſque ad horam ſomni noctis futuræ aut poſt ipſam, & rectificent cibum in eo quod eſt inter illud: & dormiant poſt coitum: deinde gradatim perueniant ad dimittendum numerum dierum, quorum plurimum ſit per occupationem in ludicris. Et de cibis eorum qui ſuccurrūt ipſorum debilitatibus eſt panis bonus mundus infuſus in vino bono.

A Ga. 6. de ſanit. tuen. c. 14. f

*De regimine eius qui plurimo Vtitur coitu, & nocetur eo, & debilitat ipſum: aut læditur viſus, & ſenſus eius, & caput, aut neruus aut accidit ei tremor.* *Cap.* 36.

F OPortet vt adminiſtrentur calefactio, & humectatio cum cibis bonis, quorum paucum nutrit plurimum: & cum balneationibus, & aromaticis, & regimine: & facere vt ipſi dormiant & quieſcant, & lætari in ludis qui lætificant. Et lac quidem ouinum, & vaccinum eſt vehementis iuuamenti ad confortandum, & viuificandum, cum ſumitur de eo in ieiunio quam quātitate qua digeratur, & dormiat ſuper ipſum. Et oportet vt adminiſtretur exercitium pręparationis, & quando adminiſtratur mithridatum, & diamuſcum cum ſuperfluitate in humectatione, viuificat. Quòd ſi appareat debilitas viſus, tunc cauſa eius eſt cerebrum: quare oportet vt aſſiduet inunctionem capitis ſui cum eis quæ ſunt ſicut oleum viol. & fiat caput purgium cum eo: aut diſtilletur in aurem, & vtatur introitu aquæ dulcis, & aperiat viſum ſuum in ea. Si autem accidat tremor ex ea, tunc ſi materia fuerit plurima, humida, ſoluatur cum eis quæ ſunt ſicut pulpa coloquinthidæ, aut cucumere aſinino, & centaurea: & poſt illud curentur nerui cum vnguētis fortibus, in quibus ſint muſchum & ambra, & ben cum oleo de coſto, & nardino, & de lilio, & oleo de cyperis, & almahaleb, & oleo de ſauina, & omni oleo calido in quo eſt ſtypticitas. Et ſi non fuerit materia, curetur cum vnguentis timoris. [b] Et quando accidit ei poſt ipſum tremor, ſumat in potu opopanacū in aqua ſampſuci ſecundum quantitatem, quam tolerat: & aqua ſampſuci ſit quantitas. ℥. i.

B Raſ. 24. cont. t. 3. c. 2. 275. 4.

*De multitudine erectionis abſque deſiderio, & de priapiſmo.* *Cap.* 37.

G CAuſa propinqua multitudinis tenſionis virgæ vt chorda, eſt multitudo ventoſitatis groſſæ in partibus membrorum coitus. Aut. n. eſt multitudo eius cauſæ ventoſantis vel inflatiuæ in ipſo neruo concauo: aut eſt ſuperueniens eis ex arterijs, aut vaſis ſpermatis: aut ſunt duæ res ſimul. [c] Et materia quidem huius ventoſitatis eſt humiditas plurima, & efficiens ipſam eſt caliditas pauca: Et hæc materia, aut eſt ſtabilis fixa in vaſis ſpermatis, & in eo vbi generatur: aut non ſtabilis qualitercunqȝ igitur ſit, fixio iſtius ventoſitatis, & virtus eius: tunc aut eſt propter frigus eius, aut propter ipſius groſſitudinem. Et qñqȝ adiuuant materialem cauſam & efficientem cauſæ inſtrumentales: verbi gratia, vt ſit in cute virgæ, & quæ ſequuntur ipſam, ſpiſſitudo prohibens reſolutionem: aut dilatatio orificiorum venarum venientium ad eam, ſicut [d] accidit ei qui ſtringit medium dorſi, aut ilia vel anchas plurimum, [d] & ei qui dimittit coitū ad tempus. quare mouetur in ea ſperma, & ventoſitas cum fortitudine: & qñqȝ peruenit ad priapiſmum. Et qñqȝ adiuuant omnia illa cauſæ præcedētes. [d] Aut ex cibis calidis acutis, aut inflatiuis, ſicut ſunt cicer, & vua, & vitellus oui: & illa quæ aggregant vtranqȝ rem, ſicut eruca: & illud cui ineſt proprietas generandi ſperma, ſicut vinum nouum. Aut ex diſpoſitionibus, & figuris, ſicut eſt [e] multitudo dormitionis ſuper ceruicem: quare liquefiendo conuertitur ſperma in ventoſitatem: [d] aut ſtrictura lumborum duorum, ſeu iliorum cū cingulis de corijs latis, aut inſtitis: quare dilatātur orificia venarum. [f] Priapiſmus vero eſt ſi confor- H tetur aliqua harum cauſarum, & fortis fiat erectio, & remaneat, & tendatur virga vt chorda, quāuis non ſit deſiderium, & neceſſitas: & poſt perfectionem neceſſitatis: & quandoqȝ incipit magnificari, & augmentari, aut prolongari, propter illud quod effunditur ad ipſam de materijs pluribus. Et plurimum cauſarum eius eſt calor, [g] & hoc nomen permutatur ad hanc ægritudinem ex forma hominis figurati habentis virgam erectam qua ludunt quidam. Et hoc accidens cum non curatur, fortaſſe peruenit ad tetanum vaſorū ſpermatis, [h] & accidit apa calidum cum eo, & interficit.

C G. 14. meth. c. 7. h, a
D G. 6. loc. af. c. 6. ſo. 42. f
E G. 6. loc. af. c. 6. a
F G. 6. lo. af. c. 6. f & l. 9. de phar. cōp. ſm loc. c. 9. f
G G. l. 6. lo. af. c. 6. f
H Raſ. 24 cont. t. 1. c. 2. 266. 1.
I Cap. 26.

*De ſignis.* *Cap.* 38.

TV conſidera ſuper plurima ſigna, [i] quæ numerauimus cum tua reuerſione ad illud, quod accepiſti vſqȝ ad hanc cognitionem ex principijs. Et ſcias quod ſi fuerit ventoſitas generata in ipſa virga, tunc erit illic iectigatio virgę antecedens plurimum: & ſi non fuerit ita, tunc cauſa in ipſo eſt in eo quod eſt ante virgam ad quam iam peruenit ex arterijs & vaſis ſpermatis.

*De cura.* *Cap.* 39.

CVratio tenſionis vt chordæ aſſiduæ eſt adminiſtratio eorū quę dicemus de prohibentibus inflationē ex ebibitis & epithematibus. Canon vero curationis priapiſmi eſt euacuatio [k] cū vomitu, [k] & phlebotomia abſqȝ vētris [l] ſolōne oīno, propterea qđ timetur quod [m] ventris ſolō deſcēdere

K G. 14. metheo. c. 7. a
L G. 14. meth. c. 8. c, d
M Pau. lib. 3. c. 57.

dere faciat materias deſuper, & propter illud quod oportet vt ſit exercitium membrorũ ſuperio- E rum ludendo cum altabtab, & ſimilibus:[a] & dimittatur coitus, niſi propter neceſſitatem eius, ne eueniat nocumentum aliquod ex nocumentis dimiſſionis ipſius: deinde infrigidatio habitationis, & quieſcere in ſtratibus roſaceis, & de ſalicibus, & cum epithematibus, & ceratarijs fortis infrigidationis prędictis: & adminiſtretur lamina plumbi ſuper pectinem: & ebibita infrigidantia, & nenufar, & camphora, & lactuca, eſt iuuatiua plurimum, & in eo quod eſt inter illa. Et poſt minorationem materiei ventoſitatis, oportet vt adminiſtretur quod ſubtiliet ſine calefactione vehementi, ſicut ſunt embrocæ chamæmillinæ, & de agnocaſto. Et adminiſtrentur tunc ea quæ ſunt ſicut ruta, & ſemen agnicaſti, & ſimilia, poſtquam ſeparatur materia. Et bibat tunc vinum album tenue.[b] Et oportet vt dimittat coitum omnino, & cogitationem in eo, & conſiderationem ad illud quod mouet deſiderium, niſi ille cui accidit priapiſmus propter dimiſſionem coitus omnino, ſecundum ꝙ diximus, tunc enim cura eius eſt coitus. Et nutriatur cum eis: quæ ſunt ſicut lentes, & quæ currunt curſu earum: & non multum vtatur acetoſis, ipſa enim quandoq; inflant.

A Pau.l.3.c.57.
B Gal.6.lo.af.c.6. fo.42.g

De *alhadiuth*. *Cap.* 40.

ALhadiuth eſt[c] ille qui cum coit, eijcit ſtercus ſuũ, cum ſpermatis fit deſcenſio, & non regit anũ ſuum: & ſuper plures eorũ dominatur deſiderium valde: & multiplicatur in eis delectatio: & mollificantur valde propter reſolutionẽ ſpirituum eorũ, & plurimi ipſorũ ſunt mollium corporũ. F

C Raſ.24. cont.t. 1.c.1.262.1.

*De regimine eius.* *Cap.* 41.

OPortet vt adminiſtrentur vnguẽta, & emplaſtra ſtyptica, cõfortantia lacertos, ſicut oleum nardinum proprie, & oleum de cupreſſo, & oleum de ſauina. Vnguentũ bonum. teranĩ karabe, & acacia, & lilium ſiccum, et alchanna, & fiat ex eis, & oleo de cydonijs, & alchanna, vnguentum. et adminiſtretur aſſidue ſuper lacertum ani: et fiant ex eis ſuppoſitoria retentiua, et proprie in tempore coitus, ſicut ſi ſupponatur[d] collyrium ex ramech, et gallis, et balauſtijs, & thure.[d] Et iterum ſupponatur collyrium ex oleis ſtyptycis. At vero quod dicitur de bonitate ciborum eorum et regimine ciborum ipſorum, et ſubtiliatione eorum eſt res quę non habet in hac intentione locum, niſi intelligatur de cibis ſtypticis quibus cibantur. Et ſimiliter in clyſteribus pinguibus infrigidantibus, quæ dicunt non eſt vtilitas apud me: immo oportet vt intendatur in eis quæ diximus: et vt intendatur ad frangendum acuitatem ſpermatis eorum, et confortandum corda, et cerebra ipſorum.

D Raſ. 24. cõti.t. 1.c.2.264.3.

*De alabone vel alabene.* *Cap.* 42.

ALabene ſm veritatem eſt ægritudo accidens ei qui conſueſcit vt ſuper eum iaceant homines, & habet deſiderium plurimum meditatiuum. Et eſt in ipſo ſperma plurimum, non motum, et cor eius eſt debile, et eius erectio debilis in radice: aut debilitatur nunc, & fuit iam aſſuetus coitu: quare affectat ipſum, & non poteſt ſuper ipſum: aut poteſt ſuper[e] ipſum potentia debili: quare de- G ſiderat vt videat coitum currentem inter duos: & propinquior eſt ille, qui eſt cum eo. tũc enim mouetur deſiderium eius: ꝙ ſi emittat ſperma quando cum eo aliquis coit, aut erigitur cum eo membrum, ſuum, tunc poteſt perficere deſiderium ſuum. et eſt quædam ſecta eorum, quorum deſideriũ non excitatur, et non mouetur, niſi quando cum eis coitur: et tunc aduenit eis delectatio emiſſionis ſpermatis, ſiue cum operatione illius, ſiue non. Et ſecta eorum eſt, ꝙ qñ cum eis coitur, non emittũt ſperma tunc, immo declinat ad hoc, vt coeant cum alijs: et ſunt in veritate proſtratæ animæ, et malignæ naturæ & malę conſuetudtnis,[e] et complexionis muliebris. Et quãdoq; ſunt membra eorum meliora quam membra virorum. Et ſcias ꝙ omnia quæ dicuntur præter iſta, vana ſunt. Et ſtulti homines ſunt qui volunt eos curare. Nam ægritudo eorum eſt mentalis, non naturalis. Si vero cõfert cura eis, tunc eſt illud quod frangit deſiderium eorũ ex triſtitia, & fame, et vigilijs, et carcere, et percuſſione. Et dixerunt quidam ꝙ cauſa alabene eſt, ꝙ neruus ſenſibilitatis qui venit ad virgam, ramificatur in illis in duos ramos, quorum ſubtilis radici virgæ continuatur, et groſſus declinat ad caput virgæ: quare indiget ille qui tenuis eſt, fricatione vehementi, donec ſentiat: quare ſit erectio in homine, et tunc aduenit ei explementum libidinis: et hæc res eſt ſicut illud quod remotum eſt. Et prima eſt ſuper quam eſt innitendum, et auditum eſt ex quibuſdam, quibus eſt ſcientiæ pars, et in arte maligna introitus, & verificata ſunt verba omnium illorum ſuper illud quod dixerunt. H

E Ariſt.4. ꝓbl.27

*De hermaphrodito.* *Cap.* 43.

ILli qui eſt hermaphroditus non eſt mẽbrum viri, neq; membrũ mulieris. Et de illis eſt qui habet vtrũq;, ſed vnũ eorũ eſt occultius, et debilius et aliud eſt ecõtrario: et egrediĩ vrina ex vno eorum abſq; altero. Et de illis eſt in quo ambo ſunt æqualia, et ꝑuenit ad me, ꝙ de illis ẽ q agit et patitur, ſed parum verificaĩ hoc.[f] Et multoties curanĩ per inciſionẽ mẽbri occultioris, et regimẽ vulneris eius.

F Paul. lib.6.c.69.

*De excuſatione medici in illis quæ docet de delectatione, & magnificatione virgæ, & coanguſtatione receptricis, & calefactione eius.* *Cap.* 44.

NOn eſt turpe medico cum loquitur de magnificatione virgę, et coanguſtatione receptricis, et delectatione mulieris. Et illud ideo, qm̃ ſunt ex cauſis quibus peruenitur ad generationem. Multoties enim[g] eſt paruitas virgę cauſa vt non delectetur ea mulier, quoniam diuerſa eſt ab ea quæ aſſueta eſt, quare non emittit ſperma: & quando non emittit ſperma, non fit filius: & qñq; eſt illud cauſa vt fugiat à ſuo pari, et quærat aliũ.[g] Et ſimiliter quando ipſa non eſt anguſta, non conuenit ei ſuus par: & ipſa iterum non conuenit pari, & indiget vnuſquiſq; eorum permutatione. Et ſimiliter delectatio vocat ad emiſſionem ſpermatis feſtinam. Mulieres enim ſm plurimum tardant

G G. de hiſt. philoſophi. fo.10.h

in



A in emittendo ſperma, & remanent non complentes deſiderium ſuum: quare non fit generatio. Et illæ quæ ex ipſis ſunt, quæ non cuſtodiuntur, & fidem non habent, vel non curãt de præceptis ſuæ fidei, mittunt in illa diſpoſitione ſuper ſeipſas quem inueniunt: & propter hanc cauſam redeunt ad fricationem cum mulieribus vt perficiant inter eas complementum voluptatis.

*De delectando viros & mulieres.* *Cap.* 45.

A L.2.t.2.c.134. & Raſ.24 cont.t.3. c. 1.276.2.
B Raſ.ib.

DE illis quę delectant eos vtroſq; ſimul, eſt ſaliua eius qui ſumpſit in ore ſuo altit,[a] et ſaliua cubebe, & mel emblicorum, & mel cum quo conficitur ſcãmonea,[b] & zinzib.[b] & piper cum melle. Et ſi vtatur linimento proprie ſuper medietatem poſtremam virgæ, quoniam non eſt magnum iuuamentum in vſu illius linimenti in capite virgæ ſolum.

*De magnificantibus virgam.* *Cap.* 46.

C Raſ.279.4.
D Raſ.t.5.c 48.

MAgnificat ipſam fricatio cum adipibus, & oleis calidis poſt pannum aſperum, & effuſionem lactis ſuper ipſam, & proprie[c] lactis ouini: deinde adhærentia[d] picis ſuper ipſam vt attrahat ſang. & retineat viſcoſitate ſua, & coagulet ſua pinguedine: & fiat aſſiduatio in iſtis in duabus extremitatibus diei: & ſcietur quidem qualiter fiat picis adhærentia in ſermone noſtro, qui eſt in[e] fen in qua eſt decoratio, cum ſcietur impinguatio membrorum. Et de illis quę faciunt illud, ſunt ſanguiſugæ, cum exiccantur, & linitur cum eis,[f] & lumbrici terreſtres, & allebleb, & eſt ſpecies volubilis B quæ habet lac, & aqua albedarungi. ſumantur ſanguiſugæ, & ponantur in concauitate nucis indicę in qua eſt aqua vel lac earum, & dimittantur hebdomada vna, & quod eſt ſupra, donec exiccentur. & deinde terantur, & liniatur cum eis.

E 7.li.4.t.4.c.4.& li.1.F.2 d.2. ſũ.1.c. 14.& F.3.do.4.c.4. & li.2.t.2.c 539 & l. 3.F.13.t.1.c.30.

*De conſtringentibus vuluam.* *Cap.* 47.

F Raſ.24.cont.t.3. c.1.276.2.
G Raſ.276.3.4
H Raſ.279.4.

SVmantur[f] xyloaloe, & cyperi, & enula, et gariophylli, & ramic, & parum muſchi, & terantur omnia, & inuoluantur in lana infuſa in meſuſen, & ſupponantur.[g] Et iterum gallę immaturę, ſuperiora ſquinanthi, cribellentur cribro ſubtili, & ſupponãtur cum pãno infuſo in vino vice vna poſt aliam. Facit enim illud redire virginitatem conſtringendo.[h] Et iterum corticis pini contritorum partes quatuor, aluminis partes duæ, cyperi pars. i. decoquantur cum vino odorifero, & madefiat in ipſo pannus lini, & ſupponantur: & oportet vt conſeruetur in vaſe, obſtructo capite, & adminiſtretur de eo vna vice poſt aliam: eſt enim bonum valde.

*De calefacientibus receptricem.* *Cap.* 48.

I Raſ.24. cont.t.3. c.1.279.4.

FErueant[i] muſchus, & galia, & crocus in vino odorifero, in quo infundatur pannus lini, & imbibatur, & adminiſtretur: eſt enim redolere faciens, & cordumeni, & cinnamomum, et cubebe, & gariophylli ſunt mirabiles in hoc.

TRACTATVS II. *de diſpoſitionibus horum membrorum. ſ. de illis quæ continuantur cum coitu.*

C *De apoſtematibus teſticulorum calidis, & quæ de eis approximantur ano.* *Cap.* 1.

k Paul. lib.3. c.54.

APoſtema qñq; fit in ipſo teſticulo,[k] & qñq; fit in oſeo, & illius quod fit in oſeo, tactus poſſibilis eſt, & cognoſcitur diſpoſitio duritiei eius, & lenitatis eius, & color ipſius.[k] Et in illo quod fit in teſticulo, eſt illud difficile, & ſentitur illud ipſo exiſtente inter oſeum. Et quandoq; eſt cum eo fe. Eſt enim membrum nobile continuatũ cum corde. Et multotiesquidem cadit oſeũ: deinde redit, & remanent ambo teſticuli ſuſpenſi: deinde naſcitur oſeum, & incarnatur, & creatur ibi cyſtis dura, non ſicut erat prius. Et multoties corroditur teſticulus, quare indiget vt caſtratio fiat neceſſario, vt nõ perambulet corroſio.[l] Et multoties deletur apoſtema teſticuli per tuſſim accidentem: quare permutaĩ materia ad partẽ pectoris.

l Raſ.24.cont.t.1. c.1.262.1.& Ga.cõ. 1.i.6 Hip. de mor. vulg.14.h

*De cura.* *Cap.* 2.

M Aet.li.4. ſer. 2. c.21.

OPortet vt fiat phlebotomia, & ſoluatur natura, & proprie cum eis quę adminiſtrantur deſubtus. Nam cum adminiſtrantur ſuppoſitoria, conferunt magnifice, & attrahiĩ materia ad anũ.[m] Et qñq; neceſſarium eſt vt poſt phlebotomiam venæ manus, ſecũdo fiat phlebotomia de ſaphena: & oportet vt attendatur latus doloris, & fiat phlebotomia ex latere eius. Et ſi fuerit in vtriſque teſticulis ſimul, accipiatur quod neceſſe eſt accipere de ſangui. ex vtriſq; manibus ſimul: & oportet vt alleuiatur cibus, & dimittat carnem, & quæ ſunt ei ſimilia, & regatur regimine ſubtili: & admi- D niſtretur in primis ſuper membrum pannus imbibitus in aceto, & aqua roſ. & mucilaginibus, & ſuccis frigidis infrigidatis. Et cum incipit augmentari, adminiſtrentur huiuſmodi epithemata, & emplaſtra. Sumatur aqua ſolatri, & aqua cucur. & aqua cannæ humidæ proprie: & aqua endiuiæ, & farina hordei, & fabarum, & aliquantulum croci, & oleum roſ. Et iterum folia alkekengi, & farina hordei, & lentium. Et iterum folia cannæ, & farina fabarum, & oleum roſ. Et de eis quæ nos experti ſumus iterum, eſt vt ſumantur folia alkekengi, & farina hordei, & farina lentium, & farina fabarum, & violarum tritarum partes æquales, permiſceantur, & emplaſtretur cum eis. Et ſi fuerit caliditas, & dolor ſuperflui, eſt neceſſarium vt miſceãtur cũ repercuſſiuis ſicut ſunt folia hyuſquiami al. & ſi fuerit in eo durities aliqua, aut pertranſierit terminum principij manifeſte, tunc oportebit vt regatur cum eis in quibus eſt maturatio, & propinquius maturantium ex gradu principij eſt farina fabarum, & chamæmilla, & althæa, & mucilago ſe. lini, & rob, & iterum farina hordei cum aqua, et melle. Et iterum folia caulis, cum farina hordei, et vitellis ouorum, et oleo roſ. Cum autem indiget reſolutione, et ſtat augmentum, tunc de expertis bonis ſunt[n] paſſulæ enucleatæ[o] et cyminum, quæ terantur, & fiat ex eis emplaſtrum cum vino. Aut folia caulis, & fœnugræcum decocta:[p] Aut farina fabarũ, et paſſæ pingues enucleatę, et cyminum, decoquatur totum in vino commiſto,

N Dio.li.5.c.2.
O Dioſc.li.3.c.57. & 58.
P Paul.li.3.c.54. & Dio.li.2.c.97.

&

& liniatur: Aut farina hordei cum ſtercore vaccino infuſa in aceto cum modico bdellij, & aliquantulo aquæ ſolatri. [a] Aut cinis oſſium dactylorum, & althæa æqualiter, conficiantur cum aceto. Et cinis caulis cum albumine oui, aut vitello eius. [b] Aut radix cucumeris agreſtis cũ ſyrupo mellis cum farina radicis lilij trita ſicut vnguentum. Aut paſſularum mundatarum. v. granorũ viridium elixatorum. i. &. 5. cymi. i. caul. vij. glutinis pini. iij. conficiantur cum melle. Et iterũ ad apoſtemata cum vlceribus: ſcoria argenti decoquatur cum oleo donec fiat ei ſpiſſitudo: deinde ponantur ſuper eam cera, & gumma pini, & reponatur. Et iterũ alkalimbat, & ammoniacum æqualiter, olei de lilio, butyri vaccini quantum ſufficit. Et iterum radix ozimi cum ſauic. Et iterum fœnugræcum & ſemen lini cum aqua & melle. Et iterum fæx vini antiqui cum ſauich. Et iterum ea quæ diximus in capi͂lo apoſtematũ frigidorum. Et iterum medicamen forte ad apoſtema quod indiget maturatione: & ad frigidum, & ventoſitatem in teſticulo. [c] Sumatur ciceris nigri, & ſtaphiſagriæ, amborum ana pars i. ſcorpionis aduſti pars. i. emplaſtretur cum eo. [d] Et parum infuſionis olei ſambacini in virga eſt iuuatiuum ad illud, & ad frigidum propriè. [e] Et ſuſpenſio rubeæ tincturæ ſuper ipſum. Et qñ apoſtema eſt dubellati, tunc de illo quod bonum eſt, eſt vt fiat apertio apud oſeum: & non conceditur vt aperiatur illud, quod ſequitur anũ, quia qñq; fit fiſtula mala: immo oportet vt aſſiduet poſitio farinæ rizi confectæ cũ aqua, ſuper ipſum, vt prohibeat apertionẽ eius: & in fine eius [e] injiciatur in virga muſchus cũ oleo ſambacino, & eſt vltimum: aut oleũ ſambacinũ aliquoties. eſt enim cura ſufficiens. F

E

A Cap. 4. & c. 26. & Raſ. 265. 1.
B Pau. l. 3. c. 54.
C Raſ. 265. 1.
D Ca. 3. & Raſ. 24. cont. t. 1. c. 2. 265. 1.
E C. 3. & Raſ. 265. 2.

*De cura apoſtematis frigidi in teſticulis.* Cap. 3.

MVltoties accidunt in eis iſta apoſtemata in diſpoſitione cachexiæ, & hydropiſis, quorum curationes ſunt maturatiua prædicta in apoſtemate calido: de quibus ſunt farina fabarũ, & farina fœnugræ. cum triplicato. Et iterum caulium. M. i. ficus. v. numero: decoquãtur in aqua donec diſſoluantur, & fiat cum eis emplaſtrum. Et fortius illo eſt vt ſumantur farina ciceris, & farina fabarum, & cyminum, & adeps renum, & chamæmilla, & melilotũ, & cera: & fiat ex eis vnguentum. Et iterum bdellium diſſoluatur in rob, & adminiſtretur, [f] & diſtilletur ſambacinum in virgam aliquoties, quoniam eſt mirabilis. [g] Et iterum ſumantur maſtix, & [h] †{anzarut,} & infundantur in vino, & in oleo ſambacino, & liniantur ſuper ouum. Et oleum de kerua efficax eſt in apoſtematibus teſticulorum, [i] aut diſtilletur in virga muſchus cum oleo ſamba. quoniam eſt vltimum.

F C. 2. & Raſ. 265. 1.
G Raſ. 24. cõt. t. 1. c. 2. 265. 2.
H † Sarcocolla
I C. 2. & Raſ. 265. 2.

*De cura apoſtematis duri in teſticulis.* Cap. 4.

SVmatur [k] ficuum, & adipis anatis amborum ana pars. i. foliorum oliuæ, & foliorum cupreſſi, & ammoniaci omnium ana pars. 5. aggregetur cũ vino, & butyro vaccino. Et iterum colcotar & hyſſopi humidæ, & ceræ, & olei roſ. & medullæ cruris cerui, & foliorũ rubi omniũ partes æquales, fiat ex eis linimentum. Et iterum ſumantur bdellium, & ammoniacum, & diſſoluãtur in triplicato, & aggregentur cum pauca farina fabarum, & oleo. Et iterum curatio bona experta ad illud: G ſumatur furfur, & indeſinenter teratur, & cribelletur in cribro tenui, donec cribellatum ſit, & reſoluatur ammoniacum cum oxymelle, & conficiatur cum eo, & inuiſcetur loco, dum temperatum tenet calorem, & reiteretur ſuper ipſum aſſidue. eſt enim conferens omni duritiei. Et iterũ aliud conferens duritiei. Sumantur [k] chamæmilla, & fœnugræ. & aſſa, & fabæ, & butyrum, & congelatum vuæ, & ficus biſcoctæ, & fiat cum eis emplaſtrum. [l] Et iterũ cineris oſſium dactylorum aduſtorum partes. ij. ſeminis althææ pars. i. terantur, & permiſceantur cum aceto, & fiat cum eis emplaſtrum.

k Raſ. 24. cont. t. c. 2. 265. 1.
L C. 2. & c. 26. & Raſ. 265. 1.

*De hachuna & arſatun. i. ſatyriaſi.* Cap. 5.

HAec [m] ægritudo eſt rara, & eſt in mulieribus plus rara, & eſt ſaltus vel iectigatio ſeu percuſſio in virga, in viris, & in matrice in muliere, & tenſio accidens in vaſis ſpermatis, propter apoſtema calidum in [m] eis à qua ſi non ſanatur, perducit ad dislocationẽ vaſorum ſpermatis, & mollificationem eorũ, & tetanũ, & ſpaſmũ, & mortem, [m] & tunc inflatur venter ægri cum ſudore frigido.

M Pau. l. 3. c. 56.

*De cura.* Cap. 6.

QVando hæc ægritudo apparet, [n] oportet vt fiat phlebotomia, & ventoſatio, & mittatur ſanguiſucæ, deinde fiat ventris ſolutio, non ſemel ſubito, quare deſcendat aliquid ad membra infirma: ſed paulatim cum facilitate, & illud fiat cum eis, quæ ſunt ſicut aqua volubilis cum caſia fiſtula, & aqua ſiclæ, & aqua ſolatri cum caſia fiſt. & cum iure limaciarum, & cum iuribus olerũ H frigidorum lenientium naturam: & ſunt ſicut illud quod fit de ſpinachijs, & de atriplicibus, & quæ ſunt illis ſimilia. Et fiat clyſterizatio ex aqua de ſebeſten, & prunorũ, & althææ, & ſiclæ: & ſiracoſt, & atriplicibus, & quæ ſunt illis ſimilia. Et perueniatur ad vltimum in epithematibus frigidis, valde infrigidantibus ſuper mẽbra coitus, & ſuper dorſum, ſicut illud quod fit de ſucharan, & chimolea, & omnibus quæ ſciuiſti in priapiſmo calido, in apoſtematibus teſticulorum calidis. [n] Et radix quidem nenufaris, [n] & radix lilij ſunt conuenientes ad hanc ægritudinem.

N Pau. l. 3. c. 56.

*De doloribus teſticulorum & virgæ.* Cap. 7.

FIt ex malitia complexionis diuerſæ frigidæ, & calidæ: & ex ventoſitate, & ex apoſtemate, & ex percuſſione, & ex caſu.

*De ſignis.* Cap. 8.

CVm eſt ex malitia complexionis, non eſt illic tenſio vehemens: & cognitio complexionis eſt cum ſenſu: & eſt calidus inflammatus, & frigidus ſtupefactus, & non eſt plurimus. Et cum ventoſo eſt tenſio, & permutatio ſine grauedine, & cum illis reliquis ſunt cauſæ eorum, & ſigna ipſorum.

De cura



A *De cura.* Cap. 9.

MAnifeſtæ ſunt ex eis quæ dicta ſunt in calefactione teſticulorum & infrigidatione eorum, & curatione apoſtematum eorum, & reſolutione ventoſitatis ipſorum. Et quando frigus eſt vehemens, tunc cura eius eſt oleum de kerua in quo diſſolutum ſit euphorbium. Et ſi vehemẽs ſit inflammatio, & aduſtio, tunc cura eius eſt cum ſuccis infrigidantibus, in quibus poſitum ſit aliquid [a] †{ſucharam,} & opij. In facto aũt à percuſſione, aut caſu, oportet vt fiat phlebotomia, & ſuccurratur mẽbro cum infrigidantibus repercuſſiuis, abſq; ſtypticitate vehementi: quare dolorẽ faciant, immo ſit cum eis virtus lenitiua, ſicut ſunt violę, & nenufar, & cucurbita, et ſimilia: deinde poſt illud adminiſtrentur mucilago althęę, & chamæmilla, & ſimilia. Et iterum gummi pini, & myrrha cum aqua frigida, & ſemen lini confectum cum aqua frigida, & butyrum, & glutem alimbat æqualiter.

A † cicutæ

*De magnitudine teſticulorum.* Cap. 10.

ACcidit teſticulis vt magnificentur non ſecundum ſemitam apoſtemationis, ſed ſecundum ſemitam impinguationis, & teneritudinis, ſicut accidit mamillis.

*De cura.* Cap. 11.

CVratur cum medicinis infrigidantibus, quibus curantur mamillæ virginum diſpoſitarum ad coitum ne cadant, ſicut eſt epithema cum [b] †{ſucharan,} & hyuſquiamo, & omne quod debilitat virtutem nutritiuam, & fricatura plumbi confricati adinuicem cum aqua coriandri B humidi, & confricatio cotis, & lapidis molendini. Et de illis quæ conferunt ad illud, & ſeparant ipſam, eſt [c] vt aſſiduetur iniectio ſambacini in virgam.

B † cicuta
C Raſ. 24. cont. t. 2. c. 1. 273. 2.

*De eleuatione teſticuli & minoratione eius.* Cap. 12.

QVandoq; accidit teſticulo, vt corrugetur, & minoretur propter dominium complexionis frigidæ, & debilitatem. [d] Et quandoq; occultatur, & eleuatur ad mirach ventris, ita vt difficultas fiat vrinę: & dolor fiat cum mingitur, & accidit diſtillatio eius.

D Raſ. 24. cont. t. 1. c. 1. 262. 1.

*De cura.* Cap. 13.

CVretur cũ vnctionibus, & emplaſtris calefacientibus confortantibus, & attractiuis q̃ diximus in [e] capitulo erectionis. Et quando occultatur, & fugit, tũc cura [f] eſt aſſiduatio balneationum, & tinarum continuarum. [f] Et qñq; eſt neceſſarium, ſm̃ q̃ ſcripſerunt antiqui, vt intromittant embubã vel cannulã in virgam, & ſufflletur donec corpus eius fiat ſicut vter, & deſcẽdat teſticulus.

E 39. t. 1.
F Raſ. 24 cont. t. 1 c. 1. 265. 2.

*De varicibus oſei, & duritiei eius.* Cap. 14.

QVandoq; apparent ſuper oſeum, & quæ ſequũtur ipſum, varices inuolutæ plurimæ, in quibus qñq; coarctatur ventoſitas, & frequẽs fit titillatio ſuper eas: & multoties generatur ſuper eas apoſtema durũ, quod eſt de genere apatum frigidorum. Et plurimum quidẽ accidit in la C tere ſiniſtro propter debilitatem ipſius: & qm̃ habet venã additam ad quam effunduntur materiæ.

*De cura.* Cap. 15.

CVra eius eſt cura apoſtematum durorum eius.

*De mollificatione oſei. i. Scroti ſeu racoſis.* Cap. 16.

QVandoq; [g] prolongatur oſeum, & mollificatur prolongando, & fit in eo res fœda.

G Pau. l. 6. c. 67.

*De cura.* Cap. 17.

OPortet vt eius embrocatio aſſiduetur cum infrigidantibus, ſtypticitatẽ facientibus, & emplaſtretur cum eis, & minoretur coitus. [h] Et de medicis ſunt quidam, qui incidunt partem oſei, & ſuperfluitatem ipſius, & ſuunt reſiduum, vt æquetur eius quantitas. Sed melius eſt, vt ſuatur in primis, deinde abſcindatur ſuperfluum.

H Pau. l. 6. c. 67.

*De ramice & ruptura.* Cap. 18.

EGo poſtpoſui ramici, & rupturæ capitulum, quod inuenietur in fine tractatuum: qui ſunt huius [i] libri tertij.

I Fẽ. 22 t. 1. c. 2.

*De corrugatione teſticulorum.* Cap. 19.

FIt illud cauſa frigorris vehementis, aut caſus virtutis accidentis in ſignis malis habentibus ægritudines acutas, & [k] ego dicam ea illic.

K L. 4. F. 2. t. 1. c. 46

D *De vlceribus teſticulorum, & virgæ in locis ani.* Cap. 20.

CVm [l] vlcera accidunt in iſtis locis, ſunt mala ambulatiua: qm̃ membra iſta ſunt ſm̃ formam ad quorum partes feſtinat putrefactio: qm̃ ſunt protecta ab aere, & decliuia ad caliditatem & humiditatem, & approximant meatibus ſuperfluitatum, & aſſimilãtur quodammodo vlceribus viſcerum, & oris. Et eorum deteriora ſunt illa, quę fiunt in lacerto qui eſt in radice virgæ, & in ano: & illud ideo, qm̃ indigent exiccatione forti, & ſenſus eorum cum hoc eſt vehemens. Et fortaſſe neceſſarium eſt abſcindere virgam ipſam, cum ſuper ipſam putreſiunt vlcera, & perambulant.

L Raſ. 24. cont. t. 1. c. 1. 261. 4.

*De cura.* Cap. 21.

VLcera [m] quæ ſunt ſuper caput virgæ, indigent eis quæ ſunt vehementioris exiccationis, q̃ ſint ea quibus indigent facta ſuper pręputium, & cutem etiam, qm̃ caput virgę eſt vehemẽtioris ſiccitatis in complõne ſua. Et iſta vlcera, aut ſunt recẽtia, aut ſunt antiqua. Et de eis ſunt q̃ ſunt maligna. [n] Et recentibus quidẽ non eſt res melior q̃ aloe, & aſſimilatur ei [o] merdaſengi, et [o] climia abluta cum vino, [o] & thucia. Et approximãt illi margaritę, [m] et cucurbita aduſta eſt mirabilis in hoc. Et cinis anethi, & thucia puluerizata & epithemata cum aqua frigida. Si autem ſunt humidiora illis, & iam faciunt pus, indigent eis quę ſunt fortiora, ſicut æs vſtum, [p] & cortices arboris pini habentis

M G. 5. metheo. c. 15. d
N G. 5. meth. c. 15. & Paul. l. 3. c. 59.
O G. 5. meth. c. 15. e
P Pau. l. 3. c. 59.

grana

grana parua aduſti.[a] Et ſi indigent generatiuis carnis, miſceatur cum eis thus. Medicamen exper- **E** A Pau.l.3.c.59.
tum ad ea quæ indigent exiccatione vehementi cum incarnatione. Recip thuciæ, & aloes, & ſarco-
collę, & thuris, & ſadanegi, & corticis algarab aduſti, & aluminis iameni, et atrimenti aduſti, & gal-
larum, & balauſtiarum, & acaciæ omnium ana partes æquales, & floris æris partem. i. & .5. & capi-
tum granatorum etiā acetoſorum partem. i. fiat ex eis vnguentum cum oleo roſ. Deſcriptio alia.
Scoria ferri merdaſengi ſang. draco. chartæ combuſtæ, alumen combuſtum ſumantur & cum oleo
roſ. fiat ex eis emplaſtrum, aut vnguentum, aut troc. Et ſi fuerint antiqua, ponantur in eis thus, &
minutum eius, & aloe ſm partes æquales. Quòd ſi illic fuerit corroſio, tunc ex eis quæ conferunt il-
li eſt, vt ſumantur cinis capillorum hominis, & aniuden, & lentes montanæ, & fiant ex eis puluis,
& emplaſtrum. Et iterum fortius illo, ſumantur de vnoquoq; duorum arſenicorum. vij. partes, &
calcis non extinctæ lapideæ. xx. & acaciæ. xij. partes, conficiantur cum aceto, & ſucco †{aleſfius} hu- † pſylii
midi, & fiant trochiſci in vmbra, & adminiſtrentur. Et fortius illo eſt illud quod Recip. vtrunq; ar-
ſenicum, & acaciam, & viride æris, & ſtaphiſagriam & cinerem anethi, et piper, de quibus fiant tro
chiſci. Si autem maligna fiant, & denigrentur, tunc melius eſt vt penitus abſcindatur locus niger, &
curetur cum vnguento generatiuo, donec generetur.

*De vlceribus interioribus virgæ.* *Cap.* 22.

CVratio illius eſt curatio vlcerum [b] veſicæ: & quandoq; neceſſaria ſunt ea, quę ſunt ſicut medi- **F** B F.19.t.1.c.16.
camen [c] de chartis cōbuſtis, & [d] †{alumine} aduſto, & climia abluta poſt combuſtionem. Et C Gal.5.methe. c.15.d
de corticibus arboris pini minoris ſadanegi thure. de quibus fiant troc. & adminiſtrent̃ iniectorio. D † anetho

*De prurítu in virga.* *Cap.* 23.

FIt ex materia acuta effuſa ad ipſam, & ſudore acuto reſudante ex partibus eius: quare facit pru-
ritum.

*De cura.* *Cap.* 24.

EXpellatur humor cum phlebotomia, & ſolutione ventris. [e] Deinde ſumatur acaciæ, & memi- E Raſ.24. conti.t. 1.c.2.264.4.
the amborum ana drach. i. ſalis ammoniaci, aloes ana ſexta drach. i. croci. xij. drach. i. & quan-
tum ſunt omnia vſnen, terantur omnia, & cribellentur, & conficiantur cum oleo ſambacino: eſt
enim mirabile. Et quandoq; ſedatur ſi liniatur de ſuper in balneo [f] acetum & oleum roſ. Et ſint in F Pau.l.3.c.54.
ipſo nitrum, & alumē. Et ſi eſt peior ponatur in ipſo aliquid de ſtaphyſagria. Et cum egreditur ex
balneo, liniatur ex albumine oui cum melle: & ſi non confert aliquid, [g] & iam facta fuerit phlebo- G Raſ.264.2.3.
tomia, & euacuatio, tunc fiat ventoſatio ab interiore parte coxæ, & in proximo illius loci: aut mit-
tantur ſuper ipſam ſanguiſucæ.

*De apoſtematibus virgæ calidis.* *Cap.* 25.

CVrationes eorum ſunt proximæ curationibus apoſtematum teſticulorū calidorum: ſed ſunt **G**
magis tolerantia ſtyptica in principio rei: & de deſcriptionibus eorum ſibi proprijs eſt hæc,
cortices granatorum, & roſæ ſiccę, & lentes decoquātur in aqua: & cum in decoctione diſſoluun- H Raſ.24.cont.t. 1.c.2.264.3.
tur terantur cum oleo roſ. & adminiſtrentur. Et iterum chimolea cum aqua ſolatri, & ſimiliter bo-
lum armenum, & lentes, & folia alkekengi.

*De apoſtematibus virgæ frigidis.* *Cap.* 26.

SErmo de eis eſt proximus ſermoni de apoſtematibus teſticulorum, & multiplicantur in diſpo-
ſitione cachexiæ, & hydropiſis. Et de illis quę experta ſunt ad ea, eſt illud quod, Recip. farinę oſ- I Cap.2.& c.4.
ſium dactylorum partes duas, althææ partem. i. & conterantur cum aceto, & emplaſtretur cum eo.
Et medicamen aſſumptum ex furfure, & ammoniaco prædictum in [k] capitulo apoſtematis duri in k 4.
teſticulis, eſt medicamen magis conueniens locis illis, & in virga quando āpatur apoſtemate duro.

*De cura rhagadiarum virgæ.* *Cap.* 27.

CVrentur cura rhagadiarum ani. Et de illis quorum iuuamentum propinquum eſt, eſt vt ſu-
mantur chimolea, & thucia, & alchanna contrita, & dragaganthum, & fiat ex eis & ex cera &
vitellis ouorum, & oleo roſato vnguentum.

*De dolore virgæ.* *Cap.* 28.

ACcidit dolor virgæ ex cauſis diuerſis. Et multoties accidit à retentione vrinæ, quem clyſteria **H**
lenia ſanant, & vt ſit contentus aqua hordei cum iuleb. Et nō approximet ſeminibus, vt non
deſcendant ſuperfluitates. Deinde poſt clyſtere fiat vaporatio in circuitu pectinis, & virgæ, tantæ
quantitatis vt leniatur cutis, & fundatur deſuper aqua tepida, & liniatur cum viol.

*De verrucis ſuper virgam.* *Cap.* 29.

INcidātur [l] & ponat̃ deſup medicamē retinens ſanguinē, & curētur cura reliquarū verrucarum. L Aet.lib.4.ſer.2. c.4.

*De cura bothor, & ſimilium moro, & carnis ortæ, & additæ ſuper iſtas partes* *Cap.* 30.

SVmatur [m] baurach aduſtum, & cinis ligni vitis, terantur cum aqua bene, & ponātur ſuper mo- M Pau.l.3.c.54.
rum, & quæ ei ſimilantur. [n] Et quando non valent, incidatur, & pulueriżentur deſuper viride N Aet.lib.4.ſer.2. c.4.
æris, & attrimentum, & ſi fuerit deterius illo, non erit excuſatio quin cauterizetur.

*De incuruatione virgæ.* *Cap.* 31.

LEnificatur virga cum lenitiuis ex oleis ſicut ſiſamino, & oleo narciſino, & adipinus ſubtilibus
notis, ſicut adeps gallinæ, & anatis, & medullæ crurium vaccarum, & ceruorum, & cera, & re-
ſina in balneo, & ſine balneo, & clyſtere fiat ex hoc genere cum iniectionibus & fiant collyria, et po
natur deſuper aliquid, & fiat donec æquetur.